ſonæ indignæ & pauperi per mr̄imoniū iungeretur, ex quo ma-
trimonio non ſuſpicio, ſed dolus clariſſimus probatus erat con
tra matrē quæ in ætate filiæ tā tenerrima matrimoniū eiuſmodi
procurare non debuerat, maiorē exhibens ad ſm̄ maritum affe-
11 ctionem q̄ ad ſanguinē propriū. Pro his † facit qd Socin. ſcribit
in conſi.193.in 2.q.lib.2.vbi ꝙ pupilla dēt ali apud auunculum
potiuſquā apud auiā, quæ nuptias pupillæ procurauit. In hac au
tē matre ſunt duo quæ eā condemnāt. Primū, quia vitricū indu
xit, qua ratione Imperator in l.j.C.vbi pup. edu.deb. matrē ha-
buit pro ſuſpecta nec pupillā ali voluit apud eā. Secundū ꝓcura
tio immaturi mr̄imonij, & quidē plus factis infelicis & inæqua-
lis.¶Quinto ex præmiſſis apparet ꝙ appellans pupillā ita recu-
perauit non mala fide, ſed bona, nā dici nō pōt ꝙ eā rapuerit cā
adminiſtrationis bonorū, quia illa adminiſtrabat, itaq; ſolū eam
rapuit ea cā verificata ne amplius eēt apud vitricū, & procura-
12 tio illa immaturi coniugij irrita fieret, ſed quod mala fide† non
fit, pœnā nō meretur.l.ſi ſeruū. §.non dixi.in ver.amouere, vbi gl.
ff.de acqu.hære.l.quāuis.ff.de condi.& demon. quæ iura ad hoc
propoſitū citat Pau.de Caſt.in conſi.205.In cā quæ vertit coram
locū tenente.col.ſi.lib.2.& dicit Bal.in cōſ.414. verba dñr ꝙ pla
nū.lib j.quòd bona fide factū dr̄ iure factū p d. l. quāuis. & dicit
gl.in l.cū qui.§.in popularibus, in gl.parua ſup verbo fuerit.ff. d
iureiur.quòd bene fieri dicit, qd bona fide fit.qd ſine dubio pro-
cedit, qñ bona fide qd agitur in re in qua agens ius prætendit ꝓ-
ut hic, ob poteſtatē quā obtinet tutor in capite pupillæ, ſecus ſi
quis qd ageret bona fide in re aliena aut in qua ius nullū oino
prætendit, quia teneret ſi malū inde ſecutū ſit, & hoc modo ſo-
leo ad concordiā reducere deciſiones quas Iaſ. adducit ꝯtras in
d. §.cū qui, lz ipſe Iaſ.aliter nō ſoluat.¶ Et tanto maximè iſta ꝓ-
13 cedunt in appellante viro ruſtico, † cuius ruſticitatis circa pœnas
ratio habet̄.l.ſi quis id qd.ff.de iuriſd.om.iud.potius.o. dicendū
eſt peccaſſe p ſimplicitatē credens ex cauſis præmiſſis licitū fuiſ
ſe eū actum. factum aūt ea ſimplicitate puniri non dēt. Bal.in cō-
ſil.229.proponitur in facto.ad ſi.lib.5.& dicit Oldr.in conſi.83.
Factū talē eſt vacante eccleſia.col. 3.in ſi.quòd in atrocibus leui
tas non punit̄. Fortius ſcribit idē Old.in conſi.220.Regularis. co
lum.j.poſt med.quòd licèt aliqua hæreſim ſapiāt manifeſtè, cri
mini tñ detrahitur pp ſimplicitatē militarē. Et ſi cā quælibet ēt
iniuſta & beſtialis ſimpliciter excuſat à dolo & à pœna ēt viros
alioquin callidos & ſcios, vt ſupra dictū eſt, quāto magis cauſæ
tā coloratæ ruſticū hunc & ſimplicē excuſabunt à pœna tā dura
& immiti? maxime cū tali facto occaſionē pſtiterit cùm iudicis
ordinarij error tū matris impietas & nouercalis affectio. Etenim
ſi iuſte iudex iudiciū pronunciaſſet ex præcepto. l. j. C. vbi pup.
edu.deb. nihil præmiſſorū ſecutū eſſet. In iudicē igit̄ & matrem
14 pœna uerius referēda ſit, nā ꝯ iudicē † in iure tā vulgato tāque
noto errantē dolus præſumit̄.l.2.ubi docto.ff.qd quiſq; iuris. Cō
tra matrē ēt dolus præſumitur ex illo matrimonio immaturo, nā
cū eſſet decreta tutrix perſonæ filiæ licèt nulliter & iniuſte, debe
bat tñ filię vtilitatē procurare ſicut dēt verus & legitimus tutor,
15 ne † tutor falſus melioris ſit conditionis q̄ verus.l.3.§.j.ff. de do
nat.inter virū & vxor. Pau.de Caſt.in conſi.154.Pro iſta domina.
col.2.poſt med.lib.2.ſed procurando dānum & incommodū fi-
liæ, iungendo eā viro pauperrimo in ætate in quam ignorat filia,
quicquid videt.l.j.C.de falſa mone.in dolo aperto arguit̄, qa fi-
dē fallit ꝓmiſſionis.l.dolus.ff.manda.l.j.eſt aūt apod.ff.depo. &
16 facit iſta mater ꝯ officium maternæ pietatis, ex qua † vna cā qñ
mater contra officium agit maternę pietatis, uoluerūt iura priua
tā eā eſſe filij ſucceſſione, ut patet in l.matres, & l.oēm.C.ad Ter
tul.Bar.in l.2.ff.qui pet.tut. Ipſe aūt appellans qui id fecit quod ſi
bi licere credidit, puniri nō dēt. Bal.in conſi.243.tempore, in ſi.
lib.4.Hiero.Turius in conſilio ſuo quod eſt poſt conſilia Anton.
de But.colum.8.allegat multa iura de quib.per eum ibi.¶ Sextò
conſidero quòd ex actis coram ſuprema curia nōs apparet de
aliqua uiolentia per teſtes aut confeſſionē prout iudex aſſerit

ſn ſententia ſua: cuius aſſertioni credendū non eſt, niſi aliter le
gitimè probetur. c. qm̄ contra falſam, de proba. no. doct. i auth.
ſi quis in aliquo documento. C. de edcn. ¶ Septimò, poſito & nō
conceſſo, ꝙ probata eſſent q̄ iudex aſſeruit, adhuc pœnę tā acer
17 bæ locus non eſſet, nā † pro vi publica de iure cōi eſt pœna de-
portationis, ſed quia deportatio non eſt in vſu, ſed loco eius ſuc
ceſsit bannimentū. Bar. in l. mathematicis. C. de epi. audi. Guid.
Papæ. q. 422. & q. 437. col. 3. ſimiliter de iure cōi licèt pro vi pu-
blica ſit pœna publicationis bonorū, tñ publicatio bonorū ho-
die ſublata eſt, per auth. bona damnatorum. C. de bonis dam. ita
ſn vi publica dicit Guido Papæ in d. q. 423. & 437. col. 3. vel dici
pōt ꝙ pro vi publica pœna eſt arbitraria, & ſm varios caſus illa
alterari debet, vt no. Corn. in conſ. 175. col. 3. ad fi. lib. 3. ſi altera-
ri debet ſm varios caſus, profectò cā alterandi iuſtiſsima & vr-
gentiſsima erat in caſu noſtro, vbi iudicis culpa & matris impie
tas cām dederant vniuerſo malo vbi factū appellantis non erat
doloſum & ſine cā, imò cū cā iuſtiſsima, lꝫ cā ēt beſtialis ipſum
18 excuſaſſet. Præterea † licèt ex arbitrio poſsit iudex imponere pę
nam triremiū, tñ ab illa ſēperare dēt quotiens alia imponi pōt.
pulchre Bal. in conſ. 443. Cechus cōfecit venenū. col. j. poſt med.
lib. 2. ¶ Non obſt. modo ſi dicatur ꝙ de tpe capturæ pupillæ An
dreas iuuenis nō erat amplius tutor, ſed remotus à tutela ob ma
lā bonorū adminiſtrationē, quia reſpondeo ꝙ ab illa ſnīa remo
tionis fuit appellatū, quæ appellatio vr̄ legitima: quia tutori con
iūcto dādus erat coadiutor ſeu adiunctus. l. ſi tutor. ff. de ſuſpec.
tu. & quia fuit remotus ad inſtantiam ſoceri, & ſecundi mariti
ipſius matris, qui ſocer tutelā ipſam adeo affectabat vt paratum
ſe obtulerit nutrire pupillā proprijs ſumptibus, mō adminiſtra
19 tio bonorum inſolidum ad eum collata eſſet vt acta docent, † ex
qua re facilè arguitur maxima contra eū ſuſpicio, non enim edu
care volebat niſi adminiſtrator inſolidum fieret, vt ſic pupillam
facilius expilaret. l. quæ omnia. ff. de procu & iſta erat liberalitas
ſumptuum, qua vti volebat erga pupillā. & in terminis petenus
tutelam ſibi decerni, ita arguit Corn. in cōſi. 63. col. fi. li. 4. lā iſte
iudea tutelam abſtulit à patruo tanquam ſuſpecto, & eā perſonę
20 contulit magis ſuſpectæ ēt ex ſola petitione iuſtiſsimam. ſ. † tu-
telæ collationē in vitricū, vitrici patrē & vxorē, qui ex matri-
monio prædicto pupillā nō bonis ſolum, ſed ēt in perſona offen
derūt. Amplius dico quòd vitricus tutor dari non potuit niſi p
ſnquiſitionē. Guil. & Cy. in l. nonnunquam. ff. de adop. Bal. in cō
ſil. 310. In primis. lib. 4. quæ inquiſitio non ſolum non præceſsit,
ſmò ex ſola affectatione & procuratione tutelæ apparebat d̄ ſu-
ſpicione. Amplius voluit Bal. in conſ. 434. col. j. lib. 4. quòd vitri
cus tutor dari non pōt, lꝫ datus antequā eſſet vitricus tutor eē
non deſinat ¶ Scdō ſideo quòd poſt remotionē prædictam ma-
ſor arguitur bona fides ipſius Andreæ, nā ſi puellā rapuiſſet ante
remotionē à tutela, obijci poterat quòd hoc feciſſet lucri alicu-
ſus ſpe, ſeu prætextu, ſed poſtq̄ id egit priuatus tutela, apparet
ꝙ gratia pupillæ tñ illud auſus eſt ſanguinis coniunctione mo-
21 tus, ex qua † ſanguinis coniunctione doli ceſſat præſumptio. l. ſi
vxor, §. fi. vbi gl. ff. de adulte. l. in ſenatuſconſultū. §. eox. ff. ad Tur
pil. vbi ſi cōiunctus accuſans cōiunctū accuſationem nō probet
excuſatur à calumnia, quia non eſt veriſimile voluiſſe eū calum-
niari aduerſus coniunctū. facit tex. in l. amiciſsimos. §. Lucius. ff.
de excu. tu. et. ibi contra naturalē ſtimulū. & in l. qui cū maior. §.
ſi patris. ff. de bonis libe. Facit gl. in l. veſtem. ff. de iniur. vbi ꝙ ra
tio ſanguinis tollit præſumptionem inferendæ iniuriæ, itō diceo-
dum eſt captu[illegible] filiæ cōmiſſam eſſe nō animo iniuriandi aut vio
lentiā cōmittend[illegible]li, ſed ad commodū & vtilitatē ipſius pupillæ.
amplius dolus no[illegible] mō præſumitur, ſed ēt probatur ꝑ partē ex il
la feſtinantia mſim[illegible]nij ante tempus. Bal. in conſ. 210. Pontius.
col. 2. lib. 3. Poſtremò [illegible] conſidero in fauorē iſtius appellātis quòd
illa captura per eū facta [illegible] non cedebat ad eius vtilitatē, quia ipſe,
nec alij coniuncti in vxor[illegible] eam habere nō poterāt, ſed cedebat
in vtilitatem pupillæ, quæ li[illegible]bera fiebat à diſcrimine futuri matri
monij tā damnoſi. Per contra[illegible]rium illa retentio pupillæ per illos
tutores ita egregios vtiliſsima [illegible] erat tutoribus ſi ita dici pſit, nā
22 iungebatur fratri ſecundi mariti [illegible] pauperi, itō † dolus contra aſſer
tos tutores, non contra appellante[illegible] n conſiderari poterat, ea eo
quod Bal. ſcribit in conſ. 150. In qōne. col. 3. lib. j. quod eſt repeti
tū in conſi. 382. lib. 5. vbi quòd ex recep[illegible]tatione alicuius pſonæ,
vel rei nō præſumit dolus ꝯ receptantē [illegible]ñ ex tali receptatione
cōmodum ad eū nō peruenit, per l. quòd ſi [illegible]ū ſcires. ff. de dolo.
eadē rōne ceſſare dēt doli ſuſpicio ꝯ rapientē pupillam qñ ex ra
ptu cōmodum nō ſentiebat, imò ex eo perſonæ raptæ declinatur
incommodū. ¶ Et ſi dicas vbi apparet, quòd motus fuerit appel-
lans ad rapiendū pupillam ob ipſius pupillæ cōmodum? ſn̄deo
quòd probatur ex teſtibus appellantis de attentatione illius cō-
iugij immutari cū perſona paupere & nili, ideo præſumendum
23 eſt † raptū cōmiſſum fuiſſe ob eā cām per quā pupillæ vtilitati
proſpicitur, & appellantis euitatur delictū, præſumitur enim qd
factū ex cā quæ præceſsiſſe apparet. l. quædam mulier. ff. de rei vē-
di. l. 2. C. de acqu. poſſ. & cū capi licitè pupilla nō poſſet, niſi ob
cām vt ipſius pupillæ cōmodo cōſultum eſſet, præſumi dēt ca-
ptā eā fuiſſe ob eā cām, iuxta no. in l. cū ſeruus. ff. de verb. oblig.
maximè ut delictū fugiatur. l. merito. ff. pro ſocio. faciunt not. p
Bar. & doc. in l. non ſolū. §. ſed ut probari. ff. de ope. noui. nunci.
ſed magis in terminis facit quod Soci. ſcribit in conſi. 200. colū.
2. lib. 2. ubi quòd in dubio præſumitur quis motus ad aliquid fa
ciendum potius rōne ſanguinis, ſeu ex cā cōiunctionis, q̄ ob aliā
cām. facit Bal. in conſ. 70. Apparent col. j. in fi. lib. 1. Circa partū
immaturū non ſcribo, qa nō ſolū nō probatur, imò per teſtes ap
pellantis de ꝯ io clariſsimè apparet. Ex quibus concludo ſnīam
primi iudicis fuiſſe & eſſe iniquā, & fortè nullā tanquā latā poſt
appellationē, ſed non ſcribo, quia ſuprema curia cognoſcit etiā
de negocio principali, & vbi exceſſus aliquis in appellante de-
prehendi poſsit, pœna alia mitiori caſtigandus erat, & ita de iu-
re rñdeo, ſaluo ſaniori iudicio. Grationopoli. 9. Decēbris. 1539.
Aymo Crauetta de Sauiliano. Iuris vtriuſque doctor.

SVMMARIVM.

1 Donatio iurata inter patrem & filium valet ſecundum communem opin.

2 Donatio inter patrem & filium confirmatur morte patris, ēt ante aditā hæreditatē. & ſufficit ficta traditio per conſtitutū.

3 In pacto de hæreditate viuentis ſufficit conſenſum eius, de cuius hæreditate agitur, ex poſt ſuperuenire.

4 Diuiſio nulliter facta per minorē cenſetur de nouo facta, quando poſt maiorē ætatem longo tempore tacuit poſſidendo bona iuxta formam ipſius diuiſionis.

5 Quando in eadem diſpoſitione ſit pactum de hæreditate viuentis & donatio de bonis proprijs contrahentium ex pacto de hæreditate viuentis, donatio non vitiatur.

6 Hæreditas cur pacto dari non poſſit.

7 Pactum de ſuccedendo in certis bonis inuicem factum inter aliquos valet, dūmodo non fiat ſub noīe quotæ hæreditatis, imò valere videtur etiam ſub nomine hæreditatis ſimpliciter, quādo non veniunt bona futura nec ſit mentio de quota, quia improprıatur verbum hæreditas & intelligitur pro bonis.

8 Subſtitutio fieri poteſt etiam in contractibus.

9 Subſtitutio ſi ſit in cōtractu donationis dominiū acquiritur etiā ſine traditione & in tali ſubſtitutione non requiritur ſtipulatio, ſecus in alijs contractibus, ſed quod requiratur traditio adducitur Bellamera contra Decium.

10 Liberis naſcituris acquiri ius poteſt.

11 Ius quæſitum abſenti ex notarij ſtipulatione non videtur reuocabile, quod latè hic probatur.

12 Fideicommiſſarius non poſſit vendicare bona alienata per hæredē grauatū ante reſtitutionem ſibi factam re aut verbo.

13 Inſtitutio vniuerſitatis non comprehendit bona alij reſtituenda poſt mortem teſtatoris, etiamſi de illis bonis diſponere teſtator potuiſſet.

14 Legitima eligi nō pōt in bonis in quibus alius fuit ſubſtitutus.

15 Trebellianica non detrahitur de fideicommiſſo particulari per hæredem in re certa contra Curtium iuniorem.

16 Fideicōmiſſarius non faciens inuentariū tenetur ad onera vltra vires hæreditatis, & hæres tenetur ad onera ꝓ rata Trebellianica, nō tamē tenetur hæres ad legata niſi cēnt aauna.

16 Fideicōmiſſarius nō tenetur ad onera hæredis grauati, licèt cō tracta ex cauſa hæreditaria aut occaſione hæreditatis.

18 Bona ſubiecta fideicommiſſo obligari non poſſunt pro dotibus vxoris quatenus legitima aut bona propria ſuppetunt, ſed in ſubſidium tantum.

19 Tex. in auth. res quæ. C. commu. de lega. non habet locum in prohibitione alienandi inter viuos.

CON-

CONSILIVM XIX.

¶Pro nobili Stephano de Monteorſerio, Aduerte lector quia
ex veritate exhibitum fuit factum ſub nomine de Monteorſerio,
cū pertineret cã ad Magnificum & potentē dñm & Baronē Cla
rimōtis Vicecomitē Talardi, & materia hic tractatur vt ſubtilis
& ardua, ita vtilis non mediocriter.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Sup
tranſactione nobiliū quondam & potentū
virorū Lantelmi & Benedicti de Monteor-
ſerio fratrū plura dubia proponunt. Primò
ꝙ vr̃ continere pactū affirmatiuū de ſucce
cedendo & de futura ſucceſsione, ac de bo
nis & hr̃ditate viuentiū. Scdò, ꝙ factæ fue
runt ſubſtitutiones in actu inter viuos. Ter
tiò, ꝙ non obſtante prohibitione alienand ex ꝯctu tenet aliena-
tio facta ꝯ ipſam prohibitionē. Quartò quæritur an nobilis Lan-
telmus vltimo defunctus potuerit de bonis cōtentis in dicta trã
ſactione relinquere nobili Annæ de Rama, quã hæredem vniuer
ſalem inſtituit, & quantum relinquere potuerit. Quintò & ulti-
mò quæritur: quia præfatus nobilis Bened. relinquit Stephanum
eius filium hæredē adhuc ſuperſtitē, in cuius perſona purificatæ
ſunt ſubſtitutiones adiectæ in teſtō nobilis Aynardi filij dicti Lã
telmi, qui Lantelmo decedenti ſine liberis ſubſtituit ipſum nob.
Stephanum eius conſanguineū ſeu fratrem patruelem, ſi ipſe Ste
phanus acceperet fideicommiſſum prædictū, ad quæ onera tenea
tur. Ad primum dubium rñdeo quòd hic non agitur de hr̃ditate
viuentiū parentū, nã nobiles Antonius de Monteorſerio pater, &
Eliſabet de Vliſceris mater ipſorum tranſigentiū donauerant q̃
dam eorum caſtra & bona ipſius filijs, deinde erat controuer-
ſia de ipſis bonis inter eos, & dubitabatur vter donatariꝰ potior
eſſet & ad quem pertinerēt. quorum bonorum reſpectu clarum
eſt, quòd tranſactio tenuit, quia tranſegerunt ſuper bonis dona-
tis quæ erant propria ipſorum filiorum, non ſuper bonis paren-
tum viuentium de quorum patrimonio exiuerant ipſa bona per
2 titulum donationis non reuocando † in dubiū illam donationē
patris iuratã quæ valet ſm cōem opi. de qua per Can. in c. cū cō-
tingat. de iureiur. p Moder. in l. frater à fratre. ff. de condi. indeb.
& in l. pacta quæ contra. C. de pac. Pau. de Caſt. io conſi. 345. Cir
ca bona. col. 2. ad fi. lib. 1. & hãc eſſe cōem opi. nouiſsimè atteſta
tur Deci. io conſi. 216 col. 3. & in conſi. 688. in vltimo dubio. & li
cèt allegetur Corn. tenere ꝯrium in conſi. 108. in conſi. 273. col.
pen. ad fi. & io conſi. 289. col. 9. lib. 4. tñ idem Corn. in conſi. 306.
col. 3. lib. 3. fuit ſibi ꝯrius tenendo ibi cū opin. cōi ob id de opin.
Corn. non videtur curandū ob ſui variationē. l. qui falſa vel varia
ff. de teſtib. & ubi quiſpiam pertinacius vellet contendere ꝯ hãc
cōem opi. Ceſſat iſta diffi ultas † in caſu noſtro: quia mortui ſūt
parentes in eadē uoluntate, & ſic morte eorum confirmatę ſunt
donationes. l. donationes quas parentes. C. de donat. inter uirū
& uxor. Corn. in conſi. 152. lib. 3. & in d. conſi. 108. lib. 4 Deci. io
conſi. 239. col. 2. ubi etiam ꝙ ſufficit ficta traditio per conſtitutū
ut fiat confirmatio. qđ ēt tradit idem Deci. in conſi. 201. colū. 4.
uerſi. tertio etiam fundamento, & in conſi. 296. in prin. & confir-
matur talis donatio ēt hæreditate patris. Iaſ. in l. filiū quem, cir-
ca fi. C. fam. ercis. In donatione etiam matris nulla cadit difficul-
tas, quia ualeret etiam ſine iuramento. Itaque quatenus tranſege
runt fratres de Monteorſerio ſuper bonis donatis caret res diffi
cultate: quia non dicuntur tranſegiſſe de bonis parentum uiuen
tium, ſed de bonis ipſorum filiorum. ¶ Difficultas ſolum cōſiſtit
quatenus tranſegerūt ſuper legitima debita in bonis Antonij pa
tris poſt mortem ſuã. ſed ad iſtud rñdeo, quòd illa trãſactio fuit
ratificata per ipſos parentes, & ſic acceſsit eorū conſenſus, quo
interueniente valet pactum ſuper bonis uiuentium. l. fi. C. de pac.
3 qui † conſenſus ex poſt interueniens uidetur ſufficere, ſm Bal. io
d. l. fi. circa fi. ſequitur Deci. in conſi. 21. col. 3. uerſicu. præterea &
poſſet dici. Nam iſte conſenſus non requiritur ratione ſolennita-
tis, ſed quia agitur de præiudicio parentum uiuentiū, & induci
vr̃ uotum captandæ mortis, quo caſu ſufficit conſenſum adhibe
ri quocunque tempore ſiue ante ſiue poſt actū. l. in cōcedēdo. ff.
de aqua plu. arc. l. iubemus. C. de emanci. lib. quæ iura ad hoc ꝓ-
poſitum citat Deci. in conſi. 144. col. 3. ¶ Scdò rñdeo quòd poſt ra
tificationem parentū ipſi filij & eorū hr̃des quãdiu uixerunt te-
nuerunt & poſſederunt ipſa bona paterna & materna iuxta for-
mã & tenorē ipſius tranſactionis ſine omni moleſtia aut contra-
dictione. Ideo poſito ꝙ non ualuiſſet illa trãſactio, nec fuiſſet cō
firmata ex ratificatione ſuperueniente, tñ à tempore illius ratifi-
cationis cenſerentur de nouo ita tranſegiſſe facto ipſo, tenendo
& poſsidendo ipſa bona ſm formam & tenorē ipſius tranſactio
nis. l. Paulus reſpondet non tm̃ uerbis. ff. rē ratã hab. Pro qua re-
4 ſponſione † optime facit qđ Bal ſcribit in conſi. 45 Quandoq; cō
tractus. & in conſi. 282. Proponitur quòd minor. libr. 2. ubi ſi mi-
nor poſt diuiſionem nulliter factam maior factus longo tempo
re taceat poſsidendo bona ſm formam & tenorem ipſius diui-
ſionis, ex tali poſſeſsione & taciturnitate cenſetur ipſam diuiſio
nem de nouo ita feciſſe. eodē modo cū iſti nobiles fratres & eo-
rum ſucceſſores poſt ratificationē prædictam obſeruauerint con
tenta in ipſa tranſactione dicendū eſt quòd ipſam tranſactionē
cenſeantur de nouo feciſſe, ubi à principio nulla dici poſsit & tã
to magis idē dicēdum in caſu noſtro: quia in ratificatione inter
uenit præſentia & conſenſus expreſſus nobilis Benedicti de Mō-
teorſerio, ad cuius requiſitionem ratificatio facta eſt ēt nomine
nobilis Lantelmi ſui fratris, qui poſtea ratum habuit ſaltē ipſo
facto ex longiſsima poſſeſsione & taciturnitate, de qua ſup. unde
ſi tranſactio ab initio nulla fuiſſet, tamen cū in ratificatione illiꝰ
interuenit ēt conſenſus partis tranſigentis, ſaltē ex tunc uidetē de
nouo ita tranſactum Faciunt quæ ſcribunt doc. in l. & quia ff. de
iuriſd. om. iu. de confirmatione actus inualidi quòd vr̃ noua da-
tio, quæ incipit ualere pront ex tunc ex tpe conſirmatinnis. ¶ Ter
5 tio rñdeo, poſito & non cōceſſo, † ꝙ non ualeret talis tranſactio,
quatenus concernit legitimã, ualeret tamen reſpectu aliorū bo
norum quæ iam erant facta propria ipſorū filiorū iuxta ſupradi
cta, nã iſta ſunt ſeparabilia, ideo utile non uitiatur per inutile. l.
& ſi his. C. de præd. mino. Bar. in l. Grecè. §. illud. ff. de fideiuſſ. &
in terminis tradit Alex. in conſi. 83. col. 6. lib. 2. ¶ Ad aliud conię
tum in primo dubio, quod iſta tranſactio uidetur cōtinere pactū
affirmatiuū de ſuccedendo, & ꝯñr non ualere: quia hr̃ditas pa-
6 cto dari non poteſt. l. hæreditas. C. de pac. conuen. l. ex eo. C. de
inuti. ſtipu. ratio eſt quia nō pōt quis auferre ſibi liberã facultā-
tē teſtandi. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. obli. l. fin.
C. de pac. qđ fieret ſi hr̃ditas pacto dari poſſet cū pacta reuocari
non poſsint. l. ſicut. C. de actio. & obli. iſtam rōnem aſsignat Ro.
in conſi. 293. præſuppoſita in primo dubio. Ad iſtud inquã reſpō
7 deo † quòd hic non fuit tranſactum de hæreditate ipſorū fratrū,
ſed de quibuſdã caſtris particularibus, quæ per pactū & tranſa-
ctionē dari, & cōferri potuerunt: quia per talē trãſactionē de qui
buſdam bonis particularibus tm̃ non fuit ſublata libera teſtan-
di facultas, nec prohibetr̃ quis in morte certa bona donare ſeu
donationē aut pactū conferre in tēpus mortis, dūmodo nō fiat
cōuentio ſuper quota aut ſub nomine quotæ hr̃ditatis. ita Oldr.
declarat in cōſi. 139. Ad habendã aliqualē notitiã. refert & ſequi
tur Alex. in d. conſi. 83. col. 2. uerſi. & in propoſito noſtro. lib. 2. &
conſi. 20. lib. 3. ſequitur Deci. conſi. 203. col. 3. & io conſi. 225. col.
2. uerſi. concludendo tñ. in conſi. 578. col. 3. & in conſi. 613. poſt
med. Amplius ſi facta eſſet tranſactio ſub noīe hæreditatis, ſi tñ
non comprehendant bona futura, valere uidetr̃, quia tūc ut actꝰ
ualeat impropriatur uerbū hr̃ditas, & intelligit, id eſt bona. Bar.
in l. quæſitū. §. ſi ſeruus, ff. de leg. 1. Calca. in conſi. 22. colū 4. poſt
med. Dec. in d. l. fi. col. fi. C. de pactis. Goxadinus in conſi. 87. col.
4. in fi. ¶ Similiter uidetr̃ pactū ualere ſuper certa parte hr̃ditatis:
quia nō aufert liberã facultatem teſtandi. Bal. in l. fi. col. fin. C. de
pac. ſequit̃ Alex. in cōſi. 29. col. 5. uerſi. uidentur ēt ualere. libr. 5.
Dec. in conſi. 293. col. pe. Curt. Iunior in conſi. 1. col. 6. dū ſimpli-
ter ſequitur Alex. in conſi. 29. ¶ Sed tñ iſtud nō placet: quia licèt
non tollatur librra facultas teſtãdi, militat tñ alia ratio prohibi-
tionis: quia hæreditas pacto non datur, & quòd non ualeat pa-
ctum ſuper certa parte hæreditatis uidetur tex. in l. pactum quod
dotali. C. de pact. tradit Bar. io conſi. 212. promitto tibi. ſequitur
Dec. ſibi contrarius in conſi. 300. col. 2. in d. l. pactū. col. fi. in ſecū
da limitatione in cōſi. 184. colum. pe. in fin. & in conſil. 613. colū.
2. poſt med. Ideo quando ſonaret pactum io quotam hæredita-
tis, non uidetur cadere impropriatio, ſecus ſi fieret pactum de
ſuccedēdo in certis bonis particularib. uel de quota bonorum.
Gui. Papæ in q. 267. Deci. conſ. 225. col. pe. & alibi ſæpe. Venio ad
ſm an ualeat tranſactio quatenus uidetur continere ſubſtitutio
nē quòd uno ipſorū fratrū ꝑmoriente ſine liberis, aut liberis eiꝰ
ſine liberis ꝑmorientibus bona eiꝰ ꝑueniant ad ſupſtitē, & ſuos
liberos & liberorū liberos, primogenitū ſemp maſculū ꝑferen-
8 do? io quo dubio breuiter † rñdeo ēt in ꝯctibus ſubſtitutionē fie-
ri poſſe. l. ut hæredibus. ff. de leg. 2. Bal. in conſ. 249. Verba inueſti

turæ.col.2.poſt med.lib.2.ſed vltra Bal.melior tex.ĩ terminis ĩ l.
quotiẽs.C.dõ dona.ĩ fi.vbi ꝙ ex tali ſubſtõne facta in donatiõe ac
quiritur vtilis actio abſenti ſubſtituto cõtra regulã iuris ꝙ alteri
ſtipulari quis aut acquirere nõ põt.§.ſi quis alij. Inſti.de inut.ſti
pu.& ꝙ ſubſtõ in ꝯctibus fieri poſsit, tradit Pau.de Caſt.in cõſil.
347.quia circa donationem.col.j.lib.j. vbi loquiť in caſu magis
dubitabili.& idẽ Pau.de Caſt.in pulchro caſu in cõſi.384. Si q̃-
ritur,co.lib.j.vbi voluit,ꝙ facta ſubſtõne in ꝯctu donationis, lʒ
reuoceť donatio,quò ad primũ donatariũ,non tñ cenſeť quò ad
ſubſtitutos.& de tali ſubſtõne not.doc.in l.qui Romæ.§.Flauius
9 ff.de verb.obli.Imò eſt aliud ſpãlẽ † in tali ſubſtõne,quæ fit in cõ
tractu donationis,nã dñium regulariter acquiri non põt ſine tra
ditione.l.traditionibus.C.de pactis, & tñ ſubſtituto in ꝯctu do-
nationis dñium acquiriť ſine traditione. iõ purificata cõditione
ſubſtitutiõis põt ita ſubſtitutus agere rei vendi.ad conſequendũ
bona in quibus fuit cõſtitutus,licèt illæ res traditę nunquã fue-
rint.ita Deci.poſt Spec.in cõſi.139.col.pe.verſi.nec obſt. ſi dicať
& in l.traditionibus.col.pe.ad fi.C. de pac. Amplius fieri põt ta
lis ſubſtõ ĩ donatiõe ẽt ſine ſtipulatione.Soci.in cõſi.125.col.j.li.
3.ĩ alijs aut ꝯctibus requiriť ſtipulatio.Old.ĩ cõſi.110.Pro exami
natiõe. circa tñ dictũ Decij in d.l.traditionibus,vide Bellametã
ĩ cõtrariũ in cõſi.39. ¶ Nõ obſt. ꝙ liberi ſubſtituti in trãſactione
prædicta nondũ erãt in rerũ natura de tpe ipſius tranſactionis:
10 quia ẽt liberis † naſcituris acquiri ius potuit.l.ſi qs operas.ff. de
ope.lib.l.Gallus.§.ille caſus,vbi Bar.& doc.l.placet.ff. de lib. &
poſth. l.ſeruos ad cuſtodiã.ff.de alim.lega.§.poſthumo.Inſti.de
lega.§.ei qui,Inſti.de inut.ſtip.l.quod diciť 2.ff.de verb.obl.Ol-
dr.in conſi.95.col.j.Guido Papæ.q.257.Pactũ factũ eſt. refert &
ſequiť Deci. in d.cõſi.225.col.2.in cõſi.245.col.j.in fi.verſic. ſolũ
ergo.& in conſi.216.col.j.latiſsimè Bellamera in cõſi.17. & idẽ
voluit Pau.de Caſt.in d.cõſi.348.quia circa donationẽ.col. j.lib.
j.& hæc quò ad ſm dubium.¶ Capio tertiũ dubiũ,illud in facto
non bñ explicatũ fuit,tñ põt formari dubiũ dupliciter. Primò ꝙ
ĩ trãſactione illi nobiles fratres tranſigẽtes expreſsè cõuenerint
de nõ alienãdo bona,& iſto mõ intelligi nõ põt:qa ĩ trãſactione
nulla reperiť ꝓhibitio expreſſa dẽ nõ alienãdo. Scdõ igitur mõ põt
& dẽt intelligi in tacita ꝓhibitione alienãdi inducta ex illis ſub
ſtitutionibus, nã ex quo eueniente caſu ſubſtitutionũ bona erãt
peruẽtura ad ſubſtitutos,tacitè actũ cenſetur ꝙ alienari nõ poſ-
ſent in præiudiciũ ſubſtitutorũ, quo caſu quæritur an potuerunt
alienari bona in præiudiciũ ipſorũ ſubſtitutorũ,& hic diſtinguẽ
dum eſt,aut.n. quæriť de alienatione facta per grauatos inter vi-
uos,aut in vltima volũtate:ſi inter viuos,aut q̃ris nunqd ipſe Lã-
telmus primus qui trãſegit potuerit diſponere de ipſis bonis in
præiudiciũ deſcendentiũ Bñdicti ſui fratris, & hic ſumus in illa
quæſtione Bar.& docto.de qua in d.l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de
verb. obl. de eo qui rẽ donauit alicui vt eo mortuo perueniat ad
alterũ,an poſsit reuocari illa ſubſtitutio facta in fauorẽ alterius,
& certè videť quòd nõ:qa Bñdictus frater & notarius vidẽtur ſti
pulari & acceptaſſe,ẽt pro liberis ſuis ipſius Benedicti: qa diciť
in inſtru.quòd ipſi fratres pro ſe & ſuis legitimis ſtipulati ſunt,
11 quo † caſu ius ita acquiſitum per expreſſam ſtipulationẽ & acce
ptationẽ nõ vř reuocabile.Bal.in l.cũ a ſocero,col.fi.C de iu.dn.
Sal.in d.l.quotiẽs.C.de dona.q̃ ſub mõ.Deci.in cõſi.58. col.j. in
fi.ver.nõ obſt.quòd ius quæſitũ fuit.in conſ.239.col. 4. in conſil.
293.col.2.circa fi.& in conſi.607.col.3.in fi.in 2.dubio.Soc.in cõ
ſi.137.col.fi.lib.1.in conſi.127.col.4.verſ.tertia.nã ex quo. lib. 3.
& in cõſi.115.col.3.poſt med.verſi.ꝑterea videmus.li.4.ſed vltra
Dec.adduco Cor.latius.cõprobãtẽ in cõſi.68.col.2.ad fi. verſic.
quarto ꝑdicta confirmantur.lib.3.Rom.in cõſ 94.col.2.ver.cla-
ra aũt.Alex.ĩ cõſi.204.li.7.vbi tñ Alex.limitat niſi interueniat cõ
ſenſus vtriuſq; partis ꝓmittentis & ſtipulãtis: qa tũc poſſet tolli
ius tertio q̃ſitum ex tali conuentione aut ſubſtitutione.ſed in cõ
ſil.27.li.3. ſimpliciter ſequitur hãc opi. nouiſsimè teneť Alexan-
drinus in cõſi.117.Gozadin.in cõſ.87.col.3.poſt med.Iaſo. in d.
§.Flauius.col.9.in 2.limitatione,lʒ Decius ſæpius variauerit ſe-
quẽdo in pleriſq; locis legendo & conſulendo opi.Pau.de Caſt.
in cõſ.195.Viſis his q̃ narrãtur.col.3.lib.2.¶ Et ſi Lãtelmus prim⁹
ipſe ſolus tales ſubſtitutiones reuocare nõ poterat ꝑ ſupradicta,
multo minus eius hr̃des reuocare potuerũt.l.omnimodo. C. de
inof.teſt.l.fi.C.de reuo.dona.c.fi.eo.ti.no.in l.rei iudic.ff.ſo. ma.
¶ Sed dicet aliquis, licèt tale ius q̃ſitum ſubſtitutis reuocari non
potuerit ꝑ Lãtelmum,nec eius hr̃des, tñ videtur quòd alienatio
bonorum facta in ꝯrium teneat: qa licèt ꝓhibitio alienãdi fuiſ-
ſet expreſſe facta ĩ trãſactiõe ꝑdicta, ex ea tũ nõ impeditur tranſ
latio dñij.l.ea lege,vbi gl.& Bar.C.de condi.ob cau.no.doc.in l.
filiusf.§.diui.ff.de leg.1. ſi nõ impeditur tranſlatio dñij ex ꝓhibi
tione expreſſa,multo minus ex tacita inducta ex talib⁹ ſubſtitu
tionibus.l.qui ad centũ.ff.loca.Rñdeo,quòd tenendo opi. Spec.
& Decij.de qua ſupra videlicet quòd ita ſubſtitutis ex cauſa do
nationis dñium acquiratur ſine traditione, eueniente caſu ſubſti
tutionis,res videť clara,qa hoc mõ cõpeteret ſubſtitutis rei ven-
dicatio ſaltẽ vtilis,q̃ datur ꝯ quemlibet poſſeſſorẽ.l.officiũ.ff.dẽ
12 rei vend.l.1.C.de alie.iud.mu.cau.fac.ſicut † dicimus in bonis
ſubiectis fideicõmiſſo ex vltima volũtate alienatis per hr̃dẽ gra-
uatũ,q̃ fideicõmiſſarius vẽdicare põt à tertijs poſſeſſoribus, iu-
xta auth.res q̃.cũ ibi no.C.cõmu.de leg.qa dñium taliũ bonorũ
ſtatim retransferť in ipſum fideicõmiſſariũ eueniente caſu fidei
cõmiſsi,adeo quod neceſſaria nõ eſt reſtõ aliqua faciẽda ꝑ gra-
uatũ ſeu eius hr̃dẽ re,vel verbo,vt declarat Corn.in cõſi.234. li.
3.in conſi.101.ad fi.& in cõſ.133.in prin.lib.3.¶ Scdõ rñdeo,da
to & non concesſo,agi nõ poſſet cõtra tertios poſſeſſores actio-
ne reali,agi tñ poſſet actione perſonali cõtra hæredes primi Lã-
telmi immediatos vel mediatos, qui contrauenerũt ad intereſſe
qa promiſit Lantelmus obſeruare cõtenta in trãſactione ꝓ ſe &
ſuis hr̃dibus ſine qua ẽt promiſsione obligatur hæres ex ꝓmiſ-
ſione defuncti,vt in tit.C.de hr̃di.ac.¶ Tertiò rñdeo quòd non ꝑ
ſupponitur fuiſſe alienata aliqua de bonis ſubiectis reſtõni ex te
nore dictæ tranſactionis,& licèt Lantelmus nepos primi Lantel
mi & hæres eius mediatus inſtituerit hæredẽ eius vxorẽ in om-
13 nibus bonis ſuis,tñ † in tali inſtitutione non cenſentur cõprehẽ
ſa bona quæ poſt mortẽ ipſius teſtatoris alij erãt reſtituẽda, & ĩ
qbus ius ipſius teſtatoris finiebatur per eius mortẽ.Are.in conſi.
74.col.8.in 4.dubio.Cor.ĩ cõſi.65.col.3.poſt med.nu.21.libr. 2.
Iaſ.in l.qui poſt,col.3.C.de lega.vbi loquuntur docto.ẽt ſi teſta-
tor de illis bonis diſponere potuiſſet,putà,ſi erant bona donata
cã mortis,quæ donatio põt ad libitum reuocari.facit Bal.in cõ-
ſil.239.Laurentius.col.1.in fi.lib.2. vbi quòd in dubio diſpoſitio
teſtõris non trahitur ad bona hr̃dis, lʒ de eis poſſit diſponere.
¶ Quartò rñdeo,quòd nobilis Anna de Rama vxor & hæres vlti
mi Lantelmi tanquã hæres primi Lantelmi mediata tenetur ob
ſeruare contenta in tranſactione prædicta & reſtituere bona
ſubiecta reſtitutioni ex ſubſtitutionibus dictæ trãſactionis cum
illa poſsideat & facultatẽ reſtituendi habeat,ẽt quòd nobilis Lã
telmus eius maritus ſpecialiter bona illa reliquiſſet ipſi nobili
Annæ ex quo cõditio ſubſtitutionũ euenit,ſicut dicimus de hæ-
rede grauati in teſtõ quòd tenetur reſtituere hr̃ditatem fideicõ-
miſſario re vel verbo.l.j.C.cõmo. de lega.gl.in l.ſi ſine.C.ad Tre
bellianũ.¶ Quinto rñdeo quòd ſi nulli eſſent hr̃des primi Lãtel
mi,qui cogi poſſent ad obſeruantiã tranſactionis ꝑdictæ agi poſ
ſet hypothecaria cõtra tertios poſſeſſores facta diſcuſsione bo-
norũ,& hr̃ditatis ipſius Lantelmi iuribus vulgaribus. ¶ Sextò &
vltimò rñdeo quòd res videtur clara ſi agať ex teſtõ nobilis Ay-
oardi & ex ſubſtõne facta ꝑ eũ:quia ẽt quòd bona ſubiecta fidei
cõmiſſo alienata eẽnt in tertios poſſeſſores,tñ poſt purificatã fi-
deicõmiſsi condõnem nobilis Stephanus ſubſtitutus agere põt
rei uendicatione cõtra eos ẽt citra aliã reſtitutionẽ fideicõmiſsi
re vel verbo vt ſupra dixi, qñ ſciẽter fuerũt alienata ꝑ grauatũ.
Eadem fundamẽta militãt ſi alienatio facta eſt ꝑ grauatũ in vlti-
ma voluntate.¶ Deſcendo ad quartũ dubiũ, de quo & quãto po
tuerit diſponere Lãtelmus ultimo defunctus. in quo dubio bre-
uiter cõcludendũ eſt,quòd ſi ageret nobilis Stephanus ex teſtõ
dicti nobi.Aynardi & ad fideicõmiſſum uniuerſale in eo relictũ
potuiſſet Lantelm⁹ grauatus filius teſtatoris diſponere de legiti
ma & Trebellianica,& ſic de dimidia parte totius hr̃ditatis ip-
ſius Aynardi,ſm cõem opi.per tex.in c.Ray.& c.Rayn. de teſta.
Si aũt agať ex tenore tranſactionis ꝑdictæ & vltra bona in qui-
bus eſt facta ſubſtitutio illa mutua,ſupererant adhuc alia bona,
primo Lantelmo tranſigẽti pro legitima filiorũ nihil detrahi po
teſt de ipſis bonis in quibus Steph.fuit ſubſtitutus per trãſactio-
14 nẽ prædictam,nec poſſet † legitima eligi aut capi in bonis in q
bus ſubſtõ facta eſt,ſi alia bona ſuperſint. Alex. in conſ.12.li.5.
Corn.in conſi.106.col.fi.lib.2.& in conſi.180.col.5.ad fi.in 4.du
bio.li.4. vbi tñ limitat niſi bona alijs legata aut relicta eſſent de
melioribus rebus hr̃ditatis, ſi aũt vltra bona ꝑdicta nõ ſufficie-
bant ad legitimam,illa detrahi poteſt, de Trebellianica autẽ nõ
vř tractandum,quia non agitur de fideicommiſſo vniuerſali om
niũ bonorum teſtatoris qui inter viuos non potuiſſet diſponere
de omnibus bonis.l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb.
15 obli.Trebellianica † autem non detrahitur niſi de fideicõmiſſo
vniuerſa-

vniuerſali,iõ hæres ex re certa non detrahit Trebellianicã.l. lex
Falcidia.§.nunquã.ff.ad leg.Fal.l.j.§.inde Neratius. ff. ad Treb.
Bal.in conſi.28 1.Viſo teſtõ.in fin.lib.j.in conſ.9.ad fi.lib.2. & in
conſi.251.libr.5.Corn.in conſi.40.col.3.lib.3.Curtius tñ iunior
in conſi.160.latè tenet contrariũ.Bolog.ẽt in addi. ad conſilia Io
an.de Ana.in cõſ.79.in fi.nõ audet decidere, refert tñ Abb. in c.
Raynutius,in ver.legitimã.de teſta.ſequentẽ opi.Bald.hanc etiã
opi.tenet Iaſ.poſt Bal.ibi in l.filiũ.col.4.C.fam.erciſ. Guido Pa-
pæ.q.466.Pater filiã.de quo latius dixi & diſputaui infra in con-
ſil.186.Reſtat quintũ & vltimũ dubiũ,in quo aut quærimus de o-
neribus primi Lantelmi tranſigentis,& dico ꝙ lʒ Stepha.veniat
ad eius bona vigore dictæ tranſactionis , tñ non tenetur ad illa
onera:quia non venit tanquàm hæres aut ſucceſſor vniuerſalis,
ſed tanq̃ donatarius particularis,qui non tenet̃ ad onera . l. æris
alieni.C.de dona.tñ puto, ꝙ non quæratur amplius de iſtis one
ribus.Aut quæritur de oneribus nobilis Aynardi, & tunc ſi nobi
lis Stephanus agat ex teſtõ ipſius Aynardi ipſe tenetur ad onera
pro ſua dimidia,quam conſequitur iure fideicommiſsi,& hæres
grauatus tenetur pro quarta Trebellianica:nã facta reſtitutione
hæreditatis actiones actiuę & paſsiuæ tranſeunt in fideicõmiſſa
riũ.l.1.in prin.l.facta reſtitutione.§.1.& l.ex aſſe.ff.ad Trebe. Imò
16 ſi fideicommiſſarius † non facit inuentarium tenetur ad onera
teſtatoris,qui fideicommiſſum reliquit etiam vltra vires fideicõ-
miſsi.Bar.in l.in ratione.§.quod vulgo.q.pe.ff.ad legẽ Fale.Iaſo.
in l.j.§.ſi is qui.400.ff.ad Trebe. & ꝙ etiã hæres grauatus teneat̃
ad onera pro ſua Trebellianica,probatur : quia Trebellianica di
cit̃ quota hæreditatis.l.j.& 2.C.ad Treb.tradit Corn.in cõſi.168.
col.4.lib.3.& in conſi.324.col.5.circa med.lib.4.Non tñ tenetur
hæres grauatus ad legata pro rata Trebellianicæ: quia illa inſoli
dũ debentur à fideicõmiſſario.l.j.§.fi.vbi Iaſ.ff.ad Trebell.¶ Qđ
tñ intelligo niſi eſſet legatum annuũ:quia pro tpe præterito,quo
hr̃ditas ſtetit apud hr̃dẽ,fideicõmiſſarius nõ tenet̃.Pau.de Caſt.
in cõſi.16.Viſo dicto puncto & dubijs col.5.ad fi.in 3. dubio, li.
2.qđ eſt notandũ.nec de hoc Iaſ.mentionẽ facit in d.§.fi.¶Si aũt
nobilis Stephanus omitteret hr̃ditatem nobilis Aynardi & age-
ret ex tranſactione tñ,clarum eſt, ꝙ non tenetur ad onera Ay-
nardi pro aliqua parte.Pro oneribus uero vltimi Lantelmi etiã
clarũ eſt ꝙ nobilis Stephanus nõ tenet̃ in oẽm euentũ licèt acce
ptaret hr̃ditate no.Aynardi ex cã fideicõmiſsi:quia fideicõmiſſa
rius ſolũ tenet̃ ad onera teſtatoris,qui fideicommiſſum reliquit,
cui fideicõmiſſarius dr̃ ſuccedere.l.cohr̃di.§.cũ filiæ.ff. de vulg.
17 non aũt † tenetur ad onera hr̃dis grauati, licèt illa onera ſint cõ
tracta ex cã hr̃ditaria aut occaſione hr̃ditatis.Cor.in cõſ.146. ad
fi.lib.5.per tex.in l.cũ hæreditas.ff.ad Treb.iõ ad debita cõtracta
per ipſum Lantelmũ tenetur nobilis Anna de Rama eius hæres.
¶Vltimò poſt formata dubia pręmiſſa,fuit quæſitũ an bona ſub
iecta reſtitutioni p̃dictæ potuerint obligari , aut hypothecari ꝓ
dotibus vxorũ. Breuiter ſi agatur de fideicõmiſſo relicto per Ay
18 nardum,clarum eſt ꝙ Lantelmus eius filius potuiſſet † obligare
pro dote & donatione pp nuptias eius vxoris, quatenus bona ꝓ
pria non ſuppeterent in ſubſidiũ.auth.res quæ.cum ibi no.C.cõ-
mu.de lega.ideo ſi legitima & Trebellianica ſufficiãt pro dote ,
aut donatione propter nuptias alia bona obligari nõ potuerũt.
Bal.in conſi.468.Quidã habens duas filias.lib.4.Pau.de Caſt. in
conſi.387.Pro declaratione primi dubij.col.2.lib.j.& dicit Iaſo.
in conſi.231.col.3.in fi.lib.2.ꝙ vbi mulier põt ſe dotare de ſuo,
ceſſat.d.auth.res quæ allega.per Cuma.in l.mulier.§.cum propo
neretur circa.fi.ff.ad Treb.Cui aũt incũbat onus probandi ꝙ nõ
ſupereſſent alia bona, dic ꝙ dicens fuiſſe alia bona tenetur pro-
bare.Curtius ſenior in conſi.27.col.9.ver. Sed cõtra præmiſſam
concluſionẽ per gl.in l.cũ de lege.ff.de proba.& ꝙ idẽ ſit in do-
natione propter nuptias,quod in dote,tradit Soci.in conſ.23. li.
3.ſi aũt agatur ex tranſactione prædicta,adhuc idẽ videtur dicẽ-
dum ſi iſta bona ſpecialiter fuerint obligata , quaſi illa tacita ꝓ-
hibitio alienandi cauſata ex ſubſtitutione facta in tranſactione p̃
dicta,& ſic in actu inter viuos non impediat traſlationẽ iuris hy
pothecæ in alterum,ſicut non impedit tranſlationem dominij ,
ſed tenendo opi.Specu.& Decij,quòd vbi ſit ſubſtitutio in dona-
tione ſeu per uiam donationis ſtatim retransferatur ipſo iure do
19 minium in ſubſtitutum,vt ſup.dixi, non videtur † tũc habere lo
cum diſpoſitio d.auth.res quæ. quæ non habet locum in prohi-
bitione alienandi inter viuos,per quam dominij tranſlatio impe
ditur.Bal.per gl.ibi in l.nulla.circa fi.C.de iure dotium.ſequitur
Alex.in conſi.103.col.quinta.verſic.ſecundo reſpondeo.lib.2. So
ci.in conſi.75.col.3.verſi.contrarium tamen,lib.j.Iaſ. in l. filiuſ-
familias.§.diui,col.9.verſi.iſtud aſſumptum.ff.de lega.1.Ex qui-
bus patet reſponſio ad omnia dubia & quæſita ne quidem leuis.
Grationopoli.6.Decembris.1539.Aymo Crauetta de Sauiliano.
Iuris vtriuſque doctor.

SVMMARIVM.

1 *Contractus talis iudicari debet , qualis in ſui figura apparet .*
2 *Volũtas hominis non præſumitur eſſe aliena à verbis,quod pulchre exornatur.*
3 *Verba debent intelligi ſecundum naturam contractus .*
4 *Verbo contractus expreſſo ſtandum eſt, licèt alia præſumptiones ponderent in contrarium.*
5 *Contractus iudicatur & denominatur ab effectu contra formam verborum , quando effectus repugnat verbis & non aliter .*
6 *Denominatio potius fit habito reſpectu ad formam & ſolennitatem actus,quàm ad effectum.*
7 *Voluntas contrahentium declaratur ex eo quod ſolitũ eſt fieri.*
8 *Voluntas diſponentis quo iure actum facere voluerit, declaratur ex modo & forma procedendi.*
9 *Verba contractus intelligi debent,vt aliquid operentur, etiam impropriando.*
10 *Promittens recognoſcere cenſum ſuper molendinis cenſetur ipſa molendina obligare & hypothecare.*
11 *Ex recognitione probari videtur directum dominium eius cui fit recognitio .*
12 *Interpretatio capi debet quæ pariformiter omnibus cõueniat .*
13 *Denominatio contractus in dubio fieri debet à proprietate verborum .*
14 *Contractus emphyteuticus dicitur quando conceditur res titulo perpetuæ locationis.*
15 *Contractus cenſualis dicitur quando in contractu exprimitur quòd contrahens poſſit diſponere vti de re ſua propria ,*

CONSILIVM XX.

¶Pro nobili Guilielmo Guarnerij .

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato.Quòd
cõtractus Albergamẽti facti nobilibus Frã
ciſco de S.Preiecto & Yſabellæ Allamandæ
eius vxori iudicari debeat ꝯtractus emphyteu
ticus potiuſq̃ cẽſualis, arguitur ex ſequẽtib⁹
1 fundamẽtis.¶Primò:quia † contractus talis
iudicari dẽt qualis ĩ ſui figura apparet.Bal.
in c.j.in prin.de feu. dato in vice leg. comi.
Alex.in conſi.3.col.2.lib.j.Abb.in conſi.15.in fi.lib.j.& in conſi.
49.col.2.eo.lib.vbi niſi probetur de vſura aũt ſimulatione cõtra
ctus,talis eſſe præſumitur,qualis denominatur à contrahẽtibus.
ſed iſte ꝯtractus ſemper denominatur ꝯtractus Albergamenti perpe-
tui,quod ſm cõe vulgare idem eſt ꝙ emphyteuſis , & bonũ erit
ſuper ipſo cõi vſu loquendi probationes facere,ideo à verbis &
denominatione contrahentiũ recedendũ non vr̃ alijs cõiecturis
5 in ꝯrium non apparentibus .l.non aliter.ff.de leg.3.voluntas.† n.
hominis non præſumitur eſſe aliena a verbis : quia nemo præ-
ſumitur dicere quod mente non cogitauerit.l.Labeo.§.idem Tu
bero.ff.de ſuppel.leg.c.2.requiris.de appel.c.fi.de verb.ſign.c.is
aũt.22.q.2.Et id quod verbum non ſonat,certè nec ſentit,& hoc
quia virtus ſermonis non porrigit ſe ad illud.Bal.in conſ.409:Po
nitur,ꝙ idem Nichodemus.col.5.lib.j.in ore.n.& mente præſu-
mitur eſſe vnũ, & idẽ Bal.in conſ.472.In cã prioris.colũ.1. circa
med.li.5.& volũtas hominis cõſpicitur in verbis , ſicut facies in
ſpeculo.Bal.in conſ.102.omnis poteſtas.col.3.poſt med. libr. 3.
itaq; cum ſemper fuerit expreſſus titulus Albergamenti in eodẽ
contractu & in inſtrumento,dicendũ eſt,ꝙ ſenſerint partes de ip
ſo Albergamento perpetuo,nõ de contractu cenſuali penitus di
uerſo ad Albergamento: quia per contractũ cenſualem transfer
tur omne ius in eum cui fit conceſsio.c.conſtitutus, vbi no.de re
ligio.dom.ſed per Albergamentum ſeu locationem perpetuam
non transfertur omne ius,imò dñium vtile tñ.l.j.in fi.ff.ſi ager.
vec.vel emphy. pet.vnde exponere verba ꝯtractus titulo Alberga-
menti,id eſt,in contractum cenſualem,eſſet exponere,id eſt, ti
tulo omnimodæ alienationis & tranſlationis, & ſic eſſet violare
&im-

& impropriare verba aliter non probata voluntate ꝯhentium ꝯ
ꝯtrarium, quod dicendum non eſt per ſupradicta. Nam à verbis
contrahentium recedi non debet. l. 1. §. ſi is, qui nauê. ff. de exerci
to. Et maximè iſta procedunt, quia contrahentes ſemper & ſæpi⁹
vſi fuerunt iſto verbo Albergamenti, ea qua reiteratione delibe-
ratior & efficacior arguitur voluntas ipſorũ ꝙ uoluerint eſſe cō
tractũ veri & proprij Albergamenti, non cenſualē. gl. in c. ſi quis
iratus. 2. q. 3. l. Baliſta. ff. ad Treb. cum ſi. ¶ Secundò arguitur ſic,
3 † verba debent intelligi ſm naturã contractus cui adijciunt. l. ſi
ſtipulatus. §. verũ. ff. de vſur. l. damni. verſi. & ꝙ in ſtipulatione. ff.
de dãno infec. ſed natura locationis perpetuæ, aut Albergamen
ti perpetui eſt ꝙ ſolũ transferatur dñium utile, remanente dire-
cto apud concedentē, vt ſup. diximus, ergo per iſtũ contractum
Albergamenti perpetui dicendum eſt, ꝙ ſolũ tranſlatum fuerit
dñium vtile in Albergatarios ſm naturam contractus. ¶ Tertiò,
4 quando † verbũ contractus eſt expreſſum, ſtandum eſt illi verbo
ita expreſſo, licèt aliæ præſumptiones præponderent in ꝯrium.
Oldr. in conſi. 159. Ex præſenti themate. in 1. dubio, ubi qñ prin-
ceps in conceſſione ſua vtitur uerbo donamus, iudicatur dona
tio, non feudũ, licèt aliquæ præſumptiones ſuadeant in ꝯrium ꝙ
uoluerit in feudũ concedere. refert & ſequitur Deci. in conſi. 32.
col. 2. quantò fortius ſtandũ erit in caſu noſtro verbis ꝯctus ex-
preſſis quæ ſonant in Albergamentũ, cum illæ coniecturæ cōtra
rium ſuadeant, ꝙ voluerit no. Guili. Guarnerij cōcedere iſta mo
lendina ea cauſa contractus cenſualis, quia in nulla parte ꝯctus
reperitur ſcriptum ꝙ transferetur in nobiles Albergatarios iura
omne ipſorum molendinorum, ita ꝙ nihil iuris remaneret pe-
nes ipſum Guarnerij Albergatorē: imò coniecturæ contrarium
5 ſuadent ut infra monſtrabimus. ¶ Quartò ita demum † contra-
ctus iudicatur & denominatur ab effectu contra formam & ſo-
num verborum, qñ effectus repugnat & aduerſatur ipſi verborũ
formæ, quia tunc conſideratur effectus omiſsis verbis. l. Lucius. 1.
vbi doc. ff. depoſiti. facit tex. in l. vnica. §. ſimili modo. C. de lati.
lib. tollen. vbi ſi dñs nominet ſeruũ filium ſuũ, non propterea fa
cit eum filium, no. per Bar. in l. eotem ferro. §. qui maximos. ff. de
publica. & in diſpu. incip. Publicanus. & magis in ſpecie. in l. vbi
ita donatur. ff. de dona. cau. mor. Soci. in l. Gallus. §. ēt ſi paren-
te, col. 2. poſt med. ff. de lib. & poſthu. in conſi. 88. in j. dubio. li. j.
& in conſi. 156. in prin. lib. 2. Deci. in l. ſi paſcenda, colum. 2. poſt
med. C. de pac. in auth. ex teſtamento, colũn. 2. poſt med. & in l. ſi
donatione, col. 2. & latius. col. 7. C. de collatio, ſed in caſu iſto ſi
verba contractus Albergamenti perpetui bene conſiderentur non
reperitur aliqua repugnãtia circa formã verborũ quominus iu
dicari poſsit contractus puri & veri Albergamenti perpetui pro
ut ſonat, imò effectus contractus conſonat & conuenit cũ ipſa
6 denominatione vt inferius demonſtrabitur. Probatur † iſtud fun
damentum ex eo quod Ang. ſcribit in conſi. 114. col. 2. ad fi. vbi
ꝙ ſententia de exequendo licèt habeat effectũ & uim ſententiæ
diffinitiuæ, tñ dicitur interlocutoria, quia in ea omittitur forma
& ſolennitas diffinitiuæ, & ſic potius attenditur forma quã effe
ctus: quia licèt ſecũdum aliquem effectum, videatur diffinitiua,
tñ ſecundum alium effectum, qui eſt circa ſolennitatem & for-
mã dicitur interlocutoria, quantò fortius dicemus in caſu nr̃o
iudicari iſtum contractum a forma verborum, vbi omnis effect⁹
iſtius contractus concordat & conſonat cum Albergamento ꝑ-
petuo, non cum cenſuali contractu, vt ſtatim oſtēdemus. ¶ Quin
tò probatur iſta concluſio ex verbis contractus, in quibus dicit
ſolutos fuiſſe ſcutos quingentos pro introgijs ipſius contractus
quæ res eſt de natura contractus emphyteutici, imò de ſubſtan-
tia ſm aliquos, vt per Iaſ. in l. j. in prin. C. de emphy. & ſic iam ar
guitur vnus effectus concordans & conueniens contractui em-
phyteuſis, non cenſuali: quia in contractu cenſuali non conſue-
uit aliquid ſolui pro introgijs, ſed tantum promittitur & ſoluitur
annuus cenſus concedendi ac tranſferendi rem, per ea quæ habē
tur in d. c. conſtitutus, de relig. dom. Itaq; ex illa ſolutione quin-
gentorum ſcutorum pro introgijs, quæ fieri conſueuit in cōtra-
ctu emphyteutico iudicari debet contractus emphyteuticus, quia
7 † ex eo quod ſolitum eſt fieri, voluntas declaratur contrahentiũ.
l. ꝙ ſi nolit. §. quia aſsidua. ff. de ædil. edic. l. ſi. C. de fideiuſ. l. ſem
per in ſtipulationibus. ff. de reg. iu. l. ſi de interpretatione. ff. de le
gibus, & dicit Alex. in conſi. 9. col. j. lib. 5. ꝙ uoluntas hominis po
tius declaratur ſm conſuetudinem quam ſm ſtatutum loci. ¶ Se
8 xtò ex modo † & forma procedendi arguitur & declaratur volũ
tas diſponentis, quam viam amplecti voluerit. Bar. in l. ſocietatē
§. arbitrorum. col. 4. ff. pro ſocio. Anch. in conſi. 269. Pro declara
tione primi dubii. Alex. in conſi. 55. col. 2. li. 5. ideo ad cognoſcē-
dum an fuerit compromiſſum in aliquē ut arbitrum vel arbitra
torem inſpicitur modus procedendi coram eo, quia ſi ſeruetur
modus neceſſarius corã arbitro præſumitur compromiſſum ut
in arbitrũ, vt habetur in d. locis, eodē modo dicamus ꝙ ea mo-
do & forma paciſcendi cognoſcatur & iudicetur qualitas & no
men contractus, ſed iſte modus paciſcendi dando pecuniã ꝓin
trogijs conſueuit fieri & adhiberi in contractu ueri Albergamē
ti perpetui, & contractus emphyteutici, ergo iudicari & cenſeri
9 debet contractus emphyteuticus. ¶ Septimò † nullũ uerbum ꝯ-
ctus debet intelligi vt ſit ſuperfluum ſi alius intellectus ſanus cō
modari poſsit. l. j. in prin. & ibi no. ff. quod metus cau. l. j. in fin.
cum ibi no. ff. ad munici. l. 3. §. j. qui incipit non fruſtra. ff. de iure
iur. & dicit Bal. in conſi. 51. generali ſtatuto, in fi. lib. 5. ꝙ ſingula
uerba debent habere aliquid ponderis, & aliquē effectum trahi
per tex. in l. itē veniunt. §. aptanda. ff. de peti. hæred. imò ut aliqd
operentur verba impropriari debent, quando alias ſine impro-
priatione nihil operarentur. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed ſi rerum:
ff. de iureiu. no. in l. j. C. de uſur. Pan. de Caſtr. in conſil. 217. Licèt
multa, col. 1. ante med. lib. 1. ſed in contractu Albergamenti præ-
dicti dicitur ꝙ ipſe Guarnerij Albergator reſeruat ſibi cenſuus
onus & præſtationes annales cũ alijs iuribus ipſorum cēſus o-
neris & præſtationum. quæ uerba cum alijs iuribus, aliter opera
ri poſſe non videntur, niſi quod cenſeatur reſeruatũ Albergatori
dñium directũ, ergo de illo iure intelligi debent. arg. l. fundus qui
locatus. ff. de fund. inſtr. & l. 2. ff. de lib. & poſth. Ad idem ponde
ro alia verba inſtrumenti dũ promittit Albergator quitare & re
mittere cenſum onus & præſtationes ꝑdictas mediantibus ſcu
tis quingentis, & inſuper omnia alia iura & oēs actiones quas
& quæ prætendit habere ſuper dictis molendinis Arbergatis.
Profectò, ſi contractus cenſualis fuiſſet, nulla alia iura prætende
re poterat vltra cenſum onus & præſtationes annuas vt igitur uer-
ba pacti operentur, dicendum eſt ꝙ remanſerit directum domi-
nium penes ipſum Albergatorem. bene fateor ꝙ ſi talis reſerua-
tio in alio verificari poſſet, ex ea fundamentum fieri non poſſet
tanquam generali & obſcura. l. Titiæ textores. ff. de leg. j. & i ter
minis tradit Alex. in conſi. 40. col. 2. lib. 6. ſaltē negari non poteſt
non bene operari ex toto tenore ꝯctus, & maximè ex verbis præ
miſsis vniuerſum ius iſtorum molendinorum tranſlatum fuiſſe
in ipſos Albergatarios, imò potius probatur cōtrarium, ergo cō
tractus cenſualis probari non poteſt. ¶ Octauò plurimum pon-
10 dero † alia verba dicti contractus in quibus promittunt Alber-
gatarij recognoſcere primo cenſum onus & annuas præſtatio-
nes ſuper ipſis molendinis. quæ uerba important ꝙ ipſa molen
dina cenſeantur obligata & obnoxia pro ipſis annuis præſtatio
nibus. l. codicillis. §. inſtituto. ff. de leg. 2. Bar. in l. fundus. ff. de an
nuis lega. Bal. in conſi. 182. Caſus talis eſt, rea Cypri. col. 2. lib. 5.
Poſtea & incōtinenti Albergatarij ipſi recognouerunt dicta mo
lendina & confeſsi fuerunt ſe illa tenere cum iuribus & pertinē
11 tijs eorundē ab ipſo Guarnerij Albergatore, & ſuis. ex qua † re-
cognitione & confeſsione clariſsima vr̃ rea quod remanſerit di
rectũ dñium penes ipſum Guarnerij Albergatorē, nam ſi cōtra
ctus eſſet cenſualis bona cenſualia non tenentur, neq; poſsidentur
ab eo qui ea conceſsit, imò per contractum cenſualē omne ius
trãſfertur in aliũ tã reſpectu dñij quãm poſſeſsionis, adeo quòd
nihil iuris apud concedentē remanet excepto cenſu, ideò bona cen
ſualia non tenentur ab altero, ſed à ſeipſo & nomine ſuo ꝓprio:
ſed qñ bona recognoſcuntur & poſsidentur ab altero, neceſſa-
diceretur conditio acceptantis deterior fieri, & operaretur acce
ptatio contra mentem & voluntatem acceptantis, quod eſſe non
debet, immo reſtringi debent verba ad cogitatum diſponentis. l.
ſi quis ita. ff. de teſta. tu. l. non omnis, in prin. ff. ſi cert. pet. Bald. in
conſi. 159. Super eo quod quæritur. col. 3. lib. 3. Iaſ. in conſi. 171.
col. 4. circa med. lib. 2. ſimiliter reſtringi debet generalis diſpoſi
tio rōne vitandæ iniquitatis ne ad lucrum quis indebite admitte
retur. l. Marcellus, in prin. vbi Soci. in 2. no. ff. ad Trebel. no. Bart.
in l. oēs populi, in 6. q. prin. in materia interpretationis reſtricti-
ue. ff. de iuſti. & iure. ſed hic nobiles domicellæ admitterentur in
debite ad lucrum fideicommiſſi inutilis cū iactura hæredis qui
ipſe teneretur præſtare de ſuo proprio. ¶ Decimò reſtitutio facta
fuit de bonis & fideicommiſſis dominorū de Claromōte, & ſic
verba reſtitutionis neceſſario præſupponunt fuiſſe bona & fidei
commiſſa quæ reſtitui poſſent, quia quod non eſt reſtitui nō pōt
l. 2. ff. de vſufr. l. 4. ff. loca. l. ſi ſeruū. §. ſi modus. ff. de actio. empt.
l. adeo. §. q ſi toto. ff. de acqu. rer. domi. ſed quò ad fideicommiſ
ſum relictum per nobilem Claudium nulla erant nec ſunt bona
quæ reſtitui poſſent deductis bonis ſubiectis fideicommiſſo per
anteceſſores eius, legatis relictis per ipſum Claudiū, & ære eius
10 alieno, itaq; non eſt dicendum † ſenſiſſe partes de fideicōmiſſo
ipſius Claudij inualido, nā præſumuntur partes velle actum vali
dum & efficacem facere, non inualidum & eluſoriū. l. ſi prætor,
in prin. ff. de iud. l. 3. ff. de teſta. mili. l. quotiens. ff. de rebus dub.
c. Abbate, de verb. ſig. cum ſimi. Rurſus cum operari abunde poſ
ſit reſtitutio circa alia fideicommiſſa valida & efficacia, trahi nō
debet ad fideicommiſſum inefficax, nec curandum eſt de nudo
nomine fideicommiſſi quādo in eo nulla ſunt bona, prout dicūt
doct. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. q nō va-
let donatio oīum bonorum præſentium & futurorū, quia auferret
liberam teſtandi facultatem & licèt hæreditas cōſiderari poſſit
ſine corporibus hæreditarijs, tñ de tali hæreditate nuda curādū
non eſt, quia non inuenitur qui eā adire velit ſine aliquo effectu
11 & commodo. ¶ Vndecimò arguitur ſic ex poſſeſſione † rerum
hæreditariarū non inducitur aditio hæreditatis ſi probet poſſi-
dens ſe poſſidere ex alia cauſa q̄ titulo hrēditario. Bar. & doct. in
d. l. gerit. Bal. in conſ. 224. Super eo quod quæritur an dña Simo-
na. lib. 2. immo cenſetur quis tenere bona hæreditaria ex eo titu
lo qui ſibi vtilior eſt. Pau. de Caſt. in conſ. 351. Pro fundamento.
col. 3. circa med. lib. 1. allegat iura de quibus per eū ibi, immo ſta
tur declarationi & iuramento eius q dicit ſe poſſediſſe bona ex
alia cauſa q̄ hrēditaria. Bar. in d. l. gerit, col. 6. & 7. Bal. in conſ. 306.
Sententia, lib. 3. & in conſ. 405. proteſtatio li. 5. Cor. in conſ. 308.
col. 2. in conſ. 337. col. 2. lib. 1. & in conſ. 312. col. 2. lib. 4. Eodem
modo cum dñs Antonius poſſet tenere bona ex pluribus ſubſti-
tutionibus anteceſſorum de Claromōte poterit declarare ex qui
bus ſubſtitutionibus teneat, & quidē à fortiori, quia ſubſtitutio-
ne Claudij nihil poſſidere poſſe narratur ex cauſis ſupra memo
ratis, & cum potuerit acceptare reſtitutionem oīum fideicōmiſ-
ſorum aut aliquorū tm̄, ſtandū ſimiliter vr̄ eius declarationi an
intellexerit de oībus fideicommiſſis aut aliquibus tm̄. ¶ Duode-
12 cimò probatur iſta concluſio † ex his quæ Iaſ. ſcribit in l. 1. §. ve
teres, col. 9. ff. de acqu. poſſ. Hippol. in l. furē, nu. 12. ff. de ſica. vbi
q aditio hrēditatis non præſumitur ex poſſeſſione rerum hæredi
tariarum pauci valoris, quia non eſt veriſimile q pro modico vo
luerit qs ſe obligare ad onera hæreditaria, à fortiori dicendum
eſt q ex acceptatione fideicommiſſorum generali nolueri quis
agnoſcere fideicommiſſum vndiq; damnoſum, in qua ſūdeo q
ſi ex facto. i. ex poſſeſſione bonorum hæreditariorum ſimpliciter
non inducitur hrēditatis aditio, multo minus induci debet ex ſo-
lis verbis generalibus quæ obſcuritatē pariunt, & quia fortiora
ſunt facta ad oſtendendum voluntatem alicuius q̄ verba. l. ſi tñ.
§. ei qui. ff. de ædil. edic. c. dilecti filij. el 2 vbi Deci. in 2. no. de ap
pel. & iſtud eſt quod voluit Cor. in conſ. 310. col. 2. ad fin. lib. 3. q
in hæreditate lucroſa de facili præſumitur aditio, ſecus autem in
13 damnoſa. ¶ Decimotertiò arguitur pro hac concluſione, † ex fa-
cto ſequente declaratur qualis fuerit voluntas & animus præce-
dens etiam in brutis. §. Pauonum & §. Ceruos, Inſti. de rer. diui.
l. reprehendenda. C. de inſti. & ſubſtit. & maximè declaratur ani
mus ex his quæ poſtea incontinenti fiunt. l. ventri. §. fi. ff. de priui-
leg. cred. c. officij. de electio. Bart. in l. poſt contractum. ff. de do-
na. Modo ſic, poſt factam illam reſtitutionem fideicōmiſſorum
dñs ſubſtitutus ſtatim apprehendit poſſeſſionem bonorū fidei-
commiſſo ſubiectorum, quæ quidem poſſeſſio nō excedit bona
antiquarum ſubſtitutionum, vt in facto præſupponitur. Ideo ex
facto iſto apprehenſionis bonorum ſtatim ſecuto declaratur ani
mus dñi ſubſtituti, q ſolum intenderit adire hæreditatem ex titu
lis antiquarum ſubſtitutionum, non ex vltima ſubſtitutione in-
14 ualida prorſus & inutili. Pro hoc facit † quod Bal. ſcribit in cōſ.
272. In cauſa egregiæ. colum. 2. lib. 5. per l. duo fratres. ff. de acqu.
hære. vbi ſi ſcriptus hæres prætendat ſe poſſidere bona hæredita
ria ex alio titulo q̄ hæreditario, & reperiatur plus poſſidere q̄ p-
tendat ad ſe pertinere ex alio iure, rōne poſſeſſionis illius pluris
inducitur aditio hæreditatis. Ergo ſi prætendens bona ad ſe per-
tinere ex antiquis ſubſtitutionibus non plus poſſidere repetatur
quam debitū ſit ex antiquis ſubſtitutionibus, dicendū erit oū adi
uiſſe cum hæreditatē ex nouiſſima & vltima ſubſtitutione, vt idē
operetur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſi-
to. d. l. fin. §. fi. ff. de leg. 3. & vt contrariorum eadem ſit diſcipli-
na, vt ſupra dictum eſt. ¶ Decimoquartò ſi nobiles iſtæ domicel-

læ velint

lę velint ſe fundare in verbis reſtitutionis & ex eis probare aditam fuiſſe hęreditatē nobilis Claudij earū fratris, ipſis imputandū eſt cur legē apertius nō dixerit & in ſpecie declarauerint intēdere ſe reſtituere ēt fideicōmiſſum ipſius Claudij. vulg. l. veteribus. ff. de pactis. ¶ Illud ſolū ſupereſt vt rńdeam⁹ ad ꝯria, ad q̃ rńdeo,
25 † ꝙ oratio generalis & indiffinita nō tm̄ operaṫ quārū ſpecialis, vbi rō eſt diuerſa. Bar. in d. l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. not. in c. quia circa. de elec. li. 6. Pau. de Caſt. in cōſ. 187. Nntā dū eſt. col. pe. poſt med. li. 2. ſed valde diuerſa rō in fideicōmiſſo nobilis Claudij dānoſo & in alijs fideicōmiſſis lucroſis & vtilibus, ideo ſermo generalis & indiffinitus ad oīa fideicōmiſſa referri nō debet, nec vim hēt ſpālis diſpoſitionis. ¶ Secundo rńdeo ꝙ hic ſumus in materia probationis, & agiṫ de probando aditionē hęreditatis, ſed in
26 materia † probatoria, oratio gn̄alis & indiffinita nō æquipollet vniuerſali. Inno. in c. auditis, de præſcrip. Alex. in cōſi. 110. libr. 5. Cor. in cōſ. 105. col. 4. lib. 3. & in cōſ. 224. col. 7. li. 4 Deci. in regula contractus. in 3. no. ff. reg. iur. & cōſ. 61. col. 2. ver. & dictū Old. & alibi ſæpe doc. Rō eſt, quia ſermo gn̄alis negari nō pōt quin ſit dubius & obſcur⁹, vt ſupra dixim⁹, ꝓbatio aūt dubia nō releuat, vt ſ. ētoſtendimus. Tertiò rńdeo ꝙ hic agitur de materia ſtricta & odioſa in qua indeffinita nō æquipollet vniuerſali. l. 1. vbi Soc. in tertio & quinto no. ff. de lib. & poſth. no. Soci. in conſi. 278. col. 3. ver. confirmaṫ iſta intelligentia, lib. 2. ¶ Non obſt. ſcientia dn̄i ſubſtituti, quia ēt in d. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. teſtator notitiā habebat de legatis oībus ab eo relictis, & tm̄ ſcentia illa non obſtante denegatio ſi tp̄is in codicillis adiecta nō trahiṫ ad legata oīa ſed ad utilia tm̄. ¶ Secundò rńdeo ꝙ iſta ſciētia nocere poſſet ſi in ſpecie agnitū & acceptatū fuiſſet fideicōmiſſum ex teſtō nobilis Claudij, qa excuſari nō poſſet ſubſtitutus ex capite ignorantiæ ſed cū in ſpecie nihil dictū fuerit de illo fideicōmiſſo, dico ꝙ gn̄alis acceptatio ad illud trahi nō dēt ꝑ rōnes & fundamēta de quibus ſupra meminimus, nā in exēplis & fundamentis ſupra adductis neceſſario præſupponiṫ ſciētia, qua ceſſante fruſtra de tot dubijs fieret diſputatio qa io ignorante nō cadit cōſenſus nec obligatio. l. nec ignorās. C. de dona. l. fi. C. de cōdi. indeb. cū ſi. ¶ Venio ad ſm̄ dubiū, in quo omiſſa diſputatione ad partes puto breuiter cōcludendū, ꝙ licèt do. Antonius ſubſtitutus diceretur adiuiſſe hęreditatē ex teſtamento nobilis Claudij quod oīno negaṫ, & cuius contrariū late ſupra probauimus, tn̄ ſi faciat inuētarū nō tenebiṫ nobilibus domicellis ultra uires hæreditarias ex illa reſeruatione & clauſula ſaluis iuribus ipſarū domicellarum
27 reſtituētiū fideicōmiſſa. Nā iſta reſeruatio † facta fuit ad cōſeruādum iura ipſarū domicellarū puta circa legitimā & Trebellianicam, quas ꝑtendere poſſent ex pſona ſui fratris hæredis grauati in teſtamēto patris, quibus ne ꝑiudiciū fieret adhibita fuit illa reſeruatio iuris cōſeruatiua. l. ati quis. §. plerique. ff. de religio. l. 3. §. 1. ff. quibus mo. pign. uel hypo. ſol. l. 3. §. pen. ff. de tib. bom. exhib. l. pe. ff. de aqua quoti. & æſti. ibi, ſine præiudicio. l. idē fiet. ff. de teſt. tut. ibi, ſine ullo litis pręiudicio. l. litibus. §. huiuſmodi. C. de agrico, & cenſ. lib. 11. l. ſi pater exhæredato. ff. de bonis lib. l. ſi fideiuſſor. in prin. ff. qui ſatiſ. cog. l. fin. §. item ſi prædixerit. ff. nau. caup. ſtabu. c. Pontifices. vi. q. 1. c. nihil cū ſcādalo, de præſcrip. c. cumana, & c. eccleſia, de electio. Itaq; clauſula reſeruationis appoſita ad conſeruandū non debet operari augmētū & ampliationē vltra naturā ſuā, quia intelligi dēnt uerba ſm̄ naturā actus cui adijciuntur. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. l. ſi uno, in prin. ff. loca. ſed ſi illa reſeruatio operareṫ ꝙ dn̄s ſubſtitutus teneaṫ ultra uires hæreditarias operabiṫ augmentū & ampliationē, cū antea nō obligareṫ ultra uires hæreditarias. facit regula. l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. ꝙ inducta ad unū effectū, ad illū reſtringi debēt, nec ultra
28 eū debēt operari. ¶ Secūdò † uerba & diſpoſitio cōtrahentiū in dubio debet intelligi ſm̄ diſpoſitionem iuris cōis. l. ſi duo. ff. de acq. hær. Bart. in l. hæredes mei. §. cū ita. ff. ad Trebel. ideo illa reſeruatio iuriū intelligi debet quatenus de iure ſalua eſſe poſſunt & quatenus patiunṫ uires hæreditariæ, nō ut cogaṫ dn̄s ſubſtitutus de ſuo ſatiſfacere. ¶ Tertiò ſi dicimus ꝙ ex illa reſeruatione hæres teneatur ultra uires hęreditarias, oportet & illud dicere in neceſſariū antecedēs, ꝙ renūciauerit hęres aut ſubſtitutus beneficio inuētarij, ſed renunciatio iuris ſui in dubio ꝓſumi nō debet. l. cū de indebito. ff. de ꝓba. c. ſup hoc, de renuncia. l. ſicut. §. nō vſ ff. qb. mod. pig. uel hypo. ſol. & ꝑfecto abſurdū eſſet dicere ꝙ illa reſeruatio facta ſolū ad cōſeruandū iura nobiliū domicellarum operareṫ effectū renunciationis in odiū dōi ſubſtituti. ¶ Quartò
29 licèt dn̄s ſubſtitutus cōſenſerit † illi reſeruationi factæ, tn̄ ꝑ ſimplicē ꝯſenſum nō obligaṫ qs ad faciendū aut ꝑſtandū de ſuo, ſed operaṫ cōſenſus ne poſsit cōſentiēs cōtrauenire actui cui conſenſum adhibuit. Alex. in conſ. 131. col. 2. ubi ꝙ cōſentiēs cōpromiſſo nō cēſeṫ obligare ad obſeruandū ea q̃ arbiter ꝓnūciauerit. Alibi ſcribit Corn. in conſ. 22. col. 7. uerſi. tertiū ex alio. lib. 3. ꝙ licèt cōitas cōſenſerit aliq̃d alicui dari, tn̄ ex tali cōſenſu non obligaṫ ad illud dandum, qa licèt cōſenſerit dari, non tn̄ ꝓmiſit dare & ſic uerba nō ſonāt in ꝓmiſsionē aut oblōnē aliquā, & ꝙ uerba ſunt interpretāda cōtra eū q̃ ſe fundat ex eis. Alibi ſcribit idem Cor. in ꝯſi. 41. col. fi. lib. 3. ꝙ licèt qs cōſentiat vēditioni rei ſuæ tn̄ ex tali cōſenſu nō obligaṫ de euictione, qa uerba cōſenſus nō ſonāt in obligationē, & iſtud eſt quod dicit lex aliud eſſe vendere, aliud vēdēti cōſentire. l. aliud eſt uendere. ff. de reg. iur. Sed ultra Alex. & Cor. adduco. 211. q̃dā ſibi filios. col. 1. Bal. in cōſi. 227. qn̄ ꝑ Bar. in cōſi. debito. col. 1. li. 1. ubi tn̄ limitat niſi cōſentiēs uenditioni recipiat ꝑciū. Aliā limitationē ponit Ang. in l. habebat. §. ſi dno. ff. de inſtito. in eo q̃ teneṫ cōſentire ſeu cuius cōſenſus eſt neceſſarius q̃ allegaṫ de euictione ex cōſenſu puta qn̄ dn̄s directus cōſentit alienationi emphyteoſis. Aliā limitationē ponit Alex. in cōſi. 80. col. 3. uer. uerū eſt ꝙ ſi ego. lib. 4. vbi ꝙ non ꝓcedit in eo cuius nomine fit actus qa cōſentiendo cēſeṫ actū ratificare, ob id teneṫ de euictione. In ꝓpoſito licèt dn̄s ſubſtitutus cōſenſerit illi reſeruationi, nō tn̄ ꝓmiſit, aut ſe obligauit ad ꝑſtandū aliquid de ſuo, & cū verba nulla ſonēt in ꝓmiſsionē aut obligationē, illa induci non debet. l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerſi. obl. ¶ Quintò iſta quæſtio vṙ de indubitabili conſiderando hoc modo. Reſeruatio fuit generalis de iuribus competentibus ipſis domicellis ſine aliqua ſpecificatione taliū iuriū, quia nō fuit expreſſum q̃ & qualia iura cōpeterēt, ſed poſito ꝙ ex teſtō nobilis Claudij aliq̃d relictū fuiſſet ipſis domicellis, illud tn̄ ꝯſequi inſolidū ñ pn̄t niſi ꝓ
20 uiribus hęreditarijs cōfecto inuētario, ob id illa reſeruatio † operari nō pōt niſi prius appareat q̃ & qualia ſint illa iura ꝯfecto inuētario ꝑ ea q̃ no. Bar. & doc. in l. ſi ſic. ff. de leg. 3. Alex. in l. locus. ff. de acq. poſſ. ubi cōceſsio de iuribus q̃ qs habet in tali loco non operaṫ niſi quatenus apparet de illis iuribus. ¶ Sextò decidi uidetur iſta qō ex eo quod ſcribit Bal. in cōſi. 100. Egregie & honorā de dn̄e. li. 1. ubi ſi iudex ꝓnūciat appellationē deſertā, & reſeruat exceptiones q̃ cōpetere pn̄t appellāti, talis reſeruatio nihil opaṫ, qa nihil reperit qđ reſeruari poſsit, ex quo deſerta appellatione exceptiōes cōpetere nō amplius pn̄t, & ſic nō operaṫ reſeruatio niſi quatenus apparere pt̄ de cōpetētia iuris reſeruati. Eodē mō dicamus ꝙ iſta reſeruatio facta ꝑ nobiles domicellas operari nō poſsit niſi quatenus ꝯſtet de iuribus reſeruatis, q̃ nō amplius eſſe pn̄t q̃ patianṫ uires hæreditariæ facto inuētario. Pro hoc optime facit tex. in l. ſi in uenditione, in fi. ff. comm. prędio. ubi ſi uēditor ædium excipiat & reſeruet ſeruitutē, quā dixit Titio deberi, licèt emptor cōſenſerit tali reſeruationi, tn̄ ſi in ueritate cōperiaṫ nullā ſeruitutē deberi Titio, talis reſeruatio nihil operaṫ. Ad idē facit quod ſcribunt Bar. & doc. in l. ſi quis legauerit, ꝑ illum text. ff. de leg. 1. ubi ſi uenditor fundi reſeruat ius coloni, qui medietatem fructuū percipęre debet, ſi nullus reperiatur colonus fundi præter ipſum venditorem, talis reſeruatio nihil operatur, ideo ꝑtinent fructus ad emptorem inſolidū. Alibi ſcribit Oldr. in conſi. 214. Factū tale eſt in inſtrumento. ubi pater tēpore emancipationis filij reſeruauit ſibi uſumfructum in bonis quærendis per filiū dicit Oldr. ꝙ talis reſeruatio nihil operaṫ, cū uſufructus patri nō competat in bonis filij emancipati, & ſic in totum corruit reſeruatio qn̄ non apparet de iure aliquo reſeruato, ergo licèt iura reſeruata ꝑ nobiles domicellas in ſpecie fuiſſent expreſſa, tn̄ ſi illa inſolidū deberi nō poſſunt nō ſufficientibus facultatibus hæreditarijs, talis reſeruatio ſolū operabitur ꝓ illa parte pro qua ſolui poſſunt, quia idem iuris eſt de parte quò ad partem, quod eſt de toto quò ad totum. l. quæ de tota. ff. de rei uend. ¶ Septimò in
21 contractibus mens † eſt inſpicienda contrahentium. l. ſed etiam Celſus. §. ſi fundus. ff. de contrahen. empt. l. in conuentionibus. ff. de uerb. ſign. l. fi. C. quæ res pign. oblig. poſ. gl. in l. blanditus. C. de fideiuſ. & dicit gl. in l. in uenditione, ad fi. ff. com. præd. ꝙ cauſam verborū inſpicere debemus potiuſquā ipſa verba. Sed mēs iſtarū domicellarū fuit ſolum reſeruare iura cōpetentia ne forte ſimpliciter reſtituendo illa fideicōmiſſa, cenſerenṫ ſibi ꝑiudicare & renūciare iuribus ſuis, mēs aūt earū nō fuit obligare ſibi dn̄m ſubſtitutū cui fiebat reſtitutio ad præſtandū aliq̃d de ſuo, ſimiliter mēs dn̄i ſubſtituti fuit nolle derogare iuribus ipſarū domicellarū, illud vero nunq̄ cogitauit, vt ſe obligaret ad præſtandū de ſuo ideo reſtringi dēt verba reſeruationis ad mētē cōtrahentiū.
22 Octauò interpretatio † diſpoſitionis ſemper de neceſsitate ineſt

aut de veriſimilitudine aut ipſius rei natura. Bal. in conſ. 343. Exa
minanda ſunt, in prin. lib. 1. ſed ſiue conſideremus veriſimilitudi
nem, illud veriſimilius eſt non ſenſiſſe partes ꝑ illã reſeruationẽ
ſimplicẽ renũciatum eſſe beneficio inuentarij. ſiue cõſideremus
naturã rei, agebatur de reſeruatione iurium hæreditariorũ, q̃ ꝑ
viribus hæreditarijs duntaxat præſtari debent facto inuentario.
¶ Nonò qñ hæres facit inuentariũ, ſolũ tenet̃ pro viribus hæredi-
tarijs, dicere aũt ꝙ dñs ſubſtitutus intenderit ſe obligare ultra vi
res hæreditarias nõ obſtante futuro inuentario ex illa reſeruatio
ne generali, eſſet inducere nouationẽ obligationis in pſona ſub-
ſtituti, q̃ nouatio præſumi nõ debet niſi expreſſe actum ſit. l. fi. C.
de noua. & cũ nihil mutatũ fuerit in illa reſeruatione circa bene
ficiũ inuentarij, cur ſtare id probet̃. l. ꝑcipimus, in fi. C. de appel.
¶ Decimò nos habemus ꝙ interpretatio ita fieri debet, vt minus
corrigat̃ ius cõe q̃ ſit poſsibile. l. ſi qñ. in prin. C. de inoff. teſt. l. 2.
C. de noxal. c. cũ dilectus, de cõſue. Eodẽ modo iſta reſeruatio in
telligi debet vt minus recedat̃ a beneficio iuris cõis de inuẽtario
loquẽtis q̃ ſit poſsibile, & ſic ꝙ ſalua ſint iura ipſarũ domicella-
rũ quatenus patiunt̃ vires hẽreditariæ. ¶ Vndecimò iſta qõ vr̃ clare
determinari ex uerbis ipſius reſeruationis, nã reſeruata fuerunt
iura cõpetẽtia ſup hẽrd. tate & bonis reſtitutis, & ſic limitata fuit
reſeruatio ad iura cõpetentia in bonis reſtitutis, ergo ad illa bo-
na reſtringi dẽt. l. ſi vnus. §. ante oia. ff. de pac. l. in agris. ff. de acq.
rer. domi. ꝯſr extẽdi nõ debet reſeruatio ad bona propria ipſius
dñi ſubſtituti, q̃ tñ extẽſio fieret ſi teneri cũ dicam⁹ vltra vires hę
23 reditarias. ¶ Duodecimò voluntas † diſponentiũ talis eſſe præſu-
mit̃, qualis de iure eſſe debet, & ſi diſponẽtes interrogati fuiſſent
de tali caſu, quid veriſimiliter tunc reſpondiſſent, illud ſpectan-
dũ eſt. Bal. in conſi. 473. Circa qõnẽ, col. 2. in fi. lib. 5. ſed voluntas
domicillarũ de iure eſſe nõ debet ꝙ teneat̃ ſubſtitutus vltra vires
hæreditarias, & ſi ſubſtitutus de tpe illius reſeruationis fuiſſet in
terrogatus an intenderet inſolidum teneri vltra vires hẽditarias,
veriſimiliter rñdiſſet ꝙ non, ergo talis voluntas veriſimilis ꝑ ex-
preſſa haberi debet. gl. in l. tale pactum. ff. de pac. vbi Bal. ¶ Deci-
24 motertiò interpretatio † fieri debet vt minus ꝑiudicet̃ partibus
q̃ ſit poſsibile. Abb. in conſ. 7. in fi. li. 1. per tex. in l. 3. ff. de ſuſpect.
tu. ſed interpretando hoc modo minus ꝑiudicabat̃ partibus, nã
ſubſtitutus tractat de dãmno vitando ne teneat̃ vltra vires hẽrdi-
tarias facto inuentario, Domicellæ aũt tractãt de lucro ut inſoli
dũ legata accipiãt, ſed maius eſt pręiudiciũ ſubſtituti ſi cogit̃ de
ſuo ſoluere q̃ domicellarũ lucrũ captantiũ. l. Proculus. ff. de dam.
infec. l. ſi is cui. §. fin. ff. de furtis. l. iuris ignorantia, & l. regula. in
prin. ff. de iuris & facti ign. l. fi. C. de codicil. l. fi. §. licentiã. C. de iu
re delib. & melius eſt aliquẽ nõ lucrari q̃ aliũ dãno affici. l. at ſi
quis. §. ſed ſi adita. ff. de religio. & ſump. fune. Pau. de Caſt. in cõſ.
106. Circa ea q̃ ſupraſcripta & conſulta ſunt, ad fi. lib. 1. Nec ad-
25 mitti debet alia interpretatio † ꝑ quã dñs ſubſtitutus remaneret
deceptus & in damno. l. 3. §. 1. ff. de arbi. l. ſed ſi pupillus. §. ſed ſi
alias. ff. de inſtito. l. 1. §. magiſtrum. ff. de exercito. l. ſi idẽ cũ eodẽ.
ver. ne in poteſtate. ff. de iuriſdi. om. iud. & l. ſi quis conſcribẽdo,
26 circa med. C. de pact. ¶ Decimoquartò † verba intelligi dẽnt eo
reſpectu quo prolata ſunt, puta lex dicit ꝙ in teſtõ ſufficiunt ſe-
ptẽ teſtes, iſtud intelligit̃ reſpectu ſolennitatis teſtiũ tm̃, nõ tñ ex
eludunt̃ aliæ ſolennitates. Deci. in c. 1. in 13. no. de poſtula. præla.
Ideo verba reſeruationis intelligi debent ne cenſeantur nobiles
Domicellæ iuribus earũ præiudicaſſe, nõ vt excluſum cenſeatur
beneficium inuentarij in perſona ſubſtituti. & hæc ſufficiant quò
ad ſecundum dubiũ laus Deo, Virgini ac diuo Ioanni Euangeli-
ſtæ patrono meo. Gratianopoli penultima Decemb. 1539.

S V M M A R I V M.

*1 Clauſula codicillaris an ſuſtineat teſtamentum in quo poſthu-
mus eſt præteritus.*

*2 Clauſula codicillaris an intelligatur in teſtamento inter libe-
ros, & an clauſula codicillaris tacite intellecta ſit tãta poten
tia quanta eſt expreſſa.*

3 Tacitus actus non ita late interpretatur ſicut expreſſus.

*4 Clauſula codicillaris non operatur, niſi concipiatur per verba
futuri temporis.*

*5 Dictio & cætera, operatur quod cenſentur appoſita cõſueta ap
poni per ipſum notarium ſpecialiter, non per alios notarios ge
neraliter.*

*6 Dictio et cætera, nõ operatur vt illud qđ per eã ſubintelligitur,
habeatur pro expreſſo, ſed cogi potiſt notarius vt extendat.*

*7 Dictio & cætera, ſolum comprehendit ea quæ veniunt ad com
plementum orationis non ſeparata ab ipſa oratione.*

*8 Dictio, & cætera, nihil operatur nec extendi põt quando inſtru
mentũ non exprimit conceptũ & intentionẽ partiũ ad plenũ.*

C O N S I L I V M XXXIIII.

¶ Pro Gaſpardo Alberti alias Magda. de Talardo in materia clau
ſulæ codicillaris.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Proponit̃
in facto ꝙ deceſsit nobilis Antonius Garini de
Talardo patriæ Dalphinatus cõdito teſtõ, in quo
1 filiũ poſthumũ præterijt, quærit̃ † an ſuſtineat̃ ip
ſum teſtm̃ virtute clauſulæ codicillaris, ita ꝙ di
ctus filius præteritus cenſeat̃ rogatus reſtituere
hẽditatẽ alijs liberis ſcriptis hẽdibus. ¶ Videret̃ dicendũ prima
fronte ꝙ ſic, iuxta not. ꝑ gl. & doc. in l. ex teſtõ. C. de fideic. Bar. in
l. 1. ff. de iure cod. Alex. in cõſ. 9. col. pe. lib. 1. in cõſ. 12. li. 2. & alibi
ſæpe doc. Et nõ ſolũ debet reſtitui hẽditas hẽdibus ſcriptis, ſed
ẽt fideicõmiſſa relicta in teſtõ inualido. l. eã quã, & d. l. ex teſtõ.
C. de fideic. Soc. in conſ. 140. col. 4. lib. 1. & in cõſi. 93. col. 1. lib. 4. q̃
2 clauſula † codicillaris licẽt expreſſe appoſita nõ fuerit i teſtõ ꝑdi
cto, tñ vr̃ ſubintelligẽda duplici rõne, prima qa factũ fuit teſtũ
inter liberos, iuxta gl. & doc. in l. cohæredi. §. cũ filiæ. in verbo nõ
valuit. ff. de vulg. Deci. in cõſi. 242. col. pe. ver. ſecundo põt infideri.
¶ Secũda rõ eſt, quia in teſtõ ꝑdicto adeſt clauſula. & ſi forte &c.
hoc eſt vult ſuũ vltimum &c. ea qua dictione &c. ita abbreuiata
vĩr cõprehendi oia conſueta apponi in teſtis, iuxta no. in l. Gal-
lus. §. idẽ credendũ. ff. de lib. & poſth. Bal. in cõſi. 389. Duo inſtra.
lib. 3. Rom. in conſi. 343. col. 2. & alibi ſæpe doc. & põt extẽdi iſta
dictio &c. ꝑ notariũ ſm̃ interpretationẽ iuris vel conſuetudinis
aut cõis intellectus. Panor. in c. cũ P. tabellio, de fide inſtr. Cur. ſe
nior in conſi. 56. col. 9. in prin. & extendi põt ꝑ eundẽ notariũ, ſm̃
ci⁹ ſtatutũ aut cõſuetudinẽ ſine auctoritate iudicis. Bal. Ang. Im.
Cuma. & doc. in d. l. Gallus. §. idẽ credendũ. Alex. in conſ. 163. col.
fi. lib. 7. ¶ Sed præmiſsis nõ obſtãtibus, ꝯriã opinionẽ arbitror de
iure in caſu iſto veriorẽ & pro fundamento cõſidero maximã eſ-
ſe difficultatẽ inter doc. an clauſula codicillaris expreſſe appoſi
ta in teſtõ operet̃ qñ poſthumus fuit ignoranter præterit⁹, ex his
q̃ ſcribunt Moder. in auth. ex cauſa. C. de lib. præt. adeo vt facile
diſcerni nõ poſsit q̃ ſit magis cõis opi. in qua difficultate Cor. in
conſi. 158. col 8. in quarta limitatione. lib. 2. in conſi. 150. lib. 3. &
in conſi. 225. col. pen. & fi. eodẽ lib. 3. nouiſsime tenet poſt præce
ptorẽ ſuũ ꝙ ſi ꝓbet̃ ꝙ teſtator nõ ſolũ ignorabat de poſthumis,
ſed ẽt cogitabat ſe poſthumos habere nõ poſſe, clauſula codici
laris nihil operet̃. Deci. ẽt in conſi. 490. col. 2. poſt doc. ꝑ eum alle
gatos tenet ꝙ clauſula codicillaris non operet̃ poſthumo ignorã
ter præterito, niſi cõcipiat̃ ꝑ verba futuri tpis. Ex qbus dictis Mo
dernorũ inferri vr̃ ꝙ clauſula codicillaris nõ ita indiſtincte ſub
intelligat̃ in teſtõ inter liberos, immo ꝓbari vr̃ ꝙ non ſubintelli-
gat̃ qñ poſthumus fuit ignoranter ꝑteritus, nã illo caſu ſi ſubin-
telligeret̃ & operaret̃. qđ opus eſſet diſtinguere an cõcipiat̃ ꝑ ver
ba futuri tpis vel præſentis. Itaq; dũ requirũt doctores vt conci-
piat̃ clauſula codicillaris ꝑ verba futuri tpis, aperte ſentiunt ꝙ re
quirat expreſsio ipſius clauſulæ, nam ſi taceat̃, ſciri non põt qui-
bus verbis cõcepta dicat̃, quia non entis nullæ ſunt qualitates. l.
2. ff. de uſufruc. ¶ Similiter amplectendo conſiderationem Cor.
& ſui præceptoris fruſtra vr̃ laborandum an teſtator apponendo
clauſulam codicillarẽ ignorauerit de poſthumo, & cogitauerit
ſe poſthumũ habere non poſſe, quia talis conſideratio Cor. vr̃ ꝓ
ſupponere expreſsionem ipſius clauſulæ codicillaris. ¶ Præterea
qñ teſtator apponit clauſulam codicillarem expreſſe, apparet de
eius voluntate ꝙ voluit teſtamentum valere ſaltem in vim codi-
cillorũ, ẽt in præiudicium poſthumi ignoranter præteriti qñ cõ
cipitur clauſula codicillaris per verba futuri temporis, ſed qñ ta
lis clauſula non exprimitur, de voluntate teſtatoris expreſſe non
apparet, nec illa videt̃ pręſumenda ſeu coniecturanda in pręiudi
ciũ poſthumi ignorãter pręteriti, qa hoc modo voluntas q̃ a iure
pręſumitur in fauorẽ ipſorũ liberorũ retorqueret̃ in eorũ odiũ.
contra l. quod fauore. C. de legi. l. nulla. ff. eod. tit. ¶ Rurſus con ſi-
3 dero ꝙ actus † ſeu voluntas tacita non ita late interpretatur ſi-
cut expreſſa Pau. de Caſt. in conſi. 334. Viſa appelatione, colũ. 3.
poſt med. lib. 1. Iaſ. in repe. l. cum quid. col. 3. verſi. quarta con-
cluſio. ff. ſi cert. pet. Et dicit Deci. in c. præſentia, colum. 12. verſi.

alia tamen

alia tamen fuit ſolutio, de ꝓba. ꝙ conditio quæ tacite à lege ſubintelligitur, reſtringi debet, nec extenditur ſicut conditio expreſſa. In ꝓpoſito noſtro arguere de clauſula codicillari expreſſa ad clauſulam codicillarem tacitam, in odium & excluſionẽ poſthumi ignoranter præteriti, eſſet arguere de caſu extendibili ad caſum reſtringibilem, & in materia odioſa, quod videtur iniquum & abſurdum. ¶Pro quibus facit quod ſcribit Bal. nouel. in tract. de dote in 6. parte priuilegio. 66. ad fidem, ubi ꝙ tacitũ non eſt æque potens ad inducendum aliquam ſpecialitatem cõtra regulas iuris cõis ſicut expreſſum. Itaq; clauſula codicillaris tacita q̃ ſubintelligitur in teſtamento inter liberos cõtra regulas iuris cõmunis non debet eſſe tantę potentiæ ad inducendum fideicommiſſum in odium poſthumi ignoranter præteriti ſicut clauſula codicillaris expreſſa. ¶Conſidero etiam ꝙ lex conſilio parentibus vt æqualitatem ſeruent inter liberos. l. cum pater. §. dulciſſimi a. ff. de leg. 2. l. ut liberis. C. de colla. l. cum oportet, in princ. C. de bonis quæ lib. ſed ſi lex præſumeret clauſulã codicillarẽ in teſtamento patris inter liberos ad inducendũ fideicõmiſſum, iſta præſumptio eſſet inductiua inæqualitatis, & ſic præſumeret lex cõtra eius cõſiliũ, quod vr̃ abſurdiſſimũ. ¶Reſtat reſpondeamus ad cõtraria, & primo nõ obſt. ꝙ venientes ab inteſtato cenſeanẽ grauati de reſtituendo hr̃ditatẽ hr̃dibus ſcriptis in teſtamẽto virtute clauſulæ codicillaris, quia illud ꝓcedit vbi clauſula codicillaris legiẽ expreſſa q̃n poſthumus fuit ignoranter præteritus per ſupradicta. ¶Secundò rñdeo ꝙ iſtud argm̃ nõ obſtat tenẽdo opi. Bar. & ſequacium tenentium ꝙ clauſula codicillaris expreſſa nihil operatur q̃n poſthumus fuit ignoranter præteritus, ergo mul
4 to minus debet operari tacita. ¶Tertiò rñdeo ꝙ † clauſula codicillaris non operatur niſi concipiatur ꝑ uerba futuri tẽporis. Bar. in l. 1. in 7. q. ff. de iure codicil. Bal. in cõſ. 424. Præſuppoſito ꝙ dictus teſtator, lib. 4. Ang. in §. ſiue igitur, in fi. in auth. ut cum de appel. cogn. Pau. de Caſt. in conſi. 200. Clarum eſt teſtm̃ prædictum. col. 2. lib. 1. Soc. in conſ. 140. col. 4. poſt med. lib. 1. Corn. in conſ. 297. col. 2. circa med. lib. 4. Deci. in conſi. 242. colum. pen. circa med. & in conſi. 652. ad fin. ſed ubi clauſula codicillaris expreſſe ſcripta nõ legiẽ, ſcire nõ poſſumus ꝑ q̃ uerba dicaẽ cõcepta, an ꝑ verba futuri tpis uel præſentis, igitur rõne incertitudinis clauſula tacite ſubintellecta operari non poteſt. ¶Non obſtant illæ clauſulæ & ſi forte &c. quod ultimũ &c. Primò, q̃a poſito ꝙ dictio &c. abbreuiata importet ut appoſita cenſeatur conſueta apponi in di-
5 ſpoſitione, tñ non fuit probata aliqua conſuetudo ſpecialis † notarij, qui rogatus fuit de ipſo teſtamento ꝙ conſueuerit apponere clauſulam codicillarẽ poſt illa uerba & ſi forte &c. quod vltimũ &c. nec ſufficeret probari conſuetunẽ generalẽ aliorũ notariorũ circa appoſitionẽ clauſulæ codicillaris in teſtamentis, ſed probari debet conſuetudo ſpecialis illius notarij qui de teſtamẽto ipſo rogatus fuit. Anch. in conſ. 339. Pro maiori intelligentia, col. 5. uerſi. ad ſecundam rationẽ. Alex. in conſ. 196. colũ. 3. uerſi. quia dicti teſtes nihil probant lib. 2. d. Baptiſta de S. Blaſio inter conſ. Bruni Aſtenſis in conſi. 66. co. 2. circa fi. tamen de ſtylo notarij apparere non poſſet, fieret extenſio ſm̃ cõſuetudinẽ generalẽ aliorũ notariorũ. Alex. in d. conſi. 163. col. fi. lib. 7. & in conſi. 28. col. 3. lib. 2. ¶Secundò rñdeo quod licèt illa uerba ita abbreuiata importare poſſent clauſulam codicillarem, tñ nõ probatur neceſſario neque concludenter per quę uerba importet talis clauſula an ꝑ verba futuri temporis vel præſentis, & ſic negari non põt quin talis clauſula codicillaris ſit dubia reſpectu tpis, ſed probatio dubia non releuat. c. in pręſentia, de proba. ¶Tertiò reſpõdeo
6 † ꝙ illæ clauſulæ ita abbreuiatæ vbi clauſulã codicillarẽ ſignificare poſſent, nõ tñ talis clauſula habeẽ pro expreſſa. Sed virtute illarũ clauſularũ ita abbreuiatę conceptarũ cogi poſſet notarius ad extendẽdũ illas clauſulas ſic abbreuiatas, & ad apponẽdũ clauſulã codicillarẽ ex his q̃ Bal. ſcribit in conſ. 309. Decreto ma
7 gnifici. lib. 5. ¶Quartò rñdeo † ꝙ dictio &c. abbreuiatę cõcepta ſolũ importat ea quæ deſunt ad complementum orationis, non autem ea quæ comprehenduntur ſub oratione ſeparata, ideo licèt poſt clauſulã cõſtituti immediate conſueuerit apponi clauſula accipiendi poſſeſſionem propria auctoritate, tamẽ ſi notarius appoſuerit clauſulam conſtituti cum illa dictione &c. nõ cẽſebitur appoſita clauſula accipiendi poſſeſſionẽ propria auctoritate cum habeat orationem ſeparatam. Pau. de Caſt. in conſi 10. Si vera ſunt. col 3. lib. 1. ſed clauſula codicillaris habere conuenit orationem ſeparatam, ideo compreheuſa dici non põt ſub illis clau
8 ſulis ita abbreuiatę conceptis. Quintò & ultimò rñdeo, † ꝙ q̃n inſtrumentũ nõ exprimit cõceptum & intentionem partium ad plenum dictio &c. nihil operaẽ, nec tunc extendi põt. Calc. in cõſi. 48. col. 9. in prin. & in conſi. 70. colum. 3. in fi. per tex. in l. ſi 15 q. ff. de teſta. & in l. fideicõmiſſa. §. 1. ff. de lega. 3. ſed in caſu noſtro nullus conceptus mẽtis, nulla intentio teſtatoris exprimiẽ circa hãc clauſulã codicillarẽ, ergo &c. Dici ẽt põt ꝙ illa clauſula codicillaris diuerſo modo apponi conſueuit q̃nq; ꝑ verba præſentis tpis, & q̃ndoq; futuri, quo caſu apponi non põt per alium notariũ, licèt conſueta ſit apponi. Alex. in d. cõſ. 28. col. 2. lib. 2. ſed ſuper hoc non facio fundamentũ, quia recurrẽdum vr̃ ad conſuetudinem ſpecialẽ ipſius notarij diffiniti an conſueuerit apponere per verba præſentis tpis vel futuri, & ſi de tali cõſuetudine ſpeciali non appareat, recurrendũ eſt ad conſuetudinẽ generalem aliorum notariorum. Ex quibus concludendum vr̃ pro Gaſpardo Alberti alias Magdal. reo conuicto ſaluo ſaniori iudicio. Grationopoli. 13. Ianarij. 1540. Aymo Crauetta.

SVMMARIVM.

1 *Mina cum inimicitia faciunt indicium ad torturam.*
2 *Dominus põt agere actionẽ iniuriarũ pro vexatione ſui ſubditi.*
3 *Inimicus præſumitur dediſſe damnum vbi de malefactore nõ conſtat & vbi concurrit odium.*
4 *Minis, odio, & maleficio ſtatim ſecuti concurrentibus, delictũ plene probatur.*
5 *Præſumptio vincitur à probatione.*
Dolus præſumitur contra eum, qui eodem inſtanti omnia fieri procurauit. ibidem nu. 5.
6 *Voluntas hominis ex verbis declaratur, & conſiſtit voluntas in verbis ſicut facies in ſpeculo, et in ore & mente præſumitur eſſe vnum & idem.*
Teſtis ſingularitas ſuppletur ex alijs præſumptionib. ibi. nu. 6.
7 *Teſti non idoneo creditur quando deponit veriſimilia.*
Congregatio in dubio præſumitur illicita, ibidem nu. 7.
8 *Excuſatio probari debet per eum qui eam proponit.*
9 *Exitus ſecutus declarat qualis fuerit animus in præcedẽtibus.*
10 *Dolus præſumitur contra eum qui aliquid facit, quod ſibi non prodeſt, & alteri nocet, licèt illud faciat in re ſua propria.*
11 *Dolus arguitur ex qualitate temporis contra eum, qui aliquid agit de tempore nocturno.*
12 *Minoribus, mulieribus, militibus, & ruſticis clandeſtine quid agentibus non ſubuenitur, licèt tractent de uitando damno.*
13 *Præſumptio eſt contra dominum tenentem famulum malæ cõditionis, quòd etiam ipſe dominus ſimilis ſit vita.*
Tortura facilius permittitur contra hominem malæ conditionis. ibidem num. 13
Conuerſatio quæ cum malis fit, facile mouet iudicem ad torturam. ibidem num. 13.
14 *Operam dans rei illicitæ tenetur pro maleficio quod inde ſequitur, licèt illud committi non mandauerit.*
15 *Teſtes ſingulares faciunt ſemiplenam probationem aut ſaltẽ præſumptionem, & poteſt iudex induci ad plene credendum teſtibus ſingularibus. & pulcherrime de probatione teſtium ſingularium.*
16 *Factũ quod præſumitur in executionem minarum præcedẽtiũ.*
17 *Indicium ad torturam minus eſt quàm ſemiplena probatio, imo minus quàm præſumptio.*
Torqueri quis poteſt ex præſumptionibus.
18 *Indicium vnum ſufficit ad torturam.*
19 *Indicium quando probatur per plures teſtes, nõ requiritur quòd ſint omni exceptione maiores.*
20 *Tortura ſubrogatur loco teſtiũ, ideo cõmittitur arbitrio iudicis.*

CONSILIVM XXXV.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Ex pluribus concludendum eſt probata fuiſſe indicia ad torturã contra N. de P. accuſatum de incẽdio. ¶Primò ex minis † & iactationibus ipſius Rei & eius famuli, de quibus minis teſtificantur quinq; teſtes, q deponũt ipſum reũ fuiſſe minatũ de ĩponẽdo ignẽ, niſi dña loci cõbuſti faceret tale qd ad penitio-

nem ipſius rei,q̃ minæ ẽt probantur per A.P.M. & alios teſtes fi-
ſci,qui deponunt ipſum reū dixiſſe cuſtodibus dicti loci ꝙ face-
rẽt bonam cuſtodiam & licèt doc.in l.merū.C.quod met.cau. &
alij relati p Hippo.de Marſi.in prac.cā crimi.§.diligēter, nu.36.
nō ita ſimpliciter admittant induci ſeu probari indiciū ad tortu-
rā ex ſolis minis;quia ſæpe minus faciūt homines qui magna mi
nanť.pro quo tex.in c.qđ dr̃,de verb.ſig.tradit Iaſ.in l.1.col. 10.
in fi.ver.vltra alios.ff.de offi.eius,tñ in caſu iſto vñr minæ ſuffice
re,quia reus accuſatus odio perſequebať dñm loci cōbuſti ob de
tentionē dicti O.M.ſubditi ipſius rei,quæ cauſa detentionis pro-
pria dici poterat ipſius rei,cui⁹ intererat ipſum ſubditū ab alio
2 nō detineri,ideo † dñs pt agere nomine ꝓprio actione iniuriarū
pp vexationē ſui ſubditi. Oldr.in cōſ.206.in cauſa carnoceñ.col.
1.quod tñ intellige qñ vexareť ſubditus intuitu dñi,qa aliàs non
agit dñs pro iniuria ſubditi.gl.fi.in c.auctoritate,de priuile.lib.6.
cū ſi. vt p Dec.in c.dilectis,in quarto nō.de appel. & late dico in
cōſi.65.videmus enim cōiter dños indignari & difficillime ſuſti
nere ſubditos ſuos in aliena iuriſditione puniri.¶Propterea ſum
mopere effectabat ipſe reus ſic detentū ſibi reſtitui.ad quod etiã
faciendū ſæpius fuerat requiſitus p P.N. ¶Quod odiū præcedēs
3 maxime grauat ipſum. reū,quia † in dubio damnū præſumiť da
tum ab inimico ubi de malefactore nō cōſtat. Spe. in tit.de præ-
ſum.§.1.col.3.Bar.in l.fi.ff.de quæſtio.Rom.in cōſ.7.in prin.Dec.
in conſi.64.col.3.poſt med.ver.ſed iſta rō.ideo iſta duo ſimul iū-
cta.ſ.odium præcedens,& minæ ſubſequentes ſufficere vñr ad ꝓ
bationē indicij,vt quæ non poſſunt ſingula , multa iuuent. l.2.in
prin.cū ſua gl.ff.de excuſ.tut.& hoc procedit licèt inimicus tàlia
facere conſuetus nō ſit,ſi enim eſſet conſuetus ſola inimicitia ſa
ceret plenam probationem.Calca.in conſi.63.col.3.in fi. & licèt
in conſ.ſeq,quod eſt Rolandi de Curte,videatur eſſe aliqua cōtra
rietas.col.3. circa fi. tñ concluditur ꝙ minis præcedentibus fiat
indicium ad torturā,licèt nō eſſet cōſuetus talia facere.¶Rurſus
vñr ſufficere iſtæ minæ,quia ſtatim poſt ipſas minas incendium
ſecutum fuit ex eo quod ſcribit Bar.in l.ſi vēri,§.fi.ff.de priui. cre
dito,ubi ſi probetur aliquem fuiſſe locutū homicidæ, qui poſtea
incontinenti homicidiū commiſsit,præſumiť ꝯ loquentem vt eō
filiū aut mandatū dederit vt homicidiū committereť. ¶Quinim
mo † illis tribus cōcurrentibus,uidelicet odio,minis,& incēdio
4 incontinenti ſecuto, vr̃ plene probatū delictū ꝯ reum ex his quæ
ſcribit Iaſ.in l.1.col.6.in §.limitatione.C.de ſer.fugi.& pondero
ꝙ ſumus in caſu minus dubitabili,quia Iaſ.poſt.Bar.& alios loq
tur qñ cōcurrunt inimicitia capitalis , ſecreta locutio ad aurem
famuli , & delictum incontinenti ſecutū , nam minæ plus debēt
operari q̃ locutio ſecreta , quia ex locutione ſecreta ſolū inferť
ad ſuſpicionē ſeu præſumptionē voluntaris eius, qui ſecreto lo-
cutus eſt,ſed ubi interueniūt minæ,ſumus in vera & expreſſa ꝓ-
batione uolūtatis,& in caſu claro.l.ille aut ille.§. cū in uerbis. ff.
5 de leg.3.l.cōtinuus.§.cū ita.ff.de uerb.obl. ideo ſicut † præſum-
ptio uincitur a uera ꝓbatione.l.fi,in prin.ff.qđ met.cau.l. nuptu-
ra.in fi.ff.de iure dotium.l.cū de indebito.§.1.ff.de proba.c.qui-
cunq;.80.diſt.c.is qui fidem, de ſponſa. eodem modo uerba ex-
preſſa minarū plus operari debent q̃ ſecreta locutio,ideo uide
mus ꝙ diſpoſitio expreſſa facit ceſſare tacitā.l.cū ex filio. §.1.ff.
de uulg.¶Cōfirmanť præmiſſa ex eo quod ſcribit Pau. de Caſt.in
cōſi.174.Cōtra ſuperius conſulta.col.2.in fi.lib.1.ubi ꝙ præſumi
tur dolus ꝯ eū qui eodē inſtanti oia fieri procurauit per iura per
eū allegata,ſic ẽt dolus præſumi dēt in caſu noſtro ꝯ reum , quia
eodem inſtanti minæ factæ ſunt,& combuſtio ſecuta.¶Secundò
principaliter arguitur ſuſpicio ꝯ ipſum reū ex teſtimonio C.B.de
ponentis reū ſibi dixiſſe de tpe dicti incēdij & paulò ante ipſum
incendium ꝙ locū totum igne conſumpſiſſet,niſi impeditus fuiſ
ſet amore talis perſonæ.Ex quibus uerbis clare ſatis arguiť ma-
6 lus animus ipſius rei contra dñm loci combuſti,quia † ex uerbis
hominis uolūtas declaratur.l.Labeo.uer.idē Tubero.ff.de ſupel.
leg.c.2.requiris,de appella.c.is aūt.22.qōne.2.c.fin. de uer.ſign.
in ore enim & mente præſumiť eſſe unū & idē.Bal.in conſ.472.In
cauſa prioris.col.1.circa med.lib.2.¶Alibi ſcribit idē Bal.in cōſ.
112.omnis poteſtas.col.3.poſt med.lib.3. ꝙ uolūtas hominis cō
ſiſtit in uerbis,ſicut facies in ſpeculo.Et licēt iſta teſtis uideať ſin
gularis,tñ eius teſtimonium ſuppletur ex alijs præſumptionibus
& teſtibus.ex quibus ẽt apparet de malo animo ipſius rei ꝯ dñm
prædictum,iuxta dictum Alex.in l.ſæpe col.10.uer.plus dicit.nu.
70.ad fi.ff.de re iud.& dicit Bal.in cōſ.136.proponitur ꝙ Titius,
ante fin.ē li.2, ꝙ perſuadentes præſumptiones cū uno teſte de ue
ritate,cōcludunt iudici.alleg.no.in c.oẽs paſtoré.6.q.1. idē Bal,
in l.ea quidem,col.2.C.de accuſ.& in conſ.3.Caſus talis eſt,qui-
dã Petrucius,in fi.lib.3.dicit ꝙ uehemens præſumptio ſeu admi-
niculum ſupplet defectū probationis.ſequiť Soc.in conſ.89. col.
6.uer.probať hoc manifeſte.lib.1 Dec.in cōſ.146.col.fi.pen.circa
med.addo Veronenſem.in conſi.38.col.4 poſt med. ubi ꝙ dictū
unius teſtis ſuppleť ex alijs præſumptionibus quò ad plenam ꝓ-
bationē.Alibi ſcribit Bal.in l.nō hoc,col.fi.C.unde legitimi, ꝙ ꝓ
batio quæ de ſe nō cōcludit,ſatis eſt ꝙ p̃ſumptione iuris adiuue
tus,quod dictñ refert & ſequiť Dec in l.1.col.pe.circa med. ff. ſi
cer.pet.& in terminis noſtris ꝙ dictñ teſtis ſingularis iuuetur ex
alijs præſumptionibus,tradit Pau.de Caſt.in conſ.250. Viſo pun
ctn ſupradicto.col.2.poſt med.uer.& licèt videanť.lib.2.maximè
iſtud ꝓcedit quia ſolū agiť de indicijs ad torturā.in quibus faci-
lius fit coniunctio probationū q̃ vbi agiť de plena probatione, iō
plures probationes ſemiplenæ ẽt diuerſi generis coniunguntť ue
fiat indicium ad torturā.Sali.in l.ea quidem,col.pe.uer.ſed tunc.
C.de accuſa.Soc.in cōſi.54.col.2.uer.3.& ult.lib.3.Iaſ.in rep.l.ad
monendi,nu.257.ff.de iureiur.Ideo Bar.in l.fi.ff.de qō.dicit ꝙ in
materia indiciorum una p̃ſumptio iuuat aliã.quod Bar.dictū ſe-
quiť Alex.in conſi.77.col.fi.lib.1.Rurſus depoſito iſtius mulieris
eſt uerisimilis,quia reus ipſe cōfeſſus eſt ſe locutum fuiſſe de tpe
p̃dicto cū ipſa teſte,quo tpe odioſum & inuiſum habebat ipſum
dñm loci cōbuſti ꝓut ſupra oſtēdimus,ob id uerisimile eſt ꝙ ver
7 ba protulerit odij & inuidiæ demonſtratiua, † ſed qñ teſtis depo
nit uerisimilia,credendū eſt ei,licèt alias nō idoneo. Ang. in cōſ.
367.col.fi.uer.ſm ea quæ uidi. ¶Tertiò principaliter præſumi de
bet contra ipſum reū ex illa cōgregatione hominū armatorū in
magno numero,quorū ductor erat abſq; aliquo mandato alicu-
ius ſuperioris,quæ cōgregatio in dubio præſumiť facta ob malã
cauſam.Bal.& præpoſi.in c.1.§.cōuenticulas,de pace iura,fir.idē
Bal.in l.conuenticulã.C.de epiſ & cler.& in auth.habita.C.ne fi-
lius ꝓ patre.Alex.in apoſtillis ad Bar.in l.fi. in verbo non valent.
ff.de coll.illicitis.¶Nec releuat excuſatio ipſius rei ꝙ facta fuerit
8 illa cōgregatio ad bonum finē ad reſiſtendū armigeris, qa † talis
excuſatio debet probari cū ſimus in prohibitis ſeu in his q̃ ſunt
de genere prohibitorū.l.1.C. de ſicar.l.1.& l.ſi nō conuicij.C.de
iniur.c.1.de p̃ſumptio.not.doc.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iure.de eo
qui dicit ſe cōmiſiſſe homicidiū ad ſui defenſionē,ꝙ teneť ꝓbare
ipſam defenſionē,ideo Bal.in conſi.79.Dauanti.in fi.lib. 2. dicit
ꝙ excuſatio q̃ fit circa actum illicitū debet liquido ꝓbari.idē vo
luit Pau.de Caſt.in conſ.418.præmitto,col.3.ante med.lib.1.ita-
que ꝓbandū erat ꝙ de tpe illius congregationis & in loco p̃di-
cto neceſſaria erat talis cōgregatio ꝓ tutela & defenſione ipſius
loci,q̃ tñ ꝓbatio nō ſolū facta nō fuit,immo nec fieri qdē poſſet,
qa aut fiebat cōgregatio ꝓ defenſione loci cōbuſti, aut aliorū lo
corū in quibus habitabãt ipſi cōgregati.Reſpectu ipſius loci cō
buſti defenſio cōſiderari nō pōt,qa nō fuerãt requiſiti ad illius
defenſionē,vnde abſurdū & ridiculū eſt dicere ꝙ acceſſerint ad
dictñ locū ob eius defenſionē,immo ex teſtibus apparet aduen-
tū iſtorū cōgregatorū multū diſplicuiſſe agētibus in ipſo loco ẽt
ante cōbuſtionē.Proinde arguiť ſuſpicio cōtra ipſos cōgregatos
q̃ nō vocati ad ipſum locū ꝓfecti ſunt.l.q̃ oia,in prin.ff. de ꝓcu-
ra.Rurſus nō eſt veriſimile ꝙ ipſe reus inimicus dñi loci cōbu-
ſti voluerit tãtã ꝓuinciã aſſumere in fauorē & vtilitatē eiuſdē,qa
9 vt ſupra dixi inimicus p̃ſumiť dare dãnū,non ꝓdeſſe,& exit⁹ † in
cēdij poſtea ſecutus ſatis declarat quo aīo & qua volūtate acceſ
ſit ipſe reus ad locū cōbuſtū,in prima conſt. digeſtorū in fi.l.aut
facta.§.euēt⁹.ff.de pœnis.l.rē nō nouã.C.de iud.& qñ finis eſt ma
lus,eius præordinatio p̃ſumiť doloſa.l.ſi qui adulteri.C.de adul.
¶Similiter dici non pōt ꝙ uenerit reus ad locū cōbuſtū cū tantis
armatis ut defenderet alia loca à trãſitu armigerū, qa locus ipſe
nō erat aptus ad talē defenſionē ob eius diſtantiã,& in oēm euē
tū ſi acceſſiſſet ad locū cōbuſtū ex cauſa alicuius defenſionis, veri
ſimile eſt ꝙ tēperatū fuiſſet ab incēdio tã horribili. Nec operati
fuiſſent defenſores effectū ꝯtrariū offenſionis.arg.l.meminerint.
10 C.unde vi.& l.legata inutiliter.ff.de lega.1.¶Quartò † cū acceſ-
ſus ad locū p̃dictū nō eſſet ꝓfuturus ipſi reo nec alijs cōgregatis
quò ad eorū bona & loca ut ſupra dictū eſt,ex hoc arguiť dolus
& malignitas ꝯ ipſum reum & alios ꝯgregatos,quod illuc acceſ
ſerūt aīo nocendi tm̃ & faciendi qđ poſtea fecerūt,ex his q̃ ſcri-
bit Alex.in conſi.174 col.pe.li.2.& in cōſi.9.col.1.lib.6.ubi ꝙ p̃-
ſumiť dolus & malignitas cōtra eū q̃ id facit,qđ ſibi nō ꝓdeſt &
alteri nocet.Stringo illud dictū,qa loquiť Alex.poſt alios ī eo , q̃
aliqd facit ī re ſua & ſumptib.ſuis,puta,q̃ domū tollit,vel molē-
dinū ędificat,itē loqť qñ qs facit id qđ de ſui natura nō ē de gñe
malorum

malorũ aut ꝓhibitorũ, immo permiſſorũ, quãto fortius pſumit
dolus ꝯ reũ q armatos cõduxit in locũ alienũ vbi ſumptibus alie
nis eo tpe vixerunt citra oẽm vtilitatẽ ipſius rei & aliorũ cõgre-
gatorũ, attentando rẽ iure omni prohibitã & malã. ¶Quintò p-
21 ſumitur dolus † ꝯ reũ & eius cõplices ea qualitate tpis.ſ.noctur
ni, nã venerunt ad locũ prædictũ p tps nocturnũ vt teſtes depo-
nunt, ex quo tpe ſuſpicio inducitur, q qui male agit, odit lucẽ.c.
cõſuluit, de offi.dele.gl.in c.vnico, in ver.occulta, vt eccle.benef.
Abb.in c.1.de cland.deſpon.Bal.in c.2.de fide inſtru.ſuſpicio.n.
eſt vehemens ꝙ ideo venerint de nocte ne cognoſcerent, qui ignẽ
immitterent. Rurſus ne futuro incendio occurri poſſet, & adeo p
22 ſumitur † ꝯ eos, q clandeſtine quid agunt p tps ſuſpectum vt eis
nõ parcat, licèt minores, milites, mulieres, aut ruſtici exiſtant, et
ſi tractetur de damno euitando.l.fi.ff.de rit.nup.l.1.C.de interdi.
matr.Rom.in cõſi.406.col.1. Profectò illud tps defenſioni aptũ
non erat, quia nõ ſolẽt milites de talis tpe á ſolito itinere tã lõge
euagari timẽtes á ruſticis, nec ꝓbat ꝙ eo tpe armigeri in proxi-
mo eſſent, cur tanta cõgregatio armatorum de tpe illo ſuſpecto
fieret in loco minime neceſſario? ¶Sextò apparet ex teſtibus de
minis & inſolentijs ſeruitoris ipſius rei, qui ẽt occidere voluit.l.
B.credens ipſum eſſe ex hominibus dicti loci, dicendo tu ex ho
23 minibus es inimici noſtri, ideo pſumptio † eſt cõtra ipſum reũ te
nentẽ famulũ tã ꝑuerſum & malignũ ꝙ ẽt ipſe reus ſimilis ſit cõ
ditionis, & ꝙ cõmittat ſamulus facinora de volũtate ipſius dñi.
Car. in cle. ne in agro.§.porro, in quarto no.de ſtatu mona.Dec.
in regula nullũ crimẽ.ff.de reg.iur. & in l.ſeruus, col.1.poſt med.
C.de pactis. & facto proponitur ꝙ ipſe reus eſt malæ cõditionis &
crimina alia quamplurima perpetrauit, quod ſi ita ſit, facilius p
ſumitur ꝯ eũ vt torqueri poſſit. Bar.in l.fi.ff.de qõ.Alea. in conſi
133.in quinto dubio lib.7.Quinimmo inducitur ſuſpicio ea ſola
cõuerſatione malorũ qñ quis cũ malis cõuerſatur, ea qua re mul
tũ mouetur animus iudicis circa indicium ad torturã.Bal.in conſ.
95.Regula iuris.circa finẽ.lib.1.operatur.n.cõuerſatio tam ad ma-
lũ q̃ ad bonũ.Bal.in conſi.311.quidã Thomæus de laude.col.2.
circa med.lib.2.¶Septimò ex præmiſſis apparet † ꝙ iſte reus opo
rã dedit rei oĩno illicitæ congregando armatos ſine mandato ſu
perioris, & eos ducẽdo ad locũ nõ neceſſariũ de tpe ſuſpecto, iõ
poſito & nõ cõceſſo incendiũ illud cõmiſſum fuiſſe ſine ea preſ-
ſo mandato ipſius rei, pro eo tñ puniri debet. Bar.in l. reſpicien-
dũ.§.delinquunt, in fi.ff.de pœnis. Pau.de Caſt.in conſ. 199. licet
iſta ſit qõ.col.1.li.3. Iaſ.in l.ſi pater tuꝰ.col.3.C.de hęr.inſt.¶Octa
25 uò multæ aliæ præſumptiones colligi pñt ex depoſitionibus alio
rũ teſtiũ, qui licèt videantur ſingulares, † tñ oĩno repelli nõ debẽt,
immo faciunt ſemiplenã ꝓbationẽ ſm Bal.in conſ.37.quidã ta-
bellio ver.ſequitur ergo, lib.1.Bar.Veronenſis in cõſ.3.col.pe. circa
med.Cor.in conſ.307.col.4.ver.& licet.lib.3. quod ſine dubio ꝓ
cedit qñ tendunt ad eundẽ finem, licet p diuerſa media.Calca.in
conſi.19.col.4. ante med.ſaltẽ faciunt pſumptionẽ.Alea.in conſ.
77.ad fi.lib.1.Cor.in conſi.101.col.3.poſt med.ver.tñ ſatis. in cõ
ſi.135.col.fi.li.1.& in conſi.242.co.3.poſt med.ver.& licet iſti te-
ſtes, lib.3.alibi ſcribit Pau.de Caſt.in con.281.In cauſa iſta quinq;
col.pe.circa fi.lib.1.& in cõſ. 109.Viſa petitione, col.2.poſt med.
lib.2.ꝙ teſtes ſingulares faciunt magnum indicium & coniectu
rã p tex.in c.fi.de ſucceſ.ab inteſt.Alibi ſcribit idẽ Pau.de Caſt.in
conſ.342.In cauſa ſtatalex, col.2.ver.4.dr.lib.2.ꝙ teſtes ſingula-
res adminiculãtur. Alibi ſcribit Bal.in cõſi.287.& primo, colũ.1.
poſt med.li.3.ꝙ teſtes ſingulares faciunt indiciũ.idẽ voluit Cur.
Iunior licèt Bal.non referat in conſi.163.co.5.poſt med.quinim-
mo põt iudex teſtib.ſingularibus plenã fidẽ adhibere ſi ex illis
inducitur ad credulitatẽ.Pau.de Caſt.in l.Lucius.ff. de inſ.a. & in
l.admonendi, col.7.ff. de iureiur.quod dictũ pro eleganti refert
& ſequitur Soc.in conſi.262.col.5.ad fi.ver.& ꝓ certo.li.2.ſed vltra
Soc.adduco dñm Bar.Veroñ.in d.conſ.3.in fi.idẽ ſequitur Cur. Iu-
nior in conſi.106.col.1.poſt med.& col.3.ante med.de qua teſtiũ
ſingularitate latius dico in trac.meo de antiquitate tpis vbi cla-
riſsime explicatur materia ſingularitatis teſtiũ.¶Et maxime cõſide
randũ eſt teſtimoniũ dñi B.qui depoſuit ꝙ illa die cõmiſsi incen
dij & circa meridiẽ venerũt ad locũ prædictũ viri plures armati
petẽtes relaxationẽ illius detenti, qua denegata minati fuerũt ſe
reuerſuros illuc ante noctẽ in numero longe maiori, ꝓpea ꝙ ipſi
denegãtes relaxationẽ ſe bene ſeruarẽt ſi vellẽt, ideo † veriſimile
eſt ꝙ ipſi cõgregati venerint ad locũ prędictũ ad faciendã execu
tionẽ taliũ minarũ pcedẽtiũ.arg.l.quædã mulier.ff.de rei vendi.
l.2.C.de acqui.poſ.a primordio enim tituli poſterior formatur euẽ
tus.l.1.circa fi.C.de impo.lucra.deſcrip.lib.10.& talia præſumun
tur eſſe facta ſubſecuta, qualia pdicata demonſtrant.l.3.vbi Bart.
ff.de fundo inſtru.l.qui viuũ.ff.de tritico vino oleoq; leg.l.ſi vno.
ff.loca.l.ſi defenſor.ff.de interro.actio.c.inter dilectos, ver.cæte-
17 rũ, de fide inſtru.¶Nonò cõſidero, † ꝙ indiciũ ad torturũ minus
eſt q̃ ſemiplena ꝓbatio.Bal.in in cõſi.364.Quia q.col.2.lib.3. im
mo indicium minus eſt q̃ pſumptio.Bal.in l.2.in prin.ff.de excu.
tuto.ſequitur Deci.in c.3.loco, col.pe.ver.2.Abb.inſiſtit, de prob.&
dicit Cor.in cõſi.101.col.2.poſt med.li.2.ꝙ indicium & ſuſpicio
idem ſunt. Itaq; ſi torqueri quis põt ex ſuſpicionibus aut ſaltẽ ex
præſumptionibus.Pau.de Caſt.in conſi.358.Notadũ ꝙ adulteriũ
in fi.lib.1.quid dicemus in caſu iſto vbi cõcurrunt tot pſumptio-
nes tã vehementes & violẽtæ, q̃ vñr ſufficere ẽt ad plenã ꝓbatio
nẽ in cauſa criminali. Abb.in cõſi 113.col.3.lib.2. & dicit Bald.in
d.conſi.364.quia q.col.lib.3.ꝙ.ex pluribus præſumptionibus p-
ſumitur reatus, quod tñ indiſt nẽte non affirmẽ, vbi agitur de pu-
18 niendo corporaliter, & ſi ad † torturam ſufficit vnum indicium.
Bar.& in l.fi.col.fi.ff.de qõ.Alex.in conſi.77.in fi.lib.1.Dec. in d.
c.3.loco, ante fi.de proba.quid dicemus in caſu noſtro vbi tanta
concurrunt indicia, tã grauia tãq; efficacia, ut ex præmiſsis appa
ret.¶Decimò conſidero ꝙ teſtes examinati pro parte fiſcali vi-
dentur omni exceptione maiores tanquam expreſſe approbati
ab ipſo reo, qui cõfrontatus & accariatus cum ipſis teſtibus aut
magna eorũ parte dixit ſe non habere oppoſitiones aliquas con
19 tra ipſos teſtes, licèt † ad probationem indiciorum nõ requira-
tur ꝙ teſtes ſint omni exceptione maiores, niſi ageretur de pro-
bando incidiũ per vnum teſtem tm̃.Bal.in conſi.427.Quædã mu
lier.col.2.ver.itẽ ad probanda indicia.lib.5.Soci. in conſ.54.col.
2. uer.præterea & 2.lib.2.ideo concurrente teſtium multitudine
non vr̃ dubitandum.¶Vndecimò conſidero ꝙ agitur hic de deli
cto difficilis probationis, quia incendium occulte cõmitti cõſue
uit, ideo facilior ſit probatio.Butr.in c.ueniens, el 1.de teſtib. ſe-
quitur Alea.in conſ.24.col.fi.lib.2.ubi ꝙ probationes diuerſæ ſpe
ciei coniunguntur in criminalibus in his in quibus probatio nõ
20 eſt facilis.¶Poſtremo cõſidero † ꝙ tortura fuit inuenta ut ſubro
garetur in defectum teſtiũ per quos ueritas criminis plenè pro-
bari non põt, ideo tortura tanquã ſpecies probationis committi
tur arbitrio iudicis, cuius fidei & auctoritati negociũ diſcutien-
dum relinquitur.Bal.in d.conſ.427.col.2.poſt med.l.5.Bar.in l. fin.
net.ſed quæro.ff.de quæſtio.Dec.in l.magiſtratibus, colũ.3. poſt
med.ff.de iuriſd.om.iud.quod tamen intellige ut per Bal. in coſ.
515.Quidam fuit interfectus.col.5.ſed iudicum neminem eſſe ar
bitror, qui præmiſsis conſideratis non putet conſcium eſſe reum
incendij prædicti. Aymo Crauetta.

SVMMARIVM.

1 *Pœna mulieris tranſeuntis ad ſecunda vota non ſunt ſublata quatenus concernunt fauorem liberorum primi matrimonij, quibus non exiſtentibus ceſſant ipſa pœna.*

CONSILIVM XXXVI.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Ame
deus Berardi de Burgo Oyſenſi legauit Ca-
therinæ Iuuellæ eius uxori florenos cẽtũ &
quinquaginta, deinde ipſa Catherina tran-
ſiuit ad ſecunda uota intra annũ luctus quę
1 ritur an ſit priuata dicto legato? Breuiter re
ſpõdeo, ꝙ † oẽs pęnæ impoſitæ mulieri ꝑ
eius odiũ, quia nimis feſtinanter ꝯhat ſm
matrimoniũ ſunt ſublatæ de iure Cano. p dictũ Apoſtoli Mulier
mortuo viro nubat in dño. Inn. Abb. & doc.in c.fi.de de ſec.nup.
Bar.in in l.liberorũ.ff.de his qui notantur infamia. Pau. de Caſt. in
cõſ.366.Super primo puncto uideretur.lib.1.Alea.in conſi.68.col.
fi.lib.4.late Deci.in rub.C.de ſec.nup.col.2.ad fi.itaq; mulier trã
ſiens ad ſecunda uota intra annum luctus ſolum ſuſtinet pœnas
introductas in fauorem filiorũ primi matrimonij, ſecundũ doc.
in locis proxime allegatis, & tradit Dec.in conſi.230. in 1.dubio,
ſed iſtæ pęnæ introductæ in fauorem liberorum primi matrimo-
nij non hñt locum liberis non extantib.l.fœminæ, in prin.& §.
fi.C.de ſec.nup.Bar.in auth.ex teſtõ.C.eo.ti.cũ ſim.quæ Deci.ſcri
bit in d.rub.C.de ſec.nup.ad fi.ideo concluſio ꝙ iſta Catherina
conſequi debet legatũ ſibi relictũ pleno iure, tã reſpectu ꝓprie-
tatis q̃ vſusfructꝰ. Gratianopoli vltima Maij.1540. Aymo Cranet.

SVMMARIVM.

1 *Pater tranſiens ad ſecunda vota nõ ſuccedit liberis primi ma-*

trimonij,niſi reſpectu vſusfructus, & patitur eaſdem pœnas quas mater.

2 *Illud quod dicitur patrem aut matrem tranſeuntem ad ſecunda vota non ſuccedere liberis primi matrimonij niſi reſpectu vſusfructus, intelligitur quo ad bona quæ liberi primi matrimonij habuerunt ab eorum patre aut matre,in alijs autem bonis ſit ſucceſſio pleno iure.*

Extenſio intelligitur facta cum omnibus ſuis qualitatibus.

4 *Hæreditas deſcendentis non adita,non tranſmittitur per aſcẽdentem ad eius liberos.*

3 *Aditio hæreditatis probari debet per allegantem,ibid. nu. 4.*

6 *Pater ſuccedens filio ſimul cum fratribus aut ſororibus defunctis nõ hẽt vſumfructũ in portionibus aliorũ fratrũ aut ſororũ.*

CONSILIVM XXXVII.

¶De materia huius conſilij habetur infra in alio conſi.176.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Deceſsit nobilis Gaſpardus de bona Vappincenſis diœceſis relicto nobili Honorato de bona domino de Rocbetta eius patre,& relictis quatuor ſororibus,quærit̃ de ſucceſsione ipſius Gaſpardi.reſpondeo q̃ pater Honoratus ſucceſsit cũ ſororibus defuncti æqualiter.auth.defuncto.C.ad Tertullia. & licẽt Ho
1 noratus † tranſierit ad ſecunda vota,nõ priuatur ſucceſsione filij niſi reſpectu proprietatis,quia de ꝓprietario efficitur vſufructuarius exiſtẽtibus liberis primi matrimonij , auth. ex teſtõ. C. de ſec.nup.q̃ tex.procedit ẽt in patre,licẽt in matre loquatur ſẽm Bar.& doc.in l.fœminæ.C.eod ti.Oldra.in cõſ.33.Quidã habuit vxorẽ,circa fi.Pau.de Caſt.in conſ.257.Viſo puncto ſuprascripto & narratis in eo.col.2.circa med ver.item aliã tertiã,lib.1. Aret. in cõſ.72.in 2.dubio.Cor.in cõſ.242.col.3.circa med.lib. 2. Dec. in l.1.in prin.C.de ſec.nup.in conſ.87.col.2.& in conſ. 230. in 1.
2 dubio.Quod † tñ intelligendum eſt reſpectu bonorũ q̃ prouenerunt ex materna ſubſtantia,quia in alijs bonis ſuccedit pater pleno iure,nã mater pp tranſitũ ad ſecũda vota nõ priuatur proprietate bonorũ filij , niſi quò ad bona q̃ prouenerũt ex ſubſtãtia paterna vt loq̃tur tex.in d.auth,ex teſto.Ioã.de Ana.in cõſ.73. in fi. & in conſ.101.in fi.Rom.in conſ.405.in quarto dubio.Soc.in cõſ. 34.col.3.ver.intelligo tñ prædicta,lib.1.ſi ergo illa auth.extenditur ẽt ad patrẽ vt extenſio ſit æqualis, debet intelligi vt priuetur pater ꝓprietate reſpectu bonorũ q̃ prouenerũt ad filiũ ex materna ſubſtantia,eſſet enim iniquũ q̃ lex extendens durius quid ageret q̃ cõtineatur lege extenſa.& hoc eſt quod dicimus, † extenſio
3 nẽ factã intelligi cum oĩbus ſuis qualitatibus,late Rom.in conſi. 345.col.pe.Dec.in cõſ.78.col.1.ver.cũ ergo gl.Rurſus iſta extenſio quæ fit de matre ad patrẽ inducta eſt ex rõnis identitate,ergo ſi eadẽ ſit ratio in patre quæ in matre, eodem oẽs modo puniri debent,non ẽt pater acrius atq; mater,& ita tradit Soci.in d.cõſ. 34.¶Secundò quæritur,dictus Honoratus de bona inſtituit hrẽdẽ vniuerſalẽ Carolum eius filiũ ex ſecunda vxore,quãtum acceptus ſit dictus Carolus de bonis dicti Gaſpardi.Rñdeo q̃ ſi Honoratus adiuit hr̃ditatẽ Gaſpardi ſui filij pro eius quinta parte, Carolus eã quintã partẽ accipere poterit:ſi aũt † non adierit,nõ potuit tranſmitti hæreditas filij p Honoratũ patrẽ ad eius liberos, quia aſcendẽs non tranſmittit hr̃ditatẽ deſcendentis non aditã. l.qm ſorori ẽ.C.de iure deliber.quẽ tex.ad hoc citat Pau.de Caſt. in conſ.304.Primũ dubiũ,ante fi.lib.1.tradit Soci.in l.qui duos. §.cũ in bello,in primo not.ff.de rebus dub.allegat gl.in l.cũ antiquioribus.C.de iure delib.Idẽ tradit Cor.in conſ.1.col.2.circa med.lib. 2. ideo ſi Carolus agat pro dicta quinta parte in bonis Gaſpardi tenetur probare hæreditatẽ ipſius Gaſpardi aditã fuiſſe p patrẽ,quia aditio hr̃ditatis cõſiſtit in facto , nec præſumitur niſi ꝓbetur,& probari debet p eum qui in ea ſe fundat.l.1. & 2. ff.de inter.actio.Bal.in conſ.273.Factũ dr̃ eſſe tale.col.fi. lib.1.in conſ.31.Ang.col.2.in cõſ.224.Super eo quod quæritur,an domi. Simona.lib.2.in conſ.332 Pro parte,col.2.poſt med. & in conſi. 437.Super dubia.lib.3.Rom.in conſ.224.Iſta captura, col.1.circa.med.¶Tertiò quæritur,dictus Gaſpardus fuit hæres inſtitutus à nobili Aliſia eius matre & prima vxore dicti Honorati.an d.Carolus aliquid poſsit accipere de bonis maternis ipſius Gaſpardi? rñdeo q̃ non,ẽt ſi Honoratus pater Caroli adiuiſſet hæreditatẽ Gaſpardi,q̃a in iſtis bonis maternis ſolũ ſucceſſiſſet quò ad vſumfructũ,& eo mortuo pertinẽt ad liberos primi matrimonij pleno iure.d.auth.ex teſtõ.Rom.in conſ.405.Præſuppoſitis,in finali-
5 bus verbis.¶Quartò quæritur, † præpoſito q̃ Honoratus adierit hr̃ditatẽ Gaſpardi ſui filij ſimul cũ ſororibus ipſius Gaſpardi,an debuerit habere vſumfructũ in portionib⁹ ipſarũ ſororũ?Rñdeo q̃ non.§.ſi verò cũ aſcendentibus,in auth.de hære.ab inteſt. venien.Alex.in cõſ.198.col.4.lib.6.late Soc.in terminis noſtris in d. conſi.34.in 3.q.lib.1.Aret.in conſi.72.in tertio dubio.Grationopoli.28.Maij.1540.Aymo Crauetta de Sauiliano.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ſi ſine hæredibus deceſſerit,intelligitur , id eſt, ſine liberis.*

2 *Verba,ſine hæredibus à ſuis corporibus procreatis aut vtriuſq; ſexus,non conueniunt hæredibus extraneis, etiam in materia tranſitoria ad hæredes extraneos.*

3 *Subſtitutio facta de aliquo ſuperſtite & eius hæredibus,intelligitur de deſcendentibus.*

4 *Verbum hæredes in teſtamentis intelligitur,id eſt, de liberis ſecundum communem.*

5 *Hæredes maſculi intelliguntur,id eſt,deſcendentes etiã in materia tranſitoria ad hæredes extraneos.*

CONSILIVM XXXVIII.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Iõannes Iarrandi de loco Ebreduni inſtituit Claudiũ Marcellinũ & Orõtiũ eius filios hæredes,& caſu quo contingeret alterũ ipſorũ Marcellini, & Oroncij mori in pupillari ętate,aut alias ſine hęredibus à ſuis corporibus procreatis, eodẽ caſu voluit idẽ teſtator q̃ hr̃ditas ipſorũ reuertatur ad ſuperſtites vel ſuperſtitẽ dictorũ Marcellini & Oroncij,& ad eorũ hr̃des cũ rebus ſibi ꝑlegatis,deinde deceſsit Marcellin⁹ relictis Ioãne & Andrea eius liberis & hæredibus.Poſtea mortuus eſt Oroncius ſine liberis relicta Frãceſia eius ſorore quã hr̃dẽ inſtituit.Modo liqeri dicti Marcellini agunt ↄ̃ Franceſiã ꝑdictã vigore ſubſtitutionis prædictæ, cuius caſum dñt eueniſſe p mortẽ Oroncij ſine liberis,quæritur quid iuris.¶Breuiter puto eſſe locũ ſubſtitutioni prædictæ, nã fa-
1 cta fuit ſubſtitutio † ſub conditione caſu quo contigeret alterũ ipſorũ decedere ſine hr̃dib⁹ à ſuis corporibus ꝓcreatis,q̃ verba neceſſario dẽnt intelligi.i.ſine liberis,rõ eſt,quia conditio dr̃ q̃n ſe habet ad eſſe,& non eſſe.l.cũ ad præſens.ff.ſi cer.pet.ſed ſi iſta conditio intelligeretur ẽt de hr̃dibus extraneis qualis eſt ſoror nunq̃ poſſet cõditio deficere. l.ex facto.§.ſi.ff.ad Treb.vbi gl. & doc.Bar.& doc.in l.Gallus.§.ẽt.vbi Iaſ.col.6.in tertia fallentia.ff. de lib.& poſth.Pau.de Caſt.in conſi.453.Ego Paulus,lib. 2. Dec. in c.in præſentia,col.19.ver.2.concluſio ſupradicta nõ habet locũ extra de probatio.in cõſ.294.col.2.poſt med.ver. confirmatur hoc,in conſi.208.col.4.ad fi.ver.& ſpecialiter.bene facit Cor. in cõſi.179.col.1.lib.3.ſi verbũ hr̃dibus poſitũ in cõditione reſtringitur ad liberos,ergo nõ venit ſoror quæ nõ eſt de liberis,ſed de tranſuerſalibus.¶Secundò principaliter moueor, poſito & non conceſſo, verbũ hæredibus poſitũ in conditione poſſe intelligi de tranſuerſalibus, & ſic ẽt de ſorore,tñ in caſu noſtro de ea intel-
2 ligi non poteſt pp illa verba,à ſuis corporibus procreatis . † quæ adeo ſunt clara vt de liberis intelligantur,quod tergiuerſari nõ poſſunt,etiam ſi ſimus in materia tranſitoria ad omnes hæredes extraneos.ita nouiſſime dicit Dec.in conſ.395.col.2.ad fi. & col. ſeq.facit quod ſcribit idem,Dec.in conſi.208. col.4. vbi quando fit mẽtio de hæredibus natis & naſcituris vtrinq; ſexus,intelligũtur iſta verba de liberis,quia non cõueniũt hęredibus extraneis, immo in eis nihil operãtur,quãtominus cõueniũt hæredibus extraneis illa verba ſine hæredibus ꝓcreatis à ſuis corporibus,immo verba nullo mõ cõuenire pñt niſi deſcẽdentibus.addo.Soci. in cõſ.12.li.3.¶Tertiò moueor ex clara & euidenti mente teſtatoris,q in ſubſtitutione magis dilexit liberos ipſorũ hæredũ q̃ filias
3 ꝓprias,dũ ſubſtituit † ſuperſtitẽ alteri ꝑmorienti, & eius hr̃des, quod verbũ intelligitur de deſcendentib.ſubſtituti,non de hr̃dibus extraneis, ne cenſeatur ꝑdixiſſe hr̃des extraneos ſubſtitui hæredibus extraneis eius cui ſubſtitutio facta eſt. Bar.& doct. in d.l.Gallus.§.etiam Bal.in c.j. de natu.ſucceſ. feudi & in conſilio 267.Proponitur q̃ Manfredinus.lib. 5.Paul. de Caſtr.in conſilio. 114.procedendo breuiter.col.2. poſt med. in ſecundo dubio. in conſ.378.Primò videndũ eſt vtrũ recognitio.col.2. circa med.li. 1.in cõſ.45.Vñ dicendũ q̃ dicti hæredes.& in cõſ.453. Ego Paulus, ad

lus, ad fi.lib.2. Alex.in cóſ.139.col.1.lib.6.Cur.ſenior in conſ.45.
col.2.poſt med.& in conſ.52.col.2. in fi. itaq; ſi teſtator prætulit
deſcendentes hrdû filiabus ꝓprijs,incóueniens videretur ꝙ in ſub
ſtitutione deſcédétes Marcellini excludátur ꝑ ſororé Orócij mi
nus dilectá.¶Ex alio apparet de voluntate teſtatoris ꝙ magis di
lexit maſculos ꝗ fœminas,quia maſculos inſtituit hrdes vniuer
ſales,filias aút particulares in certa ſumma.Rurſus filias decedé
tes ſine hrdibus ꝓcreatis á ſuis corporibus grauauit fideicómiſ
ſo in fauoré maſculorú,nó ſic grauati fuerút maſculi in fauorem
ipſarú filiará q̃ vocatę non reperiuntur ad hrditaté maſculorum
decedentiú ſine liberis ex quibus clare ſatis apparet habuiſſe te
ſtatoré maioré affectioné ad maſculos ꝗ ad fœminas. ¶Quartò
4 moueor † ex d.Bar.in có.52.Salúhenſis Ioannelli. vbi ꝙ in teſta
métis uerbú hrdes intelligitur de liberis ſm cóem vſum loqué-
di,ſequitur Deci.in cóſ.38.col.5.Iaſ.in d.l.Gallus. §. ét, col.6.ad
fi.ver.5.adde Guido.Papæ.q.457.& q. 591. ex quibus apparet ꝙ
ſi teſtator ſimpliciter mentioné feciſſet de hrdibus intelligeren-
tur verba de liberis,quáto fortius ubi dr de hrdibus á ſuis corpo
ribus procreatis.& licèt hoc dictú Bar.ita ſimpliciter intellectú
nó tranſeat ſine dubio ex his q̃ ſcribit Soc.in cóſ.12.& in cóſ.57.
col.3.lib.3.ubi tñ de Bar.mentioné nó facit,tñ in caſu noſtro res
5 clara vr.¶Quintò doc.cóiter dñt,† ꝙ vbi fit métio de hæredibus
maſculis intelligitur.i.deſcendentibus ét in materia alias tranſi-
toria ad quoſcúq; hrdes extraneos.Alex.& mod.in d.l.Gallus.§.
ét.ubi Soc.col.4.& Iaſ.col.6.ver.quarto vltra Bart. Alex. in conſ.
205.col.2.lib.3.& in conſ.139.col.2.li.6.Deci.in conſ.78.col.1.&
alibi ſæpiſſime,itaq; ſi teſtator dixiſſet ſi filij mei deceſſerint ſine
hrdibus maſculis,ſine dubio intelligerentur iſta verba.i.ſine de-
ſcendentibus,quanto magis de deſcendentibus intelligi debent
illa uerba ſi deceſſerint ſine hæredibus á ſuis corporibus ꝓcrea-
tis,in quibus magis clare apparet de voluntate teſtatoris,quo ar
gumento in terminis utitur Deci.in d.conſ.391.col.2. ¶Ex præ-
miſſis concludo purificatam eſſe códitionem ſubſtitutionis per
mortem Oroncij ſine liberis,nec defeciſſe conditionem per exi
ſtentiam Franceſiæ ſororis,quę de liberis Oroncij non eſt,conſe
quenter pertinere fideicommiſſum ad hæredes Marcellini. Cra-
tionopoli.26.Maij.1540.Aymo Crauetta de Sauiliano.

S V M M A R I V M.

1 Filia an poſſit donare dotem viuante patre.
2 Filius poteſt diſponere inter viuos de bonis aduentitijs, in quibus pater non habet vſumfructum.
Pater poteſt donare filio vſumfructum bonorum aduentitiorū. ibidem num.2.
3 Donatio filij de bonis in quibus pater habet vſumfructū an reconualeſcat mortuo patre. & nu.10.
4 Dos quando dicatur proprium mulieris patrimonium.
5 Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur ad correctionē iuris communis quando in ſenſu directo operari poteſt.
6 Mater non dicitur adminiſtratrix perſonæ nec bonorum filij.
7 Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur quando in ſenſu contrario eſt eadem ratio,quæ in ſenſu directo.
7 Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur quando inducta ad vnum operarentur effectum contrarium.
9 Pater in dubio non cenſetur donare filio,ſed potius in peculium concedere.
10 Donatio filij de bonis aduentitijs in quibus pater habet vſufructum,an confirmetur morte patris. ſupra nu. 3.
11 Prodigi contractus non reconualeſcit ceſſante prodigalitate.
12 Executio non fit in peculio aduentitio pro delicto filij etiam reſpectu proprietatis tantum contra patrem.
13 Actus nullus conualidari non poteſt ex conſenſu alterius partis tantum.
14 Alienatione prohibita non cenſetur prohibita donatio, quæ fieret perſonis coniunctis.

C O N S I L I V M XXXIX.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato.Proponitur
in facto ꝙ nobilis Delphina Audeniæ de loco au
ripetræ donauit bona ſua dotalia patre viuéte q̃
buſdam ſuis filijs,quęritur,an valeat † talis do-
1 natio?videretur dicédum ꝙ ſic, quia dos dicitur
proprium patrimonium mulieris.l.2.§.ſed ut. ff.de mino.in re aút propria quilibet eſt moderator & arbiter.l.
re mandata.C.manda. & in terminis ita tenet Bal. in l. quod ſci-
tis.col.2. ver.& ideo mulier.C.de bonis quæ li.& in l.pe.C.de fal
ſa cau.adiec.leg.quod maxime procedit ſtáte pacto appoſito in
contractu matrimonij per quod cautum fuit, ut decedente Ste-
phano Bardelli marito ipſius Delphinę ſine liberis,Claudius Au
derij pater ipſius Delphinæ eſſet adminiſtrator perſonæ & bono
rum ipſius Delphinę,ergo à contrario ſenſu decedente marito ſi
ne liberis actum vr ꝙ pater non eſſet adminiſtrator perſonæ &
bonorú ſuę filię,ꝓñr,ꝙ nó habeat vſumfructú in ipſis bonis dota
2 libus,ſed qñ pater † nó habet vſumfructum in bonis filij aduen
titijs pót filius de illis bonis diſponere inter viuos. Pau. de Caſt.
in conſ.381.Primo videndum eſt qualis,in ſecundo quæſito lib.
1.Rom.in conſ.512.col.2.uer.fallit ſecundo,maxime etiam præ-
miſſa procedunt,ſi iſta filia mortuo marito habitauit ſeorſum à
parte bona dotalia adminiſtrádo,quo caſu parter cenſetur remi
ſiſſe uſumfructum & eum filiæ donaſſe,quod facere potuit.l.cú
oportet.§.1.C.de bon.quæ lib.Bal.in l.ſi uxorem,col.1. uer. item.
C.de condi.inſer.Bal.nouel.in tracta.de dote in ſexta parte priui
legio.36.col.2.Cor.in conſ.275.col.4.lib.1.in conſ.79. circa fi. &
3 in conſ.130.circa fin.lib.2.¶ † Et poſito ꝙ pater habuiſſet uſum-
fructum in iſtis bonis,ſaltem uideretur confirmata donatio poſt
mortem patris tanquam ceſſante ratione propter quam talis do
natio prohibetur.ſ.ne fiat præiudicium patri in uſufructu, ita in
terminis tenet Crotus in repeti.l.frater a fratre. q. 30. ff. de con-
dit.inde.¶Sed præmiſſis non obſtantibus contrariú in caſu iſto
puto de iure uerius,ꝙ immo talis donatio nó ualuerit.& præſup
ponendo,ꝙ pater haberet uſumfructú in iſtis bonis, res uidetur
clara,quia non poteſt filius uel filia donare bona aduentitia in
quibus pater habet uſumfructum,etiá cú iuramento. Bald. Ang.
Pau.de Caſt.& Sali.in l.fi.§.filius auté.C.de bon.quæ li.late Cur.
Iunior præceptor meus in conſ.152.¶Vniuerſa difficultas conſi
ſtit in reſpondendo ad contraria ad quæ reſpódeo,& ad primú,
4 quòd † dos eſt propriú patrimoniú mulieris, dico ꝙ ꝓcedit, qñ
in dote pater nó haberet uſumfructú, ſed pleno iure pertineret
ad filiá.Ité poteſt dici proprium patrimoniú mulieris reſpectiuè
ꝑꝑ priuilegia quæ habet filia in dote in qua ſpeciale eſt, ꝙ ualet
donatio inter patré & filiá.l.Pompo.Philadelphus.ff.fami. ercíſ.
uel quia cóſtante matrimonio pater in dote ius nó habet,ſed tá-
quá mulieris deſeruit oneribus matrimonij. l. pro oneribus. C.
de iure dot.¶Nó obſt.deciſio Bal.in d.l.quod ſcitis. C. de bon. q̃
lib.& in d.l.pen.C.de falſa cau.adiec.leg. qa debet intelligi Bal.
qñ pater nó habet uſumfructú in bonis dotalibus, quod ꝓbatur
ex dictis eiuſdé Bal.in d.l.fi.§.filijs auté.C.de bon.quæ lib. & ſa-
tis hoc ſuadetur ex róne ipſius Bal. qa dos eſt propriú patrimo-
niú mulieris,ergo debet intelligi dictú Bal.qñ dos uere & ꝓprie
eſt patrimoniú mulieris etiá quò ad uſumfructú.¶Non obſt. pa-
ctum ꝙ decedéte marito ſine liberis,ipſe pater ſit adminiſtrator
perſonæ & bonorú ipſius filiæ arguendo à contrario ſenſu,quia
5 rñdeo,† ꝙ tale argumentum à contrario ſenſu ſumi nó debet ad
correctioné iuris cóis qñ in ſenſu directo pót operari, iuxta no.
in l.1.ff.de offi.eius.Bart.in l. oés populi,in 6.q.princ. ff. de iuſt.&
iur.Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.in tertia q.ff. de offic. procon.
Pau.de Caſt.in conſ.175.Caſus præſens valde dubitabilis. colú.
4.ad fi.lib.1.& in conſi.83.Præſens caſus.col.3.circa med. lib.2.
ſed in caſu noſtro poteſt operari iſtud pactum in ſenſu directo
reſpectu matris ipſius Delphinæ de qua conuétum etiam fuit ꝙ
6 eſſet adminiſtratrix ꝑſonæ & bonorum ipſius Delphinæ, † quæ
mater de iure cói nó habet adminiſtrationé in ꝑſona nec bonis
filiorú.l.qui aliena.§.quáquá.ff.de neg. geſt.l.filiæ.ff.de ſol.Bald.
in auth.matr.& auiæ.C.qñ mul. tute. offi. fungi po.in conſi.137.
Quidá nobilis filiusfamilias.col.2.lib 1.& in conſi. 230. Viſo te-
7 ſtamento gentilis.in princ.libr.4. ¶Secundò rñdeo, † ꝙ argm à
cótrario ſenſu nó ſumitur qñ in ſenſu cótrario eſt eadé ró quę in
ſenſu directo.Bal.in l.q teſtamento.§. mulier.ff.de teſta.Coru. in
cóſi.173.lib.1.in conſ.22.col.4.in conſi.80.in princ.libr.2. & idé
Cor.in conſ.150.col.fi.lib.4.In quibus locis dicit Coru.ꝙ argu-
mentum à paritate rationis eſt fortius quam argumentum à con
trario ſenſu, allegat Imo.in l.ſi uxor.§.de uino,circa fin. ff.ſolut.
matr.ſed nulla uidetur diuerſitas rationis cur pater non ita ha-
beat adminiſtrationem in perſona & bonis filiæ extantibus libe-
ris ex filia ſicut non extantibus modo alantur ipſi liberi per an-
8 num.¶Tertiò reſpondeo, † ꝙ argumétú è contrario ſenſu ſumi
non dét qñ inducta ad vnú effectú,operatení effectú ꝯrium.Bal.
in l.1.C.de inuti.ſtip.Alex.in cóſ.17.lib.4.Deci.in cóſ.110.col.2.

ſed iſtud pactũ fuit ad effectum ampliandi ptãtẽ parentũ, patet
quia actum fuit ꝙ competeret adminiſtratio ẽt matri, ergo non
dẽt operari diminutionẽ. ¶ Nõ obſt. ꝙ pater cẽſeat donaſſe vſum
fructũ filiæ, quia de tali donatione nõ cõſtat, & quatenus intelli
9 gere potui, filia nõ habitauit ſeorſum à patre, & poſito † ꝙ paſſus
fuiſſet pater fructus a filia percipi, talis patiẽtia potius operaret
quãdã cõceſſionẽ & adminiſtrationẽ peculij. Bal. in cõſ. 394. No
tandũ eſt. lib. 3. ꝙ eſt repetitum in cõſ. 484. lib. 5. Dec. in auth. ex
teſtõ. col. 2. poſt med. & in l. ſi donatiõe, col. 3. & col. 7. poſt med.
C. de coll. iſtud tñ oõ vr̃ ſine dubio q̃a aſcẽdens pſumit donare
deſcẽdẽti. l. Neſennius. ff. de neg. geſt. l. alimẽta. C. eo. ti. l. Publia.
in prin. ff. depoſi. l. donationes. §. ſpẽs. & l. fi. ff. de dona. l. liber ca
ptus. C. de captiuis. Iaſ. in l. q̃ dotis. col. 5. in fi. ff. ſol. mat. & in ter-
minis q̃n pater patitur filiũ percipere fructus bonorũ aduẽtitio-
rũ ꝙ cenſeat illos donare, eſt tex. in l. cũ oportet. §. ſi autẽ. C. de
bonis quæ lib. tradit Alca. in cõſ. 138. col. 2. circa med. lib. 5. Cor.
in conſ. 285. col. 4. lib. 1. Ideo aliter rñdeo ad argm̃, ꝙ nõ ſequit,
pater remiſit vſũ in fructũ non petendo, ergo perdidit ius vſufru
ctus, quia illa remiſſio fructuũ reſtringit ad terminos patientiæ
10 q̃tatenus pater paſſus eſt. ¶ Nõ obſt. † ꝙ iſta donatio cenſeat cõ
firmata morte patris, quia ꝯrium tenent Bal. & doc. in d. l. fi. §. fi.
lius aũt. C. de bonis quæ lib. Curtius Iunior in d. cõſ. 153. declaro
ſm eos, nã talis donatio nõ prohibet rõne pͥudicij circa vſum-
fructũ patris, ſed rõne præſumptæ prodigalitatis, vt optime ꝓba
tur ea d. §. filijs aũt, vbi ꝓhibitũ eſt filio alienare bona aduẽtitia
ẽt quò ad ꝓprietatẽ ſolã, rõ eſt, quia cũ filius alimentet à patre,
nulla vrget rõ ad alienãdũ niſi ꝓdigalitas aut iuuenilis calor, ſi. n.
prohibita eſſet alienatio ſolũ rõne pͥudicij paterni, nõ prohibe-
ret filius alienare nudã proprietatẽ, quia p talẽ alienationem nul
lũ datur pͥudiciũ patri, qui in proprietate ius nullũ hẽt. Itaq; ne
ceſſario dicendũ eſt, prohibirã eſſe talẽ alienationẽ rõne tm̃ præ
ſumptæ prodigalitatis, quã lex appellat iuueniles calores, ex qui
11 bus naſcitur ipſa prodigalitas, ſed conſtat † ꝯtractum prodigi, cui
bonis interdictum eſt ꝓut hic, vbi interdictio fit a lege, eſſe nul-
lũ, nec reconualeſcere ceſſante prodigalitate iuxta no. in l. is cui
bonis. ff. de verbo. obl. quod enim ab initio nullũ eſt oĩno, tractu
tpis recõualeſcere non põt. regula, quod ab initio. vbi late Mod.
ff. de reg. iu. Rurſus natura prohibitionis legis eſt, vt ſit perpetua.
Bal. in l. dudum. C. de ꝯtrahen. emp. Bar. in l. fi. ff. ad Tertul. cũ ſi. lex
igit probibens alienationẽ bonorũ aduẽtitiorũ in filijsfamilias
dẽt intelligi ꝙ effectus ipſius ꝓhibitionis ſit perpetuus, & ſic ꝙ
talis alienatio facta ꝯ prohibitionẽ perpetuo ſit nulla. Pro quo fa
12 cit, † quod Abb. ſcribit in conſ. 66. lib. 2. vbi ꝙ ex delicto filij non
ſit executio ꝯ patrẽ tn dubio peculio aduentitio in quo pater ha
bet vſum fructũ ẽt reſpectu ꝓprietatis, profecto ſi morte patris
cõfirmaret alienatio, poſſet executio fieri valitura ſaltẽ a tpe mor
13 tis patris. Poſtremo conſidero, ꝙ vbi actus eſt nullus conualida
ri non põt ex cõſenſu alterius partis tñ. Cor. in cõſ. 71. col. 2. p l.
ꝯtus, & quod ibi Cy. C. de fide inſtr. §. in bis, Ioſti. de ꝯ. emp. l. do
natio. C. de dona. igitur donatio facta per filiã quę p legẽ annul-
latur, conualidari nõ potuit ea ſolo cõſenſu filiorum, quibus do
natũ eſt patre mortuo, ſed filię ẽt donatricis neceſſarius cõſenſus
videbat, quæ tñ patre mortuo in cõſenſu nõ perſeuerauit, immo
donationẽ reuocauit. Cõſulerẽ tõ cõcordiam in caſu iſto ſi fieri
poſſet, q̃a pſumptio prodigalitatis vr̃ ceſſare, ex quo donatio fa-
cta eſt inter liberos reſeruato uſufructu matri donatrici, & quia
14 † alienatione ꝓhibita nõ cẽſet prohibita donatio quæ fit pſonis
tã coniunctis. Bal. in cõſ. 407. Præſupponẽdũ eſt. lib. 2. vbi ſtatu-
tũ ꝙ mulier nõ poſſit donare ſine cõſenſu proximiorũ, nõ habet
locũ q̃n mulier donat filijs & not. Bal. in cõſ. 37. Decreto, col. 1. in
fi. lib. 3. pro hoc tex. in c. 1. §. ſed & rei per quos fi. inueſti. & in c. 1.
de alie. feudi vbi ꝙ feudũ regulariter prohibitũ alienari, põt alie
nari in pſonas cõiunctas, ad quas peruẽturũ erat poſt mortẽ alie
nãtis. ad idẽ tex. in l. pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. & in l. fi. C. de
fidcicõ. & quod p illa iura cõſuluit Rom. in cõſ. 199. col. fi. Præte-
rea conſiderandũ eſt ꝙ hic non agit de bonis aduẽtitijs ſed pro
fectitijs donatis è patre, in quibus de iure cõi pater non eſt legiti
mus adminiſtrator, nec hẽt vſumfructũ. Iaſ. in l. 2. §. ꝙ ſi in patris,
col. pe. in fi. ſuper gl. in verbo ſui iuris. ff. ſolu. mat. ideo in talibus
profectitijs factũ filio ſibi pͥudicat ea facta ſui iuris. d. §. ꝙ ſi in
patris. ver. itẽ ſi uoluntate, & licet in caſu iſto pater dicatur admi
niſtrator & uſufructuarius, iſtud eſt ea pacto & reſeruatione pa
tria non ex diſpoſitione iuris, & ſic ceſſat prohibitio alienandi
introducta de iure communi in bonis aduentitis, & licẽt ſtante
pacto filia non poſſit alienare in præiudicium patris, poterit ta-
men in præiudicium ſui. Gratianopoli. 25. Maij. 1540.

SVMMARIVM.

1 Confeſſio mariti de recepto ante contractũ matrimoniũ nõ præ ſumitur de facili facta animo donandi, & poſt num. 3.

Confeſſio mariti de dote recepta præcedẽte cõſtitutione aut pro miſſione dotis, non præſumitur facta animo donandi, ſed aĩo liberandi promiſſoris, & virtute ipſius promiſſionis, idẽ nu. 1. & ibidem quid ſi fiat talis confeſſio conſtante matrimonio.

2 Argumentum à communiter accidentibus validum eſt in ma teria præſumptionum & coniecturarum.

3 Ratificare cenſetur vniuerſitas laudũ prolatũ inter eius ſyndi cum & aliam vniuerſitatẽ ex longa taciturnitate, quia præſu mitur quod habuerit copiam inſtrumenti ipſius laudi.

4 Confeſſio mariti de dote recepta conſtante matrimonio nõ cen ſetur facta animo donandi, quando maritus poſtea vxori tan quam dotatæ alimenta exhibuit.

5 Confeſſio mariti quòd fundum emit de pecunia vxoris, nõ dici tur ſuſpecta aut facta animo donandi, quãdo eſt veriſimilis, quia maritus aliunde habuit de bonis vxoris, veriſimilitudo enim tollit ſuſpicionem fraudis.

6 Confeſſio mariti de dote recepta conſtante matrimonio præiudi cat etiam creditoribus quando mulier agit hypothecaria cõ tra tertios poſſeſſores lapſo tempore ad opponendum exceptio nem non numeratæ dotis.

7 Confeſſio mariti iurata ſuſpecta argui non poteſt.

8 Confeſſio quæ fit de modica ſumma, ſimulata dici non poteſt.

9 In materia. l. hac edictali, quantum conſequi poſſit mulier aut vir ſecũdò nubens, habetur ratio legitimæ liberorũ primi ma trimonij, id eſt, quatenus aſcendit legitima viuus, licèt minus legitima relictum ſit.

Si maritus in donatione quam fecit ſecundæ vxori non exceſſit legitimam filiorum primi matrimonij, ſi poſtea legitima mi nuatur, quia naſcantur alij liberi ex ſecundo matrimonio di minui non debet donatio ſecundæ vxoris, quæ ab initio nõ fuit exceſſiua. ibidem num. 9.

10 Superueniens euentus non debet irritare quod ab initio legiti me factum eſt, & ad ſciendum, an donatio ſit inofficioſa, inſpi ci debet tempus ipſius donationis.

11 Mater an poſſit plus relinquere liberis ſecũdi matrimonij quã primi, & quid in marito.

CONSILIVM XL.

¶ Pro nobili Catharina domina Montiſionis.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Pro ponit ꝙ nobilis Guido Bereugarij miles, & dñs Morgiarũ ac Rippetæ ꝓmiſit flore-nos quatuor mille & ducentũ nobili Anto-nio de Veſco dño Montiſionis pro dotibus nobilis Catharinæ Bereugariæ filiæ ipſius Guidonis, de quibus florenis confeſſus fuit dictus nob. Antonius de Veſco habuiſſe flo renos duodecim centũ ſeu mille & ducentũ, deinde poſt ꝯtractum matrimoniũ & eo conſtante recognouit dictus Anto. ſe habuiſſe quaſdã cathenas auri à dicta eius uxore, quas cõuertit ad eius vti litatẽ, ob id ꝓmiſit reſtituere earũ æſtimationẽ, & amplꝰ p aliud inſtrũm recognouit ſe habuiſſe i augmẽtatione dictarũ dotiũ flo renos quinquaginta. Modo liberi primi matrimonij dicti Anto-nij eo mortuo cõtẽdũt ſummas pdictas recognitas ſolui nõ de-bere ipſi Catherinæ Bereugariæ ſecundæ vxori dicti Antonij tãq̃ illa recognitio ſapiat donationẽ factã ꝯ formã. l. hac edictali. C. de ſec. nup. & ꝙ ſapiat donationẽ ſeu facta cẽſeat aĩo donandi, tradũt Bar. & doct. cõiter in l. ſi diuortio. ff. de ver. obl. Alca. in cõ ſi. 45. col. 2. lib. 1. & alibi ſæpe. qđ maximè ꝓcedit, quia dr̃ renũcia tũ exceptioni nõ numeratæ dotis, ea qua renunciatione clare vr̃ apparere de aĩo renunciantis, ꝙ uoluerit donare, aut ſaltẽ donã di animus pſumit ex tali renunciatione. Aret. in conſ. 86. col. fin. ¶ Sed præmiſſis non obſtantibus contrariũ in caſu noſtro dicen dum videtur, & in primis quò ad illos florenos mille & ducẽtũ,
1 res uidetur clara quia † confeſſio facta eſt ante matrimoniũ con-
ſummatum,

ſummatum, quo tẽpore non ita de facili præſumitur donatio.
Aret.in d.conſi.86.col.pe. verſi. & ideo pro veritate.Soci.in l. t.
colum.14.verſic.tertia concluſio.ff.ſolu. matr.Aufer.in deciſio.
Toloſa.q.c.217. ¶ Secundò, quia illa confeſsio facta fuit virtu-
te promiſsionis ſeu conſtitutionis dotium præcedẽtis, quo caſu
nõ cenſetur confeſsio facto animo donandi, ſed pro liberatione
ſoceri, qui dotes conſtituit & ꝓmiſit, vt notat Pau.de Ca.in cõſi.
383. Circa primum quo quæritur, an dicta confeſsio.column. t.
verſi.ſecundus caſus.lib.1.per tex.in l.in contractibus.§.2. C.de
non numera.pecu.allegat etiam Ioan.And.vt per eum ibi.Idem
tenet Soci.licèt Pau.non allegat in d.l.j.colũ.14.in tertia limita-
tione.ff.ſolu.mat.& col.19.in octaua limitatione, vbi latius pro
bat, dicens ꝙ ab iſta opinione non eſt in iudicando & conſulen
do recedendũ.& ibidẽ Soc.col.pe.verſ.hanc tamẽ concluſionẽ.
Bal.nouellus in trac.dotis in decima parte col.9.in fi. verſic. aut
confeſsionem dotis cõſtante matrimonio &c. deciſio Neapoli.
Deci.402.nu.2.Idem tenet Alexandrinus in conſi.78.col.fin.for
tius voluit Anch.in conſil. 307.nulli dubium quod licèt fiat talis
confeſsio conſtante matrimonio, non tamen cenſeatur facta ani
mo donandi. & licèt Aret.in d.conſi. 86. colũ.fi.dicat illud non
procedere quando fuit renunciatum exceptioni non numeratæ
dotis, tamen iſta diſtinctio Aret.non videtur tuta, quia donandi
animus non præſumitur quotiens alia coniectura capi poteſt.l.
cum aurum.ff.de ſolutio.l.Campanus.ff.de op.lib.ſed poteſt præ
ſumi facta confeſsio ex cauſa numerationis ipſius dotis, quia ex
veritate fuerit numerata, ergo iſta præſumptio debet præualere,
& ſi dicas, iſtud procederet in perſonis non ſuſpectis, ſed in ſu-
ſpectis prout hic, lex facilius donationem præſumit ratione frau
dis euitandæ. reſpondeo ꝙ fraus in dubio præſumi non debet,
niſi ex coniecturis.l.quotiens.§. qui dolo.ff.de proba.ſed hic nõ
ſolum non adſunt coniecturæ fraudis, immo conſtãt coniectu-
ſturæ ad repellendum ſuſpicionem fraudis, nam confeſsio facta
eſt de tempore contractus matrimonij, quo tempore dotes con
ſtitui ſolent, & pro parte ſaltem numerari ſecundũ communiter
2 † accidentia à quibus licitum eſt arguere & præſumptiones face
re.gl.in l.neq; natales.C.de proba. & dicit Bal.in conſi. 70. Ap-
parent.col.2.l.j.quod in materia præſumptionum & coniectura
rum validum eſt argumentum à communiter accidentibus.idẽ
Bal.in conſi.351.in bonis feudalibus ad fi.lib.j.dicit ꝙ ex frequẽ
tia & generalitate præſumitur veritas, id eſt, quod verũ ſit ꝙ fre
quenter & generaliter fieri ſolet, niſi probetur conſuetudo defor
mis, id ẽ, diuerſa ĩ eo articulo. ſed generaliter & frequẽter iſtud
accidit vt dotes conſtituantur quando matrimonia contrahun-
tur, nec ſolent viri indotatas mulieres accipere, itaq; vera dicen
da eſt illa recognitio niſi probetur contrarium aut conſuetudo
deformis. Idem Bal.in conſi.390.Tam profundè, colum.j.ad lib.
2.ꝙ locus à communiter accidentibus in dubijs cauſis præſum
ptiuè concludit, alibi ſcribit idem Bal.in conſil.351. Ioannes, &
Federicus, col.2.ante med.lib.5.ꝙ præſumptio inducit ea com-
3 muni curſu.facit quod in pulchro caſu per hanc regulam ſcri-
bit Abb.in conſi.18.col.4.verſic.3.dixi. lib.2.vbi quod vniuerſi-
tas cenſetur ratificare laudum prolatum inter eius ſyndicum &
aliam vniuerſitatem ex taciturnitate vniuerſitatis, quia ſecundũ
eum à communiter accidẽtibus præſumitur ꝙ vniuerſitas acce
perit copiam inſtrumẽti laudi per manus ipſius ſyndici ex qua
receptione ſine contradictione inducitur ratificatio, ſi contra to
tam vniuerſitatem præſumitur à cõmuniter accidentibus, & in
caſu tam præiudiciali, quanto magis præſumi debet contra pri
uatam perſonã non ita priuilegiatam. ¶ Alibi ſcribit idem Abb.
in cõſi.113.col.3.lib.2. ꝙ valet tale argumentũ à cõmuniter ac-
cidentibus etiam quando agitur de crimine ciuiliter, a fortiori
vbi nullius criminis quæſtio tractatur. Bene fateor ꝙ fraus & do
natio præſumi poſſet quãdo maritus confeſſus eſſet habuiſſe, &
recepiſſe totam illam dotem ex magnitudine cõfeſsionis, & ita
procedat opi. & dictum Bal. nouelli in tract.de dote in decima
parte in ſeptima fallentia verſi.aut quærimus, ſed ex cõfeſsione
vniuſquaſq; partia tñ, fraudis ſuſpicio ceſſare debet ex his quæ
ſcripſi in præcedenti conſilio. ¶ Tertio reſpondeo ad dictũ Are
ti.ꝙ procederet vbi maritus conſtante matrimonio nulla præce
dente conſtitutione aut promiſsione dotium recognoſceret ſe
habuiſſe & recepiſſe dotes, & iſto caſu propriè loquitur Aretin.
in ſua diſtinctione, quo caſu ideo magis præſumitur donatio, &
fraus inter coniuges, quia faciunt illud quod à cõmuniter acci-
dentibus & ſm communem curſum fieri non ſolet, ſiquidẽ do-
tes non ſolent conſtitui aut promitti demum poſt contractũ ma
trimonium, immo longe ante cõtractum matrimonium, hodie
enim primus tractatus matrimonij, in dotium quantitate conſi
ſtit: nec eſt veriſimile quod eo demũ contracto dotes cõſtituan-
tur. & iſta ratio eſt diuerſitatis inter confeſsionẽ quæ fit ante cõ
tractum matrimoniũ vel in ipſo contractu matrimonij, & eam
quæ fit eo conſtante nulla præcedente conſtitutione aut promiſ
ſione dotiũ. pro hoc text.optimus in §.aliud quoq;.in fi.in auth.
de æquali.dotis, colu. 7.vbi dicitur quod enim ab initio factum
eſt, in toto ſine ſuſpicione eſt, quod autem poſtea machinatũ eſt
contra creditores, hoc ipſo introducit meditationem, qui tex.lo
quitur in materia & terminis noſtris, & de confeſsione facta tẽ-
pore nuptiarũ. Idẽ poſt alios plures tenet Soc.in conſi.65. col.3.
verſi.15.probatur.libr.1.itaq; licèt renuncietur exceptioni non
numeratæ pecuniæ quãdo fit confeſsio ante matrimonium, aut
in eius contractu, non tñ præſumi debet donatio, cum illa con-
feſsio ſit omnino veriſimilis ſicut quando fit confeſsio poſt ma
trimonium nulla præcedente dotium conſtitutione aut promiſ-
ſione: ſi enim argueret donatio in vtroq; caſu eſſet arguere a ca
ſu diuerſam & ſeparatam rõnem habente, quod fieri nõ debet.
l.Papinianus exuli.ff.de minor.l.fin.ff.de calũnia.l.ſi maritus.C.
de dona.inter vir.& vxo.l. naturaliter.§. nihil cõe.ff.de acquir.
poſ.cũ ſimili. ¶ Quarto principaliter reſpondeo, & dico ꝙ deci
ſio doc.volentium præſumi donationem ex confeſsione mariti
de recepto, non procedit quando vltra confeſsionẽ concurrũt
alia indicia ſeu cõiecturæ ex quibus veritas confeſsionis coadiu
uenir, puta, quando maritus vxorem retinuit & ei tanq̃ dotatæ
alimenta præſtitit. Bald.in l.j.C.de priuile.do.col.3. verſic.vnde
quæritur. quod dictum refert, & ſequitur Deci.in conſi.536.col.
3.circa med.ver.& ad hoc etiam facit. Idem ſequitur Soc.con-
currente lapſu decennij in d.l.j.col. 15.verſic.ſed iſta opinio.ff.
ſolu.matri.quinimmo idem Soci.in conſi.122.col.3.poſt medi.
lib.3.ſimpliciter ſequitur illud dictum Bal.concurrentibus con
iecturis à cõmuniter accidentibus.immo idẽ Soci.in conſil.82.
col.2.ante med.lib.3.dicit ab iſta opi.Bal.non eſſe in iudicando
recedendum, & ꝙ eſt cõmunis.eãdem opi.ſequitur Gozadinus
in conſi.43.col.3.Addo Curtium ſeniorem in conſi.70.colum.j.
vbi ꝙ ſemper magnifecit illam deciſionem Bal.ſed dictum Bal.
minuit Bal.nouel.in trac.dotis in 10.parte col.6.in fi.verſi.4.li-
mita.Soci.in d.l.j.col.antepe.ff.ſolu.matri.Gozadi.in conſil.28.
colum.4.verſi.7.fortius & col.6. poſt med.verſi. ad ſextũ dico,
ſed in caſu noſtro vxor ſemper & longo tempore fuit retenta &
alimentata tanquã dotata, ergo confeſsio illa præſumitur vera,
quia non eſt veriſimile quod maritus ſemper voluerit vxorẽ re-
tinere per ſumptum tam magnum ſine dote aliqua. ¶ Confirmo
4 hoc † dictum Bal. ex eo quod ſcribit Sal.in l.ſi mater.C.de con-
trahen.emp.vbi voluit.quod licèt confeſsio mariti quod fundũ
emit de pecunia vxoris, dicatur ſuſpecta pp donationem, quæ
prohibetur inter virum & vxorem, tñ ſi veriſimilis ſit talis con-
feſsio, ei ſtatur, puta, quia maritus nõ potuerit aliũde habuiſſe q̃
de bonis vxoris, quod dictum refert & ſequitur Alex.in cõſi.18.
col.1.lib.3.Deci.in conſi.96.col.2.Soci.in conſi.65.col.4.ver.20.
probatur.li.1.ecce ꝙ veriſimilitudo tollit ſuſpicionem fraudis,
ſed in caſu noſtro iſta confeſsio de florenis mille & ducẽtum eſt
veriſimilis ea communiter accidẽtibus & cõmuni curſu vt ſup.
oſtendimus. & illa etiã dotis cõſtitutio eſt veriſimilis inſpecta qua
litate cõiugũ & facultatibus dotãtis & mariti, ergo attendi dẽt
veriſimilitudo, non fraudis ſuſpicio aliqua. non omitto tamẽ ꝙ
contra dictum Bal.in d.l.vnica.C.de priuile.dotis tenet Bal.no.
vel in tract.de dote in 10.parte.col.6.in 4. limitatione quem re
fert & ſequitur Gozadi.ſibi contrarius in conſi.28.col.4.verſic.
7.fortius & col.6.ver.ad ſextum dico, vbi ꝙ dictum Bald.ſolum
procederet qñ facta eſſet confeſsio ante contractũ matrimoniũ
poſt Soc.in d.l.j.col.antepenul.verſi. ſm correlarium eſt.ff.ſolu.
matr.& quidem coniectura Bal.ſola videtur debilis niſi aliæ cõ-
5 currant. ¶ † Quinto poſſet reſponderi ex eo quod voluit Bart.in
l.aſsiduis.C.qui potio.in pig.hab.vbi, quod cõfeſsio mariti de
dote recepta præiudicat ẽt creditoribus qñ mulier agit hypo-
thetica contra tertios poſſeſſores lapſo tẽpore opponendi exce-
ptionẽ non numeratæ dotis, quod dictũ refert & ſequitur Alex.
in conſi.25.col.2.verſ.pro hoc etiam allegat.lib.5.quod eſt repe
titum in conſi.90.lib.3.& idem Alex.in conſi.123.col.1.circa fi.
verſi.pro hoc etiam allegat.lib.6.Aret.in conſi.76.col.2. Alexa.
in conſi.145.col 3.ver.hoc modo procedit.lib.5.quam op.dicit
communem Alex.in conſi.78.col.3.verſi.3.ſtringit, vbi late pro-
bat eandem opin.eſſe communem atteſtatur Soci.in d.cõſi.82.
col.j.

col.j.lib.3.ſequitur Gozadinus in d.conſ.42.col.3.Addo Calde.
in cõſ.3.in fi.in tit.de donã. inter uir.& vxor.facit q ſcribit Cur.
ſenior in conſi.70.col.j. vbi q confeſsioni ſtatur vbi alias nõ ſta
retur qñ pro ea concurrit aliqua coniectura etiam leuis.ſed hic
elapſum dr̃ tempus opponendi exceptionẽ dotis nõ numeratę,
ergo confeſsio præiudicare debet etiã filijs primi matrimonij
creditoribus ex diſpoſitione legis.Contrariũ tñ q tp̃s opponen
di exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ nõ currat creditoribus cõ
uentis hypothetica cõtra quos mulier agit pro dote confeſſata,
tenet Rom.in cõſi.445.in vltimo dubio.Iaſ.in §.fuerat.col.15.In
ſti.de acti.ſequitur Gozadin.ſibi contrarius in d.conſi.28.col.3.
poſt med.Idẽ tenet Soc.ſibi cõtrarius in l.j.col.15.in fi.verſi.Ter
tiò limita.& col.18.verſi.poſtremò ad ea quæ dicta ſunt.ff.ſolut.
matr.ſed opin.Bar.tenet & dicit magis cõem Bal.nouel.in tract.
dotis in 2.parte col.7.in prin.vbi pro Bar.allegat duas rõnes.pri
ma rõ quia creditor & ſingularis ſucceſſor habens cãm à mari-
to,non debet eſſe melioris conditionis quàm ipſe maritus,ideo
ſicut maritus opponere non põt, ita nec creditor habens ab eo
cãm.Secunda rõ,quia res tranſit cum ſua cauſa, & ſic bona tran
ſeunt in creditorẽ mariti cũ ſua cauſa, vt opponi nõ poſsit exce
ptio quę per maritũ opponi non poterat.accedat tertia rõ aſsi-
gnata per Bal.nouel. q in dubio pro dote vr̃ iudicandũ, & iſta
opi.Bar.vr̃ oĩno & neceſſario tenenda, quicqd contra eã aliqui
ſomniauerint.nã habemus q confeſsio cedentis aut autoris no
cet ceſsionario vel ſingulari ſucceſſori,qñ fit confeſsio ante ceſ-
ſionẽ.Bar.& doc.in l.facta.§.ſi hęres.ff.ad Trebe.ergo vr̃ q con-
feſsio mariti ante contractũ debitũ quæ nocet marito lapſo tpe
vel facta renunciatione, præiudicet creditoribus cãm à marito
habentibus. Quod ipſum tñ intelligo qñ creditores habuiſſent
cãm à marito poſt lapſum tp̃s opponendi,ſi.n.intra tempus, &
ignorabãt talẽ confeſsionẽ, vr̃ concedenda reſtitutio ad oppo-
nendũ ex capite ignorantię , quæ reſtitutio ceſſat qñ habuerunt
cãm lapſo tpe,quia tũc nunquã cõpetijt eis talis receptio.¶ Sex
tò plurimũ adiuuat ueritas iſtius † confeſsionis ex iuramẽto præ
7 ſtito per ipſum nobilẽ Antoniũ in inſtrumento cõſtitutionis do
tiũ & confeſsionis de recepta.Non enim verſimile eſt q imme
mor fuerit ſalutis æternę & ſalſum iurauerit.l.fi.C.ad legẽ Iuliã
rep.c.ad audiẽtiã,vbi gl.in ver.iuratus, de præſcrip.c.literas. de
præſumptio.c.ſignificauit,de homicidio.c.ſancimus.j.q.6.& in
terminis ita iuramentũ ponderat Soc.in d.conſil.82. col.j.& in
conſi.122.col.4.in fi.lib.3.Alex.in conſi.18. col.j.verſ.quanto ma
gis.lib.3. ¶Septimò ex ſequentibus præcedentia declarantur.l.
ſed Iulianus. §. quod dicitur.ff.ad Maced.l.cum quis ante fi.C.
de natu. libr. cum ſim. ſed proſequentibus ſolutionibus dotis
quas pater vxoris promiſſerat in annos ſingulos facere,nõ appa
rent aliquæ quitationes , quia ſolutũ nihil dicitur,ergo præſumi
debet,& veriſimile eſt q illa cõfeſsio de florenis mille & ducen
tum facta fuerit,quia ex veritate fuerit numerata ſumma illa ex
quo de ſequentibus ſolutionibus non factis nullæ apparent con
8 feſsiones niſi una de florenis quinquaginta † in qua ceſſat om-
nis ſuſpicio ob ſummæ modicitatẽ.l.cũ ſi.§. modus.ff.de trãſac.
c.& ſi qſtiones,de ſimonia 50.ex qua cõfeſsione de florenis.l.ar
guitur veriſimilitudo & bona fides mariti cõfitentis.Profectò ſi
non ex bona fide confeſsio fieret,ſed de animo donandi,nõ ue-
riſimiliter facta eſſet cõfeſsio de ſumma tam modica,veriſimili
tudo aũt in vno arguit veriſimilitudinẽ & in alio.Pau. de Ca. in
conſ.301.Ad bene examinãdũ dubia.col.j.ad fi lib.j.Iaſ.in rep.
l.admonendi,col.49.nu.105.in quinta limitatione.ff.de iureiu-
ran.& in terminis noſtris ita Arguit Soc. in d.conſ.82.colum.2.
¶ Octauo ſi pro dote nihil fuiſſet numeratũ, ſed animũ donãdi
maritus habuiſſet,eſt ne veriſimile q conſenſiſſet illi pacto de q
tando bona paterna & materna,& ſic q uoluerit habere vxorẽ
indotam,& præterea q oĩa iura paterna & materna remiſſa eſ
ſent.¶ Nono dico q ſi aium donãdi maritus habuiſſet & forte
fraudandi filios primi matrimonij, veriſimiliter aliud cõſilium
captũ fuiſſet qũo talis fraus tutè cõmitti poſſet,& poti⁹ pecunia
aliqua ſimulatè ſuppoſita & numerata fuiſſet.¶Decimò cõſide
ro vnũ fundamentũ iudicio meo efficaciſsimũ de tẽpore illius
confeſsionis,quo tpe nondum erant liberi ex ſecundo matrimo
nio,potuiſſet maritus donare ſecundę vxori illã ſummã duode-
cim cẽtũ florẽorũ habito reſpectu ad legitimã filiorũ primi ma
trimonij, quæ ueriſimiliter ad tñ aſcendere poterat nõ compu
9 tatis liberis poſtea natis,cuius † legitime habetur ratio in mate-
ria.d.l.hac edictali , quia ſecunda uxor tñ conſequi põt quanta
eſt legitima filiorũ primi matrimonij, licèt minus legitima reli

ctũ ſit.Bal.in d.l.hac edictali,in princ.uerſ.ita tñ.ſequitur Are.in
l.ex facto,col.18.ff.de vulg.Cor.in cõſ.82.col.52.s.3.Dec.in l.hu
manitatis,col.4.ad fi.verſi.2.quia de ſupplemento.C.de impub.
& alijs ſubſt.in l.quãuis.col.2.circa prin.eodẽ tit.i l.2. col.fi.C.de
inſt.& ſubſt & in l.fi.col.6.in fi.verſic. prętere a & ſecundò.C. de
edic.diui Adria.toll.Alex.in cõſi.115.ſed vltra Moder. allego Io.
de Ana.in conſ.67.& ibi latè Bologninus in additionibus, & li-
10 cèt alij liberi poſtea naſcantr̃ , nõ dẽt ex tali natiuitate ſuperue-
nienti impugnari quod legitimè ab initio factũ eſt.l.nec.n.ff.de
itin.actuq; priua.l.ſancimus.C.de admi.tutor.& pro hoc in ter-
minis allego gl.in l.j.in 9.q.C.de inoffi.dona.vbi ad iudicandũ,
an donatio ſit inofficioſa,inſpiciet tẽpus donationis, nec reuo-
catur,licèt fiat inofficioſa ex poſt. facit quod dicimus ex euentu
ſuperuenienti nõ creſcere æſtimationẽ dãni præteriti.l.oĩs hære
ditas.§.nunquã creſcit.ff.de reg.iur.Bal.in cõſi.182. Locata fuit.
col.2.circa med.lib. j. vbi ſi dẽt dãnum in meſſe nondũ matura,
æſtimatr̃ damnũ prout erat de tẽpore quo datũ eſt, nõ habito re
ſpectu quod meſsis matura fieri poterat,quia multa euenire po
terãt ne matureſceret, ſic ẽt in caſu noſtro non dẽt haberi reſpe
ctus q legitima filiorũ primi matrimonij diminui poterat ob li
beros naſcituros,quia multa incidere poterant ne naſcerentur.
¶ Poſtremò iſta bona dña & vidua deſolata rogauit vt ſcriberẽ,
11 an potuerit † maritus plus relinquere filijs ſecundi matrimonij.
quàm primi. ſup quo dubio puto dicendũ q ſic.ita tenet Pau.de
Ca.in conſi.150.Viſo caſu & allegationibus.col.3.poſt med.lib.
2.Dec.in cõſi.356.quod ſine dubio vr̃ procedere tn caſu noſtro,
quia ex tali relicto aut donatione nihil q̃ritur ſecundæ vxori quę
filios in poteſtate nõ habet , licèt mai⁹ ſit dubiũ,ecõtra qñ vxor
relinquit filijs ſecũdi matrimonij exiſtẽtibus in poteſtate patris
per ea quæ dicit Pau.in conſi.proximè alleg. & Franc.de Alber-
gotis de Are.inter conſilia Pau.de Caſt.in conſi.261. Mihi vide-
tur.& Ioan.de Ligna.ac Richardus de Sal.in duobus cõſi.ſeq.li.
j.contra opin.Bal. qui in conſi. 161. Quædã nobilis dña Agneſi
na.lib.j.mutauit opi.videns q Ricardus de Sal.iudicauerat con
tra eum,ſed idem Bal.in cõſi 11. Caſus talis eſt quædã minutia.
col.fi.lib.3.tenet primam opin.& in conſi.22.Quædam domina
Nicolina.lib.5.dicit q Ricardus de Sal.fulminauit perperam cõ
tra opinionem ipſius Bal.& hanc vltimam Bal. opi.ſequitur De
ci.in auth.præterea, col.3.circa med. C.vnde vir,& vxor,& i d.
conſi. 246. licèt ad Bal. contrarietatem non aduerterit nec præ-
miſſa alleget.Sed aduertẽdum, quia videtur differẽtia an mater
immediatè plus donet aut reliquat liberis ſecũdi matrimonij,
an mediatè,ideſt mediate facto patris ſtipulãtis pro ſe & liberis
ſecundi matrimonij,nã primo caſu permiſſum videtur matri ſta
tim & immediatè plus donare aut relinquere liberis ſecũdi ma
trimonij , modò relinquatur legitima filijs primi matrimonij.
nec iſtud uidetur negare Franc.de Albergo.Ioan.de Lignano,&
Ricar.de Sal.ſi earum dicta & rationes accuratius conſiderantr̃,
ſecus uidetur qñ pater ſtipulatus pro filijs ſecũdi matrimonij,
quia tunc ex magis ſuſpicatur de fraude pp interpoſita perſonã
patris cui donari aut relinqui ad libitum nõ poteſt.Gratianopo
li.20.Maij.1540.Aymo Crauetta de Sauiliano.

S V M M A R I V M.

1 *Fama ut probetur, debet originem habere à perſonis honeſtis & fide dignis.*

2 *Teſti ſicut non creditur quando deponit in cauſa propria, ita nec alijs teſtibus dicentibus dici audiuiſſe ab eo ne plus credatur copia quàm originali.*

3 *Iniuria facta vni reſpicit oẽs de eius familia aut cognatione.*

4 *Teſtis debet deponere ſuper facto, non iudicare, & iudicando redditur ſuſpectus.*

5 *Fama non probatur per teſtes ſimpliciter deponẽtes quod quis eſt diffamatus de tali crimine niſi deponant quod eſt diffamatus apud maiorem partem populi.*

6 *Fama non ſufficit ad torturam, ſed ſolum ad inquirendũ aut ad carcerem.*

7 *Teſtes ſingulares nõ probãt, qa vbi eſt ſingularitas, ibi eſt uarietas, & unitas, et ſingularitas teſtiũ diuidit teſtimonia, & ea lacerat, & teſtes ſingulares dicuntur diuiſi & lacerati.*

8 *In pœnis imponendis inſpici debet conſuetudo.*

9 *Tortura haberi non debet pro crimine, pro quo pœna tantum pecuniaria imponitur.*

CONSILIVM XLI.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Venerabilis dñs Iacobus Sarreti iuſſus fuit ꝑ reuerendiſsimũ dñm officialẽ Grationnopolis cauſas dicere cur torqueri nõ debeat pro criminibus oppoſitis, quæ ad inceſtũ, ſtuprum aut adulterium pertinent, quæritˀ, an ſint probata contra eũ indicia legitima ad torturã. ¶ Breuiter puto ꝙ non, quia teſtes contra eũ examinati ſolũ deponũt de quadã diffamatione,
1 quę tñ diffamatio non eſt probata. Primò † quia fama debet originẽ habere à perſonis honeſtis & fide dignis. Ancha. in conſi. 253. In qõne presbyteri. col. 2. Dec. in conſ. 575. col. 2. verſi. & cũ prædictis, ſed iſta diffamatio non habuit originẽ à perſonis boneſtis vt probabitur circa obiectiones teſtiũ, nec etiã illæ perſonæ à quibus originẽ habuit ſunt fide dignæ, quia multi teſtes dicunt ſe audiuiſſe à quibuſdã mulieribus, ꝙ reus accuſatus voluit
2 eas cognoſcere aut cognouit, quibus † mulieribus in cã propria depẽdẽtibus ſicut nõ crederetˀ. l. oibus. C. de teſti. c. nullus, extra eo. tit. ita credi nõ dẽt teſtibus dicẽtibus ſe ab eis audiuiſſe, quia teſtibus nõ crediˀ quorũ repellũtur autores. c. licẽt ex quadã, de teſtib. c. fraternitatis, de hæreti. c. nullus. 3. q. 4. Old. ĩ cõſi. 69. col. 2. poſt med. Pau. de Ca. in cõſi. 284. Viſo quodã tali quali proceſſu. col. 3. poſt med. & in conſi. 299. Viſa inquiſitione ſupraſcripta. col. 2. circa med. lib. 2. eſſet. n. quã abſurdiſsimũ ꝙ ſi nõ creditur originali, id eſt autori alicuius famæ ꝙ credatˀ eius copiæ, id eſt, his qui ab autore dici audiuerũt. l. 3. ff. de fide inſtr. c. 1. extra eo. tit. §. ex hoc inſuper, in auth. vt ſpõſ. largi. ¶ Rurſus habuit originẽ iſta fama à teſtibus ſeu perſonis coniunctis illarũ mulierũ, q̃
Pau.de Caſt.in conſi.472.In cauſa capturæ Iacobi,ad ſi.lib.4.vbi
ꝙ captura debitoris non legitimè facta reuocari non debet qñ
de nouo eſſet facienda.& quod ſcribit idem Pau.in conſi.16. Viſo
dicto puncto & dubijs elicit,colũ. fin.verſi. & ex his infertur
lib.2.Anch.in conſi. 116. ſm ordinẽ dubiorũ,in ſi.Abb.in conſi.
29.in ſi.lib.2.Soci.in conſi. 114.ad ſi.lib.3.Cur.Iuni.in conſi.129.
col.3.verſi.accedunt ad confirmationem Goza. in conſi.21.col.
7.ante med.vbi atteſtat hanc eſſe cõem opinionem,licèt non ita
confirmet.& hoc dictum ſoleo tenere & ſequi qñ ex actis noto-
rie conſtat ꝙ actus de nouo ita fieri deberet vbi factus nõ eẽt,nã
tunc etiã ſpoliatus nõ reſtituitur,qñ ex actis notorie conſtat ſpo
liatũ ius non habere.c.ad decimas,de reſti.ſpo. Inno.in c.conſti
tutus,de filijs presbi. Alex.in l.naturaliter.§.nihil cõe, col. 16.in
decima fallentia.ff.de acq. poſ. Secundo reſpondeo ꝙ poſita ita
ſit,vt fiſcus prætendit, illa executio literarum vnius floreni facta
præſumitur per errorẽ, ex quo pro debito tam modico literæ in
carceratoriæ executioni mandari nõ poterant,ſed pro tali debi-
to procedendũ erat per literas præceptorias,iõ ſi quid peccaſſet
accuſatus in eo ſolũ peccauit,qa errorẽ corrigere voluit ſine au-
ctoritate iudicis producẽdo in actis literas præceptorias loco li
8 terarũ incarceratoriarum,ſed hmõi † delictum correctionis er-
roris ſine auctoritate magiſtratus dr̃ delictum leue cõtinens cul
pam, non dolum,ita Pau.de Ca. in conſi.364.Incipiendo ab vlti
mo.lib.2.in qua re iudex rectus conſideret falſum dici non poſ-
ſe,quod primordium habuit veritatis.l.cum filius.§.hæres.ff.de
leg.2.ſed iſta ſuppoſitio literarũ præceptoriarũ quæ allegat̃ pri-
mordiũ habuit veritatis, id eſt, facta non fuit mutando veritatẽ
ob debitũ falſum, imò verum pro quo literæ præceptoriæ nullo
modo negari poterãt,ſimiliter verè præcedebat debitũ ob quod
literæ incarceratorię oĩno executioni mandari debebant, ideo
vellẽ allegaretur aliqua cã probabilis per accuſatorẽ, ex qua ꝑ
talẽ prętẽſam falſitatẽ dãnũ aliquod datũ fuerit. Eſſet ãt falſitas
omni punitione digna ſi literæ aliquæ ſuppoſitæ fuiſſent ad ſinẽ
conſequendi rẽ indebitã. itaq; cũ falſitas ſi quæ ſit, tota cõmiſſa
fuerit ad ſinẽ corrigendi erroris executionis,nõ vt facti ſeu debi
ti alicuius veritas mutaretur,illud nõ videtur crimen graue, ſed
9 leue,vt ſup.dixi allegando Pau.de Ca.¶ Tertiò reſpondeo† ex eo
quod ſcribit Hieronymus Tortus in conſi.ſuo quod eſt poſitum
poſt conſilia Anto.de Butr. col.8.circa med.vbi loquitur in cri-
mine grauiſsimo de his, q occiderãt vnũ Cardinalẽ, & excuſat
eos à pœna,quia taliter deliquiſſe dici non poterant,id eſt,vt cõ
mitteret crimẽ læſæ maieſtatis,allegat Bal. & Sal.in l. Gracchus.
C.de adul.Bald.in l.vt vim.ſi.de iuſti.& iure. In propoſitu noſtro
accuſatus dici non poteſt taliter deliquiſſe vt accuſatur,quia ni-
hil fecit animo immutandi veritatẽ facti & indebitũ conſequen
di,ſed animo ſolũ errorẽ reparandi, vt ſup.dixi in proxima reſpon-
10 ſione.¶ Quartò reſpondeo,†lex intelligi debet ſm eius mẽtem
potiuſq; ſm verba.l.benignius.ff.đ legibus.l.nõ dubiũ.C.eo. tit.
& dicit Pau.de Caſt.in conſi.83.præſens caſus.col.ſi.lib.2.ꝙ de-
bet attendi mens legis potiuſquã verba etiã faciendo vim verbis,
quibuſcũq; coniecturis mens colligi poſsit,ſed mẽs legis pu
nientis falſarios fuit ut mala prohiberent,quæ ex falſitatibus ſe
qui ſolent, ex quibus innocentes qñq; puniũtur & qui nõ debẽt
vt ſoluant condemnentur,uel alias iure ſuo quis per falſitatẽ pri
uetur, legis.n.uirtus hæc eſt,imperare,uetare,pmittere.& puni-
re.l.legis uirtus.ff.de legibus.iſta aũt ratio puniẽdi falſarios ceſ
ſat qñ per falſitatem nemini damnũ affertur,ſeu debiti aut facti
principalis ueritas non mutatur,ſed temeritas tantũ conſidera-
ri poteſt circa erroris correctionem propria auctoritate.Quæ te
meritas per legẽ nõ grauiter adeo punitur.l.eum quem temere.
ff.de iudi.immo temeritati qñq; in totũ parcitur.l.famoſi,verſi.
quãquam.ff. ad legem Iuliam maieſta.ubi loquitur tex.qñ cõm-
mittitur temeritas cõtra ipſum principem immediatè.Nec puni
tur temeritas niſi pęna extraordinaria crimine ſtellionatꝰ. Ang.
in l.plagij,uerſi.ſimiliter attẽde.C.ad legẽ Flau.de plag.refert &
ſequitur Deci. in l. 2. columna.2. poſt med.ff.quod quiſq; iur. &
temeritatem à dolo ſeparat Alexan.in l.in iuris ignorantia.col.1
in-

in fin.C.qui admitti. vbi q non conſulere doctorē peritiorē ſed
aliū minus doctum,non aſcribit dolo , ſed temeritati & culpæ;
ſed tñ ſm ſubiectā materiā quod temerariè fit,qñq; doloſe fieri
dr.Soc.inter con. Cur.Seni.in conſ.20.col.17.in prin.allegat Io.
And.in c.1.§.ſi quis aũt,de ſen.exc.li.6.¶Quintò rñdeo,iſte ac-
cuſator in hoc conqueritur de duob.primò de ſuppoſitione iſta
rum literarũ præceptoriarũ, ſecundò de extractione literarũ in-
carceratoriarũ.De primo lamentari non põt,quia talis ſuppoſi-
tio nullo mõ nocuit nec nocere poterat,ex quo literæ præcepto
riæ non habebãt ſigillũ authenticũ iuxta ſolitũ, vt ſupra oſtendi
mus , & quia nõ apparebat de aliqua executione dictarũ litera-
rũ præceptoriarũ de ſecundò ẽt cõqueri nõ põt, quia ex ea ex-
tractione dãnũ nõ ſuſtinuit, nec ſuſtinere poterat,immo potius
cõmodũ,q̃a per eã finita fuit lis ex literis illis deſcendens,adeò
q neceſſe non habuit diſputare & litigare an eſſent ciuiles vel
non,cũ tacitè illis fuerit renunciatũ per aſſertã extractionem,&
aliarũ ſuppoſitionẽ , & ſic licèt executio ipſarũ nocere potuiſſet
ſi rei debitores fuiſſent incarcerati aut alter eorum,extractio tñ
nõ nocebat ſed proderat.¶Sextò rñdeo q oĩs difficultas vr ceſ-
ſare ex rñſione ipſius accuſati,qui dixit nolle vti ipſis literis præ
11 ceptorijs quatenus bonæ aut veræ nõ eſſent.Nã in crimine falſi
licita eſt pœnitẽtia ẽt in cauſa appellationis, iõ qui falſo inſtrõ
in prima inſtantia vſus eſt , põt in cã appellationis dicere ſe vti
eo nolle.Bal.in l.alia.col.ſi.ver.extra quæro nunquid in eã appel
lationis.C.de his quib.vt indig.qđ dictũ pro notabili refert & ſe
quitur Alex.in conſ.118.col.ſi.li.6.a fortiori pœnitere potuit ac
cuſatus in prima inſtãtia. Sed ſuper iſta rñſione nõ facio vim,q̃a
pœnitentia circa vſum inſtri nõ hẽt locũ in eo qui ſcripturã fal
ſam fecit aut fieri fecit,tũc.n.punit quis ex eo ſolũ q fecerit aut
fieri fecerit,licèt ſcriptura illa nõ vtat.l.ſi falſos. C.de falſ.¶Se-
ptimò rñdeo poſito & nõ cõceſſo q falſitas cõmiſſa eſſet,& q il
la nocere potuerit,immo q nocuerit , tale tñ pIudiciũ fuit in re
12 minima vnius floreni tñ, & ſic cõmiſſa eſſet † falſitas in cã mini
ma,iõ tale delictũ diceretur leue & modicũ,ẽt q dolus interue-
niſſet.Bar.in l.non ſolũ.§.ſi mãdato,col.2.verũ tñ eſt delictum le
ue.ff.de iniur.& in l.leuia,col.1.ver.ſed potes intelligere.ff.de ac
cuſ.Franc.Brun.in tract.de indicijs & tortura col.21.in 3.prinç.
qõne ver.item dicit Bar.Addo Abb.in conſ 25.in 3.dubio lib.1.
Confirmatur iſta rñſio per tex.in c.& ſi qõnes,de ſimonia,vbi ſi
detur quid modicum ordinatori vel collatori bñficij, ſimonia
non cõmittitur , & tñ ſimonia eſt crimen grauiſſimũ & hæreſis
dr.c.quiſquis,& c.eos qui.1.q.1.gl.in c.firmiſſimè, de hæret.&
ſic modicitas rei excuſat ẽt in criminibus grauioribus. ¶Ad idẽ
optimè facit tex.in l.ſi oleũ,in fi.& duabus legibus ſeq. ff.de do
lo. vbi ſi committitur dolus in re modica vſq; ad aureos duos,
non tñ dar actio de dolo , quantò magis in caſu nřo ceſſare dẽt
accuſatio doli in crimine falſi,ubi agitur de minima ſumma v-
nius floreni.¶Ad idẽ facit quod ſcribit Pau.de Ca.in conſi.377.
Quantũ ad iſta.col.1.in fi.li.1.vbi q ex tranſgreſſione in re mo-
dica puniri quis non dẽt per tex.in l.quãuis rationes. ff.de con-
di.& demõ.idẽ dicit Cor.per illũ tex.in conſi.69.col.2.li.2.alle-
gat ẽt Bal.in l.cum qui.§.in popularibus.ff.de iureiur.Alibi ſcri-
bit idem Cor.in conſi.113.col.pen. lib.2.q nocere non dr id qđ
13 parum nocet.iõ dicimus † q parũ & nihil æquiparant.l.illud.§.
minus.ff.de tributo.l.minus.ff.de verbo.ſig.unde dicunt doc.in
auth.præterea.C.unde vir & uxor.q paria ſunt mulierem nullã
dotẽ habere uel paruã.videmus ẽt q ſolẽnitas requiſita in alie-
natione bonorũ eccleſiæ non habet locũ qñ alienatur res modi
ca.c.terrulas.12.q.2.faciunt ſimilia quæ Iaſ.cumulat in l.ſcien-
dũ.in prin.col.3.ff.qui ſat.cog.& in d.Auth.præterea,col.2.Hyp.
de Marſ.in l.furẽ,nu.8.uſque ad nu.37.ff.de ſicar.& in prac.cau.
crim.§.& quia.nu.6.In qua re conſidero poſito citra præiudiciũ
ueritatis ita eſſe prout fiſcus cõtendit , q falſo literæ præcepto-
riæ ſuppoſitæ ſint alijs exceptis de proceſſu, moueri ad id potuit
accuſatus quia de modico ageretur nec credebat iudiciũ aut li
14 tẽ de re modica fieri,iõ † excuſari vr, quia cauſa quælibet ẽt be-
ſtialis excuſat a dolo.l.1.in fi.ff.de abigen.l.igitur.ff.de libe.cau.
cum ſi.quæ Iaſ.no.in l.ſi quis ad quod,in octauo no. ff.de iuriſd.
om.iud.in l.ex quacunq;,in quinto no.ff.ſi quis in ius voc.in ier.
in l.1.§.fina.col.5.ff.ſi quis ius di.non obtemp.& in l.ſi quis ma-
ior,col.1.circa fi.C.de tranſ.Dec.in conſi.170.col.3.in fi.verſi.&
ad hoc facit.in conſi.197.col.1.in conſi.256.col.4.& in cõſ.277.
ad fi.¶Et ſi dicatur nonne furtum committitur in uno ouo & pu
nitur.gl.in §.gallinarum,Inſtitu.de rer.diu.reſpondeo q licèt ſit
furtum,tñ dr leue furtũ , de quo parum curatur per ſupradicta.

¶Ex quibus infero poſito & non cõceſſo ita eſſe prout aſſeritur
parte fiſci, quia acta non vidi,tñ cũ agatur ſolum de temeritate
quadã in corrigendo errorẽ propria authoritate,non aũt cõmiſ
ſa ſit in facto principali ita q uoluerit accuſatus exigere qđ ſibi
nõ deberetur, quia re uera creditor erat & illud quod fecit pro
pria authoritate,nullus rectus iudex,ſi requiſitus fuiſſet,dene-
gare poterat quin obtineret literas præceptorias pro uno flore-
no & incarceratorias pro florenis tredecim.Cum ẽt illa temeri-
tas nemini attulerit damnũ , & ubi damnũ aliquod conſiderari
poſſit , illud eſt minimũ,quod pro nullo hr.infero & concludo
15 inquã q pœna omnis † ceſſare debet aut in omnẽ euentũ
tũ modica eſſe debet,& ad delictũ cõmenſurãda. c.quæſiuit,de
his quæ fiunt a maiori parte cap.c.felicis.§.illud,de pœnis li.6.
& c.non afferamus.24.q.1.ſed delictum prætenſum eſt modicũ,
quia cõmiſſum in re modica, immo minima unius floreni.¶Re
liqua quæ ad proceſſum & acta pertinent an ſit probatum cri-
men obiectum ſtudio & curæ relinquo præſtãtiſſimi dñi proni
cauſæ,& ita de iure reſpondeo ſaluo ſaniore iudicio, Grationo-
poli.9.Maij.1540.Aymo Crauetta de Sauiliano.I.V.doct.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia quando ſolui debet in genere , puta in libris aut flore-*
nis,an debeatur valor extrinſecus,ſeu an debeat fieri ſolutio
ſecundum valorem qui erat de tempore contractus.
2 *Interpretatio ceſſat in re clara , nec indigemus gloſſa vbi textũ*
habemus,& vbi verba ſunt clara, ceſſare debent cauillatio-
nes aduocatorum.
3 *Similitudinis vbi generaliter fit mentio , generaliter intelligi*
debet ſimilitudo quoad omnia.
4 *Relatiuum debet intelligi reſpectu ſubſtantiæ actus et omnium*
eius qualitatum,& relatio in dubio vera fieri debet.
5 *Vbi aliqua pecunia eſt in obligatione non in facultate ſoluendi ,*
ſine dubio debetur augmentum monetæ.
6 *Pecunia quando variatur in valore ob deteriorationem intrin*
ſeca bonitatis monetæ,ſolutio fieri debet,aut de antiqua mone
ta æque bona,aut de noua ad æſtimationem antiquæ.
7 *Vſuræ ſuſpicio ceſſat ratione dubij euentus.*

CONSILIVM XLVII.

¶Pro Magnifica domina Anna Dalbigni domina vallis , in ma-
teria monetarum contra nobilem Merandum du Fay.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Magnifi-
cus dominus Karolus Allamandi emit caſtrum
Terraciæ a nobili Merando du Fay pretio libra
rum duodecim mille , in ſex mille ſcutis regis
auri ad marcham ſolis. Deinde promiſit caſtrũ
illud venditori reuendere , ſoluendo tamen &
reſtituendo per eundem venditorem dicto emptori,vel ſuis iam
dictam ſummam duodecim mille librarũ Turonẽſium in ſimi.
ſex mille ſcutis auri regis ad marcham ſeu ſignũ ſolis,in quibus
ipſa ſumma ſoluta fuit &c. Quæ promiſſio de reuendendo fa-
cta fuit 19.Maij . 1526. Modo venditor vult redimere ipſum ca-
ſtrum,ſed quia ſcutus creuit de ſolidis quinque, vellet ſoluere il
las duodecim mille libras ad valorem ſcuti de tempore ſolutio
nis,quæritur quid iuris.¶Domini aduocati partis aduerſæ con-
ſuluerunt pro venditore quòd poſſit ſoluere ſcutum ad ratio-
nem valoris currentis de tempore ſolutionis, ſeu quòd ſufficiat
venditori ſoluere libras duodecim mille,allegant Bart.in l.Pau.
ff.de ſolutio. & nituntur dare qualdam ſolutiones ad verba pa-
cti , quibus cautum eſt reſtitui pretium debere in ſimilibus ſex
mille ſcutis, q ſimilitudo debeat ſumi reſpectu valoris correſpõ
dentis ad dictum pretium in libris duodecim mille Turonenſi-
bus , & quòd niſi ita intelligantur ſequeretur q emptor faceret
quæſtum vſurarium,quia in effectu conſequeretur vltra ipſas li-
bras duodecim mille,quia nunc ſcuti ſex mille faciunt maiorem
quantitatem.¶Quibus tamen non obſtantibus contrariam opi
1 nionem arbitror de iure veriorem, & pro † ea dico deciſionem
Barto. in d l. Pau.in fin. vbi ſi conſtituatur pretium aut pecunia
in libris, debetur tamen valor extrinſecus florenorum ſeu ſcuto
rum quando fuit actum quòd redderetur pecunia in eadem æ-
ſtimatione , quæ erat de tempore contractus . & ſic opinio alia
procedit niſi ſit pactum in contrarium , ſed in caſu noſtro pa-

ctum ipſum ſonat & clarè loquitur ꝙ reddant illæ libræ duode
cim mille in ſcutis & in eadẽ æſtimatione multipliciter cõſiderã
do verba pacti. Primò ibi, in ſimi. ſex mille ſcutis. quæ verba nõ
poſſent eſſe magis clara q̃a dñs emptor expreſsè & clariſsimè ſi
bi prouidit ꝙ reddat ꝑtiũ in eadẽ æſtimatione dũ dixit ſex mil-
le &c. & ſic voluit non ſolũ ꝙ fieret reſtitutio in ſcutis, ſed ẽt ꝙ
ſumma ſcutorũ eſſet ſex mille. Profectò ſi mò reſtituerentur ſcu-
ti ſex mille ſm̃ conditionem partium, quia hodie libræ duode-
cim mille non conſtituunt ſex mille ſcutos, dicant quæſo qui cõ
trariũ ſentiunt, quid aliud eſt dicere reſtituas mihi ſex mille ſcu
tos de tp̃e redẽptionis, q̃ dicere, reſtituas mihi duodecim mille
libras ſm̃ eandẽ æſtimationẽ ſcutorũ quos ſolui pro pretio rei
emptæ? Mihi ſanè vr̃ ꝙ iſta verba, reſtituas ſex mille ſcutos, ſint
magis clara q̃ illa, reſtituas mihi duodecim mille libras ſecũdũ
2 eandem æſtimationem. Itaque cũ verba † ſint adeò clara, non vr̃
præſupponi locus aliquibus coniecturis. l. continuus. §. cum ita.
ff. de verb. ob. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. 3. l. fi. C. de
indi. vidu. toll. c. eſtote miſericordes, de reg. iur. Nec indigemus
glo. vbi tex. habemus. Bal. in conſi. 343. examinanda ſunt. col. 5.
circa fi. lib. 1. & dicit idem Bal. in conſi. 174. Caſus eſt talis quod
dam fœnile. ad fi. li. 5. ꝙ vbi verba ſint clara, cauillationes aduo
catorũ non debent habere locum, ẽt ſi lex ſit dura, in dubio. n.
melius eſt verbis contrahentium deſeruire. l. 1. §. ſi is qui nauẽ.
ff. de exercito. verborum. n. certitudo declarat certitudinem in-
tellectus. Bal. in conſi. 451. Duo fratres. li. 3. ſtemus igitur certitu
dini & expreſſioni verborum ꝙ debeantur ſcuti ſex mille non
minor ſumma. ¶ Secundò conſidero & pondero illa verba, in ſi-
milibus ſex mille ſcutis &c. quæ † ſimilitudo cũ generaliter dẽt
3 intelligi. l. de precio. ff. de publica. l. 1. §. generaliter. ff. de legat.
præſtan. ſed ſimilitudo generalis non eſſet ſi ſcuti qui reſtituunt
ſint maioris valoris, q̃ illi qui ab initio ſoluti fuerunt. Quinim-
mo dico ꝙ iſtud verbum ſimilibus, eſſet ſuperfluũ & nihil ope-
raretur niſi referatur ad ſimilitudinẽ æſtimationis & valoris &
ad idẽtitatẽ numeri ꝙ totidẽ in numero reſtituerẽtur. Dicere. n.
ꝙ referatur ſimilitudo ad marchã ſeu ſignum tm̃, eſſet dicere ꝙ
partes habuerint affectionẽ ad figurã nummorũ, contra l. num
mis. ff. de in litẽ iurã. Dicere ẽt ꝙ referatur ſimilitudo ad ꝑtium
ita ꝙ reſtituantur duodecim mille libræ. iſtud vr̃ ridiculũ, quia
ſatis intelligebat̃ ꝙ minor ſumma reſtitui non poterat, itaq; vt
ſimilitudo ſit bona & gñalis debet intelligi ꝙ ſit ſimilitudo re-
ſpectu bonitatis valoris & numeri. ¶ Tertiò põdero illud relati-
uũ, in quibus ipſa ſumma ſoluta fuit &c. quod † relatiuũ dẽt in-
4 telligi reſpectu ſubſtãtiæ actus & omniũ eius qualitatũ. l. a filio.
§. teſtator. ff. de alim. leg. Pau. de Ca. in conſi. 283. Viſis & ponde
ratis dictis ordinamentis. col. 6. ad fi. li. 1. & relatio in dubio vera
fieri debet. l. Iulianus, vbi Bar. ff. de hær. inſt. Itaq; vt relatio ſit ve
ra & fiat quoad oia, dẽt intelligi ꝙ fiat reſtitutio pretij in ſimi-
lib. ſcutis in quibus ſolutum fuit reſpectu bonitatis qualitatis &
ẽt reſpectu numeri, vt totidem numero reſtituat̃ & ſic ſex mille.
Alias. n. relatio vera nõ eſſet ſi ſcuti numero pauciores reſtitue-
rentur. ¶ Quartò dico ꝙ reſpectu pacti de retrouendendo, & re
ſpectu pretij quod ob redẽptionẽ ſolui debet, ipſi ſcuti ſex mille
5 ſunt † in obligatione, q̃a expreſsè obligauit ſe vẽditor ad reſtituẽ
dũ ꝑtiũ in ſimil. ſex mille ſcutis, in q̃bus ſolutũ fuit, nec eſt verũ
ꝙ ſcuti ſint in facultate ſoluẽdi, q̃a ſi nõ eſſent in obligatiõe, ſed
ſolũ in facultate ſoluẽdi, poſſet vẽditor ꝑtiũ ſoluere in alia pecu
nia q̃ in ſcutis, contra verba expreſſa ipſius obligationis, iõ cũ
ſint in obligatione ad certũ & taxatũ numerũ in eodẽ & ſimili
numero reſtitui debẽt. Eſſet. n. abſurdũ ꝙ ſi teneris ad ſoluẽdum
mihi ſcutos ſex mille, libereris ſoluẽdo quinq; mille, & iſto caſu
ſaltẽ fatet̃ dñs aduocatus partis aduerſæ ꝙ debeat̃ ꝑtiũ habito
reſpectu ad augmentũ valoris extrinſeci, ſed negat ꝑſuppoſitũ
ꝙ ſcuti ſint in obligatione, cuius tñ cõtrarium apparet ex verbis
cõtractus. ¶ Quintò dico † ꝙ ẽt ceſſante iſto pacto expreſſo ꝙ to
6 tidẽ ſcuti reſtitui debeãt, adhuc teneret̃ vẽditor ad iſtũ valorem
extrinſecũ, nam ꝙ ſcutus ei euenit in valore extrinſeco de ſolidis
quinq;, iſtud factũ eſt vt ſæpius audiui ob deteriorationẽ bonita
tis intrinſecæ monetarũ, q̃a hodie teſtoni & ſolidi & aliæ mone
tæ non fiunt neq; cudunt̃ de argento ita bono & ꝑtioſo cuiuſmo
di erat de tp̃e ꝑterito, vnde eſſet abſurdũ ꝙ duæ libræ teſtonorũ
vel ſolidorũ deterioris argenti ita valerent hodie vnũ ſcutũ bo-
ni auri ſicut olim valebant duæ libræ melioris argẽti. Sed qñ va-
riat̃ valor extrinſecus ſcutorũ reſpectu deteriorationis moneta-
rũ concluſio doc. cõis eſt ꝙ debeat ſolui ꝑtiũ vel de pecunia æ-
què bona vel de nnua ad æſtimationẽ antiquæ, ita no. cõiter ſcri
bentes in l. cũ quid. ff. ſi cer. pe. vbi ſocer meus Purpuratus. Oldr.
in conſ. 550. Factum tale eſt, Bonifacius. in 1. q. Aret. in conſil. 11.
Cor. in conſ. 181. col. 25. li. 2. & in conſi. 351. col. pe. li. 3. Dec. in l.
quod te, col. 3. ff. ſi cer. pe. Calc. in conſi. 15. per totum, ſed maxi-
mè col. pe. & fi. & nouiſſimè Alexandrinus in conſi. 148. idem eſ
ſet ſi ſcuti qui hodie cudunt̃ non ſint de liga ita bona cuius erat
de tp̃e contractus, quia poſſet emptor dicere reſtituas mihi ſcu-
tos de auro ita bono cuiuſmodi erãt illi quos tibi ſolui, ita clarè
ſentit Curt. Iunior in conſ. 24. col. 3. ver. nec eſt habendum in cõ
ſideratione, ſuper quibus relatio haberi poterit a magiſtris mo
netarũ aut alijs expertis. ¶ Reſtat ad contraria rñdere. & ad pri-
mum ꝙ pretiũ conſiſtat in libris duodecim mille, iõ ꝙ ſatis vr̃
ſi libræ totidẽ reſtituant̃. Rñdeo, ꝙ eſt fallacia in accidenti, nam
argumentũ ꝓcederet ſi in pacto poſtea ſequuto de retrouẽdẽdo
nõ fuiſſet conuentũ de ſcutis, quia vt ſupra dixi reſpectu retrouẽ
ditionis nõ fuit cõuentũ de libris, ſed de ſcutis. ¶ Secũdò rñdeo
ꝙ licèt ꝑtiũ cõſiſteret in tot libris, tñ ſolutæ fuerunt in tot ſcutis
ſolis, & cõuẽtũ fuit ꝙ in caſum redẽptionis ſcuti totidẽ reſtituã
tur quot ſoluti fuerant, iõ cõtractus ex cõuẽtione legẽ accipiũt.
l. 1. §. ſi conueniat. ff. de poſiti. & ꝙ valeat tale pactũ, allegauimus
ſupra deciſionẽ Bart. in d. l. Pau. ¶ Non obſtat ꝙ emptor faceret 8
q̃ſtum illicitum ſi ſcuti reſtituant̃ ſecundũ valorẽ de tp̃e contra-
7 ctus, quia † non dr̃ quæſtos illicitus ratione dubij euẽtus. c. in ci-
uitate. de vſuris. vbi doc. no. doc. in l. de fideicõmiſſo. C. de trãſa.
Iaſ. in l. ſi pater puellæ. C. de inoff. teſt. quod ſine dubio vr̃ proce-
dere quotiens non agitur contractus mutui. Dec. in l. rogaſti. §. ſi
tibi. in fi. ff. ſi cer. pet. Fieri. n. poterat ꝙ decreuiſſet valor ſcuti: &
ſic in damno fuiſſet dñs emptor, in qua re conſidero ꝙ ſi valor
ſcuti fuiſſet diminutus adeò ꝙ ſcuti ſex mille non facerẽt libras
duodecim mille, profectò noluiſſet venditor redimens reſtitue-
re pro pretio redẽptionis vltra ipſos ſcutos ſex mille, & diceret
verba pacti eſſe clara, ideo non debet petere nunc illud cuius cõ
trarium poſtulaturus non fuiſſet. l. pe. C. de ſolutio. ¶ Secundò re 9
ſpondeo ꝙ immo vſura poſſet cõſiderari cõtra partem ſeu quæ
ſtus illicitus. Quæ. n. honeſtas ſuadet vt acceptis ſcutis ſex mil-
le, non eos totos reſtituat ſed longè minorẽ quantitatem, & ſi di
catur, dñs emptor loco iſtius incõmodi percepit cõmodum fru
ctuũ. Reſpondeo, ꝙ etiam ipſe venditor percepit vtilitatẽ ex pe
cunijs, & ſi dñs emptor non emiſſet iſtud caſtrum, potuiſſet alia
bona emere & ex eis commodum percipere. Ex quibus conclu
do in fauorem Magnificæ dñæ Annæ Dalbigni dñæ Vallis reli-
ctæ præfacti Magnifici dñi Karoli Allamandi & cõmatris meæ.
Grationopoli. 27. Aprilis. 1540. Aymo Crauetta.

S V M M A R I V M.

1 *Principi atteſtandi de crimine alter ius quod talis crimen com*
miſerit, non creditur.
Iudicis aſſertioni non creditur ex qua ſũa eius iuſtificatur,
ibid nu. 1 ibidem quid in aſſertione vnius parlamenti.
2 *Iudicis aſſertioni quando creditur, intelligitur quando in ſpecie*
quid exprimit.
3 *Variatio quæ eſt circa aliqua accidentia non circa ſubſtantiam*
non nocet, ſimiliter non nocet variatio in verbis narratiuis,
dummodo in concluſione nulla ſit variatio.
4 *Probatio vbi deficit perinde eſt acſi illud quod non probatur, nõ*
eſſet, & qui non probat iure carere dicitur.
5 *Productio ſtatuti non eſt neceſſaria coram iudice loci vbi ſtatutũ*
viget, ſecus coram iudice appellationis.
6 *Variatio coram iudice incompetenti non nocet.*
7 *Pars non poteſt confitendo facere delictum, vbi delictum nõ eſt,*
puta ſi quis fatetur ſe commiſiſſe furtum in re qua ſua ſit.
idem ſi quis fatetur feciſſe contractus vſurarios niſi aliter
de vſuris appareat.
Statutum non poteſt facere contractum vſurarium, qui vere
vſurarius non ſit, ibid. nu. 7.
8 *Vſura non præſumitur in foro contentioſo, immo in dubio cõtra-*
ctus debet iudicari licitus, niſi quis ſolitus ſit fœnerari.
9 *Vſura non dicitur, fructus ante tempus emere.*

CONSILIVM XLIII.

¶ Pro nobili Hugone Boniparis theſaurario generali patriæ Pro
uinciæ, contra Lazarum Guigonis, & Honoratum Franciſci.

Diuino

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Cogitur
nobilis Hugo Boniparis dominus de Maygnan
infeſtus eſſe ſcripta ſcriptis cumulando, ſed ve
nia dignus videtur. Nam honoris & famæ cau-
ſam tuetur. Nõ vt fides habenda verbis enuncia
tiuis ſnlæ ꝙ fuerit condemnatus vſurarum no-
mine ob eius variationes, niſi aliter conſtet ex actis. ca. quoniam
1 contra falſam, de probat. Immo † ne ipſi quidem principi fides
haberetur atteſtanti ſuper crimine alterius ꝙ alter ſeu talis cri-
men commiſerit. Card. in conſi. 128. in prin. Soc. in conſi. 127. li.
2. Deci. in conſil. 410. col. 2. ad fin. & de verbis iudicis ex quibus
ſententia eius iuſtificatur, ꝙ credi eis non debet, tradit Socin. in
conſi. 47. col. 3. poſt med. lib. 4. ideo dicit Bal. in conſi. 402. lib. 1.
ꝙ aſſertio iudicis factum partium non probat. & licèt in parla-
mento ſint plures iudices, eorum tamen aſſertioni ſine iuramen
to credendum non videtur. l. iuſiurandi. C. de teſti. quod locum
obtinet etiam in religioſis. c. tuis, de teſtib. idem in Epiſcopo. c.
fi. de iura. cal. Idem in Cardinali. glo. in c. cum olim, el 1. in ver-
bo fratrum. & ibi Abb. de priui. & idem Abb. in ca. nuper, de te-
ſtib. ideo doc. dicentes credi aſſertioni plurium iudicum, intelli
guntur & loquuntur quando vt teſtes iurati deponunt. Bart. in l.
ne in arbitris. C. de arbitris. Pau. de Caſt. in conſi. 464. Viſo laudo
& arbitramento. col. 2. ver. item non obſtat ꝙ dicti arbitri. lib. 1.
Alex. in conſi. 16. ad fi. lib. 3. in conſi. 192. col. 5. ver. & ꝙ non ſte-
tur. lib. 6. & in conſi. 21. col. 1. lib. 7. Ex alio credi non debet aſſer
2 tioni de qua in dicta ſententia, quia † in caſibus in quibus credi-
tur dicto iudicis, intelligitur dummodò iudex in ſpecie quid ex
primat. Aret. in conſi. 68. col. pe. ver. præterea poſito. Pro quo fa-
cit quod ſcribit Pau. de Ca. in conſi. 139. Pro declaratione. col. 2.
poſt med. ver. præterea inſtrumentum tranſactionis. li. 1. vbi ꝙ in
caſibus in quibus creditur verbis enunciatiuis intelligitur quãdo in
ſpecie quid enunciatur, non ſi in genere. Ideo neceſſe fuiſſet ex-
primi in ſententia ſpeciem variationis quomodo & qualiter va
riauerit ipſe Boniparis, quod factum non fuit, ſed ſimpliciter dictũ
attentis variationibus, quæ verba, vt ſunt generalia, ita obſcurita
tem pariunt. l. in tradendis. ff. commu. prædio l. certum. ff. ſi cert.
peta. l. cum Stichus. ff. de ſolutio. l. ita fidei. ff. de iure fiſci. Poteſt
† enim fieri ꝙ illæ variationes eſſent circa aliqua accidentia nõ
3 ſubſtantiam actus, quo caſu non nocerent. Alex. in conſi. 115. co.
fi. ver. item non obſtat ſi dicatur. lib. 2. Aret. in conſi. 60. col. fi. Fa
cit quod dicimus non nocere falſitatem circa acceſſoria, dum-
modò in ipſa ſubſtantia ſit veritas. Ant. de But. in c. exhibita, de
iud. cum ſi. quæ Dec. cumulat in c. licet cauſam, col. 15. de proba
tio. & in conſil. 142. colu. 2. Rurſus fieri poteſt ꝙ eſſet variatio in
verbis narratiuis, & ꝙ circa concluſionem nulla eſſet varietas
quo caſu ſine dubio non nocet variatio. Bal. in conſil. 20. Super
primo puncto quæritur an relictum. col. 1. circa med. lib. 5. Itaq;
curia hæc Magnifica Grationopolis in cauſa appellationis non
poteſt ſe fundare in aliquibus variationib. de quibus non appa-
ret, quia ſcire non põt an eſſent ſufficientes ad condemnationẽ
4 vel non, & cũ de eis non † conſtet perinde eſt ac ſi nullæ omnino
eſſent. l. in lege. ff. de contrah. emp. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tu-
tela. c. ſolennitas, el. 1. de conſecr. diſt. 1. ideo qui non probat, dr̃
carere iure. l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. l. quidam ta-
bularum. ff. de furt. quæ iura ad hoc propoſitum citat Bal. in cõ
ſi. 67. quia ex facto. co. 2. circa med. li. 3. & poſito ꝙ iſtæ variatio
nes notoriæ fuiſſent primis iudicibus, hoc nihil releuat niſi pro
bentur & de eis appareat coram iudicibus, appellationis ſeu e-
5 uocationis cauſæ, nam † videmus ꝙ primus iudex poteſt iudica-
re ex ſtatuto loci non producto, quia in loco habetur pro lege
ſcripta, ideo eius productio non eſt neceſſaria, & tamen coram
iudice appellationis fieri fides debet de tali ſtatuto, ſuper quo
fundata eſt ſentẽtia primi iudicis, alias iudex appellationis om
nia reuocabit, niſi etiam iudex appellationis eſſet in loco ſtatu-
ti, adeò ꝙ ſcientiam illius præſumeretur habere iuxta doctr. Bar
to. & doct. in l. omnes populi. col. pen. ad fi. de iuſti. & iur. Bal. in
conſi. 238. Ad veritatem, col. 1. in fi. lib. 1. Alex. in conſi. 37. in 2. du
bio. lib. 2. Iaſ. in l. cum prolatis, col. 2. ff. de re iud. Deci. in c. 1. col.
36. ver. vltimò notandum eſt, de probat. ubi limitat, & dicit Bal.
in conſi. 250. Viſo iſto proceſſu. col. 1. lib. 4. ꝙ non ſufficit aliquid
productum eſſe coram iudice a quo niſi illud producatur corã
iudice appellationis per tex. in §. illud, in Authen. de his qui in-
gred. ad appellan. ibi, dum dicit victores non alias potiantur ſen-
tentijs niſi eas rectè ſe habere monſtrauerint. ¶ Præterea, vbi de
variatione aliqua conſtare poſſet, illa facta eſſet coram iudice
incompetenti de cuius delegatione quo ad diffinitionem cauſa
rum non conſtat. & præſupponitur in facto, ꝙ eius mandatum
6 pertinebat ſolum ad reformationem illius curiæ, ideo † talis ua-
riatio coram iudice incompetenti nocere non debet. Bal. in con
ſi. 410. in cauſa & quæſtione Antonij. col. 1. lib. 2. latè Moder. c. at
7 ſi clerici, in princ. de iud. ¶ Poſtremò † non eſt in poteſtate partis
facere delictum ubi delictum non eſt. Ideo ſi quis fateatur ſe fur
tum commiſiſſe in re quæ ſua probetur, talis confeſſio nihil no-
cet, quia rei ſuæ furtum non committitur. Rom. in conſ. 113. pro
deciſione, col. 2. uer. quinimmo. idem euidenter Ang. in conſ. 22.
ad fi. & in conſi. 403. ideo ſi contractus ſit permiſſus de iure com
muni, confeſſio partis non poteſt iuris diſpoſitionem immuta-
re & eum uſurarium efficere. l. ornamentorum. ff. de auro & ar-
gen. leg. & in terminis ꝙ confeſſio ſuper uſuris non præiudicet,
niſi aliter appareat de ueritate uſurarum, tradit Bal. in conſilio
98. Bethonus de Couo. lib. 1. quod eſt repetitum in conſi. 383. li.
5. allegat Fed. de Senis. Alibi ſcribit Pau. de Caſt. in conſi. 31. Cla
rum uidetur. col. 1. lib. 1. ꝙ ſi quis mandet reſtitui uſuras quas ap
parebit eum extorſiſſe, non præiudicat talis confeſſio niſi uſura
rum ueritas aliter probetur. Amplius dico ꝙ nec ſtatutum po-
teſt facere ut contractus dicatur uſurarius ex aliquo facto qui
uerè uſurarius non ſit. Pau. de Caſt. in conſi. 210. V. ſis & ponde-
ratis omnibus. col. 1. ad fi. lib. 2. Corn. in conſi. 318. col. pen. libr.
1. no. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. ubi Dec. col. 16. de conſtit. ¶ Itaq;
Magnifici domini ad ipſos contractus reſpiciant an uſuras ſo-
nent uel non, & ſic ad rei ueritatem non ad uariationes aliquas
8 ea quibus contractus alioquin bonus malus iudicari nõ poteſt.
Conſidero † etiam in fauorem domini theſaurarij, ꝙ ubi ſumus
in foro contentioſo allegans uſuram tenetur probare, quia in
dubio illa non præſumitur. Bal. in conſi. 39. proponitur quòd ce
lebratus. in fi. & in conſi. 210. Quęritur de tali caſu. libr. 3. ubi ẽt
ꝙ contractus qui poteſt interpretari in bonam partem in mala
iudicari non debet per l. ſi ea pactione. C. de uſuris, licèt in foro
conſcientiæ opinio eligi debeat in dubio quę animę ſit tutior,
ideo quoad animam in dubio iudicabitur contractus uſurarius.
Bal. in conſi. 453. Committere. in fi. lib. 3. In foro autem conten-
tioſo donec probetur de uſuris ſtandum eſt formę contractus.
c. in ciuitate, de vſuris. Abb. in conſi. 15. in fi. & in conſ. 99. col. 2.
lib. 1. niſi quis ſolitus eſſet fœnerari, quia tunc in dubio iudica-
9 retur cõtractus vſurarius. Dec. in l. rogaſti. §. ſi tibi. in fin. ff. ſi cer.
pe. Sed forma contractus uſuram non ſapit, quia † non dicitur
vſura fructus aliquos ante tempus emere, ut late deduxerunt
domini conſulentes, quibus addo Bal. in conſilio 77. Inquiſitio.
lib. 3. quod tamen intelligo niſi fiat emptio viliori pretio, iuxta
no. in c. nauiganti, & in c. in ciuitate, de vſur. ¶ Illud etiam ma-
gnopere aduertendum eſt quòd dicitur fuiſſe deductam conſue
tudinem fœnerandi contra dominum theſaurarium, & tamen
probatam non fuiſſe, in qua re calumnia patris non probantis
clariſſime oſtenditur. Bartol. in l. 1. in princi. ff. ad Turpillia. &
cum non probetur conſuetudo fœnerandi, ſed bona fama ip-
ſius theſaurarij, & quòd tales contractus ſoliti ſunt exerceri ſine
dubio concludendum uidetur talem contractum non dici uſu-
rarium iuxta latiſſime allegata per dominos aduocatos Aquen-
ſes, & ita concludendum puto in fauorem domini theſaurarij
ſaluo tamen iudicio curię huius ſupremæ cui me ſubijcio. Gra-
tionopoli. 16. Aprilis. 1540. & ita fuit iudicatum. Aymo Crauetta
de Sauliano iuriſconſultus.

SVMMARIVM.

1 *Metus arguitur ex minis habito reſpectu ad qualitatem perſo-
na minantes.*
2 *Metus reuerentialis ſufficit præcedentibus minis vel verberib.*
3 *Metus arguitur ex vultu terribili alicuius potentis.*
4 *Metus arguitur quando quis remittit iura ſua.*
5 *Metus probatur per locum a veriſimili.*
6 *Metus arguitur ex eo quod non eſſet quis in libertate ad arbi-
trium faciendi.*
7 *Metus arguitur ob periculum amiſſionis honoris.*
8 *Metus probatio multum adiuuatur ex eo quod de metu prote-
ſtatus quis fuit.*
9 *Metus probatur ex euentu ſecuto quando ita actum eſt prout
minatus quis fuerat.*

CONSILIVM FLIX.

¶Pro nobili Hugone Bonipatis theſaurario generali patriç Pro
uinciæ.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Quia
poſſet dubitari in cauſa nobilis B. q̃ cẽſea
tur confeſſus crimen vſurarum tranſigẽdo
cum fideiuſſore, cuius bona data fuerãt in
ſolutum pro debito principalis. Rñdeo ad
iſtã tranſactionem q̃ facta fuit per metum,
qui metus p̃obat̃ multis modis. Primo ex
1 minis† dñi P. qui minatus fuit ipſi dño B. q̃
niſi tranſigeret, omnia eius inſtrũa in publico lacerarentur, & cõ
tractus vſurarij pronunciarentur, qui metus verborũ excuſat. gl.
in c. fuerũt. 7. di. & in c. cum dilectus, quod met. cau. Deci. in c. 1.
col. 2. de offi. dele. q̃ ſine dubio ſufficioot ſola verba aut ſolæ mĩ
næ habito reſpectu ad qualitatem perſonæ minantis, an eſſet cõ
ſuctus per iniuriam aut iniuſtitiam quid agere. Abb. in d. ca. 1. &
in conſi. 3. col. 6. in 6. q. lib. 2. per gl. no. in c. pe. quod met. cau. Cõ
ſtat aũt pleraq; tunc temporis geſta fuiſſe per iniuriam vt plenè
deduxit per exempla Dñs aduocatus ipſius B. Pro hoc adduco
quod ſcribit Bellamera in conſ. 9. col. 5. vbi q̃ tribus concurren-
tibus minæ inducunt iuſtũ metum. Primò q̃ periculum commi
natũ ſit magnũ, puta de perſona vel bonis. Secũdò q̃ pſona mi
nans damnum veriſimiliter poſſit inferre, cui reſiſti non poſſit.
3. q̃ minans ſolitus ſit minas exequi. quæ omnia hic concurrunt,
poteſtas. n. minantis nota eſt, periculum cõminatum grauius eſ-
ſe non poterat, quia de honore agebatur, immo ex ſolis minis
mortis potentioris induci videtur iuſtus metus, gl. in l. 3. ff. quib.
ex cau. maior. Ioan. And. in c. ſi verò, de iureiu. refert & ſequitur
Gemi. in conſ. 152. ſed minæ amiſſionis honoris æquipollẽt mi-
nis mortis. ¶Secundò probatur metus ex eo quod dicunt† doc.
2 ſufficere metum reuerentialem præcedentibus minis vel verbe
ribus. Phil. in c. quamuis. in 3. no de pac. lib. 6. Alex. l. ſi cum do-
tem. §. eo autem tempore. col. 3. ff. ſol. mat. Are. in conſi. 24. col. 3.
ver. videamus modo. Si ſufficit ſolus metus reuerentialis maio-
ris puta patris fratris aut patrui minis præcedentibus, quantò
magis ſufficiet reuerentia vnius P. tantam poteſtatem obtinen-
tis. Pro hoc quod ſcribit Ancha. in conſil. 560. In quæſtione quæ
vertitur inter nobilem virum. col. fin. circa med. vbi q̃ præſumi-
tur metus reuerentialis in ſubditis qui non exegerunt collectas
3 a domino. ¶Tertiò† arguitur metus ex vultu terribili ipſius do-
mini P. qui oſtendebat & oſtendit contra ipſum dominum T. vt
mihi propoſuit, quia teſtes non vidi, Bal. in ca. 1. iniuria, de pace
iura. fir. Ang. in l. qui in aliena. §. ſi. ff. de acq. hære. Iaſ. in l. de pu-
pillo. §. ſi quis ipſi prætori, col. 7. in 5. q. Bart. ff. de oper. no. nunc.
4 Deci. in d. c. 1. col. 5. de offi. dele. Quartò† arguitur iſta tranſactio
facta per metum quia B. remiſit bona ad ſe pertinentia ex titu-
lo dationis in ſolutum. Non enim præſumitur q̃ ſponte quis re
nunciet iura ſua. ita metum arguit tex. vbi doc. in ca. ſollicite, de
reſti. ſpol. vbi quando ſpolians renunciat ius ſuum, præſumitur
per metum id facere, & in terminis ita impreſſionem officialis
arguit Ang. in conſi. 518. Viſa narratione facti. col. 5. verſ. 5. pro-
batur. Aret. in d. conſi. 24. col. 2. verſi. videamus modo. ¶Pro quo
5 † facit quod Bal. ſcribit in conſi. 364. quia quæſtio. col. 1. in ſi. lib.
3. vbi quòd metus probatur per locum a veriſimilibus allegat
Io. And. in c. bonæ. de appellat. ſed non eſt veriſimile quòd credi
tor cui debitum ſolutum eſt, velit a ſolutione diſcedere & illud
ex integro petere litibus ac iudicijs ſe vexando. Quæ veriſimili-
tudo ex alio deducitur, quia non ſolum remiſſa fuerunt bona
data in ſolidum, ſed etiam de proprio ſoluit creditor fideiuſſori
debitoris florenos centum. Profectò neceſſe eſt dicere inductũ
fuiſſe B. metu aliquo ad ita faciendum ſi non eum omnibus mo
6 dis fatuum arbitrari velimus. ¶Quintò †arguitur metus, quia B.
non erat in libertate faciendi defenſiones, nam cum cauſa ad
ius inſtructa non eſſet & vellet proponere ac probare de innocẽ
tia obiecti criminis vſurarum id facere non potuit. ideo videns
ſibi negatam libertatem proponendi & probandi iura ſua ſecũ-
dum ſolitum morem, coactus fuit ad tranſactionem venire. arg.
l. qui in carcere. ff. quod met. cauſ. & quod Bald. ſcribit in conſil.
217. Præmittendum eſt ad euidentiam quòd quando in libello.
lib. 3. & in conſi. 364. Quia quæſtio. col. 1. eodem libr. ¶Sextò ar-
guitur metus quia niſi fieret tranſactio periculum imminebat
7 †ſed amiſſionis honoris & famæ ipſius B. ex illis verbis minaci-
bus de pronunciando contractus vſurarios & lacerandis inſtru
mentis in propatulo, quod periculum æquiparatur amiſſioni vi
tæ. l. inſta. ff. de man. vind. l. iſti quidem, in ſi. quod met. cauſ. Nec
bene pro toto fama venditur auro. l. quiſquis. C. de poſtulat. Bal.
in conſil. 382. In quæſtione. m. col. 2. libr. 5. Delectari enim debe-
mus in odore bonæ famæ. c. licet in beato Petro. de accuſation.
& diuinitus eligibilius eſt mori quàm vilipẽdi. vnde Apoſtolus,
Expedit magis mori quàm vt gloriam meam quis euacuet, re-
fert Bal. in conſi. 212. Viſis actis. col. 1. in ſi. lib. 4. & dicit Eccle. c.
41. Curam habe de bono nomine, quia magis perſeuerabit tibi
quàm mille theſauri magni pretioſi. refert Old. in conſi. 93. Ma-
8 giſter ordinis. colu. 5. circa med. ¶Septimò† multum faitem ad-
iuuatur probatio metus ex proteſtatione facta per ipſum B. q̃
per metum ita tranſigeret etiam quòd clandeſtinè proteſtatus
ſit, iuxta not. in d. l. qui in aliena. §. ſi. ff. de acq. hære. Bal. in conſil.
165. ad ſi. lib. 2. Soc. in conſi. 263. col. 4. poſt med. lib. 2. & in con-
ſil. 27. col. fin. lib. 3. ubi amplius uoluit quòd ſufficiat talis prote-
ſtatio. Sed hoc non placet quòd proteſtatio clandeſtina ſufficiat
ad probationem metus. Bar. Pau. & doc. in d. l. qui in alieno. §. ſi.
ff. de acq. hære. Ang. in conſi. 518. Viſa narratione. col. 2. uerſic. 3.
quia tempore compromiſſi. Alexand. in conſil. 26. libr. 3. Deci.
in l. in omnibus cauſis. ff. de regulis iuris. De qua tamen materia
clandeſtinæ & apertæ proteſtationis latius dico in conſil. pro
Magnifica domina Anna de Arianis contra Magnific. domin.
9 Bonifacium de Salucijs. ¶Octauò probatur metus † arguendo
ab euentu ſecuto, quia ſecutum fuit quod timebat B. quia licèt
tranſegerit ob minas illatas, pronunciatio tamen facta eſt plus
ſatis ignominioſa q̃ contractus eſſent uſurarij, & condemnatur
ipſe B. erga fiſcũ. Profectò talis pronunciatio ſecutè demonſtrat
an haberet animum ipſe dominus P. minator faciendi quod uer
bis minacibus iactabat ſe facturum ſi non tranſactio fieret. Exi-
tus enim acta probat. in prima conſtitutione digeſtorum. in ſi. l.
qui res, in 1. 2. & 3. reſpõ. ff. de ſolu. l. aut facta. §. euentus. ff. de pœ.
l. iure noſtro. §. ſi. ibi, euentus iudicatæ rei declarabit. ff. de teſta.
tutel. l. quædam. ff. de reb. dub. l. rem non nouam. C. de iud. nam
qñ finis eſt malus, eius prærordinatio præſumitur doloſa. l. ſi quis
adulterij. C. de adulte. & quod per hanc regulam pulchrè deci
dit Old. in conſi. 22. Ad quæſtionem. Bal. in conſil. 515. q̃ proce-
dit. lib. 4. Gratianopoli. 19. Aprilis. 1540. Aymo Crauetta de Sa-
uiliano doctor utriuſq; iuris.

SVMMARIVM.

1 *Legitima & Trebellianica quas detrahit filius grauatus ſub
conditione abſorbent dimidiam totius hæreditatis. & quid ſi
legitima aſcendit ad dimidiam, an etiam Trebellianica de
trahi poſſit.*

CONSILIVM L.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. A-
lias reſpondi & reſpondeo impræſentiarũ
nobili Ludouicæ de Auriaco q̃ legitima
1 †& Trebellianica quas detrahit filius gra-
uatus ſub conditione abſorbent dimidiã
totius hæreditatis, nam legitima abſorbet
quatuor vncias de duodecim, quia ad mi-
nus eſt triens ſecundum iura nouiſſima, iu
xta tex. in auth. nouiſſima. C. de inoff. teſt. Et ſic ſuperſunt octo
vnciæ ex quibus detrahitur quarta Trebellianica quæ eſt duarũ
vnciarum, quæ duæ vnciæ quartæ Trebellianicæ cum alijs qua-
tuor vncijs pro legitima faciunt dimidiam partem totius hære
ditatis. & miror fieri dubitationem ſuper hoc. & vltra rationem
naturalẽ ne authoritates deeſſe videantur, ita tenent & declarãt
Ang. in conſ. 125. ſubſtitutiones. in ſi. & in conſ. 317. Teſtator de
Verona. in ſi. Alex. in conſi. 68. lib. 4. Dec. in conſi. 203. col. 3. in ſi.
verſic. & hoc ſaltem in caſu iſto in conſi. 528. colum. 2. circa fin.
verſi. hæredes tamen ex eius perſona in conſi. 236. colum. 4. cla-
rius. Idem Dec. in conſi 599. colum. 2. verſ. ſecunda concluſio. &
in conſi. 419. colum. 1. & in l. cum proponas. 1. col. 5. in 5. not. C.
de pact. Iaſ. in l. Centurio, in princ. ff. de vulga. & pupil. Et ita te-
nendum eſt de iure, in qua re neminem legi diſcrepantem. Sed
dubiũ eſt an legitima & Trebellianica quas detrahit filius gra-
uatus ſub conditione excedere poſſint dimidiam hereditatis in
caſu quo legitima eſt ſemis pro numero liberorũ vltra quatuor
illum caſum habui de facto in cauſa Magnifici dñi Clarimõtis

primi Baronis Dalphinatus tēpore quo Magnificus dñs Aymarus Riualius erat in arce ſancti Iotij cum ſex aduocatis ipſarum partium, & eorum eo tanquam arbitratore contra aduocatos partis aduerſæ allegaui Bal. in conſ. 94. Punctus qõois. libr. 2. vbi voluit φ qñ legitima aſcendit ad dimidiam partem hęreditatis, filius grauatus ſolum detrahit legitimam ne plus habeat rogatus quàm honoratus. De qua deciſione dñi aduocati partis aduerſæ cęperunt ridere, dicentes communem opin. eſſe in contrarium, & præfatus dñs Riualius arbitris ſemotis interrogauit me quid ſentirem ſuper illo dicto Bal. in conſcientia. Reſpondi φ ex fide bona neminem alium legeram qui id in ſpē tangeret. Tandem cauſa illa vtcunque ardua tranſacta fuit opera memorati domini Rinal. iuriſconſulti ſapientiſſimi & ſenatoris regij ſplēdidiſſimi, ipſis etiam aduocatis non pertinacibus, in qua tranſactione ratio habita non eſt illius Bal. opinionis, & contra eū ſentire vr̄ Old. in conſ. 172. in fi. Curt. ſenior in conſi. 52. col. 10. in fi. ver. & nihil omittatur in conſi. 76. col. 4. in fi. verſi. ſed quid plus. clarius Ang. in conſi. 307. Teſtator, in fin. vbi Ange. φ legitima & trebellianica punctualiter faciunt dimidiam portionis delatæ hæredibus grauatæ. & ſic licèt tota legitima omnium hæredum faciat dimidiam, tamen vult Angel. φ legitima & trebellianica ſingulorum faciat dimidiam portionis eorum ſingulis delatæ. Sed pro Bal. tenere videtur Alex. in conſi. 68. col. 1. vec. ſed inſpecta. lib. 4. Dec. in conſi. 228. circa fi. nam in caſu Alex. & Deci. numerus liberorum excedebat quatuor, & tamen dicunt detrahi dimidiam per filium grauatum ſi caſus iterum accideret latius ac profundius cogitarem, ſatis ſit in præſentiarum occaſionem tribuiſſe latius meditandi in caſu ſatis nouo & difficili. Gratianopoli. 21. Aprilis. 1540. Aymo Crauetta.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter virum & vxorem ante contractum matrimonium valet, quando fit in compenſationem ætatis, puta quia mulier annoſa donat iuueni quod qualiter intelligatur late hic & ſubtiliter declaratur.*

2 *Mens veriſimilis contrahentium attendi debet in donatione.*

3 *Maritus ſtipulans ſibi alimenta cenſetur ſtipulatus etiam pro vxore ratione vnitatis & affectionis.*

4 *Reſtringi debent verba etiam præciſa ſecundum mentem diſponentium.*

5 *Donator tenetur alere donatarium inopem.*

CONSILIVM LI.

¶Pro Claudia Martinetæ de loco Vignacij patriæ Dalphinatus.

DIVINO ſubſidio ea corde poſtulato. Proponitur in facto φ Claudia Martinetæ de loco Vignacij donauit Ioanni Bergerandi eius futuro marito & contemplatione matrimonij attenta & conſiderata iuuenili ætate & perſonæ qualitate præfati Ioannis Bergerandi tres partes de quatuor omnium bonorum ſuorum, deinde φ deceſſit pręfatus Ioannes Bergerādi donatarius. Quo defuncto ipſa Claudia Martinetæ egit coram ordinario Magnificæ dominæ Vignacij ad reuocationem dictæ donationis. Tandem iudex ordinarius adhibito conſilio duorum aſſeſſorum reuocauit ſiu nullam pronunciauit dictam donationem, & condemnauit Iacobum Bergerandi fratrem & hæredem dicti donatarij ad reſtituendum ipſi mulieri bona prædicta donata. Quæritur, modo bene an malè fuerit pronunciatum? Videretur dicendum prima fronte mala fuiſ-
1 ſe pronunciatum, quia licèt † donatio inter maritum & vxorem ſit prohibita etiam ante perfectum matrimonium quando confertur in tempus conſummati matrimonij. l. 4. C. de donat. ante nup. cum concord. in glo. alleg. tamen iſtud non procedit quando fit talis donatio ex cauſa alicuius remunerationis, puta quia mulier annoſa donat viro iuueni in compenſationem ætatis prout in caſu noſtro Barr. & doct. in l. ſi diuortio. ff. de verb. obli. pec teat. in l. quòd autem. §. ſi vir. ff. de donat. inter virum & vxor. l. ſi voluntate. C. de dot. promiſ. Pau. de Caſt. in conſi. 383. Circa primum, quo quæritur an dicta confeſsio. col. 1. ad fi. ver. tertius caſus. lib. 2. Dec. in conſi. 132. col. 2. poſt med. verſ. accedit etiam φ donatio. ¶Sed præmiſsis non obſtantibus contrarium puto de iure verius, φ immo bene fuerit pronunciatū. Et quia tota difficultas conſiſtit in reſpondendo ad contraria ſupra allegata. reſpondeo, & dico φ donatio remuneratoria inter virum & vxorem, non indiſtinctè & omnino ualet, ſed cum diſtinctione, & modificatione, de qua in l. cum hic ſtatus. §. ait oratio. ff. de donat. inter vir. & vxor. qui text. declarat text. præcedentem in d. l. quòd autem. §. ſi vir. ſecundum gloſ. ibi. Pro quorum iurium intelligentia & faciliori declaratione conſidero aliquos caſus. Primus caſus eſt, quando poſt factam donationem remuneratoriam vterque coniunx eſt factus locupletior & cōſeruauit bona donata nec ea conſumpta ſunt, & iſte caſus eſt clarus, quia ſemper valet donatio remuneratoria, nec reuocari poteſt ſiue ſoluatur matrimonium per mortem, ſiue per diuortium. Secundus caſus eſt, quando facta tali donatione remuneratoria alter coniugum conſeruauit bona ſibi donata, & ſic factus eſt locupletior, alter verò conſumpſit. Et iſto caſu talis donatio remuneratoria non omnino & indiſtinctè valet in fauorem eius, qui cōſeruauit & locupletior factus eſt, ſed diſtinguitur, quia aut ſoluitur matrimonium morte aut diuortio, ſi diuortio, valet talis donatio remuneratoria, nec poteſt aliquo modo reuocari, nam ſi ille qui conſumpſit, repeteret ab altero qui factus eſt locupletior, poſſet alter conuentus aut eius hæres obijcere exceptionē compenſationis de bonis donatis ipſi repetenti & conſumptis. Et iſte eſt caſus in d. §. ſi vir. aut matrimonium ſoluitur per mortem, & tunc diſtinguitur, aut ille qui conſumpſit bona ſibi donata præmoritur ei qui locupletior factus eſt, & bona ſibi donata conſeruauit, & iſto caſu ualet omnino donatio nec reuocari poteſt tanquam plenè confirmata per mortem conſumentis. Aut præmoritur is qui locupletior factus eſt, & bona donata non cōſumpſit, & iſto caſu non ualet donatio in fauorem iſtius locupletioris ſeu eius hæredū, immo ille qui conſumpſit, repetit bona dotata ab hæredibus eius, qui locupletior factus eſt, iſte eſt caſus in d. § φ ait oratio, ubi gloſ. aſsignat rationem diuerſitatis an ſoluatur matrimonium morte uel diuortio. ¶ Ex quibus iuribus ita declaratis iunctis eorum gloſſis infertur neceſſariò quòd donatio remuneratoria ſecuta conſumptione ex parte alterius coniugum æquiparatur ſimplici donationi non remuneratoriæ factę inter coniuges, & in tali donatione remuneratoria quando alter coniugum conſumpſit bona donata, locum habet oratio Antonini Imperatoris, per quam donationes ſimplices inter uirum & uxorem morte confirmantur. Ideo ſicut donatio ſimplex inter vir. & vxo. non ualet, ſed cōfirmatur morte donatoris, ita talis donatio remuneratoria ſtante cōſumptione, non ualet in perſonam alterius coniugis non conſumentis ſeu qui non conſumpſit niſi præmortuo coniuge conſumente. ¶Modò inferendo ad propoſitum, dico φ ſumus in terminis d. §. φ ait oratio. Nam in caſu noſtro iſta donatio fuit reciproca & remuneratoria quia uxor donauit bona, maritus autem iuuētutem ſuam. Rurſus uxor quæ donauit conſumpſit bona donata, id eſt iuuentutem ma[?]in quam perdidit, maritus autem factus eſt locupletior, nec bona donata conſumpſit, ideo præmortuo ipſo marito donatario, donatio uidetur nulla & inualida. ad cuius confirmationem opus uidebatur morte uxoris quæ conſumpſit ex forma & tenore dictæ orationis diui Antonini Imperatoris. ¶Amplius ille tex. in d. §. φ ait oratio, loqui uidetur in caſu magis dubitabili quàm ſit caſus noſter, nam ibi præſupponitur facta cōſumptio generaliter & indefinitè, ſiue per culpam conſumentis ſiue ceſſante culpa, ita vult tex. in ſui generalitate. l. de pretio. ff. de publicia. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſt. itaq; vult tex. φ licèt alter coniugum cōſumpſerit bona ſibi donata facto & culpa ſui, poſſit tn̄ repetere bona donata alteri coniugi exiſtentia & non conſumpta, nec ualeat talis donatio in perſonā eius qui non cōſumpſit, ſed tn̄ morte confirmetur. i. præmoriente eo qui conſumpſit. Quantò magis repetitioni bonorum donatorū locus debet eſſe in caſu noſtro, ubi ſecuta fuit cōſumptio ceſſante omni culpa ipſius uxoris, ſed per caſum fortuitū. i. per mortem ipſius mariti. ¶ Conſidero etiam in fauorem illius miſerabilis mulieris,
2 † φ in tali donatione attendi & inſpici debet mens ueriſimilis ipſorum ɔ̄hentiū. l. in cōuentionibus. ff. de verbo. ſig. l. fi. C. quæ res pig. obli. poſ. glo. in l. in uenditione, in fi. ff. cōt. a præd. & in l. blanditus. C. de fideiuſ. ſed uoluntas ueriſimilis ɔ̄hentium fuit ut fieret talis donatio, quia exiſtimabant φ ipſa uxor antiquior præmoreretur ſm̄ naturæ curſum, ideo uerba donationis ſimpliciter concepta fuerunt, ſi autem cogitatus fuiſſet caſus poſtea ſecutus. i. φ vxor ſuperuiueret, cui dubium φ talem donationem

vxor non feciſſet, quia certiſſimũ erat ꝙ noluiſſet hoſtiatim mẽdicare in ætate adeo ſenili & deſecta, quinimmo nec ipſe quidẽ maritus veriſimiliter tantã calamitatẽ paſſurus fuerat, cũ iſtud cederet in turpitudinẽ & dedecus tranſacti matrimonij. l. vnum
3 ex familia. §. pen. ff. de leg. 2. Bene facit† quod ſcribit Old. in conſil. 95. ex Forma. col. 2. in fi. ver. veriſimilitudo etiam. vbi ꝙ maritus ſtipulans ſibi alimenta, cenſetur ſtipulatus etiam pro vxore ratione vnitatis coniunctionis & affectionis, quæ eſt inter maritum & vxorem. Contra Old. tamen facit Calde. in conſi. 3. circa fi. in tit. de teſta. vbi ꝙ obligatus alimentare aliquem, non tenetur alere eius vxorem, quia ſunt duæ perſonæ diſtinctæ, ſimiliter contra Old. videtur facere Corn. in conſi. 128. ad fi. lib. 3. vbi priuilegium ſocij ne teneatur vltra quàm facere poſſit, non extenditur ad eius vxorem nec liberos ut fiat deductio eius quod eſt neceſſarium pro uictu uxoris & liberorum, ratio tamen Oldra. multum ſtringit ad deciſionem caſus noſtri. Præterea Old. allegat pro ſe glo. in c. admonere. 33. q. 2. cuius glo. authoritas quanta ſit, nemo eſt qui neſciat, illam etiam gl. refert & ſequitur Crotus in l. ſi conſtante, in prin. col. pen. circa med. ff. ſol. mat. in 2. lectura. Glo. tamen loquitur in eo qui excipit aut reſeruat alimenta ſibi, ꝙ videtur etiam reſeruare pro uxore & liberis, quæ reſeruatio uidetur fauorabilior quàm noua acquiſitio. arg. l. per retẽtionem. C. de uſur. & ſic non uidetur bonum arg. de reſeruatione ad ſtipulationem, cum in reſeruatione non agatur de alium obligando. & contra Old. uidetur tex. ratione ſui in l. cæterum. §. mulieri. ff. de vſu & habi. & in l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri quominus. ff. de verb. obl. ubi ſi legetur aut promittatur habitatio uiro, debetur etiam uxori ne inducatur ſeparatio inter coniuges & careat uir matrimonio, ergo ſecus ubi ceſſat iſta ratio ſeparationis. ſimiliter ne inducatur ſeparatio, ſaluuſcõductus conceſſus marito trahitur ad uxorem. Bal. in conſi. 414. Conceſſus. lib. 5. de quo per Iaſ. in l. non tantum, col. 1. & 2. ff. de re iudi. Conſiderandum tamen videtur in hac materia an agatur de præiudicio tertij. Proinde non eſt ueriſimile ꝙ intellexerit maritus ut uxor mendicaret caſu iſto adueniente, igitur interpretari debet iſta donatio ex ueriſimili mente ipſorum contrahentiũ. glo. & Bal. in l. tale pactũ. §. fi. ff. de pac. & poſito ꝙ † iſta uerba dona
4 tionis ſint ſimplicia & præciſa, reſtringi tamen debent ſm mentẽ ipſorum diſponentium. Pau. de Caſt. in conſi. 332. Viſo teſtamento Michaelis. col. 1. circa med. lib. 1. per l. cum quæſtio. in fi. C. de lega. l. ſi ſtipulatus ſum decem. ff. de uerb. obl. & glo. in l. 3. §. in amittenda. ff. de acq. poſſ. ¶ Illud in omnem euentum certũ
5 eſt, ꝙ † teneatur donator ſeu eius hæres alere donatarium inopẽ. glo. in l. fin. C. de reuo. don. a cuius authoritate in deciſiuis dicit recedendum non eſſe. Corne. in conſi. 120. libr. 1. Gratiopoli 15. Aprilis. 1540. quo tempore ocium erat aduocatis ab agẽdis cauſis ob mutatum ſtylum iudiciorum per uniuerſum Delphinatum ſecundum regias conſtitutiones nouiſſimè promulgatas. Aymo Crauetta de Sauiliano.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non ſuccedendo ſine iuramento an valeat.*
2 *Interpretatio in dubio fieri debet vt actus valeat, & princeps præſumitur vti plenitudine poteſtatis quando alias actus nõ valeret.*
3 *Præſumitur præceſſiſſe quod eſt poſterius in ordine vt actus valeat, & ſententia arguitur diffinitiua vel interlocutoria prout melius valere poteſt.*
4 *Donatio iudicatur inter viuos vel cauſa mortis, prout melius valere poteſt, immo ſi verba donationis ſonent inter viuos, ſi tamen vt inter viuos valere non poteſt, ſed ſolum vt donatio cauſa mortis, valebit vt donatio cauſa mortis.*
5 *Vſufructuarius cedens alicui vſumfructum intelligitur ceſſiſſe commoditatem ipſius vſusfructus, non ius vſusfructus vt ceſſio valeat & a iure ſuo non cadat.*
6 *Interpretatio quod actus valeat, fit etiam in materia odioſa & ſtricti iuris, etiam verba impropriando.*

CONSILIVM. LII.

¶ Pro nobili Claudia de Ingenijs ex loco Caſenatici prope Grationopolim in materia l. pactum quod dotali. C. de collatio. et c. quamuis, de pact. lib. 6.

a DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Quitatio facta † per nobilem Antonium de Ingenijs nobilibus Reymondo eius patri & Ioanni de Ingenijs eius fratri ſine aliquo iuramento videtur prima fronte nulla & inualida. l. pactum quod dotali. C. de colla. c. quamuis, de pact. lib. 6. Dec. in conſi. 86. co. 4. Sed tñ in contrarium vr̃ veritas, quia illa iura procedũt qñ quitatio ſeu renunciatio aut pactũ de nõ ſuccedendo fit ſoli patri vel matri, quorum bona quitantur ſeu renunciantur, ſecus qñ fieret quitatio a fratre fratri interueniente conſenſu patris, de cuius bonis fit ipſa quitatio, quia tunc vr̃ potius pactum de hæreditate patris certo modo diſponenda, quod pactum valet patre conſentiente, ita declarat Pau. de Caſt. in conſ. 441. Viſo puncto & allegationib. in 1. dubio. libr. 2. idem ſentit Calca. in conſ. 33. col. pen. poſt med. ver. & ſi dicatur, immo fuit facta quitatio. Addo. in conſil 437. Quædam puella. colu. 2. ante med. lib. 1. Sed in caſu noſtro pactum quitationis non fuit factũ ſoli patri, immo fratri & ẽt patri, & ſumus in terminis Paul. de Caſt. quia in effectu fuit pactũ de hæreditate patris certo modo diſponenda, id eſt, ꝙ ipſe Ioannes frater habeat totã hæreditatem, ipſe aũt Antonius quitans ſolum florenos centum. ¶ Confir
2 matur iſta opinio Pau. de Caſtr. quia † in dubio fieri debet interpretatio vt quitatio ſuſtineatur. l. ſi prætor, in prin. ff. de iudi. l. 3. ff. de teſta. mili. l. quotiens. ff. de reb. dub. c. Abbate. de verb. ſign. ideo videmus ꝙ princeps præſumitur vti plenitudine poteſtatis, qñ alias actus non valeret. Paul. de Caſt. in l. ex imperfecto, in fi. C. de teſta. & in conſil. 414. In facto præſenti. col. 3. circa med. lib. 1. Alex. in l. quanquam. C. de teſta. mili. Similiter quod eſt poſterius in ordine, præſumitur prius, vt actus valeat. Bal. in l. cum in teſtamento. §. hæc verba. ff. de hæred. inſti. vbi ſi inſtrumẽtis
3 dicit ꝙ pater donauit filio, & ꝙ eum emancipauit, † præſumitur emancipationem præceſſiſſe vt donatio valeat. ſequitur Alexan. in l. 2. §. ſi prius. ff. de vulg. Deci. in c. conſtitutus, col. 2. de reſcript. in ca. quoniam Abb. col. 5. de offici. delega. & in l. ſi donatione, colu. 3. C. de collation. ¶ Simile videmus in ſententia quando dubitatur an ſit diffinitiua vel interlocutoria, quia interpretatur vt ſit vel diffinitiua vel interlocutoria prout melius valere poteſt, id eſt, ſi interpretando eã diffinitiuam non valeret, interpretabitur quòd ſit interlocutoria quando interlocutoria valere
4 poteſt, & econtra. Corn. in conſi. 262. colum. 3. lib. 4. ¶ Idem eſt in donatione quando dubitatur an ſit donatio inter viuos vel cauſa mortis, quia interpretatur prout melius valere poteſt, id eſt, quòd ſit inter uiuos quando ualere non poteſt ut donatio cauſa mortis & econtra. Cor. in conſil 259. col. 3. lib. 4. Amplius ſi uerba donationis ſonent inter uiuos, quæ tamen ut inter viuos ualere non poteſt, ſed ſolum cauſa mortis, ualebit ut donatio cauſa mortis. Bal. in conſi. 108. Domina Ioanna. col. fina. lib. 3 Socin. in conſi. 130. col. 3. verſic. nec ſecundo loco. & in conſil. 137. colum. 2. lib. 1. allegatur Pau. de Caſtr. in conſi. 75. libr. 2. ſe
5 quitur deciſio Neapolitana deciſione 338. column. 3. ¶ † Similiter ſi vſufructuarius cedit alicui vſumfructum, intelligitur ceſſiſſe commoditatem vſusfructus, vt ceſſio ualeat & ne cadat a iure ſuo Bald. in conſil. 335. Quædam mulier relicta. lib. 1. Curtius iunior in conſil. 142. colum. penultim. ¶ Item ſi fiat donatio abſenti, licèt ut donatio ualere non poſſit, ualebit tamen ut fideicommiſſum modo adſit legitimus numerus teſtium. Corn.
6 in conſil. 254. libr. 3. ¶ † Quæ interpretatio ut actus ualeat fit etiam in materia ſtricti iuris. Bald. in conſil. 493. In primis uideamus. colum. 1. libr. 1. vbi quòd laudum interpretari debet vt valeat licèt ſi ſtricti iuris. ¶ Immo impropriantur verba in laudo ſeu ſententia ut actus ualeat glo. in l. & puto. §. 1. ff. famil. ercisc. quam glo. dicit ſingularem Bald. in conſilio 416. Caſus talis eſt cum quidam Lanfrancus, in fin. libro quinto. ¶ Alibi ſcribit Abbas in conſilio 63. columna ſexta, libro ſecundo. quòd uerba ſunt intelligenda largiſſimo modo & omni meliori modo quo fieri poteſt ut actus ualeat. ¶ Alibi ſcribit idem Abbas in conſilio 86. columna ſecunda, libro ſecundo, quòd impropriantur uerba etiam in odioſis, & in his quæ ſunt ſtricti iuris ne actus corruat per text. in cap. ſi ſententia, de ſenten. excommunicatio. libr. 6. l. ſi ſtipulatus fuero per te. ff. de uerbor. obligation. ¶ Alibi ſcribit Bald. in conſilio quadrageſimoſexto. Verba inſtitutionis. columna prima ad fin. libr. 1. quòd interpretationes ad hoc inuentæ ſunt ut actus roboretur non ut perimatur, per tex. in l. fin. ff. de manumiſſio. ¶ Alibi ſcribit idem Bald. in conſil. 329. Domina

mina Franciſcs.col.s.poſt med.libr.i.ꝙ crudelis eſt interpreta-
tio quæ fit ad ſubuertenda iudicia diſponentiū.¶ Itaq; cū inter-
pretari poſſit iſtud pactū vt voluerint iſti fratres diſponere inter
ſe de bonis patris viuentis, & conſentientis.i.ꝙ Ioannes inſoli-
dum eſſet hæres reſpectu ipſius Antonij.& ſi forte contingeret
ſupereſſe alios liberos de tpe mortis ipſius Reymundi patris,ꝙ
ipſe Ioannes haberet ēt portionem ipſius Antonij,quo caſu ta-
le pactū ſine dubio valet.d.l.fi. C.de pac.ad hunc modum inter
pretari debet ipſum pactum vt ſuſtineatur & valeat, maximè,
quia in tali interpretatione non cadit aliqua impropriatio ver-
borum,quæ tñ toleratur vt actus valeat,per ſupradicta. Quæ āt
ſit ratio diuerſitatis cur pactum de non ſuccedendo factum pa-
tri ſuper eius hæreditate non valeat ſine iuramento,ſecus vbi fit
pactum alteri fratri patre conſentiente.Dico ꝙ rō eſt,quia qñ fit
patri ſolum continet remiſſionem aut repudiationem hæredita
tis viuentis,ſed hæreditas viuentis ſicut pacto non datur,ita nec
remittitur,vt per Deci.in l.pactum quod dotali.C.de collat.Sed
quando fit pactum fratri conſentiente patre dicitur factum pa-
ctum de hæreditate patris certo modo diſponenda,reuocabili-
ter tamen ſi pater in eadem voluntate perſeueret, & ſic non dr
tunc hæreditas pacto dari,quia intelligitur pactum in caſu quo
datur hæreditas a lege patre inteſtato decedente. Grationopo-
li.8.Aprilis.1540.Aymo Cranetta de Sauiliano.I.V.Doct.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum dupliciter agi poteſt, criminaliter & ciuiliter, &
quando dicatur agi criminaliter aut ciuiliter.*
2 *In crimine priuato pro quo ciuiliter agitur poteſt iudex in eo
dem proceſſu condemnare reum etiam pro crimine.*
3 *Fur relaxari non debet niſi furto reſtituto,licèt ciuiliter actū
non fuerit ad furti reſtitutionem.*
4 *Accuſatus de aliquo crimine poteſt accuſatorem reaccuſare,
quando proſequitur ſuam vel ſuorum iniuriam.*
5 *Teſtis falſum deponens in cauſa ciuili poteſt puniri crimina
liter per iudicem cauſa.*

CONSILIVM LIII.

¶ Pro nobili Hugone Boniparis theſaurario generali patriæ
Prouinciæ.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato.No-
bilis Hugo Boniparis dñs de Magnam the
ſaurarius patriæ Prouinciæ diffamatus de
crimine vſurarū per reos conuentos in mo-
dū exceptionis, proteſtatus fuit de iniuria
& petijt ēt ſuper iniuria ius & iuſtitiam ſi-
bi miniſtrari. Quæritur an eodē proceſſu
debeant rei conuenti pro iniuria condēna
1 ri,ſi talis diffamatio indebita & iniurioſa probetur. ¶ †Breuiter
puto ꝙ ſic,nā pro iniuria agi pōt ciuiliter & criminaliter.Rom.
in conſ.97.ad fi.criminaliter qñ concluditur ad pœnā fiſco ap-
plicandam,& tunc venit imponenda pœna arbitraria,& pōt iu
dex arbitrari pœnam corporalē vel pecuniariam fiſco applicā-
dam.Aufr.in deci.Toloſ.q.145.circa fi.per text.cum glo.in §.in
ſumma,Inſti.de iniur.ciuiliter duobus modis. Primo qñ agitur
ad perſecutionem damni per iniuriam dati aut ad perſecutionē
rei familiaris per iniuriam ablatæ ſeu occupatæ. In actione.n.in
iuriarū venire pōt reſtitutio rei & ēt intereſſe. Bart.in l.itē apud
Labeonem.§.ſi quis bona.ff.de iniu.Inn.in c.contingit,de ſentē.
exc.Capel.Toloſa.q.145.addo Ange.in conſ.250.dña Liberina.
col.1.ver.2.pōt probabiliter dubitari.Secundo qñ ſolum agitur
ad vindictam & ad æſtimationem iniuriæ datæ, puta ſi quis di-
cat ſe maluiſſe perdere magnam pecuniarum quantitatē potius
quàm iniuriam talem ſuſtinuiſſe,vt declarat Bar.in l.prætor edi
xit.§.ſi dicatur.ff.de iniur. ¶ Rurſus qñ concluditur in actione in
iuriarū ad emendā honorabilem, agi vr̄ ēt ciuiliter & quaſi ad
perſecutionē ſeu reſtitutionem honoris, veluti qñ agitur ad re-
ſtitutionem rei familiaris, licèt reſpectu facientis emendam cri
men ſapiat.Ideo iſtud crimen iniuriarum dr̄ priuatū, quia eius
actio qñ ciuiliter intentatur, concernit vtilitatem priuatā partis
iuxta not.in l.fin.ff.de priua.delict.& in rubri.ff.de pub.iudi.vbi
Bar.Immo ēt qñ criminaliter agitur dr̄ crimen priuatum. l.fi.C.
de iniur.gl.in l.fi.ff.de priu.delic. quam ſequitur Bal.in c.1.§.in
iuria,col.1.ver.an accuſatio,de pac.iur.fir.vbi Bal. tenet ꝯ Bart.
& idem Bal.in l.aduerſus. C.de fur. cuius Bald.opin.dicit eōem
2 Rom.in conſi.152.præſens accuſatio.col.1.† Sed quando crimē
eſt priuatum & non agitur ad pœnam criminalem,videtur ꝙ iu
dex cauſæ ciuilis poſſit in eodem proceſſu condemnare etiam
pro tali crimine,ita videtur eſſe de mente Bal.in l. Quod euitan
di. C.de conditi.ob turp.cauſ.dum refert intellectum Nicol.de
Mat.Et licèt dicat primam lectur.eſſe veriorem, tamen loquitur
quando agitur pro crimine criminaliter,ſed hic agitur ciuiliter
vt ſupra declaraui,quia non fuit petitum ius & iuſtitiam mini-
ſtrari parte fiſci aut ad eius vtilitatem, ſed parte ipſius nobilis
Boniparis,& ad eius vtilitatem.¶ Secundò principaliter proba-
ri videtur iſta concluſio, nam doctores loquentes an ex eodem
proceſſu ciuili poſſit aliquis de crimine puniri,dum concludūt
ꝙ non,loquuntur quando ſuper crimine actum non fuit, ſed il-
lud incidenter apparuit vt declarat Bal.in l.mercalem. C.de cō
di.ob turp.cauſ Sed hic ſtatim oppoſita exceptione iniurioſa de
vſuris, facta proteſtatio iniuriarum deinde petitum fuit ſuper
iniuria ius & iuſtitiam miniſtrari, ideo ſuper ipſa iniuria vide-
tur pronunciandum maximè conſiderato reſcripto regio ad cū
3 finem impetrato.¶ †Tertiò nos videmus ꝙ captus pro furto rela
xari non debet niſi furto reſtituto, licèt ciuiliter actum nō ſit ad
furti reſtitutionem.§.oportet enim.in Auth.vt iudi ſine quoquo
ſuffr.& §.illud videlicet.circa fi.tit.in Auth.vt lic.matri & auiæ.
Bal.in d.l.quod euitādi. & in conſ.497.dubium.lib.5.quod pro
cedit,licèt procedat iudex per inquiſitionem.Bal.in conſil.251.
poſito.lib.4.immo ſi iudex per negligentiam non faciat reſtitui
factum parti, ipſe tenetur inſolidum. Bald.in l.mancipia. C.de
fur.Aufr.in deci. Tholoſ.q.22.in fi. ſed iſti reconuenti præſuppo
ſita diffamatione indebita,ſatis dicuntur fures honoris & bonę
famæ ipſius nobilis Hugonis,ideo curiæ manus euadere non de
bent ante factam reſtitutionem ipſius honoris & bonæ famæ,
per emendam honorabilem & ſatisfactionem æſtimationem in
4 iuriæ.¶ †Quartò iſta concluſio videtur probari per tex.in l.negā
da.C.qui accuſa.non poſſ.vbi accuſatus de aliquo crimine po-
teſt reaccuſare accuſatorem in pari vel minori crimine, quan-
do perſequitur ſuam vel ſuorum iniuriam, a fortiori diffamatus
de crimine vſurarum poterit in modum defenſionis petere,vt
5 temerarius diffamator iniuriam ſatisfaciat.¶ † Quintò nos vide
mus ꝙ teſtis falſum deponens in cauſa ciuili poteſt puniri crimi
naliter per iudicem ipſius cauſæ iuxta not.per doc.in l. nullum.
C.de teſtib.& in l.penu.C.de prob.quod procedit etiam contra
clericum deponentem coram iudice ſeculari quem punit iudex
ſecularis in bonis vel diſtinguendo eius fideiuſſorem ſi verò fa-
cienda ſit executio in perſonam,illa reſeruatur epiſcopo. Cy.in
d.l.nullum.ſequitur Fed.de Senis in conſi.93.Factum quod pro
ponitur.colu.3.circa med.a fortiori poterit iudex ciuiliter con-
demnare iniurioſum diffamatorem in cauſa vertente coram ip-
ſo iudice,& ita de iure reſpondeo ſaluo ſaniori iudicio. Gratio
nopoli.2.Aprilis.1540. Aymo Crauetta de Sauiliano iuriſconſ.

SVMMARIVM.

1 *Demanium non conſideratur in caſtro ſolito infeudari, ſeu ca-
ſtrum ſolitum infeudari non dicitur eſſe de demanio.*
2 *Rex donationes facere poteſt regiam dignitatem grauiter non
lędentes,quas ſucceſſor in regno tenetur obſeruare.*
3 *Subditi inuiti alienari non poſſunt.*
4 *Approbare cenſentur ſubditi infeudationem quando non con-
tradixerunt ſed tacuerunt.*
5 *In mandato generali non venit quod procurator agere quid poſ
ſit contra factum ipſius mandantis.*
6 *In mandato generali non cenſetur cōprehenſum illud per quod
mandans argueretur de fide rupta, etiam quod hoc in man-
dato dicatur.*
7 *Geminatus conſenſus fortius operatur.*
*Geminationis conſenſus tollit remedium l.2.C.de reſc.vend.
ibi,nu.7.*
8 *Regalia & principi reſeruata præſcribūtur per tēpus cuius ini
tij memoria non extat in contrariū, immo concurrente ſcien
tia ſuperioris præſcribuntur ſpatio 40.ann.quæ etiā ſcientia
ceſſante præſcribuntur tanto tempore 40.anno.in odium pri
uatarum perſonarum licèt non in odium principis.*

9 *Pertinentia an probentur ex verbis conceſſionis quando conce*
ditur caſtrum cum ſuis iuriſdictione, paſcuis, bānis, taſquis
cenſibus, montibus, nemoribus &c.
Caſtro conceſſo cum pertinentijs veniunt omnia quæ ſunt in
territorio ipſius caſtri niſi aliter probentur exempta, ſed an
comprehendantur ratione iuriſdictionis tantum aut particu
laris dominij hic vide nu. 9.
10 *Inſtrumenta de antiquo habent vim probationis famæ.*
11 *Inſtrumenta antiqua non ſolum probant dominium, ſed etiam*
poſſeſſionem.
12 *Verba enunciatiua laudi præiudicant partibus quæ non con-*
tradixerunt.
13 *Aſſertiōi iudicis aut arbitrorū creditur quādo eſt veriſimilis.*
14 *Poſſeſſionis probatio ſuper principali trahitur ad acceſſoria.*
Præſcriptio ſuper principali trahitur etiam ad acceſſoria,
ibid. nu. 14.
15 *Inſtrumentis antiquis magis creditur quā teſtibus, quia inſtru*
mentis antiquis lux veritatis aſſiſtit, amplius magis credi
tur inſtrumentis antiquis de decem annis ſolum quàm teſti
bus in quibus ex lapſu 10. annor. præſumitur obliuio.
16 *Dominus male tractās ſubditos an feudo priuetur, remiſſiue.*

CONSILIVM. LIIII.

¶Pro nobili Petro Pugeti domino de Pratis de Bligerijs & de
Chenolla patriæ Prouinciæ.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Quę
rit primò in cauſa nobilis Petri Pugeti dñi
de Pratis an tenuerit infeudatio facta nobi
li Iacobo Pugeti per regem Renatū de Ca-
ſtris de Pratis de Bligerijs & de Chenolla.
1 Breuiter puto ꝙ ſic. primò † quia iſta caſtra
erant ſolita infeudari, & ante infeudata per
reginam Ioannem & donata pro parte per
regem Berengariū, iō non dicuntur eſſe de demanio regni & po
tuerunt infeudari. Soc. in conſ. 4. col. 4. ad fi. ver. ex quibus omni
2 bus lib. 3. ¶ † Secundò, quia pōt rex donationes vel alienationes
facere regiā dignitatem grauiter non lædentes, ad quarū obſer-
uationē obligantur ſucceſſores in regno. c. intellecto, de iureiu.
c. Abbate, de ſen. & re iud. lib. 6. Old. in conſ. 94. Eleganter, colu.
pe. poſt med. verſ. ſed quid in caſu præſenti. Bart. in l. prohibere,
§. fin. ff quod vi aut clam. Sed infeudatio non dī ſimplex aliena-
tio, ſicut dī de manumiſſione ſerui, quia non vī totaliter deſijſ-
ſe eſſe manumittentis, qui de ſeruo factus eſt libertus, ita Oldr.
in conſ. 159. Ex præſenti themate, circa fi. ūn videmus ꝙ ēt præla
tus pōt infeudare bona eccleſiæ ſolita infeudari. ca. 2. de feudo,
Anch. in conſ. 156. Propter tria. col. 1 verſ. dixi ſecundò. ¶ Tertiò,
poſito & non conceſſo, iſta caſtra fuiſſent de demanio regni ad
huc potuiſſent infeudari, qñ ea tali infeudatione dignitas regia
grauiter non læditur, ēt ſi iſta bona non eſſent ſolita infeudari.
Quod probatur rōne neceſſaria, nam qñ bona ſunt ſolita infeu-
dari, pōt princeps ea Infeudare licet ea tali infeudatione digni-
tas regia grauiter lædatur, vnde videmus magnos principes in-
feudare ducatus & marchionatus ſolitos infeudari, ideo iura &
doc. dicētes poſſe principē alienare vel donare qñ dignitas ipſi*
principatus grauiter nō læditur, neceſſariò intelligi debēt, licet
talia bona eſſent de demanio, nec ſolita infeudari, qa ſi ſolita eſ
ſent infeudari aut de demanio eſſent, nō fieret iſta diſtinctio an
dignitas principatus grauiter lædatur vel non, vt patet ex pmiſ-
ſis. ¶ Quartò, poſito & non cōceſſo, iſta bona fuiſſent de dema-
3 nio, tñ doc. non ſimpliciter dicunt † talē alienationē aut infeuda
tionē eſſe nullā, ſed ꝙ fieri non pōt talis infeudatio ꝯ voluntatē
ſubditorum qui inuiti transferri in alium dñm non poſſunt. glo.
in l. inuitus. ff. de fideicō. lib. Bal. in conſ. 324. Quæritur vtrum Pa
pa. col. 5. in conſ. 326. Rex Romanorum. col. 2. lib. 1. & in conſil.
410 Quæritur vtrum dñs. col. 3. lib. 5. Pau. de Ca. in conſ. 70. quia
fruſtra diſputaretur. col. 3. circa fi. verſ. ſed & poſito, li. 1. Iaſ. in l.
Gallus. §. & quid ſi tñ, col. 17. ff. de lib. & poſth. & in l. debitorū.
col. 5. C. de pact. Deci. in c. 1. col. 4. de prob. Soc. in d. conſi. 4. col.
5. lib. 3. Cur. Iunior in conſi. 174. col. 4. & pen. ad fi. Ripa lib. 2. re-
ſpon. de reſcrip. c. 25. vbi latè Sed ſubditi nunquam ꝯdixerunt in
feudationibus factis per reges Berengarium Renatum & regi-
nam Ioannā, immo tales infeudationes facto ipſo approbaue-
runt per tempus antiquiſſimum & immemoratū obediendo ip
ſis dñis in quos tales infeudationes factæ fuerunt. l. Paulus re-
4 ſpondet non tñ verbis. ff. rem rat. habe. immo † ex eo ſolum ꝙ
non contradixerant talibus infeudationibus, cenſentur eas ap-
probaſſe, ſicut dicitur de eo qui non contradixit ſententiæ latæ
ꝯ eum. l. 1. de poſtu. l. 1. C. ſi ſæpius in inte. reſti. poſtu. c. ꝙ ad con
ſultatiōnem, de re iud. facit Abb. in conſi. 18. col. 4. ver. tertiò di-
xi. lib. 2. & quod ſcribit Ang. in l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quan. app. ſit
de exempto qui patitur ſe deſcribi in eſtimo, ꝙ tacendo ſibi præ
iudicat niſi appellet intra decem dies de quo per Moder. in l. fal
ſo. C. de diuer. reſcript. & in c. cum acceſſiſſent, de conſtitut. Sed
magis in terminis adduco Deci. in c. ſuper eo, col. 3. in fi. ver. nec
obſtat ꝙ tacens, de offi. deleg vbi ꝙ tertius de cuius præiudicio
agitur, præſens & tacens in conceſſione principis cenſetur con-
ſentire. quod tamen dictum ſimpliciter non admitterem ſi ex cō
iecturis apparere poſſet ꝙ metu reuerentiali principis taceret
quis. Sed hic res videtur ſine dubio quia vltra taciturnitatem in
teruenerunt actus plurimi longiſſimi temporis ipſorum ſubdi
torum iurando fidelitatē & obediendo ipſis infeudatis, & quia
contradicendo poterant impedire, per no. in l. quæ dotis. ff. ſolu.
mat. ¶ Quintò, poſito & non conceſſo, ꝙ caſtra prædicta fuiſſent
de demanio ipſius regni, tñ non licuit procuratori regio petere
vt ipſa caſtra auferantur ipſi nobili Petro Pugeti & regno vnian
tur, quia hoc modo venit procurator contra factum & manda-
tum expreſſum ipſius regis & dñi, nam sereniſſimus & moder-
nus rex Franciſcus donauit iſta bona mag. do. Guigoni Guifre-
di d. de Bottieres, cū quo poſtea compoſuit ipſe nobilis Petrus
Pugeti cui bona ſua remiſſa fuerunt pretio quingentorum ſcu-
torum, quæ cōpoſitio & remiſſio expreſſe fuit approbata per ip
5 ſum regē Franciſcum. † Ideo in mandato generali conceſſo pro
curatori ipſius regis non cenſetur data poteſtas veniendi ꝯ fa-
ctum ipſius regis. l. ſi hominem. ff manda. Barto. in l. ambitioſa,
col. 4. ver item ratione arbitrij. ff. de decr. ab ordi. fac. vbi inquit
ꝙ illi qui habent arbitrium a ciuitate, non poſſunt aliquid face
re quod ſit contra ſtatuta populi a quo habent poteſtatem. nec
6 † in generali mandato conceſſo procuratori cenſetur cōprehen
ſum illud per quod rex mandans argueretur de fide rupta. An-
cha. in conſi. 366. videtur primò cōitatem, & in con. ſeq. Iaſ. in l.
ſi procurator, col. 3. ff. de condi. indeb. ¶ Amplius, ſi in mandato
fieret ſpecialis mentio veniendi contra fidem ipſius mandantis,
adhuc idem videretur, quia temerarium eſt venire contra fidem
datam, ita Pau. de Caſtr. in conſi. 295. Viſo ſupra ſcripto puncto.
col. pen. lib. 1. itaque non potuit procurator generalis venire cō
tra voluntatē expreſſam ipſius principis mandantis ſine aliquo
ſpeciali mandato. ¶ Sextò conſidero ꝙ circa infeudationes ſeu
alienationes iſtorum caſtrorum adeſt duplex & geminatus con
ſenſus, immo triplicatus moderni principis & regis. Primò dū
declarauit intentionis ſuæ non eſſe nec fuiſſe vt reuocentur alie
nationes ſeu infeudationes factæ per antiquos principes ſeu co
mites prouinciæ antequam comitatus eſſet vnitus coronæ Frā-
ciæ. Secundò dum iſta caſtra & iura fuerunt remiſſa præfato do.
de Bottieres. Tertiò dum fuit approbata remiſſio ipſorum bo-
norum facta per ipſum dominum de Bottieres ipſi nobili Petro
7 Pugeti vt ſupra oſtendimus, ex qua † geminatione ſeu verius tri-
plicatione conſenſus roborati & confirmati videtur omnino &
fortius ius ipſius nobilis Petri Pugeti. l. cū fidem. C. de non nu.
pec. & l. ſi mulier. C. ad Velleia. Qua geminatione conſenſus ita
ſtante læſio aliqua allegari poteſt. Ideo tunc ceſſat remedium l.
2 C. de reſc. vend. Abb. in conſi. 76. col. pen. in 2. dubio lib. 3. Pau.
de Caſt. in conſi. 386. Factum ſic ſe habet. col. 2. ad fin. lib. 2. De-
ci. in conſi. 181. col. 5. ad fi. & in conſi. 516. col. fin. ver. & præſer-
tim iſta concluſio. facit Bal. in conſi. 464. Videamus. col. 2. libr. 3.
vbi quòd ſtante geminatione contractus ceſſat omnis præſum-
ptio ſimulationis, de hoc tamen an remedium d. l. 2. C. de reſc.
vendition. tollatur vbi adeſt conſenſus geminatus, latius alias
ſcripſi quia plerique contradicunt, & doct. fuerunt ſibijpſis con
trarij vt alibi dixi in conſi. 151. nume. 31. ¶ Non omitto quòd le-
gitur etiam facta declaratio ſuper eadem re per Carolum Fran
corum regem sereniſſimum, quia etiam declarauit quòd inten-
debat valere alienationes ſeu infeudationes factas per comites
Prouinciæ ante incorporationem dicti comitatus ad coronam
Franciæ, ideo duriſſimum videretur venire contra eiuſmodi
infeudationes ſeu alienationes toties approbatas. ¶ Septimò
concurrit præſcriptio temporis antiquiſſimi cuius initij memo
ria

ria non extat in contrarium, quia ipſe nobilis Petrus Pugeti, &
eius anteceſſores poſſederunt iſta caſtra per 100. tēpus, quæ præ
8 ſcriptio † ſufficit ad quærēdū etiā regalia aut principi reſeruata.
l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aquis quoti. & æſti. c. ſuper quibuſ
dam. §. præterea, de ver. ſig. quinimmo interueniente ſcia & pa-
tientia principis, pſcribuntur talia iura per tēpus quadraginta
annorū in præiudiciū ipſius principis. Bal. in conſi. 245. Antiqua
qō. lib. 1. & in conſi. 370. Verba reſcripti. col. 2. lib. 3. vbi etiam ꝙ
ceſſante ſcia & patientia principis, pſcribuntur talia iura regalia
ſeu principi reſeruata ſpacio 40. annorū in præiudiciū priuata-
rū perſonarum licèt reſpectu principis requiratur tempus cuius
initij memoria nō extat in contrariū ceſſante eius ſcia & patien
tia. Ex quo capite præſcriptionis res vř extra oēm dubitationē.
9 † Secundò principaliter quæritur quia donatio facta per comitē
Berengariū nobili Laurentio de Pratis & venditio facta per no
biles de Grimaldis nobili Reymūdo Pugeti, & infeudatio facta
per regē Renatū loquūtur de caſtro de Pratis cū ſuis iuriſdictio
nib. paſcuis, bannis, taſquis, cēſibus, mōtibus, nemoribus, defen
ſionibus, &c. An probetur eiuſmodi iura & bona fuiſſe & eſſe
de pertinentijs ipſius caſtri de Pratis & poſſeſſa p dictū nobilē
Reymundū Pugeti cuius teſtamento innititur ipſe nobilis Petrus
Pugeti. ¶ Super qua qōne puto reſpōdendum ꝙ ſic. Primò, quia
iſta bona ſunt in territorio ipſius caſtri de Pratis, ideo cōprehen
duntur in conceſſione facta de ipſo caſtro cū pertinentijs niſi
aliter probent̃ exēpta. And. de Iſer. in c. j. §. quidā tñ. col. j. ver. ca
verò, de contro. inter maſ. & fœmi. facit etiā nā quicquid ē intra
fines comitatus, præſumitur eſſe de comitatu. Bald. in l. inſulæ. ff.
iud. & in rub. C. de cōtrah. emp. q. 2. Soci. in conſ. 166. col. 5. uerſ.
tertia concluſio. libr. 5. Deci. in conſil. 517. ad fin. ergo iſta bona
quæ ſunt intra fines ipſius caſtri, præſumuntur pertinere ad ip-
ſum caſtrum. ¶ Secundò probatur iſta concluſio, nam aliud eſt
an concedatur caſtrum cum ſuis iuribus, & pertinentijs ſine
alia expreſſione aut ſpecificatione talium iurium & pertinen-
tiarum, aliud an concedatur caſtrum cum ſuis iuribus & perti-
nentijs in ſpecie declaratis & expreſſis prout hic, vbi facta eſt
expreſſio de nemoribus, montibus, paſcuis, defenſiuis, &c. quo
caſu bona ita ſpecificata & quæ reperiuntur intra fines, & terri-
torium ipſius caſtri, præſumuntur ad ipſum caſtrum pertinere.
Aretin. in conſi. 164. Magnifici. colum. j. ver. primum probatur.
Curt. iunior in conſil. 140. columna. fi. & in conſi. 184. col. 3. poſt
med. ſed in caſu noſtro iura & bona pertinentiarum fuerunt in
ſpecie declarata & expreſſa, ergo &c. In hoc tamen non facio
magnum fundamentum quia Curt. iun. fuit ſibi contrarius in
conſi. 158. col. fi. ver. tertiò poſſunt intelligi. vbi quòd licèt ſpeci-
ficentur bona, nō tamen infertur ad probationem feudi aut do-
minij, ſed iuriſdictionis tantum. idem voluit deciſio Neapoli.
Deciſ. 267. aut ſaltem videretur neceſſaria ſpecificatio bono-
rum per confines ex his quæ ſcribit Brunus in conſi. 1. Ego ta-
men in hac materia latius alias ſcripſi in cauſa dominorum Lia
gnaſchi contra ſubditos, vbi teneo ꝙ talis ſpecificatio iurium
& pertinentiarum probet contra concedentem & eius ſucceſſo
res, rurſus contra eum cui conceſſio facta ſit & habentes cau-
ſam ab eo, ſed non contra tertium qui eſſet in poſſeſſione taliū
iurium ſeu quaſi. Idē ſi tertius non ſit in poſſeſſione niſi probet̃
ſaltē præſumptiuè ꝙ talia bona ſemper fuerint de iuribus & p
tinentijs caſtri. Amplius ſpecificatio iurium non videtur ſuffice
re etiam vbi alias videretur ſufficere quando dicitur de talibus
iuribus pertinentibus ad caſtrum, niſi probetur quòd ad caſtrū
pertineant, quia illud participium pertinentibus reſoluitur in
relatiuum & verbum. id eſt, quæ pertinent, debet ergo proba-
ri ꝙ pertineant, contra ipſum tamen concedentem talia verba
videtur ſufficere ex quo uendit omnia iura quæ ſunt intra confi
nes caſtri ¶ † Tertiò arguitur ſic. inſtrumenta de antiquo habēt
20 vim probationis famæ. Bal. Sal. & Pau. de Caſt. in l. cum aliquis.
de iure delib. Soc. in conſ. 89. In cauſa agitata inter Iacobum. co.
3. ver. præterea iſta concluſio. lib. 1. & in conſi. 194. columna pe.
uer. ſed ad primum reſpondetur. lib. 2. Per famam autem proba
tur dominium in antiquis. c. cum cauſam. vbi Deci. in 5. nota. de
proba. doc. in d. l. cum aliquis, & in l. admonendi. ff. de iureiur.
& de inſtrumētis antiquis in terminis noſtris tradit Are. in conſ.
264. Magnifici. col. pen. ad fin. uerſ. ſi in iſti nobiles. ergo ſatis vi
detur probari bona & iura expreſſa in dictis inſtrumentis anti-
quis pertinere ad ipſum caſtrū de Pratis. Quæ probatio clarior
arguitur ex inſtrumētis locationū ex quibus apparet talia bona
ſeu iura fuiſſe locata per ipſos nobiles & dños de Pratis tanquā
21 de pertinentijs ipſius caſtri. Ex quibus † inſtrumentis ita antiqs
non ſolum probatī dñium ipſorū de Pratis, ſed etiam poſſeſſio.
Pau. de Caſt. in conſi. 81. In cauſa quæ vertitur inter Reuerendū
patrem. col. 2. ad fi. ver. patet etiam ex inſtrumento. lib. 5. Deci. in
conſi. 36. col. 4. & in conſi. 302. colum. 3. poſt med. ver. & in d. in
ſtrumento conceſſionis. Cur. iun. in conſi. 90. col. fi. verſic. ſuper
hoc laborat Panor. libro. 2. Amplius dico ꝙ probatur poſſeſſio
prout eſt facti ex ſolo inſtrumento ēt non antiquo. Old. in conſi.
199. Pro fundamento. col. 2. ¶ Quartò probatur dñium & poſ-
ſeſſio talium bonorum & iurium ex uerbis laudi prolati inter
nobilem Iacobū Pugeti, & ipſos homines de Pratis, in quo lau-
do enunciat̃ ipſos dños de Pratis ſolitos eſſe percipere cōmoda
22 taliū iuriū & bonorū, quæ verba † enūciatiua laudi præiudicant
ipſis hoibus de Prato, qui non contradixerunt. Barto. in auth. ſi
quis in aliquo documēto, ad fi. C. de eden. Imol. & doc. in. l. ſciā
dum. ff. verb. ob. Cor. in conſi. 17. col. j. ad fi. lib. j. & in conſi. 255.
col. j. poſt med. lib. 2. Deci. in conſi. 13. col. 6. verſi. 5. hoc deduci-
tur, nam præſumptio eſt pro arbitris ita aſſerentibus niſi probe
tur contrarium. Pau. de Caſtr. in conſi. 19. Suprascriptæ exce-
ptiones ſatis cauilloſæ. col. j. lib. j. & in terminis de verbis enun
ciatiuis laudi aut arbitratoris, ꝙ præiudicent præſentibus & nō
contradicentibus tradit Abb. in cōſ. 40. col. fi. lib. 5. Veronen. in
23 conſi. 63. col. 3. & 4. Et maximè † credi debet tali aſſertioni arbi-
trorum, quia eſt verſimilis ex præſumptionibus ſupra memora-
tis, cuius veriſimilitudinis ratione creditur aſſertioni iudicis
aut arbitri, vbi alias non crederetur. Anch. in cōſ. 277. Ex prædi-
cta facti narratione. col. fi. quod eſt repetitum. in conſi. 439. fa-
cit idem Anch. in conſi. 436. In his dubijs. col. 2. verſi. quorum di
cto. Aret. in conſi. 160. col. 3. verſi. intentio tamen Bald. ¶ Quintò
24 † cum iſta bona ſeu iura dicant̃ eſſe de pertinentijs caſtri de Pra
tis, & ſic ſint acceſſoria ipſius caſtri & præfatus nobilis Reymū-
dus Pugeti dicat̃ ſine dubio poſſediſſe ipſum caſtrum de Pratis,
ergo præſumitur poſſediſſe etiam omnia acceſſoria ipſius caſtri
iuxta no. in l. 3. in prin. ff. de acquir. poſſ. & quod pulchrè ſcribit
Bal. in conſi. 439. Amplius. col. pe. circa fi. lib. 3. vbi ꝙ præſcriptio
in principio trahitur etiā ad acceſſoria, & tñ præſcriptio reqrit
poſſeſſionē. l. ſine poſſeſſione. ff. de vſucap. & ſic loquitur Bald.
in terminis noſtris. Idem tradit Bar. in l. de quibus, col. 2. ff. de le
gibus, vbi ꝙ pſcribens fundum cēſet̃ etiā præſcribere ſeruitutē
ad ipſum fundū tanq̃ acceſſoriam per l. ſi alienas. §. j. de vſuca.
tradit Iaſ. in conſi. 185. col. 3. in fi. lib. 2. doc. in l. qui fundum. §.
j. per illum tex. ff. de vſuc. Rom. ſin. 479. Tu habes regulam, quic
quid aliter dixerit Soc. in l. multa, in primo no. ff. de condi. & de
25 mon. ¶ Non obſtat † ꝙ aliqui teſtes patris aduerſæ auſi fuerint
contrarium deponere, quia vbi ſumus in antiquis, magis credi-
tur inſtris q̃ teſtibus etiā deponentibus de fama, quibus inſtris
antiquis lux veritatis aſ iſic. Bald. in conſ. 509. Ad ſciendum. in
prin. li. 4. Quinimmo ēt in factis antiquis decē annorum, magis
credit̃ inſtris q̃ teſtibus, quia in teſtibus pſumit̃ obliuio ex lapſu
decē annorum Bal. in conſi. 37. Quidam tabellio. circa fin. lib. 5.
Quinimmo in talibus teſtibus præſumit̃ falſitas quia deponunt
rem non veriſimilem & contra veritatē tot inſtrumentorū tam
antiquorū. Abb. in c. quia veriſimile, in fi. per illū tex. de pſum.
26 Tertiò † principaliter quærit̃ pſuppoſito citra pīudiciū veritatis
ꝙ ipſe nobilis Petrus Pugeti ſubditos ſuos malè tractauerit, an
ex hoc debeat feudo priuari. Breuiter puto ꝙ non, ex his q̃ latè
ſcripſi in conſilio reddito pro nobili Ludouico Saluagni dño
Chalarij ad quod me remitto. Grationo poli. 5. Aprilis. 1540.
Aymo Crauetta de Sauiliano iuriſconſultus. Iſta cauſa fuit de
ciſa per areſtum curiæ parlamenti Delphinatus. 23. menſis de-
cembris. 1544. per quod arreſtum Dominus procurator regius
fuit repulſus ab eius petitione & concluſione.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio extenditur ad alias perſonas, & ad alios actus quando agitur de præſcriptione iuris uniuerſalis.*
2 *Vniuerſitatis promiſſio aut obligatio præiudicat alijs patiētib. et tolerantibus talem promiſſionē aut obligationem ſeruari.*
3 *Negatio calumnioſa rem dubiam non facit.*
4 *Dictio iurato ſtatur quando ſunt duo dicta contraria.*
5 *Ratificatio tranſactionis ſyndici facta cenſetur per uniuerſitatem ſoluendo ad formam ipſius tranſactionis.*
6 *Conſuetudo an requiratur quod ſit obtenta in contradictorio iudicio, & an ſufficiat contradictio extraiudicialis.*

Conſilium

CONSILIVM LV.

¶ Reſolutiones dubiorum in cauſa Magnifici Domini Guidonis Guiſredi Domini de Bottieres contra Enymondum Girodi.

¶ De eadem materia habetur ſupra in conſi.27.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Re-
uocatur in dubium cauſa Magnifici D.Gui
gonis Guifredi D. de Bottieres circa præſcri
1 ptionē coruatarū, † quæ non videtur exten
denda contra quē non reperitur facta ali-
qua exactio.l.3.§.Iulianus,& §.hoc interdi-
ctio.ff.de iti.actuq; priua.Inno.in c.dilect°,
de cap.mona.& in c.tua,de decimis. Bart.
in l.cum de in rem verſo.in fi.ff. de vſur.Bal.in conſi. 257. Quæ-
ſtio vertens.lib.2.Pau.de Ca.in conſi.412.quia breue ſpaciū, in
fi.lib.j.Sed reſpondeo ꝙ præmiſſa non procedunt qñ agitur de
præſcriptione iuris vniuerſalis,quia talis præſcriptio extenditur
ēt ad alias perſonas & ad alios actus dūmodo non diuerſos ab
actibus in quibus inducta fuit præſcriptio. Old.in conſi.172.q a
oēs.col.fi.verſi.deinde opponit.& in conſi.254.Quia tota.colu.
5.ver.5.opponitur.Rom.in cōſi.368.Præſens,col. fi.Alex.in cōſ.
68.col.5.verſi.non obſtat ꝙ quo onera.lib.2.vbi loquit magis in
terminis noſtris.Soc.in conſi.111.col.fi.ver.ſed diligēter aduer-
tendū, lib.j.licèt de Oldr.mentionē non faciat.In propoſito cū
agatur de præſcriptione iuris vniuerſalis ſeu contra totā vniuer
ſitatem & oēs particulares ipſius vniuerſitatis,operari dēt præ-
ſcriptio etiā contra perſonas quæ nunquā ſoluerunt,nec dr̄ fie-
ri extenſio contra diuerſas perſonas ea quo ipſę comprehēdunt
ſuq vniuerſitate,quæ vniuerſitas cū ſit nomen iuris vniuerſaliter
oēs comprehendens extenditur ēt ad perſonas futuras habiles
ad recipiendum augmentū & diminutionē,ſicut dicitur de hæ-
reditate & dote,iuxta not.per Bar.& doct.in rub.ff.ſol.mat. bo-
nus tex.in l.proponebatur.ff.de iudi. alias ſequeretur vnum ab-
ſordum ꝙ talis conſuetudo nō extenderetur contra naſcituros
ipſius vniuerſitatis, quia poſſent allegare non fuiſſe præſcriptū
contra eos & ſe nunquam ſoluiſſe. Item ſequeretur ꝙ venientes
de nouo ad habitandum in loco eſſent immunes & exempti ab
oneribus, quæ alij municipes ſuſtinent ex cauſa conſuetudinis
aut præſcriptionis, quia ſemper allegarent talē conſuetudinem
aut præſcriptionem eos nō comprehendere, cum nunquam ali
quid ſoluerint,contra tex.in l.incola.ff.ad municip. qui tex.ge-
neraliter loquitur de omnibus publicis muneribus. Iſte enim
Enymundus Girodi transferendo domicilium in locum ſancti
Vincentij videtur ſe obligaſſe ad omnia onera ad quæ tenentur
alij de ipſa vniuerſitate.d.l.incola.ff.ad munici. ideo ex tali trāſ
latione domicilij cauſata fuit obligatio legalis ad onera corua
tarum virtute conſuetudinis, quæ dicitur lex non ſcripta, con-
tra quam obligationem non potuit præſcribere ob malam fidē
cauſatam ex iuris errore, vt latè probauimus in prioribus alle-
gationibus.Et vbi præſcribere potuiſſet, neceſſaria fuiſſet præ-
ſcriptio ſaltem triginta annorum, vt oſtendimus in dictis alle-
gationibus. Sed in terminis noſtris adduco Bal.in l.ſi quis diu-
turno.ff.ſi ſerui.vendi.vbi dicit ꝙ pſcriptio iuris realis extēditur
ad omnes,qui ideo præſcripſit iuriſdictionem in aliquo territo-
rio,pōt punire aduenas ibi delinquētes,licèt quo ad eos nūquā
fuerit vſus iuriſdictione.¶ Bene fateor ꝙ ſi alius eſſet i poſſeſſio
ne ſiue quaſi iſtius Girodi quoad iuriſdictionē & alia onera quæ
ab eo petuntur,nō extenderetur præſcriptio aut iuriſdictio con
tra eum,per tex.in d.c.tua,de decimis.tradit Inno.in c.dilectus.
de religio. domi. vbi ꝙ exercens vnum actum iuriſdictionalem
in loco,animo acquirendi iuriſdictionem vniuerſalem, ī totum
videtur acquirere etiam quoad alios actus, dūmodo aliud non
ſit in poſſeſſione generali.ſequitur Abb.in conſi.71.col.2.lib. 2.
Soc.in conſi.7.colum.2.poſt med.in conſi.74. colu.3. poſt med.
2 lib.j. ¶ Secundò principaliter † obligatur ipſe Girodi ad onera
coruatarum ex tranſactione facta inter Dominum Toueti & vni
uerſitatem Sancti Vincentij, per quam tranſactionem vniuerſi-
tas Sancti Vincentij ſe obligauit ad ipſas coruatas, nam poſito
& non conceſſo, homines Sancti Vincentij non fuiſſent obliga-
ti ad ipſas coruatas, tamen promiſſio de præſtando & ſoluen-
do & ſolutiones ſubſecutæ præiudicant omnibus & ſingulis de
vniuerſitate, licèt aliqui tantum particulares ſoluerint. Abb.in
conſi.18.col.2.verſi.3.& vltimo, lib.2.vbi ꝙ imputatur vniuerſi
tati exemptæ ab oneribus cur paſſa fuerit ſolui talia onera p
ipſos particulares, & ſic obligatur tota vniuerſitas ex eius pa-
tientia & tolerantia. Si factum & ſolutiones aliquorum particu
larium tantum præiudicant toti vniuerſitati, quantò magis fa-
ctum & ſolutiones omnium de vniuerſitate præiudicabunt vni
particulari tantum & ſic ipſi Enymondo Girodi.Iſtud tamen in
telligerem quando habitæ eſſent ſolutiones à maiore parte ho
minum ipſius vniuerſitatis ne factum minoris partis toti vniuer
ſitati præiudicet.Immo non præcedente titulo legitimo ad obli
gandum, factum maioris partis non præiudicaret alijs qui tali
facto non conſenſiſſent,cum tale factum obligationis non ſit ſe
cundum naturam officij ad obligandum vniuerſitatem.l.j.§.j.
ff.de magi.conuenien.Bal.in l.per fundum,in fi.ff.de ſerui.ruſti.
præd.Immo.Deci.in conſi.437.col.2. & in conſi.572. col.2.vo-
luit quòd taciturnitas & patientia non obliget vniuerſitatem in
in qua requiritur conſenſus collegialiter. Sed iſtud dictum De-
cij ita ſimpliciter & generaliter non placet,quia in his quæ ha-
bent tractum ſucceſſiuum & quæ per homines vniuerſitatis le-
gitimè congregatos ignorari non poſſunt, ſatis dicitur vniuer-
ſitas legitimè congregata pati & conſentire. ¶ Non obſtat, ꝙ
ex verbis narratiuis ipſius tranſactionis videatur inferri quòd
poſſeſſio domini Toueti non eſſet pacifica circa actionem ta-
lium coruatarum, quia reſpondeo clarè,poſito & nō conceſſo,
dubium fuiſſe tale ius exigendi coruatas, in caſu dubio potuit
ipſa vniuerſitas tranſigere, præiudicat talis tranſactio omnibus
de vniuerſitate etiam qui præſentes non fuerunt ſeu non con-
ſenſerunt ipſi tranſactioni.l. præſes. vbi latè doc.C.de tranſact.
¶ Secundò reſpondeo ꝙ ipſe Girodi de tempore ipſius tranſa-
ctionis nō erat adhuc incola & de vniuerſitate ipſius loci ſācti
Vincentij, quia ponitur in facto ꝙ cœpit habitare in loco San-
cti Vincentij ab annis vigintiquatuor & citra,tranſactio autem
facta eſt ante annos viginti,& ſic ſolum habitauerat annis qua-
tuor in ipſo loco cum decem requirantur ad conſtituendum
domicilium.glo.& doct.in l.lex.cornelia.§. domum.ff.de iniur.
præcedens tamen reſpōſio eſt clarior & tollit omnem dubita-
3 tionem. ¶ Tertiò reſpondeo, † ꝙ licèt hoīes Sancti Vincentij in
verbis narratiuis illius tranſactionis negarent ius coruatarum,
ex tali tamen negatione ius ipſius Domini Toueti non poteſt
dici dubium,ex quo de eius iure clarè apparet per teſtes exami
natos ſuper conſuetudine exigendi coruatas,ex quibus teſtibus
clarè apparet ꝙ illa negatio fuit calumnioſa. Abb.in conſil. 33.
col.2.lib.j.allegat glo.no. in c.fi.de off.delega.lib.6.addo Bald.
in conſil. 383. Primò tria. colum.fin.libr.4. vbi ꝙ negatio facit
rem dubiam, quæ probanda ſit,nō quæ probata eſt.ſed in caſu
noſtro iſta cōſuetudo eſt probata per plurimos teſtes deponen
tes contra ſeipſos,qui ideo fortius probant.c.literas,de pſump.
igitur dubia dici non poteſt talis conſuetudo ex negatione fa-
4 cta in verbis narratiuis tranſactionis.maximè † quia illa nega-
tio non fuit iurata, ideo ſtandum eſt affirmationi ipſorum te-
ſtium cum iuramento.c.ſicut, de teſtib.glo.& doct.in cap.cum
cauſam,de teſtib.Bald. in conſi.486.licèt aſſeſſores.libr. 3. & in
conſi.171 Punctus. lib.5. Alexand.in conſi.74.columna 3.verſi.
poteſt etiam reſponderi,lib.1.Et ꝙ illa negatio eſſet calumnio-
ſa,probatur ab effectu, quia non obſtante illa negatione obliga
uerunt ſed ad onera coruatarum. Profectò ſi coruatæ debitæ nō
fuiſſent, non ſe ad eas obligaſſent.l.cum de indebito.ff.de pro-
bat.maximè quia non fuit allegatum, & minus probatū quòd
Dominus Toueti eſſet homo terribilis,ſolitus facere conceſſio
5 nes & impreſſiones contra ſubditos.¶ Non obſtat † ꝙ non ap-
pareat de aliquo mandato ipſius vniuerſitatis ad tranſigendū,
quia reſpondeo ꝙ illa tranſactio fuit ratificata ex ſolutionibus
ſecutis ad formam ipſius tranſactionis. Spec.in tit.de ſyndico.
ver. ſed pone ꝙ vniuerſitas. vbi ſi vniuerſitas ſoluit expenſas fa-
ctas per ſyndicum non legitimè conſtitutum,videtur ratificare
geſta per eum. ſequitur Alexan. in conſi. 127.col.1. & in conſi.
6 175.in fi.lib.5.¶ Non obſtat † ꝙ conſuetudo allegata pe Domi-
num Toueti non reperiatur obtenta in iudicio contradictorio
quia illud non eſt neceſſarium ſm communem opi.doct.Bald.
in conſi.210.Caſus talis eſt, quidam A.col.2.lib.j.Soci.in conſi.
99.col. 2. verſi.& licèt illa conſuetudo. lib.1.vbi dicit hanc eſſe
communem opi. Corn.in conſi.293.col.3.ad fi.verſi. non enim
obſtat ꝙ non fuit obtenta.lib.j.& in conſi.155.colum. fin.lib.4.
Abb.in conſi. 73.colu. penul. in tertio dubio. lib. 2. Veronenſis
in conſi.31.in fin.Iaſ.in conſi.46.colum.2.lib.1.Poſtremò conſi-
dero circa iſtam conſuetudinem ꝙ docto. tenentes eſſe neceſ-
ſarium vt ſit obtenta in iudicio contradictorio, volunt tamen
ſufficere

ſufficere contradictionẽ extraiudicialem, puta ꝙ fuerit contradictũ ſolutioni coruatarũ, & ꝙ inducta fuerit conſuetudo non obſtante tali contradictione prout hic, nã homines ſancti Vincentij cõtradicebãt præſtationibus iſtarũ coruatarũ, qua tñ contradictione nõ obſtante illas promiſerunt per tranſactionẽ. Alc. in conſi. 173. col. 2. poſt med. verſ. rurſus ẽt non conſtat. lib. 6. & licèt tranſactio ſola ſufficeret, tñ poſt ipſam tranſactionem inducta fuit conſueto do ex ſolutionibus longi tpis, ideo contra talẽ conſuetudinem titulatam ſeu titulo tranſactionis roboratam nihil opponi põt. Ex quibus puto abũdè ſublata dubia omnia quæ mota dicebantur contra magnificum dominum actorem, cuius intentio reperitur iuſtificata per teſtes, inſtrumenta & iuris præſumptiones. Et ita de iure reſpondeo, ſaluo ſaniori iudicio. Grationopoli. 20. Martij. 1540. Et ita fuit iudicatum in curia Grayſinodani. Aymo Crauetta de Sauiliano. I.V. doct.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ſine teſtibus non probat.*

2 *Inſtrumentum reprobatur per duos teſtes quando non remanent alij teſtes inſtrumentarij in numero ſufficienti ad validitatem inſtrumenti.*

3 *Inſtrumentum vt reprobetur per teſtes, requiritur quod teſtes ſint omni exceptione maiores. & nu. 9. vbi declaratur.*

4 *Aduocatus non dicitur teſtis omni exceptione maior. & num. 13. vbi limitatur.*

5 *Perſona inſpicitur ad quam effectus, non ad quam verba diriguntur.*

6 *Inſtrumentum non reprobatur per teſtem limitatẽ deponentẽ ſuper tempore, quia potuit res geri alio tempore.*

7 *Inſtrumentum non videtur reprobari quando duo teſtes deponunt contra inſtrumentum & vnus pro inſtrumento. & nu. 15. vbi declaratur.*

Teſtis mortuus iudicatur pro inſtrumento. ibidem nu. 7.

8 *Inſtrumentũ non reprobatur per teſtes ſingulares quãdo quilibet deponit de ſenſu ſuo tantũ quod nõ fuit præſens inſtrumẽto non nominando conteſtes, ſed contrarium dicitur num. 7.*

9 *Inſtrumentum quod reprobari debet per teſtes omni exceptione maiores intelligitur de teſtibus non inſtrumentarijs.*

10 *Teſtes inſtrumentarij eſſe poſſunt etiam inhabiles.*

11 *Præſumptio vbi eſt contra aliquẽ, requirũtur probationes fortiores & efficaciores, immo debent eſſe probationes apertiſſima, & teſtes tales de quibus nulla veriſimilis ſit dubitatio.*

12 *Falſitas dicitur de criminibus quæ occulte committũtur, ideo ad probandũ falſitatem admittuntur teſtes alias inhabiles.*

13 *Aduocatus admittitur in teſtẽ in his quæ per alios facile probari non poſſunt.*

14 *Falſitatis ſuſpicio ceſſat in re modica.*

15 *Inſtrumentum reprobatur per duos teſtes inſtrumentarios licèt vnus teſtis ſit pro inſtrumento, quod tamen intellige vt hic pulchre & ſubtiliter declaratur.*

16 *Inſtrumentum quando habet quinque teſtes cum duo ſufficiãt, ſi tres deponãt contra inſtrumentũ, non ſuſtinetur inſtrumẽtum ex alijs duobus niſi expreſſe deponant pro ipſo inſtrumẽto, quod nota tãquam ſingulare & vtiliſſimum in practica.*

17 *Teſtes deponentes de eorum ſenſu tantum reprobant inſtrumentum.*

18 *Falſitas inſtrumẽti ceſſationis & reuocationis alterius inſtrumẽti arguitur quãdo notarius expediuit in forma ſolẽni inſtrumentũ quod allegatur caſſatum & reuocatũ. Notarius inſtrumentũ edere nõ debet niſi ei cuius intereſt. ibidẽ nu. 18*

19 *Falſitatis ſuſpicio contra inſtrumentum arguitur quando cõtinet non veriſimilia*

20 *Inſtrumẽtum facilius reprobatur ne probet, quàm vt falſum arguatur.*

21 *Inſtrumenti probatio dicitur miraculoſa vt credatur teſtimonio pellis mortuæ.*

CONSILIVM LVI.

¶ In cauſa hæredum Halenæ Selotæ contra hæredes Antonij Curti conſilium deciſiuum vt ſubtiliſsimum in iure, ita pulcherrimum ac vtiliſsimum in practica circa materiam reprobationis inſtrumenti.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Antonius Curti ciuis Grationopolis emit quandam apothecã ab Helena Selotæ & Petro Fraſsini eius marito pretio ſcutorũ. 70. cũ pacto de retrouendendo. Deinde ipſe Curti emptor reuendidit dictã apothecam ipſi Helenæ & Bartolomæo Vachonis eius ſecũdo marito de anno. 1528. & die. 22. Mẽſis Maij. Eadem die reperitur factũ aliud inſtrũm caſſationis & annullationis dictæ reuenditionis inter eaſdẽ partes coram eiſdẽ teſtibus, & notario. Modò hæredes dictæ Helenæ vendicant ipſam apothecã vt ſupra reuenditã, quæ adhuc poſsidetur per hæredes dicti Antonij Curti. Excipitur contra illam reuenditionẽ de inſtr̃o caſſationis & annullationis ipſius reuenditionis. Replicatur ꝙ illam caſſationẽ de falſitate ſuper articulis replicatorijs fuerunt examinati duo teſtes inſtrumentarij, egregius dñs Ioãnes Chantareli aduocatus conſiſtorialis Grationopolis, & Petrus Ollat, qui depoſuerunt ſe nõ recordari de illa caſſatione, & ꝙ de ea recordarentur ſi facta fuiſſet prout recordantur de cõtractu reuenditionis. Quærit̃ an eo modo dicat̃ reprobatũ inſtrumentũ caſ-
cõiter approbata.Bal.in conſi.17.Factum ſic proponitur. col. 2.
circa fi.lib.5.Ioan.Sylua in tertia parte trac.de benefi.q.53.Ro-
chus de Curte in d.tract.in verbo honorificum.q.2.& q.38.dero
gari tñ põt ſolennitati d.c.fi.per conſuetudinem,Imo.in cõſ.132.
3 col.5.circa med.¶Secundum dubium eſt,† nunquid patroni lai-
ci trina vice præſentare potuerint attento ꝙ duo primo & ſecun
do loco præſentati fuerunt inſtituti per Epiſcopum & poſſeſsio
adepta?Breuiter reſpõdeo ꝙ ijdemmet patroni laici non poſſunt va
riare niſi ſemel in præſentatione.Cald.in cõſ.16.an laicus.Roch.
de Curte in d.trac.in verbo honorificum.q.10.ideo non licuit ꝑ-
ſentare trina vice ijſdemmet patronis,quinimmo non pñt patro
ni variare derogatiue vt per ſecundã præſentationem recedatur
à prima,ſed cumulatiue cumulando ſecundã pręſentationẽ pri-
mæ,& tunc ex pluribus præſentatis eligit Epiſcopus magis ido-
neũ.c.cum aũt,de iure patro.gl.& doc.in clem.plures,eo.tit. Ro
chus in d.tract.in ver.honorificum,q.3.ex quibus apparet ꝙ ter-
tia præſentatio fuit nulla,tñ variatio aut cumulatio præſentatio-
nũ fieri nõ põt q̃n iam litigatur inter præſentatos.Cald.in conſ.1.
vt lite penden.Rurſus variari non licèt q̃n patronis laicus iurauit
non variare.Rochus de Curte in d.tract.iuris patro.in verbo ius.
4 q.12.Similiter † non potuit Epiſcopus duos inſtituere in eadẽ ca
pellania,ſed primo loco inſtitutus præferri debet dummodo ri-
te & iuſte fuerit inſtitutus,ẽt ꝙ ſecũdo loco inſtitutus,prius eſſet
adeptus poſſeſsionem.c.capitulũ ſanctæ crucis.vbi plenè no.de
reſcrip.c.qui à cunctis,& c.ſi tibi,de conceſſ.præb.lib.6. cum ſi.
q̃ Iaſ. tradit in l.quotiens.col 3.in 4.limitatione.C.de rei vẽd.Nõ
tñ dico ꝙ prima inſtitutio indiſtincte valeat.Pone enim ꝙ ſit fa-
cta à minori parte compatronorum,certe nõ valebit modo pars
maior indignũ ſcienter non præſentet,vt notat Rochus in d.ver.
honorificũ.q.16.vel pone ꝙ ſit facta inſtitutio nõ ſeruata forma d.
c.fi.de electio.li.6.certe nõ valebit ẽt prima inſtitutio,quia(vt dĩ
xi ſupra)requiritur ꝙ ſit iuſte & rite facta ſcḋm iuris diſpoſitionẽ.
¶Tertium dubium acceſſorium proponitur in ordine, nunquid
Epiſcopus ſeu eius vicarius potuerit valide facere dictas tres in-
ſtitutiones ad præſentationem dictorum patronorum tam varie
præſentantium.Iſtud dubium fuit reſolutum ſupra in ſecũdo du
5 bio,ideo aliter non repeto.¶Quartum dubium proponit,† quia
per fundationem capellaniæ prædictæ præſentandus debet eſſe
presbyter miſſam actu celebrans de genere fundatoris,de parro
chia loci ubi capellania fundata eſt:præſentati autem & inſtituti
non habẽt qualitates prædictas verbis fundationis expreſſas, an
ex hoc præſentatio & inſtitutiones ſecutæ ſint nullę?Breuiter ta-
les qualitates apponi de iure potuerunt de tempore fundationis,
vt no.Domi in c.cum eccleſia, in ultimo no.de reſcrip. quod in-
telligo de conſenſu ſuperioris quando apponitur omnis concer-
nens ſpiritualitatem,ſecus ſi concernat temporalia.Deci.in c.ſi-
gnificatum,col.3.de præben.& dicit Corn.in conſ.318.colum.1.
poſt med.libr.3. ꝙ non poteſt apponi onus ꝙ tales præſententur
ſine conſenſu diœceſani ideo præſentatio facta contra formam
talis fundationis dicitur nulla,in tantum ꝙ epiſcopus nõ poteſt
inſtituendo tali formæ derogare,etiam pro vna vice tantum. Ro
chus de Curte in d.trac.in verbo pro eo ꝙ de diœceſani conſen-
ſu.q.15.quod ſine dubio procedit inuitis alijs cõpatronis. Corn.
tamen in d.conſi.317.lib.3. voluit præſentationem non fieri nul-
lam ex eo quòd fiat contra voluntatem fundatoris.¶Quintum
6 dubium,† quia curatus illius loci ubi eſt dicta capellania, eſt cõ
patronus cum pluribus laicis, an reuerendiſsimus dñs Legatus
Auinionenſis potuerit derogare iuri patronatus dicti curati ec-
cleſiaſtici?Breuiter reſpondeo ꝙ ſi iſtud ius patro.fundatum fuit
per laicas perſonas,& de patrimonio laicorum,dicitur ius patro
natus laicale , nec conſideratur perſona eõ patroni ꝙ ſit clericus
aut eccleſiaſticus,ideo tali iuri patro.Legatus de latere derogare
non potuit,vt no.Rhochus de Curte in d.trac.de iure patr.in ver
bo.ius.q.7.& duabus. qq. acceſſorijs.quod tamen intelligo quã
do ius patronatus eſt acquiſitũ fundatione vel dotatione , ſecus
ſi ex priuilegio aut præſcriptione, q2 tunc Legatus de latere põt
derogare tali iuri pat.laicorũ.Ales.in conſ.74.col.pe.circa fi.lib.
4.Dec.in conſi.117.col.2.in conſi.126.col.2.in conſi.149.colum.
pen.

pe.& in conſi.573.col.2.ſi añetalc ius patrõ.eſſet fundarũ de bo-
nis eccleſiæ diceref eccleſiaſticũ,nõ obſt. ꝙ in eo ſint plures cõ-
patrooi laici,ideo Legat⁹ de latere potuiſſet derogare ut no. Ro
ebũs io loco præallegato.¶Sextum dubiũ nunquid reueren.dñs
Legatus Auinionenſis in totũ potuerit derogare dicto iuri patr.
poſito,ꝙ eſſet ius patr.laicale?Rñdeo ꝙ non de iure cõi,niſi eſſet
acquiſitũ priuilegio aut præſcriptione,vt dixi in proximo dubio,
ſed iſtud ius patr. fuit acquiſitũ fundatione ut narratũ in pũcto.ſi
7 aũt † poteſtas dñi Legati eſſet ampliata p mandatũ ſummi Pon
tificis,ita ꝙ poſſit ea quæ poſſet ſummus Pontifex circa iura pa-
tronatus laicorũ,tunc ita poſſet dñs Legatus ſicut ſummus Pon-
tifex,qa põt Papa plenitudinẽ poteſtatis ita exercere p ſuos Le-
gatos & Vicarios ſicut p ſeipſum.Bal.in conſi.359.Quemadmo-
8 modũ.lib.3.in conſi.457.col.1.ad fi.lib. 5. de ſummo † aũt Pon-
tifice dubium non eſt quin iuri patronatus laicorum poſſit de-
rogare,ut no.Arch.io c.hortamur.71.di.io prin.dñs.io c.2.de p-
ben.lib.6.Deci.in conſi.124.col.fi. Periculoſa tñ vr̃ derogatio &
nimiũ præiudicialis eccleſiæ , quia p eam detrahunt̃ deuoti Chri
9 ſtiani a fundationibus.¶Septimũ dubiũ † an patrooi qui præſen
tauerunt alijs cõpatronis nõ vocatis, ſed cõtẽptis fuerint priuati
poteſtate vlterius pſentãdi p ea vice. Ad iſtud dubiũ patet rñſio
ex ſcriptis ſ in primo dubio ꝙ non, ſi enim non tenẽtur patroni
alios uocare qñ ad eos pertinet ius patronatus ut ad ſingulos,
quõ poterũt priuari iure pręſentandi,nã pœna priuationis impo
ni non debet niſi culpa præcedẽte.l.qui occidit,in ſi.l.ſi putator.
ff.ad legem aquil.l.ſed ſi non data.§.fi.ff.de fideic.lib.l.ſi qua pœ
na.ff.de verb.ſigni.c.quæſiuit,de his q̃ fiunt à maiori par.cap.ſed
culpa imputari non põt patronis ſi non vocauerunt cõpatronos,
quos de iure vocare non tenebant̃.l.Gracchus.C.de adulte.Aret.
in conſi.111.col.fi.ver.cum igitur nondum. ¶Octauũ,& ultimũ
10 dubiũ,† an ſaltẽ dicant̃ priuati iſti patroni iure præſentandi,qa
nulliter præſentauerunt p formã fundationis,per quam cautum
erat vt præſentatio fieret de perſona presbyteri miſſam celebrã-
tis,de genere fundatoris , ac de loco vbi capellania fundata eſt.
Rñdeo ꝙ non,quia patronus qui nulliter pręſentauit põt variare
recedẽdo à prima præſentatione nulla,ut notat Rochus de Cur
te io d.trac.de iure patr.in uerbo honorificum.q.9.& tertia acceſ
ſoria. ſimile videmus in electione quæ cõpetit alicui iure pprio,
quia eligẽs nulliter iterũ põt eligere,ut no.Bar.in l.1.ff. de optio.
leg.no.doc.in l.ſerui electione,in prin.ff.de leg.1.Moder.in l. qui
per ſalutem.ff.de iureiur.valet autem argumentum de electione
ad præpræſentationẽ ut no.Moder.in rub.extra de elect.pro hoc
facit quod tradunt doc.io l.ubi pactũ.C.de tranſac.ꝙ ex actu nul
lo pœna non imponitur,quod tñ qualiter intelligatur latius ali-
bi ſcribo in trac.meo de antiquitate tẽporis,& conſulendo. ¶Ex
quibus concludo ꝙ ſi dñs Legatus nõ habebat poteſtatem dero
gandi dicto iuripatronatus,& illæ præſentationes factæ reperiã
tur minus ritę & iuſtę qđ ex præmiſsis facile cognoſci poterit,
nullam ipſarum præſentationum tenere,ſed poteſtatem conferẽ
di aut inſtituendi ad ordinarium eſſe deuolutum, iuxta tex in c.
vero,& c.eam te,de iure patro.Grationopoli.14.Iunij.1540.Ay-
mo.Crauetta de Sauiliano.I.V.doc.

S V M M A R I V M.

1 *Moram committit obligatus ad factum ſine interpellatione ex*
eo quod non præſtitit diligentiam in faciendo, quod procedit
ubi agitur de intereſſe,ſecus ſi de pœna.
2 *Mora committitur ſine interpellatione vbi adeſt iuramentũ.*
3 *Euictio debetur in donatione remuneratoria.*
4 *Euictio an ideo minus debeatur quod ſcienter quis contraxerit*
ſuper iure alieno.
5 *Caſus fortuitus imputatur quando culpa illum præcedit.*
6 *Culpa imputatur ei qui à principe aliquid non poſtulauit,licèt*
illud reputetur impoſſibile.

CONSILIVM LXIIII.

¶Pro nobili Guilielmo Bardelli domino Montiſrotondi.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato.In pcẽtu ma
trimonij nobilis Magdalenæ de Nepherijs cum
nobili Guilielmo Bardelli dño Montiſrotõdi,ma
gnifica dña Catherina de Claromõte dña de Mi-
ſono volens remunerare ipſam Nob. Magdalenã
ob grata & lõga ſeruitia ac merita ab ea accepta
immunitatẽ & exemptionẽ cõceſsit pro oĩbus prædijs quę ipſe
nobilis Guielmus Bardelli tenebat & poſsidebat in ipſo loco &
territorio de Miſono & quia ipſa dña Catherina ſolum erat vſu-
fructuaria ipſius loci de Miſono , promiſsit procurare quantũ in
ea eſt,ꝙ generoſa dña Franceſia de Boleris dña fundi dicti loci
de Miſono præmiſſa oĩa ratificabit & approbabit deinde mor-
tua eſt præfata dña Catherina de Claromonte,nulla facta diligẽ
tia,quod appareat de ratificari faciendo cõceſsionem immuni-
tatis prædictæ,quæritur an eius hr̃des teneãtur ad intereſſe? ¶Pu
to breuiter concludendũ ꝙ ſic,nam in obligationibus facti poſt
moram ſuccedit obligatio ad intereſſe.l.ſi quis ab alio.§.fi. ff.de
re iudi.l.ſtipulationes nõ diuiduntur,ver.Celſus.ff.de verb. obl.
l.1.in prin.cum gl.ff.de actio.emp. ſed † dña Catharina obligata
ad factum.i.ad procurandum ꝙ dña Franceſia de Boleris rati.fi-
caret & approbaret ipſam cõceſsionẽ immunitatis, fuit ĩ mora,
ex quo nõ probat̃ aliqua diligẽtia nec pcuratio facta de ratifica
ri faciendo,quã tñ diligentiã adhibere tenebat̃ ſine aliqua inter
pellatione ipſorũ coniugũ quibus promiſsio facta eſt.ſatis eſt.n.
ꝙ ſciret ſe obligatã ad faciendũ & curandũ ꝙ ratificatio fieret.
Bal.in c.dño guerrã.§.ad hæc.in tit.hic fin ĩ lea Corra.quod di
ctũ pro notabili & egregio refert & ſequit̃ Alex.in conſi.157.cir
ca prio.lib.6.& in conſi.148.in prin.lib.7.Aret.in conſi.143.col.
4.Iaſ.in l.quod te,colum.8.verſi.ſecundo adduco.ff. ſi cert. peta.
Curt. iunior in conſi. 7. colum.4. Ripa in l.4. §. Caro,colum.23.
num.59.ff.de verb.obli.Alexand.in conſ.152.ad fin. & licèt iſtud
dictũ Bal.mordeat̃ per Deci.in d.l.quod te.ff.ſi cer.pet.& in cõſi.
2.tñ ab impugnationibus Decij vr̃ poſſe defendi,qa in exemplis
Decij in qbus requirit̃ interpellatio,agit̃ de pœna, hic aũt de in-
terreſſe,quod eſt fauorabilius,ideo de vno ad alterũ nõ arguit̃,vt
no.Iaſ.in l.inſulã,col.2.ff. de verb. obli. & in terminis noſtris re-
perio Soc.ita declarantem & diſtinguẽtẽ in cõſ.133.col.1. lib.1.
& dixi in cõſ.192.col 7.vbi latius.q̃ rñſio maximã habet æquita
tẽ,nobilis.n.Magdalena iam impleuerat p parte ſua pſtando ope
ras ſuas ipſi dñæ Catharinæ p tm̃ tp̃s quo caſu mora committit̃
ſine aliqua interpellatione reſpectu interreſſe,quod is pat̃ ꝗ im
pleuit, vt ibi p Soci. quã diſtinctionẽ poſtea reperi tenere Goza-
dinũ in conſi.27.col.3.circa med.¶Ex alio interpellatio non erat
neceſſaria ſi pbari poſsit ꝙ præfata dña Catharina de Claromõ
2 te iurauerit promiſſa per eam obſeruare,qa ex verbis inſtrumẽti
iſtud clare apparere nõ põt , nã ſtante iuramento † interpellatio
alia non eſt neceſſaria,ut no.doc.in c.breui,de iureiur.Moder.in
d.l.quod te.ff.ſi cert.pet.Curt.Iunior & Alexandrinus in cõſilijs
ſupra alleg.Gozadi.in d.conſi.27.col.3.in conſi.31.col.1. in fin.
& in conſi.57.col.3.circa med.ideo videndum eſt ſi probari poſ
ſit per teſtes iuramentum præſtitũ p ipſam dñam Catherinã de
Claromonte.¶Poſtremo cõſidero in oẽm euentũ ꝙ iſta cõceſsio
immunitatis nõ eſt proprie donatio nec proceſsit ex mera libe-
3 ralitate,† ſed ex meritis & ſeruitijs ipſius nobilis Magdalenæ pręe
cedẽtibus,quo caſu tenet̃ ipſa dña Catherina de euictione ſi euin
cat̃ iſta immunitas ab ipſis coniugibus p dñam Franceſiã de Bo
leris proprietariã.Bar.in l.Iulianus.§.qui fundũ.ff. de verb. obli.
& in l.idẽq;.§.fi.ff.mand.Refert & ſequit̃ Alex.in conſi.47. col.2.
ad fi.verſi.cõfirmant̃ prædicta.lib.3. Iaſ.in l.ex hoc iure, col. pen.
in 18.effectu.ff.de iuſti.& iure.in l.ſi nõ ſortẽ.§.libertus,col.6.ad
fin.in 17.effectu.ff.de condi.indebi. & in d.l.Iulianus.§,qui fun-
dum,col.5.uer.ex iſta limitatione.ff.de verb.obl. ¶Sed dicet ali-
4 quis,† iſti nobiles cõiuges ſciebãt iſtud ius cõcedẽdæ immunita
tis ad aliã perſonã pertinere,ergo non videt̃ eſſe locus euictioni
alicui.l.ſi fundũ.C.de euic.ubi ꝙ nõ agit̃ de euictione etiam quo
ad preciũ.no.gl.in c.ad audiẽtiã,de rebus eccle.non alie.Deci.in
cõſi.411.circa fin.Ad iſtud rñdeo , ꝙ illud nõ procedit qñ ſciens
aliter ſibi p pactum prouidit,vt d.l.ſi fundũ:ſed iſti nobiles cõiu
ges hic ſibi p pactũ pUiderũt,nã videntes ius iſtud pertinere ad
pfatã dñam Franceſiã de Boleris,cautũ fuit vt pcuraret ipſa dña
Catherina de obtinendo ratificationẽ & approbationẽ ipſius cõ
ceſsionis, ideo cũ ipſa dña Catherina nõ impleuerit p parte ſua ,
obligata uidet̃ de euictione tãquã euicta re culpa ipſius dñę Ca
5 therinæ.¶Pro quo facit † ꝙ dicimus, licèt quis nõ teneat̃ de ca-
ſu fortuito,pro eo tñ tenet̃ qñ culpa præcedit illũ caſum.l. ſi vt
certo.§.ſed interdũ.l.in rebus.§.1.ff.commoda.l.videamus. §.ſi
hoc.l.ſi merces.§.culpa.ff.loca.l.pen.in prin.ff.ſol.mat. & l. eum
pponas.C.de nau.fœn.itaq; licèt dña Catherina non obligaretur
de euictione regulariter p ea,tñ teneri debet.qa ptigit euictio fa
cto & culpa ipſi⁹ dñę Catherinę.ſi.n. pcuraſſet de habẽdo ipſam
ratificationẽ prout pmiſerat , verſimiliter illã interpretaſſet ob
cõiũctionẽ & amicitiã quã habebat erga ipſam dñam Frãceſiã,

6 & poſito † forte iſtud impetrari nõ potuiſſet, in culpa tñ fuit ip-
ſa dña Catharina, q̃ nõ quæſiuit, an iſtud obtineri poſſet, & ex eo
ꝙ Bal. ſcribit in conſi. 395. pro dño Dinaldo. col. 1. lib. 2. vbi licèt
reputetur impoſsibile ꝙ dependet à voluntate principis, culpa
tñ imputať ei qui à principe illud non poſtulauit & quæſiuit quã
tũ in ſe erat, an illud obtineri poſſet vel non. idem dicit Paul. de
Caſt. in conſi. 433. Viſis omnibus ſupraſcriptis. col. 3. circa med.
lib. 1. Roma. in conſi. 332. col. 2. ſi culpa ei imputatur, qui aliquid
à principe non poſtulauit, quantò magis culpa ſcribetur domi-
næ Catherinæ quæ ratificationẽ non poſtulauit apud priuatam
perſonam coniunctam & beneuolam. Grationopoli. 15. Iunij.
1540. Aymo Crauetta.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes poſt publicatas atteſtationes examinari poſſunt ſuper
eo, ſuper quo pars dimnare non potuit ante publicationem.*
2 *Teſtes recipi poſſunt publicatis atteſtationibus parte non op-
ponente.*
3 *Teſtes recipi debent publicatis atteſtationibus quando produ
cuntur ſimul cum ſcriptura.*
*Minor reſtituitur in integrum ad examinandum, etiam poſt
atteſtationes publicatas. ibidem num. 3.*
4 *Reuocari non debet quod ſi factũ nõ eſſet, de nouo fieri deberet.*
5 *Teſtamentum fuiſſe factum probatur duobus teſtibus licèt ad
probandum ſolenniter illud fuiſſe factum aut ad probandũ
voluntatem teſtatoris ſeptem requirantur.*
6 *Res inter alios acta licèt alijs non præiudicet, probat tamen ita
fuiſſe actum.*
7 *Scire præſumitur inſtrumentum, qui de eo mentionem facit.*
8 *Silentium longum inducit ſuſpicionem contra tacentem.*
9 *Periurus non dicitur iurans falſum quod credit verum, & er-
ror excuſat à periurio.*
10 *Variatio teſtis non vitiat teſtimonium quando fit per errorem.*
*Obliuio præſumitur de facili circa tempus & teſtis deponens
dubitatiue circa tempus fortius probat. ibidem nu. 10.*
11 *Falſitatis præſumptio ceſſat quãdo quis vigore inſtrumẽti quod
falſum allegatur longo tempore ſtetit in poſſeſſione bonorum.*
*Copia inſtrumenti probat quando ſecundum eius tenorẽ fuit ob
ſeruatum. ibidem nu. 11.*
12 *Falſitatis præſumptio ceſſat ex qualitate & bona fama teſtiũ
inſtrumentariorum.*
13 *Falſitatis præſumptio ceſſat ex multitudine & numero teſtiũ,
qui depoſuerunt.*

CONSILIVM LXV.

¶Pro nobili Claudio Clerici de Tullino contra eius ſorores.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Soro
res nobilis Claudij Clerici egerunt petitio
ne hẽditatis ↄ̃ ipſum Claudiũ pro bonis pa
ternis tanq̃ mortu⁹ ſit pater ab inteſtato. ip
ſe Claudius ꝓduxit teſtm̃ nobilis Claudij
Clerici in quo inſtitutus fuit heres vniuerſa
lis, ſed quia inſtr̃m teſti non erat authẽticũ,
fecit examinari teſtes inſtr̃arios, qui depo-
ſuerũt ſuper tenore & veritate inſtr̃i. Verũ legitur factũ teſtm̃ de
no. 1529. & die. 20. Septẽbris, quo tpe teſtator iã erat mortuus, &
tñ teſtes inſtr̃arij dixerunt ipſum teſtm̃ conditũ fuiſſe de tpe ſcri
pto per notariũ, poſtea videns reus erratũ fuiſſe p notariũ circa
appoſitionẽ diei, propoſuit errorẽ notarij, & ꝙ ipſum teſtm̃ con
ditũ fuit die undecima Septẽbris: ſuper quo errore depoſuerũt
ipſimet teſtes primo loco examinati ſe referentes ad quaſdã lite
ras ſeu atteſtatorias notarij, q̃ ante ei⁹ mortẽ atteſtatus fuit ſe re-
cepiſſe inſtr̃m teſti prædicti die vndecima mẽſis Septembris, fuit
ẽt examinatus vnus teſtis inſtrumẽtarius, qui primo loco exami-
natus non fuerat, qui ẽt depoſuit pro ipſo teſtõ. Opponiť p actri-
ces q teſtibus deponentibus ꝓ teſtõ credi nõ debet tanq̃ exami
natis ↄ̃ formã iuris poſt publicatas atteſtationes ob timorẽ ſub-
ornationis, & quia ipſi teſtes dñr varij & periuri, nã primo loco
depoſuerunt p̃ciſe de certa die facti teſti, poſtea repetiti dixerũt
ſe non bene recordari de die, ſed referunt ſe illi atteſtationi nota
1 rij. Quærit̃ quid iuris? ¶Circa primũ † dubiũ, ꝙ iſti teſtes fuerint
examinari poſt publicatas & intellectas atteſtationes, dico illud
nõ obſtare, quia cũ teſtm̃ in veritate cõditũ fuerit, nõ poterat co
gitare pars ſupplicans ꝙ eius ſorores opponerent teſtatorẽ fuiſ
ſe mortuũ de tpe conditi teſtĩ, licèt reperiať erratũ in appoſitiõe
diei, ideo teſtes repeti potuerunt, ẽt publicatis atteſtationibus. c.
2 ex tenore, de teſtibus, vbi doc. ¶Secundò rñdeo † ꝙ pars aduerſa
nõ oppoſuit aduerſus iſtã repetitionẽ teſtiũ, ſed tm̃ obiecit ↄ̃ eo-
rũ perſonas poſt publicationẽ, ideo parte nõ opponente repeti
potuerũt, & repetiti probant. Imo. in cle. teſtibus. de teſtib. Cor.
in cõſ. 27. col. 3. poſt med. li. 3. Iaſ. in l. 1. col. 3. ad fi. ver. tu dic fort⁹.
ff. de ferijs. Quinimmò dico ꝙ nõ ſolũ nõ oppoſuit pars aduerſa
iſti repetitioni aut examinationi teſtiũ poſt publicationẽ, ſed ei
ẽt conſenſit tacendo q̃n propoſitũ erroris fuit admiſſum ad ꝓbã
dũ vt apparet folio proceſſus. 188. q̃ taciturnitas in iudicio vim ha
bet cõſenſus. Bar. in l. vnica. C. de relatio. & eſt tex. in c. 2. de app.
lib. 6. tradũt doc. in l. q̃ dotis. ff. ſol. mat. ſtante aũt cõſenſu partiũ
nõ ẽ dubiũ valere tales atteſtationes. Bar. ĩ auth. at q ſemel, in fi.
C. de prob. Alex. & Iaſ. in l. 1. ff. de ferijs. ¶Tertiò rñdeo, ꝙ ꝓducti
3 fuerunt iſti teſtes poſt eorũ publicationẽ ſimul cũ ſcriptura atte-
ſtationis notarij, ideo vñr probare. c. ſcries, ubi doc. de teſtib. no.
Morde. in l. certi cõdictio. §. q̃n. ff. ſi cer. pet. Alex. in cõſ. 213. col.
fi. lib. 2. & in conſi. 46. col. pe. li. 6. ¶Quartò rñdeo, ꝙ vbi illa repe
titio facta nõ eſſet, de nouo tñ fieri deberet ob minorẽ ætatẽ ip-
ſius Claudij Clerici, qui ppea deberet in integrũ reſtitui aduer-
ſus omiſſam ꝓbationẽ erroris nõ obſtante publicatione teſtiũ. l.
minor. 25. annis omiſſam, ſm̃ expoſitionem gloſ. ff. de minor.
Alex. in l. vbi exigitur. ff. de eden. Dec. in c. licèt cauſam, col. 23. fu
per gl. in ver. poſt ſententiã, de prob. allegat Inn. & Bal. in c. vltra
tertiam, de teſtibus. ideo reuocari non debet † talis teſtium repe
4 titio, ex quo ſi facta non eſſet, de nouo eſſet facienda ex eo, quod
ſcribunt Ang. & Alex. in l. ſi finita, in prin. ff. de dam. infec. vbi ꝙ
tenuta non rite conceſſa reuocari non debet q̃n de nouo eſſet cõ
cedenda, & idem Alex. in conſi. 81. col. 2. poſt med. verſi. & poſi-
to ꝙ dictus Maſarius. lib. 7. idem uoluit Abb. in conſi. 29. in fi. lib.
2. Soci. in conſi. 113. ad fi. libr. 3. & idem Socin. in l. 2. §. volunta-
tem, col. 3. ad fi. uerſi. & ad rationem Aret. ff. ſe lut. matrim. Deci.
in conſi. 191. ad fi. in conſi. 449. colum. 3. & in c. cum ceſſante, ad
fi. de appel. Iaſ. in l. à diuo Pio. §. in venditione, col. 3. ff. de re iudi.
& in l. ſi pacto quo pœnam, in quinto not. C. de pactis. Cor. Iu-
nior in conſi. 128. col. 3. uerſi. accedunt ad confirmationem. Fa-
cit Pau. de Caſtr. in conſi. 472. In cauſa capellæ Iacobi, ad fin. lib.
1. ubi ꝙ captura debitoris non rite conceſſa reuocari non debet
quando de nouo eſſet debitor capiendus. & licèt aliqui teneant
contrarium vt per Deci. in l. fi. colũ. 10. C. de edic. diui. Adr. toll.
ego tamẽ puto iſtud dictum ſine dubio procedere q̃n ex actibus
conſtaret ſine alia probatione de nouo facienda, actum nullum
de nouo eſſe faciendum, ſicut dicimus ꝙ ſpoliatus non reſtitu.ẽ
ante omnia quando ex actis materiæ conſtat de non iure ſuo, &
ſic contra ſpoliatum non admittitur exceptio dominij proban-
di, ſecus ſi iam probatum ſit, & de eo cõſtet ex actib. c. 1. de reſti.
ſpolia. c. ad decimas, eo. tit. Inno. in c. cõſtitutus, de filijs presbyr.
cum ſimi. vt per Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune, col. 16. in
deci. 1 a fallentia. ff. de acqui. poſſ. Soci. in conſi. 82. col. fin. libr. 4.
Deci. in conſi. 195. col. 4. in fin. ſed in caſu noſtro conſtat ex acti-
bus de minori ætate, ergo &c. Rurſus circa dictum puto aduer-
tendum ꝙ actus eſt nullus, quia iudex proceſsit ut priuatus & ex
traiudicialiter parte non vocata, & tunc non poſsit confirmari
actus nullus ex probatione de nouo facienda: aut non proceſsit
iudex ut priuatus ſed parte vocatus, tamẽ omiſsit aliquam iuris
ſolennitatem, & tunc confirmari poſsit actus nullus ẽt ex nouis
probationibus, ſicut dicitur quòd ſpoliatus authoritate iudicis
non procedentis ut priuatus, non reſtituitur niſi cognita de iuſti
tia uel iniuſtitia ſpoliationis. Geminia. in conſi. 146. dominus
Burgenſis. Deci. in conſi. 449. colum. penul. poſt med. ¶Circa ſe-
cundum dubium ꝙ iſti teſtes uideantur periuri, dico ceſſare in
5 eis periurium. & pro fundamento conſidero † quòd licèt ad pro
bandum tenorem vnius teſtam̃ti requirantur ſeptem teſtes, ta
men ad probandum ipſum teſtamentũ eſſe factum ſufficiũt duo
teſtes, iuxta no. per Bar. & doc. in l. 2. C. de bon. poſ. ſecun. tab. ubi
quando agitur de probando ipſo facto, an teſtamentum condi-
tum fuerit, ſufficiunt duo teſtes, ſecus vbi agitur de probando vo
luntatem defuncti & ſic tenorem ipſius teſtamenti, uel ubi agiť
de probando illud ſolenniter factum quando uenientes ab inte-
ſtato confitentur factum quidem teſtamentum, ſed minus ſolen
niter. Pro hoc facit ratio naturalis. ſi n. nolo probare teſtamen-
tum

tum aliquod validum aut ſolenne, ſed ſolũ iſtud factũ ꝙ teſtator
fecit vnum teſtamentum, & ꝙ talis notarius fuit de eo rogatus,
6 quare non ſufficient duo teſtes Pro hoc † facit quod ſcribit Pan.
de Caſt.in conſi.281.In cauſa iſta quinq;.col.pe.ante med. & in
conſi.240.Effectus primi dubij li.1. vbi ꝙ ſentẽtia lata inter alias
perſonas probat inter alios ſic fuiſſe ſententiatũ.idẽ in inſtrumẽ
to,quia ꝓbat inter alios ita factũ inſtrm̃, licèt effectus de quo in
ſententia vel inſtrũ alijs non noceat.allegat Bar.in l.2.C.de eden.
Modò in propoſito, ſi duo teſtes deponant talem feciſſe teſtm̃,&
illud ſcriptum fuiſſe per talem notariũ, ſatis & legitimè probat
iſtud factum,licèt effectus talis teſtamenti alijs non noceat nõ ꝓ
bata alia ſolẽnitate.¶Hoc ita præſuppoſito dico ꝙ teſtm̃ fuiſſe fa
ctũ probat,primò ex confeſſione unius ex ſororibus ipſius Clau
dij videlicet Claudię Clericę uxoris Claudij Pyneti q̃ de anno.
1533. & de menſe Iunij egit contra ipſum Claudiũ Clerici eius
fratrẽ tanquam hæredem uniuerſalem ſui patris ad conſecutio-
nem.800.florenorũ ſibi legatorũ in teſtõ ſui patris pro quo ſcribi
petijt ipſi de Montargiaco notario qui illud recepit & deinde il
lud ꝓduxit & ſuper eo ſentẽtiã retulit in ſui fauorẽ, ex qua re cẽ
ſetur ipſa ſoror approbaſſe teſtm̃ ſui patris & renunciaſſe ſucceſ
ſioni ab inteſtato.l.filio p̃terito.ff.de iniuſto.teſt. l. Clodius Clo-
dianus. ff.de acq.hær.Rurſus probatur per unũ teſtẽ inſtrariũ oĩ
exceptione maiorẽ qui ſemel tm̃ fuit examinatus. itẽ probatur ꝑ
duos teſtes conteſtes,q. depoſuerunt ꝙ magiſter Eynardus Cali-
gnonis maritus vnius ex ſororibus interrogauit vnũ teſtẽ inſtra-
rium Ioannẽ Fortunæ dicendo,nonne fuiſti præſens teſtõ mei ſo
ceri,ergo apparet factum fuiſſe teſtamentum per eius ſocerum,
7 ex quo de eo mentionem fecit, & † præſumitur ſciuiſſe de ip-
ſo teſtõ faciendo de eo mentionẽ.Ang.in l.qui Romæ.§. duo fra-
tres,in 2.q.ff.de verb.obl.Alex.in conſi.39.col.2.ad fi.lib. 2. & in
conſi.118.col.2.ad fi.lib.7.& alibi ſæpe doc. Quartò probatur ꝑ
teſtes qui depoſuerunt dici audiuiſſe à teſtatore,quod fecerat te
ſtamẽtũ in quo inſtituerat hæredẽ vniuerſalẽ ipſum Claudiũ Cle
rici.¶Quintò probatur ex præſumptione iuris qua nemo præſu-
mitur iactare ſuũ.l.cũ de indebito.ff.de proba.l.ſi cũ auri.ff. de
ſol.l.Capanus.ff.de oper.liber.ſed non eſt veriſimile ſi teſtm̃ nul-
lum conditum fuiſſet,ꝙ iſtæ ſorores tanto tp̃e tacuiſſent, immo
taceret adhuc niſi ipſe frater cauſam inchoaſſet petendo exami-
nari teſtes ſuper teſtõ.immo nec nunc quidem oẽs ſorores ſe op
8 poſuerunt huic publicationi teſtamẽti,ſed aliquæ tm̃, ex quo † ſi
lentio tã longo ſuſpicio oritur cõtra partẽ.l.ſi quis fortè.§.j.ff.de
pœnis,& quæ ſcripſi in conſi.75.col.2.poſt med.ex quibus appa
ret ꝓbatũ fuiſſe teſtm̃ eſſe factũ.¶Reſtat videre,an ꝓbetur nunc
factũ eſſe teſtamẽtũ validũ & ſolẽne,& ſic de effectu ipſius teſta
menti.ſuper quo dico & concludo ꝙ ſic,quia fuit probatũ per te
ſtes ſeptẽ inſtrarios,ſolũ reſtat reſpõdere ad obiectionẽ ꝙ videã-
9 tur periuri & varij,ſed dico† nullũ eſſe periuriũ aut variationem,
nam periurus nõ dicitur qui iurat falſum, quod credit eſſe verũ.
c.quanto,de iureiu.c.beatus Apoſtolus.22 q.2.Bal.in l.de tutela.
col.2.C.de in inte.reſt.ſimiliter periurus nõ dr̃ qui aſſerit cũ iura
mento quod nõ vidit,ſed pro certo tenet & credit.Gemina. poſt
Arch.in c.beati.2.q.7.per tex.in c.Iulianus.11.q.3.no.Inn.in c. cũ
cauſam,de teſti.ſequitur Iaſ.in l.certũ,col.2.circa med. ff. ſi cert.
pet.itaq; cũ teſtm̃ ex veritate factum eſſet, vt ſup. oſtendimus nõ
fuerũt periuri teſtes qui dixerunt teſtamentum eſſe factum. & li
cèt falſum dixerint circa diẽ,tñ illud dixerunt per errorẽ, nã ſciẽ
tes teſtm̃ eſſe factum credebant ꝙ notarius appoſuiſſet diẽ qua
conditũ erat nec putabant ꝙ notarius erraſſet circa diei appoſi-
tionẽ,ideo ſicut notarius errauit,in diei appoſitione,ita erraue-
runt & ipſi teſtes credentes ita eſſe,ergo periuriũ conſiderari nõ
põt,ſed error tm̃,qui error excuſat à dolo & à periurio,vt ſup.di-
ximus.Pro quo facit ꝙ ſcribunt Inn. & doc. in c. cũ venerabilis,
de exceptio.vbi Deci.col.15.ver.3.contra iſtã concluſionẽ.vbi ꝓ
ducens inſtrumentum falſum ignoranter, non cenſetur fateri con-
tenta in eo,quia produxit credens ita eſſe prout notarius ſcripſe
rat,& ſic iuſtè quis inducitur vt credat notario.facit quod ſcribit
Alex.in cõſ.92 col.pe.in fi.li. 1.Veronẽ.in cõſ.18.col.2.poſt med.
ver.a.poſito,vbi ꝙ periuriũ nõ cõmittitur ſine dolo, nã periuriũ
cõmitti non ſolet ſine aliqua cauſa aut animo lucrandi aliquid
aut euadendi aliquã pœnã aut incõmodũ, ſed ex tali depoſitio-
ne circa diẽ teſtĩ nihil lucrabantur teſtes nec aliquid amittebãt,
nec intereſſe aliquod prętendere poterant pro hoc quod ſcribit
Marſil.in conſ.97.col.1.vbi ꝙ ceſſat præſumptio falſitatis, qñ ex
ea nullũ quis reportat cõmodũ.idẽ voluit Alex.in cõſ.15.de quo la
tius dixi in cõſi.edito pro nobili dño Sebaſtiano Penſa dño Mar
10 ſiliæ.Pro hoc adduco † Anch.in terminis in conſ.361.Viſa plena
facit narratione.col.2.vbi ꝙ variatio teſtis non vitiat teſtimoniũ
qñ cõmittitur variatio ꝑ errorẽ nõ ex dolo,ſed iſti teſtes nõ varia
rũt circa diẽ ex dolo aliquo,ſed per errorẽ vt ſup.oſtendimus, &
maximè cõſiderari debet error in caſu noſtro attenta longitudi
ne tp̃is annorũ quaſi decẽ,in quo tp̃e de facili præſumitr̃ obliuio.
Inn.Io.And.& doc.in c.qualiter & qñ,el 2.de acc.Barth.Veronẽ.
in conſ.5.col.3.Cor.in conſ.324.col.5.lib.3.& iſtud videmus ex-
perientia ipſa, quia lapſo menſe vix recordari ſolemus de die
actus geſti.ideo dicit Alex.in conſ.65.col.2.lib.2.ꝙ teſtis qui de-
ponit dubitatiue de tp̃e., magis probat q̃ deponens affirmatiue
aut pręciſe.¶Amplius dico ꝙ nõ ſolũ pręſumere debemus teſtes
ita dixiſſe per errorẽ,ſed neceſſariò ita cogimur dicere,nã cũ ap-
pareat teſtm̃ eſſe factũ ex rei veritate,& teſtes depoſuerint de die
qua teſtator mortuus iã erat,ergo neceſſario dicẽdũ eſt teſtes ip
ſos poſt notariũ errare circa diẽ ipſam cõditi teſtĩ, quo enim cla
rius probari error poſſet?¶Præterea iſtę ſorores opponendo con
tra iſtud teſtm̃,& dicẽdo earũ patrẽ deceſſiſſe abinteſtato,in effe
ctu nolũt inferre ꝙ iſtud teſtm̃ ſit falſum, & ꝙ teſtes qui depoſue
11 rũt ſup eo falſum depoſuerint,ſed iſta† præſumptio falſitatis ceſ
ſat ex quo hæres inſtitutus ſtetit in poſſeſſione bonorum hęrdita
riorũ lõgo tp̃e vigore ipſius teſtamenti.Bal.in conſ.37. Quidã ta
bellio.lib.1.facit quod ſcribit Cy.inter conſilia Bal.in allegationi
bus ſuis quæ ſunt poſt conſ.400.Super.1.puncto.col.1.lib. 4. vbi
copia inſtrĩ probat qñ ſm̃ eius tenorẽ aliquid fuit obſeruatũ, qa
ex tali obſeruantia cẽſetur approbata ipſa copia. idẽ voluit Bal.
in conſ.402.Quęritur,an per ſolã diffamationẽ in fi.lib.5.eodem
modo in caſu noſtro filius non poterat poſſidere totã hęrditatẽ
niſi ex titulo teſtamenti pręditi,ergo cũ totã poſſederit ſcienti
bus videntibus & patientibus ipſis ſororibus, dicendũ eſt appro
12 batũ fuiſſe tale teſtm̃ ex obſeruantia huiuſmodi.¶Secundò † ceſ
ſat præſumptio falſitatis ex qualitate & bona fama teſtiũ inſtra-
riorũ,quæ bona fama operatur vt præſumi debeat pro eis nõ cõ
tra eos,ita in terminis falſitatis no.Bal.in l.2.C.de falſis.in l.quo-
tiens.§.ſed ſi non in corpore.ff.de hære.inſti.& in l.ea quidẽ, col.
pe.C.qui accuſ.nõ poſ. & dicit idẽ Bal.in l.1.C.loca.ꝙ p̃ſumptio
delicti tollitur ex probatione bonæ famæ, Facit quod no. doc.in
l.properandũ.§.ſi autem alterutra.C.de iudi.& in c.ſinẽ litibus,
de dolo.& contu.vbi ꝙ ꝑꝑ qualitatẽ perſonæ ceſſat præſumptio
calũniæ.facit dictũ Bar.in l.1.§.pe.per illũ tex.ff.de re milita. vbi
ꝙ probatio bonæ vitæ minuit indicia,quæ ſunt ꝯ malefactorẽ.ſe
quitur Bal.in l.ſi.col.ſi.C.de prob.& in cõſi.410.In cauſa & q̃one
Antonij.col.2.poſt med.ver.& multũ prodeſt.li.2.Pau. de. Caſt.
in conſi.284.Viſo quodã tali quali proceſſu,ad ſi.lib.2.Cor.in cõ
ſi.134.col.ſi.poſt med.lib.4.Iaſ.in l.1.in ſi.C.commu.de leg. quo
enim eſt ueriſimile ꝙ uiri ſeptẽ boni nominis & uitæ ꝓbatæ uo-
luerint falſum teſtimoniũ ꝓ alio dicere ſine aliquo eorũ commo
13 do?¶Tertiò † ceſſat ſuſpicio falſitatis ex multitudine & numero
teſtiũ q. depoſuerunt.l. hac conſultiſſima,in ſi.ubi Bal.C.qui teſt.
fa.poſſ.Iaſ.in l.licèt imperator,col.4.ff.de leg.1.ubi ꝙ multitudo
in propoſito noſtro dicitur qñ ſunt ſeptem uel octo. ¶Quartò di
co ceſſare ſuſpicionem falſitatis ex perſona hæredis minoris, q.
nunquam ſciuiſſet cogitare de fabricari faciendo unũ teſtm̃ fal-
ſum.cõcurrit etiam bona fama notarij,ꝓ quo in dubio p̃ſumitr̃. l.
cũ ꝑcibus.ubi Bal.C.de prob.cuius error in appoſitione diei par
ti nocere non debet.l.imperator.ff.de ſtatu homi.l.ſi librarius.ff.
de reg.iur.Grationo.17.Iuoij.1540.Aymo Crauetta.de Saui.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus reluendi bona capta in executionẽ iudicati à qua fuit appellatũ,quãdo incipiat currere, an à tẽpore ipſius executionis,aut à tẽpore confirmatæ ſententiæ in cauſa appellationis.*

2 *Pœna non imponitur niſi præcedente culpa.*

Appellatio arguitur temeraria ex eo quod appellans fuit mulctatus ibidem.num.2.

CONSILIVM LXVI.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Nobilis Georgius Rogerij ciuis Grationopolis obtinuit ſententiã contra nobilem Guigonẽ Rogerij eius patruũ de certa ſumma pecuniarũ,in cuius executionẽ miſſus fuit in poſſeſſionẽ quorundã bonorum ipſius Guigonis, à qua executione idem Guigo appellauit ad ſupremam curiam Dalphinatus,per quam cunfir-

confirmata fuit ipſa executio & multatus appellans in libris de cem turonenſibus, modo quæritur de tpe reluēdi ipſa bona iux ta forma ſtatutorū Dalphinaliū qñ incipiat currere, an à tpe miſ ſionis in poſſeſsionē, aut à tpe ſententiæ latæ in cā appellationis?
1 ¶Videret dicendū † prima fronte ꝙ incipiat currere à tpe ſentē tiæ latæ in cā appellationis, quia appellatio ſuſpendit ſententiam ſeu eius effectū, iuxta no. in l. tale pactū. §. qui prouocauit. ff. de pa ctis. in l. 1. ff. de re iud. & in rubrica extra de appel. itaq; vr̃ ꝙ effe ctus dictæ executionis ſteterit in ſuſpenſo donec confirmata fuit ipſa executio, & ita tenet practicus Papienſis in forma ſententiæ in cā appellationis in verbo cauſis, ver. amplius quærit. ubi ſi pri mus iudex cōdēnet reū ad aliquid dādū intra certos dies ſub cer ta pœna, & reus appellet, ꝙ tps ſoluendi incipit currere à die cō firmationis ſententię. ¶Sed præmiſsis non obſtantibus ꝯriū puto de iure verius, ꝙ immo currat tps à die miſsionis in poſſeſsionē, nam verba ſtatuti ſunt clara, ideo non eſt dubitandū. l. ille aut il le. §. cū in verbis. ff. de leg. 3. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. ¶Tota difficultas conſiſtit in rñdeo ad ꝯria, ad quæ rñdeo, ꝙ non procedunt ubi appellatio eſt fruſtratoria aut euidenter calūnio ſa, quia tunc non ſuſpendit effectū primæ ſnīæ, ſed habetur per inde acſi nunq̄ fuiſſet appellatū. Bar. in l. 2. ver. fateor tñ. C. de uſu ris rei iudi. pro quo vr̃ tex. in l. tutor, in prin. ff. de uſuris. quē textū allegat Bal. in d. l. 2. in quibus locis habetur, quod vbi appellatio eſt fruſtratoria currunt tpa à die primæ ſnīæ confirmatæ in cauſa appellationis, tradit Alex. in conſi. 36. in prin. lib. 4. Soc. in conſi. 76. col. 2. lib. 1. ¶Quod autem Guigo Rogerij fruſtratorie & calū nioſe appellauerit, probatur ipſo effectu, quia fuit mulctatus pę
2 na decē librarū, † quæ pœna non fuiſſet impoſita niſi præceden te calūnia aut culpa. l. qui occidit. §. fi. l. ſi putator. ff. ad legē Aqui li. l. ſed ſi nō data. §. fi. ff. de fideicom. lib. l. ſi qua pœna. ff. de verb. ſign. l. ſancimus. C. de pœnis. c. quæſiuit. de his quæ fiunt à maio. par. cap. c. ſine culpa. de reg. iur. lib. 6. qđ maxime procedit, quia impoſita fuit pœna ante publicatas nouas cōſtitutiones regias, quo tpe appellantes non mulctabant niſi argueretur in eis calū nia euidens. Et ita in terminis noſtris culpā in appellante arguūt doc. in c. ex rōne, de appe. vbi Dec. col. 8. ver. & in prędicta qōne. ¶Non obſt. dictū practici Papienſis de quo ſupra, quia intelligit & intelligi debet niſi appellatio ſit fruſtratoria aut calumnioſa, alias ſequeretur inconueniens ꝙ ex eodē facto appellationis cō ſequeretur pars & pœnā & premiū ſeu cōmodū reportaret ex ſua malitia, qđ eſſe nō debet. c. intelleximus, de iud. c. ſedes, de re ſcrip. cū ſimilib⁹. Crationo. 22. Iunij. 1540. Aymo Crauet. de Sa.

SVMMARIVM.

1 *Tranſmiſſio fideicommiſſi conditionalis an fiat ad ſuos filia rum quando vocauit teſtator ſuos extraneorum.*

2 *Imputandum videtur teſtatori quando ſuperuixit, & potuit mutare teſtamentum nec mutauit.*

3 *Agnationis iura retinent filiæ.*

4 *Filius intrat locum matris etiam quando agitur de hereditate materteræ.*

5 *Filius an intret locum patris vbi agitur de fideicommiſſo aut diſpoſitione hominis.*

6 *Extenſio non fit vbi minor ratio eſt in vno caſu quā in altero, ēt in materia alias extendibili, immo nō fit extenſio quando dubitatur an ſit eadem ratio in vno caſu, qua eſt in altero.*

7 *Extenſio nō fit de vno caſu ad alterū in diſpoſitione, in qua rationes plures poſſunt aſſignari.*

8 *Fideicommiſſum iniunctū filijs non extenditur ad nepotes, vt grauatis filijs cenſeantur grauati nepotes, licet maior ſit ratio grauandi nepotes quàm filios.*

9 *Præſcriptio contra fideicommiſſum an inducatur aut currere incipiat antequam fideicommiſſi caſus euenerit.*

CONSILIVM LXIIII.

¶Allegationes iuris pro nobilibus fratribus de Mirabello & Re dorterio contra dominum de Falcone.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Vltra per me ſcripta in cā nobilium Petri, & Petri Tarques fratrum Dominorū de Mirabello & Redorterio in patria Prouinciæ ad demonſtrandum ꝙ nobi lis Ludouica de Falcognerio non tranſmiſit ius fideicōmiſsi conditionalis ad eius liberos ex con iecturis allegatis per nobilem Petrum & Claudenes dominū de
1 Falcone. Addo † ad conſultationem illius coniecturæ, ꝙ ſi uoca ti fuerunt ſui extraneorum, à fortiori cenſeri debent vocati ſui fi liarum teſtatoris, ꝙ iſtud argumentum poteſt retorqueri contra partem hoc modo: nam ſi teſtator cogitauit de ſuis extraneorū, & in eis prouidit, à fortiori cenſetur cogitaſſe de ſuis filiarum, quia maior præſumptio ſcientiæ aut memoriæ eſt circa ſuos q̄ circa extraneos. argu. l. Octaui. ff. vnde cogna. & l. de tutela. C. de in inte. reſti. minor. & quòd cogitauerit de ſuis filiarum apparet codicillis, in quibus legauit florenos mille nobili honorata ſuæ nepti ex Ludouica filia. Item ibi dum ordinauit, ꝙ ſi contingeret Ludouicā habere filiū maſculū qui inſtitueretur uel alias ſucce deret in caſtro de Viencio ꝙ talis filius deferret cognomē & ar ma ipſius teſtatoris. Et tamen ſuos filiarū non uocauit, ergo non eſt præſumendū ꝙ tacite voluerit uocare, nā ſciuiſſet uocare ex preſſe ſi uoluiſſet, ſicut uocauit ſuos extraneorum, de quibus tā tantam memoriā ueriſimiliter habere non debebat. tota enim ra tio extenſionis fundatur in ueriſimili mente teſtatoris, ꝙ ſi cogi taſſet de caſu omiſſo aut de eo fuiſſet interrogatus, ueriſimiliter idē depoſuiſſet. iuxta gl. in l. tale pactum. §. fi. vbi Bal. ff. de pactis ſed in caſu noſtro ceſſat iſta ratio, quia teſtator expreſſe cogitauit de ſuis Ludouicæ & ueriſimiliter magis memor eorum fuit, q̄ de ſuis extraneorū, ideo extēſio fieri non debet de uno caſu ad alte rū, quia ſumus in claris non in coniecturis, clare. n. apparet ꝙ co gitauit de ſuis filiarum, & tamen eos nō uocauit, ideo ceſſare de bent omnes coniecturæ, ꝙ ſi cogitaſſet teſtator de tali caſu ueriſi militer idē diſpoſuiſſet. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. 3. ſed imputandū eſt teſtato ri cogitanti de tali caſu cur in eo expreſſe non prouidit. pro quo
2 † optimè facit tex. in l. athletæ. §. dat remiſsionem. ff. de excu. tu tor. ubi gl. no. dicit imputari teſtatori q̄ ſuperuixit poſt teſtamen tū, & ſic potuit prouidere & non prouidit. facit etiā tex. not. in l. tractabatur. ff. de teſta. milit. & quod per illa iura decidit Pau. de Caſt. in l. 1. C. de poſthu. hære. inſti. Moder. in auth. ex cauſa. C. de liber. præter. Deci. in conſi. 490. colum. 3. poſt med. verſi. venio ad 3m fundamentum, ubi ꝙ rupto teſtamento natiuitate poſthumi ignoranter præteriti fideicom. uniuerſale ſuſtinetur ex clauſula codicillari qñ teſtator ſuperuixit, & potuit mutare teſtamentum nec mutauit, cū. n. ſciret ſe poſthumū habere, nec aliter eū uoca uerit, vr̃ voluiſſe teſtamentum ualere ſaltem in uim fideicōmiſsi. Eodē modo cū teſtator ſciret de ſuis filiarū nec uocauerit, ſed tā tū uocauerit ſuos extraneorū, cenſetur uoluiſſe ꝙ ſui filiarū non eſſent uocati nec ad eos fieret tranſmiſsio, quæ tranſmiſsio ceſſa re debet quia apparet ꝙ teſtator noluit eſſe locum tranſmiſsioni alicui qñ ſuos extraneorum expreſſe uocauit, ſed dicēdū eſt ꝙ ēt uocaſſet expreſſe ſuos filiarū ſi uoluiſſet. Iſtud tamen fundamen tū ſolū ſimpliciter non admitterē per ea, quæ dixi in conſ. 62. col. 2. in fi. ſed alia hic concurrunt. ¶Secundò principaliter conſide ro ꝙ non erat tanta ratio uocandi ſuos filiarū, quanta erat in uo candis ſuis extraneorum hoc modo: nam teſtator habuit maio rem affectionem ad maſculos q̄ ad filias, quia filias non inſtituit
3 niſi in defectum maſculorum, & maſculis deficientibus, quia † fi liæ renunciant iura agnationis §. 1. Inſt. de leg. agna. ſucceſ. l. lege duodecim tabu. & l. fi. C. de leg. hæred. clarior tex. in §. nos uerò, ibi, ex agnatis autē mulieribus. Iuſt. de leg. agna. ſucceſ. uoluit vo care ipſas filias quibus viuentibus bona eſſent in agnatione. ¶De ſuis aūt filiarū non curāuit, eo quia deſcendentes ex filiabus non retinēt iura agnationis maternę, ſed patris familiam ſequuntur. l. pronunciatio, in fi. & l. ſeq. §. 1. & utrobiq; no. ff. de uerb. ſignif. l. ſi ſpurius. ff. unde cogna. §. uulgò, inſtitu. de ſucceſ. cogna. ¶Rur
4 ſus ideo † noluit uocare ſuos filiarū, quia ſi uocaſſet, ſequi pote rat abſurdum, ꝙ ſi una filiarū deceſsiſſet ſine liberis, ſuperſtiti bus ſorore & liberis alteri⁹ præmortuæ, liberi præmortuæ ſucceſ ſiſſent ſimul cum eorū matertera. §. cū filius, Inſti. de hęredi. quæ ab inte. defer. qui tex. procedit etiā ubi agitur de ſucceſsione ma terteræ. Bal. in conſi. 171. lib. 5. Alexan. in conſ. 43. col. fi. uer. Cum ergo Florius. li. 5. Iaſ. in l. 2. col. 2. C. de ſucceſ. edic. Deci. in conſi.
5 527. colum. 1. & in conſi. 553. colum. 1. in fi. ¶Et † licèt Bald. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. limitet iſtud nō procede re quādo agitur de ſucceſsione hominis, quia tunc conſideratur affectio teſtatoris quæ eſt ad proximiores, ideo tunc filius fratris non intrat in locum patris. ſequitur Deci. latè in conſi. 1. in con ſi. 408. col. fi. in conſi. 478. col. fin. in conſ. 480. colum. 3. ad fi. & in conſi. 484. col. 2. Iaſ. in d. l. 2. col. 6. uerb. Item adde ꝙ per ea. C. de ſucceſ. edic. Alex. in conſ. 36. & quatuor conſilijs ſequētibus quæ

ſunt

ſunt conſilia aliorum doc. qui in eodem caſu conſuluerunt, vide
licet Iaſ. Croti & Caroli Ruyni. tñ loquuntur Bal. & doc. in termi
nis illius. §. cum ita, qñ relinquitur fideicommiſſum familiæ uel
proximioribus vel ſalua gradus prærogatiua, & qñ nõ agitur de
ſucceſsione aui uel patrui aut materteræ, prout hic agitur, non ãc
qñ ſui ſimpliciter vocãtur. Ratio diuerſitatis colligi poteſt, quia
magis enixè vr̃ apparere de uoluntate teſtatoris uno caſu quám
alio. Præterea illa deciſio Bal. non eſt ſine dubio vt patet ea cõtra
rijs allegatis per Deci. & alios in d. conſilijs, per Deci. in cõſ. 217.
ubi vr̃ ſibi contrariari, per Curtiũ Iuniorem in conſi. 57. col. 4. ad
fi. in 2. dubio. in conſi. 58. in con. 128. col. 3. ad fi. in conſi. 154. col.
3. & in conſ. 61. col. 5. immo Gozadinus in cõſi. 4. col. pe. in prin.
dicit ꝙ Deci. in d. conſi. 1. loquitur ꝯ cõem opi. licèt idẽ Gozadi-
nus in conſi. 59. col. 4. circa med. verſi. Corrobo, ſequatur Deciũ.
in d. conſi. Addo ultra Gozadi. Iaſ. in conſi. 515. col. 4 poſt med. &
pluribus col. ſeq. lib. 5. & in conſi. 159. col. 2. & duabus col. ſeq. li.
4. ubi ſequitur gl. in d. l. cũ ita §. in fideicõmiſſo & ꝙ eſt cõis opi
nio cũ gl. & ſeq. ꝯ Deciũ. ¶ Et in terminis noſtris eſt deciſio Ang.
in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & poſth. ubi ſi quis recipiat
emphyteoſim pro ſe & ſuis nepotibus licèt nepotes videanr̃ uo-
cati ordine ſucceſsiuo reſpectu parentum ſuorũ, tñ mortuis pa-
rentibus reſpectu patruorum non cenſentur uocati ordine ſuc-
ceſsiuo, ſed ſimul admittuntur. quam deci. ſequitur Alex. ibi. col.
6. uer. & iſta faciunt ꝙ ſi quis in conſi. 26. col. 2. ad fi. uer. ita ergo
in propoſito. lib. 3. in conſi. 124. lib. 5. & in cõſi. 124. col. 1. circa fi.
ver. bene faciunt. lib. 7. Carolus Ruynus inter conſilia Alex. conſ.
40. in propoſito noſtro ſi teſtator uocaſſet ſuos filiarum licèt re-
ſpectu matrum eſſent uocati ordine ſucceſsiuo, tñ reſpectu ma
terterarum potuiſſent ſimul admitti cõtra affectionẽ teſtatoris, q̃
eſt ad proximiores, quæ abſurditas ceſſat in ſequentibus ſubſtitu
tionibus factis de extraneis, in quibus ſui non poterant concur-
rere cum proximioribus ex forma & tenore ipſarum ſubſtitutio
num, ſcilicet cum patruis aut materteris. niſi reſpondeamus ad
Ang. deciſionẽ ꝙ loquitur in nepotibus uocatis nominatim ſub
nomine appellatiuo, ſecus in ſuis quod eſt nomen collectiuum,
quo caſu pluribus vocatis ſub nomine collectiuo admittuntur q̃
ſunt proximiores grauato non primo teſtatori utſup. dixi alle-
gando cõſi. Iaſ. Ruini, Croti & Alex. ſed adhuc iſtud nõ obſt. tenẽ
do opi. Ruini de qua ſupra poſt Aret. Alex. & Soc. per eum allega
tos. ¶ Tertiò principaliter conſidero aliam rõnem diuerſitatis in
ter ſuos Iacobi de Forcalquerio & ſuos filiarũ, nam iſte Iacobus
erat de cognomine teſtatoris ſeu de eius agnatione cuius ſuos te
ſtatoris familia poterat conſeruari, ideo uoluit uocare ſuos Iaco
bi ad perpetuationem & conſeruationẽ agnationis, ne fortè Ia-
cob⁹ in extraneos diſponeret, & familia ſeu agnatio paupertate
ſordeſceret. quæ ratio conſeruandæ agnationis ceſſabat in ſuis fi
liarum, utſup. alleg. eſt, ideo non curauit teſtator uocare ſuos filia
rum, & uidemus, à cõiter accidentibus ꝙ de poſteritate fœmina
rum parũ curant parentes, quia trãſeunt in alienas familias, im
mo ipſis filiabus ea ratione ꝙ tranſeunt in domos alienas conſti
tuuntur dotes quanto breuiores poſſunt. ¶ Sed dicèt aliquis non
ne uocauit teſtator ſuos dñi Falconis de agnato qui non erat de
agnatione teſtatoris in quibus ceſſabat ratio conſeruandæ agna
tionis? Rñdeo, ꝙ iſte dñ. Falco erat uocatus ultimo loco ad ſub-
ſtitutionem, & uerisimile erat ꝙ rpe euenientis caſus ſubſtitutio
nis iam amplius futurus non eſſet in rerum natura ex cõi curſu,
& cõiter accidentibus, ob id ne ſubſtitutio eius fieret eluſoria, ſub
ſtituit teſtator ſuos ipſius Falconis. arg. l. 3. ff. de teſt. mili. l. ſi præ
tor. ff. de iudi. l. ſi. ff. ne quid in loco publ. cum alijs. in fi. C. de cu-
ra. furio. l. ſi. §. non autem. C. de bonis quæ lib. c. commiſſa. §. por
rò, de elec. lib. 6. ¶ Secundò reſpondeo ꝙ non erat tanta affectio
teſtatoris erga illum dominum Falconem, nec etiam dominum
Iacobum de Forcalquerio quanta ad filias teſtatoris, ideo nimi-
rum ſi uoluit ſimul cum ipſis uocare ſuos ipſorum ſubſtitutorũ,
& eos non tantum honorare quãtum filias proprias. Et hoc mo-
do retorquetur fundamentum contra partem conſiderando cõ-
munem doc. concluſionem in d. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de
lib. & poſt. ubi volũt ꝙ ceſſante cauſa neceſsitatis ſubſtitutio fa-
cta de aliquo ſuis non intelligitur ordine ſucceſsiuo, ſed immo
admittuntur ſui ſimul cum nominatis primo loco per text. in c.
Raynutius, &c. Raynaldus. de teſta. de qua materia latè alias ſcri
pſi in duobus conſilijs, vt patet in conſi. 22. Modò ſi ſui filiarum
fuiſſent etiam vocati, pariter admiſsi fuiſſent cũ matribus eorũ
q2 illa ſubſtitutio reciproca nullo modo reſpiciebat ad cauſam
aliquam neceſsitatis cum fieret inter ipſas filias, nam diceret fa-
cta in caſum neceſsitatis reſpectu matrũ quibus ſui eſſent ſubſti-
tuti, ſed reſpectu materterarũ nulla cogebat neceſsitas, nec præ
ciſa nec cauſatiua ſuos eis ſubſtituere. Itaq; nõ eſt bona cõſequẽ
tia, teſtator uocauit ſuos extraneorum quos minus dilexit ſimul
cum patribus, ergo etiam vocare uoluit ſuos filiarum ſimul cum
matribus magis dilectis. tale enim argumentum eſſet valde à re
motis & omnino ſeparatis habentibus diuerſam & ſeparatã ra-
tionem, & ſi teſtator cẽſetur magis diligere filias quam nepotes
ex eis vt apparet ex no. per Bal. in d. l. cum ita. §. in fideicommiſ.
ff. de leg. 2. & per doc. eum ſequentes, quantò magis debemus di
cere ꝙ voluerit magis diligere filias & eas plus honorare in ſub-
ſtitutionibus quã extraneos ita vt filiæ ſolæ & in ſolidum admit-
tantur, extranei verò ſimul cum ſuis & ſic pro parte tantum. ¶ Ex
quibus infertur ꝙ non eſt licitum argumentum de ſuis extraneo
rum ad ſuos filiarum, nec licita extenſio de uno ad alterum, quia
6 ceſſat † extenſio & argumentum, qñ minor ratio eſt in uno caſu
quám in altero, etiã in materia alias extẽdibili. l. lege Iulia. §. hoc
capite. ff. de ritu nup. c. ſi. de tranſla. præl. c. ſuper quæſtionum. §. ſi
verò. de offi. deleg. ¶ Amplius dico, licèt expreſſe non appareret
de rationis diuerſitate prout apparet, adhuc non fieret extenſio
qñ ſolũ dubitaretur an eſſet eadem ratio in utroq; caſu, maximè
in his quæ ſunt contra ius cõmune. Sal. in l. 5. circa. 8. colum. C. de
noxa. ſequitur Alex. in conſi. 207. colũ. 4. libr. 6. Sed iſta tranſmiſ-
ſio eſt contra ius commune & de iure ſpeciali cum nulla ſubſtitu
tio de iure communi tranſmittatur ad hæredes, ſiue ſit vulgaris
ſiue pupillaris ſiue reciproca ſiue fideicommiſſaria, ut not. Alex.
in conſi. 36. colum. 2. verſic. confirmantur prædicta. lib. 3. quanto
magis ceſſare debet extenſio in caſu noſtro vbi apparet de ratio
7 nis diuerſitate. ¶ Ideo † dicit Cor. in conſ. 553. colũ. 5. poſt med.
lib. 4. ꝙ ubi in aliqua diſpoſitione rationes plures aſsignari poſ-
ſunt, non poteſt fieri extenſio de uno caſu ad alterum, ſed in caſu
noſtro apparet ex præmiſsis rationes plures aſsignari poſſe cur
8 ſuos extraneorum vocauerit non ſuos filiarum. ¶ † Quartò prin
cipaliter argue, poſito & non conceſſo, ꝙ eadẽ eſſet ratio vocan
di ſuos filiarũ quæ erat in ſuis extraneorum, ex hac tamen ra-
tione fideicom. iniunctum à teſtatore ad ſuos filiarũ extendi nõ
debet in odium & grauamen filiarũ quibus ſubſtitutio facta eſt
Probatur hoc ex eo quod ſcribit Oldra. conſi. 21. ubi ſi teſtator
facit ſubſtitutionem filio decedenti ſine filijs maſculis, natis fi-
lijs deficit ſubſtitutio, licèt ipſi filij poſtea moriãtur ſine filijs: &
tamen maior ratio erat grauandi nepotes remotiores q̃ ipſos
filios. ¶ Si igitur fideicommiſ. iniunctum filijs non extenditur ad
nepotes etiam ex maioritate rationis, ſed caſus omiſſus habetur
pro omiſſo, quantò minus fideicommiſsi onus iniunctum filia-
bus extendi non debet ad caſum omiſſum, in quo non ſolum eſt
maior ratio nec eadem immo longe minor vt ſup. oſtendimus,
quam Oldra. Deci. doc. communiter ſequuntur ut patet ex ſcri-
ptis per Dec. in conſi. 284. colum. 4. & alibi doc. ſæpiſsimè, ex
quorum cumulationibus chartam totã poſſem infarcire ¶ Quin
totum videtur rei conuentæ. per exceptionem præſcriptionis etiã
detracto tempore minoris ætatis, vt latè deduxit clariſsimus do
9 minus Guilielmus Sequirani, cuius dictis addo, † quod ſcribit
Cor. in conſi. 304. colum. 11. circa medium uerſi. vlti. dictus reus.
lib. 3. ubi uoluit ꝙ præſcriptio aduerſus fideicommiſſum indu-
citur tempore longiſsimo triginta vel quadraginta annorum ẽt
ante purificatum fideicommiſſum, ita declarando textũ in l. fi. §.
ſin autem auaritiæ. C. cõmunia de leg. licèt hoc ultimum firmare
non audeam in præſentiarum, illud dictum videtur ꝙ currat præ
§. qui reprobus. ff. de pig. act. captioſam. n. liberalitatē interpre-
tatio prudentū fregit. l. cum aquiliana. ff. de tranſa. & potius præ
ſumitur fatuitas q̃ donatio. Bal. in l. gñaliter. C. de non nu. pe. im
mo præſumitur potius error q̃ donatio. Bal. in conſ. 189. Credi-
tor, in fi. li. 2. potius ēt præſumitur error in facto proprio & iuris
error q̃ donatio. l. & ſi me potem. in prin. cum gl. ff. de condi. in-
deb. iuncta. l. 1. eo. ti. & iuncta l. cuius per errorē. ff. de reg. iur. per
quæ iura ita dicit Cur. Iun. in conſ. 56. col. 3. circa med. ſed in ca
ſu noſtro non eſt opus conſiderare errorē aliquem ad tollendū
præſumptionem donationis, ſed capi pōt alia coniectura proba
bilis veriſimilis a cōi curſu cur ita vxor Peroneta ſimul ſe cū ma-
rito obligauerit ex alia cā quàm vt marito donatū vellet. i. vt fi-
liæ & genero pro dotibus cautū eſſet in futurū, & ne per ipſam
Peronetā aut eius hæredes moleſtari poſſent ratione prioris hy
pothecæ, ſtante igitur iſta coniectura ꝓbabile veriſimili & con-
ſueta, cur dicemus voluiſſe Peronetā marito donare? ¶ Septimò
poſito & nō cōceſſo, mr̃ obligata diceret de ſuo pro parte, tamē
15 adhuc ꝓcederet agētis petitio, q̄a † lʒ actio pſonalis ſit diuidua
hypotheca tñ dr̃ indiuidua & pōt inſolidū intētari. Soc. in conſ.
135. col. 2. uerſ. poſtremò ni fallor. li. j. & maximè iſtud procedit
q̄a agens hēt duplicē hypothecā pro reſtitutione donū, vcʒ ge-
neralē in oībus bona debitorū conſtituentiū dotē, & ſpecialē ī
16 caſtro Bellegardæ, iō † agi prius dēt ad bona ſpāliter obligata.
l. 2. C. de pign. Ro. in conſi. 137. In re præſenti. Corn. in conſi. 246.
col. pe. lib. j. de quo per Soc. in conſi. 198. col. fi. lib. 2. ¶ Infertur ex
præmiſsis ꝙ onus iſtius dotis inſolidū pertinet ad ipſum maritū
ob id ꝙ Claudius de Lay inſolidū cōueniri poterat pro iſta do-
te tanquā principalis debitor, cū uxor q́ ſimul cū eo ſe obligauit
ſolū cenſeret obligata noīe fideiuſſorio ipſius mariti, & ad cau-
telā creditorū, ꝓut ſupra declarauimus. Itaq; agi potuit hypo-
thecaria ad bona mariti inſolidū, tum quia maritus inſolidū te
nebatur, tum quia poſito & non cōceſſo pro parte tñ eſſet obli
gatus, eius tñ bona inſolidū fuerunt obligata, & maximè caſtrū
Bellegardæ. ¶ Sed dicet aliquis poſito quod iſta Peroneta ſe obli
gauerit tanquā fideiubens pro marito & animo repetēdi ab eo,
tñ antequā agatur hypothecaria ↄ̃ tertium poſſeſſorem, neceſſa
ria vr̃ diſcuſſio & in bonis fideiuſſoris & eius bona excuti dēnt,
vt hr̃ per doc. in auth. hoc ſi debitor. C. de pig. & in auth. ſed ho
die. C. de act. & oblig. iō non vr̃ ſufficere factam eſſe diſcuſſionē
in bonis Claudij de Lay patris, ſed etiam diſcutienda videban-
17 tur bona eius vxoris. ¶ Rñdeo † ad hoc multis modis. Primò ꝙ
iſta exceptio excuſſionis videtur reiecta per curiam proceden-
do ad vlteriora in meritis cauſæ principalis, ita in terminis tra-
dit Corn. in conſi. 85. col. 2. & ſeq. lib. 4. immo etiam pars aduer
ſa videtur renunciaſſe huic exceptioni procedendo ad merita
cauſæ, nam iſta exceptio dr̃ dilatoria & opponi debet ante litē
conte. ad impediendum proceſſum in meritis. Cy. Bal. & Sal. in
l. exceptionem. C. de probatio. latè Alex. in conſ. 32. li. 4. Mod. in
l. fi. in prin. ff. ſi cer. pet. itaque non potuit pars aduerſa procede-
re ſuper meritis negocij principalis quin renunciauerit huic ex
ceptioni, cuius natura eſt impedire proceſſum, ſed quomodo
impediet eùm pars aduerſa ipſa proceſſerit ſuper meritis, ob id
poſtquam de meritis cognitum eſt, graue nimis videretur ſi non
pronunciaretur ſuper eis. l. de qua re. ff. de iudi. aliàs ſequeretur
abſurdum ꝙ iudex ſubſtinuiſſet fieri tot, & tantas expenſas fru-
ſtratorias circa merita cauſæ. Si autem pars vlterius non proceſ-
ſiſſet in meritis, & tacitè renunciaſſet exceptioni diſcuſſionis,
fortè opponi poſſet talis exceptio ēt poſt litem conte. in vim pe-
remptoriæ, vt voluit Bal. in conſi. 150. Caſus actualiter emergens.
col. 1. li. 2. quod tamen eſt conſi. Sig. de Homed. Idem voluit Cal
ca. in conſil. 29. colum 6. circa medi. ¶ Secundò reſpondeo, præ-

18 ſupponitur† in facto q ſciebat reus de tēpore emptionis caſtri Bellegardæ illud fuiſſe hypothecatū ſpecialiter p dotibus Mariæ filiæ Claudij, ideo videretur excluſus auxilio diſcuſſionis. l. fi. §. fi. ff. de leg. 2. vbi emens ignoranter rem fideicommiſſo ſubiectam pōt opponere ꝯ fideicommiſſarium exceptionem diſcuſſionis, agas prius ꝯ alienantem vel eius hæredem ad pretiū, quę tñ excep. non competit data ſcientia emptoris q ſciret bona eſſe ſubiecta fideicommiſſo. tradit Pau. de Ca. in conſ. 318. alias ad fi. li. 2. Alex. in conſ. 184. circa fi. li. 5. Cor. in conſ. 234. lib. 3. & in conſ. 133. col. 2. libr. 4. Dec. in conſi. 236. col. 5. in 7. dub. Curt. Iun. præceptor meus in conſi. 88. colu. 2. poſt med. ¶ Simile videmus q conductor ſciens tempus belli imminere, non petijt remiſſionem mercedis ſibi fieri ob cauſam belli. Bal. in conſi. 247. Si propter guerras. li. 3. ¶ Videmus ēt q deceptus vltra dimidiam iuſti pretij non hēt remediū l. 2. C. de reſc. vend. ſi rei pretiū ſciebat, vt hē per doc. in d. l. 2. & alibi ſæpiſſimè per doc. tam legendo q̄ conſulendo. ¶ Simile videmus qñ quis vendit eandem rē duob. is præfertur cui prius traditur res. l. quoties. C. de rei vēd. Iſtud tñ non procedit qñ ſecundus vēditor ſciuit rem prius alteri venditā, tunc. n. apparet de fide eius mala, q voluerit fraudare priorē emptorē. ita Iaſ. in d. l. quotiēs, in 9. limitatione addo Ferratiū cautela 48. Simile videmus q emēs rem alienam aut alteri obligatam ſcienter, non agit de euictione, niſi aliter ſibi prouiderit. l. ſi fundum ſciens. C. de euictio. aget tñ ad reſtitutionē ptij. l. emptorē. §. fi. ff. de act. emp. quod tñ non procedit in fratribus diuidentibus ſcientibus rē alienā aut alteri obligatā, quia nō agunt de euictione ēt ad preciū niſi aliter fuerint ſtipulati. gl. Bart. Bal. doc. in l. ſi familiæ. C. fami. ercis. Cur. Sen. in conſi. 64. col. 18. poſt med. itaq; ſi ſciebat reus caſtrū iſtud Bellegardæ fuiſſe prius hypothecatum in ſpecie pro dotibus Mariæ de Lay. & q venditor facultates non ita amplas poſſideret ad ſolutionem illarum dotium caſtro ipſo Bellegardæ alienato apparere vr̄ de culpa ipſius emptoris cur emere voluerit caſtrum prædictum in perniciem creditoris, vt eum poſtea fatigaret per iudicia iſta diſcuſſionis. ¶ Tertiò rñdeo, † q immo excuſſio nō vr̄ neceſſaria in bo
19 nis dictæ Peronetæ corre:æ ēt quod animo intercedendi pro marito dotem ſimul conſtitueret. Bal. in conſi. 149. proponitur q ex cauſa depoſiti, ad fi. & in conſi. 198. Ad intelligentiam. col. pe. li. 5. quod eſt repetitum in conſi. 466. li. 5. & videatur omnino Bal. quia in terminis loquitur. & licèt Barto. in l. 2. C. quo quiſq; ordi. quæ. li. 11. hanc difficultatem indeciſam relinquat, tñ in opi. Bal. licèt enim non alleget inclinat Alex. in conſ. 73. col. 2. maximè in ver. item dici poteſt. lib. 7. ¶ Non obſtat modò allegata ſupra in contrarium, quia ſatis ex præmiſſis reſponſum apparet. nō omitto tamen inquantum dicebatur de facili præſumi donationē in aſcendentem erga deſcendentem q hic non agitur de donando deſcendenti, id eſt, Mariæ filiæ, ſed de donando marito Claudio de Lay quo minus ab eo repeti poſſit quod pro eo ſolutū fit, vel quominus inſolidum teneatur ad dotem præmiſſam, filiæ. n. intereſt, an mater ſe obligauerit animo donandi vel intercedendi pro marito, quia in omnem euentū dotes ſuas conſequitur, & pro hoc adduco tex. in l. ſi quis a liberis. §. ſi mater. ff. de lib. agnoſcen. vbi q mater repetit a patre alimenta pręſtita filio quem pater tenebatur alere. not. doct. in l. alimenta. C. de neg. geſt. Soc. in conſi. 5. col. pen. in prin. li. 4. Bal. nouel. in tract. de dote in 6. parte priuil. 3. Cor. in conſil. 165. in fi. li. 4. & ita de iure reſpondeo, ſaluo ſaniore iudicio curiæ huius ſupremæ. Gratianop. 24. Nouembris. 1540. Aymo Crauetta de Sauiliano Iuriſconſ.

SVMMARIVM.

1. *Teſtes redduntur ſingulares ex diuerſitate loci, & nu. 3.*
2. *Singularitas non obſtatiua, ſed adminiculatiua non nocet.*
3. *Teſtes ſingulares in loco vel tempore non videntur repellēdi, niſi quando locus vel tempus eſſent de ſubſtantia actus.*
4. *Præſumitur facile pro aliquo non apparente de iure alterius.*
5. *Singularitatis defectus ſuppletur ex alijs præſumptionibus.*
6. *Singularitas teſtiū non nocet vbi agitur de probando aliquid in genere, & pulchrè quando repellantur teſtes ſingulares.*
7. *Teſtibus ſingularibus poteſt iudex plenam fidem adhibere ſi ex eis inducatur ad ita credendum.*
8. *In arbitrarijs iudex de eo quod fecit redargui non poteſt.*
9. *Teſtes in dubio præſumi debent conteſtes ſi congrua interpretatione hoc fieri poteſt, licèt in conteſtes ſe non nominent, de quo pulchrè hic vide.*
10. *Teſtes non redduntur ſingulares ex ſola diſſonantia in cortice verborum, modo concordent in effectu.*
11. *Teſtes deponentes ſub eadem formalitate verborum redduntur ſuſpecti.*

CONSILIVM LXXVIII.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. De anno 1539. & die 15. Iulij Michael Dauidis alias Philippi propoſuit iudiciū iniuriarū ꝯ Raimūdum Baiuli de loco Villarij Arenarum mandamenti Oyſencij, q diffamaſſet ipſum actorē deponendo in manibus iudicis aut eius ſecretarij ſe dici audiuiſſe a Ioāne Dauidis alias Abbaſſon, q ipſe Michael Dauidis actor filiā propriā carnaliter cognouiſſet, negante ipſo Ioanne Dauidis talia verba iniurioſiſſima protuliſſe. Aduerſus quæ excipiebat dictus Raymundus Baiuli q ipſe non protulit illa verba animo iniuriādi aut diffamandi ipſum actorē, ſed coactè tanquàm teſtis iuratus, quod videns ipſe agens iudiciū iniuriarū diuertit ꝯ dictū Ioannem Dauidis Abbaſſon tanq̄ primum auctorem & ſeminatorem talium verborum, in quo iudicio plures teſtes fuerūt examinati, qui depoſuerūt dici audiuiſſe ab ipſo Ioāne Dauidis, illa verba tā turpia, deinde fuerunt cōfrontati illi teſtes cū ipſo Ioanne Dauidis, qui eorum teſtimonia in rei faciem fortiter defenderūt ipſo reo fortiter ēt perſiſtente in negatione ſua, tādem dn̄s iudex ordinarius Oyſencij pontius Athuerij ſententiam diffinitiuā dixit, per quam Raymundum Baiuli primo loco reū abſoluit, condemnando dictū Ioannē Dauidis erga actorē ad emendā honorabilem retractando verba illa diffamatoria, & veniā ab agente diffamato deprecādo. Ruſus condēnauit eū in libris centū Turonenſibus pro dānis & intereſſe ac demnū & in expenſis litis ēt quas ſubſtinuit dictus Raymundus Baiuli. Ab ea ſnīa fuit appellatū ad curiam Grayſiuodani, quæritur bene, an male fuerit pronunciatū? ¶ Videretur dicendum prima fronte bene fuiſſe appellatū, & quod Michael Dauidis agēs non probauerit intentionem ſuam ꝯ ipſum Ioānem Dauidis Abbaſſon, id eſt, q ipſe Ioannes Dauidis protulerit verba illa diffamatoria, nā ſuper iſtis verbis depoſuerūt quatuor teſtes, videlicet, Raphael Donnier, Cathelinus Retourant, Hilarius Baiuli, & Io. Fabri, qui teſtes, licèt dicant ſe dici audiuiſſe iſta uerba diffamatoria a Ioāne Dauidis alias Abbaſſon, tñ videntur omnes ſingulares deponētes de diuerſis locis. Raphael. n. Donnier depoſuit q uerba illa fuerūt prolata in domo ipſius Ioānis Dauidis, Cathelinus Retourāt depoſuit de uerbis prolatis in domo ipſius Raymundi Baiuli prandēdo vel cœnando, Ioannes aūt Fabri q audiuit illa uerba ante domū ipſius Ioannis Dauidis, & ſic apertè diſcordant in loco loci. Hilarius aūt Baiuli nō deponit de aliquo
1 loco loci, conſtat† aūt q diuerſitas loci reddit teſtes ſingulares. Bal. in conſ. 39. Proponitur q celebratus. col. 2. li. 3. & in cōſ. 459. Viſa dicta petitione, col. 3. poſt med. ver. j. quia teſtes. li. 4. Anch. in conſi. 64. col. 2. & in conſi. 147. col. 1. ideo teſtes dicunt ſingulares qñ unus dicit quid factum in domo, alter in hoſtio. Alex. in conſi. 116. poſt med. li. j. Iaſ. in l. cætera. §. hoc ſenatuſconſultum, circa fi. ff. de lega. 1. ratio aſſignatur per doc. quia qñ teſtes deponunt de verbis prolatis in diuerſis locis uidētur deponere de factis nouis & diuerſis, vnde cum non inueniantur aliqui teſtes cōteſtes in vno facto, nō videntur probare teſtes ſingulares. l. Marcellus, poſt prin. ff. rer. amo. l. iuſiur. C. de teſtib. c. cum dilecti, de elec. c. licèt cauſam, de probat. cum ſi. quod maximè vē procedere in criminalibus. l. fi. C. de probat. ¶ Sed præmiſſis non obſtantibus ꝯtrium puto de iure uerius, q immo bene fuerit pronunciatum, & q iſti teſtes probent intentionem agentis, licèt ſingu
2 lares uideantur. ¶ Primò, † quia iſta ſingularitas non eſt obſtatiua & a iure reprobata, ita q per eam teſtes reddantur ſuſpecti, cum ſimus in actu reiterabili, quia potuit iſte reus ſæpius reiterare & proferre illa uerba diffamatoria corā pluribus & diuerſis perſonis, quo caſu qñ ſingularitas non eſt obſtatiua, ſed adminiculatiua, teſtes ſingulares non repelluntur. Bal. in rub. de contro. inueſti. Veronenſis in conſi. 5. col. pe. Quod ſine dubio vr̄ procedere, qñ ex tali ſingularitate non reſultat diuerſitas factorum prout hic, quia ſemp eſt eadē diffamatio. & hic dr̄ adminiculatio & cumulatio probationis, nō diuerſitas effectus, & dicuntur teſtes cōuenire in vnū & eundē rei finē, id probare. l. qui ſniam,

vbi

vbi Bal.C.de pœn.Bal.in conſi.39.Proponitur ꝙ celebratus.col.
2.verſi.nunc videndum.& in conſi.80.Principalis cura.col.1.in
fi.& in conſi.150.quidam Gaſparonus.li.3.de quo latiſſimè dixi
3 in trac.meo de antiquitate temporis. ¶Secundò†quia diuerſitas
in loco vel tpe non vr̃ inficere dicta teſtiũ concordantiũ in ſub-
ſtantia,niſi qñ tempus vel locus eſſet de ſubſtantia actus. Ro. in
conſ.30.Viſo caſu.Cor.in conſ.147.col.8.li.2.ſed quocunq; loco
vel tpe verba iſta prolata fuerũt,hoc ad rẽ non facit, quia ſemp
ex talibus verbis inducitur diffamatio. ¶Tertiò crimen diffama
tionis in genere probatũ eſt ꝙ ipſe actor eſt diffamatus de re tã
nepharia,vnde neceſſe eſt ꝙ initium & origo tantæ diffamatio-
nis ab aliquo proceſſerit, ſed non eſt veriſimile ꝙ proceſſerit ex
teſtimonio ipſius Raimũdi Baiuli,quia fuit examinatus ſecretè,
nec eſt veriſimile ꝙ officiales illud manifeſtauerint,ruſus non
fuit examinatus aliquis teſtis parte ipſius Ioãnis Dauidis Abbat
ſon qui audierit dici ab ipſo Raimũdo Baiuli de iſta diffamatio
ne, & tñ veriſimile eſt ꝙ ſi ipſe Raimũd⁹ Baiuli voluiſſet eũ diffa
mare, pluribus perſonis idipſum declaraſſet, ob id cũ plures
perſonæ depoſuerint dici audiuiſſe ab ipſo Ioãne Dauidis,nul-
lus aũt ab ipſo Raimũdo,veriſimile eſt ꝙ potius proceſſerit iſta
diffamatio ab ipſo Ioãne Dauidis q̃ ab ipſo Raimundo Baiuli.
4 †arg.tex.in c.j.de relig.domib.vbi ꝙ facilè præſumit̃ pro aliquo
nõ apparente de iure alterius,de quo tex.ſæpius ſeſtũ facit Abb.
cõſulendo in conſ.54.col.2.verſ.ad idẽ optimè ſacit. in conſ.82
col.3.ver.ad prædicta adde.li.1.& in cõſ.52.in fi.li.2.eodẽ mõ ar
guẽdo ab oppoſitis cũ neceſſe ſit ipſum agentẽ fuiſſe diffamatũ
vel ab ipſo Raimũdo Baiuli,vel ab ipſo Ioãne Dauidis, & nõ ap
pareat diffamationẽ proceſſiſſe ab ipſo Raimũdo ſecretè tantũ
examinato,ſed potius ab ipſo Ioãne Dauidis, de quo plures te-
ſtes dici audierũt,licèt iſti teſtes videant̃ ſingulares , eorũ tñ te-
5 ſtimonia iuuari vident̃ ex p̃ſumptione p̃d cta, & ꝙ†vitiũ ſingula
ritas teſtiũ ſuppleat̃ ex alijs p̃ſumptionib.tradit Paul.de Caſt.in
conſ.250.Viſo pũcto ſupraſcripto.col.2.poſt med.ver.& licèt vi
deant̃.li.2.¶Quartò cõſidero quod intẽtio actoris nõ eſt proba-
re in ſpecie verba prolata vel in domo Raimũdi Baiuli vel ipſius
Ioãnis Dauidis uel añ eius domũ,ſed tñ probare ſe fuiſſe diffa-
matũ per ipſum reũ Ioannẽ Dauidis quocunq; tpe vel quocũq;
6 in loco uerba illa protulerit , iò† teſtes ẽt ſingulares videnẽ pro-
bare hãc diffamationẽ in genere,quia ex talibus uerbis inducit̃
diffamatio ubicunq; & qñcunque prolata fuerint,ſicut dicimus
qñ agitur de probãdo poſſeſſionẽ in genere ꝙ probat̃ per teſtes
diſcordãtes circa actus poſſeſſorios particulares,quia aliqui di
cant ꝙ uiderũt arari,aliqui ꝙ ſeminari,aliqui ꝙ uites putari, nã
tales teſtes ſingulares probant poſſeſſionẽ in genere,cũ omnes
iſti actus inferãt neceſſariè poſſeſſionẽ.idẽ qñ agitur de probati
do iuriſdictionẽ in genere,quæ probat̃ per teſtes ſingulares cir-
ca actus particulares iuriſdictionis , quia aliqui teſtes dicant ꝙ
uiderunt decapitari homicidas, aliqui fures ſuſpendi, aliqui de
alijs actibus diuerſis.quia licèt actus ſint diuerſi , oẽs tñ inferũt
neceſſariò probationẽ iuriſdictionis.ſimiliter qñ agitur de pro-
bando aliquẽ eſſe hæreticũ in genere ſufficiunt teſtes ſingulares
deponẽtes de diuerſis actibus hæreſis, quia ex illa diuerſitate a-
ctuũ nõ fit quominus quis ſit hæreticus.gl.in l.Arriani. C.de hæ
ret.Inn.& doc.in c.qualiter & qñ el 2.de accu.Bald.in conſ.406.
in cauſa Vincentij. col.j.li.j. ubi ꝙ crimen in genere probat̃ per
teſtes ſingulares idem in conſ.207.quia dicta dña li.4.ubi ꝙ ſtu
prum probatur per teſtes ſingulares.& idẽ Bal.in conſi.192.pro
ponitur ꝙ in quadam ciuitate.col.fi.li.2.& in conſ.161.proponi
tur ꝙ per cõe,col.2.poſt me.li.4.in conſi.465. Viſis dictis articu
lis.li.4.& in conſ.514.Ad euidentiam præmittendum eſt ꝙ in in
uentario.lib.5.Abba.in conſ.81.col.j.& in conſi.113.col.3.lib.2.
Alex.in conſi.141.col.2.uer.præterea teſtes.lib.1.& in conſi.92.
col.4.uer.nec obſtat ſi dicatur.lib.5.ubi loquitur Alex. etiam in
terminis noſtris qñ agitur de probando quem eſſe infamẽ in ge
nere & ſic diffamationẽ,tradit Calc.in conſi.9.col.2.circa med.
in conſi.19.col.5.poſt med.& in conſil.76.col.6.circa med.Ve-
ron.in conſi.3.col.4.in fin.& in conſi.50.col.4. Cor.in conſi.91.
col.11.in conſil.133.col.1.lib.1.in conſi.34.col.1.& ſeq.in conſil.
247.col.8.lib.2.in conſil.185.colum.2.& in conſi.236.colum.4.
lib.3.Soc.in conſi.95.col.pe.ad fi.lib.3.Cur. Iunior in conſil.64.
col.3.ad fi.& latius dixi ſupra conſil.73.colum.8.& ſeq.ideo di-
cit Pau.de Ca.in conſ.143.Viſo proceſſu & atteſtationibus. co.fi.
poſt me.li.2.ꝙ teſtiũ ſingularitas ſolum nocet, qñ probatio põt
eſſe dubia,quia põt ſe habere ad eſſe,& nõ eſſe, ſecus qñ omnia
tẽdunt ad eundẽ finẽ ſine quacũq; dubietate. ſed in caſu nr̃o po

ſito iſti teſtes loquant̃ de diuerſis cõfeſſionibus Ioãnis Dauidis
& de verbis prolatis in diuerſis locis & diuerſis tpibus,oẽs tñ
& ſingulæ confeſſiones diffamant ipſum agentẽ ſine aliquo du-
bio,immo tantò magis diffamatur quò ſæpius verba illa fuerũt
reiterata.& iſtud eſt ẽt quod voluit Bal.in conſi.217.præſuppoſi
to ſtatuto irritante.lib.1.vbi ꝙ non quælibet ſingularitas reddit
teſtes non idoneos,ſed ea quæ differt in ſubſtantia, ſed in ſubſtã
tia iſti teſtes non ſunt ſingulares,quia conueniunt in diffamatio
nis effectu,diceretur aũt ſingularitas differre in ſubſtantia qñ nõ
tenderent teſtes ſingulares ad eundẽ finẽ,verbi gratia,Volo pro
bare mutuũ per cõfeſſionẽ debitoris in qua confeſſione teſtes
ſunt ſingulares circa locũ vel circa tẽpus,nam talis ſingularitas
differt in ſubſtãtia,quia põt eſſe ꝙ loquant̃ teſtes de diuerſis cõ-
feſſionibus & diuerſis mutuis,quorũ aliqua ſint ſoluta, & extin
cta, vel quæ peti adhuc non poſſint, quia reſtitutio ſit in diẽ vel
ſub conditione aliqua,ſed in caſu noſtro non põt cadere iſta di-
uerſitas,quia ſemper eſt eadem diffamatio & idem effectus.¶ Et
ex hoc apparet ſublatum illud argumentũ, ꝙ vbi teſtes ſunt ſin-
gulares dñr deponere de nouis & diuerſis factis , nec in vno fa-
cto teſtes reperiuntur cõteſtes,quia illud procedit qñ ex tali ſin-
gularitate reſultare poſſunt plura & noua facta,puta plura mu-
tua,plures obligationes,plures & diuerſæ confeſſiones, ſed hic
non põt reſultare niſi vnicum factũ ſeu vnicus effectus diffama-
tionis in quo facto oẽs teſtes ſunt conteſtes,eſto multũ ſint ſin-
7 gulares in loco & tpe.¶Quintò, †etiam ſi eſſemus in materia in
qua teſtes ſingulares nõ recipiunt̃,tñ põt iudex teſtibus ſingu
laribus plenã fidẽ adhibere ſi ex eis inducitur ad credulitatem.
Pau.de Ca.in l.Lucius.ff.de infam.& in l.admonendi,colu.7.ff.
de iureiu.quod dictũ pro eleganti refert & ſequitur Soc.in conſ.
262.col.5.ad fi.ver.& pro certo.li.2.Cur. Iun.in conſ.106.col.1.
poſt med.& col.3.ante med.ſed vltra Soc.& Curt.idem ſequitur
Veronenſis in d.conſ.3.in fi.ſed potuit iudex induci ad plenè cre
dendũ iſtis teſtibus per rõnes ſupra allegatas, & ex alio ẽt fun-
damento nõ leui,quia reperio ꝙ iſti quatuor teſtes bis fuerũt ſo
lenniter examinati,primo loco in fauorẽ Raimundi Baiuli,& ſe
cũdo loco in fauorẽ ipſius Michaelis Dauidis agẽtis.Sed qui pri
mo loco depoſuerunt,fuerunt examinati ꝯ ipſum agentem con
tra quẽ alia ẽt depoſuerunt ſuggilantia eius decus & famã , ob
id nõ eſt veriſimile ꝙ voluerint deponere in fauorẽ ipſius agẽtis
ſecũdo loco ꝯ ipſum Ioannẽ Dauidis niſi veritas ita eſſet.Itaq; ſi
ius cõmittit arbitrio & poteſtati iudicis ꝙ poſſit teſtibus ſingu-
laribus fidẽ plenam adhibere,ſi ei videatur.& ex teſtibus ad ple
nã credulitatẽ inducitur, & iudici viſum fuit ex cauſis ſupra me
moratis talibus teſtibus fidẽ plenã adhibere, non vr̃ vlterius la-
borandum de efficacia probationis,ſed contenti eſſe debemus
8 de tali iudicis arbitrio, quia† in arbitrarijs iudex de eo quod fe-
cit redargui non poteſt, ſed ſemper præſumitur moueri ex iuſta
cauſa.Paul.de Caſt.in conſil.299.Viſa inquiſitione ſupraſcripta,
col.fi.li.2.allegat Inno.in c.qualiter, de accuſa.Vtrum igitur iu-
dex bene fecerit fidem præbere talib.teſtibus, hoc conſcientiæ
ſuæ relinquendum vr̃, iudex aũt appellationis non deberet reuo
care ſniam primi iudicis vitio probationis quam lex iudicia ip-
ſius cõmiſit arbitrio. ¶Sextò conſidero ꝙ hic vidẽtur duo teſtes
conteſtes,videlicet Ioannes Fabri,& Hilarius Baiuli,nã Hilarius
Baiuli non depoſuit de loco loci , de quo deponit Ioannes Fabri
9 ideo in dubio†præſumi debent cõteſtes, nam in dubio interpre
tatio fieri debet ꝙ teſtes ſint conteſtes ſi congrua interpretatio-
ne hoc fieri poſſit.Pau.de Ca.in conſil.116.non ſequendo ordi-
nem,in fi.& in conſi.342.in cauſa fratalex,col.3.li.2.Are.in con
ſil.36.col.2.poſt med.ver.nec poteſt dici. Soc.in conſi.143.col.4.
ver.conſeruantur hæc.li.1.Alex.in conſi.47.col.2. poſt med.ver.
non omitto etiam.li.2.ideo quando teſtes non deponunt de lo-
co vel tempore intelliguntur conteſtes. Inn.in c.qualiter & quã
do,vltimo,col.2.de accuſa.Bal.in l.de quibus,col.antepen.ff.de
legib.refert & ſequitur Alex.in conſi. 146.colu.4.verſ.uiſo ergo,
li.5.Amplius ſi unus teſtis deponit de uno tempore, alter de al-
tero tempore diuerſo videri ſuo , dicens ſe non bene recordari,
ſed ꝙ credit de tali tempore diuerſo a primo, puta ſi unus teſtis
deponit quid factum de menſe Auguſti,alter ꝙ non bene recor-
datur,ſed credit factum eſſe de menſe Iulij,iſti dicuntur conte-
ſtes.Alex in conſi.156.col.3.ver.non obſtat etiam ſi diceretur.li.
5.& latius in conſ.185.col.2. li.7. Nec requiritur vt teſtes conte-
ſtes dicantur,ꝙ in conteſtes ſe nominent, immo cõteſtes præſu-
muntur, licèt de conteſtibus non recordentur . Bald.in l.2.C.de
bono.poſſ.ſecun.tab.quod dictum ſequitur & commẽdat Paul.

de Ca.:bi Soc.in conſil.143.col.4.ver.cōfirmantur hæc.li.j.Cor.
in conſi.7.col.2.li.4. Ex quo infertur ad impugnationem eius qđ
Cor.ſępius dicit conſulendo,teſtes repelli non ſolum qñ ſunt ſin
gulares,ſed etiam quando ſingulares eſſe poſſunt, nam licèt ſin
gulares eſſe poſſint, interpretatio tñ fieri debet vt ſint cōteſtes.
10 Nec etiam requiritur† vt ſint conteſtes, ꝙ concordent in cortice
aut formalitate verborum,quia ex ſola diſſonantia in cortice ver
borum non redduntur teſtes ſingulares modo concordent in ef
fectu.c.dudum,cum gl.in verbo ſubſtantia de conuerſio. coniu
ga.Inn.in c.3.de verb.ſig.Io.de Ana.in conſi. 55.col.1.in fin.& in
conſi.76.in prin.Ale.in conſi.47.còl.2.li.2.Cor.in conſ.22.col.1.
& col.fi.in conſi.63.col.2.ad fi.in conſ.68.in prin.li.1.in cōſ.149.
ad fi.in conſi.172.col.2.li.5.ad fi.nu.15.li.2.in conſil. 77.col.3.&
11 in conſi.319.col.2.li.4.immo† dicunt doct. vbi ſupra ꝙ teſtes de
ponētes ſub eadem formalitate verborũ dicuntur ſuſpecti quaſi
deponentes per vnum & præmeditatum ſermonem.Old.in cō-
ſil.210.Regularis.col.2.Bal.in conſi.455.quis melius.li.4.Imol.
conſi.134.in fi.ob id mirandum eſt ꝙ obijciat pars aduerſa ſin-
gularitatem teſtium ex eo ꝙ non conueniant in formalitate ver
borum cum circa effectum omnes concordent,& profectò eſſet
quid magnum & incredibile ꝙ quatuor teſtes voluerint deiera-
re & falſum deponere.¶ Poſtremò in re dubia pronũciandũ eſt
pro ſnia iudicis.l.Herennius.§.Gaia.ff.de euictio.Grationopoli,
26.Nouemb.1540.Aymo Crauetta de Sauiliano iuriſconſultus.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata habetur pro ueritate, & naturalia vincula ſan guinis mutat, & falſum mutat in verum non eſſentialiter ſed quo ad effectum.*

2 *Subreptio committitur quando in genere quid narratur, non in ſpecie.*

3 *Sententia approbatur & tranſit in rem iudicatam petendo pronunciari male appellatum & bene iudicatum. Immo ex eo ſolum quod non appellatur. quod procedit etiam in cauſa criminali.*

4 *Antecedens qui vult cenſetur velle conſequens neceſſarium, ēt in materia ſtricti iuris prout in ſententia.*

Sententia qua quis declaratur debitor, operatur quod cenſe- tur condemnatus ad ſoluendum, ſimiliter ſi iudex declarat bona hypothecata,cenſetur condemnare poſſeſſorem ad reſti- tuendum, & ſi iudex dicat Titius furtum commiſit, cēſetur eum condemnare ad pœnam furti ex forma ſtatuti.ibi. n.4.

5 *Perplexitas magis vitiat actum quàm impoſſibilitas, & per- plexitas in teſtamento illud ſuſpectum reddit.*

6 *Impoſſibilitas ſiue iuris ſiue facti reddit ſententiam nullam.*

7 *Præiudicialis articulus in iudicio prius tractari debet alias proceſſus & ſententia annullantur, & quando vnum dicatur præiudiciale ad alterum.*

8 *Subreptio non committitur quando præſumptiue quid expri- mitur, nec quando reſcribens in genere ſaltē ſcire potuit quod tacitum eſt.*

9 *Subreptionis exceptio dilatoria eſt, & opponi & probari de- bet ante litem conteſtatam, & ſublata cenſetur per clauſulā, remotis quibuſcunque exceptionibus.*

CONSILIVM LXXIX.

¶Pro magiſtro Guilielmo Cordis cauſidico Brianzoni.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Quondā
Catharina Alberte egit iudicio communi diui-
dundo contra Iacobum Peroni eius filium,da-
to libello,ilico dictus Iacobus cœpit reconue-
nire matrē de tutela adminiſtrata. Mater petijt
ꝙ tractaretur cauſa reconuentionis proceſſu ſe
parato tanq̄ egens indagine altiori,& ne ob eam cauſa conuen
tionis liquida per inſtrm publicum dationis inſolutum de pàrte
bonorum in longius extenderetur, & quia calumnioſè reconue
niebatur mater ſenio & annis octoginta conſumpta, in hoc ſo-
lum vt facta impleret lite non exacta, quod & factū eſt, nā ē vi-
tis receſſit filio exhæredato iuſto dolore percuſſa Iudex Brian-
zoni aut eius locum tenens pronunciauit cauſas conuentionis
& reconuentionis ſimul eſſe tractandas die ſexta Iulij 1534. quę
ordinario in rē tranſijt iudicatā. Quod mr̄ conſiderans preces
dedit Illuſtriſ.dñ o Gubernatori Delphina. narrādo ſtatum cau-
ſæ,ætatē ſuā,calumniā filij bona interim diſſipāris, ob id petijt
cauſas ſeparari ēt non obſtante ordinatione illa.Reſcriptū impe
trauit cū clauſula ſolita, ſi preces veritate nitātur. Cōtra illud re
ſcriptum Iacobus filius oppoſuit de obreptione & ſubreptione
dādo articulos & narrando talia in facto, ex quibus obreptio &
ſubreptio probaret.E regione mr̄ articulos alios protulit ad re-
ſcripti & narratorũ in eo probationē pertinētes,petēdo eos arti
culos rñderi. Filius opponebat nō eſſe rñdēdum,ſed libello ſuo
recōuentionali,nō obſtante reſcripto illa obreptio & ſubrepti
tio.Die 28.Nouēb.1539.locū tenens iudicis pronūciauit eſſe rñ
dendū libello reconuētionali & litē conteſtandā ſuper eo. Quo
verò ad ſeparationē cāru̅ articulū illū & ordinationē ſuper eo
faciendā iudici Brianzoni remiſit. tandē inſtante matre vt rñde
retur ad articulos ſuos pertinētes ad verificationē & iuſtificatio
nē reſcripti, inſtante ēt filio vt rñderetur libello recōuentionali,
dñs iudex Brianzoni ordinationē tulit capita duo continentem.
Nā ordinauit primò ꝙ rñderetur ad articulos matris tendentes
ad iuſtificationē reſcripti, & in cauſam negationis ꝙ fierent pro
bationes, ſecūdò pronunciauit ꝙ executioni mandaret ordina-
rio ſui locū tenentis lata die 28.Nouēb.1539.qua fuerat ordina-
tū litē eſſe conteſtandā ſuper libello reconuentionali. A qua or-
dinatione Catharina mr̄ appellauit ad curiā hanc ſupremam &
magnificā Delphinatus.Quæritur quid iuris? Iſtam cauſam pro
appellante voce egimus ad ſtylum Gallicum apud Baream (vt
aiunt) ſed quia ſuper campo abſoluta non fuit, rogatus ſum a
cliente noſtro magiſtro Guilielmo Cordis cauſidico Brianzoni
ſententiam meam vt ſcriptis commendarem.¶ Videretur dicen
dum prima fronte bene fuiſſe iudicatum rñdendum eſſe libello
reconuentionali non obſtāte reſcripto impetrato, quia ſup hoc
iam latæ fuerant duæ ordinationes ſupra in narratione facti me
1 moratæ,quæ in rem iudicatam videntur tranſiuiſſe, ideo† res iu
dicata pro veritate habetur.l.res iudicata.ff.de reg.iu.& eſt rātæ
potentiæ ꝙ naturalia vincula ſanguinis mutat, & falſum mutat
in verum non eſſentialiter ſed quo ad effectum.Bal.in c.præſen-
tia, de renunc. Ideo non vr̄ amplius diſputandum ſuper tali re-
ſcripto poſt rē iudicatā. maximè quia impetrās reſcriptū tacuit
2 tranſitum hmōi in rem iudicatam ob id† reſcriptum vr̄ ſubrepti
tiū,quia non ſufficit narrare in genere de ordinatione,ſed debet
in ſpecie exprimi quòd tranſierit in rem iudicatam.Old.in con-
ſil.81.quòd proceſſus.Ancha.in conſi.404.Tria dubia. colum.4.
Roma.in conſil.272.Commiſſio,ad fin.& in conſil.326.ad fin.la
te Alex.in conſi.195.lib.2.Soc.in conſil.273.ad fin. lib.2.in con-
ſil.59.colu.3.poſt med.lib.3.Ratio eſt, quia generalis expreſſio
parit obſcuritatem, & paria ſunt aliquid non exprimere vel ob
ſcurè. l.de ætate. §.ex cauſa. ff.de interro.actio.nec ita de facili
reſcripſiſſet princeps ſi de tali qualitate mentio facta fuiſſet.Sed
præmiſſis non obſtantibus puto malè & nulliter ac contra ęqui
tatē pronunciatum circa ſecundum caput dictę ordinationis, ꝙ
reſponderetur libello reconuentionali,& præmitto quòd† ordi- 3
natio iudicis a qua fuit appellatum tranſiuit in rem iudicatam
quoad primum caput quo fuerunt admiſſi articuli matris con-
tinentes iuſtificationem reſcripti,cum pars aduerſa acquieuerit
ipſi ordinationi in totum petendo pronunciari bene iudicatum
& malè appellatum.l.fi.C.de tēp.appell.facit tex. in l.2.C.quod
met.cau.& in l.ad ſolutionem. C.de re iudic.immo ex eo ſolum
ꝙ pars aduerſa non appellauit ab illa ordinatione dr̄ tranſiuiſſe
in rem iudi.l.1.C.de poſtul.l.1.C.ſi ſæpius in integ. reſtitu.poſt
ca.quod ad conſultationem,de re iud.quod procedit ēt in cau-
ſa criminali.l.non tantum.ff.de appel.l.1.§.fi.ff.de quæſtio. l.di-
ui.ff.de pœnis.Nec etiam mater appellauit ab illo primo capi-
te cum eſſet & ſit ei fauorabile, immo in concluſione libelli ap-
pellatorij expreſsè id declarauit ꝙ ſolū inſiſtere intēdebat circa
ſecundū caput.¶ Hoc ita præſuppoſito ꝙ fuerit ordinatum rñde
ri articulis reſcriptum iuſtificantibus, dico ꝙ in neceſſarium cō
ſequens iudex ordinauit cauſas eſſe ſeparandas reſcripto iuſti-
4 ficato,quia† ēt in ſnīa qui vult antecedens, cenſetur velle conſe-
quens neceſſarium.& econtra.Soc.in conſi.134.col.3. li.1.Aret.
in conſil.156.col.9.& lata ſententia ſuper vno extenditur ad a-
liud,ſiue illud ſuper quo lata eſt,eſſet nullius effectus.l.fin.C.de
vſur.rei iud.cum ſi.vt per Aug.in conſi.257.colum. pe.in fi.verſ.

ſupereſt

ſupereſt aūt videre. vbi loquitur in pulchro caſu. ideo ſi iudex de
clarat quē eſſe debitorem, in neceſſariū conſequens cenſetur eū
condemnare ad ſoluendū debitū. & ſi declarat bona eſſe hypo
thecata, cenſetur condemnare reū ad eorū reſtitutionem vt hī
in dictis locis. ſimiliter ſi iudex in ſnīa dicit Titius furtū cōmiſit,
ex hoc cenſet eū condemnare ad pœnam ſtatuti pro furto. Cro
tus in rep. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. 31. de lib. & poſthu.
Si. n. iudex animum non habuiſſet ſeparādi cauſas, fruſtra & in
perniciem matris articulos eius admiſiſſet ad ipſam ſeparatio-
nem, & non ad aliud pertinentes, itaq; ſi cauſæ debent ſeparari
verificato reſcripto, nullo modo potuit ordinare & ſimul & ſe-
mel rñderetur libello reconuentionali. Ex quo mandato ad rñ-
dendendum ordinatio illa redditur nulla ſequentibus fundamē
5 tis. ¶ Primò rōne † perplexitatis quæ magis vitiat diſpoſitionem
q̃ impoſſibilitas, patet quia in vltimis voluntatibus impoſſibili
tas vitiatur non vitiat. l. impoſſibilis. ff. de ver. ob. Perplexitas aūt
vitiat vltimam voluntatem, non vitiatur. l. ſi Titius. ff. de condit.
inſti. l. ſi quis a filio. ff. de lega. 1. immo perplexitas in teſtō reddit
illud ſuſpectum. Old. in conſ. 242. Tota præſens, in fi. & in ſnīa ꝙ
vitietur ex perplexitate not. Bar. in conſi. 285. conſidera. li. 5. Qd̃
autem contineat perplexitatem, illa ordinatio probatur, quia ad
mittendo articulos concernentes verificationē reſcripti in con-
ſequens neceſſariū ordinat ſuper ſeparatione cauſarū reſcripto
verificato, & tñ interea ordinat ꝙ procedatur proceſſu ſimulta
neo, profectò iſta eſt euidens perplexitas & repugnantia ꝙ pro-
cedatur proceſſu ſeparato ſimultaneo. ¶ Secundò redditur nulla
6 illo ordinatio † rōne impoſſibilitatis, nā vt ſtatim dixi, iudex ad-
miſit ſeparationem cauſarū reſcripto verificato, ſed qūo poterit
facere quin proceſſus ſimultaneè agitatus, ſimultaneè dicat ha-
bitus, cū facta pro infectis haberi non poſſint ſm Philoſophū,
& eſt tex. in l. in bello. §. factæ. ff. de capti. impoſſibilitas aūt ſiue
iuris ſiue facti vitiat ſnīam. Bal. in conſi. 274. li. 4. ¶ Tertiò reddi-
7 tur † nulla ratione præiudicialitatis, nā quotiens in proceſſu duo
incidunt, quorū vnum eſt præiudiciale ad alterum, prius tractari
debet articulus præiudicialis, alias proceſſus fit nullus & ſnīa. l.
quærimus. ff. de eo qui pro tutore. Bar. in l. multum intereſt. ff. de
condi. & demon. Bald. in conſi. 275. præmiſſo ſtatuto cōis Vero-
næ. li. 5. Pau. de Caſt. in conſi. 281. in cauſa iſta quinq;. col. 5. lib. 1.
Gem. in conſi. 120. col. fi. & qñ quæſtioni præiudiciali alia admi-
ſcetur dicitur procedi contra iuris ordinem, & fit intricatio pro
ceſſuum, ideo poteſt appellari. Fed. de Senis in conſ. 71. Satis vř.
Dř autem aliquid præiudiciale ad alterum ratione conflictus qñ
ſi ambo deducant ad actū, vnū tollit alterū. Bal. in l. per minoré,
circa fin. ff. de iud. ſed iſta duo ſup quibus iudex ordinauit ſunt
talia ꝙ ſi ad conflictū deducantur vnū tollit alterū, quia ſi reſcri
ptū verificatur tollitur proceſſus ſimultaneus, & ſeparatim pro-
cedetur, ergo prius diſcutiendus erat articulus ſeparationis &
verificationis reſcripti. Rurſus vna cā dř præiudicialis ad alterā
rōne perplexitatis qñ ſi procederetur ſuper vtraq; ſimul, induce
ret perplexitas. l. fundū. & l. fundi. ff. de excep. Cot. in conſ. 30. co
lū. 4. ad fi. li. 3. ſed in caſu nřo ex cōcurſu iſtarū cauſarū verifica-
tionis reſcripti & reconuentionis in eodē & ſimultaneo proceſ
ſu clara arguitur ꝑplexitas, ergo prius impleri & diffiniri debe-
bat qō verificationis reſcripti tanq̃ præiudicialis. alias. n. eſſet in
tricare negociū & cauſas cōfundere, dicit tex. in c. tuā, de ordi.
cogni. quæ. n. intricatio & quæ cōfuſio, ſi poſt actā cām reconuē
tionis proceſſu ſimultaneo reſcriptū verificetur, atq; ita ſeparen
tur cauſæ, nōne ex hoc aperta arguet iniuſtitia iudicis dum ordi
nauit rñderi proceſſui ſimultaneo, cū eſſent cauſæ ſeparandæ re
ſcripto verificato? Ex quo fundamento inferē ꝙ illa ordinatio in
hoc ſecundo capite eſt ꝯ æquitatem. Pone. n. ꝙ expenſas cōſum
pſerint partes circa cām recōuentionis in proceſſu ſimultaneo,
deinde ꝙ cauſæ ſeparentur, nōne ille proceſſus ſimultaneus ar-
guet fruſtratorius, & partes fruſtra ſimultaneè litigauerint & ex
penſas cōſumpſerint. & poſito a nullitate defendi poſſet illa or-
dinatio, ex præmiſſis tñ rōnibus licitū fuit appellare, in qua re
oēs doc. cōueniunt, vt tradit Are. in conſi. 107. col. 2. verſi. tertius
caſus. ¶ Quartò nos habemus ꝙ vna & eadē res nō dēt diuerſo
iure cenſeri. l. eū qui ædes. ff. de vſucap. l. ſi fine. ff. de cōd. & dem.
c. eſi ita tua, de decim. in c. cognouimus. 12. diſt. cle. 1. de elect. &
tñ ſm iſtam ordinationem proceſſus vnus & idem cenſeretur di
uerſo iure quia cauſa reconuentionis pro parte temporis tracta
bit proceſſu ſimultaneo vſq; ad verificationē reſcripti, & poſt re
ſcripti verificationē proceſſu ſeparato, q̃ res vltra ꝙ eſt ꝯria iu-
ri cōi, aduerſatur ēt verbis & menti reſcripti, quo mādatur cau
ſas ſeparari conſtito de ſupplicatis, & ſic indiffinita æquipol-
let vniuerſali. l. ſi pluribus. vbi Bar. ff. de lega. 2. & ſic dēt intel-
gi reſcriptum ꝙ cauſæ ſeparentur in totū, non pro parte tēpo-
ris tm̄. ¶ Quintò actus legitimi non pñt ſtare in ſuſpenſo. l.
actus legitimi. ff. de regu. iur. quod tñ iudex uoluit facere i illa
ſua ordinatione, nā validitas proceſſus ſimultanei in cā recō-
uētionis ſtabit in ſuſpenſo donec reſcriptū uerificet vel nō. Eo
enim verificato & cauſis ſeparatis ꝓceſſus ſimultaneus reddeē
nullus tanq̃ factus ꝯ formam reſcripti. c. cū dilecta. vbi latiſſi-
mè Mod. de reſcr. ¶ Sextò illa ordinatio nō reperitur cōformis
petitioni alterutrius partiū, nā mater petebat ordinari nō eſſe
rñdendū cauſæ reconuentionali in eodē & ſimultaneo proceſ-
ſu, qđ iudex nō fecit. ſimiliter filius petebat articulos concernen
tes verificationē reſcripti repelli, quod ēt iudex non fecit, ergo
ordinatio nulla. l. vt fundus. ff. cōi diui. l. fina. C. de fideic. lib. c. li-
cet Hely, de ſimonia cum ſi. ¶ Itaq; debebat alterū duorū face-
re, vel repellere articulos cōcernētes ſeparationē cauſarū, & ad
mittere cauſam recōuentionis in eodē & ſimultaneo proceſſu,
vel admittendo articulos illos tendentes ad ſeparationē cauſa-
rū, debebat cauſam reconuentionis quo ad ſimultatē proceſſus
in ſuſpenſo tenere, vtrunq; autem ſimul facere non potuit nec
debuit, quia vtrūq; faciendo reſultant perplexitas, repugnantia,
impoſſibilitas, iniquitas & alia abſurda de quibus ſupra. ¶ Illud
ſolū ſupereſt vt reſpondeamus ad cōtraria. itaq; non obſtat pri-
mò ꝙ nō fuit facta mentio in reſcripti impetratione ꝙ illa ordi
natio lata ſexta Iulij tranſitū fecerat in rē iudi. q̃ a rñdeo multis
modis, & primò ꝙ ex ea expreſſione princeps nō reddidiſſet ſe
difficiliorē ad concedendū reſcriptū, patet, ſi enim volumus di-
cere ꝙ ex tranſitu in rē iudi. erat acquiſitum ius parti, dico ꝙ ēt
erat acquiſitum de iure cōi ſine illa ordinatione, cū de iure cōi
cauſæ conuentionis & reconuentionis debeant proceſſu ſimul-
taneo tractari per ea quæ habentur in authen. conſequenter. C.
de ſentent. ſi igitur voluit princeps derogare iuri cōi ex cauſa, a
fortiori derogaſſet vni interlocutoriæ, quæ ſi reſpectu iudicis
nunquam tranſit in rem iudi. multò minus reſpectu ſuperioris.
¶ Secundò reſpondeo, ꝙ pars aduerſa renunciauit illi ordinatio
ni & alij poſtea latæ die 28. Nouembris. 1539. nam illę ordina-
tiones fuerunt reuocatæ per vltimā ordinationem a qua fuit ap
pellatū & in primo illius capite, ſi. n. ſi pro quia admiſſa fuit mř
ad verificandū reſcriptū & in neceſſariū antecedens aut conſe-
quens ordinatū cauſas ſeparari debere reſcripto verificato, ergo
neceſſariò dicēdū eſt reuocatas fuiſſe pręcedentes ordinationes
quibus mandabatur procedi ſimultaneè ēt in cauſa recōuentio
nis, nec poterat iudex matrem admittere ad verificationem re-
ſcripti quin prius reuocaret illas ordinationes ſm quas cauſæ ſe
parari non poterant. Rurſus pars aduerſa acquieuit huic vltimę
ordinationi non appellando ab ea, immo petendo eam confir-
mari, ergo in neceſſariū antecedēs renunciauit pars ordinationi
bus præcedentibus, qūo igitur pōt nūc pars aduerſa reuerti ad
eas ordinationes q̄bus neceſſariò renūciauit. l. quærit. §. ſi vendi
tor. ff. de ędil. edic. l. poſtq̃ liti. C. de pactis. l. fi. C. de remiſſio pi-
gno. cum ſi. ¶ Secundò reſpondeo ꝙ pars aduerſa ita opponen-
do eſt ſibi ꝯria, nam iſta oppoſitio tendit ad finem impugnandi
reſcriptum ꝙ cauſæ non ſeparenī attenta ſubreptione reſcripti,
& rñ conſentiendo ordinationi latæ & eam approbando cōſen
ſit ſeparationi cauſarū reſcripto verificato, q̃ a nihil aliud conti-
net primū caput ipſius ſnīæ, ideo tanq̃ contraria audiri non de
bet. l. 1. C. de furtis. ¶ Tertiò reſpondeo poſito millies & non con
ceſſo, reſcriptum eſſet ſubreptitium, prout pars contendit, iſtud
poſſet opponi ſolū ad effectū ne cauſæ ſeparenī, ſed ea hoc non
tollitur quominus illa ordinatio contineat perplexitatem, repu
gnantiā, impoſſibilitatē & alia vitia de quibus ſupra. Nā iſta op
poſitio partis ꝙ reſcriptū ſit ſubreptitiū tendit ad impugnatio-
nē ſententiæ in primo capite ꝙ malè fuerit ordinatum cauſas ſe
parari debere reſcripto verificato, ſed qūo poteſt hoc allegare
nunc voce, cum per acta petierit ordinationem confirmari. Be-
ne fateor ꝙ ſi appellatus ipſe etiam appellaſſet a primo capite il
lius ordinationis, vel iuuare ſe voluiſſet appellatione noſtra, poſ
ſet ad impugnandum primum illud caput ordinationis ſubre-
ptionem obijcere, ſed approbata ordinatione nō poteſt hoc op
ponere quia ſibi contrarietur manifeſtè. ¶ Quartò reſpondeo ꝙ
non eſt facienda vis in illa ordinatione lata die 28. Nouembris.
1539. quia eſt nulla, & laborat eiſdē morbis quibus vltima ordi
natio, nā continet perplexitatem, repugnantiā, impoſſibilitatē
& intricationē, dum primò mandat litem cōteſtari ſimultaneo

proceſſu in cauſa reconuentionis, & poſtea ſuper cauſarum ſeparatione remittit ſe ad futuram iudicis ordinationem, quid. n. ſi iudex ordinaſſet cauſas ſeparari prout ordinauit in effectu ſi reſcriptum verificetur, nonne iniuſtum apparet præceptũ de cõteſtando l item ſuper cauſa recõuentionis proceſſu ſimultaneo? ergo de iſta ordinatione nulla ratio haberi debet. l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iudi. cum ſi. Dico ẽt circa iſtam ordinationem ꝙ ẽt ceſſante nullitate non põt dici trãſiniſſe in rem iud. quia facto ipſo petitum fuit eam reuocari petendo rñderi articulis mr̃is, & cauſam reconuentionis ſeparatim tractari. ¶ Quintò rñdeo ceſſare vitium ſubreptionis ex eo ꝙ tacitum fuerit ordinationem latam die ſexta Iulij tranſitũ feciſſe in rem iudi. quia ſatis eſt ꝙ fuerit ſacta mentio de illa ordinatione, & petitum cauſas ſeparari, non obſtante illa ordinatione, quia ſaltem ſacta eſt mentio de tranſitu in rem iud. præſumptiuè, cum non ſoleat peti dero-
8 gatio ſnīæ niſi poſt tranſitum in rem iud. quo† caſu qñ præſumptiuè quid exprimitur, ceſſat ſubreptionis vitiũ. Soci. in cõſ. 188. ad fi. li. 2. nec committitur vitium ſubreptionis qñ ſcribens ſaltẽ in genere ſcire potuit quod tacitum eſt. Cor. in conſi. 201. col. 4. ad fi. nu. 14. li. 2. ſed exprimendo in narratione non obſtante ordinatione, ſatis potuit cogitare & ſcire princeps in genere ꝙ trãſitum feciſſet ordinatio in rem iu. ¶ Sextò reſpondeo, † ꝙ iſta ex-
9 ceptio ſubreptionis eſt dilatoria, & opponi debet ante litẽ conteſtatam, immo ẽt & probari ante litem cõteſtatam. pulchrè & latè d. Barth. Veron. in conſi. 64. & dicit Bal. in conſi. 517. Poſt diuerſa reſcripta in fi. li. 5. ꝙ quia eſt dilatoria exceptio ſubreptionis, cenſetur ſublata per clauſulam remotis quibuſcunq; exceptionibus. Contrarium tñ in hoc tenet Veron. in d. conſi. 64. col. 7. ver. plus ẽt dico vt dixi ſupra in conſil. 68. in fi. Et ꝙ ſit dilatoria & opponi debeat ante litem conteſt. tenet Præpoſi. in ca. pertuas, col. 3. circa med. de appell. ob id mirandũ eſt qũo opponatur nunc poſt vltimam ordinationem quæ tranſitum fecit in rẽ iud. quo ad primum caput. Aduertendum tamen quia iſtud videtur procedere quando opponit exceptio ſubreptionis in vim dilatoriæ ad impediendum litis ingreſſum, tamen videtur ꝙ opponi poſſit etiam in vim peremptoriæ & ſic poſt litem conteſta. Gemi. in conſi. 65. col. fi. circa med. Grationo. vltima Nouẽbris. 1540. Aymo Crauetta de Sauiliano Iuriſconſ.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta in codicillis reuocat ſubſtitutionem factam in teſtamento.*

2 *Conditione ſublata, cenſetur ſublatum conditionatum quando ita apparet de mente diſponentis.*

3 *Noua dicitur ſubſtitutio ex diuerſitate formæ & conditionis.*

4 *Paria ſunt quid factũ non eſſe, uel factũ quidẽ, ſed reuocatum.*

5 *Producens in iudicio inſtrumenta ad cauſam facientia præſumitur procurator vt ſaltem admittatur cum cautione de rato, & quid ſi producens erat perſona domeſtica domini, an ſit uera Romani diſtinctio.*

6 *Productio inſtrumenti reuocari non poteſt.*

7 *Productus liber in iudicio probat contra producẽtem, licèt producatur in parte & paſſibus. &c.*

8 *Producto inſtrumento nihil addi aut detrahi poteſt virtute illius clauſula dictamine ſapientis.*

9 *Renunciare non poteſt quis fauori tertij.*

10 *Appellatus poteſt vti appellatione appellantis, licèt appellans illi renunciauerit.*

11 *Conditio de uoluntate aut conſenſu talis apponi poteſt diſpoſitioni quando non agitur de pœna, ſed de lucro non faciendo.*

12 *Parentum appellatione qui ueniant.*

13 *Copula requirit concurſum omnium, ideo vbi in aliquo actu requiritur conſenſus fratrum & parentum diſponentis, omnium conſenſus eſt neceſſarius.*

14 *Conſenſus aliquorum vbi requiritur in aliquo actu agens ex eo quod conſenſus non interuenerit, tenetur probare quod extarent perſonæ quarum conſenſus requirebatur.*

15 *Omnis, dictio operatur quod ſi teſtator legat omnem rem quã cõem cum alio habebat, cenſetur legare etiam partem ſocij.*

16 *Derogatum cenſetur primo pacto ex alio pacto diuerſo facto ex interuallo.*

17 *Agens ex vna cauſa ſi illam non probat, debet ſuccumbere, licèt ex alia cauſa agere & obtinere potuiſſet, etiam quod alia cauſa probetur.*

18 *Teſtamentum non opitulatur agenti ex eo niſi impleta teſtatoris uoluntate.*

19 *Subſtituti repudiantis bona remanent apud heredẽ grauatũ. Pœna appoſita non implenti voluntatem teſtatoris remitti poteſt per eos in quorum fauorem erat implendum. ibidem nume. 19.*

CONSILIVM LXXX.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtula. Nobilis Aliſia Policardæ inſtituit Guilielmũ Odoardi eius maritũ heredẽ vniuerſalem, cui de medio ſublato ſubſtituit Franciſcũ Odoardi nepotẽ ipſius Guilielmi hæredis, & Margaritã de Auguſta neptem ipſius teſtatricis ex ſorore, cũ hac tñ cõditione, ꝙ ipſe Frãciſcus teneatur accipere in vxorẽ dictã Margaritam, & econuersò dicta Margarita teneatur accipere in maritũ dictũ Franciſcũ Odoardi. & caſu quo alter ipſorũ Franciſci & Margaritæ alterũ eorundem & econuersò deſpõſare recuſaret, ita ꝙ matrimoniũ inter eos culpa ipſius recuſantis non ſortiret effectũ, voluit ipſa teſtatrix eo caſu ꝙ talis recuſans excludat̃ penitus ab hmõi ſubſtitutione & a bonis ſubſtitutis, & quẽ ex nũc prout ex tunc & econuersò excluſit & excluſum eſſe voluit, & ꝙ dicta bona ſubſtituta deueniant, ſpectent & pertineant pleno iure ad aliũ non recuſantem, & prout latius continetur in ipſo teſtamento. Deinde in codicillis dicta teſtatria ſubſtituit præfatã Margaritam inſolidũ, ita ꝙ non poſſet ſe maritare niſi de cõſenſu & voluntate fratrũ & parentũ ipſius nobilis Aliſiæ codicillantis. & caſu quo aliter faceret, eidem Margaritæ reliquit ſcuta cẽtũ auri, ſubſtituendo in eum caſum fratres ipſius teſtatricis. poſtea deceſſit præfatus Guilielmus Odoardi hęres inſtitutus, quo defuncto dictus Franciſcus Odoardi & Margarita de Auguſta iudicium inſtituerunt contra hæredes dicti Guilielmi Odoardi ad reſtitutionẽ fideicõmiſſi. Super quo facto, de duobus principaliter dubitatur. Primò, an ipſi agentes potuerunt experiri ex ſubſtitutione facta in teſtamento non obſtãtibus codicillis, quorum productionem reuocarunt, dicendo ſe illis nolle iuuare. Secundò an potuerit fieri ſubſtitutio ſub cõditionibus adiectis in
1 ipſo teſtamento & codicillis. ¶ Circa primum dubium † breuiter videtur concludendũ, illam ſubſtitutionẽ factam in teſtamẽto fuiſſe reuocatam in codicillis quatenus pertinet ad perſonã ipſius Franciſci Odoardi, cũ ipſa Margarita fuerit ſubſtituta ꝑ codicillos in omnibus bonis ipſius teſtatricis, igit̃ neceſſariò dicendũ eſt ſublatam eſſe ſubſtitutionem factam de Franciſco, alias enim non poſſet dici ſubſtituta ipſa Margarita in omnibus bonis ſed in parte tantum. l. ad legatum. l. ad rem mobilem. ff. de procu. l. illud. ff. de acquir. here. cum ſimilibus. Amplius, licèt ſubſtitutio non eſſet facta in codicillis de omnibus bonis, ſed ſimpliciter ſubſtituta fuiſſet, ipſa Margarita, adhuc cẽſeretur reuocata ſubſtitutio facta in teſtamento de ipſo Franciſco Odoardi. primò quia ſubſtituendo ipſam Margaritam cenſetur excluſiſſe ipſum Franc. Odoardi. l. cum prætor. ff. de iudic. l. maritus, C. de procura. ¶ Secundò, quia vbi de eadem re duplex reperitur vltima voluntas ſeu diſpoſitio, vltima attenditur non prima. l. tranſlatio. §. fin. ff. de adim. lega. l. cum hic ſtatus. §. ait oratio. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. cap. cum Marthæ, de celebra. miſſa. ſed circa ſubſtitutionem duplex reperitur facta prouiſio, vna in teſtamento, altera in codicillis, ideo attendi debet diſpoſitio facta in codicillis tanquam vltima, in qua cum ſola Margarita reperiatur ſubſtituta ipſa ſola
2 admitti debet excluſo Franciſco Odoardi. ¶ Tertiò, † quia ſublata conditione cenſetur ſublatum conditionatum quando ita apparet de voluntate diſponentis. l. 3. §. conditio. ff. de adimen. leg. Are. in cõſ. 93. ad fi. latè Bal. in cõſ. 478. Quidã Frãciſcus. li. 3. ſed cõditio adiecta ſubſtitutioni factæ in teſtõ fuit ſublata in codicillis, quia ex teſtõ obligabantur ſubſtituti inuicem contrahere matrimonium, ſed per codicillos aliter prouiſum fuit ꝙ teneretur ipſa Margarita contrahere matrimonium ex conſenſu & voluntate fratrum ipſius teſtatricis, de ipſo autẽ Franciſco nihil dictum fuit, igitur receſſum videtur a ſubſtitutione facta de ipſo Franciſco, cũ ita appareat de voluntate teſtatricis, quæ in caſum

ſtim quo nuberet Margarita ſine conſenſu & voluntate fratrum
ipſius teſtatricis ſubſtituit ipſos eius fratres, profectò ſi intentio
teſtatricis fuiſſet non reuocare ſubſtitutionem factam de ipſo
Franciſco Odoardi, Franciſcum ipſum appellaſſet, non eius fra
tres. ¶ Infertur ex præmiſſis, quod reuocata ſubſtitutione facta in te
ſtamento non potuerunt agentes experiri virtute ipſius teſtamē
ti, quò ad eam partem ſubſtitutionis, & quidem quò ad ipſum
Franciſcum res clara eſt quod experitur ſine actione, cum non repe
riatur vocatus ad ſubſtitutionem, ſimiliter ipſa Margarita ex te-
ſtamento agere non poteſt, quia etiam reſpectu ipſius Margari-
tæ receſſum fuit a ſubſtitutione facta in teſtamento cū fuerit ſub
ſtituta in codicillis ſub diuerſa & noua cōditione, ideo † illa ſub-
3 ſtitutio facta in codicillis ſub diuerſa forma & conditione dici-
tur noua ſubſtitutio. l. ius autem ciuile. ff. de iuſti. & iure, per quē
tex. dicit Soc. in conſi. 27. col. 4. lib. 1. quòd nouum dicitur com-
promiſſum ex adiectione alterius formæ & qualitatis, quæ non
erat in primo compromiſſo, & in terminis ſubſtitutionis quod di-
catur noua, & diuerſa ſubſtitutio ex diuerſitate conditionis, ita
arguit Corn. in conſi. 238. col. 5. ver. ex quibus apparet. lib. 4. ita-
que cum noua & diuerſa ſit ſubſtitutio facta in codicillis a ſub-
ſtitutione facta in teſtō, ſubſtitutio facta in teſtamento fuit in co
dicillis reuocata, etiam quò ad ipſam Margaritam, cum inuicē
non compatiantur ambæ ſubſtitutiones quo caſu etiam in con-
tractibus vltima derogant prioribus. l. pacta nouiſſima. C. de pa
ctis cum ibi not. per Mod. nullo modo dicendum eſt agi potuiſ-
ſe per ipſam Margaritam ex ſubſtitutione adiecta in teſtamen-
to, quæ ſint reuocata per ſubſtitutionem factam in codicillis, pa
4 ria † enim ſunt ſubſtitutionem in teſtamento factam nō eſſe, vel
eſſe quidem, ſed reuocatam. l. 1. §. quibus. ff. quod cuiuſq; vniuer.
no. l. creditores. ff. de verb. ſig. ¶ Nec obſtat quod productio codicil-
lorum fuerit reuocata, quia reſpōdeo, quod ex quo procurator pro
duxit codicillos, veriſimile eſt, immo pluſquam veriſimile quod il-
los habuerit ab ipſis agentibus, & quod eos produxerit de manda-
5 dato eorum, immo † ex eo ſolum quod quis producit in iudicio in-
ſtrumenta ad cauſam facientia, præſumitur procurator vt ſaltē
admittatur cum cautione de rato. Bar. in l. vulgo. in ſi. ff. de adm.
tut. notant cano. in c. oram, de off. deleg. quod hoc dubio proce-
dit quando producens talia inſtrumenta, non probaretur perſo
na domeſtica domini, adeò quod ſine domini traditione aut volun
tate potuiſſet talia inſtrumenta producere. Roma. in conſil. 446.
Primus. col. 3. in 2. dubio. quæ tamen Roma. diſtinctio non vide-
tur præſumptio delicti, aut quod domeſticus contra voluntatem do
meſtici quid attentauerit. Bene fateor quod ſi dñs inſtrumentorum
probaret illa inſtrumenta fuiſſe ſibi ſubtracta, tunc ex eorū pro
ductione non præſumeretur mandatum, ideo Abba. in conſil. 7.
col. 3. li. 2. ſimpliciter dicit mandatum præſumi in eo qui inſtru-
menta producit. idem dicit Bologn. in addi. ad conſilia Io. de A-
na. in conſi. 82. col. ſi. Ecce quod adeo præſumitur productum inſtru
mentum de voluntate dñi quod ex tali productione etiam domini
mandatum præſumitur, & tamen mandatum ſine domini con-
ſenſu induci non poteſt expreſſo vel taciso. l. conſenſu, in prin. ff.
de act. & obli. Pro hoc facit quod ſcribit Bar. in l. quoniam iudi-
ces. C. de appel. vbi voluit quod factum a poteſtate præſumatur fa-
ctum de conſilio ſui aſſeſſoris, quanto fortius dicendum eſt in-
ſtrm præſumi debere productum a procuratore de voluntate &
mandato dñi. Itaq; ſi ex conſenſu agentium producti ſunt codi-
cilli, ſi pro quia talis productio amplius reuocari non potuit in-
6 hitis reis. regula, quod ſemel placuit. li. 6. & in terminis † produ-
ctionis inſtrumenti quod reuocari non poſſit, tradit Roma. in conſi.
433. Quò ad primum quod ſufficit in vltimo dub. vbi duplicem rō-
nem aſſignat, prima eſt quia productio inſtrī eſt de actis, quæ v-
nius tantum litigantis voluntate tolli aut mutari non poſſunt. ſe
cundò quia inſtrm poſtquam eſt productum dr cōe vtriq; parti,
ideo ſi appareat illud facere contra producentem vel pro eū contra quem
producitur, non pōt ius ei quæſitum ea tali productione auferri
productionē ipſam reuocando. Idem voluit Gui. Pap. q. 131. in ſi.
7 & q. 243. Pro quo † facit quod ſcribit Pau. de Caſt. in conſi. 331. In
cauſa Syluestri. col. 2. ante med. li. 1. quod liber productus in iudicio
dr cōis vtriq; parti, ideo probat contra producentem, licèt produxe-
8 rit in parte & paſſibus. Alibi † ſcribit idem Pau. in conſi. 415. Vi-
ſo & examinato dicto puncto, in vltimo dubio. li. 2. quod poſtquam
inſtrumentum productum eſt in iudicio ſimpliciter ſine aliqua
reſeruatione, ſapiens nihil addere aut detrahere poteſt, licèt ro-
gatus fuerit notarius vt reciperet inſtrumentum ad conſilium ſa
pientis. Ad idem adduco Bal. in d. conſi. 323. Præmittendum eſt,
col. 1. lib. 4. vbi quod ea quæ in iudicio producta ſunt, non dicantur
amplius in poteſtate producētis ſed iudicis, iō mutare ea aut fal
ſificare non pōt, ſimiliter quod ſi ſcriptura ſemel eſt producta in iudi
cio ſimpliciter illa amplius qualificari nō pōt vt dicatur produ-
cta in parte & paſſibus, vbi ab initio cum tali proteſtatione pro
duci potuiſſet. Bal. in l. vnica, col. 4. & 5. C. de confeſ. & in c. cū di
lectus, col. pe. in ſi. ver. item incipiunt diuiſionem. de conſue. Fel.
in c. cū venerabilis, col. 6. ver. quintus & vltimus caſus, de excep.
quod tū intelligerem niſi producens velit probare de errore ſcri
pturæ productæ, quia tunc productio poſſet reuocari. Bal. in con
ſi. 307. Proponitur quod notarius. li. 5. Gui. Pap. in d. q. 131. & q. 403.
ver. ſed iuxta præmiſſa quæro, ſed hic ceſſat error. Ob id dici po-
teſt contra iſtam Margaritā quod potui uolui, quod nolui adim
plere nequiui. l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi. i. poterā
agere ex codicillis & nolui, volo nunc agere ea ſubſtitutione te-
ſtamenti & non poſſum, quia receſſum ab ea fuit. ¶ Secundò rñ-
9 deo ad iſtam reuocationem productionis codicillorum † quod licèt
poſſit quis renunciare fauori ſuo. l. pe. C. de pac. non tū renuncia
re poteſt fauori tertij. Abb. in conſi. 61. col. 1. li. 2. iō potuit Marga
rita renunciare productioni iſtorū codicillorum ad ſui præiudi-
cium, ſed non ad præiudiciū reorū quominus codicillis produ-
ctis vti poſſint, non. n. facti fuerunt codicilli ad vtilitatem tantū
ipſius Margaritæ, ſed aliorū ēt. & poſito quod nunquam producti eſ
ſent codicilli per ipſos agentes, poſſent tū rei illos producere ad
eorum vtilitatem quatenus pro eis faciunt, & ſicut poſſent illos
producere, ita ſi apertè producti ſunt eorū productione vti poſ
ſunt, cum inſtrā & alia quæ in iudicio producuntur cōia dicātur
10 vtrinq; parti, vt ſupra probauimus. Pro his † facit tex. in c. 1. de ap
pel. li. 6. vbi licèt appellans renunciet appellationi, & ab ea rece-
dat, poteſt tū appellatus tali appellatione vti, quia ſolū potuit
appellans renunciare appellationi in ſui præiudicium, ſed nō in
præiudicium appellati. no. Bar. in l. ſi quis libellos. C. de appella.
¶ Clarè itaq; infertur ex præmiſſis quod agere non poſſunt Franciſ
cus & Margarita ex ſubſtitutione teſtamentaria, quia probatur
reuocata per codicillos. Similiter agere non poſſunt ex codicil-
lis quorum productioni renunciauerunt, quod facere potuerūt
in eorum tantum præiudicium, non reorum. Similiter Frāciſcus
Odoardi agere non poteſt aliquo modo, non ex teſtamento, quia
ſubſtitutio in eo facta reuocata eſt in codicillis, non ex codicil-
lis, quia in eis non legitur nominatus, immo exclusus, itaq; Frā-
ciſcus in omnem euentum agere non poteſt. ¶ Sed poſito & non
conceſſo, agi poſſet ſaltem ex codicillis, & quod productioni eorū
renunciatum non eſſet, dico veniendo ad ſecundum dubium quod
ex eis obtinere agentes nō poſſunt. Non quidem Franciſcus, quia
vt ſæpius dictum eſt, ipſe per codicillos excluditur, nō ipſa Mar-
11 garita de Auguſta † quia non impleuit cōditionem ſub qua fuit
ſubſtituta, id eſt non nupſit de voluntate aut conſenſu fratrū ip-
ſius teſtatricis, quæ conditio tenet, quando non agitur de aliqua
pœna, ſed ſolum de non faciendo lucrum aut de lucro perden-
do. allegatur per dños & præſtantiſſimos conſulentes. Fely. in c.
1. col. 9. verſi. 2. fallit, de ſponſa. Guilielmus de Benedictis in cap.
Raynucius, ſuper verbo cuidā Petro nu. 11. de teſtamen. ſed vl-
tra eos adduco Oldra. in conſi. 16. Thema tale eſt, Titius. in 1. q.
& eſt tex. in l. 1. vbi Deci. in 3. no. C. de inſti. & ſubſti. quod tamē
declarandum eſt, vt per Calca. in conſi. 3. col. 6. poſt med. ve. ſic.
ſed etiam non valebit. De quo tamen vide quod latius dixi in
conſil. 1. ¶ Nec obſtat quod ex aduerſo opponitur defunctos eſſe
fratres teſtatricis quorū conſenſus requirebatur per codicillos,
quia reſponſum fuit & bene per D. conſulentē dūm Nicolaū de
Boneton, quod viuere præſumunt. ſecūdò quod neceſſarius erat conſen
ſus non ſolum fratrum teſtatricis, ſed etiam parentum ſuorum.
12 † quod verbum parentum, neceſſariò intelligendū eſt ſm mate
riā ſubiectam pro coniunctis teſtatricis cū patrē & matrem nō
haberet. Abb. in c. fraternitatem, in ſecundo notabili de ſepultu
ris. Ang. in §. Economus, per illum tex. in auth. de aliena. & em-
phy. ideo ſtante ſtatuto quod parentes rebellium non poſſint habe
re aliquod offi. ium in communi intelligitur ſtatutum generali
ter de omnibus coniunctis ipſorum rebellium. Iaſ. in l. 2. §. 1. in
2. nota. ff. de in ius vocan. not. Deci. in conſil. 427. colum. 2. circa
13 prin. Itaq; † cum neceſſarius eſſet conſenſus fratrum & parentū
ipſius teſtatricis, non ſatis erat fratrum duntaxat conſenſus ob
naturam copulæ. l. ſi hæredi plures. ff. de condi. inſtitu. cum ſim.
vt per Oldra. in conſi. 262. In quæſtione, colum. 1. Bald. in conſil.
318. Iſta capſura, in fin. libro quarto. Paul. de Caſtro in conſilio
44. Videtur dicendum, columna ſecunda li. primo & alibi ſæpe.

14 Conſulo tamen † iſtis reis conuentis ꝙ deducant & probent ꝙ
tempore quo nupſit ipſa Margarita ei ant fratres aut ſaltem pa-
rentes ipſius Aliſiæ teſtatricis quorum conſenſus haberi pote-
rat. Cum enim pars rea impugnet ſubſtitutionem ipſius Marga
ritæ ex eo quod conſenſum & voluntatem non habuit fratrum,
& parentũ ipſius teſtatricis, tenetur probare illud, quod eſt fun-
damentum ſuæ impugnationis .i. quod eſſent ſeu extarẽt fratres
aut parentes teſtatricis, ita arguit Paul. de Caſt. in conſil. 124. In
cauſa quæ vertitur coram domino poteſtate ciuitatis Aretij. co.
2. in 2. dubio. li. 1. refert & ſequitur Corn. in conſi. 316. col. 5. in 3.
dubio. li. 1. in conſi. 241. col. 3. li. 2. in conſi. 131. col. 2. in conſi. 151.
col. 2. & in conſi. 242. col. 2. li. 4. ¶ Circa conditionem appoſitam
in ſubſtitutione facta in teſtamento ſuperfluum videtur ſcribe-
re, ex quo ab illa ſubſtitutione fuit receſſum in codicillis vt abũ
15 dè ſupra probauimus. Vnum tamen † non omitto in quantum di
xi reuocatam eſſe ſubſtitutionem factam in teſtamento de per-
ſona Franciſci per ſubſtitutionem factam de Margarita in codi
cillis, ponderando ꝙ ſubſtitutio facta in codicillis de perſona
Margaritæ facta legit in omnibus bonis ipſius teſtatricis, iſtud
probari vltra iam allegata per doctri. Bar. in l. ſerui electione. §.
fi. ff. de leg. 1. vbi quando teſtator ſimpliciter legat rem quam cõ
munem cum alio habet, ſolũ cenſetur legare ius qđ hẽt in re, ſe
cus ſi legat rem vniuerſaliter legando rem omnem vel totam,
quia tunc cenſetur legare etiam partem ſocij per l. ſi ex toto, in
prin. ff. de leg. 1. quæ Bart. docto. approbatur per doct. ibi, tradit
Dec. in conſil. 69. col. 3. circa med. ¶ Eodem modo ſubſtituendo
teſtatrix in codicillis neptem ſuam Margaritam in omnibus bo
nis vniuerſaliter, dicẽdum eſt ꝙ voluerit eam ſubſtituere etiam
in parte bonorum in qua fuerat ſubſtitutus Franciſcus Odoardi
in teſtamento. & tanto fortius idem dicendum eſt in caſu no-
ſtro, quia hic non agitur de grauando hæredem ad redimendũ
rem alienam aut ſoluendum eius æſtimationem prout quando
agitur de præſtãdo partem ſocij incluſam in legato facto de to
ta re vniuerſaliter. Præterea, ſi intentio teſtatricis fuiſſet non re-
uocare ſubſtitutionem factam de Franciſco ita ſciuiſſet eum no
minare & vocare in codicillis ſicut vocauerat in teſtamento, &
ſicut in codicillis etiam vocauit fratres ipſius teſtatricis. l. vnica.
§. ſi autem ad deficientis. C. de cadu. toll. c. inter corporalia, de
transla. præl. ¶ Rurſus nos videmus ꝙ facilius derogatur vltimæ
uoluntati per aliam poſteriorem uoluntatem quàm derogetur
contractibus, quia ultima uoluntas dependet a poteſtate unius
tantum, contractus autem a poteſtate duorum, ut patet ex l. 1.
16 C. de ſac. ſan. eccl. iuncta l. ſicut. C. de act. & obli. & tamen † uide
mus in contractibus ꝙ ubi quis ex interuallo facit pactum di-
uerſum a primo, cenſetur a primo recedere. Bart. in l. item quia.
§. fi. in fi. ff. de pac. & in l. pacta nouiſſima, col. 2. C. de pact. Alex.
in conſi. 122. li. 2. & in conſi. 28. col. 2. li. 5. refert & ſequitur Dec.
in conſi. 464. col. 1. ad fi. a fortiori dicendum eſt in ultima uolũ-
tate ꝙ per ſecundam ſubſtitutionem factam in codicillis ex in-
teruallo & eam diuerſam a ſubſtitutione in teſtamento fa-
cta, ꝙ autem ſit diuerſa ſecunda ſubſtitutio a prima probatur
primo, quia in teſtamento Margarita ſolum fuit ſubſtituta pro
dimidia parte & æqualiter cum Franciſco Odoardi, in codicil-
lis autem ſola Margarita fuit ſubſtituta & in ſolidũ in omnibus
bonis. Secundò quia in teſtamento fuit ſubſtituta ſub vna condi
tione, in codicillis autem ſub alia. Tertiò quia in teſtamento in
caſum non impletæ conditionis bona ſubſtituta deferebantur
ad alterum ſubſtitutum implentem conditionem, in codicillis
autem bona ſubſtituta deferuntur ad fratres teſtatricis Marga-
rita non implente conditionem appoſitam. Infertur ex præmiſ-
ſis, ꝙ cum agatur ex teſtamento ſeu ſubſtitutione in eo facta, ex
quo teſtamento agi nullo modo poteſt ut ſupra probauimus,
ſuccumbere agentes debent, poſito nunquam tamen conceſſo,
17 agi ex codicillis potuiſſet, † quia agens ex una cauſa ſi illam nõ
probet, ſuccumbere debet, licèt ex alia cauſa agere & obtinere
potuiſſet, etiam ꝙ alia cauſa probetur. l. non poſſumus. ff. ſi pars
hæred. per l. habebat, in prin. ff. de inſtitoria. & l. quidam. ff. de in
rem verſo. & l. Beblius. ff. de pact. dotal. c. Abbate, de re iud. li. 6.
Pau. de Ca. in conſil. 81. In cauſa quæ vertitur inter reuerendum
patrem. col. 2. & in conſil. 136. Viſo libello. li. 2. Cor. in conſil. 13.
col. 2. li. 1. vbi rationem aſſignat. ¶ Exprimendo enim vnam cau
ſam videtur illam tantum in iudicium deduxiſſe. l. fi. C. de anna.
except. reſpectu autem alterius cauſæ opus eſt nouo libello &
noua inſtantia. d. c. abbate. Soc. in conſi. 39. col. 6. ver. circa tertiã
principalem quæſtionem. li. 1. ideo iudex non ſupplet, ſi plus eſt
probatum quàm petitum. glo. aurea in l. verbum oportere. ff. de
verb. ſig. quam pro aurea citat Bal. in c. 1. de mili. vaſal. qui cõtu.
eſt. Cur. Sen. in conſi. pe. col. pe. circa med. & ꝙ agens ex vna cau
ſa & probans aliam, debeat ſuccumbere, tenet deciſ. Neapo. de
ciſ. 60. vbi ꝙ ita fuit iudicatum per curiam. Idem tenet nouiſſi-
mè Boe. in ſuis deciſ. Burdegalen. q. 42. col. 5. & ſeq. Quod ipſum
tamen plures recipit declarationes, ſed latius inſtare non expe-
dit. ¶ Et ſi dicatur, aduerte, quia iſti rei conuenti videntur oppo-
nere de iure tertij, ideſt, ſubſtitutorum in caſum quo ipſa Marga
rita nuberet ſine eorum conſenſu. Reſpondeo, ꝙ iſtud ius tertij
videtur excluſiuum iuris Margaritæ cui aurei centum tantũ fue
runt legati caſu quo nuberet ſine conſenſu fratrum & parẽtum
ipſius teſtatricis, & ſic eo caſu excluditur Margarita a petitione
hæreditatis ſeu fideicommiſſi, & agendo ad hæreditatem ſeu fi
deicommiſſum agit ſine actione, vnde non tam dicitur opponi
de iure tertij quàm de non iure ipſius agentis, iuxta doctri. Bart.
18 in l. 2. ff. de except. rei iud. Qui enim † beneficium conſequi vult
ex teſtamento alicuius, debet volũtatem eius implere, auth. hoc
amplius. C. de fideicom. & ita arguit Bald. in conſil. 346. quando
quis priuatur. li. 4. teſtatrix enim caſu quo Margarita nuberet ſi-
ne conſenſu eius fratrum & parentum ſolum legauit ſcutos cen
tum ipſi Margaritæ ita ꝙ nihil amplius petere poſſet in bonis ip
ſius codicillantis, itaque verba teſtatricis ſunt clara quòd expe
ritur Margarita ſine actione ad fideicommiſſum contra expreſ-
ſam voluntatem teſtatricis, hoc tamen ſemper intellige & decla
ra vt dixi ſupra in conſi. 1. ¶ Secundò reſpondeo ꝙ immo rei cõ
19 uenti videntur excipere de iure ſuo non tertij, quia † recuſanti-
bus ipſis ſubſtitutis fideicommiſſum remanet bona hæredibus
grauatis. l. vnica. §. vbi autem legatarij. ibi, vel ſi omnes nolue-
rint. C. de cadu. tollend. ¶ Bene fateor quòd fratres aut parentes
teſtatricis ad quos ſpectat emolumentum ſubſtitutionis, poſſent
remittere ipſi Margaritæ pœnam in teſtamento appoſitam. Ol-
dra. in d. conſi. 16. in vltima q. idem tenet Abba. in conſil. 51. in 2.
dubio. lib. 2. vbi ꝙ poteſt renunciari diſpoſitioni teſtatoris con-
cernenti fauorem renunciantis per tex. in l. 1. & l. cum proponas.
C. de pact. & l. quotiens. C. de fideicom. Niſi dicamus quòd iſta
diſpoſitio codicillantis videatur facta non in fauorem fratrum
& parentum ſuorum, ſed etiam ad refrænandum cupiditatem
iſtius Margaritæ ne arbitrio ſuo nuberet, & ꝙ cenſeatur codicil
lans voluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis. i.
ꝙ ipſis ſubſtitutis repudiantibus ius ſuum, illud ad hæredes per
ueniat. ſed magis placet ꝙ poſſint ſubſtituti fauori ſuo renuncia
re, nam ſi agerent ex teſtamento ad fideicommiſſum, poſſent de
bonis ad arbitrium diſponere & ea conferre ipſi Margaritæ, ea
dem ratione videtur ꝙ poſſint pœnam remittere. l. illud. ff. ad le
gem Aqui. cum ſi. Gratianopoli. 5. Decembris. 1540. Aymo Cra
uetta de Sauiliano iuriſconſ.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio vxoris conſtante matrimonio in fraudem donationis non firmatur iuramento.*
2 *Cauſæ falſitas actum non uitiat quando ſcitur talis falſitas.*
3 *Iuramentum aſſertorium non ualidat confeſſionem conſtante matrimonio factam, ſecus in promiſſorio.*
4 *Vxor præſumitur acquiſiuiſſe de bonis mariti, ideo uxor acquirens nomine proprio tenetur reſtituere pretium marito aut eius hæredibus.*

CONSILIVM LXXXI.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Ioanno-
na vxor Ioannis Stephani de Ebreduno emit
quandam vineam nomine proprio pretio flore-
norum ducentum & nonaginta quatuor, dein-
de de anno 1537. & die ſeptima menſis Augu-
ſti confeſſa fuit ipſa Ioannona ſe emiſſe dictam
vineam de pecunijs mariti, cui propterea vineam ipſam remiſit
1 eum iuramento. Quæritur an valeat talis remiſſio? † Videretur di
cendum prima fronte quòd talis confeſſio vxoris facta conſtan
te matrimonio non valeat tanquam facta inter perſonas ſuſpe-
ctas, quibus donatio interdicitur, cum facta cenſeatur animo do
nandi, iuxta nota. per Bartol. & docto. in l. ſi diuortio. ff. de verb.
obligatio. per Modern. in l. 1. ff. ſolu. matrimon. nec talis confeſ-

ſio

ſio videtur firmari iuramento tãquam ſimulata & facta in frau-
dem donationis.Cyn.in l.1.C.de ſac.ſanct.eccle.Roma.in conſ.
48.col.2.& in conſi.293.in 5.dubio.Soci.in d.l.1.col. 19.verſ.ſe-
cunda concluſio fit.ff.ſolu.matri.in conſi.61.col. 5. verſ.nec ob-
ſtat ꝙ vir iurauerit.in conſ.65.col.7. verſi. ſed tñ quicquid ſit.in
conſi.66.col.6.verſi.2.principaliter rñdetur.lib.1.Deci. in conſi.
403.col.6.ad fi.Curtius Iunior in cõſi.95.col.2.circa med.Ripa.
lib.3.reſponſorum de dona.reuo.c.6.ad fi.¶ Sed præmiſsis non
obſtantibus contrarium puto de iure verius, ꝙ imò valeat talis
remiſsio etiam ꝙ ſapiat donationem, quia donatio inter uirum
& vxorem firmatur iuramento ſecundũ communem opinionẽ
vt notant Moder.in l.pacta quæ contra.C.de pactis. ¶ Solũ ſu-
pereſt reſpondere ad contraria, ad quæ reſpondeo, ꝙ procedũt
in cõfeſsione ſimulata quæ fit animo donandi tacito donationis
nomine.nimirum ſi talis actus ſimulatus iuramento non firma-
tur,ſed hic non ſumus in actu ſimulato, immo in actu vero do-
nationis,quia expreſſe uxor donauit & remiſit dictam uineam
eius marito,nec fuit tacitum nomen donationis aut remiſsio-
nis,ideo talis donatio tanquam clara & uera iuramento firma-
2 ri debet.Et poſito ꝙ † cã donãdi uera non eſſet, & empta fuiſſet
uinea de pecunijs mariti,talis tamen falſitas cauſæ donationem
uitiare nõ debet,cum ſciret mulier de ueritate uel falſitate cau-
ſæ iuxta notata in l.1.ff.de con.inde.& in l.cuius per errorem. ff.
de regulis iuris,ubi ꝙ imputandum eſt ſoluenti ſcienter indebi-
3 tum.¶ Secundo reſpondeo † ꝙ procedunt contraria in iuramẽ-
to aſſertorio quando maritus uel uxor aſſerit ſe aliquid recepiſſe
a marito uel ab uxore,ex quo iuramẽto nõ firmaẽ talis cõfeſsio,
quia fieri poteſt ꝙ tale iuramentũ aſſertoriũ ſit falſum & conti-
neat mendacium,ob id non debet eſſe iuramentũ uinculum ini
quitatis,& mendacium ſeu falſitatem tueri.c.quanto,de iureiur.
c.inter cætera.13.q.2.ſed hic agitur de iuramẽto promiſſorio &
obligatorio,quia iſta uxor ſe obligauit & promiſit obſeruare re
miſsionem uineæ factam marito,quod iuramẽtum ualet & ligat
mulierem firmatq; contractum, cum tale iuramentum ſit lici-
tum nec foueat mẽdacium aut falſitatem,ſed ueritatem tãtum,
cum mulier uere remiſsionem fecerit & eam obſeruare promi-
ſit,quo caſu quando iuramentum eſt promiſſorium, doc.ſupra
allegati pro parte contraria aliter loquuntur quam in iuramen-
to aſſertorio. Et ita etiam declarat Bald. nouel. in tract. de dote
10.parte colum.5.uerſi.inſuper uidi dubitari.Socin.tamen in d.
l.1.col.pen.in fi.uer.4.& ultim o limita.ff.ſolu.matri.dicit tomm
contrarium,ꝙ iuramentum confirmatorium non ualidat talem
confeſsionem factam conſtante matrimonio, ſed bene aſſerto-
rium quando quis aſſerit omnia eſſe uera.Sed puto quòd Soc.ibi
malè loquatur. Nec obſt. ꝙ iuramentum aſſertorium uidetur li-
gare, quia alias allegaret iurans turpitudinem ſuam,quia iſtud
procederet in materia alias non ſuſpecta nec prohibita.& ſi di-
cas,donatio inter coniuges non eſt prohibita cum iuramento,
fateor quando quis promittit obſeruare cum iuramento,ſecus,
ubi tantum aſſerit eſſe uera,quia tunc non extenditur iuramen-
tum ad confirmationem donationis.Et uerum ꝙ Soc. ubi ſupra
poſtea arguit ꝙ etiam non obſtante tali iuramẽto aſſertorio poſ
ſit opponi de ſimulatione confeſsionis. Addo Paul.de Caſtr. in
conſi.383.Circa primum quo quæritur an dicta donatio. col. 5.
& 3.lib.2.ubi ſimpliciter noluit quòd talis donatio tacita firme
tur iuramento,non diſtinguendo inter iuramentum aſſertorium
& promiſſorium. idem etiam ſimpliciter uoluit Anch.in conſi.
308.Nulli dubium. ¶ Tertiò reſpondeo ꝙ contraria procedunt
ubi ſumus in perſonis prohibitis & in actu ſuſpecto aut ſimula-
to, ſecus ubi agitur de actu uero aut ueriſimili,nec cadit aliqua
prohibitio prout hic,ubi ſumus in actu ueriſimili & a iure præ-
ſumpto.nam iſta † uxor præſumitur acquiſiuiſſe uineam de bo-
4 nis mariti niſi probet ꝙ aliunde haberet bona,ex quibus acqui-
rere potuerit.l.Quintus.ff.de dona.inter uir.& uxo. ideo teneba
tur iſta mulier reſtituere marito pretium ipſius uineæ licèt uinea
acquiſita eſſet ipſius uxoris.Barto. in l.uxor marito. C. de dona.
inter uir.& uxo. refert & ſequitur Bald. in conſil. 358. Super eo
quod quæritur.colũ. 2. lib. 3. igitur remittendo dictam uineam
marito non fecit actum aliquem prohibitum aut ſuſpectum uel
ſimulatum, immo actum de iure permiſſum dando uineam in-
ſolutum cum pecunias non haberet, & quem inuita facere te-
nebatur,itaque faciendo quod debuit, prohibito aliqua conſi-
derari non poteſt.l.Gracchus.C.de adult. c. qui peccat. 24.q.4.
nec dici poteſt donaſſe marito faciendo quod de iure teneba-
tur,quia in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit. l. ſi quis pro
uxore.ff.de dona.inter uir.& uxo.ibi non enim ei donat qui ne-
ceſſarijs oneribus ſuccurrit.l.rem legatam,in fi.ff.de adimẽ.leg.
¶ Malè igitur ſibi perſuadet iſta mulier remiſsionem per eam
factam eſſe nullam tanquam de iure prohibitam, nam ex præ-
miſsis apparet quòd immo non ſolum permittitur,ſed etiam ne
ceſſariò de iure fieri debet.& ita reſpondeo, ſaluo ſaniori iudi
cio.Grationopoli.5.Decembris.1540. Aymo Crauetta de Saui-
liano.Ad vnum etiam aduerte circa præmiſſa.vtiliſsimum in pra
ctica,quòd talis tacita donatio reſultans ex confeſsione coniu-
gum ita confirmatur morte tacitè donantis ſicut donatio expreſ
ſa.Areti.in conſi.86.col.fi.nec dicatur.Soci.in conſi.79.colum.1.
lib.4.& licèt in tali confirmatione donationis requiratur tradi-
tio vera vèl ficta, ipſa tamen confeſsio vim habet traditionis.
gloſſ.in l.ſecunda.C.de dote cau.non nume.Barto.in l.Papinia-
nus.ff.de dona.inter vir.& vxor.Alexan.in conſi.45.col.3. lib.1.
Soci.in d.conſi.70.col.1.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio valet in beneficialibus, nec requirit vocationem patronorum, & nu. 2.*

Præſentatio fieri non poteſt quandiu aliquis eſt in poſſeſſione beneficij, licèt priuandus veniat per ſententiam. ibidem nu. 1.

2 *Permutatio beneficij impeditur ex iuſta patronorum contradictione, immo ſi facta ſit irritatur.*

3 *Fraus permutationis beneficij arguitur ratione infirmitatis quando fit ab infirmo.*

4 *Fraus in permutatione beneficiorum arguitur ex diſparitate quando vnum eſt pinguius altero.*

5 *Fraus arguitur ratione coniunctionis ſanguinis quando fit permutatio inter coniunctos.*

Pèrmutatio beneficij, facta per fraudem dicitur nulla. ibi. nu. 5.

6 *Pacta & leges appoſita in fundatione beneficij ſeruari debent quando epiſcopus tali fundationi conſenſit.*

7 *Incapacitatis vitium non purgatur ex lapſu tẽporis cuius initij memoria non extat in contrarium.*

8 *Permutatio beneficiorum principaliter fieri debet in vtilitatẽ eccleſia ſuper qua ſuperior debet inquirere.*

9 *Subreptio non cõmittitur ex eo quod nõ fit mẽtio de ſactu nullo.*

10 *Iuriſpatronatus laicorũ derogari nõ poteſt per legatũ de latere.*

CONSILIVM LXXXII.

¶ De eadem materia habetur in conſi.153.
¶ Pro hæredibus dñi Claudij de Pignano ciuitatis Ebreduni.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Dominus
Bartholomæus Bernardi rector capellaniæ ſan-
cti Marcellini in eccleſia cathedrali Ebreduni
permutauit dictam capellaniam cum alia capel
lania cuiuſdam ſui nepotis ex fratre vocatis pa
tronis hæredibus quondam domini Claudij de
Pignano, & non conſentientibus niſi quatenus de iure aſtringi
poſſent.deinde dicti patroni præſentauerunt in dicta capellania
& in eius rectorem Rochum Matthæi clericum, qui fuit admiſ-
ſus & inſtitutus per reuerendiſsimũ dominum legatum Auinio-
nenſem.Qua inſtitutione facta,fuit confirmata præfata permu-
tatio per eundem dñm, quæriẽ de validitate vèl inualiditate di-
1 ctæ permutationis. ¶ † Videretur dicendum prima fronte di-
ctã permutationẽ valere,quia illa permittitur in beneficialibus.
clemen.vnica.de rerum permu.nec redditẽ nulla permutatio ex
eo ſolũ ꝙ facta dicatur patronis nõ vocatis,vt Fel.tradit poſt do
minos de Rota quos allegat in c.cũ Bertoldus,col.5. in quinta li
mitatione de re iud.Guido Papæ.q.374 Addo Gemini a. in cõſi.
45.in quinto dubio,a fortiori videtur valere quando patroni fue
runt vocati licèt contradixerunt. Nec videtur obſtare inſtitutio
ſecuta poſt ipſam permutationem ad præſentationem patrono-
rũ,quia ſi permutatio valebat,capellania ipſa non vacabat. c.fi.
de conceſ.præbendæ.Deci.in conſil. 695. in princip. immo fieri
non poteſt præſentatio quamdiu aliquis eſt in poſſeſsione be-
neficij,licèt priuandus veniat per ſententiam.Innocen.in c.qua-
liter & quando,el.2.in verſ.credimus,in fine de accuſatio.refert
& ſequitur Roma. in conſi. 455. in fin.¶ Sed præmiſsis non ob-
2 ſtantibus contrarium puto de iure verius,quòd immo † non va-
leat talis permutatio facta patronis contradicentibus ſequen-
do

do dominos de Rota & Fel. in d.c.cum Bertoldus, & Roch.de
Cur.in tracta.de iure patro.in ver.honorificum.q.3.vbi conclu-
ditur,permutationem factam patronis non vocatis irritari ex cō
tradictione patronorum facta cum cauſa,& ſic literalis permu-
tatio valeat mero iure,ab initio tamen irritatur ex iuſta contra-
dictione ſuperuenienti,a fortiori Impediri debet validitas Ipſius
permutationis,quando talis contradictio iuſta interuenit ab ini
tio cum facilius impediatur quid fieri q̃ ꝙ factum tollatur.l.pa-
tre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.¶.Quod autem iuſta
3 fuerit contradictio, probatur ex pluribus, primò † quia fiebat
permutatio per ipſum rectorem grauiter infirmantem,quo caſu
militar præſumptio fraudis ꝙ permutaret animo fraudandi pa-
tronos vt vacante capellania prędicta per mortē Ipſius rectoris,
fructu priuarentur præſentationiaquærendo ꝑ poteſtatē patro-
norum ſibi aſſumere nepotem ſuum in effectu præſentando ſeu
in locum ſui ſubrogando, ita fraudem rōne infirmitatis arguit
tex.in c.2.de renuncia.lib.6.& in l.filiæ meæ emancipatæ. ff.ſol.
matri.pulchrè Oldr.in conſ.324. Factum tale eſt, dominus no-
ſter Papa.col.2.poſt med. verſ.5.renunciatio fraudolenta. Bald.
in conſi.332.ad fin.lib.1.Anch.in conſ.430.Fuiſſet expediens, &
in terminis permutationis ita fraudem arguit Rota deci. 36t.
nota præſumitur,in antiq.¶ Et nouiſsimè Boe. in ſuis deciſ.q.2.
col.3.in 1.parte.& dicit Fed.de Sen.in cōſi.65.Inſraſcriptæ quæ-
ſtiones,circa fi.ꝙ talis permutatio in articulo mortis nō eſt mul
4 tum honeſta nec ſecura.¶ † Secundò,quia narratur ꝙ beneficiū
iſtius capellaniæ eſt pinguius altero beneficio permutato,ob id
veriſimile eſt ꝙ voluerit permutare iſte rector ſolum cogitatione
& metu futuræ mortis,& ut poſt eū potius haberet beneficium
eius nepos q̃ alius extraneus præſentandus a patronis, ita frau-
dem ex diſparitate beneficiorum permutatorum,arguit Ancha.
in conſ.388.col.1.uer.1.ex diſparitate,& col.2 uerſi.præterea &
tertiò.Non enim eſt veriſimile ꝙ ſi uidiſſet ſe ſanum & poſſe be
neficio frui, illud cū altero magis tenui & exiguo permutaſſet.
& licèt iſta ſola coniectura non ſufficiat,Rota deci. 139. nota ꝙ
non uitiatur,in antiq.tamen cum alijs iuncta multum poteſt, vt
declarat Fed.de Sen.in tract.permu.q. vltima, immo ꝙ ſola iſta
coniectura ſufficiat,arguit Rota.d.deci.361.nota præſumitur,in
antiq.¶ Et pro ea facit tex.in c.1.de cler.non reſi.c.quia veriſimi
le,de præſump.& c.2.de renun.lib. 6. quæ tria iura ad hoc citat
Boer.in ſuis deciſ.q.2.col.5.in fi.& ſeq.in prima parte. vbi tamē
ꝙ plenè fraus non probatur, ſed præſtant tales coniecturæ legi-
timam cauſam inducendi purgationem ſeu aliter procedendi,alle
gant Abb.in d.c.quia ueriſimile.Ioan.Sylua in tertia parte trac.
de benefi.q.18.ſed certè Abb.id non dicit ad quod allegatur per
Boetium,ſed tantum dicit,ꝙ unica coniectura non ſufficit,ſecus
uult ubi plures concurrunt.ſimiliter dum Io.Syl. requirit ꝙ ne-
pos cū quo fit permutatio non ſit idoneus, miror de eo quia ubi
non eſſet idoneus non ualet permutatio etiam ceſſante fraude.
5 ¶ Tertiò arguitur fraus † ratione coniunctionis perſonarū,quia
facta fuit permutatio cū nepote, ob id ꝓſumptio eſt ꝙ ideo per-
mutauerit iſte rector fretus ꝙ ſi euaderet infirmitatem beneficiū
ſuum poſsideret,aut ſaltem pluris ualentiam a nepote ſuo conſe
queretur,ita fraudem ratione coniunctionis arguit tex.in l.data.
C.de dona.Bar.in l.poſt contractum.ff.de dona.& in terminis ꝑ-
mutationis beneficij,tradit Rota in dicta deci. 361. in antiq. Ex
quibus apparet iuſtè fuiſſe motos patronos ad contradicendū
permutationi prædictæ cognoſcentes fieri talem permutationē
in fraudem ipſorum patronorum ut præſentandi facultas ab eis
auferretur. infertur etiam ex præmiſsis ꝙ talis permutatio fuit
& eſt nulla ratione fraudis,de qua ſupra, quia beneficiorū per-
mutatio fraude omni carere debet, capitulo unico de rerū per-
muta.lib.6.& ita nullitatem permutationis ratione fraudis, ar-
guit Oldr.in conſ.257.factum tale eſt,do.Nicolaus. in fi.Boe. in
dicta.q.2.col.6. circa fi. & ſic nulla fuit illa permutatio duplici
ratione,prima ob iuſtam cōtradictionem patronorum,ſecunda
propter fraudē prædictam.¶ Secundò principaliter habuerunt
iuſtā cauſam contradicendi ipſi patroni,quia iſte nepos cui per-
mutabatur capellania prædicta, erat omnino incapax attentis
qualitatibus requiſitis in fundatione capellaniæ prædictæ, ma-
ximè quia non poterat promoueri iſte nepos ad ſacerdotium in
6 tempus requiſitum ex lege fundationis, † quæ lex & aliæ qua-
litates per fundationem iuris patronatus requiſitæ ſeruari de-
bent cum epiſcopus conſenſerit.Io.And.& doct. in c.nobis, de
iure patro.Ant.de Bu.in conſi.4.Soci.in conſ.258.colū. 2. itaque
nulla probabilior aut efficacior cauſa contradicendi tali per-
7 mutationi excogitari poſsit q̃ iſta ratione incapacitatis. † Quæ
incapacitas adeò eſt odioſa,ꝙ non tollitur ex tēpore longiſsi-
ſimo cuius initij memoria non extat in contrarium. doct.in c.a.
2.de præben,lib.6.vbi habetur ꝙ mulier incapax ad conferen-
dum beneficia eccleſiaſtica,non efficitur capax ex lapſu ſeu præ
8 ſcriptione antiquiſsimi temporis. ¶ † Tertiò principaliter iuſta
fuit contradicendi cauſa,quia permutatio beneficiorum princi
paliter fieri debet in utilitatem eccleſiæ. Anch.in clem.1.colū. 2.
verſ.2.quæro,de rerum permutatione.not.in c.quæſitū,vbi Abb.
col.1.de rerum permutatio.Geminia.in conſ.105.col.5.poſt me.
& dicit Anch.in conſi.279.alias 280. Quæſtio proponitur. ꝙ in
permutatione beneficiorum ſuperior principaliter debet inqui-
rere de vtilitate eccleſiarum, ſed permutatio prædicta erat dam
noſa capellæ prædictæ ſancti Marcellini,in qua nepos incapax &
adoleſcens ſubrogabatur, nimirum igitur ſi iuſtè moti fuerunt
patroni ad contradicendum tali permutationi.& de cauſis legi
timis permutandi beneficia habetur in c.ad ſupplicationem. de
renuncia.in c.mutationis,& c.ſcias frater.7.q 1.in c.2. de arbit.
glo.fi.in c.fi.de cleri.non reſiden.immo iſto caſu quando non fit
permutatio ex cauſa neceſsitaria aut utilitatis eccleſiæ dicitur ip
ſo iure nulla quādo fit contempto patrono, aut his quorum in-
tereſt.Bellamera in tract.permutatio. benefi.eccle. in 1. parte.q.
5.& q.3 in fi.¶.Infertur ex præmiſsis ꝙ ſtante nullitate permu-
tationis prædictæ præferri debet inſtitutio facta ad præſentatio
9 nem patronorum,contra † quam opponi non poteſt de ſurre-
ptione ex eo ꝙ in ipſa inſtitutione mentio facta non fuerit de ꝑ-
mutatione prædicta, quia de actu nullo mentio fieri non debet.
c.dilectæ,vbi Anto.de excep.c.bonę,de confir.vtili vel inutili.Io.
And.in c.ex parte,de reſcrip.Oldr.in conſi.299. Quidam Hugo.
col.2.ver.2.electio prima.Bal.in conſi.375.Videtur dicendum ꝙ
dicta electio.& in conſi.pe.Poſt diuerſa reſcripta lib.5.Alexan.in
conſi.42.lib.4.Soci.in conſi.169.col. 1. lib.2.In conſ.47. colū. 10.
poſt med.& in conſ.120.col.2.circa med.lib.4.Bene redderetur
ſubreptitia confirmatio dictæ permutationis ſi in ea expreſſum
non ſit ꝙ facta fuerit talis permutatio patronis diſſentientibus.
¶ Amplius dico ꝙ ſtante nullitate permutationis prædictæ ex
cauſis ſupra memoratis,non potuit legatus de latere talem per-
10 mutationem confirmare in præiudicium patronorum † cū aga-
tur de iure patronatus laicorum,cui legatus de latere deroga-
re non poteſt.Alex.in conſi.74.col.pe.lib.4. Cor. in conſi. 47. ad
fi.lib.3.Deci.in conſi.117.colum.2.in conſi.127.colū. 5. in conſi.
149.col.pe. & in conſi.574. col. 2. nec dicatur aliud eſſe quando
legatus voluntariè derogat iuri patronatus illud conferendo,
aliud quando neceſſariò confirmando permutationem factam
de beneficio patronali,quia dico quòd iſta confirmatio fuit me
rè voluntaria ſtante eius nullitate, quam confirmare non tene-
batur nec debebat in præiudicium patronorum laicorum per
ſupradicta. Ex quibus concludo in fauorem dicti Rochi Mat-
thæi ſaluo ſaniori iudicio. Grationopoli. 7. Decembris. 1540.
Aymo Crauetta de Saniliano.

SVMMARIVM.

1 *Recedi non poteſt a contractu re non integra niſi reſtitutis iā datis & acceptis.*

2 *Obijcere non pōt quis alteri id, in quo cauſam præbuit, ideo nō pōt reō obijcere actori, debebas me interpellare ad defenſionē rei quādo moleſtia proceſſit facto & culpa ipſius obijcientis.*

3 *Dolus arguitur ex taciturnitate quādo quis quid tacet ad ſui commodum in damnum alterius.*

4 *Interpellatio ad defendendum ſolum eſt neceſſaria quādo quis ageret ad intereſſe, ſecus ſi vt ſaluum ſit ſui primæuum.*

5 *Culpa imputari non poteſt non facienti aliquid cum ſi illud factum eſſet, nihil tamen profuiſſet.*

Culpa non imputatur non facienti aliquid quod erat dubiū an eſſet profuturum vel non. ibidem nu. 5.

6 *Venditor conuentus iudicio euictionis per emptorē non pōt obijcere ſe non fuiſſe interpellatum ad defendendum ipſum emptorem, niſi oſtendat quod ſi fuiſſet interpellatus habebat modum & facultatem ipſum defendendi.*

7 *Præſumitur quid factum ob cauſam ob quam fieri poterat, non ob cauſam impoſſibilem.*

CONSI-

CONSILIVM LXXXIII.

¶ Pro Petro Gardini de Tullio contra Antonium Bruni.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Petrus Gardini de Tullio locauit molendina Albencij Antonio Bruni ſeniori loci Rippariæ mandamẽti Armeni per quatuor annos ſub penſione nonaginta & octo ſeſtariorũ frumenti cum dimidio in ſingulos annos, videlicet de anno 1529. & die 17. menſis Iunij incipiente locatione in feſto Sancti Ioannis Baptiſtæ. deinde die 21. dicti menſis Iunij memoratus Antonius Bruni relocauit ipſa molendina Franciſco Bruni alias Doy dicto Garrot mandamenti Polenaſij etiam per quatuor illos annos & pro penſione ſextariorum nonaginta vnius cũ dimidio frumenti. Pro quo Franciſco Bruni fideiuſſit Petrus Columbati de Treiria mandamenti Vignaici. Poſtea die 22. Iunij eiuſdem anni præfati Franciſcus Bruni & Petrus Columbati remiſerunt molendina prædicta Guilielmo Munerij dicti loci Albencij per eoſdem quatuor annos detracto ſolum modico tempore præterito a feſto S. Ioã. Bap. vſque ad diem 22. Iulij. & hoc cum omni onere & honore ita ꝙ teneretur præſtare indemnes ipſos Franciſcum Bruni & Petrum Columbati erga ipſum Antonium Bruni. Succeſſiuè de anno 1535. die 19. menſis Maij, memorati Petrus Gardini & Antonius Bruni inuicem tranſegerũt, per quam tranſactionem dictus Antonius Bruni conductor remiſit ipſi Petro Gardini locatori dicta molendina & ius ſuum conductionis pro quarto & vltimo anno, & remiſit eiſdem forma & modis quibus ipſe Gardini habebat ipſa molendina de tempore quo ea locauit ipſi Antonio Bruni. qua remiſsione mediante dictus Gardini quitauit ipſum Antonium Bruni a pẽſione illius quarti & vltimi anni, & promiſit idem Bruni defendere & manutenere ipſum Gardini in dictis molendinis pro illo quarto & vltimo anno erga omnes & contra omnes & mediantibus præmiſsis voluerunt ipſe partes ꝙ inſtrumentum locationis factæ ipſi Antonio Bruni eſſet nullum & irritum. Rurſus in executionem dictæ tranſactionis & remiſsionis molendinorum dictus Antonius Bruni remiſit claues et alia inſtrumenta molendinorũ Ioanni Gardini fratri ipſius Petri Gardini, & tanquam eius procuratori, ſed poſt horas ſuperuenit dictus Guilielmus Munerij qui abſtulit claues a famulo molẽdinorum deputato per ipſum Ioannem Gardini qui etiam Guilielmus Munerij fecit quaſdam ſolutiones penſionis illius vltimi anni ipſi Petro Gardini præſente ipſo Antonio Bruni, tandem videns dictus Petrus Gardini nõ eſſe ſolutam penſionem vltimi anni ad integrum obtinuit literas compulſorias a curia magnifica & ſuprema Dalphinali contra ipſum Antonium Bruni pro ſumma reſtanti ſeſtariorum quadraginta quinq; cũ dimidio cum clauſula iuſtificatiua, & quòd in caſum oppoſitionis citaretur ipſe Bruni dicturus cauſas oppoſitionum ſuarum. Comparuit Antonius Bruni virtute illius citationis, & oppoſuit de tranſactione prædicta per quam allegabat ſe liberatum ab onere penſionis illius vltimi anni. Replicante ipſo Petro Gardini ꝙ non obſeruauerat idem Bruni formam ipſius tranſactionis ob id ꝙ obſtabat exceptio & regula frangẽti fidem &c. Quæritur quid iuris. ¶ Videretur dicendum prima fronte agi non potuiſſe contra ipſum Antonium Bruni. Primò quia actio quæ competebat contra eum ex inſtrumento & contractu locationis fuit ſublata per inſtrumentum tranſactionis, in qua expreſſe fuit liberatus ipſe Bruni ab illa penſione. Inſti. quib. mod. tol. obli. §. item per acceptilationẽ, & poſt remiſſum ius illius penſionis nõ poteſt Gardini remittens ad illud redire. l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edic. l. poſtquam liti. C. de pac. l. fi. C. de remiſ. pig. cum ſimi. ¶ Secundò, quia voluerunt partes ꝙ illud inſtrumentum locationis mediante remiſsione prædicta eſſet nullum & irritum, ſed ex inſtrumento nullo agi non poteſt ſicut nec ex ſententia nulla. l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iudi. cum ſimi. ¶ Tertiò, quia Petrus Gardini confeſſus fuit in eodem inſtrumento ſe habuiſſet & recepiſſe penſionẽ illius vltimi anni, ergo non videtur nunc audiendus veniens contra propriam confeſsionem. l. generaliter. in fi. C. de non nume. pec. c. per tuas, de proba. c. ſi cautio, de fid. inſt. c. Lotarius. 300. q. 2. ¶ Nec videtur obſtare ꝙ ipſe Bruni non impleuerit pro parte ſua, id eſt, molendina non remiſerit pacificè prout promiſit pro illo vltimo anno, ſtante moleſtia illius Gulielmi Munerij, quia reſponſum fuit per aduocatum ipſius Bruni dominum Petrum Ponati imputãdum eſſe ipſi Petro Gardini actori, cur non interpellauerit ipſum Antonium Bruni ad defendendum & manutenendũ ipſum actorem in vſu ipſorum molendinorum iuxta promiſſa, ſicut dicitur de emptore cui imputatur ſi non denunciauit litem motam venditori, & cum interpellauit vt cauſam defenderet. l. emptor. l. ſi controuerſia. l. ſi parentes. & l. empti. C. de euictio. l. 1. C. de periculo & commo. rei vendic. cum ſimi. immo dolus præſumitur in emptore qui non denunciauit litem motam venditori. l. ſi fundo. §. fi. ff. de euictio. Soci. in l. s. §. voluntatem, col. pen. in princ. ff. ſolu. mat. ¶. Quibus tamen non obſtantibus contrarium puto de iure verius ꝙ agi potuerit & debuerit contra ipſum Antonium Bruni virtute primi inſtrumenti locationis. & quia ex ipſo inſtrumento ſatis clarè fundatur agentis intentio, ſolumq; obſtat tranſactio allegata & producta, tota difficultas conſiſtit in reſpondendo ad ipſum tranſactionis inſtrumentum, & alia ſupra adducta pro parte contraria, ad quæ reſpondeo multis modis. ¶ Et primò ad inſtrumentum tranſactionis dico ꝙ reus volens ſe iuuare ipſo inſtrumento tranſactionis debebat prius probare ſe impleuiſſe pro parte ſua omnia contenta in ipſa tranſactione cum ſit vltro citroq; obligatoria. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. latè Moder. in l. cum proponas, la 2. C. de pact. ſed iſte reus promiſit ꝙ agens cui remittebat molendina, illa haberet pro illo vltimo anno eiſdem modis & forma quibus habebat ante locationem factam ipſi Antonio Bruni, quam tamen promiſsionem reus non impleuit, immo expreſsè iam contrauenerat, agẽs enim ante locationem factam ipſi Antonio Bruni habebat illa molendina libera & nemini conducta. quod paret, quia nunquã fuerunt moleſtati ipſe Antonius Bruni, & alij habentes cauſam ab eo, ab aliqua perſona, ſed de tempore illius tranſactionis & remiſsionis illa molẽdina nõ erãt libera ĩ libertate, nec in ptãte ipſius Antonij Bruni remittentes cum alij locaſſet, & alij habentes cauſam ab eo ius prætenderent in ipſo molendino, ergo ex

1 tali tranſactione non impleta iuuare ſe reus non poteſt. ¶ Secundò reſpondeo ꝙ illa remiſsio molendinorum valere non poterat niſi prius caſſatis & annullatis alijs locationibus ſubſecutis, id eſt, illa facta per ipſum Antonium Bruni Franciſco Bruni, & altera facta per Franciſcum Bruni dicto Gulielmo Munerij ꝑ tex. in l. ab emptione. ff. de pact. vbi vt recedatur a contractu celebrato re non integra, requiritur, quòd interueniat actus retro ſimilis, & ſi aliqua data ſint ꝙ reſtituantur, alias contractus non reſoluitur. in propoſito noſtro de tempore caſſationis & annullationis dicti inſtrumenti locationis res non erat integra vt poſſet ipſe Bruni molendina ipſa remittere cum alijs locaſſet, ergo remiſsio aliter fieri non poterat re integra non exiſtente niſi prius caſſatis & annullatis illis locationibus ſubſecutis, quibus ſtantibus remiſsio non valuit, vt in d. l. ab emptione, vbi glo. & doct. tradit Ancha. in conſi. 34. In hac, col. fi. deciſio Neapolitana deciſione. 550. in ſecundo dubio. ¶ Tertiò reſpondeo, ꝙ licèt promiſerit ipſe Bruni ãmplius ſe non impedire de ipſis molendinis poſt illam remiſsionem, tamen in effectu conſiderando ſe impediuit. arguendo hoc modo, is vtitur cuius nomine alius vtitur. l. quamuis. §. 1. & l. quod meo. ff. de acqui. poſſ. ſed poſt remiſsionem prædictam Guilielmus Munerij vſus fuit illis molendinis nomine Franciſci Bruni, Fran. autem Bruni vtebatur nomine ipſius Antonij, ergo neceſſariò dicendum eſt ꝙ non obſtante remiſsione prædicta Antonius Bruni reus adhuc vſus fuerit molendinis prædictis, & ſic ꝙ promiſſa per eum non obſeruauerit, immo ab ipſa remiſsione facto ipſo receſſerit & ei renunciauerit neceſſariò. l. Paulus reſpondet non tantum verbis. ff. rem rat. hab. cap. dilecti filij, el 2. vbi Deci. in ſecundo notabili. de appellationib. ¶ Non obſtat confeſsio facta per agentem in dicta trãſactione de receptione penſionis illius vltimi anni, quia apparet ex lectura ipſius tranſactionis ꝙ illa confeſsio facta fuit non ex ueritate ꝙ reuera penſio ſoluta fuit, ſed quia promiſerat agẽs non petere illam penſionem a reo ob illam remiſsionem & ꝙ iſtud ſit verum, euidenter probatur quia ſi ex veritate ſoluta fuiſſet illa penſio, non fuiſſet reus adeo fatuus ꝙ voluiſſet & penſionem ſoluere & fructuum perceptionem remittere ipſi actori. l. cum de indebito. ff. de probat. l. ſi eum autem. ff. de ſolutio. Nec fundat ſe reus ſuper illa confeſsione, nec allegat aliquam ſolutionem factam pro illo vltimo anno, ſed ſolum quod fuit liberatus a conductione, & onere illius pro illo quarto & vltimo anno, & ꝙ ſolutio peti debet a Guilielmo Munerij. ¶ Non obſtat quòd videtur imputandum actori cur non interpellauerit reum

ad manu-

ad manutenendum ipſa molendina contra illum Guilielmũ Munerij, quia rñdeo multis modis.¶ Et primò ꝙ illa moleſtia illata actori in vſu molendinorum, proceſsit ex facto Franciſci Bruni habentis cauſam ab ipſo Antonio Bruni reo, qui Franciſcus Bruni locauit dicto Guilielmo Munerij conſequenter videtur illata moleſtia per ipſum Antoniũ Bruni ſeu eius culpa, quia niſi alijs
2 locaſſet, vtiq; ea moleſtia ſecuta non fuiſſet ob id, † cum illata fuerit moleſtia culpa ipſius Antonij Bruni, non poteſt nunc obijcere actori, ꝙ debebat interpellare ipſum reum ad defendendũ. l. 1. §. ſi omnes, in fi. ff. de ventre inſpi. vbi mulier quæ fuit cauſa vt viſitaretur per obſtetrices, non poteſt obijcere marito de tali viſitatione, nec agere contra eum actione iniuriarũ quando mulier ipſa fuit in cauſa talis viſitationis, vt quia perſuaſerat marito prægnantem ſe eſſe. ad idem glo. in l. 1. §. fi. alias in l. 2. in glo. fi. ff. quã. actio de pec. eſt annalis. vbi non poteſt quis obijcere alteri errorem qñ cauſam erroris obijciens præbuit. Ad idem tex. in l. 1. §. ꝙ autem. ff. quorum lega. vbi ꝙ non poteſt quis obijcere alteri de incertitudine libelli, qñ obijciens ipſe cauſa fuit talis incertitudinis. Eodem modo cum iſte reus Antonius Bruni fuerit cauſa moleſtiæ ſecutæ, quæ ſecuta non fuiſſet ſi alijs non relocaſſet, non poteſt nunc obijcere ipſi actori culpam cur non interpellauerit ipſum reum ad ſuſcipiendum defenſionem contra il-
3 lum Guilielmum Munerij. ¶ Amplius dico † ꝙ non ſolum fuit in culpa iſte Antonius Bruni, ſed etiam in dolo, tacendo de tempore illius tranſactionis & remiſsionis relocationem per eũ factam Franciſco Bruni, & aliã factam per Franciſcum Bruni ipſi Guilielmo Munerij, & ita dolum ea taciturnitate arguit Bald. in conſi. 306. Proponiturq; quidã Antoniolus, col. 2. poſt me. lib. 5. vbi ꝙ tacẽs veritatem in impetratione reſcripti præſumitur eſſe in dolo Abb. etiam in conſi. 68. col. 1. lib. 1. ꝙ præſumitur fraus in tacente uerum ad ſibi commodum & deceptionem alterius. Alibi ſcribit Pau. de Ca. in conſi. 411. Viſo facto & dubijs. col. t. ad fi. lib. 1. ꝙ præſumitur dolus contra tacentem nec certiorantem alium de beneficio ſibi competenti. Alibi ſcribit Alexan. in conſi. 14. col. fi. & in conſi. 95. lib. 5. ꝙ præſumitur dolus in vendente rem ſi taceat eam feudalem, vel ſi dicat ſe vendere ius qđ habet in re ſciens nullum ſe habere. & in terminis noſtris de eo qui tacet contractum quem fecit, ꝙ præſumatur in dolo, tradit
4 Coro. in conſ. 190. col. 6. lib. 2. ¶ Secundò rñdeo † ꝙ illa interpellatio fuiſſet neceſſaria uſi ageret Petrus Guardini contra ipſum reum ad intereſſe ex eo ꝙ molendinis vti non potuerit ad formam illius trãſactionis, & remiſsionis ſibi factæ, puta, quia plus frumenti fuiſſet recepturus q̃ eſſet penſio locationis, ſed hic nõ agitur contra reum ad intereſſe ex inſtrumento tranſactionis ſed agitur actione primæua ex inſtrumento locationis, quo caſu nõ erat neceſſaria alia interpellatio, ita declarat Alex. in conſil. 67. lib. 3. refert & ſequitur Deci. in conſi. 102. col. fi. ver. item diligenter conſiderandum eſt. Nec erat neceſſaria interpellatio vt poſſet agens redire ad primam obligationem, quia ſatis fuit ꝙ videret ipſum reum non impleuiſſe pro parte ſua, imò tale quid feciſſe quo minus adimplere poſſet, vt abundè ſupra monſtrauimus.
5 ¶ Tertiò rñdeo † non poſſe imputari culpam ipſi actori cur reũ non interpellauerit vt eum defenderet aduerſus illum Guilielmum Munerij, cum ſi interpellaſſet, nihil tamen profuiſſet talis interpellatio, ea quo defendere non poterat obſtante locatione facta per ipſum reũ Fran. Bruni a quo cauſam habebat ille Guilielmus Munerij. l. fi. §. 1. verſ. ſed quid noceat. ff. quis ordo in bono. poſ. ſerue. quem tex. ad hoc propoſitum allegat Pau. de Caſt. in conſi. 174. Contra ſuperius conſulta, ad fi. in conſi. 322. Viſo puncto ſupraſcripto & dubijs. col. 2. & in conſi. 425. Super primo quæſito, col. 2. circa med. lib. 1. Alibi ſcribit Bald. in conſ. 145. Caſus talis eſt, in quodam inſtrumento, col. 4. lib. 3. ꝙ non imputatur alicui culpa cur talem expenſam non fecerit, quæ nihil ꝓfuiſſet. & amplius ſubdit Bal. vnum quod eſt ſingulare, ꝙ non tenetur quis id facere quod dubium eſt an ſit profuturum vel nõ. ſed vltra Bal. & Pa. allego tex. in l. 2. §. pe. ver. ego etiam ſi mater. ff. ad tertul. ubi quòd non imputatur matri cur non petierit tu-
6 torẽ pupillo inopi, quia illa tutela profutura non erat. ¶ † Quartò reſpondeo, ꝙ non ſufficiebat reo opponere ꝙ debebat interpellari, ſed etiam debebat oſtendere & probare ꝙ ſi fuiſſet interpellatus, habebat modum & facultatem defendendi ipſum actorem aduerſus illum Guilielmum Munerij. Imo. in c. fi. col. fin. de emp. & vend. quod dictum pro ſingulari refert & ſequitur Alex. in l. non ſolum. §. morte, col. pe. num. 47. ff. de ope. no. nun. & idẽ Alex. in conſi. 63. col. fi. lib. 6. & generaliter uidetur ceſſare actio de euictione quotiens ceſſat intereſſe. Alex. in conſi. 21. col. pen. circa med. lib. 5. Sed in caſu noſtro non ſolum iſte reus hoc non allegauit neq; probauit. immo ex inſtrumẽtis productis conſtat de contrario ꝙ nullo modo defendere poterat obſtante locatione facta per eum. Aduertendum tamen quia cõtra dictum Imo. in d. c. fi. tenet Soci. in l. 2. §. voluntatem, col. 4. ff. ſolu. matr. *Sed* vide Ripam in d. §. voluntatem. vbi diſtinguit. ¶ Non obſtat etiam ſi dicatur ꝙ iſte Petrus Gardini agens ſibi præiudicauit recipiendo ſolutiones ab ipſo Guilielmo Munerij, quia retorqueo fundamentum ꝙ immo ex ſolutionibus per eum factis apparet ꝙ non fuit receſſum a prima locatione, nam cenſeretur receſſum a prima locatione ſi iſte Guilielmus Munerij ſoluiſſet frumentum tãquam famulus ipſius Gardini, & non ſub nomine alicuius penſionis, ſed tanquam haberetur ratio eius quod ex molẽdinis percipiebatur, ſed cũ acceperit ad rõnem pẽſionis debitæ ex prima locatione apparet de perſeuerãtia ipſius primæ locationis. ¶ Secundò reſpondeo, nam apparet ꝙ iſte Guilielmus Munerij remanſit in molendinis tanquam conductor habens onus releuandi indemnes Frãciſcum Bruni & Petrum Columbati, ideo quod ſoluit, præſumitur ſoluiſſe virtute illius obligationis præcedẽtis. argu. l. quædam mulier. ff. de rei ven. l. 2. C. de acqui. poſſ. Ergo nõ ſoluit ipſi Gardini tanquam caſſata prima locatione quia ea caſſata, non potuiſſet ſubſiſtere illa locatio facta Franciſco Bruni & alia per eum iſti Munerij. l. lex vectigali. ff. de pigno. ergo neceſſe eſt dicere ꝙ ſoluerit iſte Munerij pro ipſo Antonio Bruni cum tenebatur ſoluere ex promiſsione facta Franciſco Bruni & Petro Columbati. ¶ Tertiò reſpondeo vt ex facto ſubſequenti derogetur contractui præcedenti neceſſe eſt ꝙ illud factum ſequens non ſit compatibile cum contractu præcedenti, quia alias probatio non concludit, vt notant doc. maximè Mod. in l. pacta nouiſsima. C. de pac. ſed iſtæ ſolutiones factæ per Guilielmum Munerij non ſunt incompatibiles cum prima locatione neque eis repugnant, immo concordant cum ea cum factæ fuerint tãquam ob cauſam penſionis debitæ per ipſum Munerij, & ſoluerit pro Franciſco Bruni qui tenebatur ſoluere Antonio Bruni, ob id ſatis dicitur ſoluiſſe pro ipſo Antonio Bruni. l. *ſingularia*. ff. ſi cer. peta. ¶ Quartò reſpondeo ꝙ virtute tranſactionis factæ non erat amplius ſoluenda penſio agenti, ſed omne commodũ proueniens ex molendinis, ſed cum omne commodum reſtitutum non fuerit, immo dictus Munerij illud retinuerit tanquam conductor Franciſci Bruni, & illud quod ſoluit ipſe Gardini ſolutũ fuerit tanquam debitum penſionis promiſſæ Franciſco Bruni aut Antonio Bruni. ergo impoſsibile eſt dicere ꝙ receperit Gardini illas ſolutiones approbando tranſactionem & remiſsionẽ ſibi factam, cum illæ ſolutiones repugnent ipſi remiſsioni & trã-
7 ſactioni, neceſſariò † igitur dicendum eſt factas eſſe ſolutiones ob cauſam ob quam fieri poterant, non ob cauſam impoſsibilẽ. l. cum ſeruus. ff. de verb. oblig. vbi not. ſed non poterant fieri niſi ex cauſa primæ locationis, ergo ob eam factæ præſumuntur. facit tex. in l. fundus qui locatus. ff. de fund. inſtr. Grationopoli. 13. Decembris. 1540. Aymo Crauetta.

SVMMARIVM.

1 *Dotis profectitia vſumfructum pater habet. & nu. 15.*

2 *Filia non poteſt diſponere de dote in qua pater habet vſumfructum, neque inter viuos neque in vltima voluntate.*

3 *Dos inſolidum acquiritur filiæ quando pater fuit ſtipulatus eam filiæ reddi.*

4 *Pater quando dat certam dotem filiæ pro omnibus bonis & iuribus paternis, maternis, fraternis, & ſororinis, quæ bona & iura filia cedit & renunciat ipſi patri, non cenſetur eam dotaſſe de bonis paternis tantum, nec tunc procedit tex. in l. fina. C. de dotis promiſſ.*

5 *Dos quando conſtituitur filiæ pro omni iure quod habere poſſet in bonis patris ſuccedit loco legitimæ, nec in ea dote procedit tex. in l. dos a patre. C. ſolu. matr.*

Renunciatio filiæ an præiudicet nepotibus venientibus ex propria perſona quando filia dotem accepit pro omni iure quod petere & habere poſſet. ibidem nu. 5.

6 *L. fi. C. de dot. promiſſ. non procedit quando filia conſentit declarationi patris dicentis ſe eam dotare de bonis paternis & maternis.*

7 *Pater non habet vſumfructum in dote aduentitia filiæ.*
8 *Pater non habet vſumfructum in bonis filij emancipati quæſitis poſt emancipationem.*
9 *Filiusfamilias poteſt diſponere inter viuos de bonis in quibus patri vſufructus non quæritur.*
10 *Pater nõ poteſt conſequi dotem filiæ quam ipſi donauerat ſeu ipſi filiæ reddi ſtipulatus erat niſi vt hæres ipſius filiæ.*
11 *Pater quando fuit ſtipulatus dotem reddi filiæ aut ius & actionẽ habentibus ab ea, cenſetur conſenſum præſtitiſſe circa alienationem ipſius dotis*
Feudum quando conceditur pro ſe & quibus dederit, poteſt alienari ſine conſenſu domini. ibidem nu. 11.
12 *Verba ita intelligi debent ut ſint ſuperflua aut ſine dubio.*
13 *Tempus vbi generaliter & indeterminate apponitur in diſpoſitione, generaliter debet intelli vt ſufficiat quocunque tempore fieri.*
14 *Generalia verba reſtringi non debent non ſubſiſtente aliqua ratione reſtringendi.*
15 *Pater an habeat vſumfructum in dote filiæ profectitia, quando dos in totum & pleno iure filiæ acquiritur.*
16 *Filia quãdo donat bona in quibus pater habet vſumfructum, an reconualeſcat donatio mortuo patre.*
17 *Relatio fieri debet ad proxima ratione maioris conformitatis.*

CONSILIVM LXXXIIII.

¶ Pro magiſtro Hugone Beraudi ciue Viennæ.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Magiſter Anſelmus Malardi ciuis, & notarius Viennæ de anno 1539. & die 6. Iunij. conſtituit dotes librarum mille & ducentũ magiſtro Hugoni Beraudi ciui etiam & notario dictæ ciuitatis pro Claudia Malliarde filia ipſius magiſtri Anſelmi. quas dotes promiſit maritus reſtituere ipſi Claudiæ, aut ius & actionẽ habentibus ab ea. deinde de anno 1540. & die 23. Octobris dicta Claudia donauit prædicto Hugoni Beraudi libras vndecim centũ inter uiuos, qua donatione facta deceſsit ipſa donatrix ſuperſtite pſato Anſelmo Malliardi eius patre, qui actionẽ propoſuit cõtra ipſum Hugonẽ Beraudi ad reſtitutionẽ ipſarũ dotium non obſtante donatione prædicta, quam dicit non valere tanquam factã ſine conſenſu patris. Quæritur quid iuris? ¶ Videre-
2 tur dicendum † prima fronte donationem prædictam non valere, quia licèt illa dos fuerit acquiſita ipſi filiæ per ſtipulationẽ iuxta doct. Bar. in l. poſt dotẽ, in quarta q. ff. ſolu. mat. tñ in tali dote profectitia pater habet vſumfructũ. Bar. in l. 2. §. q ſi in patris. ver. venio ad verſiculum cæterum. ff. ſol. mat. vbi Aret. col. 4. atte-
2 ſtatur hanc eſſe cõem opinionem, ideo † in tali dote in qua pater habet vſumfructum filia exiſtens in poteſtate patris non videtur potuiſſe diſpoſitionem aliquã facere, neq; inter viuos neq; in vltima voluntate. l. fi. §. filiis autem. C. de bonis quæ lib. Quod procedit licèt filia iuret ſuper tali diſpoſitione ſecundum gl. ibi in verbo voluntate, vbi Bal. Pau. de Caſt. & Sal. & in terminis noſtr. s q talis donatio non valeat per ſupradicta, ita tenet Curt. Iun. præceptor meus in conſi. 152. idẽ videtur tenere Alexandrinus præceptor meus in conſ. 166. ¶ Quibus tñ nõ obſtãtibus cõtrariã opinionẽ in caſu de quo agitur, arbitror de iure veriorẽ, q immò valeat donatio prædicta ſequentibus fundamentis. ¶ Et primò, † quia ius iſtius dotis inſolidum fuit acquiſitum ipſi filiæ ex
3 ſtipulatione paterna, per quã ſtipulatus fuit pater dotem reddi filiæ, quo caſu talis dos inſolidum acquiritur filiæ. l. ſi cum dotẽ, in prin. ff. ſol. ma. & eſt caſus in d. l. poſt dotem, ſecũdum ſextam lectu. Dy. & Bar. ibi, & tenet Bal. Imo. & Mod. in d. l. 2. §. q ſi in patris. ff. ſol. ma. Idem ſi pater ſtipulatur dotem ſibi reddi nomine tamen filiæ, nam tunc actio de dote filiæ ſoli competit, nec eſt cõmunis patris & filiæ licèt dos ſit profectitia. Bart. in d. l. poſt dotem, col. 7. verſ. quartò quæro. ff. ſo. matr. cuius doctr. dicit communiter approbatam Cur. Iunior in conſi. 155. col. 2. Immo idem videtur qñ pater ſtipulatur dotem reddi ſimpliciter, quia vr̃ ſtipulatus nõie filiæ ideo reſtitui dos debet filiæ aut eius hæredib. Pau. de Caſt. in conſi. 362. Quantum ad illam partem. col. 1. lib. 1. quod tñ Pau. dictum in præſentiarum non firmo, ſed nõ videtur dubium in caſu noſtro in quo ſtipulatio filiæ facta eſt. & tali caſu propriè procedit quod dicitur dotem eſſe proprium patrimonium mulieris. l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minor. l. pater filiã, in prin. ff. ad l. falc. l. fi. in fi. ff. de colla. dotis, ideo de tali dote poteſt filia ad libitum diſponere inter viuos etiã patre non cõſentiente, ita in terminis tradis Bald. in l. quod ſcitis, col. 2. C. de bon. quæ lib. & l. pe. in fi. arguendo a ceſſante rõne. C. de falſa cau. adie. lega.
4 ¶ † Secundò iſta dos non videtur tota profectitia, imò etiam aduentitia, quia fuit conſtituta dos dictæ quantitatis pro omnibus & quibuſcunq; iuribus. actionibus, querelis & petitionibus præſentib⁹ & futuris reſpectu legitimæ & eius ſupplemẽti aut quartæ Trebellianicæ. Quæ iura ipſa Claudia aut ſui habere poſſent in bonis paternis, maternis, fraternis, & ſororinis, & pro 200. libris legatis ipſi Claudiæ per eius patruum magiſtrum Stephanum Malliardi. Quæ iura & bona ipſa Claudia ceſsit, remiſit & quitauit mediante dote prædicta, quo caſu ſtante tali quitatione non poteſt dici filia dotata de bonis paternis tñ, iuxta tex. in l. fi. C. de dotis promiſſ. ex quo. n. filia quitauit bona materna, fraterna, ſororina, & petruelia ob dotem conſtitutam, nec poteſt amplius petere bona materna, fraterna, ſororina, & petruelia obſtãte tali quitatione, dici non poteſt cenſeri dotatam filiam de bonis paternis tñ, imò dicendum eſt habuiſſe filiam portionẽ etiã eorum bonorũ, qua portione mediante bona alia quitauit. iſtud probatur neceſſariò per tex. in d. l. fi. vbi vult tex. q filia quam pater dixit ſe dotaſſe de bonis paternis & maternis non obſtãte tali donatione poteſt adhuc petere bona materna, & ſolũ cenſetur dotata de bonis paternis quando pater erat idoneus ad illam dotem. Sed vbi filia mediante tali donatione quitauit bona materna, fraterna, & ſororina, talia bona quitata amplius petere nõ
1 poteſt obſtãte quitatione, ergo ceſſat diſpoſitio dictæ l. fi. & hoc in terminis voluit Alex. in conſi. 146. col. 3. poſt med. verſ. deniq; in caſu d. l. li. 7. licèt videatur Alex. dubitare dum ſubdit q priores reſponſiones minus ſunt ſcrupuloſæ. Pro hoc † facit quod
5 ſcribit Paul. de Caſtr. in conſil. 371. Quantum ad illam partem, in fi. lib. 1. vbi quando dos conſtituitur filiæ pro omni iure quod habere poſſet in bonis patris dicitur habita dos loco legitimæ, ideo quæritur ſoli filiæ & in ea ſuccedunt hæredes filiæ, id eſt, liberi ab inteſtato, nec habet locum tex. in l. dos a patre. C. ſolut. matr. nec etiam capiunt liberi illam dotem tanquam ex conſuetudine Martini. eodem modo in caſu noſtro cum fuerit conſtituta dos filiæ computatis iuribus maternis, fraternis, patruelibus & ſororinis, dicendum eſt q habita fuerit ipſa dos tanquã de ipſis bonis, & q de ea potuerit filia diſponere, idem voluit ipſe Pau. in conſi. 419. Viſo puncto & alijs, ad fin. lib. 2. vbi quòd iſto caſu renunciatio filiæ nocet nepotibus, licèt filia viuo patre moriatur, quia habetur perinde, ac ſi ipſa filia patri ſucceſsit, nec poſſunt nepotes dicere ſe venire ex propria perſona, ſed veniunt vt hæredes filiæ. idem voluit Bal. in l. pactum quod dotali, in q. 2. & ibi Alex. col pen. C. de colla. Deci. in conſi. 181. colũ. 3. verſic. 2. reſponderi poteſt. Alexandrinus latius confirmans in conſi. 42. col. fi. Contrarium tamen in hoc vltimo nouiſsimè tenet Gozadinus in conſi. 75. colum. penul. in fi. dicens quòd Deci. in d. conſi. 181. conſuluit contra communem. contrarium etiam videtur tenere ipſe Deci. in d. l. pactum, col. pen. & puto q in practica ſeruaretur q renunciatio non noceat. & in terminis q non procedat d. l. fi. C. de dotis promiſ. quando pater conſtituit dotem filiæ computato in ea omni eo quod pater filiæ deberet ex bonis aut dotibus maternis vel ex alia cauſa, voluit Soci. in l. 1. colum. 6. verſ. ex quibus deciditur alia quæſtio & ibi Iaſ. colũ. 5. verſ. adde quod per illum tex. & Ripa colum. 18. ff. ſol. mat. idem voluit Soci. in c. tuæ. de ſpon. Cor. in conſi. 16. colum. final. lib. 3. quicquid aliter voluerit Bal. nouel. in tract. de dote in 6. parte in
6 ſexto priuilegio. ¶ † Ex alio etiam non videtur procedere illa l. fina. in caſu noſtro, quia ſolum videtur procedere quando pater ſolus & ſine conſenſu filiæ declarat ſe conſtituere dotem de bonis paternis & maternis, ſecus videtur dicendum quando filia expreſsè conſentit tali declarationi, quia ſtante eius conſenſu quòd fuit conſtituta dos etiam de alijs bonis q̃ paternis, non poteſt filia tali conſenſui contrauenire & dicere conſtitutam fuiſſe dotem de bonis paternis duntaxat. l. per fundum. ff. de ſerui. ruſti. præd. l. 1. §. prodeſt autem, verſic. vnde ſi quis. ff. quorum lega. l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. l. de acceſsionibus. §. fina. ff. de diuer. & temp. præſcrip. regula quod ſemel placuit, lib. 6. & in terminis iſtam declarationem ſcotit Iaſ. in §. fuerat, colum. 20. poſt med. ver. ergo adduco, Inſti. de actio. ¶ His ita præſuppoſitis quòd iſta dos dicatur aduentitia quatenus aſcendant iura
7 materna, fraterna, patruelia, & ſororina, ſuccedit † vera & communis

munis concluſio doct. ꝙ in dote aduentitia pater non habet
vſumfructum,vt not.doct.in l.2.§.ꝙ ſi in patris. vbi Soci.in ſe-
cundo no.ff.ſol.matr.in auth.quod locum.vbi Dec.in 4.no.C.de
colla.Bal.Nouel.in trac. de dote.in 6.parte priuilegio.33. ergo
potuit filia de tali dote aduentitia ſine dubio diſponere dona-
tione inter viuos ceſſante ratione prohibitionis,i.acquiſitione
vſusfructus.¶ Tertiò, etiam quatenus iſta dos eſſet profectitia,
adhuc in tali dote pater non habebat vſumfructum,nam fuit do
nata dos conſtante matrimonio,quo tempore clarum eſt quòd
pater non habet uſumfructum,ſed maritus pro oneribus matri
monij.l.pro oneribus. C. de iure dotium.ideo etiam in iſta dote
profectitia ceſſat ratio prohibitiua donationis,& doct.dicentes
patrem habere vſumfructum in dote profectitia,expreſsè loquũ
tur ſoluto matrimonio per dotem mariti.¶ Et ſi dicatur talis do
natio facta per vxorem infirmam videtur facta in fraudem futu-
ræ acquiſitionis ipſius vſusfructus in fauorem patris,argu.l.filiæ
meæ emancipatæ.ff.ſol.mat.c.a.de renunc.lib.6. reſpõdeo quòd
iſte vſusfructus qui acquiritur patri in bonis filij aduentitijs vel
profectitijs acquiritur ratione patriæ poteſtatis. Inſti. per quas
8 perſonas nobis acq. §. 1. ideo † pater non habet vſumfructum
in bonis filij emancipati quæſitis poſt emancipationẽ. l.ſi filius
ff.de ver.obl.l.fi.ff.de ſtip.ſer.itaq; dici non poteſt factã eſſe do-
nationem in præiudicium vſusfructus patri acquirendi mortua
filia,quia morte filiæ ſoluebatur patria poteſtas. §.deinceps, in
auth.de nuptijs. conſequenter filia mortua non erat tractandũ
de acquiſitione vſufructus ratione patriæ poteſtatis,ſed de tota-
li ſucceſsione bonorum ipſius filiæ,quæ ſucceſsio locum habe-
re non poteſt in bonis donatis per defunctum cum amplius nõ
eſſent in eius hæreditate.l.hæreditas.ff.de verb.ſigni.Ex quo fun
9 damento † res iſta creditur clara,quia doc.communiter conue-
niunt ꝙ non ſolum in dote,ſed etiam in alijs bonis in quibus pa
tri vſusfructus non quæritur,filius familias habet poteſtatem di-
ſponendi inter viuos ſine conſenſu patris, vt habetur in l.nemo.
C.qui teſta.face.poſ.per tex.in auth.vt lice.ma.& auiæ.in ſi.prin.
in verbo quæ volunt modò diſponere.latiſsimè Alexandrinus in
conſi.46. a fortiori igitur videtur permiſſa talis diſpoſitio inter
uiuos in rebus dotalibus,in quibus filia ius fortius obtinet quàm
10 in alijs bonis profectitijs aut aduentitijs.Amplius † dico in do-
te profectitia ꝙ ex quo fuit donata filiæ,& ei acquiſita, pater fi-
lia mortua non poteſt eam habere niſi vt hæres filiæ ex quo non
fuit expreſsè ſtipulatus eam reddi ipſi patri.Bart. in l. poſt dotẽ.
col.7.poſt med.uer.non ob.quod not.in §.1.&c.ff.ſolu.mat. ſed
tanquam hæres non poteſt contrauenire donationi factæ per fi-
liam.l.cum a matre.C.de rei uend.cum ſimi.¶ Quartò conſide-
ro,poſito & non conceſſo,ꝙ pater haberet uſumfructum,aut ha
biturus eſſet in iſta dote conſequenter ꝙ talis dos alienari non
11 poſſet ſine conſenſu patris,dico † ꝙ interuenit patris conſenſus
in iſta donatione ex clauſula adhibita in contractu matrimonij
circa ſtipulationem reſtituendę dotis dum fuit ſtipulatus dotem
reddi filiæ,aut ius & actionem ab ea habentibus.Quæ uerba im
portant conſenſum patris circa diſpoſitionem ipſius per text.in
c.1.de feudo non haben.pro.natu. feudi. ubi quando concedi-
tur feudum alicui pro ſe & quibus dederit, poteſt alienari feu-
dum ſine conſenſu domini contra feudi naturam, eo quia ſatis
eſt ꝙ talis cõſenſus fuerit datus ab initio in ipſa conceſsione feu
di per illa uerba,& quibus dederit, tradunt Alberi. & Mod.in l.
fi.col.2.C.de iure emphy.Bal.in conſi.70.Punctus,teſtator,col.2.
lib.2.Alex.in conſi.188.col.5.lib.2.& in conſi.228.col. 2. ad fin.
lib.6.Deci.in conſi.171.col.2.& in conſi.390 col.4.ad fin.eodem
modo dicendum eſt per illa uerba aut ius & actionem haben-
tibus,ab ea cenſeri datam facultatem ipſi filiæ ius & actionem
ipſius dotis & conſequenter ipſam dotem in alium transferendi
ſi enim (ſi pro quia) conſenſit pater ꝙ poſſet quis ius & actio-
nem habere a filia in ipſa dote,ergo in conſequens neceſſarium
cenſetur conſenſiſſe ꝙ ipſam dotem habere poſſet. regulæ, qui
actionem habet.ff.de reg.iur.Rurſus ſtipulando dotem reddi fi-
liæ aut ius & actionem habentibus ab ea neceſſariò præſuppo-
nitur ꝙ ipſa filia tale ius aut talem actionem in alium tranſferre
poſſet,alias enim impoſsibile eſſet habere aliquem ius aut actio
nem a filia,cum acceptio ſeu habitatio neceſſariò præſupponat
dationẽ,nec poteſt quis aliquid ab alio habere niſi illud ab alio
donetur aut aliter transferatur,quia iſta eſt natura correlatiuo-
rum ꝙ unum ſine altero eſſe non poteſt iuxta latè no.per Mode.
in l.fi.C.de indicta uidui.tollen.¶ Et ſi dicatur illa uerba,aut ius
& actionem habentibus ab ea, poſſunt intelligi de habentibus
ius aut actionem mortuo patre aut ipſo conſentiente, reſpõdeo
ꝙ hoc modo intelligendo illa verba eſſent ſuperflua & nihil ope
rarentur,quia ſine illis uerbis non eſt dubium ꝙ dos ẽt profecti
tia & in qua pater communionem habet conſolidatur in ipſam
filiam,& ad eam pertinet pleno iure.l.unica.§.uideamus. C.de
rei ux.actio. ſimiliter ſine illis uerbis non eſt dubium poſſe filiã
non ſolũ de dote ſed etiam de alijs bonis profectitijs uel aduẽti
cijs diſponere patre conſentiente tã inter uiuos q̃ donatione cã
12 mortis,iõ † reſtringi nõ debẽt illa verba ad eũ caſum in quo eſ
ſent ſuperflua,qa nullũ uerbũ debet eſſe ſuperfluũ ſi alius intelle
ctus ſanus poſsit accõmodari.l.1.in prin.& ibi no.ff. quod met.
cau.l.1.in fi.cũ ibi no.ff.ad munici.l.3.§.1.qui incipit nõ fruſtra.
ff.de iureiu.& dicit Bal.in conſi.51.generali ſtatuto,in ſi.lib.5.ꝙ
ſingula uerba legis & ſingula uerba priuilegij debẽt hr̃e aliquid
põderis & ad aliquẽ effectum trahi, p l.itẽ uenitur.§.a ptã dæ.ff.
de pet.hære.Alibi ſcribit Abb.in cõſi.85.col.3.lib.1.ꝙ uerba ſem
per reduci debent ad caſum dubiũ,per tex.in l.in ſi.ff.de admi-
niſtratio.tuto.& in l.Labeo.ff.de carbo edic.itaq; debẽt intelli-
gi iſta uerba aut ius & actionẽ habentibus ab ea, in caſu in quo
dubiũ eſſe poterat an filia poſſet ius aut actionẽ dotis in alium
transferre.i.patre uiuẽte, non aũt poſt mortẽ pr̃is aut eo cõſen-
13 tiẽte,quo caſu dubiũ aliquod cadere nõ põt.¶ † Secundò rñdeo,
ꝙ iſta uerba aut ius & actionem hñtibus ab ea,ſunt gñalia circa
tps, nec diſtinguit in eis de aliquo tpe qñ habeatur tale ius ſeu
talis actio, ergo gñaliter debẽt intellegi quocunq; tpe habeat ta
le ius ſiue uiuo patre ſiue eo mortuo.l.qui fundũ.ff.de contrahẽ.
emp.l.in uenditione.§.de tpe.ff.de bo.auct.iud.poſ.l.1.§. memi-
niſſe.ff.de vẽtre inſpi.Bal.in con.256.pmittenda ſunt.lib.4. Pau.
de Caſt.in conſ.327.Si prima duo ſtatuta.col.2.circa med.lib.2.
Roma.in conſi.340.in primo dubio.Cor.in conſi.221. colum 2.
lib.1.in conſ.2.colũ. 3.in quarto dubio.lib.2.& in conſi.241.col.
ſi.uer.itẽ nõ requirit ſtatutũ lib.3.facit regula uulgata ꝙ di ſpoſi
tio gñaliter loquẽs, gñaliter dẽt intelligi. l. de ptio.ff.de publi.
¶ Tertiò rñdeo ꝙ reſtringendo illa uerba aut ius & actionẽ ha-
bẽtibus ab ea poſt mortẽ patris aut qñ pater conſentiret, fieret
contra verba & mentẽ cõtrahentiũ,nã ſi partes ita intellexiſſent
& noluiſſet pater poſſe filiã de dote diſponere eo uiuẽte,vtiq; ve
riſimiliter ſtipulatus fuiſſet dotẽ reddi ipſi patri,nõ aũt filiæ,ſed
ſtipulando dotẽ filiæ reddi aut ius & actionẽ habentibus ab ea,
expreſsè apparet de mente contrahentiũ ꝙ voluerũt poſſe filiam
14 ex arbitrio de dote diſponere.¶ † Quartò verba gñalia reſtrin-
gi nõ debẽt ſubſiſtẽte rõne aliqua reſtringẽdi.Bal. in cõſi. 48. qa
uerba. li.4. ſed in caſu nr̃o nõ ſolum nulla conſtat rõ reſtringẽdi
iſta verba,imò ſubeſt rõ naturalis ea potius ampliandi aut ſal-
tem gñaliter intelligẽdi,nã iſta filia p vna dote remiſit bona pa
terna,materna,fraterna,patruelia & ſororina, ideo conueniens
fuit ꝙ in alio releuaret,vt priuata tot & tantis iuribus de eo ſaltẽ
quod acceperat,poſſet ad libitũ diſponere.l.eum qui, in prin.ff.
de iureiur.Et iſtud eſt quod voluit Pau.de Caſt.in d conſ. 372 q̃-
tum ad illã partem,in ſi.lib.1. ꝙ vbi dos cõſtituit filiæ p oĩ iure
quod habere poſſet in bonis patris dr̃ habita dos loco legitimę,
& quæritur filiæ ac eius hæredib.a fortiori idẽ dicendũ eſt in ca-
ſu noſtro vbi filia quitauit pro iſta dote bona paterna,materna,
fraterna,patruelia,& ſororina.¶ Solum ſupereſt reſpondere ad
cõtraria,ad quæ licèt ex præmiſsis ſatis rñſum appareat,in ſpe-
cie tñ reſpondeo,ꝙ imò iſta dos non dr̃ in totum profectitia ſed
aduentitia quatenus aſcendunt iura materna,fraterna,patruelia
& ſororina,in qua dote aduentitia pater nõ habet uſumfructum
vt ſupra latè probauimus. ¶ Secundò rñdeo ꝙ etiam quatenus
iſta dos dici põt pfectitia,in ea tñ de tpe donationis pr̃ nõ habe
bat uſumfructũ ſed maritus.nec poterat conſiderari ius uſuſfru-
ctus mortua filia vt ſupra oſtẽdimus igit̃ ceſſante iure uſuſfructꝰ
paterni ceſſat prohibitio donationis inter viuos, ergo valida eſt
donatio ſm oẽs doct.¶ Tertiò reſpondeo poſito & nõ conceſſo,
habuiſſet pater vſumfructũ in tali dote,adhuc dicn valuiſſe do-
nationem tanq̃ factã de uoluntate & conſenſu patris ponderan
do illa uerba ſtipulationis de dote reſtituenda ipſi filiæ aut ius
& actionem habentibus ab ea, ut ſupra latè demonſtrauimus.
15 ¶ † Quartò rñdeo,ꝙ illa opi.Curtij Iunioris ꝙ in dote profe-
ctitia pater habeat uſumfructum quando dos in totũ acquiritur
filiæ nõ ur̃ uera,nã patri acquirit̃ uſusfructus in caſibus in qui-
bus de iure antiquo proprietas plena acquirebat̃ in ſolatiũ amiſ
ſæ proprietatis,ut patet Inſtit.per quas pſo.nob.acqui.§.1. & ſic
iſtud ius acquiſitionis uſusfructus ſolũ introductum fuerit circa
bona aduentitia,circa profectitia aũt nihil fuit immutatũ, quia
illa

illa ēt hodie patri acquirunt pleno iure, igit cū in bonis profectitijs nihil fuerit immutatū, nos habemus ꝙ de iure antiquo dos ꝓfectitia poterat acquiri, filiæ pleno iure ſi pr̃ ei donabat. l. Pōponius Philadelphus. ff. fami. erciſ. l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſol. matr. Bar. & doc. in d. l. poſt dotem. ff. ſolu. mat. Itaq; cum pater donauerit filiæ illam dotē ſtipulando eam filiæ reddi, nullo modo vr̃ dicendū ꝙ in tali dote pater habeat vſumfructū, ita in terminis terminantibus tenet Soci. in conſi. 100. col. 2. lib. 3. ¶ Idem tenet Iaſ. in l. 2. §. ꝙ ſi in patris, col. pen. in fi. ſuper gl. in ver. ſui iuris. ff. ſol. mat. vbi ꝙ in profectitijs donatis a patre, non dr̃ pater legitimus adminiſtrator nec habet in eis vſumfructū, ideo in talibus profectitijs factum filij ſibi præiudicat poſtquam fuerit ſui iuris, & ꝙ pr̃ non habeat vſumfructum in dote profectitia cuius actio ad filiā inſolidū pertinet, tenet Ripa in d. §. quod ſi in patris, col. 3. in fi. & col. ſeq. quicquid aliter voluerit Soci. ſibi con-
16 trarius in d. §. ꝙ ſi in patris. Cur. Iun. in conſi. 152. colū. 2. ¶ † Poſtremò in omnē euentū, poſito nunquā tñ conceſſo, ꝙ talis donatio videret̃ inualidatōne vſusfructus paterni, iſtud procederet in præiudiciū ipſius patris, & quandiu viuit, ſed eo mortuo efficaa videtur donatio, ita in terminis decidit Corn. in conſi. 310. col. pe. lib. 4. contrariū tñ in hoc tenet Pau. de Caſt. in conſi. 381. Primò videndū eſt qualis. lib. 1. Alexandrinus in conſi. 127. in fi. Bertachi. in t. parte reperto. in verſi. Bona aduētitia, ver. 3. ¶ Poſt ſcripta, fuit dictum moueri dubitationem per nonnullos ſuper illa clauſula, aut ius & actionē habētibus ab ea, quæ clauſula eſt gallicè concepta in hæc vreba, & laquelle ſomne deſſus donee pour & a raiſon de laugmentation que deſſus enſemble la ſomme & conſtitution de dote & verchiere deſſus donee le dict Beraud promect per ſes foys & ſerement cas de reſtitution aduenant poyer a icelle Claudeia femme ou a iceulx aias dicelle droict & action videlicet ꝙ illa verba ou a iceulx aians dicelle droict & action, debeant exponi hoc modo. ꝙ promiſit maritus reſtituere dotem & donationē pp nuptias ipſius Claudiæ, aut alijs habentibus ius & actionē ipſius dotis, quæ ſanè interpretatio vr̃ dura & inimica literæ. ¶ Primò, quia illud relatiuū dicelle, debet referri in dubio ad proxima. l. idē cū eodē. §. fi. vbi glo. & doct. ff. de iuriſ. om. iu. ¶ Secundò, quia eſt maior cōformitas ꝙ fiat relatio ad proxima q̄ ad remota, cū. n. ſtatim & immediatē dictū ſit ꝙ ꝓmiſit maritus reſtituere dotē ipſi Claudiæ, & ſtatim ſubijciat̃ ou a iceulx ajās dicelle droict & action. magis conſonat ꝙ verbū dicelle, referatur ad ipſam Claudiā, cū. n. verbum dos, eſſet remotū ſi intellectum fuiſſet de dote veriſimiliter dictū fuiſſet, aians dicelle dote &c. quia ſm ſenſum naturalē & vulgarē ſatis poterant cogitare cōtrahentes, ꝙ uerbū, dicelle, nō re-
27 peteret dotē de qua longius facta erat mentio, ideo † rōne maioris conformitatis fieri debet relatio ad proxima. Cor. in conſi. 158. col. 3. nu. 24. li. 2. ¶ Tertiò dico nullo modo fieri poteſt relatio ad remota nec ad dotē, quia maritus promiſit remittere non ſolū dotē, ſed etiā donationē pp nuptias, ideo ſi intentio contrahentiū fuiſſet repetere verbū dotē, vſi fuiſſent numero plurali, dicēdo, aiās dicelle droict & action, cum ageretur de reſtitutione pluriū rerū, ideo nō debet fieri relatio ad remota, ex qua relatione rō recti ſermonis ſalua eſſe nō poteſt. l. Plautius. ff. de auro & argen. leg. ¶ Quartò dico ꝙ ſicut donatio pp nuptias ſolū erat reſtituenda filiæ, & de ea potuiſſet filia diſponere ſine conſenſu patris cū habeat priuilegia dotis, ita dicendū eſt ꝙ intentio contrahentiū fuerit ꝙ dos reſtitueretur ſoli filiæ. l. iam hoc iure. ff. de vulg. ¶ Nō ob. ꝙ hoc modo corrigeretur ius cōe, quia iſtud negat̃ quatenus dos eſt aduentitia, & ſic retorqueo fundamentū. ¶ Secundò quia eſſet correctio iuris cōis quatenus dos eſt profectitia, ſi primò pater fuiſſet ſtipulatus dotē ſibi reddi, ſed cū fuerit ſtipulatus reddi filiæ ceſſat illud inconueniens. ¶ Tertiò dico ꝙ ēt in dubio de facili ꝓſumitur donatio aſcendentis erga filiā. Bar. & doc. in l. quæ dotis. ff. ſol. matr. pro hoc tex. in l. Neſennius ff. de neg. geſt. in l. alimenta. C. eo. tit. l. donationes. §. ſpecies. l. fi. §. fi. ff. de dona. l. Publia, in prin. ff. depoſit. l. liber captus. C. de capti. quod ipſum tñ multas patitur declarationes. ¶ Quartò a cōiter accidentibus qñ pater nō vult recedere a diſpoſitione iuris cōis aut cōſuetudinis, promittit̃ reſtitutio illi vel illis quib. de iure reſtitui debet, ſed iſta clauſula reſtitutionis eſt oīno aliter cōcepta, ideo ſatis apparet de intentione contrahentiū. ¶ Quintò iſta dos erat pro maiori parte aduentitia, quia fuit conſtituta ꝓ iurib. maternis, fraternis, ſororijs, & ꝓ ducētū libris legatis ipſi Claudiæ per eius patruū, ideo cū maior pars eſſet aduentitia q̄ erat reſtituēda filiæ de qua poſſet ad arbitrium diſponere, vt ſupra probauimus dicendū eſt ꝙ ēt quatenus erat ꝓfectitia eodē modo reſtitui deberet per reg. eum qui ædes. ff. de vſuca. l. iā hoc iure. ff. de uulg. & quia maius trahit ad ſe minus. l. ꝑ minorē. ff. de iud. Grationopoli. 14. Decēbris. 1540. Aymo. Crauetta de Sauil.

SVMMARIVM.

1 Collatio an fiat de bonis donatis in contractu matrimonij quādo filius donatarius vult ſuccedere parenti donatori ſimul cum fratribus aut ſororibus ab inteſtato, & cōcluditur, quod non, quia dicitur donatio ſimplex.

2 Donatio ob cauſam dicitur quando cauſa reſpicit fauorem donantis ita quod excludatur liberalitas.

3 Donatio arguitur ſimplex ex illis verbis donatione pura & irreuocabili.

4 Donatio propter nuptias vere & propria quæ dicatur.

5 Denominatio contractus fit a verbis quando effectus non repugnat, alias fit ab effectu.

6 Donatio ob cauſam in materia collationis dicitur quæ in ſe neceſſitatem habet ſeu ad quam faciendam donator cogi poteſt.

7 Collatio donationis ceſſat quando effectus donationis confertur poſt mortem donantis.

8 Collationis ius regulatur ex tacita & præſumpta mente donātis, ideo ceſſat collatio vbi de mente apparere poteſt quod voluerit donans eam ceſſare.

Collatio donationis ceſſat quando per eam donatio fieret eluſoria. ibidem nu. 8.

CONSILIVM LXXXV.

¶ Pro Marineto Borſeti de Vrellis.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Ioāna Borſeta de Vaellis, donauit Marineto eius filio & ſpōſo futuro Antoniæ Borſetæ ſi ipſum matrimoniū in domino cōpleatur, medietatem omniū bonorū ſuorū præſentiū & futurorū reſeruatis ſibi vſibus fructibus dū uixerit in humanis. deinde deceſſit mater donatria ab inteſtato relicto dicto Marineto donatario & una filia nomine Antonia. Quærit̃ nūc an in ſucceſsione matris dictus filius Martinetus uolēs ſuccedere cū ſorore teneat̃
5 cōferre donationē ꝑdictā? ¶ Videretur dicendū prima frōte † ꝙ ſic, per tex. in l. ut liberis. C. de colla. ubi expreſſe dicit ꝙ donatio ꝓpter nuptias ēt a matre facta conferri debet in cauſa inteſtati, ſed iſta donatio ur̃ huiuſmodi, quia mater expreſsè dixit ſe donare pp nuptias, qualitas. n. donationis ex tenore uerborū demonſtrat̃. l. ad probationē, lā 1. C. de probatio. l. ſancimus. C. de fideiuſſo. & cū uerba donationis ſint clara, non uidetur ulterius dubitandū. l. cōtinuus. §. cū ita. ff. de uerb. oblig. l. non aliter. l. illo aut ille. §. cū in uerbis. ff. de leg. 3. ¶ Quibus tñ nō obſtātibus cōtrariū puto de iure uerius, ꝙ imò conferri nō debeat donatio ꝑdicta, quia in materia collationis habemus uerā concluſionē, ꝙ donatio ſimplex facta a matre cōferri nō debet. l. illud. §. fi. C. de col. Bar. in l. 1. §. nec caſtrēſe, co. pe. uer. ſed ꝯ ꝑdicta facit. ff. de colla. bono. Alea. & Mod. in auth. ex teſtō. C. de colla. ſed iſta donatio facta dicto Marineto fuit & eſt donatio ſimplex, quod probatur ex pluribus. ¶ Et primò dici nō poteſt donatio ob cauſam,
2 quia † donatio ob cauſam tunc dr̃ qñ cauſa reſpicit fauorē donātis quæ excludit liberalitatē, ſecus ſi ſit alia cauſa extrinſeca q̄ nō impediat quominus dicat̃ donatio ex liberalitate procedere. Ang. in l. ſed hoc ita. ff. de re iud. Io. Fabri & Io. de Platea in §. præterea, uerſ. ſed & ſi quis. Inſti. de actio. Iaſ. in l. inter eos, in ſecundo notab. ff. de re iu. ideo dicit Pau. de Caſt. in d. l. liberis, col. pe. C. de colla. ꝙ donatio facta a patre in præmium emancipationis dicitur donatio ſimplex, nec conſideratur ꝙ fiat ob cauſam emācipationis, quia illa cauſa non excludit liberalitatem. Pro quo tex. in l. fi. ubi Bal. C. de eman. lib. Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe, col. penult. ff. de colla. bon. Alex. in conſi. 142. col. 6. in fin. uerſic. pro hoc facit quia donatio. lib. 2. Alibi ſcripſit idem Pau. in l. 1. ff. de donati. ꝙ donatio dicitur ſimplex licèt fiat ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit, quia illa conditio non excludit liberalitatem. ita etiam declarat Aret. in conſi. 17. col. 5. uer. ſecundæ autē obiectioni. refert & ſequitur Dec. in l. diuus pius, col. 1. ff. de regu. iur. ſed ultra Decium adduco Angelum in conſi. 324. Iolus domini Dalmatij. col. pen. uerſi. circa quod cōſidero, ubi cauſa reſpiciēs commo-

commodum eius cui aliquid relinquitur vel donatur, dicitur im
pulſiua nõ finalis, ea qua diſpoſitio nõ reſtringitur nec alteratur,
idē tradit Cor. in conſi. 101. col. pe. ad fi. lib. 1. Deci. in conſi. 238.
ad fi. ſed cauſa aſsignata in donatione de qua agitur ſolum reſpi
cit commodũ & merũ fauorem ipſius filij donatarij. Ergo do-
natio ob cauſam dici nõ põt ſed ſimplex. & pro hoc quod ſcri-
bit Oldr. in conſi. 5. Titius, vbi ꝙ donatio facta contemplatione
matrimonij dicitur ſimplex, non ob cauſam, quia illa cauſa ma-
trimonij fuit impulſiua, non finalis, ſequitur Soc. in conſ. 53. col.
2. verſi. optimè & lib. 1. Deci. in conſi. 216. col. 2. ad fi. ¶ Secundò
† ꝙ iſta donatio dicatur ſimplex, probatur ex verbis ipſius dona
tionis, dum dr̃ donatione pura & irreuocabili, nã illud verbum
pura, denotat ꝙ donatio ſit ſimplex & cõtrariatur donationi ob
cauſam. Iaſ. in d. l. inter eos, in ſecundo notabili. ff. de re iudica.
Soci. in conſi. 295. col. 4. ver. quintus caſus. lib. 2. ¶ Non obſtat, ꝙ
dicatur † in inſtrumẽto de donatione pp nuptias, quia pro rñſio
4 ne conſiderandũ eſt ꝙ iſta donatio nõ poteſt dici donatio pp nu
ptias verè & propriè prout loquitur tex. in d. l. vt liberis, quia do-
natio pp nuptias, vera & ꝓpria ſit mulieri & ad eius vtilitatem
& ſecuritatem. §. eſt & alius, vbi gl. in verb. exequentur, Inſti. de
dona. ſed iſta donatio facta fuit nõ ipſi mulieri ſed marito, & ſo-
lũ ad vtilitatem & cõmodũ mariti quo matrimonij onera faci
lius poſſet ſupportare. Rurſus donatio pp nuptias vera & pro-
pria iã facta fuerat ꝑ maritũ vxori de ſcutis duodecim auri, ideo
non eſt dicendũ ꝙ duplex donatio pp nuptias facta fuerit, ideo
illa verba pp nuptias debent cenſeri appoſita demonſtratiuè ſeu
impulſiuè, id eſt, ꝙ mota fuerit mater ad donandum fauore nu-
ptiarum. & contemplatione matrimonij vt illius onera facilius
ſuſtinerentur, nõ aũt ꝙ vellet mater facere donationẽ pp nuptias
5 ad quam mariti tenentur in fauorẽ vxorum. ¶ Nõ obſtat † quod
ſupra dictũ eſt, contractus denominationẽ fieri ſecundũ formã
& tenorẽ verborũ, quia iſtud intelligitur qñ effectus rei põt con
uenire cũ ipſis verbis, ſecus ſi effectus verbis repugnet, quia cõſi
deratur effectus non tenor verborũ. l. in ſulam. ff. de præſcrip. ver.
Bal. in l. 2. C. commoda. no. in c. conſtitutus, de religio. domib. &
alibi ſæpe, ſed hic effectus contrariatur verbis vt ſuprà diat, cũ
effectus veræ & propriæ donationis pp nuptias conſiderari non
6 poſsit in donatione de qua agitur. ¶ Tertiò ꝙ iſta † donatio di-
catur ſimplex & nõ ob cauſam probat̃ quia in materia iſta col-
lationis illud quod dr̃ donationẽ ob cãm conferri debere, intelli
gitur de tali cauſa quæ in ſe neceſsitatẽ habet prout eſt cã dotis
vel donationis pp nuptias, ad quã tenetur pater vel maritus re-
ſpectiuè, quia pater tenet̃ dotare filiã, & maritus tenet̃ facere do
nationẽ pp nuptias ſeu pater pro filio marito, ſed vbi ceſſat ne-
ceſsitas illius cauſæ dr̃ donatio ſimplex, vt declarat Deci. poſt
Pau. de Caſt. in d. auth. ex teſtã, col. 4. C. de colla. ſed iſta donatio
facta per matrẽ nõ habebat in ſe aliquã cãm neceſſariã, nec co-
gebatur mr̃ donationẽ illã facere ſi noluiſſet, maximè quia poſi
to & non conceſſo cogi poſſet mater ad faciendum donationẽ
pp nuptias, iſtud tñ in caſu noſtro conſiderari non poterat, cum
donatio pp nuptias iam facta eſſet per filium futuræ vxori, ideo
fuit merè voluntaria iſta donatio, & cõſequenter ſimplex, ergo
conferri non debet, & ꝙ requiratur vt donatio habeat cãm ne-
ceſſariã vt dicatur ob cauſam in materia collationis, vltra Deci.
allego Calca. in cõſi. 19. col. 6. ante med. ¶ Ex alio principaliter
7 conferri nõ debet iſta donatio, quia cũ voluerit mr̃ † ꝙ haberet
effectũ demũ poſt eius mortẽ reſeruando ſibi vſumfructũ uĩ ap
parere de uoluntate & mente ipſius donatricis ꝙ uellet ipſum
filium habere illã donationẽ præcipuã ſine onere collationis, nã
conferendo effectum ſeu executionẽ ipſius donationis poſt mor
tem ipſius donatricis, ſatis conſiderauit tempus ſucceſsionis ip
ſius donatricis, id eſt, quo ei ſuccederetur, & tñ uoluit eo tẽpore
ꝙ donatio ſortiretur effectũ ſeu executionẽ. Ergo nõ uĩ uoluiſſe
nec ſenſiſſe ꝙ teneretur filius ad conferendũ donationẽ. quia ꝓ-
ſuppoſita neceſsitate conferendi illa donatio nõ habuiſſet effe-
ctũ ſeu executionẽ, ex quo facta collatione ſoror æqualiter ſuc-
ceſsiſſet etiã in bonis donatis, ideo dicimus ꝙ donatio facta fi-
lio in poteſtate quæ morte confirmatur, non confertur, eò quia
habet uim relicti in teſtõ quod non cõfertur, quia non reliquiſſet
teſtator ſi cõferri uoluiſſet, ut habetur ꝑ doc. in d. auth. ex teſtã.
ubi Deci. col. 2. Eodẽ modo ſi iſta donatrix animum habuiſſet ꝙ
euenienti caſu ſucceſsionis ſuæ teneretur filius donationẽ cõfer
re, nõ cõtuliſſet effectũ ſeu executionẽ ipſius donationis in ipſum
tps ſucceſsionis, ſciẽs ꝙ eo tpe executionẽ non haberet ipſa do-
natio, ex quo facta collatione altera filia æqualiter ſucceſsiſſet,

ut ſuprà diximus. ¶ Et ſi dicatur, intentio mr̃is donãtis fuit ꝙ ip-
ſe filius eſſet cõtentus donatione, & reliqua bona ꝑtinerẽt ad al
terã filiam, rñdeo, ꝙ hoc modo donatio facta filio in eius fauorẽ
retorqueret̃ in eius odiũ & operaret̃ exhæredationẽ quo ad alia
bona, quod dicendũ nõ eſt. l. q̃d fauore. C. de legib. Rurſus conſi
derando hoc mõ, intentio mr̃is donantis læderetur, nã donauit
ut filius matrimonij onera facilius ſupportaret, conſiderãs ꝙ fi-
lia poſtquã nupta eſt ad eã nõ pertinẽt onera mr̃imonij, ſed ad
maritũ, ideo intẽtio matris fuit ꝙ filius haberet donationẽ præ-
cipuã ultra ius ſucceſsionis in reliqua parte bonorum. Præterea
nos uidemus à cõiter accidẽtibus ꝙ matres ſi habẽt liberos ma
ſculos & fœminas, ſolẽt magis diligere filios maſculos eos inſti
tuendo hæredes uniuerſales, filias aũt particulares, quã dilectio
nẽ ſatis oſtẽdit mater in donatione de qua agitur. & tñ ſi filius te
neretur cõferre iſtã donationẽ, nihil amplius haberet quàm ip-
ſa filia, quæ res repugnare uidetur uoluntati & intentioni ipſius
8 matris donantis † ob id dicẽdum eſt ceſſare collationẽ ex taci-
ta & præſumpta mente matris donatricis, quæ mens tacita &
præſumpta attendi debet in materia collationis ut pulchrè Soc.
tradit in conſi. 127. col. 8. lib. 3. ſed ultra Soci. adduco Bal. in cõſ.
210 Sciendũ eſt. col. 1. lib. 4. allegat tex. in l. ex parte. §. teſtamen-
to moriens. ff. famil. ercis. ius enim collationis introductum fuit
cauſa æqualitatis ſeruãdæ inter liberos, ideo ceſſare debet inter
eos inter quos à communiter accidentibus uidemus inæqualita
tem ſeruari per parentes. Prętereà nemo præſumitur uelle actum
eluſorium facere. l. ſi prætor. ff. de iudi. l. ſi. ff. ne quid in loco pub.
c. commiſſa. §. porrò, de electio. lib. 6. cum ſim. ſed iſta donatio
fuiſſet quodammodo ridiculoſa & eluſoria ſi conferri debeat
cum uiua matre filius ex tali donatione commodũ percipere nõ
poſſet reſeruato matri uſufructu, ea autem mortua conferri de-
beat donatio, ob id uериſimile non eſt ꝙ intellexerit mater talẽ
donationẽ conferri oportere, ex qua collatione donatio inuti-
lis quodammodo fieret. ¶ Et ſi dicatur, poteſt eſſe utilis, quia ex
donatione filius habebit bona ſine oneribus hæreditarijs. Re-
ſpondeo, ꝙ non eſt ueriſimile cogitaſſe matrem in illa donatio
ne de iſta utilitate tantum, maximè, quia proponitur in facto ꝙ
iſta mater donatrix nulla reliquit onera hæreditaria. Grationo-
poli. 4. Decembris. 1540. Aymo Crauetta de Sauiliano.

SVMMARIVM.

1 *Compenſandi animus non præſumitur in debitore ex contra-
ctu vel quaſi.*
2 *Donandi animus non præſumitur in fratre erga fratrem niſi
in alimentis.*
3 *Donandi animus non præſumitur in aſcendente erga deſcen
dentem eo ad quod non teneretur niſi expenſa ſit modica.*
4 *Generale mandatum de ſubueniendo fratribus, non trahitur
ad eos fratres in quibus reperitur facta ſpecialis prouiſio.*
5 *Generalitas ſequẽs reſtringi, et limitari dẽt ſecũdũ præcedẽtia*
6 *Vniuerſalia verba ſunt maioris potentia quàm generalia.*
7 *Legatum ſtrictè interpretari debet vt hæres cenſeatur minus
grauatus quàm ſit poſſibile.*
8 *Generalia verba reſtringi debent ne ſequatur abſurdum.*
9 *Legati verba ambigua debent declarari ex coniecturis conſi-
derata qualitate perſonæ legatarij, & habito reſpectu ad præ
cedentia & ſequentia.*
10 *Teſtator adeo nõ cẽſetur grauare hæredẽ quod potius toleratur
ut verba nihil operẽtur quàm quod hæres cẽſeatur grauatus.*
11 *Verba ſæpius apponuntur cauſa demonſtrationis, non vt ali-
quid operentur.*

CONSILIVM LXXXVI.

¶ Pro Magiſtro Guilielmo de Nantis de Lemps.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Magiſter
Aymarus de Nantis notarius & Grapharius de
Lemps. inſtituit Ioãnem, Felicem, Sebaſtianum,
& Paulũ eius filios legitimos naturales, & quem
libet ipſorum in florenis centum, & quinquagin
ta ſoluendis dũ fuerint ætatis legitimæ annorũ
vigintiquinq;, & interim ꝙ Guilielmus & Petrus de Nantis hæ-
redes

redes vniuerſales ipſius teſtatoris teneantur dictos Ioannem, Fe
licem, Sebaſtianum, & Paulũ veſtire & nutrire, & tenere in ſcho-
lis & addiſcere facere ſumptibus ipſorum hæredum, ruſus idẽ
teſtator prælegauit dicto Guilielmo eius filio primogenito rõne
primogenituræ eius officiũ graphariatus caſtellaniæ de Léps vna
cum papyris & prothocollis ipſius teſtatoris, quibus medianti-
bus teneret ſubuenire alijs neceſſarijs domus & alijs ſuis fratri-
bus, deinde mortuo teſtatore dictus Guilielmus plures pecunias
miniſtrauit Ioanni de Nannis eius fratri vltra rõnem victus, & ar
tis addiſcendæ. ¶ Quæritur nunc ex præmiſſo themate de duob⁹,
primò an dictæ pecuniæ vtſupra miniſtratæ, debeant compenſa-
ri cum ſummis relictis iure inſtitutionis, an verò cenſeant mini-
ſtratæ ex cauſa donationis. Secundò an teneret dictus Guilielmus
pecunias ipſas miniſtrare vigore illius oneris appoſiti in prælega
to graphariatu, qđ eo mediante teneret ſubuenire alijs ſuis fra-
tribus? ¶ Circa primum quæſitum, videret prima fronte dicendũ,
compenſationem fieri non debere, nam Guilielmus erat obliga-
tus ad legatum prædictum florenorum centũ & quinquaginta ex
quaſi contractu, qui inducitur ex aditione hæreditatis. §. hæres
quoq;. inſti. de obli. quæ ex quaſi contract. naſ. ſed debitor † ex cõ
2 tractu vel quaſi ſeu ex diſpoſitione hominis ſi donet vel leget, nõ
cenſetur donare aut legare aĩo compenſandi. l. creditorem. ff. de
lega. 2. l. vnica. §. 2. de rei vxo. ac. alias enim non diceret donat o
neq; legatum ſi compenſare cenſeretur. Alex. in conſi. 12. col. 2. li.
2. & in conſ. 7. col. pe. in vltimo dubio. li. 6. ¶ Quibus tñ non obſtã
tibus õnium puto de iure verius, ꝙ immo fieri debeat compenſa
tio, cum vtrunq; debitum conſiſtat in quantitate, & liquidum ſit,
toto tit. ff. & C. de compenſa. vniuerſa difficultas cõſiſtit in rñden
do ad contrarium ſupra formatum. ¶ Ad quod rñdeo, ꝙ procede
ret, ſi appareret ꝙ iſte Guilielmus frater donare voluiſſet Ioanni
eius fratri pecunias vt ſupra miniſtratas, tunc enim cõſtito de do
natione ſeu donandi aĩo ceſſaret compenſatio, ſed dico † ꝙ nõ cẽ
ſetur iſte Guilielmus miniſtraſſe pecunias prędictas animo donã
di, ſed potius repetendi aut compenſandi. l. ſi negotium. vbi Pau.
de Caſt. C. de nego. geſt. gl. in l. ſi paterno. C. eod. tit. Alex. in conſi.
99. ad fi. & in conſi. 133. circa fi. lib. 2. Dec. in conſ. 21. col. pe. circa
med. in conſi. 441. col. pe. & in conſi. 628. col. 2. ad fi. vbi cõcludit,
ꝙ frater non cenſetur expendere pro fratre aĩo donandi, niſi fiat
expenſa ob cauſam alimentorum, quia tunc cenſetur facta intui-
tu pietatis, quod ſine dubio procedit in iſtis expenſis non modi-
cis, conſideratis facultatibus ipſius Guilielmi, vt habet in dictis
3 locis. & tradit Cor. in conſi. 214. col. fi. lib. 4. immo † ẽt aſcendens
non cenſetur expendere pro deſcendente aĩo donandi qñ ad talẽ
expenſam non tenetur, niſi expenſa eſſet modica. Cor. in cõſ. 165.
ad fi. lib. 4. facit Pau. de Caſt. in conſ. 415. Viſo & examinato dicto
puncto, in 2. dubio. lib. 2. Addo Bar. in l. alimenta. C. de nego. geſt.
Aret. in conſi. 159. Longa, col. 5. ver. pro iſta cunclusione. Soc. in cõ
ſi. 64. li. 4. vbi ꝙ hoc procedit ẽt in alimentis præſtitis per aſcendẽ
tem deſcendenti qñ onus alimentandi ad alium pertinebat. idẽ
tradit Bal. nouel. in trac. de dote in ſexta parte priuilegio. 3. col. 5.
verſi. hæc tñ non procederant. & ratio huius eſt, quia vbi alius te
netur ad huiuſmodi expenſam præſumitur aſcendens expendere
tanq̃ gerens negocia illius, q teneretur ad ipſam expenſam, & ſic
aĩo repetendi actione nego. geſt. & quia iſto caſu ſi præſumeret
donatio, illa non cederet ad commodum deſcendentis, ſed alte-
rius obligati ad ipſam expenſam, idem tradit Soc. in conſi. 5. col.
pen. in prin. lib. 4. ¶ Venio ad ſm quæſitum, in quo puto cõcludẽ-
dum obligatum non fuiſſe hæredem ad miniſtrandũ pecunias p
dictas vigore illius oneris adiecti in prælegato graphariatu, ſe-
quentibus fundamentis. ¶ Primò † quia illud mandatum de ſub-
4 ueniendo alijs fratribus non debet referri ad eos fratres in quib⁹
facta erat ſpecialis prouiſio circa modũ ſubueniendi. l. alimenta.
§. Baſilicæ. l. Stichus nutricijs, in prin. ff. de ali. & cib. leg. vbi lega-
tũ alimentorũ gñaliter factũ libertis & libertabus teſtatoris non
comprehendit libertum aut libertam, cui circa alimenta ſpecia-
lis prouiſio facta eſt, ideo intelligi debet illud mãdatũ de ſubue
niẽdo quo ad alios fratres de quibus cautũ non fuerat circa mo
dum ſubueniẽdi, id eſt, de Petro cohærede & de altero fratre ſpu
rio, qui maximè ſubuentione indigebat tanquam incapax. ¶ Se-
cundò, † poſito & non conceſſo, illud mandatum de ſubuenien-
do referri poſſe ẽt ad eos fratres in quibus ſpecialiter prouiſum
erat, tamen ex tali mandato non videtur ampliatum legatum fa-
ctum dictis fratribus, immo tale mandatũ generale de ſubueniẽ
do alijs fratribus, debet limitari & reſtringi ſecũdũ præcedẽtia,
vt in ſimili no. gl. in auth. offeratur. C. de litis conte. & in l. ſcien-
dum, in princ. ff. qui ſatiſ. cog. facit l. non eſt nouum & l. nam &
poſteriores. ff. de legibus. & quod ſcribit Deci. in conſi. 179. colũ.
fi. verſi. nec obſtat dictum Baldi, vbi ꝙ generalitas ſequens diſtin
gui debet ſecundum præcedentia, ideo mandatum illud de ſub-
ueniendo debet intelligi & declarari ſecundum præcedentia, id
eſt, circa veſtitum, nutritionem & artis diſcẽdæ diſciplinã. ¶ Pro
quo facit tex. in l. hæres meus. §. 1. ff. de lega. 3. vbi ex verbis gene
ralibus ſequentibus non ampliantur indiuidua ſpecialiter enu-
merata in præcedẽtibus: puta, teſtator legauit duas ſtatuas mar
moreas & omne marmor, non tamen debẽtur plures ſtatuæ mar
moreæ q̃ duæ, & pondero ꝙ in d. l. hæres meus. §. primo, ſunt ver
ba vniuerſalia & omne marmor, quæ tamen non ampliant ſpe-
6 cialiter enumerata, à fortiori induci † non debet ampliatio in ca
ſu noſtro vbi nulla ſunt verba vniuerſalia, ſed generalia tantùm
aut indefinita, quæ non ſunt tantæ potentiæ. c. ſicut nonnulli. 1.
q. 1. glo. in c. paſtoralis, de dona. Bart. in l. ſi ita. ff. de auro & argẽ.
lega. & in l. generali. §. vxori. ff. de vſufructu lega. ¶ Tertiò iſtud
mandatum de ſubueniendo generaliter factum, dicitur ambi-
guum & obſcurum, quia genus parit obſcuritatem & incertitu-
dinem. l. in tradendis. ff. commu. prædio. l. cum Stichus. ff. de ſo-
lutio. l. prætor edicit. §. quod autem prætor ait. ff. de iniur. l. ita fi-
7 dei. ff. de iure fiſci, ſed † in dubio legatum debet ſtrictè interpreta
ri vt cenſeatur legatum, quod eſt minimum. l. apud Iulianum. §.
ſcio. ff. de leg. 1. l. ſi ita ſcriptũ, in fi. ff. eod. tit. l. nummis. l. qui con-
cubinam. §. cum ita. ff. de lega. 3. ratio eſt, quia teſtator in dubio
cenſetur minus grauare hæredem q̃ ſit poſſibile. l. vnum ex fami
lia. §. ſi rem. ff. de lega. 2. & ꝙ in legato ſtricta fieri debeat inter-
pretatio, not. Corn. in conſi. 71. in primo dubio, & in conſi. 160.
colũ. 3. lib. 4. Iaſ. in l. manumisſiones, in fin. ff. de iuſti. & iure. in l.
non dubium, col. 9. verſi. ſed aduerte. C. de legibus. & in l. uenia.
col. 2. in fi. uer. nota iſtam regulam. C. de in ius uocan. ergo man
datum iſtud de ſubueniendo limitari & reſtringi debet ſecundũ
præcedentia utſupra, ut cenſeat hæres minus grauatus quàm ſit
8 poſſibile. ¶ Quartò † uerba quantumcunq; generalia reſtringi de
bent qñ alias ſequi poſſet abſurdum. gl. in clem. literas, per locũ
ab oppoſito de reſcrip. Imola in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolu. matri.
refert & ſequitus Soc. in conſi. 84. colum. 3. uerſicu. tertiò princi-
paliter moueor. lib. 1. ſed ultra Socinũ allego Pau. de Caſt. in cõſ.
50. Viſo codicillo. col. 2. circa med. libr. 2. in propoſito noſtro niſi
iſtud mandatũ generale de ſubueniendo reſtringeretur ſecundũ
præcedentia, ſequi poſſet abſurdum & inconueniens, ꝙ filij mi-
nus dilecti à teſtatore eſſent longè melioris conditionis quàm fi-
lius primò genitus magis dilectus, nam poſſent alij minus dile-
cti dicere, frater mi indigemus tãta pecunia pro obtinẽdo bene
ficio aut prędijs emendis aut conducendis, ideo miniſtres nobis
pecuniã, quia teneris nobis ſubuenire ex mãdato & præcepto te
ſtatoris, & eo modo poſſent conſequi maiorem utilitatem quàm
filius primogenitus conſiderata tenuitate hæreditatis ære alieno
onuſtæ. ¶ Quintò iſtud uerbum ſubuenire, ſonat in cauſam neceſ
ſitatis quando alij fratres conſtituti eſſent in neceſſitate ꝙ tunc
ſubueniri eis debeat, ſed iſtæ pecuniæ de quibus agitur, non fue-
runt miniſtratæ ex cauſa neceſſaria, ſed uoluntaria aut utili, de
ſtionis adduco quod in fortioribus terminis, & maximè in pro-poſitu noſtro ſcribit Pet. de Anch. in conſi. 402. Pluribus rationi-bus. vbi pulchrè & notabiliſſimè decidit quæſtionem de eo qui emerat gabellam à communitate Piſtorij per plures annos cum omnibus cõmodis & incommodis. ita quod remiſſio aliqua pe-ti non poſſet rõne alicuius damni emergentis. dicit Anch. ꝙ ſi tẽ pore emptionis Papa reſidebat Piſtorij, deinde alio commigra-uerit, & ex eo commoda gabellæ admodum fuerint diminutę, ꝙ remiſſio mercedis peti põt, non obſtante cõuentione prædicta, mouetur, quia contractus ille emptionis gabellæ licẽt habeat in ſe incertitudinem, tñ intelligi debet ſm ꝙ vulgi opinione, & cõ-muniter cõſuetum eſt percipi: ſed quod ex vulgi opinione reſidẽ tia Papæ erat in mentibus hominum quod ea melior eſſet gabel la, & illa ſpes reſidentiæ fuit cauſa finalis, quæ impulit emptorẽ ad emendum gabellã, qui aliter empturus non fuiſſet ſub ea mer cede, & ꝙ non vr̃ imputandum emptori cur ita conuenerit, quia illa ſpes reſidentiæ Papæ erat probabili iudicio indubitata, & ꝙ ſubueniri debet emptori ſi aliter euenit præter omnium ſpem. & quod illud pactum promiſſit remiſſionem non petere, debet in-telligi rebus ſic ſe habentibus prout erant de tpe contractus, nõ autem contra vtriuſq; contrahentis & totius vulgi opinionẽ mu tationẽ, & variationem, de hoc enim non fuit cogitatum, ſed pro babili iudicio totum contrarium. & præterea dicit Anch. ſaltem ſubueniri debet huic emptori ex capite læſionis enormiſſimæ, li cẽt illa ex poſt ſuperuenerit, nec eſſet de tpe cõtractus. ex quibus Anch. elegantiſſimè dictis facilime patet deciſio quæſtionis nr̃æ, nam non ſolũ de tpe contractus communis erat vulgi opinio ꝙ graphariatus in nihilo mutaretur neq; cauſarum ſtylus, ſed etiã multo poſt tpe etiã poſtquam de ſtyli mutatione verba fieri cœ-perunt. Rurſus pluſquam clariſſimum eſt quod ſola commoda graphariat⁹ illius cauſa finalis fuerũt inducẽdi mercatores iſtos ad ita contrahendum, qui ſi ſtyli mutationẽ aliquã cogitaſſent nullo modo ad eas conuentiones deſcendiſſent, ideo ſuſceptio il la periculi & caſuum fortuitorũ intelligi debet, rebus tñ manen tibus prout erant de tpe contractus, id eſt, ſtylo cauſarum & gra-phariatum non mutato & de caſibus fortuitis euenientibus in graphariatu citra tñ eius mutationẽ, de læſione aũt enormiſſima remitto me ad teſtimonia quæ non legi: Proponitur tñ eam ad in tegrum fuiſſe probatam. ¶Tertiò adduco tex. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. vbi promiſſio locatoris de non expellendo cõ ductorẽ habet tacitam conditionem, ſi conductor ſoluerit pẽſio nem, eodẽ modo dicendũ eſt ꝙ iſta promiſſio de non petendo remiſſionẽ debet intelligi dũmodo princeps dimiſerit grapha-
4 riatũ in eo ſtatu in quo erat de tpe contractus. ¶†Quartò addu-
co qđ in pulchro caſu ſcribit Dec. in conſi. 335. vbi ꝙ ſtatutum iu ratum & longo tempore obſeruatum inter ciues, & homines de diſtrictu, & comitatu ſuper ſolutione talearum, debet intelligi re bus ſtantibus, prout erant de tempore ipſius ſtatuti, ſi aũt ſuper-ueniat aliqua mutatio ſtatus ciuitatis, ex qua ciuitas multum de pauperetur, recedi debet, & poteſt à tali ſtatuto ob talem inopi-natam mutationẽ. & rogo videatur illud conſiliũ Decij, quia ex de ciſionibus per eum allegatis clariſſima fit quæ iſta, & vltra Deci. adduco Pau. de Caſt. in conſi. 8. Iſta bona paterna. col. fi. lib. 1. vbi quod mutato rei ſtatu receditur ab antiqua conſuetudine, & qđ no. Bal. in pulchro caſu in conſi. 396. Quidam hñs vnum filiũ. lib. 3. eodem modo dicamus, ꝙ iſta promiſſio de nõ petendo remiſ-ſionẽ mercedis intelligi debeat ſtatu graphariatus non mutato.
5 ¶†Quintò verba contractus circa renunciationẽ caſuum fortui-
torũ debent intelligi de caſibus fortuitis, qui cõiter & generali-ter oĩbus accedunt, nõ de his qui ex plenitudine poteſtatis prin cipis aliquibus tantùm particulariter, & ſpecialiter accidunt, quia tale nõs ſpeciale in conſideratione haberi nõ debet nec de eo cẽ ſetur cogitatũ. l. 4. §. 1. vbi Bar. ff. de fideic. lib. Deci. in l. ea quæ ra-ro. ff. de reg. iuris. ideo illa renunciatio caſuum fortuitorũ debet intelligi de caſibus fortuitis qui generaliter, & communiter om-nibus accidunt puta de bello, peſte, ſterilitate, non de mutatione graphariatuũ quæ ex plenitudine poteſtatis principis obuenit,
6 & particulariter nocet conductoribus graphariatuum. ¶†Sextò
renunciatio caſuum fortuitorum in caſu noſtro debet intelligi de caſibus fortuitis purè, & ſimpliciter, id eſt, quibus ipſi contra hentes præuidere non poſſunt. l. hoc legatum, vbi Bar. ff. de leg. 3. c. ſtatutum, de electio. lib. 6. ſed illud factum principis circa mu tationem ſtyli licẽt dicatur caſus fortuitus ex parte ſubditorum, non tamen dicitur fortuitus ex parte principis, qui præuidere poterat ſi voluiſſet, licẽt hoc facere maluerit ob publicam vtili-
7 tatem. ſed licẽt princeps quid faciat ob publicam vtilitatem,
tamen ſi ex ea damnum priuatis infertur, illud reſtitui debet,

iuata

iuxta notata in l.item ſi verberarũ.ff.de rei vẽd.& in l.Lucius. ff.
de euictio.ideo videmus quod licèt diſpoſitio cõcernat publicã
vtilitatem,reſtringi tñ debet quando agitur de prꝗiudicio tertij.
l.2.in fi.ff.ad municip.iuncta l.Lucius.ff.de admi.tut.quæ iura ad
hoc citat Soci.in conſi.275.col.5.ver.nam licèt alias.lib.2.¶ †Se-
8 ptimò dico quòd iſta renunciatio caſuum fortuitorum non dẽt
intelligi de caſu fortuito eueniente ea facto proprio ipſius prin-
cipis contrahentis.Anch.in conſi.414.Viſo inſtr̃o venditionis.de
quo eſt tex.in l.cũ proponas.C.de nauti.fœno.quem tex. ad hoc
pro ſingulari citat Iaſ.in l.1.col.2.circa fi.ver.confirmatur iſta ſo
lutio.C. de inſti.& ſubſti.nec obſtat,ꝙ iſtud factũ principis dica
tur iuſtum & ad publicam vtilitatẽ, quia reſponſum eſt ſupra ꝙ
factum ex cauſa publicæ vtilitatis tertio præiudicare non debet
quominus damnum ei reſtituatur, alias iſta publica vtilitas clau
dicaret,q2 alios quidem ditaret,alios ad inopiã reduceret, quæ
claudicatio,& inæqualitas in omnibus eſt fugienda.l.ſi id quod.
in fi.ff.de reſcin.vend.c.cũ inter,vbi Dec.in 6.no.de except. & in
terminis quod vbi damnum contingit facto locatoris etiam iu-
ſto.illud reſtitui debeat,tradit Ioã. de Ana.in conſi.74.col.3.poſt
med.¶ †Octauò quicquid ſit in cõtractibus priuatorum, præmiſ
9 ſa tamen ſine dubio procedere debent in contractu principis,in
quo verba magis liberaliter,& gratioſe accipi debẽt.l.fi.ff.de cõ
ſtitu.prin.vbi latè Moder.ideo tex.in §.illud.in auth. conſti. quæ
de digni.dicit quod actus principis debet eſſe ab omni malitia
& diminutione alienus.quaſi dicat ex eo ius alterius diminui nõ
debet,ne inde naſcantur iniuriæ vnde naſci debẽt iura.ideo prin
ceps dicitur mũdi dominus quoad bonum, non quò ad malum.
Bal.in conſi.327.Pridie enim conſului.col.1.ad fi.lib.1. & præſu-
mitur princeps iuſtitiæ plenus.Bal.in conſi.395.Pro domino Di-
naldo.col.1.ad fi.l.2.per tex.in l.2.§.merito.ff.ne quid in loco pu
bli.& l.ex facto.in prin.ff.de vulg.& vbi contrahitur cum princi
pe non eſt ſtrictè procedendum,quia cõtractus principis omnes
dñr bonæ fidei.Bal.in tit.de pace Conſtan.§.ſi qua verò.Iaſ.in §.
actionum,circa prin.inſti.de actio.¶ Non obſtat quod vltra ſpe-
cificationem aliquorum caſuum fortuitorum ſubiecta eſt clauſu
la generalis aliorum caſuum,quia præmiſſa fundamenta ſatisfa
10 ciunt etiam ad hanc clauſulam generalem.& vlterius † reſpon-
deo naturaliter & ſecundum æquitatẽ ꝙ illa clauſula gñalis nõ
debet intelligi de caſibus maioribus expreſſis,ita in terminis re
ſpõdet Soc.in d.conſ.123.ad fi.lib.4.ſed iſte caſus mutationis ſty
li eſt longe maior alijs expreſſis,nam caſus belli,peſtis,& ſterili-
tatis non hñt cauſam perpetuam,ſed durant aliquo tpe tantùm.
iſte autem caſus mutationis ſtyli in æternum durat, ideo non eſt
veriſimile ꝙ de tali caſu fuerat cogitatum.¶ Poſtremò res iſta nõ
vr̃ habere difficultatem aliquam,quia poſtquã princeps ipſe hu
maniſſimus recepit preces iſtorum mercatorum, & mãdauit in
formationes ſumi ſuper damnu,clariſſimè conſtat de voluntate
eius,quod ſi preces veritate nitantur,remiſſio fiat,aut aliter dam
num reſtituatur.ſi enim princeps vti voluiſſet renunciatione illa
caſuum fortuitorũ nõ iuſſiſſet informationes ſumi. Gratianopo
li. 6.Februarij.1541.Aymo Crauetta de Sauiliano.

SVMMARIVM.

1 Clerici ſeculares in monaſterio regulari eſſe non debent, nec debent homines diuerſæ profeſſionis in eodem officio ſociari. Subſtitutus aut ſubrogatus in aliquo officio debet eſſe eiuſdem qualitatis, cuius eſt ſubſtituens.ibidem.nu.1.

2 Conſuetudo contra ſubſtantiam regulæ non valet.

3 Conſuetudo irrationabilis non valet,& quando dicatur irrationabilis.

4 Conſuetudinem generaliter probari non ſufficit, ſed probari debet ſpecialiter in caſu de quo agitur.

5 Conſuetudo nõ inducitur in his quæ vario mõ obſeruata fuerũt.

6 Conſuetudo & ſtatutum an requirant ſcientiam ſuperioris.

7 Conſuetudo non inducitur ex ſimplici tolerantia contra debitum iuris.

8 Conſuetudo habens cauſam diſcontinuam requirit tempus,cuius initij memoria non extat in contrarium.

9 Conſuetudo an per ſuperiorem tolli poſſit.

10 Renunciare cenſetur quis conſuetudini ipſo actu aut facto, non vtendo ipſa conſuetudine,ſed alio iure diuerſo.

CONSILIVM XCVI.

¶ Pro domino Nicolao Groſſeti rectore prioratus Viſilliarum,cõ
tra dominum Ioffredum Dornin ſacriſtam dicti prioratus.De ea
dem materia habetur infra in conſi.121.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Dñs
Ioffredus Dorniu ſacriſta prioratus Viſillia
rũ ſubrogauit in locum ſui ad officiũ ſacri-
ſtæ venerabilem Dñm Aymarũ Syluestri pſ
byterũ ſecularẽ,quẽ tñ dñs Nicolaus Groſ-
ſeti in ſubſtitutum recuſat accipere tanq̃ re
ctor dicti prioratus, dicens ipſum prioratũ
eſſe regularem, & officiũ prædictũ ſacriſtæ
eſſe clauſtrale,cui ꝓpterea presbyter ſecularis inſeruire non poteſt.
Tractat cauſa coram ſpec.dño Vicebailiuo Graiſiuodani, in qua
abundè & ſubtiliter ſcripſit pro memorato dño Groſſeti rectore
egregius doctor dominus Ioannes Maro collega noſter.Quærit
etiam à nobis quid de cauſa prædicta ſentiamus. ¶ Placet mihi
1 ſententia domini collegæ noſtri Pro cuius confirmatione † con-
ſiderandum eſt quod præfatus Groſſeti reus conuentus habet in
tentionem ſuam fundatam de iure communi, quo iure clerici ſe
culares in monaſterio regulari eſſe non poſſunt. c. 3.de regula.
nec debent homines diuerſæ profeſſionis in eodem officio ſo-
ciari.c.in noua.16.q.7. ne ex diſpari obſeruantia in eodem loco
ſcandalum generetur.c. Deus qui, de uita & hone. cleri. c.eum
cauſam,& c.cum in magiſtrum,de electio.cap. intelleximus, de
ætate & qualitate.clem.1.de electio.tradit Calde. in conſi. 28. in
titu.de regul.nam ex tali ſocietate regularibus occaſio præſtatur
relaxandi rigorem ſolitæ uitæ, quod eſſe non debet.c.nolo.12.
q.1.& quod per dicta iura ſcribit Deci.in conſi.640. ad fin. ideo
habens beneficium regulare,poſito per ſubſtitutum poſſit bene
ficio deſeruire,talis tamen ſubſtitutus debet eſſe eiuſdem quali
tatis cuius eſt ſubſtituens,id eſt,monachus regularis.l.1.C.de ꝓ-
poſ.agen.in reb.lib.2.facit tex.in c.ſtatutum §.in nullo, in fin. de
reſcrip.lib.6.& in clemen.1.de offi.uicar. quæ duo iura ad hoc ci
tat Deci.in c.decernimus,col.antepen.uerſi.ſecundò infertur.de
iudi.no.Bar.in l.pen.C.de mancip.& colo.patri.lib.11.Bald. in l.
parabolani.C.de epiſc.& cler.Pro quo facit tex. in c. recolentes,
de ſtatu monacho.ubi dicitur dignum eſſe ut qui cum alijs uitã
ſimilem ducunt,ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam.& ultra
ius commune habet etiam intentionem fundatam ex præcepto
Abbatis ſeu ſuperioris, cui reuerenter obediendum eſt. c. cũ ad
monaſterium,circa fi.uer.Abbas uerò,de ſtatu monacho. maxi-
mè,quia tale præceptum dicitur iuſtum & honeſtum conforme
iuri cõmuni,de quo ſupra,& quia cum ſeparata ſit uita & religio
regularium a religione clerico.ñ ſecularum, ſeparata etiam eſſe
ratio debet.l.fin.ff. de calumnia.l.Papinianus exuli.ff. de minor.
¶ Itaq; tota uis & difficultas conſiſtit in quadã conſuetudine al-
legata per actorem ꝙ deſeruiri poſſit officio ſacriſtiæ per cleri-
cum ſecularem.Ad quã reſpondẽdo dico ꝙ talis cõſuetudo ubi
probata eſſet,non ualeret. Secundò ꝙ nullo modo probata fuit.
2 Tertiò vbi probata eſſet, ꝙ fuit ſublata per ſuperiorẽ.¶ † Circa
primũ quod nõ valeat arguitur ſic:Iſta conſuetudo videtur con-
tra honeſtatẽ quod religioſi diuerſæ profeſſionis ſimul habitẽt
per ſupradicta,ſed cõſuetudo contra honeſtatẽ non valet.c.cum
dicerem,& c.cũ ab omni,de vita & hone.cler.Deci.in c.cum di-
lecta,col.5.circa med.de confir.vtili.vel inutili.Secundò videtur
illa conſuetudo contra ius diuinũ,& cõtra id quod habet Deute
ronomi.c.22. Non arabis in boue,& aſinu ſimul.& ius diuinum
talem diſparitatẽ videtur reprobare,ſed nõ valet cõſuetudo con
tra ius diuinũ cum nõ valeat cõtra canones pceptiuo, aut prohi
bitiuos.Innoc.in rub.de conſue.Calde. in conſi.4.in titu.de con-
ſuetu.Tertiò talis conſuetudo dicitur contra ſubſtantiam regulæ.
d.c.3. de regularib. ſed conſuetudo cõtra ea quæ ſunt regulæ uõ
ualet.gl.in c.2.in uerſi.officiali, de conſuetu.lib.6. Deci. in conſi.
280.circa fi.Bal.& Moder.in authen.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccl.
ubi propterea qđ monachus per conſuetudinẽ habilitari nõ po-
teſt ad teſtandũ,& quod ſcribit Roma.in conſ.356.colum.1.in fi.
ubi quod non ualet conſuetudo ut in eccleſia curata cõſtituatur
3 uicarius ad tempus,tanq̃ ſit contra ſubſtantiã & naturã eccle-
ſiæ curatæ. Rurſus † nõ ualet iſta conſuetudo tanquam irratio-
nabilis.c.1.ubi gl.de cõſtitu.lib.6.quod maximè procedit qñ ta
lis conſuetudo eſt cõtra ius canonicũ.c.fi.de conſuetudi.ubi latè
ſcriben.Cor.in conſi.293.colum.3.lib.1.& conſ.155.colum.pen.
lib.4. Præſumitur autem irrationabilis conſuetudo quando eſt

contraria iuri. Aret.in conſi.44.col.2.Facit Roma.in cõſ.299.col.3.circa fi.ver.ꝙ aũt irrationabilis. ſimiliter dicitur irrationabilis qñ contrariatur æquitati naturali. Aret.in cõſi.92.col.3.ver.tertiò confirmatur.& in conſi.145.col. 2. idẽ qñ conſuetudo à lege vel ſtatuto reprobatur.Fed.de Sen.in cõſi.17.col.4 poſt med.vbi q̃d cõſuetudo irrationabilis dr̃ quã ius expreſſe reprobat, vel q̃ obuiat canonicis inſtitutis.notat ẽt Alex.in cõſi.196.col.3. lib.2. & qñ dicatur cõſuetudo rationabilis vel irrationabilis, relinquitur arbitrio iudicis. Hoſtien.in ſumma de cõſue.§.quid ſit conſuetudo,circa prio.refert & ſequitur Oldr.in cõſi 210. Suppoſita conſuetudine.Freder.in d.cõſi.17.col.4.poſt med.& dixi in cõſ.116. col.2.ſed quis iudex arbitrabitur rationabile eſſe ꝙ clerici ſeculares miſceantur monachis regularibus, & cũ eis vitam agant?

4 ¶Circa ſm̃ quod talis cõſuetudo non videatur probata,† cõſiderandũ eſt quod conſuetudo nõ dẽt probari gñaliter,ſed ſpecialiter in caſu de quo agitur Old.in conſi.237.Perlectis,col.1.Anch. in cõſi.339.Pro maiori intelligẽtia.col.5.ver.ad ſecundam rationem.Alex.in conſi.196.col.3. ver. quia dicti teſtes nihil probant. lib.2.&in conſi.6.lib.5.Cur.Iun.in conſ.26.col.pe.ver.ex præmiſſis.Baptiſta de ſancto Blaſio inter conſilia Bruni Aſtenſis in cõſi. 66.col.2.circa fi.in propoſito nr̃o cũ reus oppoſuerit ꝙ clericus ſecularis ſubrogari nõ põt ad officiũ ſacriſtiæ ſine licẽtia ſuperioris,& in hoc habeat intentionẽ fundatam de iure cõi,vtſupra diximus,debebat actor probare cõſuetudinẽ eſſe in contrarium in illo caſu ſpeciali,ideſt,quod immo ſubrogari põt clericus ſecularis ẽt ſine licentia ſuperioris,quod tñ nõ ſolùm non probauit, ſed ne quidẽ allegauit.Tñ allegauit in genere q̃d alias clerici ſeculares fuerunt ſubrogati,ſed non ſequitur ergo ſine licentia ſuperioris,immo præſumendum eſt,de iure licentiã fuiſſe obtentã, quia alias eſſet præſumere delictũ & in obſeruantia regulæ cõtra l.merito.ff.pro ſocio.cum ſi.¶Secundò aduertendũ eſt an aliquãdo fuerint ſubrogati in officio ſacriſtæ etiã religioſi regulares,

5 nam tunc † nõ eſſet neceſſe tractare de conſuetudine quæ non inducitur in his quæ vario modo leguntur obſeruata. Bart.in l.2.in prin.ff.ſol.matr.Deci.in conſi 8.col.3.ver.ſecundò,quia vt narrat in conſi.11.col.7.& in conſi.129.col.1. hic ẽt non inducitur cõſuetudo ex ſententijs diſformibus qñ vario modo fuit iudicatũ. Alber.de Roſa.in l.quæſitũ.§.ſi quid eodem. ff.de fundo inſtruc. & q̃d ex actibus diſformibus non inducatur cõſuetudo,tradit Socin.in conſ.92.col.7.circa prin.ver.ſed ad hoc fundamentũ. lib.3. Alex.in conſi 5.col.2.& in conſi.127.circa fi.lib. 5. & facit ratio, quia ſuper actibus diſformibus p̃ſumptio capi non põt. Iaco. de Aret.Cyn.Bal.& doc.in l.1.C.de proba.gl.in c.per tuas,in gl.3 .de

6 condi.appoſ.Calca.in conſi.121.col.pe.in fi.¶†Tertiò nõ legitur probata ſcientia ſuperioris in iſta conſuetudine, quæ tñ vr̃ neceſſaria,quia cõſuetudo induci non põt ſine ſcientia eius ſine cuius conſenſu ſtatutũ fieri nõ põt.gl.& doc.in d.c.fi.de conſue.Cor.in conſ.293.col.pe.lib.3.ſed clarũ eſt quod iſti monachi Viſilliæ nõ poſſent aliquid ſtatuere ꝯ ius canonicũ,& contra eorũ regulam ſine licentia ſuperioris,immo crederem Pontificis cõſenſum eſſe neceſſariũ,iuxta not.in l.oẽs populi.ff.de iuſti.& iure.Soci. in cõſi.272.col.4.ver.quintò principaliter,lib.2.Inno.& cano. in c. cũ acceſſiſſet. de cõſtit.latè Alex.in conſi.106.lib.2.quod ſine dubio procedit qñ tale ſtatutum concernit ius ſuperioris ſeu eius autoritatẽ,quo caſu nõ valet ſtatutũ ſine eius cõfirmatione.Bal.in cõſi.407.Præſupponendum eſt.lib.2.Pau.de Caſt.in cõſi.256. Videtẽ manifeſtè.col.2.poſt med.lib.2.ſed hic agitur de præiudicio ſuperioris q̃d ſine eius cõſenſu aut licentia clericus ſecularis ſubſtitui poſſit,ergo ſicut non valet ſtatutũ,ita nec cõſuetudo,cum à pari procedant,vt habetur in l.de quibus.ff.de legib.Immo generalius videtur dicendum,quod vbi cõſuetudo cõtradicit legi, indiſtinctè requiratur ſcientia ſuperioris.Oldra.in conſi.172. quia omnes,col.1.in fi.in conſi.237. Perlectis, colũ.1.in conſi.254. Ad obiectus,col.2.in fi.ver.quinto opponebatur.& in cõſi. 354. quia tota,col.3.ver.5.opponitur.ſed iſta cõſuetudo repugnat legi canonicę,vtſupra dixi,ergo,&c.nõ tamen intelligo ꝙ oĩs conſuetudo requirat ſcientiã ſuperioris per ea quæ ſcribit Aret.in cõſ.153. col.3. in conſ.159 .in octauo & nono dubijs.Corn. in conſi. 268.

7 col.4.lib.4,Curtius Iun.in 162.col.3.in fi ¶†Quartò dico,licèt rectores priorates Viſilliæ tolerauerint aliquos ſubſtitutos in officio ſacriſtiæ cõtra debitum iuris & regulæ,ex tali tñ tolerãtia cõſuetudo nõ inducitur,quia multa ꝑ patiẽtiã tolerantur,quæ ſi deducta fuerint in iudicium exigente iuſtitia tolerari nõ debent. c. cũ iamdudum,de præben.Oldr.in cõſi.14.Cum quæritur, col.fi. Idem ſi toleret Papa quod princeps habeat iuriſditionẽ in clericos,quiã ex tali tolerantia nõ inducitur conſuetudo cõtra clericos Rota decil.840.Verum valeat conſuetudo. in antiq. & quod ex tolerantia nõ inducatur cõſuetudo,tradit Iaſ.in cõſ.192. in fi. lib.1.Quod tñ vr̃ procedere in his ſuper quibus cõſuetudo induci non põt,vt per Boerium in deci.Burdegalen.q.32.colũ.1. poſt

8 med. ¶†Quintò iſta cõſuetudo dẽ habere cauſam diſcontinuã, quia nõ continuè tenentur clerici ſeculares ad curã, & officium ſacriſtiæ,ſed quotiens ſacriſtã cõtingit abeſſe,vt ex aduerſo proponitur,ſed iſto caſo ad inducendum conſuetudinem requiritur tempus longiſſimum cuius initij memoria non exiſt in contrarium.Inno.in c.cum dilectus,in gl.fi.de conſuetudine.refert & ſequitur Alex.in cõſi.173.col.1.lib.6.De quo tñ tempore non modo non fuit probatum,ſed ne articulatum quidem. ¶†Venio ad

9 tertium poſito,& non conceſſo , probata eſſet conſuetudo allegata & illa valeret,an dicatur ſublata per reformationẽ ſuperiorum religionis Cluniacenſis,qua inter cætera expreſſe cautum reperitur, vt ne tolerentur ſubſtituti eiuſmodi ſeculares ad officiũ ſacriſtiæ,ſuper quo ſatis abundè ſcriptũ eſt per memoratum dominum Ioannem Maronis quod ſic, cuius dictis addo Abb. in conſi.67.in quarto dubio.li.1. vbi ꝙ Epiſcopus cum capitulo tollere poteſt conſuetudinem eccleſiæ modò eccleſiæ honorabilis non ſic,allegat tex.in c.cum conſuetudinis,de conſue.Inno.in c. accedentibus,de priui.Bar.tamen in conſi.136.Capitaneus,in fi. quod Legatus de latere nõ poteſt conſuetudinem tollere,ſed limitare,ſed in caſu iſto aliud vr̃ dicendum cum per derogationẽ conſuetudinis redeamus ad ius commune,ex eo q̃d ſcribit Abb. in c.veniens,col.8.de præſcrip.quod poteſt prælatus præiudicare eccleſiæ qñ per tale præiudicium reditur ad ius cõe.quod dictũ refert & ſequitur Gozadinus in conſi.26.col. pen. circa med. bene facit ꝙ Iaſ.ſcribit in l.properãdum,in prin.col.pe. ver. ego teneo. C. de iudi. vbi quod partes poſſunt contrauenire ſtatuto

10 quando ex tali contrauẽtione redditur ad ius commune.¶†Rurſus tali conſuetudini vr̃ actor renunciaſſe petendo licentiã à quodam prætenſo Locumtenente dñi vicarij Abbatis Cluniacenſis ſicut dr̃ de priuilegiato vtẽte iure communi quod priuilegio cẽſetur renunciare.l.fi.C.de pactis dotal.Old.in conſi.101.quia cuiuſlibet.col.1.in fi.qua tamen licentia iuuari non vr̃ non apparẽte de poteſtate cõcedentis,& vbi de ea appareret,nõ potuit inferior diſpenſare contra factum,& prohibitionem ſuperioris. l. minor aũt magiſtratus.ff.de minor.l.eos.§.ne liceat.C.de vſuris.cle. ne Romani,de electio.Abb.in conſi.1.col. 2.lib. 2. Grationopoli.17. Februarij.1541.Aymo Crauetta de Sauiliano.

SVMMARIVM.

1. *Culpa imputatur incipienti.*
2 *Damnum debetur licèt culpa leuiſſima datum ſit quãdo eſt culpa in faciendo,*
3 *Culpa leuiſſima dicitur non prauidere quod quocũq; modo prauideri potuit.*
4 *Culpa imputatur non cogitanti quod de facili euenire poteſt.*
5 *Culpa leuis dicitur ratione deſidia & negligentia,& nõ facere in re aliena quod in ſua quis faceret.*
6 *Culpa lata dicitur non facere quod conſuetum eſt fieri.*
7 *Dolus imputatur ei qui non vtitur remedijs opportunis.*
8 *Gladium quis ita portare debet ne alteri nocere poſſit,& dolus præſumitur contra deferentem gladium aliter quàm deferre debeat.ſimiliter dolus præſumitur in prohibitis.*
9 *Prouocanti non imputatur culpa in his qua ſunt de genere permiſſorum.*
10 *Vulnus an imputetur deferenti gladium ſi eum non depoſuit videns alium ad eum venientem cauſa ludi.*

CONSILIVM XCVII.

¶Pro Guigone Groſſi contra Laurentium Collini.

DIVINO ſubſido ex corde poſtulato . Guigo Groſſi de Latronchia prope Grationopolim ꝓpoſuit iudicium ciuile contra Laurentium Collini Bollangerium ſeu venditorem panis in ciuitate Grationopoli vico Sancti Laurentij ad perſecutionem damnorũ, & intereſſe quæ ſuſtinuit culpa ipſius Collini eiectu deferentis vnum culteſſum quo fuit percuſſus

cuſſus idem Groſſi actor licèt luctando dũ ipſo Collini quadam
die dñica. Excipit reus ꝙ actor prius luctationem incboauit, ob
id ꝙ actor ipſe in culpa vr̃. Cauſa aſsignata eſt ad ius corã Spec.
dño Alexandro Andheri iudice regio & ordinario ꝓdictæ ciuita
1 tis, quæritur quid iuris? ¶ † Videretur dicendũ prima fronte reum
abſolui debere, & qđ imputanda vr̃ culpa ipſi actori prius inci-
pienti. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. vbi Bar. ff. ad legẽ Aquil. l. 1. §.
cum arietes. ff. ſi quadrup. paup. fe. eic. l. qm̃ multa facinora. C. ad
legẽ Iul. de vi pub c. ſi. de iureiu. ¶ Sed præmiſsis non obſtantib⁹
contrariũ puto de iure verius, quod immo cõdẽnari reus debeat
ad damna, & intereſſe petita. & pro fundamento † conſiderandũ
eſt, ꝙ hic fuit actum ciuiliter actione legis aquiliæ ad perſecutio
nẽ damni in qua actione venit culpa ẽt leuisſima. l. in lege aqui-
lia, la 2. ff. d legẽ aquil. quod ſine dubio procedit, qñ talis culpa
cõmittitur in faciendo. l. ſi cuius. §. deniq;, vbi Bart. ff. de vſufr. &
idem Bar. in l. qui bona. §. cũ inter. ff. de dam. infec. Alex. in conſi.
50. col. 4. ver. nec obſtat ad hoc ſi dicaĩ. lib. 1. Soc. in conſi. 54. col.
ſi. lib. 4. Sed negari non poteſt, quin ſaltem in omnem euentũ iſte
reus dicatur in culpa leuisſima deferendo vnũ gladiũ continuè
ad latus more Bollangeriorum in vagina lacera & pertuſa. Cul-
2 pa † enim leuisſima dr̃ qñ quis quocunque modo potuit præui-
dere, & non præuidit. glo. in §. præterea, in verſ. debet Inſti. quib.
mod. re contrahi. obl. Bar. in l. ꝙ Nerua. ff. depoſi. & iſtã culpã le-
uisſimam Bal. in conſi. 404. in iſto cõtractu. lib. 2. appellar quãdo
quis nõ adhibet ſollicitisſimam diligentiã. Sed cui dubiũ ꝙ iſte
reus poterat præuidere damnis peritis non deferendo gladiũ ita
denudatũ ſine vagina debita, & cui dubium ꝙ ſi adhibuiſſet di-
ligentiam ſollicitisſimã non detuliſſet gladium ad eum modum.
Poterat enim cogitare damnum aut incommodũ aliquod de fa-
cili poſſe accidere ex tali delatione gladij ſine vagina integra.
4 Culpa enim † imputatur ei, qui id non cogitat, quod de facili põt
euenire. l. qui bona. §. cũ inter. & l. in hac. ff. de dam. infec. l. ſi idẽ
cũ eodem. §. ſi. ff. de iur. om. iud. l. habitatores. §. ſi. ff. loca. quæ iu-
ra ad hoc propoſitũ citat Alex. in conſi. 52. col. 2. poſt med. verſi.
cum ergo mutatio. lib. 6. ¶ Secundò principaliter dico ꝙ hic non
5 eſt tractandum de culpa leuisſima, ſed de leui, † quæ culpa leuis
dicitur ratione deſidię, & negligentiæ ſecundum glo. in d. §. præ
terea, & dicit Bald. in d. conſi. 404. lib. 2. quod leuis culpa dicitur
non facere in re aliena ꝙ in ſua quis faceret. idem dicit Rom. in
conſil. 426. negociorum, in ſecundo & tertio dubio, ſed cui du-
bium ꝙ iſte reus ſi quid in cauſa propria acturus fuerat in qua ro
gladium ille ita detectus & vagina exutus damnũ fuiſſet allatu-
rus eum ipſum gladium præ oĩbus depoſiturus erat non eum fa-
tuum aut vitæ ſuæ prodigum velimus omnino probare. Itaq; cur
non eodẽ modo ante luctationẽ aliquam gladium ipſum depo-
ſuit, aut de gladij ipſius diſcrimine actorẽ præmonuit, hoc enim
non ad diligentisſimũ pertinet, ſed diligẽtibus etiam incumbit,
ob id nõ eſt tractandum de culpa leuisſima, & an cõmiſſa fuerit
faciendo vel omittendo, ſed enim agitur de culpa leui pro qua
ſine dubio punitur quis indiſtinctè in lege aquilia, non habita di
6 ſtinctione agendo ne vel omittendo commiſſa fuerit. ¶ † Tertiò
dico ꝙ ex cõſuetudine generali quando aliqui inuicẽ volunt lu-
ctari, arma quæcunq; nocitura ſolent deponere, quod rerũ expe-
rientia videmus. tunc arguo ſic, non facere quod fieri conſuetum
eſt, ſpecies eſt non leuis, ſed latæ culpæ. l. doli mali. §. ſi. ff. de noua
tio. quem tex. ad hoc propoſitum allegat Bald. in conſi. 463. Sta-
tuto communis Papiæ. colum. 1. lib. 3. quod eſt repetitum in cõſi.
436. lib. 5. itaq; reus iſte in culpa videtur lata, potiuſquam leui-
aut leuisſima. ¶ Quartò dico ꝙ immo dolus cõſiderari põt con-
7 tra reum, nam † in dolo dicitur qui non vtitur remedijs opportu
nis ad actum, ſed ea omittit. Bald. in conſi. 395. Pro domino Di-
naldo. colũ. 2. lib. 2. per text. in l. idemq;. §. ſi ignorantes. ff. mand.
l. ſi. §. illud. ver. ſumma ope. C. de temp. app. ſed remedium oppor
tunum in reo erat vt gladium tutè contegeret nõ vaginã lacerã,
& pertuſam deferret ad futurum aliorum diſcrimen. Finge lucta
tionem factam non eſſe, ſed caſu aliquo actorẽ in corpus rei im-
pulſum ob id ex occurſu & ictu gladij percuſſum, an non tenebiĩ
reus tam imprudens, & improuidus qui gladium ita detulit? Pro
fectò iſte reus ſatis dicitur nõ feciſſe quod omnes facere debent,
nec excuſari poteſt ſaltem à lata culpa, vnuſquiſq; enim de facili
poteſt intelligere ꝙ eiuſmodi in cõſiderata delatio gladij denu
8 dati damnum poteſt afferre, ¶ † Quintò nemo illud negabit quin
gladium ita quis portare debeat ne alteri nocere poſſit. arg. tex.
in l. 1. §. ꝙ ſi cũ ſuſpenderetur. ff. de his qui deiecer. vel effu. ergo
aliter deferendo quàm deferri debeat, præſumiĩ in dolo reus, l.
dolo. ff. manda. Bar. in l. tutor qui repertorium, per illũ text. colſi.
3. ff. de admi. tuto. Similiter nemo negabit delationem gladij de
nudati eſſe prohibitam iure naturali ne alicui damnum inferaĩ,
ſed in prohibitis præſumitur dolus. l. 1. & l. ſi non conuicij. C. de
iniur. l. 1. C. de ſicar. c. 1. de præſumpt. ¶ Sextò maximè procedunt
quæ ſcripſi, quia teſtes rei dicunt ꝙ eſt ſolitus deferre gladium,
ideo non poteſt allegare ignorantiam aut obliuionem de tẽpore
luctationis, quod gladij nõ recordaretur quem haberet cõtinuè.
9 ¶ Solùm ſupereſt reſpõdere ad contraria, videlicet † ꝙ culpa vi-
deaĩ imputando actori tanquam prouocanti ad luctationẽ, quia
poſito, & non conceſſo, ita ſit, dico ꝙ ex hoc culpa imputari non
poteſt, cũ luctatio ſit de genere permiſſorum. l. qua actione. §. ſi
quis in collatione. ff. ad legẽ Aquil. in præmiſsis autem culpa ali
qua cõſiderari nõ poteſt. l. Gracchus. C. de adulter. c. qui peccat,
23. q. 4. leges enim ſupra in contrarium allegatæ loquũtur in pro
hitis in quibus primò incipienti culpa adſcribitur, ideo culpa
& dolus imputari debent reo qui rem prohibitam fecit, ideſt,
gladium ita incõſideratè & ſtultè portauit. Alias ſequi poſſet ob
ſurdum, ꝙ ſi ego incœpiſſem rem permiſſam, putã ad prandiũ
tecum me obtuliſſem ꝙ licitũ ſit tibi rem prohibitã facere, & no
xios mihi cibos miniſtrare, aut aliter me offendere per dolũ aut
10 culpam, & in terminis † terminalibus adduco text. ſm vnum in-
tellectum in c. cõtinebatur, vbi Pornor. col. 2. verſic. alius intelle
ctus &c. extra de homicidio, vbi ludus erat licitus, & laicus, qui
in clericum inſilijt ipſe incœpit, & à falce quam clericus defe-
rebat rediens à labore vulnus mortale accepit, dicitur ibi ꝙ cle
ricus fuit in culpa non deponendo falcẽ, ideo ſine licentia Roma
ni Pontificis ad ſuperiorẽ gradũ aſcendere aut in diaconatus of
ficio miniſtrare nõ põt, ſi culpa aſcribitur non deponenti falcem
rẽ notoriã & quã inſiliens de facili uidere poterat, quid dicemus
in eo qui non depoſuit gladium quem alter videre ita non pote-
rat. præterea in d. c. cõtinebatur, laicus inſilijt in clericũ habentẽ
falcem. hic aũt nullus fuit inſultus impremeditatus, bene fateor
ꝙ ſi reus habuiſſet gladium in bona vagina prout ferre tenebaĩ,
forte res habere poſſet dubitationẽ, ¶ Non obſtat quòd reus ope
rã dederit rei licitæ luctãdo ob id quod teneri non vr̃ ſi ſociũ per
cuſſit præter animi votũ, quia reſpondeo, quòd licèt luctatio per
miſſa ſit, delatio tñ gladij ſine cuſtodia vaginæ nõ ęquè permiſſa
eſt ꝑ ſupradicta. Ideo licèt operã det quis rei licitæ, tenetur tamẽ
lege Aquilia pro culpa leuisſima. Ita Deci. in l. vt vim, colum. 4.
in ſi. ff. de iuſti. & iure per tex. in l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad
legem Aquil. vbi ſi quis proijciat lapidem in aduerſarium animo
defendendi, & non aduerſarium percutiat, ſed alium, tenetur le-
ge Aquilia, quia debebat cautius proijcere aut mittere lapidem
ne alium feriret pręter offendendum. eodem modo cautius lucta
ri debebat reus deponendo gladium denudatum, vt ne ſocium
luctantẽ feriret, ex quo tex. decidi videtur præſens difficultas. ¶ Cõ-
cludo igitur reum dupliciter aut tripliciter peccaſſe, primò quia
detulit gladium eo modo. ſecundò quia non denunciauit actori
vt caueret ab eo. tertiò, quia non depoſuit ante luctationem, ma
ximè quia non fuit probatum quod coactus fuerit reus ad luctã
dum, illa enim poſitio manus ſuper humero abhorret ab omni
coactione. 18. Februarij. 1541. & ita fuit iudicatum & confirma-
ta ſententia per curiam ſupremam Dalphinatus die 14. Auguſti.
1542. Aymo Crauetta de Sauiliano.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, appoſita in ſubſtitutione deficit liberis natis, licèt ipſi poſtea moriãtur ſine liberis, quod quali ter procedat hic omnino vide. & num. 4.*
2 *Affectio maior habetur ad natos quàm ad naſcituros.*
3 *Grauati cenſentur expreſſe vocati quando teſtator alterius pro cedit faciendo plures gradus ſubſtitutionum.*
5 *Subſtitutio non extenditur ad alias perſonas vbi ſunt verba re ſtrictiua.*
6 *Verba in caſu prædicto ſunt reſtrictiua, & impediunt extenſio nem fieri ad alium caſum.*
7 *Grauamen nominatim iniunctũ vni ad alios non extenditur.*
8 *Dictis, eſt verbum reſtrictiuum, ideo vbi fit mentio de dictis hæ redibus, non veniunt hæredes hæredum.*
9 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando teſtator ſe retulit ad filios certos aut nominatos.*

Substitutio

10 *Subſtitutio compendioſa facta pupillo reſtricta ad bona teſta ris non comprehendit pupillarem.*
11 *Relatio debet fieri ad præcedentia, referendo ſingula ſingulis.*
12 *Subſtitutio facta in vltimo gradu modis præmiſſis refertur ad omnes ſubſtitutiones præcedentes referendo ſingula ſingulis.*
13 *Extẽſio cenſetur prohibita de perſona ad perſonam quando nõ agitur de trahendo verbum ad ſenſum quem comprehendere poteſt.*
14 *Reſtrictiua verba ſtringunt diſpoſitionem etiam fauorabilẽ.*
15 *Remotior quandoque eſt melioris conditionis quàm proximior.*
16 *Subſtitutio generaliter facta trahi non debet ad caſum, in quo prouiſio ſpecialis facta eſt.*

CONSILIVM XCVIII.

DIVINO ſubſido ex corde poſtulato. Nobi
lis & potens Franciſcus de bellacõba aliàs
de Podio domns Murineſij condidit teſtũ
de anno 1463. & die nona Iunij, in quo inſti
tuit nobiles Gilletum & Brunellum ſeu Ga
brielẽ eius filios hæredes vniuerſales, & eo
rum filios maſculos ſubſtituendo ipſis hære
dibus ſi decederent ſine liberis ſuperuiuen
tes ſuos liberos maſculos, & ſi ambo decederent ſine filijs, Gille
to ſubſtituit Antoniam eius filiam, & Brunello ſubſtituit Catha-
rinã ẽt eius filiam, & earum liberos maſculos. & ipſis ambabus
decedentibus ſine liberis, primò reliquit vſufructum ipſorũ bo-
norũ cuidã dñæ Abbatiſſæ eius ſorori, & vni eius filiæ moniali, &
poſt deceſſum earundem Abbatiſſæ & monialis, in caſu prædicto
adueniente dictis Antoniæ & Catharinæ ſubſtituit nobiles Hene
ricũ & Florimondũ de Podio & ſuos filios maſculos in certis bo
nis & in alijs bonis nobilem Antoniũ Bonifacij & ſuos filios ma
ſculos, & ſucceſſiuè fecit plures ſubſtitutionũ gradus. & vltimo
loco ſubſtituit hoc modo: & ſi cõtingeret oẽs ſupra nominatos
ab humanis decedere modis præmiſſis, idem teſtator eiſdẽ ſub-
ſtituit & ſubſtitutum eſſe voluit propinquiorem in genere & gra
du parentelæ ſuę. Contingit caſus ꝙ filij teſtatoris oẽs deceſſerũt
ſine liberis, ſimiliter deceſſit Catharina eius filia ſine liberis. An
tonia autem ſoror Catharinæ & filia teſtatoris reliquit nobilem
Ioannem Robbe dñm Miribelli. Deinde deceſſit dictus Ioannes
ſine liberis. Quæritur an per mortem dicti Ioannis locus eſſe di-
catur ſequentibus gradibus ſubſtitutionum? ¶ Breuiter nõ eſt hic
tractandum an euenerit ſubſtitutio per mortem Catherinæ quæ
deceſſit ſine liberis iuxta materiam l. hæredes mei. §. cum ita. ff.
ad Treb. & l. pe. C. de impub. quia cum ſuperuixerit Ioãnes Rob
be expreſſe vocatus ipſe admiſſus fuit, itaq; ſolùm videndum eſt
an ẽt ipſe Ioannes Robbe dicatur grauatus in fauorem aliorum
in ſequentibus gradibus vocatorum. ¶ Videretur dicendũ ꝙ ſic,
1 nam licèt † Oldr. in conſi. 21. velit ꝙ vbi fit ſubſtitutio alicui ſi de
ceſſerit ſine liberis, illis natos deficiat, licèt liberi poſtea morian-
tur ſine liberis, de quo p Moder. in l. in ſubſtitutione. ff. de vulg. &
pup. & in l. cũ quis. C. de inſti. & ſubſti. & alibi ſæpiſſime. Illud ta
men non procedit quando tales liberi fuiſſent vocati, quia tunc
etiam ipſi liberi dicuntur grauati Guido Papæ deci. 531. Dec. in
cõſ. 270. circa fi. in cõſi. 95. ad fi. Similiter non procedit opinio Ol
dra. quando agitur de bonis quæ ad extraneos hæredes tranſmit
ti non conſueuerunt. Pau. de Caſtr. in conſi. 343. quia ex allegatio
nibus. col. 5. circa med. lib. 1. vbi idem qñ apparet de mente teſta
toris ꝙ noluit res ſeu bona ad hæredes extraneos tranſmitti. idẽ
voluit Cur. Iun. licèt Pau. non alleget in conſ. 121. col. 7. vbi ꝙ opi
nio Oldr. non procedit qñ in vltimo gradu ſubſtitutionis ſunt vo
cati agnati vel quando eſſet prohibitio de non alienando. Sed
in caſu noſtro enſè videtur apparere de voluntate teſtatoris ꝙ
noluerit tranſire bona ad hæredes extraneos, patet quia primò
conſuluit agnationi, ſecundò in defectum agnationis vocauit
cognatos, & poſt plurimos ſubſtitutionum gradus vocauit pro-
pinquiorem de parentela ſeu genere ſuo, ergo apparet ꝙ voluit
bona inter coniunctos conſeruari, quod fieri non poteſt niſi li-
beri filiarum dicantur grauati. ¶ Præterea, ſi grauauit pater fi-
lias in fauorem cognatorum, à fortiori † cenſendum eſt grauaſſe
filios filiarum remotiores & nondum natos ad quos affectionẽ
tantam veriſimiliter non habebat. l. qui filiabus. ff. de lega. 1. l. Ti-
tius. & l. idem prætor. ff. de ſuis & legiti. & ſi de tali caſu fuiſſet te
ſtator interrogatus, veriſimiliter idem diſpoſuiſſet, ergo pro ex-
preſſo haberi debet. glo. & Bald. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact
l. Titius. §. Lucius, vbi Pau. de Caſt. & Alexan. ff. de lib. & poſthu
3 l. fin. C. de poſthu. hæredi. inſti. ¶ Poſtremò † conſidero ꝙ iſte te-
ſtator fecit (vt dixi) plurimos ſubſtitutionum gradus, & vbi ali-
quos vocauit, ſemper vocauit etiam eorum liberos, quibus tamẽ
liberis expreſſam ſubſtitutionem nullam fecit, & tamen ſatis vi-
detur conſtare de mente teſtatoris ꝙ voluit grauare etiam libe-
ros, alias tot & tantos ſubſtitutionum gradus non veriſimiliter
feciſſet. Proinde ſatis eſt ꝙ de mente teſtatoris videatur ex præ-
miſſis apparere. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi.
& demon. l. 1. C. de lib. præter. cum ſi. & præmiſſę cõſiderationes
in terminis iſtis videntur eſſe de mente Soci. in conſil. 250. in ſe-
cundo dubio. lib. 2. ¶ In contrarium verò argui poteſt, ꝙ immo
Oldr. opinio locum habeat & etiam in caſu de quo arguitur, nõ
obſtantibus memoratis limitationibus aut declarationibus ad
4 illud Oldr. dictum. & in primis † conſidero ꝙ dictum illud Old.
communiter teneter vt patet ex no. per Mod. in locis ſupra alle-
gatis. & idem voluit Pau. de Caſt. licèt Oldr. non alleget in conſi.
324. Super ſecundo puncto. col. 2. poſt med. lib. 1. & in conſi. 97.
Ne impoprijs. libr. 2. Deci. in. conſil. 205. colum. penolt. in conſil.
208. colum. 3. in conſi. 569. colum. 6. in conſi. 270. colum. 2. in cõſ.
237. colum. 1. & alibi ſæpiſſimè. ¶ Itaque ſolum reſtat confutare
allegata in contrarium, & primò ꝙ illud non procedit quando
filij poſiti in conditione eſſent etiam honorati, quia ipſi etiam
cenſentur grauati, ſed † dico ꝙ iſta limitatio ſeu declaratio non
5 ꝓcedit qñ apparet teſtatorem ſe reſtrinxiſſe ad vocatos primo
loco, tunc. n. non extenditur ſubſtitutio ad eorum liberos, licèt ẽ
vocatos, vt probat ex his quæ Deci. ſcribit in conſi. 64. colũ. 1. in
conſi. 89. colum. 3. ve ſic. poſtremò prædicta concluſio. in conſil.
257. colum. 2. in conſi. 287. colum. 4. in conſil. 291. colum. 3. ver-
ſic. præmiſſis. in conſi. 384. colum. fin. verſi. tertio non obſt. & in
conſi. 314. in l. fin. colum. 1. in fin. C. de inſt. & ſubſt. & in l. quãuis.
col. 1. circa med. C. de impub. Soc. in conſi. 259. col. 3. lib. 2. Alex.
in conſi. 31. colum. 5. circa fin. in quibus locis habeť, ꝙ vbi ſubſti-
tutio extendiť ad caſum nõ expreſſum ſeu ad perſonas nõ expreſ
ſas, ceſſat tñ extenſio qñ apparet teſtatorẽ ſe reſtrinxiſſe ad certũ
caſum. ideo ſubſtitutio vulgaris licèt de ſui natura comprehen-
dat duplicẽ caſum voluntatis & impotẽtiæ, iſtud tñ locum non
habet qñ teſtator ſubſtituit vulgariter in vno caſu per verba re-
ſtrictiua, puta tunc aut eo caſu, notatur per Moder. in locis ſupra
memoratis, allegat Ancb. & Roma. & alia de quibus per eos. Sed
in propoſito noſtro dico teſtatorẽ ſubſtituiſſe Antoniæ & Catha
rinæ filiabus ſuis per verba reſtrictiua vt infra oſtẽdam, igiť talis
ſubſtitutio ad liberos earum extendi non poteſt per ſupra dicta.
6 ¶ Quod autem † ſubſtitutio facta Antoniæ & Catharinæ habeat
verba reſtrictiua, probať primò ex illis verbis, in caſu prædicto
eueniente, quæ verba ſunt reſtrictiua & impediunt extenſionẽ ſic
ut in ſubſtitutionibus. Anchar. in conſi. 356. Ex ſerie teſtamenti,
colũ. 2. verſi. 3. hoc probat. Roma. in conſi. 131. Prima dubitatio.
& in conſi. 138. Noua ſuperuenit. quæ conſilia allegantur per De
ci. in d. conſilijs, & vltra Deci. allego Bal. in conſi. 57. Itẽ in ſti-
tuto. colũ. 2. libr. 2. Soci. in conſi. 5. col. 5. ad fi. lib. 3. Ioan. de Ana.
7 in conſi. 66. col. 3. poſt med. ¶ Secunda † reſtrictio arguitur, quia
teſtator nõ ſimpliciter ſubſtituit poſt mortem Antoniæ & Catha
rinæ caſu quo decederent ſine liberis, ſed grauamen ipſum no-
minatim iniunxit eiſdem Antoniæ & Catharinæ eas proprijs no
minibus grauando, ergo ad earum liberos tale grauamen extẽdi
nõ videtur, iuxta no. per doc. maximè Mod. in l. cohæredi. §. cum
filię. ff. de vulg. circa illũ articulũ, cui cenſeatur iniunctũ graua-
men an pupillo an venientibus ab inteſtato ad ſciendũ an in legi
tima apponi grauamen potuerit, in qua difficultate concludunt
doc. communiter ꝙ in dubio cenſentur grauati veniẽtes ab inte
ſtato, niſi grauamen ipſum pupillo nominatim iniunctũ ſit, quia
tunc popillus tantũ cenſetur grauatus. Eodẽ modo in propoſito
noſtro licèt in dubio cenſeantur grauati ẽt liberi Antoniæ & Ca
tharinæ, qñ expreſſe fuerunt vocati, tñ ex quo filiæ ipſæ Antonia
& Catharina nominatim & expreſſe grauatæ fuerunt, extẽdi nõ
dẽt grauamen ad earũ liberos, quia verba grauaminis videntur
clara à quibus recedi nõ debet. l. non aliter. ff. de leg. 3. ¶ Tertia
8 † reſtrictio ſumitur ponderando uerbum illud dictis, dũ ſubſti-
tuit dictis Antoniæ, & Catharinæ, quod verbum dictis eſt reſtri-
ctiuum iuxta not. per doc. in l. ſi. C. de hæred. inſti. vbi licèt appel
latione hæredum veniant hæredes hæredum, iſtud tamen fallit
qñ teſtator prius nominaſſet aliquos hæredes, & deinde aliquid
in eis diſponeret appellando dictos ſeu ſupraſcriptos hæredes,
nõ

nõ de hæredibus hæredum idem habetur in l.qui liberis.§.hæc
verba.ff.de vulgari, igitur cũ ſubſtitutio expreſsè & nominatim
facta fuerit dictis Antoniæ & Catherinæ, ad earum libe os extẽ
di non videtur vbi alias venirẽt liberi in ſubſtitutione.¶ Quartò
9 † pro reſtrictione conſidero quæ habentur per dnc. in l. Gallus.
§.inſtituens.ff.de lib.& poſthu.vbi circa illum articulum,an ve-
niant nepotes appellatione filiorũ,ita ꝙ grauatis filijs cenſeant̃
grauati nepotes,& concludunt cõiter appellationem filiorũ ad
nepotes non extendi,qñ teſtator ſe retulit ad filios certos & no-
minatos vel nomine proprio vel arctatiue, puta, inſtituo filium
qui mihi infra decem menſes naſcetur.idem tradit Bal.in conſi.
302.Non continetur.lib.4.Iac.de Butr.inter conſilia eiuſdẽ Bald.
in conſi.364.Paterfamilias.lib.4.d.Bartho. Veronenſis in conſi.
7.col.penul.circa med.Curt.Iunior præceptor meus in conſ.57.
ſed in caſu noſtro nomina filiarum grauatarum expreſsè ac in
individuo deſcripta fuerunt,ergo grauamen eis ita iniunctum
10 ad nepotes teſtatoris extẽdi nõ debet.¶ Quintò nos † habemus
ꝙ ſubſtitutio compendioſa ſimpliciter facta pupillo compreben
dit omnes ſubſtitutiones vulgarem,pupillarem & fideicommiſ-
ſariam expreſſas verbis generalibus,intãtum vt pupillaris in ea
contenta matrem excludat.Bar.& doc.in l.Centurio.ff.de vulg.
& in l.precibus.C.de impub.Iſtud tamen locum non obtinet qñ
ſubſtitutio talis reſtringitur ad bona teſtatoris,quia tunc nõ cõ-
prehendit pupillarem.Bald.in l.precibus,col.12.in fi. verſi. præ-
terea attende.C.de impub.Anch.in conſi.8.col.2.Alex.in conſi.
45.col.5.ante med.verſ.fortificatur prædicta.lib.1.Aret.in conſi.
554.Periculoſum.col.7.circa med.verſ.nec obſt.doctr.Bar.Soc.
in l.5.col.7.poſt med.verſi.aliquando & quintò. & col.50. verſi.
nec obſt.ꝙ talis ſubſtitutio.ff.de vulgari.Deci.in l pe. in 2. no.C.
de impub.Corn.in conſi.262.col.2.lib.1.in conſi.95.colum.3.in
conſi.152.col.5.nu.26.& col.ſeq.nu.31.lib.2.in conſi.93. colũ.2.
ad fi.lib.3.& in conſi.205.col.2.lib.4. Eodem modo licèt ſubſti-
tutio poſsit comprehendere etiam filios filiarum honoratos a
teſtatore,tamen ex quo fuit reſtricta ad filias tantum quæ nomi-
natim grauatę fuerunt, ad filios earum extendi ſubſtitutio non
debet.¶ Sextò cõſidero ꝙ teſtator in vltimo gradu ſubſtitutio-
nis dixit ſi contingeret omnes ſupra nominatos ab humanis de-
cedere modis præmiſsis &c.ex quibus verbis declarauit teſta-
tor voluntatem ſuam ꝙ intenderet eſſe locum ſequentibus gra-
dibus ſubſtitutionum ſi omnes ſupranominati modis præmiſsis
11 deciderent,quæ † verba modis præmiſsis,debent referri ad oĩa
præcedentia referendo ſingula ſingulis.glo.in l. ſi negocium.C.
de nego.geſtis in l.1.§.ſin autem ſub conditione.C.de cadu.toll.
& in l.fi.vbi Ange.C.de fideicõ.& ſic intelligi debet vltima ſub-
ſtitutio modo præcedentes ſubſtitutiones fuerint purificatæ iu-
xtã earum formam & tenorem,& ſic purificatis conditionibus
appoſitis in præcedentibus ſubſtitutionibus,ſed pręcedens ſub-
ſtitutio facta Antoniæ & Catharinæ defecit, quia Antonia reli-
quit filium,nec poteſt dici eueniſſe caſum ſubſtitutionis ꝑ mor
tem Catharinæ ſine filijs,quia vt dixi,eo caſu purificata fuit ſub
ſtitutio in fauorem Antoniæ ſi ſuperuixit, aut eius filij Ioannis
Robbæ in fauorem aliorum poſteriore loco vocatorum ad ſub-
ſtitutionem,itaq; cum ſm modos præmiſſos ſubſtitutiones puri
ficatæ non fuerint ad verba & menſem teſtatoris,ceſſare debent
12 ſequentes ſubſtitutionum gradus. & ꝙ † iſta verba modis præ-
miſsis,appoſita generaliter in vltimo gradu ſubſtitutionum de-
beant referri ad omnia præcedentia,referendo ſingula ſingulis,
& conſiderando prout ſupra dictum eſt,in terminis ſubſtitutio
nis,tradit Deci.in cõſi.186.col.3.& in terminis noſtris tradit idẽ
Deci.in conſi.211.col.4.uerſi.non obſtant allegata in conſi.384.
13 colum.2.circa fi.¶ Septimò † conſidero ꝙ hic agitur de exten-
dendo ſubſtitutionem factam filiabus ad nepotes. & ſic de per-
ſonis ad perſonas,quæ extenſio uidetur de iure prohibita.c.ſanè
de priuil.c.petijſti.7.q.1.Abb.in conſi.57.col.pe.l.1.Aret.in l.Gal
lus.§.& quid ſi tantum,col.2.ff.de lib.& poſth.Iaſ.in l. cum res,
col.3.in ſexto notab.ff.de leg.1.Dec.in conſi.85.col.4. in conſil.
291.colum.3.in conſi.218.col.4.in conſi. 317. colu.2. & in conſi.
387.colum.2.ad fi.Alexandrinus in conſi.31.colum. 2.ad fin.ubi
ꝙ extenſio non fit de perſona ad perſonam etiam ex tacita & ue
riſimili mente diſponentis, & iſta concluſio ſine dubio proce-
dit quando nõ agitur de trahendo uerbum ad ſenſum quẽ com
prehendere poteſt.Curt.Iunior in conſi.113.colum.4.ſed hic uer-
bum filiarum nominibus proprijs expreſſarum nepotes com-
prehendere non poteſt,ergo ad eos ſubſtitutio extendi non de-
14 bet.¶ Octauò † conſidero ꝙ ubi in aliqua diſpoſitione ſunt uer
ba reſtrictiua,illa reſtringunt ipſam diſpoſitionem ẽt fauorabilẽ
l.penu.C.de leg.ꝑ quem tex.ita dicit Bal.in conſi.262.Recolo,in
fi.lib.1.quod eſt repetitum in conſi.456.lib.5. ſed hic ſunt uerba
multiplicia reſtrictiua,ergo ſubſtitutio ita reſtrictiue facta filia-
bus ad earũ liberos extẽdi non nr̃.¶ Tenendo hanc opinionem
ſolũ ſupereſt ad contraria rñdere. ad quæ ſatis apparet rñſum
ex præmiſsis,ſed rñdeo ſpecialiter,& ad primum,ꝙ dictũ Oldr.
non procedit qñ filij poſiti in conditione eſſent uocati, rñdeo ꝙ
illa limitatio non procedit qñ in ſubſtitutione eſſent uerba reſtri
ctiua,quia limitatur & reſtringitur ſubſtitutio ad limites ſuos,ut
ſupra dictum eſt, ubi ẽt oſtendimus de uerbis ipſis reſtrictiuis.
Secundò rñdeo ꝙ dictũ Guid.Papæ & Decij non uĩ uerum,quia
Oldr.nõ fundat eius dictũ,ꝙ filij poſiti in cõditione non fuerint
uocati aut honorati, ſed ex eo ſolum ꝙ ad eos grauamen relatũ
nõ eſt. argumentũ.n.Guid. Papæ & Decij bene infert ꝙ ubi tales
filij ſunt uocati,ergo poſſunt grauari:ſed non infert ꝙ ex eo ſolũ
ꝙ ſunt uocati,cenſeant̃ graui.& profecto ſi uideant̃ Guid. Papæ
& Decius,ꝓ eorũ dicto & limitatione nihil allegant. Iam Deci.
dũ eo modo uult reſtringere dictũ Old. aperte illud deſtruit,q̃a
in caſu Oldr.filij hæredũ erant expreſsè uocati & ſubſtituti ut
apparet ex eius themate & narratione facti.Immo Deci.fuit ſibi
contrarius ut patet in eius conſi.208.col.2.poſt med.uerſi.ulte-
rius omiſsis generalibus.in conſi.569.col.5.in fi.uerſi.uenio igĩ
ad ſm.in conſi.287.in 1.dubio.in conſi.292.colum.3.poſt med.
uenio igĩ ad ſubſtitutiones.& in conſi.585.in quibus conſi.Dec.
ſequitur dictum Oldra. in conſil.21.& tamen in caſibus illorum
conſi.Decij filij poſiti in conditione erãt uocati ſi bene uideant̃
uerba facti.nec ob.Bart.in l.Centurio, alleg. ꝑ Guid. Papæ,quia
Bar:nõ dicit ꝙ ſubſtitutio extendat̃ poſt mortẽ filiorũ poſitorũ
in cõditione niſi expreſsè id dicat̃,quia in caſu Bar.ſubſtitutio fa
cta erat ẽt poſt mortem filiorũ.¶ Ad ſm ꝙ dictũ Oldr.nõ proce
dit ubi aliter apparet de uoluntate teſtatoris,rñdeo & fateor ue
rum id eſſe,ſed dico non apparere hic de uoluntate teſtatoris ꝙ
uoluerit grauare filios filiarũ, imò apparet de uolũtate cõtraria
ex quo grauamen nominatim filiabus impoſuit, & ex quo uer-
bis reſtrictiuis in ſubſtituendo uſus eſt per ſupradicta.¶ Non
obſt.tertiũ ꝙ teſtator in ultimo gradu ſubſtitutionũ uocauit ꝓ-
pinquiorem de genere aut parentela ſua,quia iſtud obſtaret ubi
ſimpliciter uocaſſet,ſed hic uocauit ſi oẽs ſupra nominati dece
derent modis præmiſsis.Ex quibus uerbis arguit̃ uoluntas teſta
toris ꝙ uoluerit cõditiones ipſarũ ſubſtitutionũ oĩno & præciſe
impleri declarando ut ſupra.¶ Non ob. quartũ, ꝙ ſi grauauit fi-
lias,a fortiori dicendũ eſt ꝙ grauare noluerit nepotes remotio-
res quia iſtud argumentũ nullo modo conſiderari poteſt in hac
materia fideicõmiſsi odioſa,patet quia attento hoc fundamẽto
ſequeret̃ ꝙ dictũ Oldr.in d.cõſi. 21. raro uel nũquam ꝓcederet,
& ꝙ extenſio fieri poſſet de ꝑſonis ad ꝑſonas,& ꝙ grauamen in
iunctum filijs extenderetur ad nepotes.¶ Secundò rñdeo,ꝙ una
cõiectura tollit alterã,& fortior tollit debiliorẽ.l.diuus,ubi Bar.
ff.de reſti.in integ.c.accedẽtes,de crimi.falſi,ſed hic apparet de
cõtraria & fortiore cõiectura ponderando uerba reſtrictiua de
15 quibus ſupra.¶ Tertiò † rñdeo non eſſe ſemper inconueniens ut
remotior melioris ſit conditionis q̃ proximior.Alexan.in conſi.
38.col.fi.lib.6.Brunus aſtens in conſi.10.colũ.2. Alexandrinus in
conſi.22.¶ Ad quintum & ultimum poteſt reſponderi negando
uoluntatem teſtatoris fuiſſe, ꝙ liberi expreſsè grauatorum ipſi
etiam cenſeantur grauati ex quo locutus fuit teſtator per uerba
reſtrictiua.¶ Iſta cauſa fuit diſputata poſtea inter aduocatos utri
uſque partis ſub tractatu concordiæ coram dominis arbitris, &
pro parte domini actoris dicebatur ꝙ ueniebat ex ultima ſubſti
tutione.quia oẽs alij deceſsiſſent,ſed rñdeatur ꝙ ultima ſubſti-
tutio facta erat poſt mortẽ dñi actoris, ob id impoſsibile eſſet
16 eum uenire ex ultima ſubſtitutione.¶ Secũdò † ꝙ ipſe actor ſpe
cialiter fuerat uocatus tanquã de liberis nobiliũ Henerij & Flo
rimondi de Podio, ideo ꝙ ſubſtitutio generalis ultimo loco fa-
cta nõ trahitur ad caſum in quo ſpecialis prouiſio facta eſt. l.do
li clauſula.ff.de uer.obl.& in terminis ſubſtitutionis,tradit Dec.
in l.precibus,col.1.poſt med.C.de impub.ubi ꝙ ſubſtitutio com
pẽdioſa generaliter facta non cõprehendit uulgarẽ de qua pro-
uiſio ſpecialis facta eſt. ¶ Tertiò poſito & non conceſſo, uenire
poſſet agens ex ultima ſubſtitutione,adhuc videbantur obſtare
conſiderationes ſupra factæ circa illa uerba modis præmiſsis.
¶ Ille caſus difficilis eſt,quia arguitur de interpretando uolũta
tem teſtatoris,circa cuius interpretationẽ ſæpe numero erratur
cum illa non uideatur.Bal.in l.precibus,col.7. C. de impub.Iaſ.

in l.licèt Imperator, ad finem quarti not.ff.de leg.1.illa tñ interpretati debet ex arbitrio & opinione viuentiũ, dicit tex.in l.qm̃. C.de natu.lib.ideo conſiderandũ eſt an viuẽs agentẽ vocaturus eſſet ſi teſta oris loco ſit poſitus, & bonũ eſſet ad concordiã deſcendere. & pro alia parte ꝙ imò ẽs liberi liberorũ dicantur grauati, facit fundamentũ ſupra ſactum vltimo loco pro alia parte verſi.poſtremo conſidero.nã ex quo teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum videtur apparere de mente teſtatoris ꝙ voluerit tales liberos grauare, ſicut dicitur ꝙ filij poſiti in conditione cẽſentur vocati, quãdo teſtator digreditur ad plures gradus ſubſtitutionũ. Anch.in conſi.74 Contra Philippum. Alex. in conſi.64.colum.fi.lib.5.Barb.in repe.l.cum acutiſsimi, char.27. verſ.aggredior nunc ſecundã dubitationẽ.C.de fideic.Curt. ſenior in conſ.58.col.9.Verſ.ſi ita eſt vt cõcluſimus.Iaſ.in cõſi.40. in fi.lib.3.& in conſ.108.col.3.in fi.lib.4.Cur.Iunior in l.1.nu.14. C.de pactis, vbi locet meus Purpura. circa fi.& idẽ Curt. Iunior in conſi.16.col.3.in fi.Gozad..n conſi.64. col.2. poſt med.Ioan. Ant.rubeus Alex.in conſi.28.col.pen. in fi.& licèt contra Anch. teneant multi Moder.& de eius dicto dubitent Iaſ. Curt. Iunior immo illud reprobet Curt.ſenior conſulendo & ſibi contrarian do, tñ concurrentibus alijs coniecturis de quibus ſupra, ſine dubio illud videatur procedere.Grationopoli.19.Februarij.1541. Aymo Crauetta de Sauiliano.

SVMMARIVM.

1 *Indicia ad torturam qua & qualia eſſe debeant.*

2 *Teſtis dicitur deponere in cauſa propria quãdo cõmodũ vel incomodum ad eum pertinere poteſt, vel quando tractat de exonerando.*

3 *Teſtis dicens ſe ab aliquo verberatum aut iniuriatum præſumitur eius inimicus.*

4 *Indicium ad torturam vt probetur per vnum teſtem, debet eſſe teſtis omni exceptione maior inuulnerabilis et indubitatus & cui nulla coniectura reſiſtat.*

5 *Mulier in caſibus in quibus ad teſtimonium admittitur, nõ dicitur omni exceptione maior.*

6 *Teſti atteſtanti de facto ſuo proprio ſine aliquo eius intereſſe magis creditur.*

7 *Periurus dicitur teſtis deponens ſuper eo quod ignorat.*

8 *Periurium circa extranea aut ea quæ negociũ principale nõ reſpiciunt, inficit teſtimonium quando iurant teſtis dicere veritatem ſuper interrogatorijs faciendis.*

9 *Teſtis deponens de actu facto de nocte ad lumẽ lunæ de facili fallitur.*

10 *Teſtis defectus ſuppleri non poteſt per alterum teſtem etiam defectuoſum.*

11 *Fama bona rei inquiſiti aut accuſati tollit ſuſpiciones contra eum exiſtentes.*

CONSILIVM XCIX.

¶Pro Ioanne comitis de Rocheta.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Ioannes filius Simondi Comitis de Rocheta diœceſis Vappincẽſis detinetur in carceribus porte troynæ Grationopolis ad inſtantiã dñi prioris de Rometa & aliorũ conſortũ ob cauſam aſportationis bladi decimarũ de tpe nocturno, & aliorũ criminũ de quibus in actis. Cõtra quẽ reum depoſuerunt Iacobus Meyronis & Maria vxor Arnulphi Eynaudi. Pars fiſcalis & denuntians petierunt reũ torqueri, quæritur an probata dicãtur indicia ad torturã? ¶ Puto breuiter concludendum ꝙ non, &
1 præmitto † ꝙ indicia ad torturam debent eſſe certa probabilia & veriſimilia, l.milites.§.oportet.C.de quæſtio. nec ſufficiũt indicia leuia perfunctoria, quæ pluribus modis poſſunt interpretari, & debent eſſe indicia tanquã luce clariora in ſua ſpecie, indiciorum, Bald.in conſi.259.Verba inquiſitionis.col.1. ad fi. lib.1. Alibi ſcribit idem Bal.in conſi.72.col.1.lib.3.ꝙ eſſe debent indicia probabilia & veriſimilia, adeo ꝙ iudex ſit quaſi certus quod ſuo arbitrio relinquitur idẽ Bal.in conſi.402.Quæritur an per ſolam diffamationem, col.2.lib.5.dicit ꝙ indicia debẽt eſſe clara non perfunctoria, & ꝙ ex diuerſis nõ ſurgit indiciũ vnũ perfectũ, & dicit idẽ Bal.in conſi.515.Quidam fuit interfectus.col.1. ad fi.lib.5.ꝙ eſſe debent indicia certa, veriſimilia & probabiliter cõcludentia ſed ex iſtis duobus teſtibus ſurgere non videtur indicia eiuſmodi, & primo quò ad teſtimonium Iacobi Meyronis illud multipliciter reprobatur. Primò, quia deponit in facto ſuo proprio & in cauſa propria laturus cõmodum ex ſuo teſtimonio ſi crimẽ probet, cum agere poſſit actione iniuriarum cõtra ipſum reũ a quo percuſſum & vulneratũ ſe aſſerit, ob id repelli debet, l.nullus.ff.de teſtibus.l.omnibus.C.eo.tit. & ꝙ
2 † talis teſtis dicat deponere in cauſa propria, ex eo ꝙ commodũ vel incommodũ ad eũ pertinere poteſt, tradit Bal.in conſi.229.Quãdo pro deb to. lib. 5. imò dicitur teſtis deponere in cauſa propria ex eo ſolum ꝙ tractat de ſe exonerãdo, vt repellatur. l. deferre.§.idem decreuerunt.vbi Bar.ff.de iure fiſci. Pau.de Caſt.in conſi.301.Ad bene examinandũ.in vltimo dubio lib.1.¶ Secũdò
3 † repelli debet iſte teſtis, quia ex verbis ſuis oſtendit ſe inimicũ iſtius Rei, a quo ſe verberatum & iniuria affectũ aſſerit, ſed inimicus repellitur a teſtimonio, ita in terminis terminãtibus de teſte qui ab aliquo percuſſum ſe dicit, tradit Alex.in conſi.99.lib.1. Aret.in conſi.125.col.2.verſi.& vnus eſt inimicus inquiſiti.& idẽ Alex.in conſi.152.colum.3.verſi.diminuitur etiam de fide.lib.7. ¶ Tertiò repelli debet iſte teſtis tanquã mercenarius ipſius partis denunciantis pro colligendis & cuſtodiendis decimis.glo.& doc.in c.in literis, de offi.delega.¶ Quartò nõ eſt teſtis idoneus iſte Iacobus Meyronis quia tractat de ſe exonerando, nam obligabatur rationẽ reddere de iſtis decimis tanquam locator operarũ circa ipſas decimas, & niſi ita eſſet prout depoſuit, ipſe teneretur, quo caſu ſuccedit quod dixi ſupra de teſte, qui tractat de ſe exonerando, allegando tex.in l.deferre. §. idem decreuerunt ff.de iure fiſci.ideo ſup iſto teſte vis aliqua fieri nõ debet. Admittitur tamen teſtis tractans de ſe exonerãdo in odium doloſi adminiſtratoris non exhibentis librum rationum, puta ſerui, laboratores in ſacturas pupilli contra tutorem Bart.in conſi.150. col.2.in fi.¶.Solũ ſupereſt teſtimoniũ illius Mariæ Eynaudæ, ſed non diſputando an mulier de iure ciuili poſſit eſſe teſtis in cauſa criminali, de quo per Soci. in conſi.54.col.5. lib.5.latè Deci. in l.2.ff.de reg.iur.nu.27.& pluribus ſequ.dico ꝙ ex pluribus teſtimonium iſtius Mariæ non facit indicium ad torturam. Primò
4 † quia vt vnus teſtis faciat indicium ad torturam, debet eſſe oĩ exceptione maior.d.l.milites.§.oportet.C.de quæſtio. vbi Bald. & idem Bal.in d.conſi.259.verba inquiſitionis.col.1.ad fi. lib.1. ꝙ vnus teſtis vt faciat indicium ad torturam, debet eſſe inuulnerabilis, ideſt, qui nulla exceptione vulnerari poſſit idem Bald.in conſi.41.Præſuppoſito ſtatuto.in fi.lib.5.ꝙ teſtis vnus vt indiciũ ad torturã faciat, debet eſſe indubitatus idẽ voluit Ang.in l.fi.C. de quæſtio.Alex.in conſi.124.col.2.verſ.in propoſito etiam dicit lib.6. vbi licèt vnus bonus teſtis faciat indicium ad torturam, iſtud tamen fallit quando aliqua alia coniectura reſiſteret.tradit Deci.in c.tertio loco, col.pe.de probat.in conſi.37.col.4. Iaſ. in rep.l.admonendi, col.69.verſi.benefacit quod in ſimili ff. de
5 iureiuran.prope nume.147.ſed iſta † teſtis ex eo ſolum quòd eſt mulier, non dicitur teſtis omni exceptione maior. Veronenſis in conſi.32.Quidã ruſtici.col.2.Alex.in d.conſi.99.lib.2.& in cõſi. 276.lib.2.refert & ſequitur Deci.in l.2.col.4.verſicu.& caſu quo mulier.ff.de reg.iur.¶ Secundò dici nõ poteſt teſtis omni exceptione maior, quia ex depoſitione ſua reputat ſibi illatam iniuriam per reum & prætenſos eius ſocios, ex his quæ ſcribit Alex. in d.conſi.99.lib.1.¶ Tertiò iſta mulier reperitur periura, nã depoſuit ꝙ ea nocte cognouit ad voces Iaymonam vxorẽ Ioannis Ferrãdi, quæ interrogauerat ipſam teſtem ſi viderat eius porcos, & tamen ipſa Iaymona interrogata ſuper hoc, illud negauit, & pondero quod fuit producta in teſtem iſta Iaymona ad inſtantiam partis denunciatis, quæ propterea eam reprobare non po-
6 teſt.l.ſi quis teſtibus.C.de teſtib.Cui † Iaymonæ atteſtanti de ſeipſa, & de facto ſuo proprio magis credendũ eſt quam ipſi Mariæ atteſtanti intrepide de perſona aliena, & de facto alieno, & maxime quia ipſa Iaymona in eius depoſitione nullum prætendit intereſſe.Innoc.in c.inquiſitione, de accuſa.Anto.de But.in c. cum cauſam, de teſtibus.Pau.de Caſt.in conſi.186.In cauſa quæ vertitur Piſis.col.3.& in conſi.331.in cauſa Syluestri.col.3. circa fin.libr.1.Aret.in conſi.71.Diligenter & mature.colum.2 verſic. ſecundò conuincitur, ipſa autem Maria teſtis prætendit intereſſe ratione iniuriæ & ob metũ ſibi incuſſum, & veriſimile eſt quòd vlciſci vellet ſi poſſet, facile enim mulierum ingenium ad vindictam tollitur, quod ipſa rerum experientia videmus, & ſicut fuit nimium audax & temeraria iſta Maria teſtis affirmando omnino, & præciſe quòd Iaymonam prædictam ad voces cognouiſſet,

uiſſet, ita præſumēdū eſt ꝙ temeraria affirmauit de ipſo reo quē
antea nō nouerat. regula ſemel malus, libr. 6. ¶ Et ſi dicatur ex
7 hoc iſta mulier periura dici non poteſt, † quia fieri poteſt ꝙ cre
deret illā mulierē perquirentē porcos eſſe Iaymonam. Reſpon-
deo ꝙ ex hoc a periurio excuſari nō poteſt, quia teſtis deponens
circa id quod ignorat dr̄ periurus. Soci. in conſi. 56. col. 3. verſic.
ſed quod vr̄ obſtare. lib. 4. Cor. in conſi. 105. col. 3. verſ. conſtat. n.
nu. 9. lib. 3. in conſi. 157. col. 2. circa med. lib. 4. Pro hoc bonus tex.
in l. Iulianus, ibi, ſed non debuit falſe quod ignorabat aſſerrere.
ff. de acti. empt. ex quo tex. optimè probaſ ꝙ arguiſ dolus ꝓ aſſe-
rentē illud quod ignorat. & illū tex. ad hoc citat Paul. de Caſt. in
cōſi. 429. In quadā informatione. col. fi. circa prin. lib. 1. eſt verū
ꝙ Anch. in conſi. 24. Viſa inquiſitione. col. 2. volunt talē teſtē ex-
cuſari a falſo ſi alias verū dicat, & ꝙ ſolum dr̄ temerarius & ni-
miū credulus. cuius dictū ſequiſ Soc. in l. ſi is qui. 200. §. verū, col.
pe. in fi. ff. de rebus dub. & ſequunſ Anch. & Soc. in eo qui depo-
nit & affirmat quod ab alio dici audiuit credēs ita eſſe, alias aūt
arguiſ dol⁹ & temeraria aſſertio. gl. & doc. in l. 2. ff. quod quiſque
iur. Calca. in conſi. 25. col. 3. in fi. ¶ Sed dicet aliquis, iſta falſitas
ſeu iſtud periuriū non eſt circa negocium principale, quia nihil
ad cauſam principalem an illa Iaymona porcos perquireret vel
8 non. Rñdeo † ꝙ periuriū teſtis inficit eius teſtimoniū, licèt com
mittatur circa extranea, & ea quæ ad negociū nō pertinēt, qm̄ iu
rauit dicere veritatē ſuper interrogatorijs faciēdis. Inno. & doc.
in c. fraternitatis, de hæreti. habetur in l. ſi ex falſis. C. de tranſac.
Alex. in cōſi. 28. col. 3. verſi. ꝑterea dictū & teſtimoniū Deodati,
lib 6. ¶ Quartò nō eſt iſta teſtis oī exceptione maior, nā fateſ ꝙ
antea nō ſæpe viderat ipſum reū nec appellari audierat, & ſic in
effectu ꝙ reū ipſum cognitū non habebat, itaq; nō eſt veriſimile
ꝙ de tp̄e noctis quo ſe turbatā videbat reū ipſum ita perfectè (vt
aſſerit) cognoſcere potuerit etiā ꝙ luna luceret. Bene fateor ꝙ ſi
antea cognitū reum habuiſſet, in lunæ claritate facile intellige-
re de eo potuiſſet. Sed ꝙ extraneū & incognitū per noctis tp̄s ad
lunæ lumen tute & vere poſsim intelligere & oīno cognoſcere
hoc difficile eſt, maximè i muliere cuius animus ad leuia quæq;
moueſ, & quæ vt ſupra dixi audacter nimiū & temerarie affirma
9 uit de Iaymona prædicta. Pro † hoc adducō Corn. in conſi. 217.
col. 2. circa med. lib. 1. vbi ꝙ teſtis deponens de actu facto de no-
cte ad lumē lunæ de facili fallitur. ¶ Et ſi dicatur defectus iſtius
teſtis vr̄ ſuppleri ex teſtimonio Iacobi Meyronis ꝑ ea q̄ habenſ
10 in l. prætor. §. cogenſ. ff. de eden. Rñdeo † ꝙ Iacobus Meyronis
eſt omnino inhabilis ad teſtimoniū, quia in cauſa ꝓpria, & quia
inimicus vt ſupra dixi, quo caſu ex eius teſtimonio iuuari nō po
teſt teſtimoniū alterius imperfectū aut defectuoſum. Eſſet enim
abſurdū ꝙ vnus teſtis oīno inhabilis, & qui ipſe auxilio & ſup-
pletione aliorū indiget uitia & defectus poſsit ſupplere. quō. n.
fidē alijs teſtibus addere poterit, quā ipſe non habet, regula ne-
mo plus. & in terminis adduco Alex. in conſ. 93. verſi. nec pōt di-
ci. lib. 6. vbi ad hoc vt vnus teſtis ſuppleat defectū alterius, requi
riſ ꝙ ſit bene idoneus & integer, imò valde dign⁹, idē dicit Cor.
in cōſi. 172. col. p. nu. 20. lib. 2. Dec. in c. cauſam quæ, col. 1. de off.
delega. & dixi ſupra in cōſi. 6. col. pe. poſt med. Idē tradit Dec. in
conſi. 133. col. 3. ver. nec prædictæ concluſioni obſt. Iaſ. in l. ſi con
ſtante, col. 7. in fi. verſi. ego vltra ſcribētes. ff. ſolut. mat. vbi Iaſ. ꝙ
requiriſ vt teſtis ſit valde dignus & magnæ fidei. Ideo videmus
ꝙ dictū vnius teſtis nō coadiuuaſ nec ſuppleſ ex alijs teſtibus ſi
bi cōtrariantibus. Alex. in cōſi. 32. col. 2. in prin. & in fine conſi.
lib. 6. Similiter teſtium defectus non ſuppletur per numerum qn̄
ſunt teſtes qui omnino repelluntur. Ale. in conſi. 57. col. pe. in cōſ.
177. colum. fi. & in cōnſi. 181. colum. penu. lib. 7. Cor. in cōſi. 333.
col. 7. in fi. verſi. item ſunt multi ibi nō aūt dico. lib. 1. quod pro-
cedit ēt in cauſa nō magna qō teſtes omnino & ipſo iure repel-
luntur. Iaſ. in l. prætor. §. regentur, col. 2. ff. de eden. & ſi bene cō-
ſiderentur oēs doct. loquentes de hac materia, ſemper dicūt &
loquuntur ꝙ inhabilitas vnius teſtis ſuppletur ex habilitate alio
rū, itaq; cū iſti duo teſtes ſint inhabiles, alter alterū iuuare non
poteſt, quia vt ſupra dixi, nemo dat quod non habet. ¶ Sed vltra
inhabilitatē & defectū iſtorū teſtiū præſumptio magna pro reo
eſt ex teſtimonio primi teſtis partis aduerſæ hoſpitis ancellæ, q
de reo nihil loquitur, licèt alios mali conſcios indicare videatur.
Veriſimile. n. eſt ꝙ & ipſe reus ſimul cum alijs participaſſet in
grano ſi mali conſcius fuiſſet, & ꝙ noluiſſet ſe ſubijcere tāto d-
11 crimine ad aliorum vtilitatē. ¶ Concurrit † etiam bona fama ip
ſius rei, ex qua tolluntur ſuſpiciones ſi quæ eſſent cōtra eū. Bart.
in l. 1. §. pe. per illū tex. ff. de re milita Bal. in l. ſi. col. fin. C. de pro-
bat. in conſi. 410. In cauſa & quæſtione Antonij. col. 2. poſt med.
verſi. & multū prodeſt. lib. 2. Pau. de Caſt. in conſi. 283. Viſo quo-
dā tali quali proceſſu, ad ſi lib. 2. Corn. in conſi. 134. col. ſi. lib. 4.
Iaſ. in l. 1. in fi. C. cōmu. de leg. Deci. in conſi. 175. col. pen. ad fi. & in
conſi. 179. col. pe. poſt med. & in conſ. 256. col. pe. poſt med. ¶ Po-
ſtremo alias petitū fuerat torqueri reum, & tū curia nihil uoluit
pronunciare vidēs torturæ locū non eſſe, ideo pars denuncians
ad alias probationes animū applicuit, ſed nullas tū fecit vt ap-
paret ex confrontationibus, in quibus reus conſtans ſemper ꝑſti
tit. Concludo igitur cū iureconſ. in l. abſentē. ff. de pœnis. melius
eſſe nocentē abſoluere quàm innocentē condēnare, ſaluo curiæ
ſaniori iudicio. Grationopoli. 22. Februarij. 1541. Fuit reus di-
miſſus a carceribus per arreſtum curiæ capenſis cōpenſatis tor-
tura poſtpoſita. Aymo Crauetta de Sauiliano iuriſconſ. & aduo-
catus conſiſtorialis curiæ Dalphinalis.

SVMMARIVM.

1 Promiſsio de aſſociādo aliquem in officio, intelligitur quādo pro mittens teneret officium nomine ſuo proprio.

Statutum loquēs de artifico mercatore intelligitur de eo, qui fa cit artificiū aut mercaturam nomine ſuo proprio, non alieno. ibidem nume. 1.

Prohibitio de non contrahendo intelligitur quando proprio no mine quis contraheret, non alieno. ibidem. num. 1.

2 Factū nō dicitur quod reuocatum eſt, & verba debent intelligi de actu non reuocabili.

3 Fraus directo probari non poteſt, ſed ex coniecturis tantum.

Fraus arguitur ex minis præcedentibus ibidem nu. 3.

4 Fraus arguitur ex ſolutione maioris pretij.

5 Fraus probatur per locum a veriſimili.

5 Fraus arguitur ex eo quod ſolitum eſt fieri. ibidem nu. 5.

6 Simulatio arguitur in contractu facto nomine vxoris quando pretiū ſoluitur de pecunia mariti & marito res traditur, tūc enim vxoris nomine ſimulate præſumitur accommodatum.

7 Fraus præſumitur in repudiatione hæreditatis quando repudians remanet in poſſeſsione bonorum hæreditariorum.

8 Fraus arguitur ex his quæ breui poſtea tempore fiunt.

9 Dolus præſumitur contra eum qui promiſſa non ſeruat quatenus debet, & poteſt.

10 Socius tenetur de dolo, lata culpa & leui.

11 Ex dolo aut culpa ſua lucrari nemo debet.

12 Suſpicio oritur cōtra ſe opponentem & recuſantem aliquid facere, ſimiliter ſuſpicio eſt contra iudicem qui parti ſe opponit.

13 Teſti vni creditur ex conuentione partium.

Teſtis ſemel approbatus, amplius reprobari nō pōt. ibid. nu. 13.

CONSILIVM C.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Titius Seius & Sempronius pacti fuerūt ꝙ caſu quo officiū graphariatus loci in ſubbaſtatione expediretſ ipſi Seio vſq; ad certā ſummam, illud cōe eſſet ipſorū paciſcentiū, & caſu quo pretiū ſubbaſtationis maius foret, eſſet in facultate ipſorū Titij & Sempronij deliberare vſq; ad certā diē an vellēt ſocietatē habere in ipſo graphariatus officio. Deinde ſubbaſtatū fuit officiū prædictū & dimiſſum ipſi Seio ꝑ libris duabus mille centū & viginti, quod pretiū excedebat ſummam declaratā per ipſos paciſcentes, qua ſubhaſtatione ita facta requiſitus fuit ipſe Seius per dictū Titiū de ipſum aſſociando in ꝓdicto graphariatu ad formā prædictarū pactionū, ſed idem Seius hoc facere recuſauit, expreſsè declarando coram ſpec. dn̄is Cameræ computorū Dalphinaliū ꝙ ipſum graphariatū inſolidū teneret, & ꝙ nunquā cōtraheret cū ipſo Titio. Poſtea quidā nominatus Præpoſiti tertiauit dictū graphariatū vigore cōſuetudinis ꝙ poſt liberationē ipſius graphariatus tertius poſſit interuenire & pretiū augere infra tres mēſes, qui Præpoſiti pretiū auxit de libris centū ſingulis annis. quo nō obſtante idē Seius māſit in poſſeſsione dicti graphariatus per dies. 19. & donec idē Præpoſiti remiſit ipſum graphariatū dicto Seio, & abinde ēt ſemper tenuit & poſſedit dictus Titius vidēs recuſationē dicti Seij circa aſſo-

eiationem prædictam, egit contra eũm ad intereſſe coram ſupre
ma curia Dalphinatus. Quæritur an iuſte ad intereſſe egerit. ¶ Vi
1 deretur dicendum † prima fronte ꝙ non, quia illa promiſsio de
aſſociando videtur intelligenda caſu quo ipſe Seius teneret ip-
ſum graphariatum nomine proprio, ſeu ei nomine proprio expe
diretur, ſicut dicimus de ſtatuto loquente de mercatore aut arti
ſiee ſimpliciter, quia intelligit̃ de eo qui proprio nomine merca
tur & agit, non qui alieno. Ange. in l. quamuis, in prin. ff. de acqui.
poſſ. ſequitur Deci. in conſi. 268. col. 7. ſimiliter prohibitio de nõ
contrahendo, intelligitur nõ proprio quia nomine contraheret,
nõ alieno. Cur. in conſi. 16. col. 2. lib. 4. Iaſ. in l. more, col. pe. ff. de
acqui. hære. ſed Seius non tenuit ipſum graphariatum virtute li-
berationis ſibi primo loco factæ, & tãquam nomine ꝓprio, ſed
alieno nomine tanquam habens ius ab ipſo Præpoſiti. ¶ Secun-
2 dò † verba conuentionis dicunt caſu quo libretur officium gra-
phariatus ipſi Seio, ſed non dr̃ ei libratum, ex quo reuocatũ ab
eo fuit per tertiamentum dicti Præpoſiti. l. nõ videtur. ff. de acq.
poſſ. l. qui ſic. ff. de ſolutio. cum ſi. Rurſus verba conuentionis de-
bent intelligi de libratione aut expeditione nõ reuocabili, & ſic
lapſis tribus menſibus qui dantur ad tertiãdum ex his quæ latè
Soci. ſcribit in conſi. 76. Viſa facti cõtingentia, col. 3. verſi. ſed his
non obſtantibus. lib. 1. ¶ Tertiò conuentio prædicta ſolum vide-
tur data qñ graphariatus libraretur pretio librarum duarũ
mille, ideo limitatum debet producere effectum, non etiam ex-
tendi ad librationem maioris pretij in qua partes non conſenſi-
ſerunt. l. in agris. ff. de acqui. rerum domi. l. agere. C. de tranſac.
cum ſimi. & licèt Titius voluerit deducere ꝙ vltra ſcripta non cõ
uentione producta actum fuit ꝙ aſcendente libratione ad ma-
iorem ſummam eſſet in facultate ipſorũ Titij & Sempronij de-
liberare vſque ad certam diem ſabbati, an vellent aſſociari in di
cto graphariatu, talis tñ conuentio non videtur legitime proba-
ta. ¶ Sed præmiſsis non obſtantibus contrariam opinionẽ arbi-
tror de iure veriorem, ꝙ imò condemnari debeat reus ad inter-
eſſe petitum: & quia præſuppoſita conuentione allegata pro ve-
ra, actor habet intentionem fundatam de iure cõmuni, quia pa-
ctorum fides ſeruanda eſt. l. 1. ff. de pactis, cum ſimili. tota dif-
ficultas conſiſtit in reſpondendo ad contraria, quibus confuta-
tis clariſsima fiet præſens difficultas. ¶ Non obſt. igitur duo pri-
ma fundamenta ꝙ ipſe reus non tenuerit ipſum graphariatum
tanquã nomine proprio, & ſibi libratum, ſed tanquã ceſſum &
remiſſum per dictũ Propoſiti, & ꝙ non dicitur libratus grapha-
riatus prædictus ipſi Seio ex quo ab eo fuit reuocatus, quia re-
ſpondetur ad oĩa iſta ꝙ procederent ſi ex ueritate & fide bona
ꝓceſsiſſent, ſed Titius agens ſemper rñdit & rñdet ꝙ illud aſſer-
tum tertiamentum ſecutũ fuit in fraudẽ ipſius Titij ne cõionem
3 & commodũ haberet in ipſo graphariatu, & † quia probari nõ
poteſt fraus directe, ſed ex coniecturis tantũ. glo. in l. apud Cel-
ſum. in prin. ff. de excep. doli. c. 2. in prin. de renuncia. lib. 6. Pluri-
mæ allegantur coniecturæ per ipſum actorem ad probationem
fraudis. ¶ Prima coniectura, quia ante tertiamentũ aliquod qua
ter fuit requiſitus ipſe Seius de aſſociando ipſum Titiũ in dicto
graphariatu, quod nõ ſolũ recuſauit facere, imò expreſsè dixit
ꝙ nũquam cum eo contraheret & ꝙ ſolus & inſolidũ teneret ip-
ſum graphariatũ vt apparet ex ſupplicationibus ipſius Seij ſolio
proceſſus. 20. & fol. 21. Ex quibus uerbis clare arguitur ꝙ ſuppo-
ſitus fuerit dictus Præpoſiti ad tertiandũ ex eo quod ſcribit Ale.
in conſi. 174. col. 2. verſi. quærit circa hoc Io. de Imo. lib. 2. & in
conſi. 9. col. 1. verſi. tertio probatur. lib. 6. vbi ꝙ ex minis præce-
dentibus præſumitur quis quid facere in fraudem aut ad æmu-
lationẽ, itaq; cum minatus fuerit dictus Seius ꝙ nunquam con-
traheret cũ ipſo Titio & ꝙ ſolus & inſolidum graphariatũ tene
ret, pluſquam veriſimile eſt ſuppoſuiſſe eum dictũ Præpoſiti ad
4 tertiandum quò minus exequeretur. ¶ Secũda † coniectura frau
dis eſt quidẽ vrgens, nam facto tertiamẽto per ipſum Præpoſiti,
q obtulit libras centũ de pluri ſingulis annis. Seius ipſe aliquid
addere noluit, & tñ facto tertiamento dicit ſe emiſſe iura ipſius
tertiãtis cũ ſuis oneribus & honoribus, & vltra ſe ſoluiſſe libras
ducentũ & quinquaginta ipſi Præpoſiti & cuidam Combæ aſſer
to ſocio eiuſdem Præpoſiti, in qua re conſiderandũ eſt ꝙ recuſa
uit Seio tertiare pro illis centũ libris de pluribus ſingulis annis
& tamen facto tertiamẽto nõ ſolũ ſe obligauit ad illas libras cẽ
tum annuas, ſed etiam de pluri ad libras 250. quis non videat id
totũ factum eſſe vt Titius fraudaretur? niſi velimus dicere Seium
ipſum prodigum contra l. cum de indebito. ff. de proba. c. ſuper
hoc, de renuncia. cum ſim. & ita ex ſolutione maioris pretij frau
dem arguit. Abb. in conſi. 76. col. 2. lib. 1. & quod Bald. ſcribit in
conſi. 155. Quæritur ecce venditores. lib. 1. ¶ Tertia coniectura,
quia de conſuetudine antiquiſsima qñ fiunt tertiamẽta ſemper
citantur qui prius obtulerũt, & quibus libratio ante facta eſt de
quorũ intereſſe agitur, ut videant an ipſi velint tantũ offerre quã
tum tertius, quæ citatio non ſolum facta nõ fuit, imò de tẽpore
tertiamenti dictus Seius ſimul comparuit cum ipſo Præpoſiti
tertiante nõ cõtradicens ad eius tertiamentũ, imò pro eo fideiu
bens. Ex eo enim ꝙ Seius nõ citatus ſpõte cõparuit, præſumptio
eſt ꝙ eſſent inuicẽ cõcordes, & ꝙ ſine citatione ſatis ſciuit ipſi
Seius & Præpoſiti idem eſſe ut erat, & niſi illud tertiamentũ fa-
ctũ eſſet ad inſtigationẽ & ſuppoſitionẽ ipſius Seij, nõ eſt veriſi-
mile ꝙ Seius fideiuſſiſſet pro ſuo inimico qui vtilitatẽ ipſius Seij
ab eo auferret, quia nõ dr̃ amicus noſter qui bona noſtra tollit.
idem cũ quia, de reſti. ſpol. vbi Bal. col. 1. in fi. Hoſti. Io. And. Ant.
de But. & doct. in c. accedens. 2. vt lite nõ conte. Probatur autem
5 † fraus per locũ a veriſimili. Pau. de Caſt. in conſi. 68. Viſis his ꝙ
ſuperius. col. 2. poſt me. verſi. itẽ reſultat tertia. lib. 2. Deci. in cõſ.
644. col. 1. ad fi. Rurſus non cõſueuerũt primi emptores grapha
riatus qñ fiunt tertiamenta ſimul cõparere cũ tertiãtibus, minus
pro eis fideiubere, imò contra eos contendere ſi poſſunt, itaq; ex
actu iſto inſolito fraudis ſuſpicio arguitur. gl. Bar. & doc. in l. ſi qs
ſub cõditione. ff. de cõdi. inſti. latè Mod. in l. teſtam. C. de teſtamẽ.
Bal. in cõſi. 311. In qõne Galuagni. col. 2. verſi. octauo argumẽ.
lib. 5. ¶ Quarta cõiectura, q̃a ſecuto tertiamẽto dictus Seius ſem
per remãſit in poſſeſsione graphariatus ẽt antequã fieret aſſerta
remiſsio aut ceſsio p ipſum Præpoſiti, ex qua re iura fraudis ſu-
ſpicionẽ inducũt. l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pignus vel
hypo. ſol. Bar. & doc. in l. poſt cõtractũ. ff. de donatio. Profectò
hoc ſolũ ꝙ Ferrandi in poſſeſsione remãſit graphariatus, veriſi-
6 mile eſt ꝙ ante aſſertũ tertiamentũ colluſiſſent. Pro hoc † qđ ſcri
bunt Bal. & Sali. in l. multũ intereſt. C. ſi quis alteri uel ſibi. vbi li-
cèt emptio fiat nomine vxoris, ſi tñ pretiũ ſoluit̃ de pecunia ma-
riti, & res marito tradit̃, nomẽ uxoris ꝓſumit̃ ſimulate accõmo-
datũ, & re uera dr̃ contractus celebratus nomine mariti. idẽ vo-
luit Rom. in conſi. 291. Cũ illi fratres. colum. fi. Soc. in conſi. 129.
col. 4. lib. 4. Dec. in conſi. 543. col. 3. poſt med. in propoſito noſtro
licèt graphariatus fuerit liberatus in tertiamento dicto Præpo-
ſiti, tñ ex quo Seius ipſe pecuniam oẽm ſoluit, pro eo fideiuſſit
ipſe in poſſeſsione remãſit ẽt ante ceſsionẽ ſibi factã, ꝓſumptio
eſt ſatis violẽtia ꝙ Præpoſiti nomẽ tñ accõmodauerit ad effectũ
excludẽdi ipſum Titiũ actorẽ a ſocietate graphariatus, & magis
7 † in terminis facit quod ſcribit Bar. in l. 3. ꝑ illũ text. C. de natu.
lib. Bal. in l. 1. C. de repu. hær. Aret. in l. ſi ia qui bonis. ff. de acqui.
hær. vbi ꝙ repudiatio hæreditatis ꝓſumit̃ doloſa & fraudolẽta
qñ repudians remanet in poſſeſsione: quid dicemus de Seio reo
q repudiauit graphariatũ in tertiamẽto ob augmẽtũ. 100. librarũ
ſingulis annis, poſtea aũt vltra illud augmentũ libras. 250. dixit
ſe ſoluiſſe & in poſſeſsione ſemp mãſit ẽt ante remiſsionẽ ſibi fa
ctam p Præpoſito? ¶ Quinta cõiectura fraudis, quia poſt factũ ter
tiamẽtum, ipſe Præpoſiti graphariatũ ceſsit & remiſit ipſi Seio
reo conuento, idõ ueriſimile eſt ꝙ ſecutũ fuerit tertiamẽtũ ſolũ ad
effectũ vt diceret̃ reus illũ graphariatũ habere eo titulo ceſsio-
8 nis, & eo mõ actorẽ a ſocietate repelleret. † Ex his. n. q̃ poſtea ſe-
cuta ſunt declarat̃ qualis animus fuerit in ꝓcedentibus, & fraus
arguit̃ maximè qñ breui tpe poſt aliquid ſequit̃. l. ſi uentri. §. eo-
tũ. ff. de priuil. cred. c. officij, de electio. Pau. de Ca. in conſi. 337.
Primò quæritur. col. 3. poſt med. lib. 1. Io. de Ana. in conſi. 23. Nõ
enim veriſimile eſt ꝙ ſi Præpoſiti ꝑ ſeipſo tertiare uoluiſſet gra-
phariatũ ꝙ illũ alteri remiſiſſet. rurſus niſi Seius actorem ipſum
quæſiuiſſet expellere a ſocietate graphariatus, nõ illi tertiamẽto
ita facile cõſenſiſſet nec emiſſet eam carius ab ipſo Præpoſiti cũ
9 vilius habere potuiſſet. ¶ Sexta cõiectura, † nã dolus ꝓſumit̃ cõ-
tra eũ qui promiſſa non ſeruat quatenus debet & põt. l. dolus, cũ
glo. fi. l. ſi procuratorẽ. §. dolo. ff. manda. l. dolo. ff. ad legem falci-
diam, quæ iura ad hoc propoſitum citat Alex. conſi. 52. colum. 2.
ad fin. & in conſi. 84 col. 2. ad fi. lib. 6. Corn. in conſi. 516. ad fin.
lib. 1. & in conſi. 128. colum. 2. lib. 3. pro quo tex. optimus in l. 1. C.
de dolo, & in l. vendicantẽ. ff. de euict. ſed ille reus ẽt ante tertia-
mentũ aliquod ſæpius requiſitus fidẽ ſeruare nunquam uoluit,
imo, vt dixi ſupra, ꝓteſtatus expreſsè fuit ꝙ ipſum actorẽ nunq̃
haberet in ſociũ, ergo dolus contra eũ ꝓſumit̃ ꝙ tertiũ ſuppoſue
rit ad ita tertiandum in damnũ ipſius actoris, maximè attẽto cõ
ſenſu rei ad ipſum tertiamentũ, fideiuſsione p eum præſtita, cõ-
paritione ſponte ſubſecuta, & alijs de quibus ſupra cõſideratis.

¶ Septimò

10 ¶ Septimò conſidero † ꝙ agit actor contra eum nigore ſocieta-
tis ſeu ea pacto de aſſociando, in quo pacto venit dolus, lata cul
pa & leuis, quia celebratur ſocietas gratia vtriuſq; cõtrahentis.
l. ſi vt certo. §. nunc videndum, verſi. ſed vbi. ff. cõmoda. l. ſocius
ſocio. l. cum duobus. §. 1. ff. pro ſocio. §. fin. inſti. pro ſocio. Alea.
in conſi. 102. col. 5. lib. 2. leuis autem culpa dicitur non adhibere
diligentiã in rebus alienis, quã quis adhibet in ſuis proprijs. gl.
in §. præterea, inſti. quibus mod. re contra. obliga. Bart. & doct.
in l. quod Nerua. ff. depoſi. Modo arguo ſic, probatur quod iſte
Scius oĩno volebat graphariatum obtinere ratione lucri futuri,
nam præſuppoſito illo tertiamento pro vero & non ſimulato,
adhuc voluit redimere graphariatũ precio cariore, itaq; virtute
contractus præcedẽtis de aſſociando ita tenebatur quærere vti-
litatẽ ipſius conuenti, conſequenter debebat ſe opponere aduer
ſus illud tertiamentum, nec pati vt vinceretur a tertiante, nec
poteſt allegare ꝙ pretiũ tã magnũ ſupplere nollet ex quo precio
poſtea maiore redimit, quod vnicũ fundamentũ ſi accurate pen
ſetur, ſufficere videtur ad victoriam, ſed reus non ſolũ non fecit
quod debebat, & ſic culpã omittendo commiſit, ſed etiam deli
quit faciendo, id eſt colludendo cum illo tertio per ſupradicta.
¶ Octauò iſte reus allegat ꝙ tenuit graphariatũ nõ nomine ſuo
proprio, ſed tanquã ſibi ceſſum per tertiũ cui libratus fuerat.
ſed dico ex quo ſtetit per ipſum reum ne ei remaneret, nõ oppo
nendo ad ipſum tertiamentũ & pretium nõ augẽdo cũ omnino
obtinere decreuiſſet, & ſic culpam & dolũ in ea re iuris præſum
ptione cõmiſerit. perinde eſt ac ſi ipſi reo & proprio nomine de
liberatꝰ fuiſſet graphariatꝰ. l. Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecã,
in fi. ff. de contrah. empt. l. iure ciuili ff. de condi. & dem. l. in iure
ciuili, vbi latè Moder. ff. de regu. iur. alias abſurdum ſequeretur,
11 † ꝙ ea dolo aut culpa ſua lucrum quis faceret, quod eſſe non
debet, & de dolo tex. in l. ne ex dolo. ff. de dolo. l. itaq; fullo. ff. de
furtis. l. 3. §. 3. ff. de exce. doli. c. ſedes. de reſcrip. & de culpa tradit
Corn. in conſi. 256. col. 3. lib. 3. argu. l. ſi hominem. ff. manda. l. re-
legatorum. §. poteſt al. cut. ff. de interdic. & relega. ſequeretur ẽt
abſurdum ꝙ eſſet in facultate alterius contrahentiũ contractũ
ipſum eluſoriũ facere ſupponendo aliũ ad tertiandũ. ¶. Nonò cõ
ſidero ꝙ in conuentione de aſſociando ſæpius cautum & dictũ
fuit de futura obſeruatione ipſius cõuentionis omni fraude ceſ
ſante, quæ verba clare indicat ꝙ alter alteri fidem non habebat,
ideo non poterat reus ita concordare cum tertiante ſine uehe-
menti ſuſpicione fraudis, & debebat reus ad purgandum ſuſpi-
cionem citari facere ipſum Titium ſi quid opponere uellet cõtra
ipſum tertiamẽtum, citatus. n. uel colluſionem detegere poterat,
vel ipſe tertiamentũ tollere, pretium augendo, ſed quomodo ſe
ciſſet reus actorem citari cum ante expreſsè declaraſſet nolle cũ
12 actore ſocietatẽ neq; cõmunionem baberet & ultra † ſupra alle
gata ꝙ oriatur ſuſpicio contra reum ex eo ꝙ ante tertiamentum
aliquod ſe oppoſuerit cõtra actorem recuſando aſſociationem,
adduco glo. in cap. ſtatutum, in fin. prin. in uerbo copia, in fin. de
reſcrip. lib. 6. Corn. in conſi. 232. col. 2. poſt med. lib. 3. vbi ꝙ ar-
guitur ſuſpicio contra iudicẽ qñ parti ſe opponit, & eſt dictum
Inno. in cap. ex parte, ex primo de verbo. ſignifi. not. Abb. in c. ſol
licitudinem, col. pen. de appella. Iaſ. in conſi. 53. col. fi. lib. 3. ſimi-
liter teſtis dicitur ſuſpectus quando ſtetit in diſputatione cũ par
te Deci. in conſi. 256. col. 2. circa med. Ruſſus per illa uerba om-
ni fraude ceſſante, debebat reus graphariatũ accipere ad cõmu
nem utilitatẽ, non patiendo ſe vinci per tertiamentũ etiam ubi
non ficte illud proceſsiſſet, non autẽ ita colluſiue cum tertiante
concordare. ¶ Nec obſtat ꝙ illa conuentio verbalis de deliberan
do caſu quo ſubhaſtatio graphariatus fieret ad maius pretium
non vĩ iuſtificata, quia reſpondeo ꝙ imò videtur iuſtificata per
iuramentum dicti quondã Sempronij coram domino Vicebaiu
13 lo † cuius iuramento ipſe reus dixerat uelle ſtare, quo caſu cre-
ditur uni teſti tñ. Alea. in l. 1. §. fi. ff. de verb. obli. Iaſ. in l. iuſiuran
dum quod ex conuentione, in prin. col. 3. ff. de iureiuran. nec po-
teſt contra talem teſtem opponi ex quo ſemel fuit approbatus,
ideo videmus opponi non poſſe contra teſtes inſtrumentarios
approbatos a partibus. Bald. in l. parentes. C. de teſtibus. & in
conſi. 481. infraſcripta. col. fi. lib. 4. Alex. in conſi. 54. ad fin. lib. 3.
Socin. in conſi. 17. colum. final. lib. 1. Grationopoli. 24. Februarij.
1541. Aymo Crauetta.

SVMMARIVM.

1 *Dotis legatũ factũ ab extraneo dicitur conditionale ſi nuptiæ
ſequantur, ideo ad hæredes non tranſmittitur, quod qualiter
intelligatur hic quaſo vide.*
2 *Conditionale legatum non debetur ante euentum conditionis.*
3 *Interpretatio precedẽtium ſeu diſpoſitionis ambigua præceden
tis ſumitur ex obſeruantia poſtea ſecuta. quia præſumitur ita
fuiſſe cogitatum prout obſeruatum poſtea fuit, nec requiri-
tur preſcriptio in tali obſeruantia quod longo tempore ita
fuerit obſeruatum.*
4 *Inſtrumentum minus ſolenne fidem facit quando ſecundum il-
lius tenorem fuit obſeruatum.*

CONSILIVM CI.

¶ Pro Guigone Baietti alias Beyodi contra Margaritam Flandi-
ne de ſancto Georio.

DIVINO ſubſidio ea corde poſtulato. Nobilis
Guigo de Baſſeis Caſtellanus ſancti Georij lega
uit quoddã pratũ Georgiæ eius ſorori ad uitam
ſuam naturalẽ dumtaxat, ita ꝙ ea defuncta eue
niat Antoniæ & Margaritæ filiabus ipſius Geor-
giæ, quibus pratũ ſuũ dat & donat pro ipſis do-
tandis & matrimonio collocandis. Mortua eſt Georgia, a cuius
morte Antonia pratum ipſum tenuit & poſſedit pro eius parte.
Deinde mortua eſt Antonia ſine matrimonio, Quæritur an tranſ
1 miſerit ad hæredes pratũ prædictũ? ¶ Videretur † prima fronte
dicendũ ꝙ nõ, quia illud legatum factum pro dotandis & mari-
tandis filiabus Georgiæ videtur cõditionale ſi matrimoniũ ſe-
quatur, ideo mortua Antonia ante euentũ conditionis ad hære-
des non tranſmittitur, ita in terminis qñ fit legatum pro dote ab
extraneo decidit Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cõ
dit. & demon. Pau. de Caſt. in conſi. 322. Viſo puncto ſupraſcri-
pto & dubij. in prin. lib. 1. ¶ Sed præmiſsis non obſtantibus con
trarium in caſu iſto puto de iure verius, ꝙ imò iſtud legatum di
catur purũ & tranſmittatur ad hæredes. Primò, quia illa uerba
pro ipſis dotandis & matrimonio collocandis, non fuerũt adie
cta ſubſtãtiæ legati, ſed eius executioni & præſtationi, quo caſu
tale legatũ dicitur purũ. Bal. in conſi. 286. Super primo puncto,
in tertio puncto lib. 3. Soci. in conſi. 92. col. 5. verſic. confirmatur
hoc ex alia coniectura, lib. 1. vbi tamen Bal. non allegat, ꝙ autem
illa verba dicãtur adiecta executioni & præſtationi legati appa
ret, nam ſubſtãtia legati aut fideicommiſsi particularis conſiſtit
in illis uerbis, ita ꝙ ea defuncta deueniat Antoniæ & Margari-
tæ, illa autem uerba ſequentia quibus pratum ſuum dat & do-
nat &c. potius reſpiciunt executionem quàm ſubſtantiã legati.
¶ Secundò, quia illa verba pro ipſis dotãdis & matrimonio col-
locandis, videntur reſpicere quædam præparatoria quæ animi
cogitatione ſolent nuptias præuenire & ſonare ꝙ mediante le-
gato illæ filiæ nubere poſsint, quo caſu tale legatum dicitur pu-
rum. Bald. in conſi. 249. An legatum. lib. 4. illa enim uerba pro ip
ſis dotandis, non concernunt titulum dotis, id eſt, quòd relictum
ſit pratum pro dote vt eſſet dotale, ſed potius concernunt facul-
tatem quandam ad matrimonium contrahendum. Paria enim
videntur dicere, relinquo pratum vt nubere poſsint, vel pro ipſis
dotandis & matrimonio collocandis. & ſic videmur eſſe in caſu
Bald. in d. conſi. 249. ¶ Tertiò Bar. in d. §. Titio genero, dicit ta-
le legatum eſſe conditionale niſi aliud ex coniecturis appareat,
ſed hic apparere videtur coniectura ꝙ noluerit teſtator legatum
2 eſſe conditionale, ſi enim † uoluiſſet eſſe conditionale, illud non
erat præſtandum ante conditionis euentum. l. cedere diem. ff. de
verb. ſignifi. l. legata ſub conditione, & l. qui hæredi. §. final. ff. de
conditio. & demonſtratio. Oldra. in conſilio 175. Thema tale
eſt, Titius impetrauit. colum. 1. in fine. & tamen voluit teſtator
ꝙ tale legatum ſtatim mortua Georgia eius ſorore deueniret ad
eius neptes & filias ipſius Georgiæ non expectata alia conditio
ne, ergo neceſſe eſt dicere ꝙ illa uerba pro ipſis dotandis &c. nõ
fuerint appoſita ut conditionem importarẽt, ſed ad demonſtrã
dum uoluntatem teſtatoris circa faciliorem exitum nuptiarum
aut matrimonij mediante ipſo legato. & pro hac cõiectura ad-
duco Cor. in conſi. 40. col. pe. lib. 3. vbi ꝙ legatum dotis nõ dici-
tur conditionale qñ teſtator filia decedẽte in pupillari ætate vo
luit dotes ad alium peruenire, quia in pupillari ætate non poteſt
eſſe matrimoniũ, & tamen per pupillarẽ ſuccedítur pupillæ. idẽ
ſi teſtator mandet dotes peruenire ad manus hæredis filia dece-
dente in pupillari ætate, qa præſupponĩ ꝙ mãſerit apud filiam

¶ Quartò alia colligitur coniectura, nam teſtator legauit prius
ſorori ſuæ iam nuptæ in qua nullo modo habita fuit ratio nu-
ptiarũ, ſicuti igitur ceſſante cauſa nuptiarũ legauit ſorori, ita pa
riter dicendum eſt legaturum eũ fuiſſe filiabus ſororis ceſſante
cauſa matrimonij ob ſolã ſanguinis coniunctionẽ, ſed qñ appa-
rere poteſt aliqua cõiectura ꝙ alias teſtator fuiſſet relicturus,
non dicitur tale legatum conditionale, ſecundum Bart. in d. §. Ti
5 tio genero. ¶ Quintò † ex obſeruantia ſecuta declaratur ambi-
guitas, quæ in præcedẽtibus eſſe poterat. l. minimè. l. ſi de inter-
pretatione. ff. de legibus, c. cum dilectus, de cõſuetu. Ex his enim
quæ poſtea fiunt, declaratur qualis fuerit animus in præcenden
tib'. l. ſed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedo. l. ſi ſeruus plutiũ.
§. fi. ff. de leg. 1. ideo cum mortua Georgia matre, Antonia & Mar
garita ſtatim cœperint poſsidere bona ita legata, apparet ꝙ le-
gatum nõ erat cõditionale ſi matrimoniũ ſequeretur, quia alias
ante matrimoniũ bona ita legata poſsideri non potuiſſent per
legatarias. Rurſus cum Margarita etiam poſt matrimonium paſ
ſa fuerit Antoniã poſsidere, ſatis declaratur animus ipſius Mar-
garitæ, ꝙ nunquam intenderit legatum ipſum eſſe cõditionale.
l. qui in aliena, verſi. ſed ſi non adierit. ff. de acqui. hære. l. cũ poſt.
ff. de iure dotium. l. ſi filius, C. de petitin. hæredit. per quæ iura ita
arguit Roma, in conſi. 271. Vis tota, col. 5. verſi. tertio non eſt du
4 bium. facit † quod dicimus inſtrumentũ minus ſolẽne fidem fa-
cere qñ ſecundũ illius tenorẽ fuit obſeruatũ. Cyn. in allegatio-
nibus ſuis inter conſilia Bald. poſt conſilium 400. Super primo
puncto. col. 1. lib. 4. Bal. in conſi. 402. Quæritur an per ſulam diffa
matinnẽ. in fi. lib. 5. Iaſ. in conſi. 161. col. 4. in prin. lib. 2. licèt Cy.
& Bal. nõ allegat. Addo tex. in l. 1. in l. 2. & l. ſi veritas. C. de fidei-
commiſ. Roma. in conſi. 222. Dubitatur. & vide quæ ſcripſi in tra
ctatu meo de antiquitate temporis parte prima, nu. 199. & ſeq.
& adeo poteſt eſt obſeruantia poſtea ſecuta ad declarandum vo
luntatem ambiguam in præcedentibus ꝙ nõ requiritur præſcri-
ptio in tali obſeruantia. i. ꝙ longo tempore ita fuerit obſerua-
tum, eſt enim obſeruantia interpretatiua in qua præſcriptio ali-
qua nõ requiritur. ita Pau. de Caſt. in conſi. 347. quia circa dona-
tionẽ. col. fi. lib. 1. Aret. in conſi. 11. verſi. ſed tñ ea ſuperabundan-
ti. Soci. in conſi. 111. col. fi. uerſi. ſed certo poſſumus dicere. li. 1.
Corn. in conſi. 188. col. fi. lib. 4. Deci. in c. cum M. col. 5. uerſ. & ex
ſupradictis infertur, de conſtit. & in cõſi. 156. col. fin. Itaq; cũ le-
gatum prædictum ſemel fuerit acquiſitũ ipſi Antoniæ & ipſa il-
lud poſſederit pro parte ſua quandiu vixit, mirandum eſt quo-
modo Margarita eius ſoror velit nũc allegare legatũ ipſum fuiſ
ſe cõditionale, nec tranſmitti potuiſſe ad hæredes ipſius Anto-
niæ. ¶ Ex quibus concludo læſionẽ nullã allegari poſſe per Mar
garitã in trãſactione facta cũ Guigone Baietti alias Beyodi habẽ
te iura dictæ Antoniæ. Grationopoli. 2. Martij. 1541. Aymo Cra.

SVMMARIVM.

1 *Donatio iurata inter patrẽ & filiũ an habeat tacitam condi-
tionẽ ſi filius donatarius patri ſuperuiuat, ita qđ filio præmor-
tuo reuertatur ad patrem, & quid in donatione iurata inter
virum & uxorem, & concluditur quòd non, contra Deci.*

2 *Superueniens euentus infirmare nõ debet actũ, qui effectum ſor
titus ſit.*

3 *Pacta & contractus tranſeunt ad hæredes.*

4 *Donatio iurata conferri debet per filiũ in poteſtate, quia ſtatim
valet.*

5 *Pater ſuccedit filio vt hæres etiã in bonis profectitijs, quæ patri
non acquiruntur.*

6 *Pater occupans bona iure peculij tenetur ſatisfacere creditori-
bus filij intra annum quatenus eſt in peculio.*

7 *Iuramentũ, quod recipiat omnes cõditiones actus ſuper quo in-
terponitur, qualiter itelligatur, pulchre hic tractatur & late.*

CONSILIVM CII.

¶ Pro Ioanne Vernini ciue Vappincenſi contra Iulianum Mey-
fredi ciuem Vappincenſem.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Ioãnes Ver
nini cerdo in ciuitate Vappinci obtinuit literas
pcuſas a curia ſuprema Dalphinatus cõtra Ioan
nem Meyfredi & Ioannã eius matrem pro ſum-
ma centum & viginti duorum florenorum cum
dimidio, in quarum literarum executionẽ miſ-
ſus fuit idem Vernini in poſſeſsionem vnius domus ſitæ in di-
cta ciuitate pro concurrenti quantitate debiti. Qua executione
ita facta comparuit Iulianus Meyfredi pater dicti Ioannis debi-
toris dicens domum ad ſe pertinere, & geſta in eius odium re-
uocari petens, dicto Vernini reſpondente & excipiente quòd
ipſe Iulianus donauit prædicto Ioanni eius filio in contractu
matrimonij & eius contemplatione florenos 400. exigendos ſu
per bonis ipſius Iuliani. Aduerſus quam exceptionem replicat
dictus Iulianus, quòd Ioannes eius filius deceſsit ſine liberis,
& quòd bona donata reuerſa ſunt, ad ipſum Iulianum patrem
1 donatorem. Quæritur quid iuris? ¶ Videretur † dicendum pri-
ma fronte, quòd dicta donatio facta per patrem filio habeat ta-
citam conditionẽ ſi filius ſuperuiuat patri, & quòd filio præmor
tuo reſoluatur, ſicut dicunt de donatione facta vxori per mari-
tum, vt Deci. tradit in conſi. 240. & in conſi. 536. colum. 2. circa
med. iſtæ enim donationes a pari procedunt. l. donationes. C. de
donatio. inter virum & vxorem, & ita in terminis de donatione
facta a patre filio, tradit idem Deci. in conſil. 659. ad fin. ¶ Sed
præmiſſis non obſtantibus contrariam opinionem arbitror de
iure veriorem, quòd immo talis donatio habet effectum etiam
filio donatario præmortuo, & pro fundamento conſidero ꝙ va-
let donatio inter patrem & filium vbi adeſt iuramentum ſecun
dum communem opin. de qua per Moder. in l. pacta quę contra.
C. de pact. latè Deci. in conſi. 202. & alibi ſæpiſsimè doct. ſi va-
let donatio, ſi pro quia, potuit filius donatarius de bonis dona-
tis ad libitum diſponere ea alienando aut hypothecando pro-
ut hypothecauit. l. in re mandata. C. mand. l. 5. in fi. ff. ſi quis a pa
ren. fue. manu. c. de his, circa fin. de ſepul. c. bonæ, in fin. de poſt.
præla. ¶ Vniuerſa difficultas conſiſtit in reſpondendo ad contra
ria quibus ſublatis clariſsima fiet præſens dubitatio. itaque non
obſtat dictum Decij ꝙ iſta donatio reſoluatur morte donatarij
præmorientis, quia illud dictũ Decij ſemper putaui & puto non
2 eſſe iuridicum. Primò † quia ſi talis donatio inter patrem & fi-
lium, inter uirum & vxorem ab initio ualet ratione & virtute iu
ramenti vt doct. communiter tenent, ergo ex caſu ſuperuenienti
vitiari aut reſolui non debet, quia euentus ſuperueniens non de-
bet infirmare actum qui effectum ſortitus ſit. l. nec enim. ff. de iti
nere actuq; priua. l. Sancimus. C. de admini. tutor. ideo uidemus
ꝙ furor ſuperueniens non uitiat prius geſta. l. qui furere, & ibi
Bart. ff. de ſtatu homi. l. ſi quis alicui, & ibi Bar. ff. de acqui. hære.
l. qui in poteſtate. §. fin. ff. de teſtamen. ſic etiam affinitas ſuper-
ueniens non dirimit matrimonium antea contractum. c. diſcre-
tionem, de eo qui cogno. conſang. uxor. ſuæ. ibi gl. in uerſi. affi-
cere. ſic ẽt maleficiũ ſuperueniens nõ poteſt irritare quod legi-
time factũ eſt. Bal. in cõſi. 349. Super eo qđ quæritur. col. 2. lib. 3.
Itaq; nulla rõ ſuadere poteſt ꝙ donatio ab initio firma & ualida
reuocari debeat ob mortẽ filij donatarij patri donatori præmo
3 rientis. ¶ Secundò † iſta opi. Decij uidetur cõtra tex. in l. ſi pactũ.
ff. de probatio. l. ſi neceſſarias. §. de vendẽdo. ff. de pigno. actio. &
quod not. Bart. in l. ſi ſic. ff. de verb. obli. ubi ꝙ pacta & cõtractus
tranſeunt ad hęredes. Idẽ uoluit gl. in l. 2. C. de pac. inter emp. &
uen. quare igitur iſta donatio ualida ab initio ratione iuramẽti,
ad hæredes filij donatarij tranſire nõ debet? & in donatione ꝙ
trãſmittat ad hæredes, tradit Bal. in conſi. 562. Recolo. col. 2. li. 3.
ubi quando fit donatio alicui ita ꝙ nulli alij ius quæratur, illa nõ
trãſmittit ad hæredes, ergo ſecus ceſſantibus illis uerbis. Quod
generaliter ꝓcedit in alijs contractibus & obligationibus, quia
omnis obligatio in dubio uidetur realis & ad hæredes trãſmitti
tur. l. iuriſgentiũ. §. pactorũ. ff. de pac. Barto. in l. qui in futurũ. §. 1.
ff. eod. tit. Deci. in conſi. 123. in fi. quod procedit ẽt in contractu
ſtricti iuris, cuius effectus tranſmittit ad hæredes actiuè & paſsi
uè. l. ſtipulatio iſta, poſt prin. & §. ſicut aũt, iuncta l. quicquid ad
ſtringendæ. ff. de verb. obl. Anch. in cõſi. 393. Viſa diligenter gra
tia. col. 1. circa med. Amplius iſtud ꝓcedit nõ obſtãte fauore ma
trimonij, ideo actio de dote cõpetẽs extraneo qui ſtipulatus eſt
dotem ſibi reddi, trãſit ad eius hæredes. Soc. in l. ſed & in illo. in
4 fine ſecundi nota. ff. de rebus dubijs. ¶ Tertiò † cõtra Deciũ addu
co quod Soci. ſcribit in cõſi. 91. colu. 4. lib. 1. vbi ꝙ filius in pote-
ſtate tenetur conferre donationem ſibi factam cũ iuramento ſi-
cut tenetur filius emãcipatus, ratio eſt ſecundũ eum quia vtraq;
donatio ab initio valet, & tamen ſi non eſſet iuramentũ, illa do-
natio conferretur apparet ergo ꝙ iuramentum non recipit na-
turam nec conditionem ipſius donationis inter patrem & filiũ,
ſi enim reciperet conferretur donatio. Contra Decium etiã ad-
duco deciſionem curiæ Dalphinalis deci. 547. vbi donatio quæ
alias

aliàs reuertebatur ad donantem, ad eum nõ redit ubi eſt iurata.
5 ¶ Quartò contra Decium conſidero † ꝙ hodie de iure nouiſsi-
mo authẽticorum in tit. de hered, ab inte. ueni. & in auth. defun
cto. C. ad Tertul. pater ſuccedit filio ut hæres in bonis quæ patri
non acquiruntur. & tradunt Bart. & Moder. in l. ſi infanti. C. de
iure deliberã. Iaſ. in l. qui ſe patris, col. 26. C. vnde lib. ſed iſta bo
na donata cum iuramento non acquiruntur patri imò filio rõne
iuramenti, licèt a patre profecta ſint, ergo in talibus bonis pater
ſuccedit vt hæres filij ab inteſtato, conſequẽter tenetur ad one-
ra hæreditaria, & ita in terminis tradit Bart. in l. poſt dotẽ. col. 7.
circa fi. verſi. non ob. ꝙ not. in §. 1. de hæredibus &c. ff. ſol. matr.
vbi Bar. expreſsè dicit ꝙ filiusfamilias habet hæredem etiam in
profectitijs, quæ patri non quæruntur prout hic. Amplius dicu
6 † poſito & non conceſſo, ꝙ pater occupaſſet iſta bona donata
iure peculij non autem ſucceſsiſſet tanquã hæres, adhuc tenere
tur ſatisfacere creditoribus infra annum quatenus eſt in pecu-
lio, toto tit. ff. quan. actio de pecul. eſt annalis, tradit Iaſ. in d. l. qui
ſe patris, & in l. ſi. filius deceſsit pendente lite inter patrẽ & Ioan
nẽ Vernini, conſequenter venit Vernini intra ipſ anni, ergo, &c.
& ſic tenetur pater ſatisfacere creditori in omnẽ euentũ. ¶ Quin
tò & vltimo contra Deciũ retorqueo tex. per eum allegatũ, nã
ideo in l. a marito. C. de donatio. inter vir. & vxorem donatio re-
uertitur ad donatorẽ ſuperſtitem. quia ab initio non valebat, ſed
morte demum confirmabatur. ſed morte confirmari non poteſt
ſuperuiuente donatore, clare ergo præſupponit ille textus ꝙ ſi
donatio ab initio valuiſſet, ad donantẽ reuerſa nõ eſſet, quia re-
nunciãtibus iura ſua amplius regreſſus non dat. l. quærit. §. ſi vẽ
ditor. ff. de ædil. edict. l. poſtquã liti. C. de pac. cum ſi. ¶ Solum ſu-
pereſt reſpondere ad fundamẽta Decij, & primo ad text. in l. a
marito. C. de donationibus inter virum & vxorem. ꝙ donatio fa
cta vxori habet tacitam conditionẽ, ſi vxor ſuperuiuat, dico ꝙ
arguere ex illo tex. ad caſum noſtrũ, eſt arguere, ea diuerſis ſepa
ratis habentibus rõnem diuerſam & ſeparatã, qđ fieri nõ debet
l. ſi. ff. de calumnia. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. naturaliter.
§. nihil cõmune. ff. de acquiren. poſſeſ. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacrã,
ibi, ſed hæc diſsimilia ſunt. ff. de ver. ob. ꝙ aũt ſit diuerſitas rõnis
patet, nã loquitur ille tex. in donatione inter coniuges non iura-
ta, quę nulla eſt ab initio, ſed morte cõfirmatur, ſuperuiuẽte do-
natario, & quæ ad arbitrium reuocari poteſt. nos autẽ loquimur
in donatione iurata ab initio valida, quæ cõfirmatione nõ eget,
& in qua propterea non eſt neceſſe mortem expectare donato-
ris vt præmoriatur, ideo de vno caſu ad alterum argumentum
procedere non poteſt, quia arguit Decius de valido ad inualidũ
& econtra. ¶ Secundò reſpondeo ꝙ donatio iurata inter patrẽ
& filiũ, inter virũ & vxorẽ expreſsè reuocari non poteſt ſine cau-
ſa, cum ſit valida donatio. l. in commodato. §. ſicut. ff. commoda.
l. ſicut. C. de actio. & oblig. ſi expreſsè reuocari non poteſt, ergo
multo minus tacite donatario præmoriente. l. qui ad certũ. ff. lo-
7 cati. ¶ Nec obſt. aliud † fundamentũ Decij ꝙ iuramentũ recipit
oẽs cõditiones ipſius actus ſuper quo interponitur iuramentũ,
quia iſtud procedit niſi illa cõditio inſit ad validandũ ſeu confir
mandũ actum inualidum & nullum, talem. n. conditionẽ iura-
5 dero ẽt illa uerba & extẽdere poteſt. ſignificatio.n.uerbi poteſt,
qñ iungitur infinitiuo lata eſt, & comprehẽdit ẽt futura licèt ap
ponatur in materia ſtricti iuris,puta in renunciatione ſi quis re-
nunciet iuribus ſibi competentibus.uel quæ competere põt, ut
no.Bar.& doc.in l.qui Romę.§.duo fratres,in 6.q.ff.de verb.ob.
6 late Cur.Iun.præceptor meus in cõſ. 53.col.5.& 3. ¶Quintò põ
dero illa uerba cameram,ſeu angulare , natura.n.dictionis ſeu,
eſt ut ſtet ampliatiue in dubio.l.ſi quis,ita ubi Bart.ff.de auro &
arg.leg.Bal.in conſi.518.Statuto ciuitatis Florẽtiæ. col.j.li. 2.aut
ſaltem ſtat copulatiue.Bal.in conſi.179.Anno dñi,in fi.lib.5.ubi
loquitur in ſtatuto excludente filias propter fratres ſeu liberos
eorũ,& ſic in materia ſtricta, igitur per illa uerba dicendum eſt
utrunq; fuiſſe uenditum & cameram & angulare , ſi.n.intentio
ꝯhentium fuiſſet intelligere de camera tñ, ad quid ſubiecissent
uerbum illud ſeu angulare ? Ruſſus quõ eſt uериſimile ꝙ appo-
ſuiſſent uerba illa tam ampla & prægnantia, & hoc inquantũ ſe
extendit & extendere poteſt in altum.profectò iſta uerba repu-
gnant omnino reſtrictioni quam dñs aduerſarius captat. Sextò
uerba ꝯhentium debent intelligi ſm̃ cõem uſum loquendi . l.li-
brorum.§.quod tñ Caſſius.ff.de leg.3.l.cum delationis.§.aſinã.
ff.de fundo inſtr.bř per doc.in rub.ff.de ope.nou.nũc.ſed de cõi
uſu loqnẽdi, & ẽt de propria ſignificatione uocabuli qñ fit mẽ
tio de angulari, intelligitur de toto eo quod ſub angulari conti-
netur,quia indiffinita æquipollet uniuerſali,ẽt in materia ſtricta
iuxta no.per Bar.in l.ſi pluribus.ff.de leg.2.& ſm̃ cõem uſum lo
quendi qñ quis intelligit de una camera tñ,non conſueuit men
tionem facere de angulari,quia uerbum angulare eſt latius.¶Se
7 ptimò uerba ꝯtrahentibus debent intelligi ut aliquid operentur . l.1.
in prin.& ibi no.ff.quod met.cau.l.j.in fi.cum ibi no.ff.ad muni-
cipa.l.3.§.1.qui incipit non fruſtra. ff.de iureiur.niſi enim uerba

opere-

operentur, eluſorie dicerentur appoſita, quod eſſe nõ debet.l.cũ
alijs.in fi.C.de cura.furio.l.fi.§.non aũt filio.C.de bonis quę lib.
e.commiſſa.§.porro, de elec.lib.6.immo intelligi debent verba
et cõtra eorum naturam & impropriari potius quàm nihil ope-
rentur.l. ſi ſtipulatus fuero per te.ff.de verbo. oblig.l.ſtipulatio
iſta.§.ſed ſi ſeruus.& §.poſſidere.ff.eo.titu.c.ſi ſententia, de ſen.
excõmu.lib.6.Bal.in c.1.de capita.qui curia vend.& ſumitur ar-
gumentũ à contrario ſenſu in ſtatutis etiam ad correctionem iu
ris communis qñ alias verba ſtatuti nihil operarẽtur.auth.ex te
ſtamento, vbi Roma.Fulgn.& Moder.iunct.a l.1.C.de collat.
Cor.in conſi.91.col.5.li.1.Dec.in conſi.626.col.2.poſt med. &
dicit Bal.in d.rub.C.de contrah.emp.q.9.ꝙ in contractibus nul
lum verbũ etiam minimum cenſeri debet appoſitum ſine virtu
te aliquid operandi:itaq; dicere ꝙ camera tantum vendita cen-
ſeatur, verba illa ampliatiua & prægnantia nihil operarentur,&
inducta ad vnum effectum ad ampliandum operarentur contra
rium effectum reſtrictionis, contra tex.in l.legata inutiliter.ff.de
leg.3.cum ſi.& pondero ꝙ verba ita ampliatiua in contractu vẽ
ditionis conſiderat Bal.in d.rub.q.9.¶ Octauò vbi verba contra
ctus dubia eſſe poſſent, quæ tñ clariſſima videntur, in dubio fie
ri debet interpretatio contra venditorem.l.veteribus.ff.de pact.
l.in lege.l.ea quæ.§.fin.& l.Labeo.ff.de contrah.emp.Io.de Ana.
8 in conſi.98.ad fi.¶ Nonò tũ ita qò decidi videtur per Rom.in ca-
ſu magis dubitabili in conſi.5.vbi erat facta venditio de quodã
cluſo per verba non ita ampliatiua prout hic, & tñ decidit Ro-
ma.comprehendi in dicta venditione reliquam partem domus
ſuperiorem vſq; ad tectum.allegat aliqua ex fundamentis ſupra
memoratis.& vlterius conſiderat ꝙ pars ſuperior deſtinata eſ-
ſet ad vſum cluſi prout hic, quia pars ſuperior cameræ erat pro
vſu ipſius cameræ. quod apparet, quia ex camera ſeu gradibus
in ea exiſtentibus non etiam aliunde iter erat ad partem ipſam
ſuperiorem, cuius rei celandæ cauſa venditor mortua vſufructua
ria gradus ipſos euertit. Sed vltra Rom. magis in terminis addu
co dictum Bal.in l.quod conclaue.per illum tex.iuncta gl.ann fi.
ff.de dam.inf.vbi ꝙ vẽdita domo intelligitur vendita camera, q̃
erat ad vſum illius domus conuerſa, etiam ſi erat paries in me-
dio duarũ domorũ. quod dictum refers & ſequitur Iaſ.in l.fina.
col.3.ver.adde quod vult Bal.ũ.de conſtit.pecu. Quod dictum vi
9 detur ponere falcem ad radicem. Decimo† proponitur ꝙ quan
titas pretij videtur ſufficiens pro toto angulari etiam cõprehẽ
dendo partem domus ſuperiorem habita ratione illius vſusfru
ctus reſeruati Bonæ Mòrardæ, quæ poſt venditionem annis vixit
decem & octo, ideo ratione æqualitatis pretij totum cõprehẽ
di debet. Bal.in l.meminiſſe, ad fi.de offi.procõſ. & in l.ſemper
in ſtipulationibus. ff.de reg.iur.Soc.in l.1.in 4.notab.ff.de rebus
10 dub.Cur.Iun.in conſi.80.col.2.¶ Sed dicet aliquis, †de tempo-
re venditionis non cogitabat emptor de vita tam longa dictæ
Morardæ iam anoſæ. Reſpondeo ꝙ ex quo tantum ſuperuixit
ſumus in caſu claro, ideo non eſt opus coniecturis quid cogita-
uerint partes ab initio cõtractus, ita in terminis l.hæreditatum.
ff.ad ſeg.Fale.decidit Veronenſis in conſi.13.col.fi.¶ Vndecimò
11 & vltimo† ſi venditor læſionem prętendit, illa videtur ſublata ex
oblatione agentis de recedendo a contractu venditionis reſtitu
to pretio & intereſſe pretij. Nec obſtat ꝙ tale intereſſe vſurã vi-
detur ſapere, quia illud non procedit in contractu emptionis, in
quo vſuræ tolerantur ratione intereſſe, quia iniquum videtur ꝙ
venditor re & pretio fruatur.tex.eſt in l.curabit. C.de act.empt.
tradit Alex.in cõnſi.121.col.fi.li.5.late Soc.in conſ.176.li.2.Cor.
in conſi.113.li.3.Dec.in c.cum venerabilis, col.7.de exceptio.in
conſi.115.col.pe.& in conſil.119.Eſt verum ꝙ tale intereſſe com
menſurari debet ad valorem fructuum non ad pretij quantita-
tem, vt habetur in d.locis. itaq; videndum eſt quanti locari po-
tuiſſet ſingulis annis angulare venditum.¶ Secundò principali-
ter †dubitatur de ſeruitute eundi ad cameram vẽditam, quia ne
12 gat venditor acceſſum, vt narratur. Reſpondeo, ꝙ per illam clau
ſulam cum ſuis introitibus & exitibus ſeruitus conſtituta cenſe
tur, & tenetur venditor permittere acceſſum & exitum per eius
domum arbitrio boni viri. Cor.in conſil.154.li.5. Hæc ſcribo ad
tenorem inſtrumenti. De conſcientia autem, an in rei veritate ita
ſenſerint cõtrahentes, viderint ipſi, quia ſuper eos. Ad iudicẽ au
tem de conſcientia iudicare non eſt, ſed ſm allegata & proba-
ta.l.illicitas.§.veritas.ff.de offic.præſidis. Aduocatus etiam quid
aliud poteſt ſcribere niſi ſm ea quæ proponuntur in facto mo-
re Scæuolæ iuriſconſulti. Gratianop.18.Martij.1541. Aymo Cra
uetta de Sauiliano.

S V M M A R I V M.

1 *Depoſitum non integrum nihil relevat.*
2 *Recipiens depoſitum minus integrum, cenſetur illud approba-*
re, & recipiens partem pretij cenſetur renunciare reſolutioni
contractus quæ inducitur ex ſolutione integraliter nõ facta,
& alia plura exempla hic ponuntur in quibus ex receptione
quis ſibi præiudicat.
3 *Renunciare cenſetur venditor reſolutioni contractus quæ indu*
cebatur ex ſolutione pretij ſuo tempore non facta proteſtando
quod niſi emptor impleat pro parte ſua ipſe etiam venditor
non obſeruabit.
4 *Recipiens pignus non idoneum ſibi non præiudicat quominus*
reſiduam ſummam poſſit petere.
5 *Mutuum conſiderare nõ poteſt niſi pecunia ſit in dominio mu*
tuantis.
6 *Generalis diſpoſitio nunquam refertur ad illud, quod in ſpe-*
cie prohibetur.
7 *Depoſitarius mutuans pecuniam depoſitam furtum cõmittit.*
8 *Actus in dubio præſumitur factus ob cauſam neceſſariam po*
tiuſquam voluntariam.
9 *Præſumitur in dubio quid factum prout vtilius eſt facienti.*
10 *Præſumitur quid factum ob cauſam præcedentem.*
11 *Pecunia alicui ſimpliciter tradita præſumitur tradita ob cau*
ſam ex qua minor inducitur iactatio tradentis.
12 *Turpitudinem ſuam allegans audiri non debet.*
13 *Declaratio ex interuallo non admittitur in præiudicium al-*
terius.
14 *Pœnitentia non admittitur poſt ius alij quæſitum.*

CONSILIVM CVI.

¶ Pro honorato Franconis ciui Ebredunenſi contra dominum
Ludouicum Bernardi iurium poſſeſſorem.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Honora-
tus Franconis ciuis Ebredunenſis volẽs redime
re quandam domũ venditam dn. Ludouico Ber
nardi iuriũ profeſſori cũ pacto de retrouenden
do pretio ſcutorũ trecentũ & quinquaginta, de
poſuit iudicialiter in manibus Antonij Nicolai
ſcutos tercentũ & triginta tantũ, quos tamen poſtea accepit di-
ctus Bernardi ab ipſo depoſitario, ſed poſt temporis interuallũ
reſtituit: quæritur, an dictũ depoſitũ dicatur ſufficiẽs vt teneatur
1 emptor ad retrouendendũ? Videretur dicendũ† prima frõte di-
ctũ depoſitũ non releuare tanquam non integrum.glo.in l.1.C.
de uſur.Alex.in conſi.75.col.2.uer.3.reſpondetur.lib.7.& quod
ſcribis Dec.in c.de appellationibus, col.2.uer.4.caſus. de appel.
nec uidetur obſtare illa receptio dicti depoſiti quaſi ex ea uidea-
tur depoſitũ approbatum, quia pars aduerſa reſpondit accepiſ-
ſe illas pecunias ex cauſa mutui.¶ Sed præmiſſis non obſtãtibus
2 õtrium puto de iure concludendũ, ꝙ immo† tale depoſitum cen
ſeatur approbatũ ex illa receptione quoad hoc ut teneatur em-
ptor retrouendere, facta tamen ſuppletione reſiduæ ſummæ. ex
hoc.n.facto receptionis pecuniæ arguitur conſenſus ipſius em-
ptoris, ꝙ uoluerit retrouendere, licet depoſitũ nõ eſſet ſufficiẽs,
cũ ſiue parta uerbis aut facto aliquid declarari.l. Paulus reſpon-
det non tm̃ uerbis. ff.rem ra.hab.immo plus eſt aliquid facere
quam dicere.l.ſi tñ.§.ei qui.ff.de ædil.edic.late Dec.in ca.dilecti
filij, el 2.in 2.not.de appel.ideo uita & exemplo prælati quis ma
gis inſtituitur quàm uerbis.c.in ſacerdotibus. 16.di. ſimiliter filia-
tio efficacius probatur ex tractatu quàm ex ſimplici nominatione.
Bal.in l.non ignorat, col.1.C.qui accu.non poſ.Iaſ.in conſil.102.
col.1.lib.4.ſimiliter plus eſt reſignare beneficiũ facto quàm uer-
bo.Fed.de Sen.in conſil.156.col.2.poſt med.& dicit Bald.in c.ſu
per literis, col.5.de reſcrip. ꝙ nullũ eſt maius mentis noſtrę teſti
moniũ quam qualitas inſpecta factorũ, quæ ſine loquela ſe intel
ligũt & per ſolũ aſpectũ imprimũt ſuam uolũtatem, idò recipien
do pecuniam depoſitam uigore illius promiſſionis de retrouen
dẽdo, cenſetur emptor approbaſſe ipſam promiſſionẽ, & ſic obli-
gaſſe ad retrouendendũ non obſtãte imperfectione ipſius depo
ſiti.l.quidã ex parte.ff.de euic.l.ſi tibi areæ.in fi.ff.de præſcr. uer.
l.ſi id quod.in fin.prin.ff.pro ſoc.l.ad ſolutionẽ. C.de re iud.quæ
iura

ſura ad hoc propoſitũ io ſimili allegat Pau.de Ca.iu conſil.330.
Libellos iſtorũ agentiũ.col.1.ad fin.li.2.¶Sed magis in terminis
ꝙ iſte emptor recipiens partẽ pretij cenſeat renũciaſſe reſolutio
ni pacti de retrouẽdendo, quæ inducebat ex lapſu termini de re
trouẽdẽdo & pretij ſolutione integraliter nõ facta, adduco text.
in l.de lege.§.fin.ff.de lege cõmiſ.vbi venditor accipiendo partẽ
pecuniæ ſeu pretij poſt lapſum termini, cenſet renũciare reſolu-
tioni pactus, quæ inducitur ex pacto legis cõmiſſoriæ.tradit Aret.
i 1 conſi. 149.Viſis diligenter.col.6.ad fi.ver.ſed quærit conſequẽ
ter.¶Alibi ſcribit Ange.poſt Bart.in l.qui ſibi.§.qui Stichũ, circa
fi.ff. de ſolut. ꝙ cõmodator equi recipiens ipſum magagnatum
ſcienter ſibi præiudicat.¶Alibi ſcribit Bal.in conſ.131.Caſus eſt
talis, quidã nobilis. col.3.li.1.ꝙ ſi locator promiſit tradere con-
ductori prædia ſeminata, & conductor recipiat frumentum pro
ſemine ſibi præiudicat vt opponere non poſſit prædia ſeminata
tradita non fuiſſet.alibi ſcribit Abb.in conſi.18.col.3.li.2.ꝙ cõi
tas recipiendo laudũ in quo ſyndici interuenerũt, cenſet ipſum
3 laudũ approbare.¶Fortius† ſcribit Ang.in conſi.373.col.pe.ver.
3.qa ſolutio. ꝙ vbi lapſo termino ſolutionis pretij vẽditor prõ-
teſtatur ꝙ nõ intendit obſeruare emptori, niſi emptor obſeruet
venditori, ex tali proteſtatione cenſet venditor renũciare reſolu
tioni pactus, quæ alias fieri poterat nõ ſoluto pretio, ſuo termino.
ſi ex ſimplici proteſtatione inducitur renunciatio reſolutionis
pactus, quanto fortius induci debet ex receptione pretij, cũ facta
ſint fortiora verbis quo ad reuocationẽ aut renũciationẽ actus.
l.noſtrã.C.de teſta.¶Facit ad prædicta text.notabilis in cle.1.de
procur.vbi ſi quis ſcienter recipit inſtrũ, in quo conſtituitur pro
curator, vr tacite ſe obligare ad illud officiũ, nec põt amplius il
lud recuſare.¶Ad idẽ tex in l.ſi filius, la 2.ff.ad Maced. vbi pater
recipiens epiſtolã filij cenſet approbare contenta in ipſa epiſto
la.& quæ ſcribunt Mod.in l.2.C.de iure emph.de dño recipien
te penſionẽ ab emphyteota poſtquã res ceciderat in cõmiſſum,
ꝙ cenſet remittere caducitatẽ. & quod pulchre ſcribit Bellame
ra in conſi.9.in 2.dub. vbi ꝙ recipiens implementũ trãſactionis
poſt cõmiſſas pœnas.l.ſi quis maior.C.de trãſac.cenſet alias pœ
nis renũciare.De quo tñ vide quæ Cor. ſcribit in conſi.40.col.1.
in fi.& col.pe.li.4.vbi ꝙ iſtud nõ procedit in recipiẽte pretiũ ex
pactu iurato, quia in terminis d.l.ſi quis maior, & pretiũ debetur
& nihilominus pactus reſcinditur.¶Ex quibus cõcludo ꝙ iſte em
ptor non põt nũc allegare aliquã imperfectionẽ depoſiti quoad
hoc ne teneatur retrouendere, quia tali imperfectioni cenſet re-
nunciaſſe acceptando & recipiẽdo pecuniã depoſitã, vt late pa-
tet ex præmiſſis. bene† fateor ꝙ põt petere reliquos viginti ſcu-
4 tos ſicut dr de creditore recipiente pignus nõ idoneũ ꝙ ſibi nõ
præiudicat quominus reſiduũ poſſit petere. l.creditor qui non
idoneũ.ff.ſi cer.pe.¶Reſtat nũc rñdere ad allegationẽ partis ad
uerſæ, videlicet ꝙ nõ acceperit iſtã pecuniã ex cã ipſius depoſi-
ti, ſed ex cã mutui.Quæ ſane allegatio vr puerilis & nimiũ friuo
5 la.Ad quam rñdeo multis modis.¶Et primo† quia mutuũ conſi
derari non põt niſi pecunia ſit in dñio mutuãtis. l.2.§.appellata.
ff.ſi cer.pe.iõ non habens dñium pecuniæ mutuare non põt: ſed
iſte Antonius Nicolai depoſitarius non erat dñs pecuniæ, ſed cu
ſtos tñ, adeo ꝙ ſi expreſſe mutuare voluiſſet, iſtud facere nõ po
terat, iõ numerando pecuniã ſimpliciter, non eſt veriſimile ꝙ vo
6 luerit cã mutuare, quia† ſimplex & generalis diſpoſitio nunquã
refertur ad illud quod in ſpecie prohibetur. l.quãquam.ff.de ritu
nup.facit tex.in c.a nobis, de ſent.exc.& in c.j.de iureiur.li.6.tra
dit Bar.in l.ſi quis ſub cõditione, in fi.ff.de cond.inſtit. Bal.in l.fi.
§.in cõputatione.C.de iure delib.Paul.de Ca.in conſil.317.Viſo
& examinato puncto.col.3.poſt med.li.j.& in conſil.23.Viſis &
conſideratis omnibus.col.1.circa med.li.2.Alex.in conſi.95.co.
2.li 6.& in conſi.10.ad fi.li.7.Cor.in conſi.181.col.2.verſ.illa au
tem verba.li.3.Iaſ.in l.filius a patre.§.fi.in 3.notab.ff.de liber. &
7 poſth.¶Secundo† rñdeo ꝙ cũ dñium iſtius pecuniæ depoſitate
nõ eſſet tranſlatũ in ipſum depoſitariũ qui ipſas pecunias depoſi
tatas promiſerat cuſtodire, ſi dicamus ꝙ tales pecunias numera
uerat ex cã mutui, furti crimẽ miſit. l.pe.in fi.ff.de fur.ff. de cõd.
ob cau.l.falſus. §.j.ſed nõ eſt aliquo mõ veriſimile ꝙ iſte depo
ſitarius voluerit concedere pecunias ex cauſa mutui qđ crimen
incurrit.l.merito.ff.pro ſoc.& dicit Bal.in conſi. 425.Statuto ca-
ue.ꝙ nullus.li.5.ꝙ quoties ſunt alia indicia animi, ceſſant ea q
tamen inducũt.tradũt Bar.& doc.in l.non ſolũ.§.ſed vt proba-
ri.ff.de op.no.nunc. igitur præſumi debet traditã fuiſſe iſtam pe
cuniã aio potius expediendi depoſitũ, & ſic ob cauſam licitã, q̃
8 ob cauſam mutui de iure prohibitã.¶Tertio rñdeo, †ꝙ cã mu-
tui dr voluntaria, quia regulariter nemo cogit mutuare. l.ſicut.
C.de acti.& obli.cã aũt expediendi depoſitũ dr neceſſaria, quia
depoſitarius expreſſe ſe obligauit ad reſtituendũ depoſitũ ipſi
emptori, igit in dubio dicendũ eſt ꝙ iſte depoſitarius cenſeatur
numeraſſe pecuniã ob cauſam neceſſariã, non aũt voluntariã.l.
fi.C.de alim.pup.præſtan.vbi Bar.in l.cũ ſeruus.ff.de verb.oblig.
Abb.in conſi.116.ad fi.lib.2.Rom.in conſil.247.Primo dici põt.
col.2.ver.igit videndũ.Pau.de Ca.in cõſi 133. Iſte Martinus.col.
2.& in conſi.410.Viſo & examinato puncto ſupraſcrip.ac viſa
ſnia.col.j.circa med.li.2.Cor.in conſi.316.col.5.lib.j. Quarto
9 rñdeo ꝙ vbi aliquid duobus modis fieri potuit, in dubio præſu-
mit factũ prout vtilius eſt faciẽti.Alex. in cõſi.55.col.2. & col.3.
ver.4.rñdeo.li.5. ſed multo vtilius eſt depoſitario ꝙ dicatur de-
diſſe pecuniã vt ſe liberaret ab obligatione depoſiti quàm ſi eã
10 mutuauerit.Quinto rñdeo† ꝙ actus qui ſeqmt, in dubio præſu-
mitur factus ob cauſam præcedentẽ.l.quædã mulier.ff.de rei vẽ
di.l.2.C.de acq.poſſ.a primordio.ẽn.tituli poſterior formatur euen
tus.l.j.circa fi.de imp.lucra: deſcrip.li.10.ergo cũ iſte depoſita-
rius eſſet obligatus reſtituere depoſitũ ipſi dño Ludouico Ber-
nardi, illa traditio pecuniarum præſumi debet facta ex cã illius
11 obligationis præcedentis. Sexto† qñ pecunia alicui ſimpliciter
datur, in dubio præſumitur data ex cã ex qua inducitur minor
iactatio dantis.Ant.de Bu.in conſ.65. Primo aſpectu ſed in iſto
depoſitario minor, immo nulla iactatio eſt ſi dicatur pecuniam
dediſſe vt liberaret ab obligatione depoſiti, q̃ ſi dicatur dediſſe
pecuniã in cauſam mutui. Septimo dico ꝙ hic non ſumus in ca
ſu dubio, immo claro ꝙ noluerit depoſitarius tradere pecuniã
ob cauſam mutui, patet quia volebat ꝙ emptor cãcellaret illud
inſtrũ depoſiti, ergo apparet ꝙ dederat pecunias eo aio vt ſe li-
12 beraret ab illa obligatione.Poſtremo† audiri non debet iſte em
ptor tanquã allegans turpitudinẽ ſuã.l.tranſactione finita. C.de
trãſac.l.cũ profitearis.C.de reuo. dona.l.filios. C.de reuo.his q̃
in frau.cred.Eſt.n.turpitudo, quia ſi accepiſſet in cãm mutui, cũ
ſciret pecunias nõ eſſe depoſitarij mutuãtis, furtũ cõmiſiſſet, nõ
cũ de tpe acceptionis ipſarũ pecuniarũ nõ declarauerit ex qua
cã ipſas pecunias acciperet, in dubio dicendũ eſt ꝙ acceperit in
13 cãm licitã nõ illicitã nec recipiẽda † eſt declaratio iſta quam fa
cit emptor ex interuallo in præiudiciũ vẽditoris ꝙ pecunias ac-
ceperit cã mutui, quia talis declaratio fieri debebat ab initio ac
ceptionis pecuniarũ cũ ſit præſumptio ꝯ ipſum declarantem ex
cauſis ſupra memoratis, ita arguit Ange.in conſi.209.ubi qñ pa-
ter dotem pro filia ſimpliciter promiſit, non auditur ſi ex inter-
uallo uelit declarare ſe dotem promiſiſſe de bonis maternis, q2
talis declaratio fieri debebat ab initio promiſſionis non poſtea
ex interuallo cum ſit præſumptio ꝯ ipſum patrem. Non obſtat
14 † ꝙ emptor reſtituerit pecunias depoſitario, quia neq; emptor
neq; depoſitarius auferre potuerunt ius quæſitum ipſi uendito-
ri ex illa acceptione pecuniarũ. l.ſi.ff.de pact.nec potuit emptor
pœnitere poſt ius quæſitum ipſi uenditori. Ang.in conſi.364.co.
pe.poſt med.uer.j.quia dictus A.facit tex.in c.j.de appel.li.6.ubi
qui ſemel appellauit, non poteſt pœnitere & renunciare appel-
lationi in præiudicium appellati quominus appellatione inter-
poſita uti poſſit.eodem modo emptor ille qui ſemel depoſitum
accepit, non poteſt pœnitere & renunciare illi acceptationi in
præiudiciũ uẽditoris, cui ius quæſitũ eſt ex illa receptione pecu
niarũ.Gratio.21. Maij.1541. Aymo Crauet. & ita fuit iudicatum

SVMMARIVM.

1 Poſſeſſio longiſſima ius in re tribuit.
2 Conſtitutionis, effectus tranſit ad hæredes conſtituentis.
Poſſeſſio probatur ex perceptione fructuum ibid.nu.2.
3 Spoliatio arguitur ex eo quod pars denegat poſſeſſionem reſti-
tuere vel venientem ad poſſeſſionem non admittit.
4 Colonus ſeu conductor non poteſt prætẽdere ius in re ex eo quod
dominus ſeu locator permittit eum manere in conductione
longo tẽpore, nec conſideratur poſſeſſio in actibus voluntarijs.

CONSILIVM CVII.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Antonius
Colleri eg. i poſſeſſorio reintegrandæ cõtra An-
tonium Brunerij de Tullino pro octo foſſeratis
uineæ uenditis per patrem ipſius rei cum clau-
ſula conſtituti & ulterius probauit actor poſſeſ
ſionem, quia tã pater uẽditor q̃ eius filij ſemper
dede-

dederunt dimidiam partem fructuũ ipſius vineæ emptori & ha
bentibus cauſam ab eo. Dictus aũt Brunerij reus hoc nõ negat,
ſed allegat ꝙ ex quo tã pater venditor q̃ ipſe reus & eius fra
tres ſemper tenuerũt dictũ vineam, licèt tanquã coloni ſpacio an
norũ 30. fuit eis quæſitũ ius in re vt expelli non poſſit de ipſa vi
nea offerendo ſe præſtiturum partem fructuũ ipſi agẽti iuxta ſo
1 litũ, quæritur quid iuris. ¶ Videretur dicendũ ipſum reũ expelli
non poſſe quaſi habentẽ ius in re ex longiſſima poſſeſſione. l. 1.
§. ſi cum lege ſeq. ff. ſi ager vecti. Bar. in l. 1. §. ꝙ aũt. ff. de ſuperfi-
cie. cũ ſi. quæ Dec. cõgerit in conſi. 204. & in conſi. 592. col. 2. Iaſ.
in l. diuortio. §. ſi fundum, col. 2. ff. ſol. matr. & in l. 2. col. 11. C. de
iur. emphy. & ita arguit dñs Aduocatus ipſius Brunerij in curia
Bailliatus ſancti Marcellini. ¶ Sed pręmiſſis non obſtantibus cõ
trariũ puto de iure verius, licèt requiſitus eſſem vt cõſilio eſſem
huic Ant. Brunerij reo, qui poſtea iratus ad me rediјt conquerẽs
ꝙ ſcripſiſſem ꝯ eum. & principio agens habere intentionẽ funda
tam de iure cõi, dupliciter conſiderando. Primò ratione conſti-
tuti per quod vera transfertur poſſeſſio vt plene hr̃ in l. qđ meo.
2 ff de acq. poſſ. & licèt venditor conſtituens ſit mortuus, eius tñ
virtus tranſit ad hæredes & ſic ad ipſum reũ. l. quæſitum. §. fin. ff.
de precario. ¶ Secundò, quia probata eſt poſſeſſio agẽtis, ex per-
ceptione fructuum ipſius vineæ pro ſua parte dñica. l. Titia. vbi
Dy & Bar. ff. de ſolu. l. litibus. C. de agri. & cenſ. li. 11. not. in l. qui
vniuerſas. §. ꝙ per colonũ. & in l. quãuis. §. ſi cõductor. ff. de acq.
poſſ. ideo probata poſſeſſione reintegrari agens debet conſide
rata ſpoliatione facta per reũ denegantem poſſeſſionẽ reſtitue-
3 re, ex qua† denegatione inducitur ſpoliatio. Bal. in conſ. 177. col.
2. li. 3. vbi emphyteota qui cecidit a iure ſuo ſi dñm ad poſſeſſio
nẽ non admittit, dr̃ eũ ſpoliare. & pro hoc eſt tex. in l. ij. vbi Bar.
ff. de preca. Alex. in l. ſi quis rẽ. ff. de acq. poſſ. & dicit Anch. in cõ
ſi. 127. Ad dubia elicita, in fi. quod non admittens venientem ad
poſſeſſionem dr̃ eum expellere, idem dicit Cor. in conſ. 207. col.
ij. li. 2. ¶ Non† obſtat modo ꝙ colonus dicatur habere ius in re ex
4 poſſeſſione longi aut longiſſimi temporis quia reſpondeo ꝙ hic
non apparet de tali locatione facta ad longũ tempus, ſed tãtum
de permiſſione voluntaria, quia dñs permiſit colonũ manere ad
culturam vineæ, ex qua permiſſione voluntaria nullũ ius prætẽ
di põt, alias ſequeretur ꝙ ſi dñs tenuerit famulũ per tempus lon
giſſimum non poſſit eum expellere a ſeruitio ſuo, vt hr̃ in ca. ſi-
gnificante, de appel. Cy. in l. j. & 2. C. de ſerui. & aqua. Ant. de Bu.
in conſi. 3. col. 2. ad fi. quod eſt repetitum in conſi. 51. Abb. in cõ
ſil. 101. col. pe. li. j. quod eſt repetitum in conſi. 57. li. 2. Cor. in con
ſi. 296. col. pe. li. 4. late Rochus de Curte in rep. ca. ſi. col. 56. in ſe-
ptimo requiſito de conſue. & alibi ſæpe doc. ¶ Præterea etiam ꝙ
reus diceretur habere ius in re, tamen iſtud ius ſolum poſſet con
ſiderari durante locatione, quæ locatio non poteſt durare vltra
voluntatem locatoris, qui non reperitur obligatus ad non expel
lendum iſtũ reum colonũ. Præterea non eſt bona conſequentia,
colonus habet ius in re, ergo expelli non poteſt, nam ſi locauero
rem ad decem annos, conductor dr̃ habere ius in re, & tamen la
pſis decem annis expelli poteſt & etiam ante ſi penſionem non
ſoluit aut re conducta male vtatur. Sed tamen verius videtur ꝙ
licet conductor aut colonus non præſcripſerit rem conductã an
te interuerſam poſſeſſionem, tñ præſcripſerit ius coloniæ vt non
poſſit expelli ab ipſo iure coloniæ in qua ſtetiſſet ſpacio longiſ-
ſimi temporis ſoluendo ſingulis annis eandem penſionem vni-
formiter. Ita Bal. in l. male agitur, col. 3. ver. ſi vero conductor, &
in l. omnes, col. 2. ver. exemplũ colonus. C. de præſcri. 30. vel 40.
an. Alex. in l. item quæritur. §. qui impleto, in 1. addit. ad Bar. ff. lo
cati. Bertachi. in 3. parte repertorij in ver. colonus ver. 11. Gratio-
nopol. 13. Maij. 1541. Aymo Crauet.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum non productum in prima inſtantia produci po-
teſt in cauſa appellationis, & talis productio conualidat re-
tro geſta in prima inſtantia.*
Mandatũ ſatis eſt producere quando pars opponit. ibi. nu. 1.
2 *Verba narratiua ſententiæ probant quando tranſiuit ſenten-
tia in rem iudicatam.*
*Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam an habeat præ-
ſumptionem iuris pro ſe, etiam quoad ea quæ in ſententia nõ
narrantur, ibi. nu. 2.*
Sentẽtia cenſetur approbata ex eo quod ab ea nõ appellatur.
*Nullitas ſententiæ perpetuo opponi poteſt vſque ad triginta
annos.*

CONSILIVM CVIII.

DIVINO ſubſidio ex eo tde poſtulato. In iſta cã
Magnifici dñi Grigonis Guiffredi dñi de Bottie
res regij militis & equitis ingenio, haſta & gla-
dio acerrimi exercitatiſſimiq;, ꝯ Magnificũ do.
Bellimontis, quæritur de duobus principaliter.
Primo an illæ duæ ſñiæ latæ in fauorẽ ipſius dñi
de Bottieres aut nobilis quondam dñi Philippi de Bellacomba
eius authoris per ſpectabilem dñm vicebailliuom Grayſiuoda-
ni viribus ſubſiſtant, non facta productione mandatorum in pri
ma inſtantia, & an ſufficiat ipſa mandata fuiſſe producta in cau
ſa appellationis? Secundò, quia in cã appellationis ſolũ fuit pro
ductum inſtrm̃ dictarum ſñiarum ſine actis ſuper quibus fuerũt
pronunciatæ, an hoc ſufficiat, & an credatur verbis narratiuis
ipſarum ſentẽtiarum ſuper ipſis actis? ¶ Circa primum dubium
1 †breuiter puto concludendum ſatis eſſe ꝙ mandata fuerint pro
ducta in cã appellationis interpoſitæ a diffinitiua in qua produ
ci poſſunt non producta, vulgata l. per hanc. C. de temp. appell.
& talis productio mandatorum in cã appellationis conualidat
retro geſta in prima inſtantia. Ang. in conſi. 292. Viſis his quæ ſu-
pra narrantur col. pe. poſt med. ver. ſecunda quia & ſi alia. li. j. &
dicit Bal. in conſi. 122. Verum dictus proceſſus. col. j. li. 3. ꝙ valet
proceſſus non facta fide de mãdato qñ non fuit oppoſitum, &
ſufficit docere de mandato qñ opponitur exceptio procurato-
ria. & ꝙ mãdatum poſſit produci in cã appellationis tenet Ber
tachi. in prima parte ſui repertorij in verbo appellans verſi. 146.
ibi. 2. procurator &c. idem videntur velle dñi de Rot. deci. 248.
nota ꝙ vbi ad requeſtam, in antiq. vbi dicunt valere quod fit ab
eo qui re vera eſt procurator, licèt tunc de eius mandato non cõ
ſtet, idem ẽt voluit Bertachi. in 3. parte ſui repertorij in verſ. pro-
curator appellat ver. quicquid aliter uoluerit Soc. in l. multũ in-
tereſt. col. pe. ff. de cond. & dem. ubi uoluit ꝙ produci dẽt man-
datum ante ſñiam, ſed certe non negat Soci. conualidari acta ſi
poſtea productio fiat. præterea allegat Soc. d. dec. Rotæ in antiq.
ergo ſm eam dẽt intelligi. Ex quibus puto concludendum circa
hoc primũ dubiũ non eſſe dubitandũ de ualiditate dictarũ ſñia
rum ob aſſertũ defectum procuratoriorũ, & præmiſſa intelligo
qñ mandatũ iã erat factũ ante latã ſñiam in prima inſtantia, ſe-
cus ſi poſt ſñiam, quia tũc ratificari non pñt geſta falſi procura-
toris in præiudiciũ partis. Rot. deci. 12. nota ꝙ geſta, in antiq. Cir
ca ſm dubiũ uideret̃ prima frõte dicendũ non eſſe credendum
uerbis iudicis in ſñia ſuper actis niſi aliter de eis conſtet. ea. qm̃
ꝯ. ubi late doc. de prob. maxime, quia dr̃ appellatum ab illis ſen
tentijs quo caſu ſine dubio talia uerba narratiua non uident̃ pro
bare, ut per Bart. & doc. in auth. ſi quis in aliquo documento. C.
2 de edẽ. ¶ †Sed præmiſſis nõ obſtantibus ꝯrium in caſu iſto puto
de iure uerius, nã iſtæ duæ ſñiæ tranſitũ fecerunt in rẽ iudicatã, a
qbus appellatũ nõ apparet, & poſito ꝙ fuiſſet appellatũ, fatalia
tñ decurſa ſunt, adeo ꝙ appellatio eſſet deſerta, iõ credendũ eſt
uerbis narratiuis ipſarũ ſñiarum ſuper ipſis actis, licèt illa non
producãtur ut plene hr̃ per doc. in c. cũ inter, de re iud. Amplius
qñ ſñia tranſiuit in rẽ iudicatã præſumitur pro ea ꝙ omnia fue-
rint ſolẽniter acta & illa interuenerit, licèt de ipſis actis mentio
non fiat in ſñia ſaltẽ in antiquis. Paul. de Ca. in conſ. 202. In cau-
ſa confiniũ. col. 3. li. j. allegat Inn. in c. cũ in iure, de off. dele. & li-
cèt idẽ Pau. in conſi. 76. In facto iſto quatuor. col. 2. li. 2. uoluerit
ꝯrium, tñ reperio ꝙ illud tenet Veronenſis in conſi. 26. in 2. dub.
& in conſi. 63. col. 4. uer. ultra ẽt prædicta, ubi ꝙ in antiquis poſt
decurſa fatalia præſumitur pro ſñia, ẽt in his de quibus non fit
mentio in ſñia. ſed iſta difficultas ceſſat in caſu noſtro in quo de
ipſis actis mẽtio ſpecialis facta eſt in ipſis duabus ſñijs. quo ca
ſu nemo ꝯdicit quin præſumatur pro ſñia quæ tranſiuit in rẽ iu-
dicatam, licèt non ſimus in antiquis abſq; alia actorũ productio
ne, ut not. Inno. in c. bonæ. in uer. præſumitur, de elec. ſequit̃ Pau.
de Ca. in conſi. 16. Si ponderarẽtur, col. 2. uer. reſtat nunc reſpon
3 dere. lib. j. Qui† enim a ſñia non appellat, cẽſetur eam approba-
re. l. j. C. de poſtul. l. j. C. ſi ſæpius in integ. reſt. poſtule. c. ꝙ ad con
ſultationẽ, de re iudi. quæ iura ad hoc propoſitum allegat Abb.
in conſ. 73. col. 2. li. j. ideo poſt ſñiam approbatam reprobari am
5 plius non poteſt. regula quod ſemel placuit, in 6. Sed diceret† ali-
quis, licèt ab illis ſñijs non fuerit appellatũ aut appellatio de-
ſerta

ſerta, dici tñ poſtea de nullitate perpetuo uſq; ad 30. annos, glo. in c. vnde quæritur, in fi. gl. magnæ 35. q. 9. Bal. in l. ſcire oportet. §. fin. ff. de excu. tuto. in l. data opera, col. 26. C. qui accu. non poſ, & in c. ſæpe. col. pe. de appel. Aug. in l. ſicut, per tnt. per gl. ibi. C. de præſcri. 30. vel 40. an. Alex. in conſ. 59. col. 4. li. 4. Soc. in conſil. 10, col. fi. circa med. li. 4. Iaſ. in l. j. in fi. prin. ff. de ferijs. & in cõſi. 21. cpl. 2. circa fi. li. 1. Cor. in conſi. 302. col. 2. li. j. ſed nullæ videnẽ iſtæ ſniæ tanquam latæ ſine actis de quibus non apparet, latæ. n. videntur ordine iudiciario non ſeruato. l. prolatam, cum ibi not. C. de ſenten. Reſpondeo, q ex hoc capite de nullitate dici nõ po teſt, & q immo apparet de ipſis actis iuris præſumptione, quæ dr̃ probatio liquidisſima. l. licèt imperator, cũ ibi no. ff. de leg. 1. ius. n. præſumit omnia ſolenniter fuiſſe acta, & q acta præceſſerint ex quo pars non appellauit aut aliter tranſiuerunt ſniæ in rẽ iudicatam per ſupradicta. ¶ Nec videtur prçſumendum q iudex fulminauerit duas ſnias velo ita leuato ſine actis grauando eius conſcientiam & animam. Acta autem ſi inueniri poſſent, clarius apparere poſſet de iuſtitia vel iniuſtitia ipſarum ſententiarum. Grationopoli. 8. Maij. 1541. & ita fuit iudicatum per curiam ſupremam Delphinatus die. 30. Martij. 1542. Aymo Crauet.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta poſt mortem plurium, an habeat locum euemente caſu ſubſtitutionis in perſona unius tantum.*

2 *Filij poſiti in conditione, an dicantur prædilecti ſubſtitutis.*

3 *Prædilectus quis dicatur ad excluſionem ſubſtituti.*

4 *Coniunctus licèt pro coniuncto agat, ei tamen præiudicare non poteſt.*

5 *Legitimæ ſupplementum peti poteſt condictione ex lege in rẽ ſcripta, & an peti poſſit petitione hæreditatis, & an cõpetat contra legatarios fideicommiſſarios, aut alios tertios poſſeſſores.*

6 *Legitima non debetur in rebus alijs legatis niſi teſtator leget omnes res meliores hæreditatis.*

7 *Legitima qualiter debeatur quando in hæreditate non ſunt corpora hæreditaria ſed ſolum iura & actiones pro conſequẽdis bonis pertinentibus ad teſtatorem.*

8 *Ceſſio actionum liberat debitorẽ obligatum ex eo ſolum quod actiones habeat.*

9 *Hæres quando alienauit bona, an poſſit conueniri pro legitima.*

CONSILIVM CIX.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. De anno 1472. & die 18. menſis Augusti, nobilis Ludouicus de Villeta dñs de Crotis & Podij ſanguinarum & condñs mandamenti Sabinæ inſtituit nobile Martinũ & Ludouicũ poſthumum eius filios hæredes vniuerſales, quibus reciprocã fecit ſubſtitutionem, & ſi ipſi Martinus & poſthumus decederent ſine liberis ſubſtituit Margaritam & alias filias ipſius teſtatoris, deinde mortuo teſtatore deceſſit Ludouicus poſthumus relictis liberis, & poſtea deceſſit Martinus ſine liberis. Quæritur, an dicatur purificata ſubſtitutio facta in fauorẽ Margaritæ & filiarũ
1 teſtatoris? ¶ Videretur † dicendũ prima fronte q non, primo quia filiæ teſtatoris fuerunt ſubſtitutæ ſub illa conditione ſi Martinus & poſthumus decederẽt ſine liberis, ideo illa copula deberet verificari in perſona vtriuſq; hæredis. l. ſi hæredi plures. ff. de cõdi. inſti. cum ſi. ¶ Secundò ponendo teſtator liberos filiorum in conditione ad excluſionem filiarum ſubſtitutarum vr̃ ipſos liberos prædilexiſſe filiabus, ideo licèt regula habeatur q vbi fit ſubſtitutio pluribus, habeat locum euenieñte caſu ſubſtitutionis ſeu purificata cõditione in perſona vnius tm̃. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Treb. illud tñ locum non habet qñ ſupereſt perſona quæ ex veriſimili mente teſtatoris præfertur ſubſtituto. l. pe. C. de impub. & alijs ſub. ſed in caſu noſtro teſtator vr̃ habuiſſe maiorẽ affectionem ad liberos filiorũ quæ ad filias, ergo liberi filiorũ tanquam prædilecti videntur excludere ipſas filias. Sed præmiſſis non obſtantibus õriũ puto de iure verius, q immo Margarita filia teſtatoris admitti debeat ex ſubſtitutione, & pro ea eſt caſus in terminis in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Treb. qui tex. loquitur in fortioribus terminis. nã ibi teſtator inſtituit duos filios quos inuicẽ ſubſtituit, & ſi vterq; decederet ſine liberis ſubſtituit Claudiã nepotẽ teſtatoris: deinde deceſſit vnus relicto filio in quo ſubſtitutio defecit, poſtea moritur alter ſine liberis, dr̃ q Claudia ſubſtituta admittitur ad portionem vltimi decedẽtis ſine liberis. Stringo illũ tex. a fortiori & induco ad deciſionem qõnis noſtræ, nã ibi facta erat ſubſtitutio ſi vterq; deceſſerit ſine liberis, ideo altero tantum moriente ſine liberis nullo modo locus eſſe videbaẽ ſubſtitutioni, quia repugnat natura & ſignificatio illius dictionis vterq;, & tñ violatur ibi proprietas verbi in fauorem Claudiæ ſubſtitutæ ex præſumpta mẽte teſtatoris, nam voluit q vtroque moriente ſine liberis Claudia haberet portionẽ vtriuſque, a fortiori cenſetur voluiſſe q altero tantum moriente ſine liberis, haberet portionẽ illius tm̃, idem dicendum in caſu noſtro, nam teſtator voluit q Martino & poſthumo decedẽtibus ſine liberis filiæ eius haberent portiones vtriuſq; Martini & poſthumi, a fortiori cenſetur voluiſſe q haberent portionẽ alterius tantũ. l. Martini. regula, cui quod plus. l. in actionibus. ff. de in lit iurã. cum ſi. ¶ Solum ſupereſt ad õria rñdere, & ad primum q conditio non fuerit purificata ſm naturam copulæ dico q in iſto caſu non attenditur natura copulæ neq; proprietas verborum, ſed mens teſtatoris, ita eſt caſus in d. §. cũ ita. ¶ Non obſtat † q liberi filiorũ
2 videantur prædilecti tanquã poſiti in conditione ad excluſionẽ filiarum, quia rñdeo q fuerunt prædilecti in portionibus ſuorũ parentum ab inteſtato, ſed nõ fuerunt aliquo modo vocati ex teſtamento, quia poſiti in conditione non cenſentur vocati ſm gl. cõiter approbatam in l. Lucius. ff. de hære. inſti. filiæ aũt fuerunt vocatæ tã titulo particularis inſtitutionis quàm vniuerſalis ſubſtitutionis, & ſic retorquetur fundamentũ prædilectionis, quia immo filiæ fuerũt prædilectæ tanquã bis vocatæ. ¶ Secundò re-
3 ſpondeo † ad hoc vt aliquis dicatur prædilectus ad excluſionem ſubſtituti in materia noſtra, requiritur q talis perſona ſit proximior ſubſtituto in ſuccedendo ab inteſtato ei de cuius hæreditate agitur ſeu per cuius mortem euenit caſus ſubſtitutionis, ideo niſi ab inteſtato excludat ſubſtitutũ non dr̃ prædilectus ſm Bar. in d. §. cum ita, in fi. quem doct. cõiter ſequuntur, tradit Alex. in conſi. 11. col. 4. ver. & hoc procedit. lib. 3. Soc. in conſil. 94. col. 3. ver. ſed hanc rationem. li. 4. Cor. in conſi. 30. col. j. ad fi. & ſeq. in conſi. 55. col. pe. ver. & q fœmina. in conſi. 97. col. 5. ver. & quidẽ circa hoc, in conſi. 283. col. 3. verſ. & ideo ad dictam theoricam. li. j. in conſi. 22. col. 5. in conſi. 124. col. 2. & in conſi. 138. col. j. lib. 2. in conſi. 93. col. fi. in conſ. 186. col. 1. in conſi. 202. col. 2. in conſi. 229. col. 2. in conſi. 276. col. 2. ver. confirmari vr̃. li. 3. in conſi. 159. col. 5. & in conſi. 298. col. 2. li. 4. Bolog. in addi. ad conſilia Io. de Ana. in conſ. 66. col. 4. Dec. in d. l. pe. col. 4. C. de impub. cum ſim. ſed liberi Ludouici poſthumi non excludunt ab inteſtato filias teſtatoris ſororis dicti Martini & proximiores ipſis liberis. licèt hoc caſu vbi agiẽ de ſucceſſione patrui filij intrẽt locum patris, ergo dici non põt q excludantur filiæ teſtatoris à ſubſtitutione per liberos Ludouici poſthumi tãquam prædilectos. Ex quibus concludo rectè egiſſet Margaritam ad ius illud ſubſtitutionis, & q ipſius ſubſtitutionis caſus euenit in perſonam ipſius Margaritæ præmortuis ſororibus. Aduerte tñ q ad excluſionem ſubſtituti vt non admittaẽ ex ſubſtitutione ſatis videtur q inter cohæredes detur ius ſucceſſionis ab inteſtato & ſint deſcendẽtibus, vt per Soc. in l. j. col. 71. in fi. ver. & pro hac opi. ff. de vulg. & in d. l. hæredes mei. §. cum ita. col. 13. in prin. ver. ex qua conſideratione infertur. Ideo licèt cohæres deſcendens in totum non excludat ſubſtitutum, ſed ſimul cum eo admittatur ab inteſtato, iſtud tamen videtur ſufficere. arg. l. quæ de tota. ff. de rei vend. ¶ Secundò quæritur quia deceſſit ipſa Margarita relictis nobilibus Catharina & Ludouica filiabus hæredibus particularibus Gaſpardo, Balthaſare, & Melchiorre filijs hæredibus vniuerſalibus qui iura dictæ ſubſtitutionis ceſſerunt, & remiſerunt nobili Gaſpardo de Rama, an in illa ceſſione & remiſſione comprehendatur ius ipſarum Catherinæ & Ludouicæ. breuiter iſta quod nõ multum accurate vr̃ formata, quia poſito q iura ipſarum filiarũ ceſſa fuiſſent, talis tñ ceſſio non valeret facta ſine earum mandato & voluntate, quod. n. inuito me actum eſt, mihi nocere non dẽt. l. in cauſæ, poſt prin. ff. de procura. l. j. C. quib. res iud. non nocet. nec factum vnius alij præiudicat ſine eius mandato. l. ſerui furioſi. ff. de manumiſ. l. ab agnato. ff. de cura. furio. l. fi. ff. qui & a qui-
4 bus. l. licèt. ff. de iud. l. licèt. C. de proc. & licèt † coniunctus agere poſſit pro coniuncto, ei tñ præiudicare nõ põt niſi ſequatur ratificatio. l. 3. §. ſed & ſi forte. & ibi Bar. ff. iudi. ſolui. Paul. de Caſt. in conſ. 100. in cauſa mihi cõmiſſa, ad fi. li. 1. Nec põt vnus alterũ inuitum obligare. l. inter ſtipulantem, in 1. 2. & 3. reſponſo. ff. de verbor. obliga. auth. ſi quando. verſi. cum autem. C. de conſtit. pecu.

¶ Dico

¶Dico tamen circa hoc dubium, ꝙ ceſſa fuerint iura oĩa dictæ
Margaritę competẽtia vigore dictæ ſubſtitutionis, & licèt illa ceſ
ſio ita vniuerſalis nõ præiudicet ipſis Catharinæ & Ludouicæ, tñ
ſi moleſtet̃ ceſſionarius per ipſas filias Margaritæ, tenebit̃ cedẽs
de euictione ex forma & tenore ipſius inſtrũ ceſſionis, in quo de
euictione promiſſum eſt ꝑ verba ampla & prægnãtia. ¶Tertiò q̃-
ritur, quia Catharina & Ludouica agere intẽdũt ad ſupplemẽtũ
legitimæ debitæ in bonis Margaritæ matris q̃uo agere poterunt
reſpectu iſtorum bonorum ſubſtitutorum. Puto concludendum,
ꝙ agere poſſint ↄ̈ hr̃dem vniuerſalem pro bonis hr̃ditarijs ab eo
poſſeſſis ſeu quatenus poſſidet & pro bonis ab eo nõ poſſeſſis,
nec etiam à matre defuncta, ſed quæ ab ea petebantur, agi poſſit
ↄ̈ tertios poſſeſſores, nam † pro ſupplemento legitimæ competit
5 cõdictio ex lege in rem ſcripta, cum debeatur de ſubſtãtia bono-
rum teſtatoris, ideo dr̃ onus reale, vt no. Bar. in l. in quartam, col.
pe. poſt med. ff. ad legem Falci. Cor. in cõſi. 148. & in cõſi. 289. co
lũ. 5. in ſecundo dubio. lib. 4. vbi amplius voluit ꝙ detur petitio
hr̃ditatis, ſed hoc nõ firmo ꝑ ea quæ latius ſcribit Iaſ. in §. actio-
num, col. 29. poſt med. inſti. de actio. ꝙ tñ competat petitio hære
ditatis voluit Bal. in repe. l. pater filium, col. 6. ff. de inoff. teſt. in l.
ſi quis in ſuo, ver. quęro ergo. & in l. ſi quis filium, col. 3. ver. tertio
ga ꝑm alios. C. de inoff. teſt. ſequitur Cor. in d. conſi. Idem ſentit
Pau. de Caſt. in cõſi. 416. Iſta dña Sancta. in fi. lib. 1. & in cõſi. 204.
Super primo dubio. lib. 2. Quod ſine dubio vr̃ procedere qñ fili⁹
in aliquo fuit inſtitutus, quia tũc dr̃ hæres licèt particularis, ideo
cõpetit petitio hæreditatis, ita Cur. ſen. in conſi. 13. col. 4. in fi. li-
cèt idem Curt. variauerit in cõſil. vltimo in fi. vbi ꝙ pro legitima
aut eius ſupplemento non competit petitio hr̃ditatis neq; actio
ex teſtõ, ſed ſolum cõdictio ex l. quæ tñ vr̃ procedere qñ peteret̃
legitima in pecunia non hæreditaria, quia pro re non hæredita-
ria non põt cõpetere petitio hæreditatis, ſed q̃uocũq; ſit ſatis eſt,
ꝙ actio competẽs pro ſupplemento legitimæ ſequit̃ res hæredi-
tarias. Pau. de Caſt. in cõſi. 416. Iſta dña Sancta. circa fi. lib. 1. ꝑ tex.
in l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffi. teſt. & in l. iubemus. C. ad
Treb. quod etiam voluit Bar. in d. l. in quartam, dum dicit iſtud eſ
ſe onus reale. ¶Eſt verum ꝙ Dec. in conſi. 633. ſequi vr̃ illam di-
ſtinctionem, ꝙ ſi hæreditas ſit ſoluendo, agi debeat pro ſupple-
mento legitimæ ↄ̈ ſolum hæredem vniuerſalem, ſi vero nõ ſit ſol
uendo etiam ↄ̈ legatarios, fideicommiſſarios, quod etiam voluit
Guido Papæ. q. 82. ſed certe loquitur Deci. in caſu multũ diuerſo
& habẽte rationem diuerſitatis, Nam ideo agi debet ↄ̈ ſolũ hære
dem vbi hæreditas eſt ſoluendo, quia † legitima nõ debetur in re
6 bus alijs legatis & relictis qñ ſuperſunt alia bona in hæreditate ni
ſi forte legaſſet teſtator oẽs res meliores de hr̃ditate. Alex. in d. l.
in quartã. col. 13. & in cõſi. 15. lib. 5. Cor. in cõſi. 106. col. fi. libr. 2.
& in conſi. 180. col. 5. ad fi. in 4. dubio. lib. 4. Dec. in conſi. 81. col.
pe. ver. ſeptimo quæritur. Crotus de Monteferrato in repe. §. diui.
l. filiusfamilias. col. 4. ff. de lega. 1. ſecus in bonis hæreditarijs nõ le
gatis, ſed poſſeſſis aut occupatis per alios ↄ̈ voluntatem teſtato-
ris, de quibus tanq̃ de bonis pertinentibus ad ipſum teſtatorẽ fi-
lijs debetur legitima & cum illa bona non poſſideãtur per hære
dem vniuerſalẽ, durum videret̃ ꝙ ipſe pro eis teneat̃. Benefateor,
ꝙ iſtæ filiæ poſſent agere cõtra hæredẽ vniuerſalem quatenus ac
cepit de iſtis iuribus ſubſtitutionis, nec tñ cogerentur agere eũ
acceperit pecuniam. i. ſcutos ducentum ſupra mille, & legitima
7 debeatur in corporibus hæreditarijs & de ipſa ſubſtantia. ¶Sed
dicet† aliquis, iſta bona nunq̃ fuerunt in hæreditate, & ſubſtãtia
bonorum Margaritæ, quæ ea nunq̃ poſſedit, ergo in eis nõ vr̃ de-
bita legitima. Rñdeo, ꝙ ſaltẽ reliquit Margarita in hr̃ditate ſua
iura & actiones cõpetentes ad cõſequẽdũ bona illa ſubſtitutio-
ni ſubiecta, & licèt legitima dicat̃ quota bonorũ, nõ hæreditatis
vt latè ꝑ Iaſ. in d. §. actionũ, ideo actiones hæreditariæ nõ videã
tur competere filio rõne & pro rata legitimæ ipſo iure, tñ agere
põt filius ↄ̈ hæredẽ vniuerſalẽ, vt ſibi cedat actiones ↄ̈ detinẽtes
bona p̄dicta quatenus ad filiũ ꝑtinent ꝑ ſupplemento legitimæ,
quod ſenſit Cor. in d. cõſ. 148. circa fi. ibi magis aũt inclino, & c. li.
4. Nã cũ in hr̃ditate ſolũ ſint actiones cõpetẽtes ad ipſa bona fi-
deicommiſſi, q̃ actiones dñr eſſe in bonis hęreditarijs. l. qui actio
nẽ habet, vbi Deci. ff. de reg. iur. non debet obligari hæres ad ſup
plẽdũ legitimã niſi quatenus eſt in hæreditate, & ſic tenet̃ ſolum
ad cedendũ illa iura & actiones pro quantitate legitimæ, quãdo
8 † enim tenet̃ quis ex eo ſolũ, ꝙ actionem habet, cedẽdo actionẽ
liberat̃. l. ꝙ ſi in diem. §. Iulianus. ff. de peti. hære. l. quod debet̃. ff.
de pecul. l. ſi ſic. §. 1. in fi. l. nã quocũq;. §. qui Gaium. ff. de lega. 1. l.
ſi Titius. §. cũ ita. & l. Lucius. §. ciuibus. ff. de leg. 2. & ſi hęres actio
nes cedere nõ poſſit, quia eas remiſit, obligat̃ ad intereſſe. l. ſtipu
lationes nõ diuidũtur, ver. Celſus. ff. de verb. obl. cũ ibi plenè no-
9 ta. ¶Si aut † illa bona fideicõmiſſi fuiſſent in bonis & dñio Mar-
garitæ, vt quia hæreditas fuiſſet reſtituta re aut verbo iuxta tex. in
l. qui quadraginta, & l. poſtulant. §. ſed in huiuſmodi. ff. ad Trebe.
§. reſtituta, inſtit. de fideic. hære. vel ſi bona fuiſſent alienata ꝑ hę
redem grauatum, quo caſu eueniẽte conditione fideicõmiſſi re-
ſoluit̃ alienatio, & tranſit dñium ipſo iure in fideicõmiſſariũ. l. fi.
§. ſinantem ſub cõditione, & auth. res q̃. C. cõmu. de lega. in iſtis
caſibus agi poſſet pro ſupplemẽto legitimæ ↄ̈ ipſos poſſeſſores
cũ tal a bona dicantur hæreditaria & de ſubſtãtia bonorũ teſta
toris. Nec tunc agi poſſet ↄ̈ hæredem vniuerſalem, nõ quidem vt
legitimam ſuppleat in illis bonis cũ ea nõ poſſideat, non vt actio
nes p̄ſtet, quia filius pro ſupplemẽto legitimæ actionẽ habet rea-
lem aut in rem ſcriptam, vt ceſſio alia neceſſaria non ſit, in caſu
tñ noſtro non puto ꝙ dominium rerũ fideicommiſſi tranſlatum
eſſet in ipſam Margaritam, ideo tutius eſſe credo ſi agatur cõtra
hr̃dem vniuerſalẽ ad cedendum actiones prout ſupra, & ita de
iure concludendum videtur in hac materia ſatis difficili & ſca-
broſa, ad correctionem tamen cuiuſuis rectius ſentientis. Gratio
nopoli. 21. Maij. 1541. Aymo Crauetta iuriſconſultus.

S V M M A R I V M.

1 *Aſcendens grauatus, an ita poſſit detrahere duas quartas ſicut
deſcendens, in quo dubio concluditur quod ſic, contra Alex.
& Iaſ.*
2 *Hæres grauatus qualiter teneatur ad legata, & an Trebelli a
nica detrahatur habito reſpectu ad legata ſoluta.*
3 *Legitima debita aſcendenti quanta ſit.*

C O N S I L I V M CX.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Circa teſta
mẽtum Ricardi Bergerij ex loco Breiſiaci ſuper
quo dubitatur, an Peroneta Florete mater teſta-
toris & hr̃s vniuerſalis grauata reſtituere poſt
eius mortem bona hæreditaria Margaritæ Fa-
uræ vxoris teſtatoris, poſſit detrahere duas quar
tas, id eſt, legitimam & Trebelliaeam, ſicut dicitur de filio gra-
uato, iuxta tex. in c. Raynutius, & in c. Raynaldus, de teſta. ¶Vide
1 retur dicendum † primo aſpectu, ꝙ nõ, ſequendo opi. Alex. qui in
terminis ita tenet in l. in ratione. §. ꝙ vulgo, col. 7. verſi. poteſt du
bitari. ff. ad legem Falcid. ſequitur Iaſ. in authẽ. ſi qua mulier. col.
10. verſi. ſecundo quia filij. C. de ſacroſan. eccle. in l. filium, colũ.
5. C. de inoff. teſta. in l. qui ſe patris, colũ. pe. verſi. quinto facit. C.
vnde liberi. & in l. generaliter. §. cum aũt, colũ. 4. ad finem ſepti-
mæ limitationis. C. de inſtitu. & ſubſtitu. Idem tenet Soc. in l. cum
auus, colũ. 4. verſic. ſeptimo adducit. ff. de condi. & demon. Ioan.
de Garronibus in repe. auth. ex teſtamẽto. nu. 17. C. de ſecũ. nup.
¶Quibus nõ obſtantibus contraria opinio videt̃ de iure verior,
quam tenẽt Ang. & Cuma. in l. miles. §. fi. ff. de teſta. mil. quos re-
fert & ſequitur Crotus de Mõteferrato in rep. l. qui Romæ. §. duo
fratres, col. 22. ver. nunquid aũt idẽ ſit ecõtra. ff. de verb. obl. & in
repe. l. re cõiuncti, col. 63. q. 21. verſic. ex quo inferebã. ff. de lega.
3. vbi dicit ꝙ iſta opinio cõiter tenet̃, & ꝙ pro ea ſæpius conſu-
luit. Sed vltra Crotum, allego Pau. de Caſt. in conſ. 356. Super pri
mo puncto videret̃ dicendũ, col. 2. in ſecundo dubio lib. 1. Barba.
in rep. c. Raynutius, char. pen. colũ. 2. de teſta. eandem opin. tenet
Capra in cõſi. 99. colũ. fi. ¶Non obſt. auctoritas Alex. & Iaſ. quia
Iaſ. ſimpliciter refert & ſequitur Alex. Alex. aũt mouet̃ malo fun
damẽto, ad quod rñdet Crotus in dictis locis, eodẽ modo rñde
tur ad auctoritatẽ d. Stehpha. Bertran. ſimpliciter ſequẽtis Alex.
in cõſi. 19. in 3. dubio cõſiliorũ nouiſſime impreſſorũ ꝑ de port.
2 ¶Secundò quæritur † circa legata relicta vxori dicti teſtatoris
quomodo & qualiter præſtari debeant. breuiter quoad legatum
terræ ſeu prædij, quia illud fuit purum & fideicõmiſſum cõditio
nale, illud debet ab hærede grauato, & in detractione Trebellia-
nicæ non habet̃ ratio illius terræ, ſed ea detracta de reſiduis bo-
nis capietur Trebellianica. ¶Quo vero ad legatum ducentum
aureorum relictũ in diem, ſi dies venit ante mortem hæredis gra
uati, idẽ dicẽdũ eſt quod ſupra in legato terræ, ſi vero venit dies
poſt mortẽ hæredis tunc Margarita fideicõmiſſaria ſolum petet
reſtitutionẽ fideicõmiſſi ꝑ quã cõfundet̃ actio quo ad illos ſcu-

tos ducentú,& detrahet Trebellianica de oĩbus bonis acſi aurei
illi ducentũ legati non fuiſſent & pmiſſa ita uſir determinati per
Bar.& doc in l.Marcellus.§.idẽ Pomponius. ff.ad Trebellianum.
& latius alias conſului in facto mihi ꝓpoſito ſub nomine nobi-
lis Stephani de Monte Orſerio licèt re uera pertineret ad magnifi
cũ dñm Antoniũ de Claromoote primũ Baronẽ patriæ Dalphi-
3 natus.ut patet conſi.meo 16.¶Circa legitimã † debitã dictæ Pero
netæ matri teſtatoris quãta ſit,trãſeo cũ opin.dñi conſulentis,ꝙ
ſit triens & ultra doc.alleg.p ipſum dñm cõſulentẽ,adduco Pau.
de Caſt.in conſ.576.Quõ fundamentum.col.5.lib.1.Bal. in conſ.
360.In conſulendo,col.5.lib.4.Soci.in conſ.75.col.2.ad fi.lib. 3.
Crot.in d.l.re coniuncti,col.45.uerſi.quarta ſit concluſio.Gratio
nopoli.23.Maij.1541.Aymo Crauetta.

SVMMARIVM.

1 *Collecta exactio ſit executiue,ideo ſi quis collectam recuſet ſolu re,auferuntur ab eo fructus,quod qualiter procedat, vide numero 19.*

2 *Poſſeſſio libertatis non ſoluendi onera qualiter acquiratur, & quot requirantur,vt inducatur talis poſſeſſio, & nu. 21. vbi mordetur Alex.& nu.25.*

3 *Libertas non ſoluendi onera acquiritur ex non vſu taleandi quando talearum caſus euenit.*

4 *Libertas aduerſus onera probatur quando dominus habẽs plura prædia,aliqua regiſtrauit, & aliqua non, quia pro prædijs non regiſtratis arguitur libertas.*

5 *Taciturnitas præiudicat quando vltra taciturnitatem factũ aliquod poſitiuum interceſſit.*

6 *Libertas non ſoluendi onera pro bonis acquiritur quãdo pro aliquibus bonis ſoluta fuerunt.pro aliquibus non,quo ad ea bona pro quibus ſolutum non fuit.*

7 *Collectam ſoluere nõ tenetur qui pro bonis ſuis certum quid annuũ vniuerſitati ſoluit*

8 *Onere duplici grauori quis non debet pro eadem re.*

9 *Libertas bonorum præſumitur,niſi probetur ſeruitus.*

10 *Forenſis collectari poteſt ex conſuetudine aut præſcriptione.*

Libertas aduerſus onera facilius præſcribi debet quã ſeruitus. ibi.num.10.

11 *Negatiua quod quis onera non ſoluerit,probari non debet per eum qui præſcriptionem libertatis contra onera allegat, ſed probare ſufficit temporis curſum.40.annorum,& negatiuam allegare.*

12 *Libertas aduerſus onera quãto tempore præſcribatur, pulchre hic vide.*

13 *Libertas præſumitur aut probatur ex inſpectione regiſtri in quo non appareat de aliqua regiſtratione bonorum nec ſolutione onerum.*

14 *Libertas nõ ſoluendi onera perditur quando liber ab oneribus bona libera regiſtrat.*

15 *Conſuetudo collectandi forenſes reſtringi debet ad eos quibus exactum eſt.*

16 *Conſuetudo ſpecialis derogat generali.*

17 *Exemptio caſtri arguitur quando dominus ipſius caſtri nõ viſitat ipſum ſuperiorem aut eius legatum,nec eum vt talem recognoſcit.*

18 *A nomine bonum eſt arguere.puta quando aliqua res appellatur res talis,nam præſumitur quod ſit illius.*

20 *Præſcriptio non requiritur poſſeſſionem quando agitur de extinguendo iure alterius tantum non de acquirendo,ſimiliter non requiritur poſſeſſio in præſcriptione triginta annorum.*

22 *Præſcriptio in actibus mere voluntarijs quid requirat, puta quod quis cogi poſſit ad coquendum in furni alterius,vel molendum in molendino alterius.*

23 *Præſcriptio currit in actibus mere voluntarijs quando ſunt talia quæ in iudicio deduci poſſunt.*

24 *Obligatio legalis dicitur fortior obligatione hominis.*

26 *Interpretatio in dubio ſit contra collectam.*

CONSILIVM CXI,

¶Pro auctore contra homines & communitatem Ripæ prope Cherium, conſilium pulcherimum & utiliſſimũ in materia collectarum. Attende igitur aures lector & animum ſtudiumq; tuũ adiunge ad conſilij huius efficaciam, in quo ipſo nouis ueriſſimiſque interpretationibus ocium licet oblectare.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato.Spectabilis
iuriſconſultus dñs Aymo Crauetta de Sauiliano
emit quandã grangiã ſuper vltimis finibus Ripę
prope Cheriũ tanq̃ liberam ab oneribus precio
ſcutorum vndecim cẽtũ & tredecim, cuius gran
giæ prædia nunq̃ fuerũt regiſtrata,nec deſcripta
in regiſtro vniuerſitatis dicti loci Ripæ tanq̃ libera & exẽpta.Pro
quibus ſolitũ eſt ſolui certũ quid ſingulis annis ſimul cũ pluribus
alijs nobilibus qui prædia plurima poſſident ſuper eiſdẽ finibus
eiuſdẽ qualitatis & libertatis, & appellãtur ipſa prædia terræ cõ
uentionatæ,quia ex cõuentione inter dictos nobiles & vniuerſita
tẽ Ripæ ſolũ tenentur ad certum qd annuum in ſingulos annos,
nec p hominũ memoriã alia onera ſoluta vnq̃ fuerũt. Modo ab-
ſente ipſo dño Aymone à patria Pedemõtiũ ob diſcrimina belli-
ca,& Grationopoli agente cum vxore & liberis,vniuerſitas dicti
loci Ripæ de facto & velo leuato dr̃ alienaſſe iuger vnũ ex pdijs
ipſius dñi Aymonis eo non citato neq; vocato,quærit, an reinte-
1 grari debeat ad poſſeſſionem rei ita alienatæ.¶Videret † dicẽdũ
prima frõte ꝙ non,nã in exactione onerum publicorum,vt ſunt
collectę procedit ſummarie & executiue.§.coges,in auth.de mã
da.prin.Bal.in conſ.538.Ad veritatem.lib.1.& in conſ.434.Licèt
index.lib.3.& dicit idem Bal.in l.ẽt.de execu.rei iud. ꝙ ſi quis no
luerit ſoluere taleas,auferetur ab eo res,vel fructus,ob id non vr̃
eſſe locus reintegrationi ob defectum ſolennitatis iuris. ¶Secun
2 dò † reintegratio præſupponit poſſeſſionem ꝙ dñs agens eſſet in
poſſe ſſione libertatis non ſoluendi onera , quæ poſſeſſio non vr̃
conſiderabilis in factis negatiuis niſi à tempore interpellationis
& negationis ſeu contradictionis ſecutæ iuxta latè no.in c.ſignifi
cãte,de appell.Iaſ.in §. æquè,col.6 ver.circa tñ hanc partẽ,inſti.
de actio.ideo in terminis collectarum Alex.in conſ.139.col. pe.li.
2.dicit, ꝙ ad hoc, vt quis præſcribat libertatem aduerſus onera
collectarum requiritur,ꝙ aliqñ fuerit interpellatus ad ſoluendũ
& contradixerit,quod à tempore cõtradictionis finitum ſit tem
pus ſufficiens ad præſcriptionem per ea quæ ſcribit Bar. in l.in fi
lijs.C.de decurio.li.10.& in l.cum ſcimus.C.de agrico. & cẽſ.li.
11.cum ſimili.Ad idem faciunt not.per Ioan.And.in c. Ioannes,
de cler.coniuga.vbi ꝙ ex non vſu legis non inducitur cõſuetudo
negatiua niſi interueniat actus contrarius legi,puta ex eo, ꝙ non
fuit præſtita cautio de damno infecto licèt domus minatur rui-
nam,non tollitur lex mandans caueri,nec inducitur conſuetudo
negatiua ꝙ non caueatur. ſimiliter licèt aduocati nunquam iura-
uerint de calumnia non tollitur lex mandans iurari, niſi aliquan
do fuerit petita talis cautio damni infecti & præſtatio iuramenti
calumniæ & nõ obſtãte petitione nunquam cautũ fuerit & nun
quam iuratum,ſequitur Alex.in conſi.196.col.3.in fi.lib.2.not.ẽt
Guido Papæ.q.631.col.15.¶Quibus tamẽ & alijs ſimilibus quæ
adduci poſſent non obſtantibus, quæ vere non obſtant,contra-
rium puto de iure verius, ꝙ immo probetur poſſeſſio ſeu quaſi
libertatis ipſius domini Aymonis aduerſus obligationem, aut
ſolutionem talearum ea pluribus & ſequentibus fundamentis.
3 Primò † quia ſæpiſſime caſus euenit quo vniuerſitas dicti loci
Ripæ coacta fuit taleas ſeu collectas imponere etiam de tempo-
re armigerorum Cæſareæ maieſtatis,qui patriam Pedemontium
longo tempore infeſtauerunt, maximè de tempore ducis Bor-
bonis,& tamen poſſeſſores,& domini dictorum prædiorũ nun-
quam reperiuntur collectati neque grauati aliquibus oneribus,
ergo ex non vſu taleandi ſeu collectandi inducta fuit præſcriptio
libertatis aduerſus talia onera.Abb.in conſi.101.col.4.ver. quin
immo poſſet attentari.lib.1.quod eſt repetitum in cõl. 57.lib. 2.
allegat doctr.Barto.in d.l.cum ſcimus.C.de agricol.& cenſ.lib.
11.late Moder.in l.fi.col.10.in 3.q.princ.ff. de conſtit. princip.in
l.de quibus.in ſecũ no.ff.de le.in l.falſo.C.de diuer.reſcrip.in l.
rem non nouam. C. de iudicijs.& in l. ſi filius qui in poteſtate,
col.5.in vltimo nota.ff.de lib. & poſthu. habetur etiam per Mo-
der.in c.cũ acceſſiſſent,de conſtitu.vbi ſi ciuitas ſit obligata mit
tere exercitum pro alia ciuitate & non miſerit p longum tẽpus,
quia caſus aut neceſſitas mittendi non euenerit,nõ præſcribit li-
bertatem

bertatem quominus mittere in futurum teneatur, ſi autem caſus
neceſsitatis euenit, libertas præſcribitur, quia eſt quid imputetur
alteri ciuitati cur exercitum à ciuitate obligata non requiſierit,
ſed negligens fuerit longo tempore, ex qua negligentia inducit
præſcriptio. Ad idem quod ſcribunt doct. in c. 1. §. licèt uaſallus,
ſi de feudo fuer. cõt. inter do. & agna. ubi q uaſallus præſcribit
ſeruitia contra dñm, modo dñs talibus ſeruitijs aliqñ indiguerit
& illa non petierit per 1ps ſufficiens ad præſcribendũ. not. Abb.
Imol. & Feli. in c. ad audientiam, de præſcrip. & nouiſsime Buer.
q. 132. in 1. parte. Ad idem adduco Abb. in cõſ. 106. col. 2. in fi. uer.
& præterea, lib. 2. ubi q præſcribitur libertas contra ius patrona
tus ſi patronus per tempus antiquiſsimũ iure ſuo patronatus nõ
utatur. Eodem modo dicendum eſt in caſu noſtro inductam fuiſ
ſe præſcriptionem libertatis aduerſus onera, quorum caſus & ne
ceſsitas ſæpiſsime euenit, & ſi petita illa non fuerunt à dominis
& poſſeſſoribus prædiorũ de quibus agitur per tempus cuius ini
tij memoria nõ extat in contrarium ſi inducitur præſcriptio ex ta
li nõ uſu, ſi pro quia, ergo per prius & in antecedens neceſſarium
acquiſita eſt poſſeſsio ſeu quaſi libertatis non ſoluendi, quia alias
ſine poſſeſsione ſeu quaſi præſcriptio conſiderari non poteſt. l. ſi
4 ne poſſeſsione ff. de uſucapio. Secundò † fortiſsime & efficaciſsi-
me probatur iſta quaſi poſſeſsio libertatis, nã ipſe dñs Aymo in grã
gia prædicta habet nõnihil prædij regiſtratum in cataſtro Ripę,
& pro eo onera ſuſtinet, alia autem prædia nunquam fuerunt re
giſtrata nec p eis ſoluta onera, ergo ex hoc probatur libertas in
prædijs nõ regiſtratis, quia unius incluſio, alterius eſt excluſio. l.
cum prætor. ff. de iudi. Pro hoc quod pulchre Cor. ſcribit in conſ.
221. col. fi. li. 5. ubi qui reclamat aduerſus unam partem laudi, &
in alia tacet, cenſetur approbare laudum in ea parte in qua tacet
ut incluſio unius excluſio ſit alterius, itaq; cũ uniuerſitas Ripę ac
ceptauerit regiſtrationem prædiorũ in certa particula tñ, in alijs
aũt tacuerit, cẽſet cõſenſiſſe & acquieuiſſe libertati eorũ prædio
rum q illa regiſtrari nõ debeant tãq; libera. & acceptando com
munitas illã regiſtrationẽ partis tñ ſimpliciter, de alijs aũt bo-
nis p tẽpus omne tacendo, uidetur ſibi præiudicaſſe, ſicut dicit
de acceptante legatum & teſtm, q illud impugnare nõ põt, licèt
ex tali impugnatione lõge magis cõſequi poſſet. l. nihil, in princ.
5 & ibi Bar. l. ſi pars. §. 2. ff. de inoff. teſta. & magis † in terminis ad-
duco doctr. Bar. & doc. cõiter in l. quę dotis. ff. ſol. ma. ubi Iaſ. col.
14. in fi. uer. decimus & ultimus caſus eſt. ubi qñ ultra taciturni-
tatẽ actus aliquis facti & poſitiuus interceſsit, ſine dubio p̄iudi-
cat taciturnitas. in pposito noſtro ultra id q tacuit ſemp uniuer-
ſitas Ripæ quo alia p̄dia nõ regiſtrata nec regiſtrari petijt & mi-
nus pro eis onera recuperauit, interuenit actus facti, quia (ut di-
xi) facta eſt regiſtratio de aliquibus bonis & prædijs, ergo indi-
ſtincte, & ſine dubio p̄iudicat taciturnitas in prædijs nõ regiſtra-
tis. & p̄miſſæ quidẽ rõnes ex generalibus collectæ validiores qui
dẽ ſunt, ſed quia ſermones circa uniuerſalia aut generalia dñr fa
ciliores, ſed circa particularia ueriores ſecundũ Philoſophum re-
latum per Acc[illegible] conſi. 13. col. 5. in conſi. 29. col. 15. verſi. his bre
uiter præmiſsis. & in conſi. 106. col. 5. in tertio dubio. ver. & ut nõ
6 ſtemus. in terminis † adduco Bar. in l. ſi publicanus. §. in uectigali
bus, ad fi. ff. de publica. ubi ſi qs exegerit uectigal de certis rebus,
non poteſt in futurum illud exigere pro alijs rebus pro qui-
bus exactum nõ fuit, eodẽ modo uniuerſitas Ripæ q̃ taleas exigit
à forenſibus. i. ab ipſo dño Aymone & ſuis anctoribus pro certis
prædijs tñ regiſtratis, p alijs exigere nõ poterit, & licèt loquatur
Bar. in uectigali, idẽ tñ, & eadẽ rõne dicẽdũ eſt in collectis, & ita
in terminis terminantibus in collectis tradit Corn. in conſi. 142.
col. 5. in conſi. 199. col. 3. ver. & ſi fuerat exactum. lib. 1. & in conſ.
268. col. 6. ver. & ſi probatur q exigit, lib. 4. ex quo unico funda-
mento res uidetur clara & ſplendida. ¶ Tertiò † fortiſsime arguit,
7 nã ut in themate præſentis cõſultationis dictũ eſt, ipſe do. Aymo
pro illis p̄dijs nõ regiſtratis ſoluere cõſueuit ſimul cũ alijs nobili
bus certam & annuã quantitatẽ pecuniæ, ob id prædia illa appel
lant terræ cõuentionatæ, ergo ad alia onera cõpelli nõ debet, ita
in terminis collectarum tradit Bar. in conſi. 59. Cõmune Spoleti,
col. 1. in fi. ver. quæ aũt immunitas. ſequit Pau. de Caſt. in cõſ. 363.
circa primum quæſitum videt mihi dicẽdũ, col. fi. lib. 1. ſm nouiſ
ſimam impreſsionẽ. Anch. in conſi. 437. Iſta ſententia Soci. in l. ſi
ex toto, ad fi. prin. ff. de leg. 1. & in cõſi. 74. col. 3. li. 1. Cor. in conſ.
321. col. fi. lib. 4. Dec. in conſi. 360. col. 4. optime facit quod in ter-
minis noſtris collectarum ſcribit Deci. in conſi. 285. col. 2. verſi.
ſed prędictis. ubi ſi apparet, q p decenniũ aliquid certo modo ſo
lutum ſit, aliud inquirendũ non eſt, nec moleſtari quis amplius p̃
pro collectis. allegat Bal. & alios de quibus per eum ibi, ſed ultra
tot & tantos patres allego Cyn. in allegationibus ſuis inter conſi
lia Bal. poſt conſilium. 400. ubi qui per tempus longiſsimum 30.
aut 40. annorum ſoluit annuam quãtitatem uniformem pro one
ribus, non poteſt ulterius collectari. Ex quo etiã unico fundamẽ-
to clariſsima redditur quæſtio iſta, & hic applicari poſſunt ſcri-
pta ſupra in ſecundo & pximo fundamento, q uniuerſitas acce-
ptando ſingulis annis illam annuam quantitatem p oneribus cẽ
ſetur ſibi præiudicaſſe quo ad alia onera non petita, & quia ultra
taciturnitatem interuenit actus facti, i. receptio annuæ quantita-
tis, & ſic duplex factum ultra taciturnitatem interuenerit, primũ
regiſtratio de parte prædiorum, ſm acceptatio annuæ quãtitis p
8 alijs prædijs nõ regiſtratis. ¶ Quartò † pro eadẽ re onere dupli-
ci grauari quis non debet. l. nam. §. cum autem. ff. ad legẽ Rho.
de iactu. l. incola. & l. fi. § item reſcripſerunt. ff. ad municip. l. ſi cũ
dotem. §. ſi pater. ff. ſolu. mat. l. qui dotẽ. ff. de dote prælega. l. Ti-
tia cũ teſtõ. §. qui inuita. ff. de lega. 2. ſed grauaret dñs Aymo mul
tiplici onere pro eiſdem prædijs ſi ultra annuam quãtitem & ad
9 collectas teneretur. ¶ Quintò † fauorabilior eſt cauſa libertatis,
q̃ ſeruitutis. l. libertas. ff. de reg. iur. ideo bona libera præſumunt
niſi probetur ſeruitus. Hoſtien. & Io. And. in c. nimis, de iureiur.
Bal. in conſi. 351. in bonis feudalibus. col. 2. lib. 1. Pau. de Caſtr. in
conſi. 129. In cauſa quam magnificus. col. 1. ad fi. lib. 1. Alex. in cõ
ſi. 129. col. 1. lib. 1. & in conſi. 54. col. 15. lib. 4. Curtius Iunior præ-
ceptor meus, in conſi. 41. col. 4. & in conſi. 184. col. 1. Brunus Aſten
ſis in conſi. 83. deciſio Neapolita. deciſio. 277. col. fi. & alibi ſæpiſ
ſime doc. Modo † arguo ſic præſcriptione aut conſuetudine indu
10 ci poteſt, forenſibus collectæ imponantur ab eis exigendo, ut no.
Bar. in l. 1. per illum tex. C. de auro coro. lib. 10. Dec. in cõſi. 358.
col. 2. circa med. Iaſ. in l. placet, col. 2. C. de ſacroſan. eccle. ergo à
fortiori cõſuetudine vel p̄ſcriptione induci aut acquiri libertas
poteſt aduerſus ſeruitutẽ & obligationem collectarum, ita in ter
minis noſtris arguit Abb. in conſi. 94. lib. 1. & in conſi. 26. colũ. 2.
ver. ſed prædictis. lib. 2. ubi q præſcriptio libertatis contra onera
eſt fauorabilior quam p̄ſcriptio ipſorũ onerum, ideo ſi quis per
longiſsimum tempus non ſoluit onera alias debita, p̄ſumitur, q
ex aliqua cauſa fuerit exemptus. allegat Ioan. de Lignano in c. ac
cedens, de præſcrip. ¶ Alibi ſcribit Pau. de Caſt. in conſi. 314. Po-
ſtremo res iſta. lib. 1. q ſicut filius efficitur ſui iuris quando pater
longo tempore permittit eum ſtare in quaſi poſſeſsione liberta-
tis, ita acquirit libertas non ſoluendi onera quando communitas
patitur ſtare aliquem longo tempore abſq; ſolutione ipſorũ one
rum. Idem tradit Barb. inter conſi. Alexan. in conſi. 135. quod eſt
conſ. ultimum. col. 4. ver. & accedat ad prędicta. lib. 4. ¶ Alibi ſcri
bit Corn. in conſi. 49. col. 1. lib. 5. & in conſi. 22. colũ. 5. verſi. ſimi-
liter & aduerſus. lib. 3. q ſicut acquiritur ius collectandi in futu-
rum per longiſsimam præſtationem collectarum, ita uidetur ac-
quiri libertas per ceſſationem p̄ſtationis tanto tempore, idẽ & la
tius tradit idẽ Cor. in conſi. 142. colũ. pen. verſi. præterea hoc eſt
11 certum. lib. 4. & ibidem † q p̄ſcribens libertatem aduerſus ſolu-
tionem collectarum non tenetur probare negatiuam, q non ſol-
uerit, ſed ſufficit probare ſolum temporis curſum 40. annorum,
& q negatiua probari non debeat, uoluit idem Cor. in cõſi. 263.
colum. 7. verſi. accedat etiam ad probationem, libr. 4. ¶ Sed ultra
Corn. q negatiua probari non debeat in caſu iſto adduco Ang.
de Caſtr. filium Pauli inter conſilia ſui patris in conſil. 298. Ad
primum videtur reſpondendum. colum. 2. in quarto dubio. & in
conſil. 298. Ad primum quæſitum. colum. fin. libr. 2. ſm nouiſsi-
mam impreſsionem idem uoluit Bald. in conſil. 315. Proponitur
q antiquitus. col. 1. ad fi. lib. 3. ubi q in præſcriptione cenſus ſuffi-
12 cit ſolus curſus temporis. ¶ Et conſidero † in iſta materia q in p̄-
ſcribenda libertate aduerſus ſolutionem onerum non requiritur
tempus antiquiſsimum cuius initij memoria non extat in con-
trarium, ſed ſufficit tempus 40. annorũ, ut patet ex conſilijs Cor.
ſupra alleg. idem uoluit Bal. in conſi. 112. De generali. colũ. fin. in
quarto puncto. libr. 2. & clarius in conſil. 257. Quæſtio vertens,
eodem. lib. 2. immo ſufficere videtur lapſus 30. ann. ita in termi-
nis uoluit Cur. Iunior in conſi. 45. col. pen. & in conſi. 177. colum.
4. ad fi. dicẽs q facilius p̄ſcribi libertas debet, q̃ ſeruitus. Fortius
uoluit Corñ. in d. conſ. 268. colũ. 6. q conſuetudo collectandi fo-
renſes, quia eſt contraria iuri cõi, & ſic competit de iure ſpeciali,
tollatur curſu 10. ann. ¶ Sextò dico q ſaltem allegando conuen-
tionẽ factã inter nobiles p̄dictos & uniuerſitatem Ripæ tutus eſſe
debet idẽ dñs Aymo probando curſum 40. anno. ut aliud ei onus
imponi non poſſit. l. fi. C. de fundis patri. li. 10. per quem text. ita

decidit Rom.io conſ.198. Noo eſt dubiũ hæc onera gabellarum.
colum.1.verſ.vltimo ad idẽ.& in conſi.275. Quoad primum, an
Abb.col.2.circa med.ver.nunc.igiť ad propoſitũ.quod Rom.di-
ctũ refert & ſequitur Cor.in cõſi.ſupra alleg.ſi tps ſufficit 40.an.
qđ dicemus in caſu iſto in quo uũqnã ſolutæ fuerũt collectæ per
tps antiquiſsimũ cuius initij memoria nõ extat in ɔtrariũ.¶ Septi-
13 mò † multum probatur iſta exẽptio aut præſcriptio aduerſus col
lectas, quia ſi videantur libri cõitatis Ripæ in quibus bona regi-
ſtrari conſueuerunt & ſolutiones onerum deſcribi nunquam in-
uenietur regiſtrata prædia ipſius dñi Aymonis nec ſolutiones ali
quæ collectarum, ſed illius tantũ annuæ quãtitatis, ergo præſum-
ptio eſt, ꝙ prædia ipſa ſint exempta.ita in terminis collectarum
14 arguit Cur.Iun.in conſi.106.col.1.ad fi.& col.3.Cõfirmo † illud
dictum, nã ſicut nõ ſubditus aut liber ab oneribus ad ea ſe obli-
gat regiſtrando bona libera.l.pen.& fi.C.ſine cenſu vel reli.Bru-
nus Allenſis in conſi.90.col.2.in conſi.94.& in cõſi.103. col.2.ad
fi.Cur.Iun.in conſ.174.col.5.eodem modo bona regiſtrata nõ re
periuntur, vt contrariorum eadem ſit diſciplina.l.1.ff. de his qui
ſunt ſui vel alie.iuris.l.& ſi contra.ff. de vulg. cum ſim. & quia vt
dictũ eſt facilius acquiri debet ius libertatis, q̃ ſeruitutis.¶ Octa-
15 uò † multi ſunt alij forenſes poſſidentes prædia ſuper finibus Ri
pæ, qui exempti nõ dicũtur à quibus communitas collectas exe-
git, a domino autem Aymone & ſuis auctoribus nũquam exegit
communitas taleas, ergo cum ſolum habeat ius collectandi forẽ-
ſes conſuetudine, quia de iure communi non teneñť.l. reſcripto.
§.fi.ff.de muner.& hon.latè Alex.in conſi.68.lib.2. reſtringi de-
bet cõſuetudo ad eos tantum forenſes, qui ſoluerũt, cum talis cõ
ſuetudo ſit ſtricti iuris, ita in terminis terminantibus arguit Bal.
in conſi.257.Quæſtio vertens.lib.2.Cor.in d.conſi.267.col.6.cir-
16 ca fi.ver.& ſi probatur quod exegit.lib.4.& licèt † in Italia de ge
nerali conſuetudine collectentur forenſes in loco vbi prædia poſ
ſident, tamen cum in loco Ripæ ſit conſuetudo ſpecialis in con-
trarium, quia aliqui forenſes collectantur, aliqui non, talis conſue
tudo ſpecialis derogat illi generali.regula, generi, lib 6.& in cõ-
ſuetudine ita arguit Bal.in conſi.170.Ad euidentiam præmitten-
dum eſt, col.2.lib.2.Anch.in cõſi.255.In cauſa & quæſtione, col.
2. poſt med. vbi Anch. ꝙ conſuetudo vniuerſalis vnius territorij
nõ habet locũ in particula ipſius territorij, in qua reperitur alia
& diuerſa conſuetudo ſpecialis, quia ſemper ſpecies derogat ge
neri.¶ Nono fama publica eſt & fuit apud oẽs notitiã habẽtes de
iſtis prædijs & aliorum nobilium qui prædia ibi hñt eiuſdẽ qua-
litatis, quod iſta prædia ſunt libera à collectis, & appellantur pręe
dia conuentionata, ideo ex iſta fama concurrentibus tot & tãtis
alijs cõiecturis, & præſumptionibus, de quibus ſupra pleniſſimè
videtur exemptio probari iuxta latè not.p Bar.& doc.in l.admo-
17 nendi.ff.de iureiur.¶ Decimò † facit quod ſcribit Anch. in conſi.
310.Tres domini magnifici, col.2.ad fi.ver.vlterius ad præſumẽ-
dum.vbi quãdo dñs alicuius caſtri nõ viſitat legatũ alicuius prin
cipis. & cum nõ recognoſcit tãquam legatum ſuperioris, præſum
ptio eſt, ꝙ illud caſtrum ſit exemptũ à iuriſdictione illius princi-
pis, maximè ſi legatus nihil egit cõtra talem caſtri dñm neq; ad
eum miſit.Eodem modo cũ dñs Aymo & ſui auctores nũquã re
cognouerint ꝑdia prædicta ſeu illa nũquã regiſtrauerint, neq; ad
illud faciẽdum fuerint interpellati, præſumptio eſt, ꝙ illa prædia
eſſent & ſint libera & exempta, quia alias veriſimiliter interpel-
lati fuiſſent ad regiſtrãdũ.arg.l.cum de indebito.ff. de probatio.
l.ſi cum aurum.ff.de ſolu.cum ſim.nõ tñ exemptio proprie conſi
derari hic poteſt, ſed cõtractus ex quo ſoluitur certum quid an-
18 nuum, ita Alex.in cõſi.71.ad fi.lib.6.¶ Vndecimò † ex eo, ꝙ illa ꝑ
dia fuerint appellata & appellantur terrę cõuentionatæ, proba-
tur, ꝙ initæ fuerint cõuentiones ob cauſam ipſorum prædiorum,
& ꝙ collectæ nõ fuerint ſolutæ pro eis, nec regiſtratio aliqua ſe-
cuta virtute talium cõuentionum, quia ẽt à nomine licitum eſt ar
guere.Bal.in conſi.305.In cauſa quæ vertiť inter procuratorẽ.col.
1.lib.3.vbi quãdo hoſpitale uocatur hoſpitale ſancti Andreæ, ap
paret, ꝙ eſt de membris eccleſiæ ſancti Andreæ, & ex eo, ꝙ turris
fuit appellata turris talis, argoř ꝙ eſſet illius. Corn.in cõſil.182.
col.5.lib 4.quorſum enim appellarẽť prædia cõuentionata niſi
cõuẽtiones ꝑceſſiſſent, ideo actus libertatis poſtea ſecuti ꝑſumũ
tur ita ſecuti cãm talium conuentionũ.l.quædam mulier.ff.de rei
vẽd.l.2.C.de acqui.poſſ.à primordio.n. tituli poſterior formatur
euentus.l.1.circa fi.C.de impo.lucra.deſcrip.lib.10 ¶ Solum ſu-
pereſt ad contraria reſpondere, quibus cõfutatis clariſſima fiet
19 vniuerſa difficultas. Itaq; nõ obſt. † primũ argũ ꝙ in exactione
collectarum proceditur ſummariè & executiue, quia illud proce
dit cõtra eos qui tenẽtur ad ipſas collectas, ſed dñs Aymo ad eas
nõ tenetur vt ex præmiſſis apparet.¶ Secundò rñdeo, ꝙ licèt exe
cutioẽ procedatur, bona tñ ita ex abrupto vendi nõ debent. Bal.
in conſi.vltimo.talis eſt cõſuetudo.col.2.lib.5.ideo iſta commu-
nitas Ripę plus ſatis inciuiliter & rigoroſe proceſſit contra ip-
ſum d.Aymonem longe abſentem ob cauſam Belli diſtrahendo
eius bona putans neminem eſſe qui aduerſus eam tueri ſe poſſet,
ſed durum tamen offenderit aduerſarium.¶ Non obſt. ꝙ poſſeſ-
ſio non vř conſiderabilis in facto negatiuo, ꝙ quis nõ teneatur
ad collectas niſi interueniente aliquo facto hominis, quia rñdeo
ꝙ hic interuenit multiplex factum, primo illa regiſtratio de par-
te bonorum tantum.quod factum ſufficit vt ſupra oſtendimus in
ſecundo fundamento.Secundò, quia ſoluit do.Aymo certam an-
nuam quãtitatem pro bonis non regiſtratis, quod ẽt ſufficit vt ſu-
20 pra oſtendimus in tertio fundamento.¶ Reſpondeo † etiam ꝙ in
præſcriptione non requiritur poſſeſſio, qñ agitur de extinguẽdo
iure alterius, puta qñ debitor præſcribit contra creditorem, debi
tor enim nihil poſſidet, ita declarat Oldr.in cõſi.254. quia in to-
ta, in prin.eodẽ modo qñ agitur de extinguẽdo iure cõitatis cir-
ca exactionem talearum neceſſaria nõ vř aliqua poſſeſſio, ſed in
ducitur præſcriptio ex ſolo temporis curſu. Rurſus non requiriť
poſſeſſio vbi agitur de præſcriptione 30.ann.Bar.in l.fi.ff. de eo,
per quẽ fac.erit.& in l.fi.C.de edic.diui Adr. toll. refert & ſequiť
Dec.in l.petens, col.2.poſt med.C.de pactis, ſed hic agitur de ꝑ-
ſcriptione non ſolum 30.ann.ſed tanti temporis cuius initij me-
moria non extat in contrarium.¶ Secundò reſpondeo, ꝙ ẽt debi-
tor dicitur poſſidere ſeu quaſi poſſidere debitum ſeu ius alienũ.
gl.in l.regulariter.ff.de peti.hære.quam gl. pro multum notabili
in ſpecie & in terminis adducit Guido Papæ in d.q.631.col.13.&
hic in tali præſcriptione dicitur interuenire factum hominis.i.re
21 tentatio debiti talearum impoſitarum.¶ Non obſtat † dictum Alex.
in d.conſi.136.ꝙ vt præſcribatur libertas aduerſus collectas ne-
ceſſaria videť interpellatio, quia ſalua reuerentia tanti patris, il-
lud fuit nimium audacter affirmatum, nec Bar.& doc.per eũ alle
gati ita dicunt, ſolum dicunt, ꝙ ad hoc, vt præſcribatur libertas
ex non vſu ſeruitutis, requiritur, ꝙ euenerit caſus quo iure illo ſer
uitutis vti quis poſſet, qui caſus in propoſito noſtro ſæpiſſime ac
cidit vt ſupra oſtendimus, ideo cum caſus imponendi collectas
ſæpeſſime acciderit, & ſæpiſſime illę fuerint impoſitæ in loco Ri
pæ nunquam aũt exactæ ab ipſo d. Aymone nec ſuis auctoribus,
nec pariter ab alijs nobilibus cauſam conſimilem habẽtibus, di
cendum eſt ex tali non vſu præſcriptam eſſe libertatem aduerſus
ſolutionem collectarum vt ſupra oſtẽdimus in primo fundamen
to.Ex tali enim nõ vſu iuris cũ vti quis poſſet, ius omne perditur
immo etiam lex vel ſtatutum tollitur per talẽ nõ vſum vt habetur
in locis alleg.in dicto primo fundamento.Ex quibus apparet, ꝙ
fundamentum Alex.retorquetur contra eum, quia doc. per eum
allegati non dicunt, ꝙ requiratur interpellatio & ſequatur ꝯdi-
ctio, ſed ſolum ꝙ caſus acciderit quo eo iure [illegible] poſſet. ¶ Il-
22 lud aũt † quod dicit Alex.de interpellatione [illegible] ctione proce
dit vbi agitur de præſcribendo in actibus mere voluntarijs, puta
de iure altius non tollẽdi domum, hoc enim eſt mere volũtariũ,
an velim altius tollere vel nõ, ideo licèt ſteterim per mille annos
ꝙ domum altius nõ ædificauero, ex hoc tñ nõ præſcribit vicinus
ius quominus altius tollere nõ poſſim, ſed requiritur factum ho
minis, ꝙ alias volenti mihi ædificare, fuerit contradictum, & ꝙ à
tempore contradictionis tenuerim domũ repreſſam per tempus
ſufficiens ad præſcribendum ſimiliter actus coquendi ad furnũ
alterius vel molendi ad molendinum alterius eſt mere volunta-
rius, ideo ſi quis velit præſcribere ſeruitutem vt cogat aliũ ad co
quendum in furno ſuo, vel molendum in ſuo molendino, requiri
tur interpellatio, & ꝙ quis tali interpellationi conſentiat, ita lo-
quuntur doc.in d.c.ſignificante.de appell.& Iaſ.in d.§.æque.Cy.
in l.1.& 2.C.de ſeruit.& aqua.Rochus de Curte in rep.c.fi. colũ.
56.in ſeptimo requiſito de cõſuet.Iaſ.in l.quominus, colũ.5.ff.de
flumi.Dec.in cõſi.8.col.3.ad fi.ver.quarto & vltimo in cõſi.175.
col.6.& in cõſ.215.col.2.ſed iſte actus exigendi collectas, aut eas
imponendi nõ poteſt dici actus mere volũtarius, immo neceſſa-
rius tã parte imponentis q̃ ex parte debẽtis ſoluere, iuxta not. in
l.4.§.actor.ff.de re iudi.& in l.etiam.C.de execu.rei iud.ideo ar-
gumẽtum Alex.de actu mere voluntario ad actum mere neceſſa-
rium non procedit tanquam ex omnino ſeparatis diuerſam &
ſeparatã rõnẽ habẽtibus.l.naturaliter.§.nihil cõe.ff.de acq.poſſ.
23 ¶ Amplius dico † quod ẽt in his q̃ in facultate & volũtate alicu-
ius cõſiſtunt currit ꝑſcriptio qñ ſunt talia, quæ in iudicio deduci
poſſunt,

poſſunt,vt habetur in l.quandiu.C.qui adm.vbi Iaſ. col.5. nu.15.
Paul.de Caſtr.in conſi.220. Ego Paulus,libr. ſecundo. Corne.in
conſi.305.col.pen.lib.3.Deci.in conſi.164.colum.pen.in propo-
ſito noſtro,licet impoſitio & exactio talearum dicatur eſſe in fa-
cultate vniuerſitatis, tamen facultas in iudicium deduci poteſt
tam ex parte communitatis quæ cogitur imponere, quam ex par
te eorum qui ſoluere tenentur,ergo in talibus collectis induci po
teſt præſcriptio libertatis ſine alio facto hominis. & pro hoc ad
duco dictum Angel.in conſi.55.Guilielmus & Franciſcus.vbi ꝙ
iuri conſiſtenti in mera facultate alicuius præſcribitur 30. annis
quando cum tali iure nata eſt actio ſeu quando pro eo iure con-
ſequendo actio competit,puta promittit quis rem vendere quan
docunq; ſoluatur certa quantitas. & ſi eſt in mera facultate eius
cui ſit promiſſio an velit rem emere,& tamen dicit Ange. tali fa
cultati præſcribitur, quia is cui promiſſio facta eſt pro conſequē
do eo iure habet actionem contra promiſſorem,ſed omnis actio
tollitur præſcriptione temporis longiſſimi quod Ange. dictum
ſequitur Feli.in c.cum accesiſſent,col.12.verſi. ſecundo declara-
tur,de conſtitu.Brunus Aſtenſis in conſi.95.colū.2. Sed pro exa-
ctione taleæ competit actio aut condictio ex lege,ſtatuto,vel con
ſuetudine,ergo illa præſcribi poteſt, quod fundamentum eſt in-
conuincibile,& niſi ita dicamus ſequi poſſet abſurdum, ꝙ debi-
tor nunquam poſſet præſcribere aduerſus creditorem, niſi poſt
interpellationem creditoris cui contradixerit,& a tempore con-
tradictionis lapſum ſit tempus legitimum ad præſcribēdū.Nam
ita poſſet creditor dicere, ꝙ erat in ſua facultate exigere debitū
ſicut communitas, ꝙ erat in ſua facultate exigere collectas, vel
poſſet creditor allegare,ꝙ ideo non petijt debitum, quia neceſſi
tas non ſuberat illud petendi ſicut communitas in collectis. Pro
fecto inter iſtos duos caſus nullam inuenio rationem diuerſita-
tis niſi ꝙ in debito contrahitur obligatio perſonalis, & in colle-
ctis obligatio legalis, quia lex vel conſuetudo obligat ad colle-
24 ctas,ſed † iſta obligatio legalis reputatur fortior obligatione ho
minis.Bal.in l.frater a fratre,in vltimo notab. ff. de condit.inde.
Soci.in conſi.158.libr.1.& in conſil.206.colum.2.libr. 2. Deci.in
conſil.104.col.5.verſic.ſexto & vltimo,itaq; ſi in collectis maior
conſideratur obligatio nullo modo dici poteſt, ꝙ petitio colle-
ctarum ſit merè facultatis, quin ita peti poſſint in iudicio ſicut
debita cōtracta ex diſpoſitione hominis, igitur ita induci debet
præſcriptio contra collectas ſicut contra alia debita, & ita impu-
tari poteſt negligentia communitati non exigenti collectas ſicut
creditori non petenti debitum.¶Ex quibus infertur ꝙ arguendo
à ſufficienti partium ennmeratione dictum Alexan. nullo modo
poteſt procedere.Aut enim fundatur actoritate doct. quos alle-
gat,& illa nihil facit,quia non loquuntur de neceſſitate alicuius
interpellationis & contradictionis in materia noſtra, ſed tātum
ꝙ non inducitur præſcriptio ex non vſu niſi eueniret caſus quo
quis iure illo vti potuerit, & hoc modo retorquetur auctoritas
doc.contra Alex.per ea quæ ſupra dicta ſunt.Aut arguit Alexan.
ꝙ requiratur interpellatio & ſequatur contradictio, quia actus
collectarum ſit merè facultatis aut voluntarius,& dico,ꝙ immo
eſt actus neceſſarius tam ex parte imponentis,quam eorum cō-
tra quos imponitur,& qui ad eas tenetur ꝙ præterea poſito & nō
conceſſo,dici poſſet collecta actus facultatis,tamen talis facul-
tas in iuditium deduci poteſt,nam cogi poteſt communitas, vt
imponat collectas ob æs alienum,& ſimiliter cogi poſſunt illi de
communitate aut alias obligati de conſuetudine ad eam ſoluen
dum,ergo ex lapſu temporis induci poteſt præſcriptio. ¶Præte-
rea contra dictum Alexand.ſunt infinitæ doct.deciſiones quas ſu
pra allegaui in quinto fundamento,quæ omnes deciſiones tan-
torum patrum & legum principum corruerent ſi Alexā.dictum
verum eſſet.Nec dicunt illi patres neceſſariam eſſe interpellatio-
nem aliquam & contradictionem in tali præſcriptione, ſed ſo-
lum ſe fundant in lapſu temporis cum ceſſatione ſolutionis, &
aliqui veluti Roma.& Corn.in allegatione tituli abſq; tamen ne
25 ceſſitate productionis aut alterius probationis, & ꝙ † ex ceſſa-
tione ſola non ſoluendi inducatur præſcriptio ſaltem concurrē-
te lapſu temporis cuius initij memoria nō extat in contrarium,
voluit Angel.in conſi.337.col.pennl.circa fi.& colum. fi. Soci.in
conſi.257.colum.4.verſic. præterea aduertendum eſt.lib.2.Abb.
in conſi.85.colum.1. poſt med. libr. 1. vbi loquitur de eo qui per
tempus prædictum fidelitatem pro caſtro feudali non præſtitit,
ꝙ ex ceſſatione ſola temporis tam antiqui præſcribit libertatem,
allegat gloſ.& Bal.in c.1.de capi.qui curiam ven. & ꝙ hoc videt
probari in c.ſi diligenti,& in c.ad audientiam,de præſcript. Ali-
bi ſcribit idem Abb. in conſil. 31. in tertio dubio, & in conſilio
37.in tertio dubio.lib.1.quod non ſoluens quartam debitam epi-
ſcopo per tempus cuius initij memoria non extat in contrarium,
præſcribit libertatem,lapſus enim tanti temporis vim tituli ha-
bet & priuilegij & perinde eſt ac ſi princeps priuilegium aut ti-
tulum immunitatis & exemptionis conceſſiſſet circa onera eiuſ
modi collectarum.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff. de aqua quotid.
& æſti.c.ſuper quibuſdam.§.præterea.de verbo.ſigni.Eandem ēt
opin.ꝙ ſufficiat ſola ceſſatio ſolutionis per tempus antiquiſſimū
ad præſcribendum libertatem,voluit Deci.in conſi.496.col.2.cir
ca med. vbi loquitur in eo qui non ſoluit gabellam per tempus,
cuius initij memoria non extat in contrarium ꝙ ad eam cogi nō
pōt.¶Si verum eſſet quod dicit Alex.de interpellatione & cōtra-
dictione,profecto non eſſet neceſſarius curſus tanti temporis, vt
habetur in d. c. ſignificante. aut ſi interpellatio eſſet neceſſaria,
impoſſibilis quodammodo eſſet talis præſcriptio,cum interpel-
latio probari teſtibus non poſſet ex tempore tam antiquo, & pu
tem ꝙ ſi Alex.ad tot & tantas auctoritates doc.aduertiſſet, non
ita audacter locutus eſſet. ¶Præterea quid adhuc egemus teſti-
bus in hac materia?dico ꝙ idem Alex.fuit ſibi contrarius, ꝙ im-
mo ſufficiat ceſſatio ſolutionis.40. annorum ſi durante dicto tē-
pore factæ fuerint impoſitiones collectarum, & ſolutum non ſit
per tantum tempus 40.annorum,ita Alex.in conſi.30.col.pen.in
quinto dubio.lib.5.refert & ſequitur Iaſ.in conſi.210. in fi. lib.5.
in conſi.25.col.2.io fi.lib.3.& in conſi.101.col.fi.li.4. Addo eun-
dem Alex.inter conſilia Calc.in conſi.49.col.5.vbi ꝙ præſcriptio
inducitur contra exactionem honorantiæ per ceſſationem ſoluē
di per tempus 30.annorum. ¶Ex præmiſſis infertur, ꝙ dictum
Alex.non ſi verum,nec procedere de iure poſſit, & poſito(ſine p
iudicio veritatis)procedere poſſet,tamē in iſto caſu nihil nocet,
quia in iſta præſcriptione interuenit factum hominis vltra ceſſa-
tionem ſoluendi,ideſt, illa regiſtratio de aliquibus bonis tātum.
Solutio annuæ quantitatis ſimiliter interuenit,illud factum, quia
communitas Ripæ ſæpius impoſuit collectas & onera,& tamen
eas nunquam exegit ab ipſo domino Aymone neq; auctoribus
ſuis.¶Non obſtat dictum Io.And.in d.c.Ioannes,de cle.coniu.&
Alex.in dicto conſi.196.col.3.lib.2.quia reſpondeo ꝙ loquuntur
Ioan.And.& Alexā.quando non interuenit aliquis actus contra-
rius ſeu aliquod factum hominis, ſed hic interuenit factum ho-
minis multipliciter conſiderando vt ſupra. Secundò reſpondeo,
ꝙ in exemplis Ioan.And.& Alex.allegans cōſuetudinem aut præ
ſcriptionem negatiuam nihil poſſidet,ſeu quaſi, quia nō cauens
de damno infecto aut non iurans de calumnia nō detinet ius ali
quod alienum,ſed debitor taleæ poſt eam impoſitam dicitur de
tinere ſeu quaſi detinere ius & debitum taleæ & pecunias debi
tas pro talea,& ſic ex parte debitoris præſcribentis dicitur inter
uenire factum hominis,ideſt,ipſa detentio ſeu quaſi vt ſupra di-
ctum eſt per glo.in d.l.regulariter.ff.de peti.hæred.Guido Pape.
q.631.col.3.¶Poſtremo nihil eſt quod iudicem magis moueat in
re dubia,q̄ veriſimilitudo.l.ob carmen.§.fi.ff.de teſti.c.in noſtra.
extra eodem tit.quam veriſimilitudinem cognatam naturæ ap-
pellat Bal.in conſi.180.Mortuo filio.lib.3.ſed conſideret iudex re
ctus,an veriſimile ſit communitatem Ripæ tanto tamq; antiquo
tēpore tacuiſſe,niſi de iure cauſa domini Aymonis & auctorum
ſuorum defendi poſſet, præſertim cum plurima acciderint one-
ra & plurimæ habitæ fuerint impoſitiones talearum. conſideret
item iudex,an veriſimile ſit particulam tātum bonorum paſſam
eſſe communitatem regiſtrari,ſi non alia libera fuiſſent prædia.
conſideret porrò cauſam annuæ illius præſtationis. ¶Denique
26 † vbi res eſſet dubia quæ tamen luce videt ſplendior,in dubio fie
ri debet interpretatio contra collectam tanquam rem odioſam.
Bar.in l.ſi pupillus.ff.ad legem Falci.& licèt loquatur Bar.in ga-
bella,idē tamen in collecta,& ita in collecta, arguit Cor. per il-
lud dictum Bar.in conſi.199.col.4.lib.1.& in conſi.194.col.3.lib.
4.& vltra eum allego Abb.in conſi.20.col.5.lib. 2. & in gabella
tradit Soci.in l.fructus,in prin.ff. ſolu.mat. ¶Ex quibus conclu-
do agi poſſe per ipſum d. Aymonem poſſeſſorio reintegrandæ
ad quaſi poſſeſſionem libertatis contra ſolutionem collectarū,
qua fuit priuatus & ſpoliatus ab vniuerſitate Ripæ,ita præcipi-
tanter & velut leuato,quod poſſeſſorium inſtituetur aduerſus ip-
ſam communitatem.Rurſus proponi poterit Poſſeſſorium rein-
tegrandæ aduerſus detentorem illius iugeris,qui in fide bona di
ci non poteſt tanquam mercatus contra iuris regulas non ſerua-
tis ſeruandis,cum rem ſciret ad alium pertinere.regula cum qui
contra,lib.6.Grationopoli.25.Maij.1541.

SVMMARIVM.

1 *Rei ſuæ poteſt quis onus reale ad libitum imponere.*
2 *Onus reale tranſit ad quemlibet poſſeſſorem.*
3 *Identitas rei probari debet per confinia, aut alias demonſtrationes.*
4 *Pluralitas factorum non præſumitur.*
5 *Identitas rei ſatis dicitur probata conſtito quòd in illa re tantũ diſpoſitio verificari poterat, nulla alia exiſtente re.*
6 *Negatiua probari debet per eum cuius fundamentum in negatiua conſiſtit ſiue agendo ſiue excipiendo.*
7 *Negatiua quod aliud inſtrumentum receptum non fuit per notarium, nõ probatur ex eo quod in eius protocollo aliud inſtrumentum non reperitur.*
8 *Scriptura requiritur ad probationem emphytheoſis, immo etiã ad probandum ſolutiones factas pro ipſa re emphyteotica.*
9 *Confeſſio facta poſt terminum datum ad deliberandũ, an poſſit reuocari tanquam erronea, allegatur Roma. ſibi contrarius.*
10 *Teſtis non probat quando tractat de ſe exonerando, quod ampliatur ꝓcedere etiam ſi agatur de exonerãdo patrem ipſius teſtis.*
11 *Emphyteota vendens rem emphyteoticã nõ exprimendo quod ſit emphyteotica, cadit à iure ſuo, idem in vaſallo alienante rem feudalem pro libera.*
12 *Declaratio ex interuallo fieri nõ poteſt in præiudiciũ alterius.*
13 *Teſtibus non creditur qui dicunt dici audiuiſſe ab his quibus non crederetur.*
14 *Libera præſumitur res de iure communi, niſi probetur ſeruitus.*
15 *Edere tenetur quis non ſolum inſtrumentum quo ſe iuuat, ſed alia etiam in eo relata.*
16 *Præſumptio eſt contra nolentem edere inſtrumentum.*
17 *Res quæ ſemel fuit apud aliquem, præſumitur adhuc eſſe, niſi probetur amiſſio.*

CONSILIVM CXII.

¶Pro magiſtro Iordano Gallandi notario & ciue Dyenſi contra Archileum Dauid ex eodem loco.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. In cã magiſtri Iordani Gallandi notarij Dyenſis contra Archileum Dauid, in qua agitur, an dictus Gallãdi teneaẽ recognoſcere quoddam chaſale emptum ab Antonio Alberti alias Nixe, & pro eo inueſtituram petere & penſiones ſoluere. Vniuerſa difficultas conſiſtit circa vnã inueſtituram factam per Guilielmum Valẽſani in qua dr̃ ꝙ recognouit ſe tenere de directo dñio ipſius Archilei Dauid, ſeu Ludouici Dauid eius patris quoddã chaſale retrouenditũ, an intelligaẽ illa recognitio de chaſali de quo agiẽ, ſi enim probaretur identitas. i. ꝙ chaſale emptum per ipſum Gallandi ab Antonio Alberti alias Nixe ſit illud quod fuit recognitũ
1 ꝑ dictũ Guilielmũ Valenſani, res non haberet difficultatẽ, † quia præſupponiẽ in facto ꝙ dictus Valẽſani de tpe recognitionis erat dñs & poſſeſſor ipſius chaſalis, ideo potuit illud recognoſcere & afficere onere reali annuæ penſionis vnius ſolidi, & ei apponere legem quam voluit. l. cum eſſet. §. fi. ff. de ſerui. ruſti. prædio. l. ob res. ff. de pac. doc. l. Theopõpus. ff. de dote præleg. c. de monachis, de præben. gl. in c. generali, de elec. lib. 6. & in c. cum Bertoldus,
2 de re iudi. l. legẽ. C. de pac. & tale † onus rei appoſitum tranſit poſtea ad qnẽcunq; ſucceſſorẽ in re. cle. 1. de cenſibus. l. Marcellus. ff. ad Treb. l. fiſcus. ff. de iure fiſci. l. ſi aque ductus. ff. de contrahen. emp. l. in vendi. ff. de actio. empt. l. uia conſtitui. §. quicunq;. ff. de ſerui. urba. prædio. l. 1. §. fi. & l. ſeq. ff. ſi ſeruus uend. ¶Vidẽdũ eſt igiẽ an dicaẽ probata idẽtitas chaſalis recogniti per dictum Valẽſani an ſit illud quod poſſideẽ nunc per ipſum Iordanum Gallandi ſuper quo dubio dicendum uĩ ꝙ nõ, nam dr̃ ꝙ recognouit chaſale retrouenditum, & ſic iſta recognitio de per ſe certa eſſe non põt niſi per relationem ad aliud. i. ad uenditionẽ ipſius chaſalis retro uenditi, quæ quidem relatio eſt in certa & obſcura, quia non dr̃ per quã perſonam fuerit retrouenditum, & cui perſonę, & quod chaſale fuerit retrouenditũ: ad hoc. n. ut res dicaẽ eſſe certa confinibus & alijs demõſtrationibus declarari debet de quibus in l. forma. ff. de cẽſibus. Nec poteſt dici certum eſſe chaſale per relationem ad aliud. i. ad uenditionẽ retrofactam, quia ẽt ipſum relatum eſt incertum cum ſit generale non facta declaratione in ſpecie de uenditione retrofacta à quo facta ſit, cui perſonæ & quo tempore, ideo ipſum relatũ incertum impoſſibile eſt ꝙ relationem certam faciat. nec probant verba relatiua niſi appareat de tenore relati. auth. ſi quis in aliquo documento. C. de eden. facit tex. in l. in teſtõ, la 1. ff. de cõd. & dem. Bar. in extraua. ad reprimẽdũ, in verbo prout, & in l. admonẽdi. ff. de iureiur. ¶Nec ſequitur,
3 † retro reperiẽ venditum vnũ chaſale, ergo eſt illud de quo loquiẽ inueſtitura, quia dẽt probari identitas per cõfinia aut alias demõſtrationes per dictũ Io. And. in c. auditis, de præſcrip. de cõductore equi ꝙ nõ ſufficit ſi probet equũ mortuũ in itinere, ſed debet probare ꝙ equus mortuus in itinere erat ille met equus quẽ conduxerat, quod dictũ in notabili qõne refert & ſequiẽ Alex. in cõſ. 118. & in conſ. 119. lib. 1. Dec. in conſ. 91. col. 2. in conſ. 129. col. 2. & in conſ. 146. col. 7. in propoſito licèt in protocollo notarij reperiaẽ vnũ inſtrũm de venditione vnius chaſalis facta ipſi Guilielmo Valenſani, nõ ſequiẽ ergo eſt illud met de quo loquiẽ inueſtitura, quia in rebus ſeu corporibus præſumiẽ pluralitas niſi probeẽ idẽtitas ꝑ dictũ illud Io. And. approbatũ vt ſupra & tradit Bar. in l. de
4 mõſtratio falſa. ff. de cond. & dem. ¶Sed dicet † aliquis, licèt præſumatur pluralitas rerũ, aut corporũ, nõ tñ præſumiẽ pluralitas factorũ. Dec. in c. in præſentia. col. 6. in nono notabili. extra de ꝓbatio. ideo cum inueſtitura referaẽ ad factũ. i. ad venditionẽ chaſalis retrofactã, & in libro notarij nõ reperiatur niſi vna vẽditio chaſalis in præcedentibus facta illi Guilielmo Valenſani, ergo ꝓſumiẽ ꝙ ſit illa de qua loquiẽ inueſtitura. R̃ndeo ꝙ argũ procederet probata idẽtitate rei ſeu corporis, quia tunc nõ præſumiẽ ꝙ illud corpus pluries venditum ſit niſi probeẽ, ſed nõ ꝓbata idẽtitate corporis, nõ ſequitur non præſumitur ꝙ illud pluries venditũ ſit, ergo illud quod venditum eſt, eſt illud met de quo inueſtitura
5 loquiẽ. ¶Sed † iterum dicet aliquis ex quo retro aut in præcedentibus nõ reperiẽ niſi vna venditio chaſalis facta ipſi Guilielmo Valenſani, ergo ſatis vĩ probata identitas arg. l. fundus qui locatus. ff. de fundo inſtr. l. 2. ff. de lib. & poſthu. vbi diſpoſitio quæ in vno tñ verificari põt, habeẽ pro certa & acſi de illo in ſpecie & nominatim mẽtio facta ſit. R̃ndeo, ꝙ illud ꝓcedit, quia in dictis iuribꝰ euidenter cõſtabat & apparebat, ꝙ diſpoſitio in vno tñ poterat verificari, nam in l. 2. de lib. & poſth. præſupponiẽ pro indubitato, ꝙ teſtator ſolũ haberet vnicũ filium, ideo dicendo filius exhæres eſto, perinde eſt acſi nominatim ſeu nomine proprio fuiſſet exhęredatus. ſimiliter in l. fundus qui locatus, qñ teſtator legat fundũ cum inſtro, intelligiẽ legare inſtrũm coloni qñ conſtat ꝙ teſtator nullum in fundo inſtrũm haberet, ſed in caſu nr̃o non conſtat de iſta negatiua ꝙ Guilielmus Valenſani nullum aliud chaſale haberet, ſed illud tñ de tpe inueſtiturę. quæ † tñ negatiua ꝓbãda erat
6 ꝑ ipſum actorem, nã cum ad eum ſpectet onus probandi identitatẽ & ad eius probationẽ neceſſaria eſſet probatio negatiuæ, illa probãda erat iuxta late not. per Bar. & doc. in l. inˀ illa. ff. de verbo. obl. Inno. & doc. in c. ſuper his, de accuſatio. in quibus locis habeẽ ꝙ vbi fundamentum alicuius conſiſtit in negatiua, illa ꝓbari debet, ſiue agendo ſiue excipiendo negatiua opponatur. tradit Alex. in cõſi. 42. col. 2. lib. 6. & in conſi. 136. lib. 7. Deci. in c. 2. col. 6. de reſcrip. & in c. licèt cauſam, col. 17. de probatio. in conſ. 177. col. 2. & in conſi. 192. col. fi. & alibi ſæpiſſime. ¶Amplius iſta negatiua ꝙ Guilielmus Valenſani de tempore recognitionis nõ haberet aliud chaſale, non ſolum probata nõ fuit, ſed nec etiam allegata, quæ tamen allegatio omnino erat neceſſaria, licèt de iure negatiua præſumeretur. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idẽ Pollion. ff. de adulter. Bar. & doc. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. ¶Tan-
7 tum † enim allegata fuit negatiua, ꝙ in protocollo notarij non reperitur aliud inſtrũm chaſalis pro Guilielmo Valenſani, quæ tamen negatiua ſufficienter eo modo probari non poteſt, quia nõ ſequitur, in protocollo notarij non reperitur protocollatũ aliud inſtrumentum venditionis chaſalis q̃ iſtud, ergo aliud receptum non fuit, quia potuit recipi aliud inſtrumentum, & non protocollari, vel ſi fuit protocollatum potuit ſubtrahi, & ſic probatio illa negatiuæ neceſſario nõ cõcludit, ita in terminis terminãtibus reſpondet Corn. in conſi. 210. circa fi. lib. 4. ¶Præterea etiam ꝙ illa negatiua ꝓbareẽ ex inſpectione ꝓtocolli ꝙ aliud inſtrũm vẽditionis chaſalis notarius nõ receperit, non tñ ſequiẽ, ergo ſolũ vnũ chaſale recognouit ille Valẽſani, potuit. n. plura chaſalia habere vnũ quidẽ ſubiectum & alia libera. ¶Ruſus nõ probaẽ, ꝙ chaſale reco-

le recognitū p ipſum Valenſani ſit illudmet quod nunc poſſidet
magiſter Iordanus Gallādi reus; hæc enim idētitas nullo modo
ꝓbari pōt ex tenore illius inueſtituræ, nō enim ſequit̃, Guilielmus
Valenſani recognouit vnum chaſale retrouenditū, ergo eſt illud
quod poſſidet reus. l. dictus Gallandi. ¶ Tñ de iſta identitate de-
ponūt duo teſtes, videlicet Antonius Alberti alias Nixe, & Petrus
Valenſani filius Guilielmi, ſed primus teſtis inquantum deponit
dici audiuiſſe à Petro Valenſani non probat. c. licèt ex quadā. de
8 teſti. habet in l. teſtiū. C. de teſtib. Similiter † inquātū dicit ꝙ ipſe
teſtis alias fuit iouceſtitus de iſto chaſali non ꝓbat ipſum chaſale
eſſe emphytheoticū, quia emphytheoſis ꝓbari debet p ſcriptu-
rā. l. 1. C. de iure emphy. gl. in c. 1. de cēſibus, li. 6. in gl. magna. Ale.
in cōſi. 136. colū. 4. lib. 1. quod ampliat̃ procedere in ſolutionibus
penſionū pro ipſa emphytheoſi, quæ ſolutiones probari dbent ſi
militer p ſcripturā. Bal. in conſ. 220. Proponit̃ ꝙ a. lib. 1. Eſt verū ꝙ
tali diſpoſitioni iuria requirētis ſcripturā in tractatu emphytheo
tico derogatū vr̃ p cōtrariā cōſuetudinē. Roma. iā cōſi. 103. Viſo.
col. 2. Soc. in cōſi. 169. col. pe. poſt med. li. 2. ¶ Nec dicat ag. hic de
ꝯtctu cenſuali non emphytheotico, quia iſtud eſt impoſſibile cū
actor dicat chaſale mouere de eius directo dñio, quod nō cōſide
ratur in ꝯtctu cenſuali in quo ius oē trāſferẽ in accipientē, vt not.
in c. cōſtitutus, de religio. domib. Iaſ. in c. 1. col. 5. in vſib. feud. De
ci. in auth. qui rē, col. 3. circa ſi. C. de ſacroſ. eccl. ¶ Quinimmo ex
teſtimonio iſtius teſtis vr̃ argui diuerſitas potius chaſalis, qa de-
ponit dici audiuiſſe à Petro Valenſani ꝙ ſoluit florenos quattuor
pro laudimio, & tñ inueſtitura ſolū cantat de vno ſcuto. ¶ Ex alio
vr̃ probari diuerſitas, quia in venditione facta per ipſum teſtem
Guilielmo Valenſani dicitur ꝙ ipſum chaſale facit de penſione
annua ſex denarios, & tñ inueſtitura ipſius Valēſani loquitur de
penſione vnius ſolidi qui facit quindecim denarios in ciuitate
Dyæ vt in facto proponit̃. Nec eſt veriſimile ꝙ Valenſani volue-
rit obligare ipſum chaſale ad maiorē penſionem q̃ deberet. Non
etiam eſt veriſimile ꝙ venditor teſtis errauerit circa quantitatem
penſionis, nā ſi chaſale venditum erat emphytheoticum, & pro
eo ſoluebat penſionem annuam, in facto ꝓprio veriſimiliter non
cadit error. l. quāq̃. ff. ad Velleia. & maximè in facto proprio to-
ties reiterato p ſolutiōes ſæpius factas, ex qua reiteratione maior
deliberatio arguitur. c. ſi quis iratus. 2. q. 3. vbi gl. ſi. Bald. in conſi.
ſeiſmatis poſito in rub. ſi quis ali. teſta. prohib. char. pe. ver. porrò
9 quia vero conſonat ideo † cōfeſſio facta poſt terminum datū ad
deliberandū nō pōt tanq̃ erronea reuocari, ſm Rom. in cōſi. 366.
col. 2. ꝯtriū tñ voluit idē Rom. in cōſi. 391. Vt propoſita. col. 2. ¶ Ex
alio nō probatur idētitas per illum teſtē, quia licèt dicat ꝙ reus
poſſidet chaſale venditum per ipſum teſtem in reo, & quod ipſe
teſtis venditor habuit ex cauſa permutationis à dicto Guilielmo
Valenſani, nō tñ ſequit̃, ergo chaſale recognitum per ipſum Valē
ſani eſt illudmet quod tradit ex cauſa permutationis dicto teſti.
Potuit enim habere plura chaſalia vnum ſeruum & alia libera,
ideo (vt ſupra dixi) ꝓbanda erat negatiua ꝙ dictus Valenſani nō
habeat niſi vnum chaſale, quæ tñ negatiua non modo probata
nō fuit, immo ne quidem allegata, vt ſupra oſtendimus. Et cū ipſa
recognitione aut inueſtitura non fuerit confirmatū chaſale nec
aliter ſpecificatum & relatio facta ad venditionē retrofactam ſic
certè non potuit iſte teſtis ſcire idētitatem rei an chaſale recogni
tum eſſet illud, quod ipſe vēdiderat ipſi Guilielmo Valenſani &
ꝙ identitas prędij nō ꝓbet̃ p teſtē qui nō deponit de confinibus,
tradit Alex. in cōſi. 20. col. 2. lib. 4. ¶ Præterea, nō apparet ꝙ iſte te-
ſtis venditor vendiderit ipſum chaſale magiſtro Iordano Gallan
di tanq̃ liberū vel ſeruum, & ſic an teneat̃ de actione vel nō caſu
quo ſeruū reperiat̃, ideo teſtimoniū ipſius teſtis poſt vēditionem
ab eo factā nō vr̃ nocere emptori, iuxta doctr. Bart. in l. facta. § ſi
hæres, col. 2. ff. ad Treb. ¶ Itaq; ſolū ſupereſt alter & ſecundus te-
ſtis, cui tanq̃ vnico & ſingulari nō vr̃ credendū. l. vbi numerus. ff.
10 de teſtib. l. iuſiurandi. C. eo. tit. cū ſi. Rurſus † iſte teſtis videt̃ tra-
ctare de cōmodo proprio & de ſe exonerando ideo nō probat.
l. oībus. C. de teſtibus. Bar. in l. deferre. § idem decreuerūt. ff. de iu
re fiſci. Pau. de Caſt. in conſi. 305. Ad bene examinandum, in vlti-
mo dubio. lib. 2. Alex. in conſi. 44. col. 3. ver. itē nō probat. lib. 2. qđ
eſt repetitum in conſi. 28. lib. 1. & idem Alex. in conſil. 32. col. 2.
ver. quinimmo dictus Franciſcus, eodem lib. 6. quod ampliatur
ēt ſi ageretur de exonerando patrem ipſius teſtis. Alex. in cōſ. 71.
col. 2. ver. & idem dico de quarto teſte, li. 7. Etenim talis teſtis tra
ctans de ſe exonerando dr̃ deponere in cauſa propria. Imo. in cō
ſi. 111. ante ſi. ꝙ aūt tractet iſte teſtis de ſe exonerando probatur,
quia niſi chaſale recognitum per eius patrem ſit illud, quod te-
net magiſter Iordanus Gallandi reus, ipſe teſtis tenebitur ſi aliud
11 ſit chaſale recognitum, & quia † poterit imputari tam ipſi teſti q̃
dicto Antonio Alberti alias Nixæ cur in alienationibus per eos fa
ctis expreſſis nō declarauerint de onere & ſeruitute ipſius chaſa
lis ex his quæ ſcribit Veronenſis in conſ. 8. col. pe. ad ſi. vbi ꝙ em-
phytheota ſimpliciter vēdens rem emphytheoticā nō exprimen
do ꝙ eſſet emphytheotica, cadit à iure ſuo, licèt ſecus dicat Io. do
Anania. ſimiliter ſcribit deciſio Neapolitana deciſ. 255. ꝙ vaſall'
alienans rem feudalem pro libera, amittit ius ſuū & reuocari pōt
12 res ab emptore. ¶ Præterea † iſta declaratio identitatis fieri debe
bat ab initio recognitionis nō poſtea ex tam longo interuallo in
præiudicium ipſius magiſtri Gallandi ex eo quod ſcribit Ang. in
conſ. 209. vbi qñ pater dotem pro filia ſimpliciter promiſit, nō pt
ex interuallo declarare ꝙ ꝓmiſerit de bonis maternis, ſed iſta de
claratio fieri debebat ab initio. in propoſito nr̃o cū pater iſtius te
in l. j. col. 5. ad fi. ver. ad idem facit quod decidit Bald. in l. ſocius.
C. qui te. facere poſ. & dixi in conſi. 26. circa fi. tunc cum allega-
ſi non pòs ꝙ non potuit vnus ſociorum diſtrahere ſocietatẽ al-
tero inuito & ignorãte, ꝯhendo nomine proprio, quia non po-
teſt pars allegare ignorãtiã iſtarũ acquiſitionũ & ꝙ clandeſtinè
factæ fuerint, q̃ ẽt ignorantiã nunq̃ allegauit in actis, & vbi alle-
gaſſet pſumptio iuris eſt cõtra eã ex tot cõiecturis ſupra allega.
maximè q̃a pars ipſa inſtrã acquiſitionum produxit. ¶ Secundò
principaliter cõſidero, poſito & nõ conceſſo, Paſqueti appella-

tus clandeſtinè acquiſiuiſſe nomine ſuo proprio, adhuc nõ poſſet aduerſarius dicere non impediri ſocietatẽ vniuerſalẽ omniũ bonorũ ex talibus acquiſitionibus tanq̃ factis ipſo ignorante & inuito, quia ẽt ipſe aduerſarius aliqua acquiſiuit durante cõione nomine proprio, quæ acquiſitio repugnat ſocietati vniuerſali, ideo facto ſuo proprio conuincitͅ ꝙ non eſſet ſocietas vniuerſalis. nec poteſt ipſe allegare ꝙ nõ potuerit ſolus diſtrahereq́ ſocietatẽ acquirendo clandeſtinè & ignorante altero ſocio, quia præ ſupponendo citra præiudicium veritatis, ꝙ præcederet ſocietas vniuerſalis, dicendo ꝙ contraxit nomine proprio clandeſtinè & ignorante ipſo Paſqueti allegat turpitudinẽ ſuam ꝙ voluerit fraudare ſocietatem & fidem in ea fallere, ob id audiri non debet. l. tranſactione finita. C. de tranſac. l. cum profitear. s. C. de reuo. dona. l. filios. C. de reuo. his quæ in frau. ca. inter dilectos, de
8 dona. ideo† poſito ipſe Paſqueti poſſet contrauenire acquiſitioni factæ per ipſum Chaberti noie ſuo proprio tanquam factæ clandeſtinè & ignorante ipſo Paſqueti, ipſe tñ Chaberti qui eã facit, illi ↄuenire non põt. l. ſi ſeruus plurium. §. 1. ff. de leg. j. vbi Bal. dicit ꝙ obtinens ſententiam pro ſe non põt illi ↄuenire, quia alle-
9 garet eius turpitudinem. ¶ Præterea† cum ipſe Chaberti etiã acquiſierit noie ſuo proprio nõ põt obijcere alteri cur & ipſe noie proprio acquiſierit. l. 2. §. idem ait. ff. ne quid in loco publi. c. pro illorũ. de ꝓben. c. cũ eccleſiaſticæ, de exceptio. facit tex. in l. in arenã. ad fi. C. de inoffi. teſta. & pro hoc adduco in terminis Alex. in conſil. 78. li. 2. vbi ꝙ ex acquiſitionibus vnius ſocij vniuerſalis nomine proprio altero ſocio ignorante, cenſetur diſſoluta ſocietas vniuerſalis quando alter ſocius etiam quid acquirit nomine proprio. ¶ Amplius etiam ꝙ ipſe Chaberti nihil acquiſiuiſſet nomine ſuo proprio, adhuc imputari non poſſet ipſi Paſqueti ꝙ acquiſierit nomine ſuo proprio clandeſtinè inuito & ignorante ipſo Chaberti, quia apparet ꝙ ipſe Paſqueti aliqua etiam acquiſiuit nomine ipſius Chaberti ſui generi. Ex qua re fides bona arguitur ipſius Paſqueti ꝙ generum fraudare noluerit, acquiſitio enim facta nomine ipſius Chaberti eſt dãnoſa ipſi Paſqueti nomine alieno acquirenti, quia in tali acquiſitione participare non poterit, iõ ſi doloſè verſari voluiſſet, veriſimiliter talem acquiſi-
10 tionem non feciſſet. argu. l. præſes. C. de ſeruit. & aqua. &† cum fecerit Paſqueti in re ipſius Chaberti quod fecit in cauſa propria, id eſt, ita acquiſierit pro ipſo Chaberti & nomine ſuo priuato ſicut pro ſeipſo, in culpa aliqua dici nõ põt. l. hæredes. §. non tantum. ff. fami. erciſc. § hinc inſti. pro ſocio. l. ſocius ſocio. ff. pro ſocio Bar. in l. quod Nerua. ff. depoſiti. ¶ Porrò pars aduerſa dicens acquiſitiones factas per Paſqueti nomine ſuo proprio doloſè fuiſſe ſecutas tanquam clandeſtinè factas, & ipſo Chaberti ignorante, debet & tenetur probare ꝙ ante ipſas acquiſitiones eſſet ſocietas vniuerſalis inter ipſas partes, quia alias nõ tenetur ſocius acquirere communi nomine, ſed dico impoſſibile eſſe ꝙ probet pars iſtam vniuerſalem ſocietatem ante ipſas acquiſitiones. nã ſocietas vniuerſalis dr̃ quando in omnibus contrahitur ẽt in acquiſitionibus, ſed iſta vniuerſalitas nullo modo hic probari põt non ex inſtrumento aſſociationis, quia ex eo apparet de contrario, non tacitè, quia vt tacitè inducatur requiritur ꝙ etiam in acquiſitionibus talis ſocietas obſeruata ſit, id eſt, ꝙ aliquid fuerit acquiſitũ cõi noie, alias. n. in acquiſitis ſocietas vniuerſalis tacita conſiderari non poteſt, ſed hic nulla probatur acquiſitio communiter facta, ſed proprio nomine aut ipſius Paſqueti aut ipſius Chaberti, ergo impoſſibile eſt dicere ꝙ præceſſerit ſocietas vniuerſalis. ſi. n. pars prætendit ſocietatem vniuerſalem etiam in acquirendis, oportet neceſſario probare ꝙ aliqua acquiſita fuerint cõiter facta, alias enim ſi nulla acquiſitio communi nomine facta ſit ab alterutro ſociorum, neſcio videre quomodo aduerſarius velit fundare & probare iſtam ſocietatem vniuerſalẽ ẽt in
11 acquirẽdis ex tacitis actibus, quia† actus noſtri volũtarij, non extendũtur vltra quam gerantur, nec poteſt ſocietas tacita extendi vltra actus ipſius ſocietatis. l. j. §. Iulianus; vbi Barto. ff. de itinere actuq; priua. l. voluntariæ. C. de execu. tuto. l. fi. C. ne vxor pro mari. & in terminis tacitæ ſocietatis ita arguit Bart. in l. Titium aut Mæuium. §. altero. ff. de adm. tut. & in l. ſi patruus. C. commu. ver. iudi. Dec. in conſi. 21. col. 3. verſic. præterea dato. & in conſi. 445. col. 7. circa fin. verſi. & dato ꝙ aliqua communicatione. Pau. de Caſt. in conſi. 349. Ex dic. col. ii. ibi, quia cum ſit tacita. li. r. Actua-
12 lem† enim qui tacite inducitur, non eſt tantæ potentiæ quantæ eſt expreſſus, ſed reſtringitur ad id in quo reſultat, nec extenditur prout actus expreſſus. Pau. de Caſt. in conſi. 334. Viſa appellatione. col. 3. ver. iam actus li. 1. Alex. & Dec. in l. 1. §. j. in gl. ſuper verbo ſi quis. ff. quod quiſque iuris. Iaſ. in repe. l. cum quid. colu. 3. ver. quarta concluſio. ff. ſi cer. pe. ſi actus taciti extendi non poſſunt vltra quàm gerantur, & nunq̃ actus aliquis acquiſitioni cõmunis ſocietatis nomine factus eſt, quomodo extendemus iſtã tacitam ſocietatem ad actus iſtos acquiſitionum. & pro hoc in terminis adduco Rom. in conſi. 291. Cum iſti fratres. vbi ꝙ licèt fratres exercuerint plures negociationes & earũ lucra aut quæſtus cõicauerit, non tamen dicitur ſocietas vniuerſalis in alijs quæ communicata non ſunt. Ad idem adduco Soci. in conſ. 95. colu. 4. in 3. q. lib. 2. ubi ꝙ in tacita ſocietate non ueniunt ea quæ non reperiuntur aliquando cõicata puta legata aut donata & ſic uolunt Roma. & Soc. ꝙ non poteſt dici cõtracta ſocietas uniuerſalis in illis quæ adhuc non reperiuntur fuiſſe cõicata, itaq; dici non poteſt ꝙ ſit ſocietas acquiſitionum quũ non reperitͅ fuiſſe communicatum quod proprio nomine acquiſitum ſit. Ad idẽ ẽt adduco Alex. in conſil. 138. in fi. li. 5. ubi Alex. conſiderat in ſocietate uniuerſali communem poſſeſſionem, cõem negociationem, & ꝙ in cõi conferantur omnia undecunq; obuenientia. Ad idem adduco Cor. in conſi. 196. in prin. lib. 3. ubi ſi ſocij cõicant oĩa lucra undecunq; ex quæſtu obuenientia, cenſetͅ contracta ſocietas uniuerſalis reſpectu lucri & quæſtus, ſi uerè cõicant lucra unius negociationis, ſolum reſultat ſocietas limitata circa illam negociationẽ. & ſic apertè uult Corn. ꝙ non inducatur ſocietas uniuerſalis reſpectu acquiſitionũ niſi actus acquiſitionũ interuenerint ſocietatem inferentes. & pro hoc adduco, nã ſocietas uniuerſalis non inducitur niſi ex actibus qui fieri non poſſunt citra ius & nomen ſocietatis uniuerſalis. arg. l. in liberæ. ff. de rit. nup. l. in concubinatu. ff. de concub. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acq. hær. & in ſocietate tacita ita arguit Anto. de Bu. in conſi. 71. Aucb. in conſi. 32. quia qõ, col. 2. in conſi. 148. plura dubia. col. 1. & in conſi. 302. materia. col. 2. Alex. in conſil. 37. col. 2. in fi. li. 4. & in ſocietate uniuerſali ita arguit Cor. in conſ. 58. col. 3. li. 4. modò ante factas aliquas acquiſitiones aut ante communicationẽ aliquorum bonorum alteri ex ſocijs obuentorum dici non põt cõtractam fuiſſe ſocietatem uniuerſalem ex alijs actibus cõium negociationum aut communicationis fructuum, quia potuerũt ſocij communiter negociari & fructus communicare abſq; intentione communicandi bona acquirenda nomine proprio aut alteri obuentura ex titulo donationis, hæreditatis, aut legati. Poſtremò conſidero unum fundamentum efficaciſſimum ad tollendum præſumptionem ſocietatis uniuerſalis, nam iſte Paſqueti habet intentionem fundatam ex inſtrũ ipſius aſſociationis, quæ legitur limitata nõ uniuerſalis, & ſic ex parte ipſius Paſqueti adeſt probatio expreſſæ ſocietatis, quæ contracta fuit in illo cõtractu matrimonij. Ipſe aũt Claudius Chaberti ſolũ nititur ex præſumptione & ex tacita ſocietate, ſed dico ꝙ in declarãda uoluntate ſeu in declarando actu expreſſum fortius eſt tacito, ut ſupra dictum eſt, dum probauimus tacitum non ita extendi ſicut expreſſum, & quia adeſt expreſſio ceſſant præſumptiones. l. continuus. §. cũ ita. ff. de uer. obl. & iſtud quod dicimus ꝙ expreſſum facit ceſſare tacitum. l. ſi ita. ff. de lib. & poſth. l. cum ex filio. §. fin. ff. de uulg. l. Clemens patronus. ff. de hær. inſti. ¶ Rurſus habet ultra expreſſum, ẽt præſumptionẽ fortiorẽ pro ſe iſte Paſqueti, poſito n. & non conceſſo, nulla eſſet ſocietas expreſſa ſeu declarata in contractu matrimonij prout eſt, ſed eſſet diſputandum de tacita ſocietate, cum nulla acquiſitio communi ſociorum nomine facta ſit, dici non poteſt ↄtractam eſſe ſocietatem in acquirendis, immo totum ↄtrarium ex eo ꝙ proprijs nominibus ſemper acquiſitiones factæ fuerũt, ideo nullo modo audiri debet aduerſarius dicendo contractam fuiſſe ſocietatẽ vniuerſalem ex tacitis actibus. Bene fateor† ꝙ ſi nullæ aliæ acquiſitiones antea factæ eſſent,
13 fortè dici poſſet, ꝙ ex actibus promiſcuis & difformibus in quibus cõicatio facta eſſet, contractam eſſe ſocietatem omniũ bonorum, ex his quæ Dec. ſcribit in auth. quod locum, col. pe. & fi. C. de colla. vbi arguit ſocietatem omnium bonorũ ex talibus actibus difformibus & promiſcuis, ideo ꝙ filia vnius ſociorũ dotari tunc de cõi, licèt antea actus dotationis non euenerit. Sed tñ Dec. ibi idem vult quod Roma. & Soc. in d. conſi. quia vult Dec. ꝙ extra cauſam negociationum difformium aliqua fuerint cõicata, quia alias dici non põt contractam eſſe ſocietatem vniuerſalem ẽt extra cauſam negociationum & idem voluit Dec. in cõſi. 68. col. 4. poſt med. & in conſil. 304. col. 1. ¶ Ex quibus apparet ꝙ aſſerta diuiſio fuit omnino erronea, & ex falſa cauſa, ideo reuocari debet, vt oſtenſum fuit in prioribus ſcriptis, Grationo. 9. Iulij. 1541. Aymo Crauet.

Sum-

SVMMARIVM.

1 *Seruitutis poſſeſsio ſeu quaſi quanto tempore acquiratur.*
2 *Deſtruere quis poteſt propria autoritate quod ſuper ſuo ædifica tum eſt, & nu. 13. ubi declaratur.*
3 *Præſcriptio quartæ epiſcopo debitæ inducitur quando tempore longiſsimo ſoluta non fuit.*
Seruitus habent cauſam continuam & diſcontinuam quanto tempore perdatur. ibidem nu. 3.
4 *Spoliatus ante omnia reſtitui debet, etiam ſi ſpolietur à iudice nulliter & ſine cauſæ cognitione.*
5 *Riuus non nauigabilis, nec aliū faciens nauigabilem non dicitur de regalibus, ideo licitum eſt vnicuique ex tali riuo aquā ducere ad prædia ſua.*
6 *Poſſeſsio faciendi cluſas in riuo non perditur ex eo quod cluſæ perierint, quia aliæ fieri poſſunt.*
7 *Poſſeſsio ſeruitutis aquæ acquiritur ex eo quod ſemel quis aqua ſit vſus.*
8 *Aquæ curſus immutari non debet in præiudicium alterius.*
9 *Poſſeſsio regulariter acquiritur ex vnico actu.*
10 *Deſtruere non debet quis propria authoritate opus quod ipſo vidente & ſciente factum eſt.*
11 *Inueſtitura probat titulum, ſed nō ius inueſtiētis, ideo nō ſufficit producere inueſtituram niſi probetur de iure inueſtientis.*
12 *Succeſſor in iure alterius tenetur probare de iure ſui authoris.*
14 *Præſcriptio longiſſimi temporis ſufficit ad poſſeſſorium reintegranda ſeu ne agi poſſit tali poſſeſſorio.*
15 *Præſcriptio non inducitur ex non vſu quando quis pro parte iure ſuo vſus eſt, quia vſus in parte conſeruat ius in totum.*
16 *Præſcriptio non inducitur ex non vſu, niſi probetur caſum euemiſſe quo quis iure illo vti poſſet.*

CONSILIVM CXXIIII.

¶ Pro Ioanne Demenioni & litis conſortibus contra Hylarium Brenierij de Sancto Nezario Ba liuatus ſancti Marcellini.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Ioannes Demenionis & alij litis conſortes mouerunt iudicium aduerſus Hylarium Brenieri de Sancto Nazario ob cauſam cuiuſdam cluſæ ipſorū agētium in riuo de Cholletou & Aglinigra diruptæ per dictum Brenierij petendo ſe reintegrari ad poſſeſsionem dictæ cluſæ corā ſpec. domino iudice ipſius loci Sancti Nazarij quæritur de iure dictorū agentium. ¶ Videretur
1 † dicendum prima fronte reū conuentū abſolui debere, q̄ actores nō tenuerūt cluſam prædictam in dicto riuo niſi per dies nouem aut decem, ideo in tpe tam breui non videtur quæſita poſſeſsio tenendi ibi cluſam. argu. tex. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priua. vbi requiritur vſus vnius anni aut ad minus triginta dierum, vt quis dicatur in poſſeſsione ſeu quaſi ſeruitutis.
2 ¶ Secundò † reus conuentus dicit riuum in ea parte in qua cluſa conſtructa fuit, ad eum pertinere, producendo quoddam albergamentum de eo factum, ideo videtur licuiſſe ipſi reo deſtruere illā cluſam propria autoritate, tanquam conſtructā ſuper aqua aliena. l. quemadmodū. §. 1. ff. ad legem Aquil. Barr. & doct. in l. 3. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. Pau. de Caſt. in conſi. 334. incipien do a ſecundo col. 5. lib. 2. Dec. in conſi. 221. col. 2. verſ. eſt ergo videndum. ¶ Tertiò allegat reus præſcriptionem temporis longiſſimi, quia in dicto loco cluſa aliqua conſtructa non fuit. ideo licite vt cluſam de nouo factam dirupiſſe tanquam nullo iure ex-
3 tructam, ſicut † dicitur de quarta debita Epiſcopo, q̄ præſcribitur contra eam ſi ceſſatum fuerit in eius ſolutione per tempus longiſsimū aut antiquiſsimum, vt no. Bal. in l. ſi quis ad declinandum, in 2. q. C. de Epiſ. & cler. Curt. Iunior in conſi. 20. col. 2. circa med. imò talis ſeruitus habendi cluſam in riuo alieno perditur ex non vſu decē annorū. l. ſicut. C. de ſe uitu. & vbi ſeruitus haberet cauſam diſcontinuā amittitur tpe duplicato, id eſt, 20. an. vt habetur in l. ſi ſic. ff. quemadmo ſerui. amit. ¶ Sed præmiſsis non obſtantibus contrariū puto de iure verius, q̄ imò agentes
4 obtinere debeant in poſſeſſorio intentato. & primo † habēt ipſi regulam iuris pro ſe, q̄ ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. l. ad ſe fundum. C. ad legem Iul. de vi pub. vbi q̄ hoc procedit ēt ſi poſſeſſor ſpoliatus iniuſte poſſideret. ad idem tex. in l. colonus.
& l. cum functus. ff. de vi & vi arma. c. in literis, de reſtitu. ſpolia. quod procedit ēt ſi a iudice quis ſpolietur ſine cauſæ cognitione, & nulliter. gl. in c. ſumma. 3. q. 1. Bar. & doc. in l. iuſtè poſſidet. ff. de acq. poſſ. Bal. in conſ. 147. Spoliatus in conſi. 134. Copioſe. in conſi. 159. Proponitur quod quædam tutela. in fi. lib. 3. & in cōſi. 357. Iniuſtiſsima. lib. 2. Oldr. in conſi. 227. De toto themate. colū 1. verſ. ſecunda regula. & verſi. ſi ergo tali commiſsione. Anto. de But. in conſil. 62. hic de duobus. colum. 1. Veronenſis in conſi. 59. Socin. in conſi. 12. colum. 2. ad fi. lib. 1. Roma. in conſi. 158. circa articulum col. 2. verſi. 3. quia iniuſtè. Abb. in c. ex inſinuatione, in tertio no. de procura. Deci. in conſi. 125. colū. fin. in conſi 200. colum. 1. & in l. factum a iudice. ff. de regu. iur. ideo cum haberēt agentes cluſam in riuo prædicto, & eam poſsiderent non licuit aduerſario eos ſpoliare, & cluſam diſrumpere propria authoritate, & ſine cauſæ cognitione, quia etiā magiſtratui ipſum hoc
5 permiſſum non erat. ¶ Secundò † conſiderandum eſt pro ipſis agentibus, quod riuus prædictus de Cholletō & Aglinigra non eſt fluuius nauigabilis, nec aliū facit nauigabilem, ob id non dr̄ de regalibus vt habetur in l. quominus. vbi Iaſ. in ſexto no. ff. de fluminibus, ideo ex tali riuo licitum eſt vnicuiq; aquā ducere ad prædia ſua, latè Bal. in conſi. 463. Quatuor ſunt. lib. 4. Pau. de Caſt. in conſi. 65. In quæſtione aquæ. lib. 2. & in conſi. 357. Notandum eſt, q̄ dicta prima ſeriola. eodem lib. 2. ideo cum de iure cōmuni licite aqua duci poſſet ex illo riuo, non debuerunt eo vſu fraudari per ipſum reum. ¶ Tertiò probauerunt agentes per teſtes, q̄ eorum auctores erant in poſſeſsione faciendi cluſas in riuo prædicto, q̄ in ea parte in qua cluſa deſtructa fuit ad eorū arbitrium prout vſus & neceſsitas poſtulabant. quæ auctorū poſſeſsio agentibus prodeſſe debet, in quos iura auctorum tranſlata ſunt. l. Pomponius. §. cū quis & §. quæſitū. ff. de acq. poſſ. quod autorum poſſeſſorium continuatum fuit per ipſos agentes cluſam prædictam extruendo, ideo tali poſſeſſorio tamq̄ antiquo de facto & ſine cauſæ cognitione priuari non debuerūt. & licēt
6 † cluſæ ab autoribus factæ per tēporum ſpacia poſtea perierint, non propterea amiſſa eſt poſſeſsio cluſas faciendi, quia aliæ fieri potuerunt & poſſunt. deciſio Neapo. deci. 392. col. 3. ad fi. ¶ Solum ſupereſt ad contraria reſpondere, quibus confutatis clariſ-
7 ſima fiet res. Reſpondeo † itaq; ad primum argumentum, q̄ poſſeſsio ſeruitutis non quæratur minori tempore 30. dierum q̄ illud non procedit in ſeruitute aquæ. l. 1. §. quod autem ſcriptum eſt. ff. de aqua quoti. & æſti. vbi ſufficit ſemel vſum quem aqua fuiſſe vt quæratur poſſeſsio aquæ, & competat illud interdictū. tradit Alex. in conſi 142. col. 1. lib. 1. & ratio diuerſitatis eſt inter ſeruitutem aquæ & alias ſeruitutes, quia in alijs ſeruitutibus poteſt quis aliquo iure itineris aut uiæ vti iure familiaritatis, quæ ratio ceſſat in iure aquæ, quia non conſueuit quis ratione familiaritatis aquam ex riuo alieno ducere. ita declarat Bart. in d. l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priua. ¶ Secundò reſpondeo q̄ argumentum procedit quando agitur de poſſeſsione ſeu quaſi alicuius ſeruitutis, ſed hic non agitur de iure ſeruitutis, imò agitur de iure facultatis & rei propriæ ſeu communis, quia negatur q̄ riuus de quo agitur ſit aduerſarij iure dominij directi aut vtilis, imò dicitur q̄ eſt iuris publici, & q̄ liceat vnicuiq; pro vſu
8 ſuo aquam ex eo ducere, & cum † autores ipſorum agentiū longo & logiſsimo tempore fuerint in vſu & poſſeſsione habendi & faciēdi cluſas in riuo memorato, nō licuit aduerſario aliquid immutare circa ipſam aquam in præiudicium ipſorum agentium. l. 1. in fi. ff. de aqua plu. ar. l. vſum aquæ. C. de aquæ duc. lib. 10. Bart. in l. quominus. q. 14. ff. de flumi. Bald. in conſi. 141. lib. 2. quod incipit, & videtur. Calc. in conſi. 50. colū. 2 ante med. & in conſi. 56. col. 5. circa med. & col. 6. poſt med. latè Iaſ. in cōſi. 150.
9 lib. 2. & in conſi. 34. col. 4. ante med. lib. 3. ob id † cum nō ſimus in materia aut iure ſeruitutis, ſtandum eſt diſpoſitioni iuris cōmunis, q̄ regulariter acquiritur poſſeſsio etiam ex vnico actu, vt no. in c. cum eccleſia ſutrina. & in c. cū olim, de cau. poſſ. & propri. & eſt tex. in c. cōſultationibus, de iure patr. vbi q̄ ex vnica pñtione acquiritur poſſeſsio ſeu quaſi iuris patr. no. Abb. in cōſi. 4. Videtur primò. col. 2. lib. 1. Deci. in conſi. 117. col. 2. poſt med.
10 in conſi. 124. col. 1. & alibi ſæpiſsime. ¶ Tertiò reſpondeo, † nam proponitur & narratur q̄ iſta cluſa facta fuit ſciente vidente & patiente ipſo aduerſario, ideo cenſetur conſenſiſſe & remiſiſſe ius quod prætendebat in eo riuo quantum ad cluſam prædictā, per ea quæ ſcribit Ang. in conſi. 1. poterat enim pars contradicere nunciando nouum opus aut ſaltem ob talem patientiam, nō debebat euerti cluſa de facto & propria autoritate. Pau. de Caſt.

in

in conſi.317.Super primo quæſito reſpondeo.col.2.in tertio du
bio lib.2.imò cum dicatur facta cluſa ſuper riuo publico aut cō
muni, nullo modo deſtrui potuit aut debuit atte̅nta ſcientia &
patientia aduerſarij. Bal.in conſi. 478. Super hoc puncto. lib. 2.
imò non vr̃ locus demolitioni data patientia aduerſarij licèt nō
in ſolo publico aut communi opus fiat ſed tantum agi poſſet ad
damnum.l.Labeo,cum glo.ff.de aqua plu.arcen.Pau.de Caſt.in
11 conſi.314.Omiſſo primo.col. 5. poſt med.lib.2.¶ Ad ſecundum
argumentum reſpondeo,† ꝙ ex illo albergamento bene proba-
tur titulus albergamenti,ſed non probatur ius albergantis ꝙ ius
haberet ita albergandi,cum de iure communi riuus iſte non ſit
de regalibus,ſed iuris publici,vt ſupra diximus. & pro hoc ad-
duco Pau.de Caſt.in terminis in conſi.133.Iſte Martinus,in prin.
lib.2.vbi ꝙ fundans ius ſuū in inueſtitura alterius debet proba
re de iure inueſtientis, immo ſi plura albergamēta fuiſſent pro-
ducta de aqua illius riui, ex eis tamen non probaretur dominiū
albergantis in ipſa aqua in fauorem ipſius albergantis vt nouiſ-
ſimè tradit Curtius Iunior in conſi.41.col.4. verſi.quinimmo &
12 fortius.& in conſ.558.col.5.poſt me.& iſtud † eſt quod dicimus
ꝙ ſucceſſor tenet̃ probare de iure ſui autoris,quia non ſequit̃,ta-
lis vendidit vel donauit mihi rem, ergo erat dominus illius rei
vel in ea ius habebat.l.quæ nondū.§.quo dr̃ ff.de pigno.l.cū res
C.quæ res pign.obli.poſſ.Pau.de Caſt.in conſi.406.ſatisfaciēdo.
col.2.poſt med.lib.1.& in conſi.130.Libellus iſtorū agentiū.col.
2.circa med.lib.5.quod maximè procedit, quia præſumptio iu-
ris eſt cōtra albergantem,ꝙ ius non habeat in riuo prædicto cū
ſit publici iuris & non de regalibus per ſupradicta.Secundò re-
ſpondeo ad iſtud argumentū,ꝙ nō procedit in caſu iſto vbi agi
tur poſſeſſoriū recuperandæ cui non obſtat exceptio dominij,vt
in d.l.ſi quis ad ſe fundum.latè per doct.in l.naturaliter. §.nihil
13 commune.ff.de acqui.poſſ.¶ Non ob.† tex. in l. quemadmodū.
§.1.ff.ad legem Aquil.quia loquit̃ in eo qui erat dn̄s ſoli, ſed iſte
reus aduerſarius non erat dominus riui directus nec vtilis.Secū
dò non loquitur ille tex.qn̄ quis eſſet in poſſeſſione ita ædifican-
di prout hic,vt ſupra oſtendimus de poſſeſſione agentiū & ſuo
rum autorum.Tertiò ſolū procedit ille tex. in eo q eſt dn̄s inſo-
lidum ſoli,vt not.per doc.in d.l.1.§.nunciatio.ff.de ope.no.nun.
ſed iſte reus non erat nec eſt dominus huius riui,cum ſit publici
iuris per ſupradicta.¶ Non obſt.tertium argumentū de præſcri-
ptione.Primò quia talis exceptio præſcriptionis non obſt.agen-
14 ti poſſeſſorio cum ſapiat dominiū,† bene fateor ꝙ vbi quis fuiſ-
ſet priuatus poſſeſſione & per tempus longiſſimum fuiſſet ne-
gligens in ea recuperanda,ꝙ præſcribi poſſet iuri agēdi ad poſ
ſeſſionē,vt per Pau.de Caſt.in conſi.105. In quæſtione quæ ſpe-
ratur moueri.col.ſi.lib.1.Alex.in conſi.6.col.5.in prin.lib.3.Soc.
in conſi.39.col.3.& in conſi.106.colū.2.circa med.lib.3.Deci.in
conſi.302.col.pen.poſt med.aliud eſt quando non opponitur ꝓ-
ſcriptio aduerſus ius agendi ad poſſeſſionem,ſed ad rem ipſam
quando qs dicit ſe rei dominiū præſcripſiſſe prout hic, quia ta-
lis præſcriptio opponi non poteſt,cum pertineat ad exceptionē
dn̄ij,quod non obſtat vbi agitur poſſeſſorio.& in terminis præ-
ſcriptionis ꝙ non obſtet agenti poſſeſſorio,tradit Alex.in conſi.
15 92.col.pe.in ſi. lib.5: Dec. in conſi.57.in fin.¶ Secundò † dico ꝙ
nullo modo allegari poteſt præſcriptio, quia agentes ſemper
fuerunt vſi aqua illius riui, & in eo habuerunt cluſam vnam in
alia parte,ideo per vſum partis retinet̃ & conſeruat ius in toto.l.
ſi is qui vſumfructū.ff.de vſufr.facit,l.vt pomū,in ſi.ff. de ſerui.l.
vna eſt via.ff.de ſerui.ruſti.præd.l.ſtillicidij.§. ſi. ff.quemadmo
ſerui.amitt.Roma.in conſi.198.Non eſt dubium:col.ſi. Pau. de
Caſt.in conſi.179.In cauſa quam magnificus. col. 4.ad fin.lib.1.
quod ſine dubio obtinet,quia nō probauit reus ꝙ ipſe vſus fue-
rit ea parte riui in qua cluſa prædicta conſtructa fuerat per ea
quæ ſc.ibi Cor.in conſi.268.col.9.ad ſi. lib. 4. ¶ Tertiò reſpon-
deo ꝙ cluſæ nō fiunt in riuo prædicto niſi ꝓ neceſſitate vſus ſm
varietatē temporū, nā ſm mutationē curſus aquarū aut cluſas
aliorum oportet facere cluſas in vna parte riui,quandoq; in alia
vt agentes probauerūt, ideo licèt longiſſimo tempore cluſa fa-
cta non fuerit in loco de quo agitur, ob id non dr̃ ꝓſcriptū con-
tra eos,quia neceſſitas illud non deſiderabat,ſed ſatis erat alia
16 cluſa,quo † caſu ea nō vſu nunq̃ inducitur præſcriptio niſi pro-
betur ꝙ caſus euenerit quo quis iure illo vti poterat,vt per Bart.
in l.cum ſcimus.C.de agrico.& cenſib.lib.11.Iaſ.in l.de quibus,
in textu nota.ff.de legibus.in l.ſi.colum.10. ff.de conſti.princ. in
l.falſo.C.de diuer.reſcrip.& in l.cum non nouant.colū.1.in ſi.&
col.ſeq. C. de iudi.ideo antequam neceſſitas ita ferret volunta-
rium erat cluſam in ea parte facere, ſed in actibus volūtarijs nō
inducitur præſcriptio,vt hr̃ per Cy.in l.1.& 2.C.de ſerui.& aqua,
per doct.in c.ſignificante,de appella.Rochum de Curte in rep.
c.ſi.colum.56.in ſeptimo requiſito de conſue.& alibi ſæpe doct.
Grationopoli penul.Iul.1541.Aymo Crauetta de Sauiliano.

SVMMARIVM.

1 Conferre an teneatur frater doctor expenſam in ſtudio factā, & quid in libris.

2 Confeſſioni defuncti hæres contrauenire non poteſt.

3 Animus alicuius declaratur ex eius ſcriptura priuata.

4 Expenſa doctoratus conſumpta conferri debent quando expreſsè apparet quod pater donare eas noluit.

5 Collatio fit, vel nō fit ex mente diſponentis, vbi alias non fieret aut fieret.

6 Turpitudinem auctoris ſucceſſor allegare non poteſt, quod procedit etiam in ſingulari ſucceſſore habēte cauſam lucratiuā.

7 Collatio fit vbi alias non fieret quando ea non facta, magna ſurgeret inæqualitas.

8 Pater an teneatur ad expenſas ſtudij.

9 Collatio expenſarum ſtudij fieri debet habita ratione alimētorum, quæ filius domi percepturus fuiſſet.

10 Filius qui negociatur cum pecunia paterna, an aliquid conferre debeat.

CONSILIVM CXXV.

¶Pro Bertrando de Auriaco ex opido Tullini contra ſpec. dominum Ioannem de Auriaco eius fratrem.

1 DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato.Quæ-
ritur † an egregius dominus Ioannes de Au
riaco artium & medicinæ doctor ex loco
Tullini teneat̃ conferre Bertrando de Auria
co eius fratri expēſam in ſtudio factā.¶ Aut
quæritur de expēſa ſtudij quæ adhuc extat,
puta de libris aut de pecunijs conſumptis,
puta in doctoratu & ſimilibus.Circa libros
ex quo filius peruenit ad doctoratū viuente patre videntur effe-
cti peculium quaſi caſtrenſe,ideo non videnẗ conferendi,vt per
Alex.in l.ſi donatione.vbi Dec.col.ſi.C.de collat.Pau.de Caſt.in
conſi.552.Videtur dicendū ꝙ dicti libri.in prin.lib.5.¶ Sed etſi in
caſu noſtro contrariū vr̃ dicendū, ꝙ imò conferri debeant tanq̃
exiſtentes de peculio profectitio & de hæreditate patris iuxta l.
filiæ dotē.C.de collatio.cū ſi.& qa poſito ꝙ tales libri cenſeren-
tur donatio, talis donatio ſtatim valuit ab initio fauore ſtudij,
ideo cōferri debent,vt habet̃ in l.illud.C.de collatio.& in auth.
ex teſtamento,eodē tit. Nō obſtant allegata ſupra in contrariū,
quia procedunt qn̄ pater expreſsè donaſſet libros filio, vel eſſe-
mus in dubio,quo caſu ꝓſumitur donatio,quæ valet inter patrē
& filiū doctorē tanquā ex cauſa caſtrēſis peculij,ſed hic ſumus
in caſu claro in quo apparet ꝙ pr̃ noluit donare filio ex parcella
ipſius patris in qua deſcribunt̃ expenſæ factæ pro ipſo filio, & in
qua declarat̃ animus ipſius patris,ꝙ donare non intendebat dū
in procemio ipſius parcellæ dr̃, ſequit̃ aurū & argentū mutuatū
& expenſum pro meo filio domino Ioanne de Auriaco pro fa-
ciendo eū medicū & eū ad honorē in quo eſt ponendo,qui ſem
per promiſit tā verbis q̃ ſcripto eiuſdē auri & argēti rationē mi
2 hi facere.Quæ † quidem verba ſcripta ſunt manu propria ipſius
patris,ideo ꝯ ea venire non poteſt ipſe dominus Ioannes de Au
riaco hæres eius pro dimidia.l.cū a matre.C.de rei vendi.regu-
la ex qua perſona. ff. de reg.iur.& in terminis confeſſionis tra-
Bal.in cō.89.Dn̄s Thomas Aſmarius,col.1.lib.1.Soc.in con. 249
3 col.ſi.lib.5.Dec.in conſi.184.ad ſi.Ex quo † infertur ad duo. Pri-
mum ꝙ ex illis verbis parcellæ declaratur animus prīs ꝙ dona-
re nō intēdebat.l.Neſennius.ff.de neg.geſt.Bar.in l.admonendi.
ff.de iureiur.& in l.nuda.ff.de dona.Abb.in conſ.67.col.3. lib.2.
ideo cū donare non intenderet,collatio fieri debet, & ita in ter-
minis decidit Pau.de Caſt.in d.conſi.242.ſm eſt quod infertur,
quia ex illa ſcriptura probat̃ obligatio & ꝓmiſsio ipſius dn̄i Ioā
nis de Auriaco,ꝙ promiſit rōnem facere de ipſis pecunijs, q̃ ver
baliter ſonāt ꝙ rōnē reddere de ipſis pecunijs eſt eas reſtituere,

ideo

Ideo cum obligauerit ſe ad faciendum rõnem de ipſis pecunijs
non uſ vlterius laborandũ, an de iure cõmuni tales pecuniæ aut
libri empti ex eis conferri debeant vel non, poſito.n. de iure con
ferri non deberent, tamen fieri debet collatio attenta illa obli-
gatione & promiſsione de faciendo rõnem talium pecuniarũ,
per quam promiſsionem cenſetur renunciatum iuri cõmuni, vbi
de iure communi aliud ſtatutum eſſet, prout non eſt. Ex quo vni-
4 co fundamento res vr̃ clariſsima. ¶ Circa alias expenſas † docto
ratus & ſimiles quæ amplius non erant, ſed omnino conſumptæ
ſunt, an pro eis teneatur dñs Ioannes de Auriaco, dubiũ vidētur
facere quæ ſcribit Bart. in l. 1. § nec caſtrenſe, col. 3. verſi. idem ſi
pater. ff. de collatio. bon. Bal. in auth. ex teſtamento col. pe. verſ.
§ 5. capitulum. C. de collatio. in conſi. 347. Quæritur, pater. lib. 2.
Pau. de Caſt. in d. conſi. 242. col. 2. vbi ꝙ tales expenſæ conferri
non debent, quia non extant, & iſtam opi. videtur tenere Alexã.
in conſi. 142. col. fi. in quarto dubio lib. 2. quod eſt repetitum in
conſi. 50. lib. 6. dum ſe remittit ad Barto. & Bald. in d. locis. ¶ Sed
præmiſsis non obſtantibus contrariũ in caſu iſto arbitror de iu-
re veriũs ſequentibus fundamẽtis. ¶ Primò per tex. clarũ in l. quæ
pater, la 2. ff. fam. erciſ. vbi ꝙ tales expenſæ non computantur fi-
lio, ſed præſumuntur donatæ aut factæ ratione pietatis niſi cre-
dendi animo pater eas ſubminiſtrauerit. & ſic vbi apparet de
voluntate patris ꝙ animo credendi non donandi fuerunt mini-
ſtratæ pecuniæ, & expenſæ, illæ in iudicio fami. erciſ. computari
debent in portionem filij, ſed hic apparet ex parcella prædicta ꝙ
5 credendi animo miniſtratæ fuerunt pecuniæ, ergo &c. ¶ † Secun
dò nos videmus ꝙ in caſibus in quibus collatio fieri debet, illa
tñ ceſſat ex coniecturata mẽte patris diſponentis ꝙ noluerit col
lationẽ fieri, vt per Soc. in conſi. 127. & ſeq. lib. 3. addo Bald. vltra
eum in conſi. 210. ſciendũ eſt. col. 1. lib. 3. vbi ide dicit per tex. in
l. ex parte. §. teſtõ moriens. ff. famil erciſ. Eodem modo dicendũ
eſt ꝙ in caſibus in quibus collatio fieri non debet, illa tñ facien-
da ſit vbi ita apparet de voluntate diſponentis, vt cõtrariorum
eadẽ ſit diſciplina. l. 5. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. l. fi. ff. de
leg. 3. cum ſi. ſed hic apparet de voluntate patris ex parcella p̃-
dicta, igitur in claris ceſſant dubia. l. continuus. §. cum ita. ff. de
verb. obl. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. 3. ¶ Tertiò vbi
de iure cõi collatio fieri nõ deberet, nec tenetur pars ad reſtitu-
tionẽ iſtarũ expenſarũ, dico ꝙ ex alio hic ſumus in caſu claro, &
ceſſare debet oĩs difficultas, quia renunciauit pars huic iuri cõi,
vbi ita eſſet prout nõ eſt, ſe obligãdo ad faciendũ rõnem de iſtis
expenſis, de qua obligatione apparet per ſcripturã patris ipſorũ
fratrũ Stephani quondã de Auriaco, cui ſcripturæ & confeſsioni
aut verbis in ea contentis contrauenire non põt ipſe dñs Ioãnes
6 de Auriaco per ſupradicta. ſi.n. † pars aduerſa dicere vellet ſe nõ
promiſiſſe rõnẽ facere de pecunijs a patre habitis deſcriptis in
parcella p̃dicta, argueret patrẽ cuius eſt hæres, de mendacio, &
turpitudinẽ eius allegaret, quod de iure non poteſt. l. filios. C. de
his quæ in frau. alie. ſunt l. ſi creditoribus, C. de ſeruo pign. da.
manu. l. rẽ alienã. ff. de pig. actio. Bar. in conſi. 65. Factũ eſt tale, Pe
trus Nicolæ. col. 1. Pau. de Caſt. in conſ. 306. Quamq̃ longa. col. 2.
circa med. lib. 2. Cor. in conſi. 147. col. 3. poſt med. ver. & hæredi.
non licèt. lib. 1. & non ſolum hæres allegare non poteſt turpitudi
nem ſui autoris, imò nec etiã ſucceſſor ſingularis cauſam habẽs
lucratiuam. Bal. in conſi. 258. Viſo puncto prædicto lib. 4. ¶ Quar
7 tò † confirmat̃ iſta cõcluſio, quia ſi aliter diceremus, ſequeretur
magna inæqualitas inter fratres cum aſcendunt iſtæ expenſæ ad
aureos ſeptingentos quadraginta & quatuor. Rurſus Bertrandus
ipſe multũ auxit patrimoniũ induſtria, & operis ſuis circa exer-
citum apothecæ aromatariæ, ipſe verò dominus Ioannes Medi
cus in eõe nihil contulit, immo quæſtum ſuum præcipuũ ſemp
habuit, quo caſu qñ ſurgeret magna inæqualitas vbi collatio nõ
fieret, illa fieri debet, licèt alias de iure fieri nõ deberet. l. pe. §. ſi.
C. de collatio. Bar. in d. l. 1. §. nec caſtrenſe. col. pe. verſ. fallit in tri
bus caſibus. ff. de colla. bon. & hoc niſi appareret de voluntate
patris ꝙ noluit æqualitatem ſeruari inter liberos, quia tũc ceſſat
collatio. Soci. in d. conſi. 127. col. 8. lib. 3. dixi in conſi. 85. col. 2. in
8 fi. ¶ Quintò † maximè procedit iſta opinio tenendo ꝙ pater Ste-
phanus non eſſet obligatus ad expenſas ſtudij & doctoratus vt
per Bart. in d. §. nec caſtrenſe, col. fi. Bal. in l. filiæ. colum. 4. in fi. in
quarta q. C. fami. erciſ. Alex. in d. conſ. 142. col. fi. in quarto dubio
lib. 2. & in d. conſi. 50. lib. 6. Sed poſito pater teneatur poſtq̃ filius
ſtudere cœpit de voluntate patris, quod voluit Pau. de Caſt. in d.
conſi. 242. Dec. in d. l. ſi donatione, col. fi. C. de collatio. idẽ ſentit
Baſ. in authen. res quæ. col. pe. in decima limitatione. C. commu
de leg. nõ tñ ſequit̃ pater tenet̃ ad expenſas ſtudij, ergo tenet̃ eas
donare quominus in partẽ filij poſſit imputare, ita arguit Pau.
de Caſt. in d. conſi. 252. col. 9. Deci. in d. l. donatione, col. fi. Præte-
rea poſito & nõ conceſſo teneretur pater ad donandũ expenſas
prædictas, tñ ex quo apparet ꝙ noluit donare ex procœmio par-
cellæ prædictæ, ſi dñs Ioãnes velit eius hæreditatẽ, nõ poteſt vo
luntati patris cõtrauenire. videmus in ſimili ꝙ pater de iure ſcri
pto feudorum alienare feudũ non põt in præiudicium filij vt in
tit. de prohi. alie. feu. & tñ ſi filius ſit hæres patris, tali alienationi
cõtrauenire non põt, vt per Alex. in conſi. 26. & in conſ. 28. lib. 5.
¶ Non obſtant modo allegata in contrariũ, videlicet ꝙ ratio ha
beri non debeat expenſarũ quæ conſumptæ ſunt ſeu non extant,
quia illud p̃cedit in dubio qñ non apparet, an pater fecerit eas
expenſas aĩo donãdi vel non, quia præſumunt̃ donatæ, & cũ nõ
exiſtãt cõferri nõ poſſunt, ſed hic apparet ꝙ nõ habuit pr̃ aĩum
donãdi ex eius parcella, ideo rõ haberi debet taliũ expenſarũ.
d. l. quæ pater. la 2. ff. fami. erciſ. Secundò contraria p̃cedere nõ
poſſunt in caſu nr̃o in quo filius expreſsè promiſit de faciendo
rõnem talium expenſarum, quæ promiſsio poſtq̃ probatur ex
aſſertione paterna, cõtrauenire nõ põt ipſe dñs Ioannes filius &
hæres per ſupradicta. Ex quibus concludo ꝙ recognita parcella
prædicta per ipſum d. Ioannem, & conſtituto ꝙ fuerit ſcripta
manu propria ipſius quondã Stephani de Auriaco eius patris te
nebitur idẽ dñs Ioannes rõnem reddere ſeu facere de omnibus
9 pecunijs deſcriptis & contẽtis in ipſa parcella. † bene fateor qđ
rõ haberi debet alimentorũ q̃ ipſe dñs Ioannes domi facturus
erat, & ad quæ pater tenebat̃ de iure naturali per ea quæ Bal. ſcri
bit in conſil. 363. Verba Rizardi Malumbræ. libr. 3. ¶ Secundò
10 † principaliter quærit̃ quia ipſe Bertrãdus de Auriaco cõſumpſit
tempus iuuentutis ſuæ circa exercitũ apothecæ p̃dictæ ex cuius
operis paternũ patrimoniũ ampliatũ dr̃, an aliquid cõſequi de-
beat rõne taliũ operarũ. Breuiter iſta qõ tractatur per Bart. in d.
l. 1. §. nec caſtrenſe. ff. de colla. bo. Bald. in conſi. 259. Factũ ſic ſe
habet lib. 5. p Dec. in l. illud, col. 3. in fi. & ſeq. C. de coll. in quibꝰ
locis concluditur quod dimidia pars lucri attribuitur pecuniæ,
& altera pars labori & induſtriæ, & ꝙ de cõſuetudine ita obſer
uatur. Hoc tamen non procedit qñ filius negociatur nomine pa
tris ſm̃ Deci. poſt doct. per eum relatos in d. l. illud, col. fi. & no-
tat Ang. in conſi. 85. col. 2. circa med. latè Calca. in conſi. 19. col.
7. & ſeq. Gracionopoli. 1. Auguſti. 1541.

SVMMARIVM.

1 *Derogatio qua & qualis requiratur, quando præcedit diſpoſi-
tio habens clauſulam derogatoriam ad ſequẽtes diſpoſitiones.*
2 *Clauſula de plenitudine poteſtatis, non derogat præcedenti di
ſpoſitioni habenti clauſulam derogatoriam ad ſequentes.*
3 *Clauſula de plenitudine poteſtatis nihil operatur in his quæ
ſunt facti, de quibus princeps informatus non fuit.*
4 *Diſpoſitio non valet habens clauſulam derogatoriã potentiã ad
ſequentes diſpoſitiones quominus tali diſpoſitioni præcedenti
poſſit derogari*
5 *Derogatio ſpecialis dicitur quando de mente conſtat quod quis
voluerit derogare diſpoſitioni præcedenti, & quando dicatur
conſtare de mente latè hic vide.*
6 *Speciale mãdatum ad vendendũ dicitur, licèt nõ exprimatur
res ſuper qua vẽditio fieri debeat, & quomodo dicatur mãda
tum ſpeciale ad petendum reſtitutionem in integrum.*
Specialia verba quæ dicantur, & quæ generalia. ibidem nu. 6.
7 *Clauſula quorum tenores haberi volumus pro expreſsis, vim
habet derogationis ſpecialis*

CONSILIVM CXXVI.

¶ Pro monaſterio ſancti Ruffi extra muros Valentiæ.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Inter alia
priuilegia conceſſa monaſterio S. Ruffi extra
muros Valentiæ illud tributũ eſt ꝙ prioratus &
membra ipſius monaſterij alijs quàm canoni-
cis eiuſdem monaſterij conferri non poſſent
cum clauſula derogatoria, niſi huiuſmodi ſta
tuto derogaretur ſpecificè, nominatum & expreſsè, illius etiam
inſerto

inſerto tenore. deinde proponitur reuerendiſsimus dominus Legatus Auinionis contulit vnum ex dictis membris contra formam dicti priuilegij cum clauſula non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs monaſterio S. Ruffi forſan conceſsis, etiam ſi talia forent, de quibus oporteret mentionem de verbo ad verbum fieri, cuius tenores præſentibus pro expreſsis haber volumus.
1 quæritur an ſufficiat talis derogatio? ¶ † Iſta eſt alta & profunda quæſtio, in qua doc. vario modo locuti & Moder. ipſi inter ſe diſſentiunt, nam Iaſ. in l. j. col. 5. verſi. ſecundo notabiliter limita ff. ſi quis in ius voca. non ierit in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. colũ. 2. ff. ſi quis cautio. & in l. actione, col. 4. verſic. limita tñ p̃dicta. C. de tráſa. voluit q in lege, vel ſtatuto aut reſcripto Papę vel principis ſufficiat illa derogatio non obſtantibus contrarijs quibuſcunq; etiam ſi talia eſſent de quibus oporteret mentionem ſpecialẽ et in indiuido facere, ſecus autẽ ſit in priuatis perſonis. Sed q requiratur derogatio ſingularis, voluit idem Iaſ. in conſi. 120. col. 1. in fi. & ſeq. lib. 4. Goaad. in conſi. 9. col. 5. poſt med. Dec. autẽ in cóſ. 10. col. pe. ver. ſecundò dicta prouiſio, in conſi. 165. in conſi. 168. col. 2. ad fi. & ſeq. & in conſi. 373. in fi. tenet contrarium dicens q in contrariũ eſt magis cõis opinio & q imò debeat formaliter & in diuiduo derogari. & aduertendũ, quia Deci. allegat pro ſe Pau. de Caſt. in conſi. 3. qñ additione. col. 2. & in conſi. 278. Paſſus iſte dubitabilis vř. lib. 1. ſm nouiſsimam impreſsionem, licet Dec. alleget ſub alio numero, & tñ Pau. non dicit id ad quod allegatur, immo diſtinguit Pau. triplicem expreſsionẽ generalem, ſpecalẽ & ſingularem ſeu indiuiduã, & concludit non ſufficere generalẽ, ſed ſpecialẽ, & multo magis ſingularẽ aut indiuiduã, & vltra Deci. allego eundẽ Pau. idem diſtinguentem in cóſi. 206. In facto præſenti. in conſi. 284. In facto præſenti ponam primò concluſionem. col. 1. lib. 1. in conſi. 125. Dubitatur primo colũ. 2. in ſecundo dubio. q in conſi. 408. Dubitatur an per dicta verba. lib. 2. Reperio ẽt q Dec. in conſi. 475. col. 2. poſt med. ver. quarto rñdetur, vř ſibi contrarius, nã ibi non erat derogatio ſingularis, imò nec ſpecialis, & tñ vř velle q illa ſufficiat, ſequendo Bald. in conſi. 280. quæſtio mouet. lib. 4. & q nõ requirat derogatio ſingularis aut indiuidua, ſed ſufficiat ſpecialis, voluit Bart. in conſ. 21. vt dicit & aſſeruit Oldr. in conſi. 117. Bonæ memoriæ. & in cõſi. 322. Attento themate. vbi Oldr. fortius voluit ſufficere derogationẽ generalẽ, & q ſufficiat derogatio ſpecialis, voluit Calc. in conſi. 78. col. 4. poſt med. Alex. in conſi. 7. col. 2. lib. 4. in conſ. 134. lib. 1. in conſi. 187. col. pe. & fi. lib. 5. in conſi. 111. col. pe. verſ. non obſtat ẽt dũ dicebatur. & in conſi. 155. col. 2. lib. 6. Soci. in conſi. 47. col. col. 6. lib. 4. & in l. 1. cól. 9. in prin. verſi. hanc tñ regulã. ff. de vulg. Cor. in conſi. 185. col. 2. poſt med. lib. 2. in conſi. 67. colũ. pen. lib. 3. & in cõſi. 136. col. 1. lib. 4. in quibus locis atteſtať hanc eſſe magis cõmunem opi. hanc ẽt qõnem tangit Deci. in l. certũ, col. 2 ff. ſi cer. pe. ſed ibi noluit decidere, quia cauſa penderet de facto & ſibi commiſſa eſſet iudicãda. Eandem opi. latè diſputat Ioan. Sylua in tertia parte tract. de beneficio. q. 14. & tandẽ amplectitur opi. q requiratur ſingularis aut indiuidua derogatio, licèt non ita explicet confusè ſatis & gñaliter loquatur, allegãdo ẽt Pau. de Caſt. pro ſe in dictis duobus conſilijs alleg. per Deci. qui nõ ita loquitur indiſtinctè aut ſimpliciter. & Ioan. de Sylua, refert & ſequitur Neuizanus inter conſilia Bruni Aſtenſis in cóſ. 12. col. 30. ad fi. eandẽ opin. q derogatio ſingularis ſit neceſſaria tenet Calderi. in conſi. 11. in tit. de priu leg. Fel. in c. accedentes, col. 3. de præſcriptio. ſed ibi Fel. allegat Pau. de Caſt. in d. conſil. vbi Paul. non ita loquitur vt pro aimè oſtẽdimus. Reperio etiam in hac materia q Alex. fuit ſibi contrarius, nam in conſi. 216. col. 5. verſi. octauò fortificantur, lib. 2. voluit q ſufficiat derogatio generalis, licèt diſpoſitio præcedens habeat ſpecialem clauſulam derogatoriam. Rurſus Deci. fuit ſibi contrarius, nã in conſi. 341. col. 1. vbi vř tenere q ſufficiat illa derogatio cũ clauſula pro expreſsis habentes, & licèt dicat in hoc eſſe opiniones, tñ in conſ. 367. col. pe. ad fi. & col. ſeq. ver. tertio allegata in contrariũ, ſequitur opi. Io. de Ana. in conſi. 56. vbi voluit, q non requiratur ſingularis aut indiuidua derogatio. & quod non requiratur ſingularis aut indiuidua mẽtio ſeu derogatio, voluit Soci. in conſi. 169. col.
6 5. verſi. rñdeo aliter. & in conſi. 266. ad fi. lib. 2. ¶ Reperio † etiã in hac materia Hippo. de Marſi. Modernum audaciorem cæteris in pract. cauſ. crimina. §. quæritur, nu: 16. vſq; in fi. §. vbi voluit q ſemper ſufficiat derogatio generalis, licèt præcedens diſpoſitio habeat clauſulã derogatoriã ad ſequentia, & ibi refert & ſequitur illud conſi. Alex. 216. lib. 2. & ſubdit Hippo. dicta per eũ eſſe lucis & honoris plena, & ita notanda q nihil ſupra. & ab oĩbus non ſunt cognita, nec recitata, ſed dico q eius dicta ſunt notabilia per contrariũ, nam mouetur falſo fundamento quod vbi eſt clauſula de plenitudine poteſtatis ſine dubio derogatur diſpoſitioni præcedenti etiam habenti clauſulam derogatoriã, ergo idem ſm eum licèt non exprimatur iſta clauſula, quia princeps cenſetur in dubio uti plenitudine poteſtatis, ubi alias actus non ualeret. Parcat mihi reuerentia Hippo. quia non procedit in iure eius præſuppoſitum quod clauſula de plenitudine poteſtatis deroget p̃cedenti diſpoſitioni etiã habenti clauſulã derogatoriã, contrariũ n. in hoc tenet Abb. in c. nõnulli de reſcrip. poſt Ant. & Ioan. And. in c. 1. de exceſ. præla. lib. 6. refert & ſequitur Soci. in conſi. 120. col. 6. lib. 3. itaq; ſi clauſula de plenitudine poteſtatis expreſſa nihil operatur iſto caſu quantominus tacita. l.
3 qui ad certum. ff. loca. ¶ Secundò rñdetur † ad iſtud argumentũ Hyppol. nã talis clauſula de plenitudine poteſtatis, nihil operatur in his quæ ſunt facti, de quibus princeps informatus nõ fuit, ideo ſi princeps reſcribit contra ſententiã cũ clauſula de plenitudine poteſtatis, non operatur reſcriptũ contra ſniam quæ tranſiuiſſet in rem iudicatã, qñ princeps de hoc informatus nõ fuiſſet. Bal. in l. ſi. C. ſent. reſcin. non poſſ. Panor. in c. paſtoralis. §. præterea, de off. deleg. & in ca. ad aures, col. fi. de reſcrip. Socin. in d. conſi. 120. col. 6. uerſi. rñdetur ẽt. lib. 3. Dec. in conſi. 198. col. pen. ad fi. Brunus Aſtenſis in conſi. 87. col. 5. in prin. ob id dici non poteſt quod tacitè princeps uoluerit uti plenitudine poteſtatis ad derogandũ priuilegio quod eſt facti, de quo ueriſimiliter notitiã non habet, cum ẽt ſi expreſsè utatur iſta plenitudine, illa tñ non operatur in his quæ ſunt facti, & in quibus probabilis cadit ignorantia. Ex quibus puto hanc nouam Hippol: conſiderationẽ a iure abhorrere. ¶ Quid tenendum in hac & tanta difficultate? Breuiter placet mihi opinio Pau. de Caſt. & ſequaciũ quod non ſufficiat generalis derogatio nec etiam ſingularis aut indiuidua requiratur, ſed ſufficiat ſpecialis quæ concluſio probatur funda-
4 mento efficaciſsimo † nam doc. in hac materia conueniunt, q non ualet diſpoſitio præcedens habẽs clauſulam derogatoriam potentiæ ad futuras diſpoſitiones. i. q non poſsit quis in cõtrarium diſponere, quia non põt quis talẽ legẽ ſibi imponere a qua recedere non liceat, ſed valet diſpoſitio p̃cedens habẽs clauſulã derogatoriã uoluntatis ad ſequẽtes diſpoſitiones. i. quod nõ intendit diſponẽs eſſe derogatũ ſuæ diſpoſitioni niſi adhibeať tale quid &c. ita habetur p Bart. in l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. 3. Bal. in conſi. 226. lib. 1. quod eſt repetitum in conſi. 386. reperitur, lib. 4. Pau. de Caſt. in d. conſi. 284. In facto præſenti. col. 2. circa med. lib. 1. Cor. in d. conſi. 86. col. 4. in conſi. 84. lib. 3. & in conſi. 161. col. 1. lib. 4. itaq; ſi Papa aut princeps concederet priuilegium, ita quod illud reuocari aut ei derogari non poſſet, non 1
valeret tale priuilegium, ſeu talis derogatio potẽtiæ, ſecus ſi declaret voluntatẽ ſuam eſſe q tali priuilegio derogatum non cenſeatur niſi de verbo ad uerbum fiat de eo mẽtio & eius tenor in derogatione inferatur. Ex quibus apparet totam vim & difficultatem in eo conſiſtere, an appareat de voluntate principis aut Papæ quod voluerit derogare priuilegio, ſi. n. appareat de voluntate hoc ſufficit, quia de poteſtate non eſt dubitandũ, cũ etiam ſi voluiſſet Papa aut princeps talẽ poteſtatem ſibi auferre, illud tñ nõ potuiſſet per ſupradicta, itaq; ſi ex verbis appareat voluiſſe principem derogare priuilegio etiam habenti clauſulam derogatoriã, iſtud ſufficere debet, nec aliter requiriť quod ſingulariter aut in indiuiduo derogatũ ſit præcedenti priuilegio habenti
5 clauſulam derogatoriã, & iſtud eſt † quod uoluit Bald. in d. cóſ. 226. lib. 1. & in conſi. 280. quæſtio mouetur. lib. 4. vbi voluit quod dicatur ſpecialiter derogatũ præcedenti priuilegio habẽti clauſulam derogatoriam, qñ de mente conſtat q uoluerit princeps derogare. idẽ voluit Soc. in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis, col. pen. ff. de leg. 1. ubi uoluit quod qñ iudici conſtare poteſt q mens teſtatoris fuerit per ſm teſtamentũ tollere primũ, tunc ſm ſemper præualet primo, & fuit dictum originale Ioan. And. in c. 1. de conſtitu. lib. 6. idem uoluit Io. de Ana. in d. conſi. 56. Idem voluit Alex. in d. conſi. 111. col. 4. in fi. uerſi. plus uoluit. lib. 6. ubi licèt p̃cedat conſtitutio habens clauſulam derogatoriam, tamen ſi cõtra eam reſcribatur ex certa ſcientia principis, de cuius mente apparet q uoluit ei derogare. ſufficit reſcribere ex certa ſcientia ſine alia ſpeciali derogatione, allegat Io. And. in c. nonnulli, de reſcript. Bald. in l. humanum, C. de legibus. & dicit Alexan. quod ita ſeruat curia Romana. Idẽ uoluit Pau. de Caſt. in d. conſi. 102. Videndum eſt primò de ipſo clerico. colũ. fin. lib. 2. Idem uoluit Guido Papæ. q. 128. in fi. ubi uoluit q ſufficit certa ſcientia cum

clauſu-

clauſa non obſtantibus generali. ¶ Videndum eſt igitur in caſu iſto, an fuerint expreſſa uerba ſpecialia ex quibus dicatur cõſtare de uoluntate ſuperioris, ꝙ uoluerit derogare priuilegio dicti monaſterij S. Ruffi. & uideretur dicendum ꝙ derogatio de qua in themate præſentis conſultationis, dicatˀ ſpecialis ex quo derogatur in ſpecie priuilegijs conceſsis monaſterio S. Ruffi. etiam ſi talia forent &c. non. n. requiritur indiuidua derogatio aut ſingularis quoad uerba, ſed ſatis eſt ꝙ in ſpecie fiat mentio de ipſo
24 col. 2. ¶ † Præterea iſta probatio per torturam ordinat̃ ad finẽ ueniendi ad condemnationẽ, ſed illa quæ ordinant̃ ad aliquẽ finẽ, debent regulari ſcdm naturã ipſius finis. Bal. in conſ. 115. Verba dicunt. col. 2. lib. 1. ſed natura illius finis non põt ſapere pœnã corporalẽ, ergo nec modus per quẽ ueniri dẽt ad ipſum finẽ pœnã corporalẽ debet ſapere, alias ſequeretur, ꝙ mediũ per qđ ad finẽ peruenitur excedat ipſum finem, cõ͂ tex. in l. & ſi non ſint. §. perueniamus. ff. de aur. & arg. leg. ubi ꝙ finis eſt dignior oĩ eo quod ordinatur ad ipſum finem. & audio ꝙ curia ſuprema Dalphinalis ĩta obſeruat, ut nunquàm quis torqueatur pro aliquo crimine, ꝓ quo pœna corporalis imponi non debet. de quo dixi in conſi. 41. in fi. Multomagis iſtud procedere debet In caſu noſtro in quo (ut audio) indicia legitimè probata non ſunt. ſcripſi in hac cauſa nõ uiſis actis ad informationem alterius, itaq; ſi per actorum inſpectionem grauius probetur crimen, informanti imputetur. Gratianopoli. 26. Nouembris. 1541. Aymo Crauetta de Sauiliano.

SVMMARIVM.

1 Naturalis in dubio quis præſumitur non ſpurius, inter naturales ius cognationis eſt non agnationis. ibi nu. 1.

2 Fiſcus non ſuccedit niſi vltimo loco vbi nullus alius iure aliquo poteſt ſuccedere.

3 Naturalis proprie ſumptus ius agnationis non habet niſi reſpectu patris etiam ſi legitimetur per oblationẽ curiæ, immo nec ipſi patri agnatus efficitur. & nu. 7. & nu. 8.

Naturalis non ſuccedit coniunctis ex latere aut perſona patris ibidem nu. 3.

4 Legitimatus per reſcriptum principis conſequitur iura agnationis, & ſuccedere poteſt agnatis patris, ſaltem quando ita dicitur in legitimatione, in quo articulo Iaſ. variauit.

5 Negatiua probatur ex inſpectione ſcripturæ.

6 Inter ſpurios natos ex coitu damnato ceſſat ius etiam cognationis, & de intellectu l. hac parte. l. ſi ſpurius, et l. Modeſtinus. ff. unde cogna.

8 Excluſus à ſucceſſione alicuius cenſetur etiam excluſus à ſucceſſione deſcendentium ab eo. & nu. 10.

9 Naturalibus ita ſuccedetur, ſicut naturales alijs ſuccedunt.

11 Querela de qua in l. fratris, & in l. fratres. C. de inoff. teſta. nõ competit fratri coniuncto ex latere patris tãtum contra teſtamentum fratris naturalis.

12 Cognatio non conſideratur inter natos aut coniunctos ex diuerſis matribus.

CONSILIVM CXXXVIII.

¶Conſilium pulcherrimum in materia ſucceſſionis ſpuriorum & naturalium tam actiuè quàm paſſiuè, Animum igitur aduerte lector ſi non proprij ſis prodigus commodi.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Deceſſit Martinus Durandi ab inteſtato relicta nobili Aliſia Combe eius conſanguinea ex quondam nob. Beatrice Foreſiæ ſorore Ioãnæ Foreſiæ matris dicti Martini, quæ Ioanna erat filia baſtarda quondã nob. Antonij Foreſij. Quo Martino mortuo fiſcus occupauit poſſeſſionem bonorum tanquam prætẽdẽs
1 in eis eius. Quæritur quis ſit potior in hæreditate prædicta? ¶ † Videret̃ prima fronte ipſam nobilẽ Aliſiã præferri debere. & in primis conſiderandũ eſt, ꝙ dicta Ioanna mater Martini in dubio ꝓſumi debet naturalis nõ ſpuria, quia non eſt præſumendũ, ꝙ fuerit nata ex coitu damnato & accuſabili, de iure ciuili. arg. l. merito. ff. pro ſoc. l. quotiès. §. quid dolo. ff. de dolo. l. omnimodo. C. de inoff. teſta. c. vna, de reſcrip. c. ſi. de præſump. & in terminis ita tradit Bal. in conſi. 448. Quæritur in primis. col. 1. in 3. dubio. libr. 1. Modò cũ dicta Ioãna haberet ſ. Beatricẽ, legitimam tñ & naturalẽ, inter eas ius eſſe videbat̃ cognationis, licèt nõ agnationis. l. ſpurius. l. hac parte. l. Modeſtinus. ff. vnde cognati. habet̃ ꝑ doc. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficia. §. nouiſſimè. inſti. eo. tit. §. vulgo. in-
2 ſti. de legi. agna. ſucceſ. ¶Secũdò † proponit̃ in facto, ꝙ iſte Martinus nullos alios coniunctos reliquit ex aliqua linea aut ex aliquo latere præterq̃ præfatam Aliſiam, ergo illa vr̃ admittenda & fiſco præferenda, cũ fiſcus non admittatur niſi vltimo loco ad ſucceſſionẽ vbi nullus aliquis iure ſuccedere põt. l. 1. §. diuus. ff. de iure fiſc. §. 1. ff. de ſucceſ. edic. l. vacãtia. & l. ſi vacãtia. C. de bon. vac. lib. 10. & per totũ illũ tit. in rubro & nigro. Cor. in conſi. 341. col. 4. lib. 4. ¶Sed præmiſſis non obſtantibus cõtrarium puto de iure verius, ꝙ immo fiſcus præferri debeat ipſi Aliſiæ, & dico ꝙ Aliſia ipſa nullo iure & nullo titulo ſuccedere põt huic Martino, arguẽdo a ſufficienti partiũ enumeratione, quod argm̃ eſt optimũ in iure. l. patri furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. vbi Iaſ. in 1. no. ¶Aut. n. vult ſuccedere ex teſtõ ipſius Martini & iſtud eſt impoſſibile, quia nullũ cõditũ eſt. Aut vult ſuccedere ab inteſtato & ſimiliter non põt, nõ ex capite vnde liberi, quia ipſa non eſt de deſcẽdentibus, ſimiliter non põt ſuccedere tanq̃ ex aſcendentibus. quia
3 de illis nõ eſt. † Aut vult venire ex capite vnde legitimi tanquam agnata, & non põt, quia etiam naturalis proprie ſumptus non habet iura agnationis niſi reſpectu patris, etiam ſi talis naturalis legitimetur per oblationẽ curiæ. l. cõmuniũ. C. de natu. libr. §. filiũ. in auth. quib. mod. natu. effi. ſui. ideo naturales licèt patri ab inteſtato ſuccedant in duabus vncijs non exiſtente ſobole legitima & coniuge. auth. licèt. C. de natu. lib. non tñ reperitur, ꝙ ſuccedãt alijs attinentibus ex parte patris puta tranſuerſalibus. Immo cõ͂riũ expreſſe ſtatuitur in d. l. communium. & d. §. filium. vbi dr̃ ꝙ etiam poſt legitimationem per oblationem curiæ non efficiũtur agnati, alijs coniunctis ex parte patris, ſed tantũ ipſi patri. Ex quibus iuribus fortius etiam probari videt̃, ꝙ nec ipſi patri naturalis efficitur agnatus niſi legitimetur, ſi enim eſſet agnatus & iura agnatorum cõſequeretur, ipſi patri æqualiter ſuccederet cũ alis legitimis, aut ſaltem non obſtante ſobole legitima inſolidũ poſſet ſuccedere, & tamen dicitur in d. auth. licèt. ꝙ ſolũ poteſt ſuccedere in duabus vncijs non extante ſobole legitima & cõiuge. Præterea tex. in d. l. cõmuniũ, & d. §. filiũ, dicũt, ꝙ naturalis conſequitur legitima iura per oblationẽ curiæ, ergo neceſſariò ꝓbatur ex illis iurib⁹ ꝙ ceſſante tali limitatione, naturalis nõ habeat
4 iura legitima. ¶ † Illud etiam probatur per aliã concluſionẽ doc.

ꝙ vbi

ꝙ vbi naturalis legitimatur per reſcriptũ principis conſequitur
iura agnatorum & alijs agnatis patris ſuccedere poteſt ſaltem,
qñ hoc dicitur i legitimatione. Pau. de Caſt. in cõſil. 34. Super pri
mo dubio videtur dicendum ꝙ legitimatio. col. 2. in fi. li. 2. Abb.
in conſi. 86. col. 5. lib. 1. Soc. in conſi 63. col. 12. lib. 3. Dec. in conſil.
575. colũ. 4. in conſi. 317. col. pe. in conſi. 316. col. pe. in conſil. 365.
col. 3. & in conſi. 367. col. pe. clare ergo præſupponunt doc. ꝙ ceſ
ſante legitimatione naturalis non habet iura agnatorum. quia ſi
haberet, fruſtra diſputarent, an illa ex legitimatione cõſequatur.
Fortius voluit Iaſ. in l. fratres. col. pe. ver. quartò limita. C. de inof
fi. teſt. ꝙ etiam legitimati per reſcriptũ principis non conſequunt
iura agnationis niſi reſpectu patris, ſed in hoc inaduertenter Iaſ.
locutus eſt, nam contrariũ & melius tenet idem Iaſ. in l. ſi is qui
pro emptore. col. 53. ver. 8. legitimati. ff. de vſucapio. ¶ Tertiò prin
cipaliter probatur iſta concluſio arguendo hoc modo in titulis.
ff. & C. vnde legit. & Inſti. de legi. agna. ſucceſ. non ponitur ſucceſ
ſio naturaliũ, ergo probatur, ꝙ naturales non hñt iura agnatorũ,
ſi enim haberẽt. veriſimiliter dictũ fuiſſet in dictis titulis, & hoc
arguẽdi modo vtitur iuriſconſultus in d. l. patre furioſo. ff. de his,
5 qui ſunt ſui vel alie. Pro hoc † facit regula iuris, ꝙ negatiua pro
batur ex inſpectione ſcripturæ. l. Titiæ textores. vbi Bar. ff. de leg.
2. l. fi. C. de reb. cred. Pau. de Caſt. in conſ. 81. In cauſa quæ vertitur
inter reuerendũ patrem. col. 3. ad fi. lib. 2. Dec. in l. iuſtũ. in 3. not.
C. de eden. Sed inſpiciendo omnes titulos. fforũ. C. & inſti. in qui
bus tractatur de ſucceſſione & vocatione agnatorũ, non appa
ret, ꝙ naturales in eis admittantur aut inuitentur, ergo probatur
negatiua iuris, ꝙ tales filij naturales iura agnatorum nõ habeãt.
¶ Quartò probatur iſta cõcluſio per tex. in l. hac parte, in l. ſi ſpu
rius. & l. Modeſtinus. ff. vnde cogna. in quibus iuribus expreſſe dr
ꝙ ſpurij iura agnationis non obtinẽt, ſed cognationis tm̃, & ſi di
cas illa iura loquuntur in ſpurijs, nos in naturalibus. rñdeo, ꝙ in
illis legibus verbũ ſpurius capitur gñaliter pro omnibus qui na-
ſcuntur ex coitu non dãnato a iure, & ſic ẽt pro naturalibus. Bar.
in l. fi. col. 1. ver. quæro an ſuccedat matri. ff. de his quib. vt indi. cla
rius Iacobus de Puteo inter conſilia Calca. in cõſi. 62. col. 2. Alex.
in conſi. 174. in fi. lib. 5. Capra in conſi. 108. col. 3. in fi. & in conſi.
6 136. in fi. & eſt † ratio neceſſaria, ꝙ dicta iura ita intelligi debẽt,
quia capiendo ſpurios proprie pro natis ex coitu dãnato, inter
eos ſeu in eis ẽt iura cognationis conſiderari nõ põt. §. fi. in auth.
quib. mod. nat. effi. ſui. gl. & doc. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficia.
Alex. in d. conſi. 174. col. 2. lib. 5. Io de Ana. de quo Alex. non me-
minit in conſi. 95. col. 2. Abb. in conſi. 50. col. 2. lib. 2. & nouiſſime
Deci. in conſ. 211. circa prin. vbi tamen ſolũ allegat Alex. in d. cõſ.
184. Capram & Calca. conſulendo & vltra Dec. etiã allego Alex.
in conſi. 57. in fi. lib. 4. & licèt aliqui doct. teneant ꝙ ẽt inter natos
ex coitu dãnato habeãt locũ iura cognationis, vt inter ſe ſucce-
dant. veluti Cor. in conſi. 534. col. pe. lib. 4. Cur. iun. in conſi. 123.
deciſio Neapolita. deci. 96. quæ opi. forte procederet in ſpurijs na
tis ex coitu dãnato, ſed non punibili, per ea quæ no. Soc. in l. Gal-
lus. §. quid ſi is, in fi. ff. de lib. & poſth. vbi ꝙ ad hoc, vt ſpurius di-
catur inſucceſſibilis, oportet, ꝙ ſit natus ex coitu damnato puni
7 bili & accuſabili, tñ † doc. cõueniunt in hoc, ꝙ ſpurij ſiue ex coi
tu dãnato nõ habent inter ſe iura agnationis, & Cor. met in d. cõ
ſi. 534. vult ꝙ illa iura loquentia de ſpurijs intelligantur de omni
bus ſpurijs gñaliter ꝙ habeãt iura cognationis, ſed nõ agnationis,
Illud etiã voluit Deci. in conſi. 316. col. 1. dũ dicit ꝙ naturalis, vel
ſpurius non habet iura agnationis, idẽ voluit Alex. in d. conſi. 57.
col. fi. lib. 4. Io. de Ana. in d. conſi. 95. col. 2. idẽ voluit Bal. in conſi.
239. Laurentius, in fi. lib. 2. vbi ꝙ voluit ꝙ deſcentibus ex filio na
turali nõ ſuccedant attinẽtes ex latere patris. per tex. in l. hac par
te. ff. vnde cog. & §. nouiſſime, Inſti. de orficiano. vult ergo Bald.
clare ꝙ in naturalibus non eſt dare ius agnationis, dũ vult ꝙ atti
nentes ex latere patris non ſuccedunt deſcendentibus ex filio na
turali. iſtud etiã clariſſime dicit Alex. in d. conſi. 57. circa fi. lib. 4.
Sed quo clarius hoc decidi poſſet quã per tex. in d. l. ſi ſpurius. ff.
vnde cogn. dũ dr, ſi ſpurius inteſtato deceſſerit, hæreditas eius iu
re cõſanguinitatis aut agnationis ad nullum pertinet. Dictio nul-
lus, eſt vniuerſalis negatiua, vt ergo text. apertiſſime ꝙ nullus cõ
iunctus ex parte patris ſpurio poteſt ſuccedere, quod verbũ ſpu-
rius generaliter intelligitur pro omni illegitimo, excepto eo qui
8 naſcitur ex coitu damnato, vt ſup. probauimus. & † ſicut coniun-
cti ex latere patris nõ ſuccedunt ſpurio, ita nec deſcendẽtibus ab
eo. l. fi. in fi. C. de nat. lib. vbi ſicut filius naturalis ab inteſtato non
ſuccedit patri, ita nec deſcendentes ab eo, tradit Dec. in l. illam,
col. 3. C. de colla. Eodẽ modo ſicut deſcendentes ex filio naturali
ano paterno & alijs ex eius latere attinentibus non poſſunt ſuc-
cedere, ita auus paternus & alij ex eius parte coniuncti deſcen-
9 dentibus ex filio naturali ſuccedere nõ pñt, † quia in hac materia
eo modo ſuccedit filio naturali & ab eo deſcendentibus, quo
modo naturales & deſcendentes ab eo ſuccedunt alijs, vt æquali
tas ſeruet. Bar. in l. fi. col. 1. in fi. verſi. quæro quid contra. ff. de his
quib. vt indig. allegat Azo in ſumma. C. de legi. hære. Bal. in conſ.
567. Ad euidentiã præmitto. col. 2. in fi. lib. 1. Abb. in d. conſi. 50.
in prin. libr. 5. Hyppoly. de Marſi. in l. ſi quis viduam. nu. 18. ff. de
10 quæſt. & in l. ſeruo. nu. 8. ff. de ſicar. † & dicit Bal. in cõſi. 218. co-
lum. 1. in fi. li. 2. ꝙ excluſus a ſucceſſione alicuius cenſetur etiã ex
cluſus a ſucceſſione deſcendentiũ, tradit Ang. per illũ tex. in §. re
liquũ, ver. ex diuerſo, in auth. de hære. ab inteſta. eſſet enim abſur
dũ, ꝙ deſcendentes ab aliquo qui ſunt remotiores, melioris ſint
conditionis q̃ is proximior a quo deſcendunt. l. ſi viua matre. C.
11 de bon. mater. ¶ † Et vltra præmiſſa ꝙ in filijs naturalibus non ſit
dare conſanguinitatem aut agnationem, & ꝙ coniuncti ex latere
patris tantũ naturalibus non ſuccedant, adduco Ang. de Aret. In
ſti. de inoff. teſt. col. 3. circa gl. in verſi. ſoror. vbi ꝙ fratri coniun-
cto ex latere patris tantũ, non competit querela ꝯ teſtamentum
fratris naturalis, inſtituta turpi perſona, de qua in l. fratris, & l. fra
tres. C. de inoff. teſt. quia tales fratres iura agnationis non habẽt,
nec inuicẽ ſuccedunt ab inteſtato. refert & ſequit Cur. iun. in cõ-
ſi. 37. col. 1. ¶ Ad idem vltra Curtium adduco Imo. in conſi. 105.
col. fi. in prin. vbi ꝙ coniuncti ex latere patris non ſuccedunt ſpu
rio per tex. in d. §. filiũ. in auth. quib. mo. nat. effi. ſui. allegat etiam
Cy. in auth. Itaq; circa fi. C. de legi. hære. Dy. in trac. ſucceſ. ab in-
teſt. dum tractat de ſucceſſione collateralium qui non ſunt legiti
mi. ¶ Ex quibus latiſſime probatũ apparet, ꝙ memorata *Aliſia*
coniuncta huic Martino Durandi deſcendenti ex matre naturali
aut baſtarda nullo modo ſuccedere ei põt ex capite vnde agna-
ti ceſſante omni iure agnationis & conſanguinitatis. ¶ † Simili-
15 ter proſequendo argumentum ſumptũ a ſufficienti partium enu
meratione, dico ꝙ præfata Aliſia etiã ſuccedere non poteſt huic
Martino ex capite vnde cognati, quia ius cognationis oritur a
matre. d. l. ſi ſpurius. §. vulgo, inſti. de cogna. ſucce. ſed inter iſtas
perſonas nulla ſunt cognationis iura, quis inuicem nõ cõiungũ-
tur ex parte matris, ſed patris tantum, nã Aliſia coniũgitur huic
Martino mediante perſona Beatricis eius matris, quæ Beatrix
erat ſoror Ioannæ Foreſiæ matris ipſius Martini, ſed Beatrix, &
Ioanna non erant ſorores aut coniunctæ ex parte matris natæ
ex eadẽ matre, ſed ex parte patris tãtum natæ ex eodem patre &
matribus diuerſis: itaq; ſi Beatrix & Ioãna nõ erãt inuicẽ cogna
tæ, impoſſibile eſt, ꝙ deſcẽdẽtes ab eis iura habeant cognatio-
nis, quæ iura cognationis conſiderari non poſſunt niſi inter na-
tos ex eadem matre. d. l. ſi ſpurius, vbi clariſſime hoc dicitur, &
no. gl. in d. l. hac parte. in ver naſcitur. ff. vnde cogna. ¶ Itaq; enu-
meres diligenter ſingula ſuccedendi capita, nullo eorum Ali-
ſiam vocatã probaueris. & ex præmiſſis ſatis reſpõſum apparet
ad contraria, de quæ tamen ſpecialius reſpondeo. ¶ Et ad primũ
ꝙ Ioanna Foreſiæ mater Martini præſumeretur naturalis, nõ ſpu
ria, fateor, ſed dũ dr ergo inter Ioannam & Beatricem iura erãt
cognationis, nego iſtam cõſequẽtiam, cum eſſent natæ ex diuer-
ſis matribus, vt ſup. oſtẽdimus. ¶ Non obſtat, ꝙ fiſcus nõ admittit
niſi vltimo loco & deficiẽte oĩ alia ſucceſſione, quia fateor, & re
torqueo fundamẽtũ cõtra ipſam Aliſiam, nã ſi iſte Martinus nul-
lũ aliũ reliquit proximiorem ipſa Aliſia, dico ꝙ ipſa nullo modo
põt ſuccedere ex aliquo capite ſucceſſionis per vnde liberi, vnde
legitimi, nec vnde cognati, ergo fiſcus admitti dẽt loco nouiſſi-
mo. ¶ Et quia ſuper hac materia aliqua in ꝯrium ſcripta vidi, ta-
cito tñ ſcribẽtis nomine in quibus ad excluſionẽ fiſci induci vr
quoddã argũ ab abſurdo aut ab admiratione, quia abſurdũ vi-
deretur fiſcum admitti extante Aliſia cõiuncta, licèt ex latere pa-
tris tm̃, reſpondeo, ad iſtã abſurditatẽ retorquẽdo fundamẽtũ,
& ꝙ immo maius abſurdũ ſequeretur, ſi fiſcus nõ admittitur nã
coniuncti ex parte patris tm̃ ad ſucceſſionem naturaliũ nõ vocã
tur, vt ſup. dictũ & probatũ eſt, qñ lex dicit eos nõ admitti, preſup
ponit, ꝙ eſſent aut ſint proximiores, quia alias ex alio excluderẽ
tur, quia. ſ. remotiores, itaq; ſi agnati licèt proximiores excludun
tur, ergo neceſſario ceſſantibus cognatis fiſcus admittit, quia ſi
dicas eum excludi, eo ꝙ ſuperſint alij agnati remotiores, & ꝙ de
mũ admittat qñ nullus alius agnatus ſupereſt, ergo ſequeret ab
ſurdũ ꝙ voluerit excludere agnatos proximiores pp alios remo
tioris gradus. ¶ Præterea in hac ſucceſſione naturalium lex præ-
ciſe & ſimpliciter excludit coniunctos ex parte patris, non quòd

eis co-

eis cognatos præferat & in quo cognati ſuperſint,ſed quia nulli
eſt agnationis ius cum naturalibus, iſta ratio militat ſiue adſint
cognati ſiue non , quia ceſſatio cognatorũ nõ põt facere ꝙ inter
naturales detur vinculũ agnationis,& in terminis noſtris in fauo
rẽ fiſci ita decidit Capra in d.conſi.136.¶ Ex quibus concludo ꝙ
veniendo ad rõnes & fundamenta iuris & ẽt conſiderando deci
ſiones expreſſas tam textuũ, ꝗ doctorũ fateri neceſſe eſt Aliſiam
memoratam nullo modo ſuccedere poſſe in bonis & hæredi-
tate Martini prædicti , & ſi qui diuerſam ſententiam probent,
eos ipſos rogatus velim ad ꝑmiſſa fundamẽta rñſionẽ vt afferãt.
Ego quidẽ moleſte fero in gratiã ipſius nobilis Aliſiæ reſcribere
nõ potuiſſe vt pote matris magnifici & nobiliſſimi viri dñi Theo
dori Muleti compatris mei regij & Dalphinalis patronis gñalis.
Sed.n.amicus Plato,amicus Cicero,magis autem amica veritas.
Grationopoli.15.Decẽbris.1541. Aymo Crauetta de Sauiliano.

S V M M A R I V M.

1 *Promiſſio bonorum poſt mortem promittentis an valeat,*
Bonorum appellatio & hæreditatis idem eſt,ibi,nu. 1,& nu.2.
vbi declaratur.
2 *Hæreditas pacto dari non poteſt.*
3 *Promiſſio bonorum non valet per quam aufertur libera teſtãdi*
facultas,ibi.nu. 3.vbi quod non firmatur iuramento.
4 *Bona futura quæſita poſt teſtamentum in veniũt ẽt inſtitutione,*
5 *Bonorum appellatio non comprehendit vniuerſitatem,ideo non*
venit ius patronatus.
Succeſſor bonorum non hæreditatis non tenetur ad æs alienũ ul
tra vires hæreditarias,licet inuentarium nõ fecerit.ibi. nu.5.
6 *Donatio hæreditatis valet ſi quis dicat,dono tibi hæreditatem*
meã.quia intelligitur,id eſt,dono tibi bona præſentia,vt actus
valeat,quod pulcherrimis deciſionibus hic confirmatur.
7 *Bonorum appellatione futura non veniunt quando agitur de*
graui præiudicio.
8 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum an firme*
tur iuramento.
9 *Iuramentum vt dicatur illicitum & ſeruari non debeat, requi*
ritur quod vtraq; ſalus periclitetur ſpiritualis,ſcilicet & tem
poralis aut ſaltem altera tantum.
10 *Donatio inter viuos iurata de omnibus bonis præſentis & futu*
ris,licèt vt inter viuos valere non poſſit, valebit tamen vt do
natio cauſa mortis ſi adſit numerus quinque teſtium , quod be
ne nota tanquam vtiliſſimum in practica,
11 *Donatio facta abſenti licet non valeat vt donatio,valebit tamẽ*
vt fideicommiſſum, ſi adſit numerus teſtium ſufficiens ad fidei
commiſſum.

CONSILIVM CXXXIX.

¶ Pro ſpectabili domino Ioanne Barberij ciue & doctore Gratio
nopolis,conſilium pulcherrimum & vtiliſſimum.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Titius † ꝓ-
miſit bona ſua Seio poſt mortẽ ipſius Titij cũ iu-
rameto , quam promiſſionem ſæpius cõfirmauit
ſub eodẽ iuramẽto corã eiſdẽ teſtibus : immo ro
gatus de tpe infirmitatis ſuæ vt faceret teſtm̃,
reſpondit,feci qđ volui,& volo facere, nec aliud
faciam,neceſt,ꝙ me vlterius moleſtetis,quia aliud non diſponã.
Quæritur,an valeat talis promiſſio,& an vt donatio inter viuos,
vel cauſa mortis? ¶ Videretur prima fronte dicendũ talẽ promiſ-
ſionẽ nõ valere,quia per eam in effectu vr̃ conferri hæreditas dũ
promittuntur bona poſt mortẽ,bonorũ.n.& hæreditatis appel-
latio idẽ vr̃ ſignificare.l.nam quod.§.fi.& l.cogi.in prin.& §. 1.ff.
ad Treb.Bar.in l.Quintus,la 2.§.argẽto.ff.de au.& ar. leg. & in l.
3.in prin.ff.de bon.poſſ. Bal.in conſi. 224.Statuto cauetur quod
2 mariti.lib.2.Deci.in conſi.425.col.pe.poſt med. † Sed hæreditas
pacto aut promiſſione dari non põt.l.hæreditas. C. de pac. con-
uen.Rom.in conſi.293.præſuppoſito,in 1.dubio. Alexã. in conſi.
28.col.2,ad fi.lib.3.Quod procedit etiam inter filios.Dec. in con
ſi.475.col.3.ad fi.in filijs tamen aliud tenet Alexã.in l.licẽt.C.de
pactis,& in conſi.168.col.fi.lib.5.¶ Secundò per talẽ promiſſio-
nẽ auferri vr̃ libera facultas teſtandi cũ quis donat aut promit-
tit oĩa bona ſua poſt mortẽ,ideo nõ valet tanq̃ ꝯ bonos mores.l.

ſtipulatio hoc modo cõcepta.ff.de de verb.obl.l.fi.C.de pactis.iõ
tale pactũ non firmatur iuramẽto,vt per Bar.& doc.in d.l.ſtipu-
latio hoc modo concepta.Bal.in conſ.22.quidam fecit teſtm̃, cir
ca fi lib.1.Pau.de Caſt.in conſi.75. Notandũ eſt ꝙ præfatum ſta-
tutũ.col.2.& in cõſi.82.In iſta donatione,ad fi.lib.2. Abb.in cõſ.
48.in fi.lib.2.Cald.in conſi.9.in tit.de iureiu.Cor.in conſi.60. col.
2.lib.1.Dec.in conſi.225.col.2.poſt med.Cur.Iun.in conſi.25. Ale
xan.in conſi.130.in 1.dubio.¶ Sed præmiſſis non obſtãtibus,quę
vere non obſtant,contrariũ puto de iure verius , ꝙ immo valeat
donatio prædicta.& pro fundamento cõſidero,ꝙ in materia no
ſtra illud pactũ dr̃ eſſe reprobatũ & inualidũ, per quod tractatur
de futura ſucceſſione,tale.n.pactũ dr̃ contra bonos mores cũ tol
lat liberã facultatẽ teſtãdi,& quia cũ viuentis nulla ſit hr̃editas ꝓ
abſurdo habuerũt iura ꝙ pacto daret̃ hæreditas , vt habetur per
Rom.& doc.in locis ſupra alleg.ſi aũt pactũ non contineat futu
rã ſucceſſionẽ,ſed donationẽ & perſonalẽ obligationẽ quæ inci-
piat in perſonis hæredum,illud valeat & efficax dr̃,ratio eſt,quia
qñ pactũ aut promiſſio incipit habere efficaciam in perſonis hę
redum,tunc non dr̃ cõtinere a futurã ſucceſſionẽ.ſi.n.contineret
futurã ſucceſſionẽ,efficacia ipſius pacti nõ inciperet in perſonis
hæredum,ſed eius cui ex pacto hæreditas datur , & quẽ hæredẽ
aut ſucceſſorẽ paciſcens aut promiſſor facere cogitauerat,ſed qñ
per pactũ non conſtituitur aliquis hæres aut ſucceſſor,immo hæ
res aut ſucceſſor alius efficitur,vel iure teſtamenti aut ſucceſſio-
nis legitimæ ab inteſtato,verum per pactũ talis hæres teſtamẽta-
rius aut legitimus obligatur tradere bona alteri cui defunctus ꝓ
miſit,tunc neſcio videre rationẽ quare tale pactũ valere non de-
beat,ſicut.n.põt quis ſe obligare & hæredes ſuos ad dandum &
tradendũ certa bona alteri particulariter, ita & vniuerſaliter dũ
modo ex tali obligatione non auferatur libera facultas teſtandi:
ita in terminis tradit Bar. in conſi. 212. Promitto tibi & tu mihi.
de cuius declaratione ſæpius feſtũ facit Cur iun. conſulendo , vt
patet in conſi.15.col.2.in conſi.25.ad fi.& in d.conſi. 81. Iſtam ẽt
declarationẽ Bar.licèt non ita clare explicet,refert & ſequit̃ De-
ci.in l.pactum quod dotali.col.2.poſt med.ver.& ex his infertur.
C.de colla.vbi dicit cautelã eſſe ꝙ verba pacti concipiantur per
viam donationis,promittendo & obligando præſentia, ſubdens
facientes huiuſmodi ꝯtus conſulere debere peritiores a princi-
pio ne decipiantur,idem tradit ipſe Deci.in conſi. 225.col.3. ver.
concludendo tamẽ.& in conſi.236. col.fi.ſicut.n.põt quis donare
ſtatim ab initio omnia bona ſua præſentia aut eorũ partem,ita vt
donatio ſtatim habeat effectum vel demũ poſt mortẽ donatoris,
ita & eadẽ ratione promittere põt omnia bona ſua præſentia aut
eorũ aliqua poſt mortem ipſius promiſſoris,quia paria ſunt pro-
mittere & ſoluere.l.fi.C.ad l.Falci.Secus eſſet qñ ageretur, ꝙ ali-
quo præmoriente bona ſua etiã præſentia tm̃ deuenirent aut per
tinerent ad aliũ,& q̃a tũc nõ agitur de obligãdo hæredẽ promit
tentis vt det aut donet,ſed agitur de obuentione bonorum vt ſi-
ne aliqua obligatione bona deueniant in alterum,& ſic agi dr̃ de
ſucceſſione,& ꝙ quis capiat bona tanq̃ hæres aut ſucceſſor non
tanq̃ ex iure alicuius obligationis hæreditariæ,de qua obuentio-
ne aut ſucceſſione hic non agitur,vt is cui promiſſio facta eſt im
mediate habeat & capiat bona tanq̃ hæres aut ſucceſſor, ſed ꝙ
agere poſſit ꝯ hæredes promiſſoris ad tradendũ & donandũ bo
na promiſſa per defunctũ,& ſi nulli ſint hæredes legitimi decer-
net̃ curator hęreditati iacenti cõtra quem donatarius experietur
actione perſonali,quæ naſcitur ex illa promiſſione,& condemna
bitur curator ad obſeruantiam promiſſorum iuxta titulum de cer
rato.bonis dando. ¶ Hac cõcluſione ita firmata & clariſſime de
clarata ſolũ ſupereſt ad contraria reſpõdere,& licèt ex præmiſ-
ſis ſatis reſponſum appareat,tamẽ ad maiorem explicationẽ, &
3 diſſolutionem totius difficultatis reſpõdeo in ſpecie. ¶ † Et ad pri
mũ,ꝙ hic uidetur promiſſa hæreditas, quia bonorũ & hæredita
tis appellatio idẽ ſonat.reſpõdeo,ꝙ licèt iſta duo habeãt in ſe ali
quam cõformitatẽ reſpectu æris alieni , ut is cui obueniũt bona
teneatur ad æs alienum,ut habetur in locis ſupra alleg.pro parte
4 cõtraria tamẽ in multis differunt, quia † ubi fit mentio hæredita
tis uiuẽtes aliquo,ueniunt etiam bona futura, quia hęreditas cõ
prehendit oĩa bona exiſtẽtia de tpe mortis etiã acquiſita poſt te
ſtamentũ Bald. in conſi.196.Super eo quod quæritur,colũ.fi.lib.
4.facit tex.in l.nihil aliud eſt hæreditas.ff.de uerbo.ſign.ſecus in
eo qui diſponit de bonis ſimpliciter,quia intelligitur de præſenti
bus , nõ futuris : iõ ſi quis donet omnia bona ſua ualet donatio,
quia reſtringitur ad præſentia tantũ , ut habetur in d. l. ſtipulatio
5 hoc modo cõcepta.& in l.fi.C.de pac.Præterea,† uerbum bono-
rum pro-

rũ prolatũ ab homine nõ cõprehendit proprie uniuerſitatẽ, ideo
non venit ius patronatus. Bal. in conſi. 1. An mulier. lib. 3. hæredi
tas aut proprie dr̃ ius vniuerſale. l. hæreditas. in prin. ff. de pet. hæ
re. & habetur in l. 1. in prin. ff. de eden. in rub. ff. ſol. matri. ¶ Simili
ter obligatur ad æs alienum tanq̃ ſucceſſor bonorũ, licèt inuenta
rium non fecerit, ſecus aũt in ſucceſſore hæreditatis, ita Bart. in
cõſi. 157. Super his quæ ſupradicta ſunt. col. 2. & ꝙ appellatio bo
norũ & hæreditatis idẽ non ſignificet, tradit Dec. in l. 1. col. 3. ff. ſi
cer. pet. dũ allegat Spec. Poſtremo, ꝙ nõ ſit idẽ dicere ꝓmitto tibi
bona mea & hæreditatem meam, volunt Bar. & doc. ſupra alle-
gati dum volunt valere pactũ per quod promittit quis bona ſua
poſt mortem ſuam. quod tñ pactum non valeret ſi verbum bona
intelligeretur, id eſt, hæreditatem, quia hæreditas pacto dari non
6 põt. ¶ † Amplius dici poſſet, ꝙ ẽt ſi quis diceret, dono tibi hæredi
tatẽ meã, valeat donatio, & intelligatẽ facta de bonis præſentibꝰ
tantũ vt actus valeat, ita Dec. in d. l. fi. col. fi. C. de pac. allegat Bar.
in l. quęſitũ. §. ſi ſeruus. ff. de leg. j. Sed vltra Dec. adduco quod ſcri
bit Pau. de Caſt. in conſi. 347. quia circa donationẽ. lib. 1. vbi ꝙ va
let pactũ in donatione appoſitũ. ꝙ donotarius faciat eius liberos
naſcituros hæredes in rebus donatis, quia intelligi debẽt verba
pacti, ꝙ donatarius teneatur reſtituere bona eius liberis, exponẽ
do verbum hæredes, id eſt, dominos, vel ſucceſſores particulares.
¶ Adduco ẽt Bellameram in cõſ. 48. col. 6. vbi ſi teſtatur faciat ali
quem dñm aut hæredẽ bonorũ ſuorũ quandiu vixerit alio vniuer
ſaliter inſtituto, per illa verba, non importatur inſtitutio. Facit ẽt
quod ſcribit Soci. in conſ. 102. col. 2. ad fi. lib. 3. vbi ꝙ verbũ, hære
ditare, in contractu accipitur, id eſt, ſingulariter ſuccedere qñ nõ
ſunt teſtes ſufficientes ad vltimã voluntatem vt actus valeat. Fa-
cit quod ſcribit Bal. in conſ. 136. Viſo teſtõ Blaſini. col. 2. lib. 3. vbi
ꝙ paria ſunt dicere, facio te hæredẽ meũ, vel facio te dñm meũ,
vel in manibus tuis pono omnia bona mea, ideo etiã ꝙ ꝓmiſſor
dixiſſet, ꝓmitto tibi hrẽditatẽ meã poſt mortẽ meã, adhuc valida
promiſſio videretur exponendo hæreditatẽ, id eſt, bona mea vel
dñium meũ bonorũ præſentiũ & idẽ qđ Dec. ĩ terminis terminã
tibus voluit Calc. in conſi. 12. col. 4. poſt med. Quæ oĩa ſi Decius
vidiſſet an putes eum miſſa feciſſe in difficultate tam elegãti, ſed
non omnia poſſumus omnes. Idẽ quod Dec. & Calc. tenet oomiſ-
7 ſime Gozadi. in conſi. 87. col. 4. in fi. ¶ † Non obſtat ſcḋm argm̃ ꝙ ꝑ
talem promiſſionem auferr vr̃ libera facultas teſtandi, quia ne-
go ꝙ auferatur teſtandi facultas, cũ intelligatur facta promiſſio
de bonis præſentibus tñ exiſtentibus de tempore promiſſionis,
vt ſup. dixi, nam appellatione bonorum nũquam veniũt futura qñ
agitur de graui præiudicio. l. fi. C. quæ res pign. obli. poſ. arguen-
do ab oppoſito. Bal. in conſ. 390. Magnifica & illuſtris. lib. 1. in cõ
ſi. 112. Quæritur qui intelligantur. eod. lib. Deci. in conſi. 502.
col. 3. circa med. tradunt Bart. & doc. in l. ſi ſtipulatus. §. cũ ſtipu-
lamur. ff. de verb. obli. bonus tex. vbi Hoſti. & doc. in c. pen. de iu-
8 reiu. Præterea † etiam ꝙ comprehenderet promiſſio, bona futu-
ra adhuc valida videretur ratione iuramenti, quia tale iuramẽtũ
ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternę licèt auferatur libera te
ſtandi facultas, & ita tenet Abb. ſibi contrarius in conſi. 18. col.
3. verſi. & plus dico. lib. 1. Cor. ſibi contrarius in conſi. 252. colũ.
3. ad fi. verſi. & iſta pars. libr. 3. Deci. ſibi contrarius in conſi. 655.
col. 2. ad fi. & idem Dec. in l. pactum quod dotali. col. 1. C. de pac.
dicit hanc opin. eſſe de iure veriorem, licèt alia ſit communis, eã
9 dẽ opi. tenet Veronenſis in conſi. 8. colũ. 4. Pro hoc † quod ſcribit
Oldr. in conſi. 90. Quidam iurauit. vbi ad hoc vt iuramentum di
catur illicitum & ſeruari nõ debeat, requiritur, ꝙ vtraq; ſalus pe-
riclitetur, ſpiritualis. ſ. & temporalis, aut ſaltem altera, ſed hic ex
tali iuramento per quod auſertur libera teſtãdi facultas, nulla ſa
lus periclitatur, non ſpiritualis, quia ob id iurantis anima ad inſe
ros non trahitur, non tẽporalis, quia vitæ diſcrimen nõ verſatur,
adeo, vt tale iuramentũ contrariũ tantũ videatur moribus ciuili-
bus non canonicis, & licèt durũ ſit contra cõmunẽ opi. ſcribere,
iſtud tamen dixiſſe volui ad maiorẽ confirmationẽ præſentis cõ-
ſultationis quæ aliunde ſatis cõprobatur. ¶ Ex quibus concludo
promiſſionẽ de qua ſupra in themate valere in vim donationis
10 inter viuos. Amplius † dico ꝙ ſi talis promiſſio facta ſit coram
quinq; teſtibus qui ſufficiunt in donatione cauſa mortis licèt ſo
net vt inter viuos, quia actũ ſit de non reuocãdo cũ iuramẽto, tñ
ſi vt inter viuos valere non poſſet, quia facta eſſet de oĩbus bonis
præſentibus & futuris, & ſic auferret liberã teſtandi facultatem,
valebit tñ vt donatio cauſa mortis, ita pulchre Pau. de Caſt. in cõ
ſi. 75. Notandũ, ꝙ prætatũ ſtatutũ. lib. 2. refert & ſequitur Soci. in
conſi. 180. col. pe. & in conſi. 137. col. 2. li. 1. deciſio Neapoli. deci-
ſione. 338. col. 3. Io. Crotus de Mõteferrato in rub. ff. de leg. j. col.
7. circa prin. ſed vltra Mod. & tantos patres addo ꝙ idem voluit
Bal. in conſi. 108. Domina Ioanna. col. fi. lib. 3. & hoc ea illa nobi-
liſſima iuris diſpoſitione, ꝙ ſemper interpretatio fieri debet, vt
actus valeat, non pereat. l. quotiens. ff. de uerb. obli. l. quotiens. ff.
11 de rebus dubijs. ¶ † Videmus in ſimili, ꝙ ſi fiat donatio abſentĩ
quæ non ualet. l. abſenti. ff. de dona. l. nec ambiguo. C. eod. tñ ſi
adſit numerus teſtiũ ſufficiens ad fideicõmiſſum, valebit talis do
natio ut fideicõmiſſum. l. cũ pater. §. donationis. l. miles ad ſoro-
rẽ. in prin. ff. de leg. 2. l. ſi donatio. ubi Bar. ita ſummat. C. de don.
Rom. in conſi. 171. pro deciſione. col. 2. Cor. in conſ. 254. li. 3. Dec.
in conſi. 196. col. 2. in fi. Ad idem quod ſcribit Iaſ. in conſi. 5. col.
7. lib. 3. ubi ꝙ ualet pactum, ꝙ maſculi ſuccedant in bonis immo
bilibus, quia intelligitur. ſ. inter uiuos. fortius & mirabilius uo-
luit Cur. iun. in conſi. 81. col. 2. uer. reducendo igitur. ꝙ ualet pa-
ctum iuratum de futura ſucceſſione ſaltem inter uiuos, ſed durũ
uidetur hoc dictũ. licèt idem uelit Guido Papæ. q. 510. uerſi. & ꝓ
hoc beneſacit iuramẽtum. & tenẽdo ꝙ ſit donatio cauſa mortis,
idẽ eſt effectus, cũ donator præmortuus ſit non reuocata donatio
ne immo illa confirmata, ut in themate eſt narratũ. Promiſſio de
qua ſupra facta eſt per uenerabilẽ presbyterũ d. Ioannẽ Balferdi
ſpec. & egregio domino Ioanni Barberij aduocato conſiſtoriali
in curia parlamenti Dalphinatus. Gratianopoli. ultima. Decem-
bris. 1541. Aymo Crauetta de Saulliano.

S V M M A R I V M.

1 *Spoliatus tenetur probare duo poſſeſſionem ipſius ſpoliati, & de
iectionem ſeu ſpoliationem.*
*Spoliatio probatur ex eo quod recuſat quis alium ad poſſeſſionẽ
admittere. ibi. nu. 1. quod procedit licèt ſponte quis de poſſeſſio
ne receſſerit.*
*Spoliari dicitur creditor quaſi poſſeſſione percipiendi cẽſum an
nuum ex eo quod debitor cenſus recuſat ſoluere ibidem nu. 1.*
2 *Spoliatus reſtitui ante omnia debet, licèt iniuſte poſſideret.*
*Spoliatus à iudice nulliter & iuris ordine non ſeruato reſtitui
debet, ibi. nu. 2.*
3 *Spoliatus reſtitui debet non ſolum reſpectu poſſeſſionis ſed etiam
reſpectu fructuum & omniũ acceſſoriorum vſque ad minimũ
quadrantem, adeo quod ſi unus numerus deficeret, non cogitur
ſpoliatus in petitorio reſpondere.*
*Spoliatus antequam reſpondeat ſuper petitorio, debet ſtare in
poſſeſſione tanto tempore, quanto ſtetit ſpoliatus. ibi. nu. 3.*
4 *Interlocutoria dicitur reintegratio poſſeſſionis in ſummario poſ
ſeſſorio iudicio pendente.*
*Sententia in iudicio ſummario valet, licèt non recitetur in loco
iudicij. ibi. nu. 4.*
*Renunciare dicitur pars ſolennitati iudicij quando de ea nihil
oppoſuit. ibi. nu. 4.*
5 *Aſſeſſor capi non debet niſi vbi eſſet difficultas in iure.*
6 *Extenſio fieri non debet quãdo per eã induceretur cõtrarietas.*
7 *Nulla an reddatur ſententia quando iudex non ſeruat manda
tum legis.*
8 *Sententia nulla reformari poteſt per iudicẽ appellationis quã
do nullitas non reſpicit omnia acta uniformiter etiam in fa-
uorem eius qui non appellauit.*
9 *Reuocari non debet nulliter factum, quod vbi factum non eſſet,
de nouo fieri deberet.*

CONSILIVM CXL.

¶ Pro nobili ac potente domino Gaſpardo de Glandeues domi
no Reilhanetę contra reuerendum dominum Claudium de Glã
deues militem Hieroſolymitanum eius fratrem.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. In cauſa
ſpolij nobilis & potentis domini Gaſpardi de Glã
deues domini Reilhanetæ & Montisfortis contra
reuerendum dominum Claudium de Clandeues
militem Hieroſolymitanum eius fratrem. Breui-
ter uidetur concludendum iuſte & religioſe fuiſ
ſe pronunciatum per iudicẽ a quo ſuper integratione ipſius Ga-
ſpardi

1 ſpardi ſpoliati. Nā probata fuerūt extrema neceſſaria ad obtinē
dum in cauſa ſpoliationis, videlicet poſſeſsio ipſius agētis, & de
iectio ſeu ſpoliatio ipſius rei, iuxta gl. in l. 1. §. interdictū. ff. de vi
& vi arm. c. cōſultationibus. ubi Deci. in 2. not. de offi. deleg. &
ſpoliatio ſeu deiectio vltra teſtes ipſius agentis ſatis probatur ex
eo ꝙ reus ſemper recuſauit & recuſat admittere ipſum agētē ad
eius poſſeſsionē, immo noluit obedire ꝑcepto nuncij & executo
ris ipſam reſtitutionē ꝑcipiētis ad mandatū iudicis, ex qua recu
ſatione aperta probat̃ ſpoliatio. Bal. in cōſi. 177. col. 5. li. 3. Anch.
in cōſ. 127. Ad dubia elicita. in fi. Cor. in conſ. 207. col. fi. libr. 2. qđ
procedit ēt ſi quis de poſſeſsione ſpōte receſsiſſet, quia ſi reuer-
ſus nō admittit̃, dī ſpoliari, vt hr̃ in c. intelleximus, in verſ. ſpon-
tanea, de adult. in c. literas. de reſt. ſpol. & in c. ſignificaſti, de di-
uor. Ale. in cōſi. 78. col. j. li. 5. Simile videmus in eo qui in iudicio
recuſat ſoluere qđ dēt ſingulis annis, quia dr̃ creditorem ſpolia
re quaſi poſſeſsione percipiendi ſuū annuū cenſum. Compo. in
c. mandato. de reſcr. Inn. in c. olim, el 3. de reſt. ſpol. c. ſuborta, de
re iud. vbi Inn. & c. querelā, de elec. Abb. in conſi. 53. circa fi. li. 2.
Io. de Lign. inter conſilia Bal. in conſil. 425. Viſis actis. col. 2. poſt
2 me. li. 3. †Probata igitur ſpoliatione non potuit iudex aliter face
re quin ipſum agentē ſpoliatū reſtitueret, ēt ꝙ iniuſte poſſediſſet
aut poſſideret. l. colonus. & l. cum fundus. ff. de vi & vi arma. l. ſi
quis a ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi. ca. in literis. de teſti. cum ſi. qđ
procedit ēt in cauſis in quibus ex forma ſtatuti proceditur ſum
marie, ſimpliciter, ſine ſtrepitu & figura iudicij. Iaſ. in conſi. 162.
li. 4. Rurſus iſtud procedit in ſimplici detentore qui priuari non
debet poſſeſsione ordine iuris non ſeruato. Bal. in cōſ. 361. Quā-
quā. li. 3. Amplius iſtud procedit ēt ſi authoritate iudicis ſpolia-
tus quis eſſet, nulliter tñ & iuris ordine non ſeruato. c. ex inſinua
tione. de procu. ca. conquerente. de reſti. ſpol. Hoſt. in ſumma. de
reſt. ſpol. §. qñ facienda. in prin. Bar. in l. iuſte poſſidet. ff. de acqu.
poſſ. Old. in conſi. 227. De toto themate. col. j. ver. ſecunda regu-
la, & ver. ſi ergo tali commiſsione. Bal. in conſi. 357. Iniuſtiſsima.
li. 2. in conſi. 134. Copioſe. & in conſil. 149. Proponitur ꝙ quædā
tutela. in fi. li. 3. Rom. in conſi. 158. Circa articulum. col. 2. ver. ter
tio. quia iniuſte. Ant. de But. in conſil. 62. Hic duobus. col. j. Soc. in
conſi. 18. col. 10. ver. nec obſtat ꝙ Chinus. & in conſi. 13. col. 5. ad
fi. li. 1. Dec. in l. ſi. col. 20. C. de edic. diu. Adr. toll. Veronenſis in cō
ſi. 19. & alibi ſæpiſsime doc. Idem ſi quis ſpolietur a principe ſi-
ne cauſæ cognitione. deciſ. Neap. deciſ. 361. nu. 24. verſ. tertia rō,
3 & nu. 35. ver. nec obſt. quarta ratio. †& iſta reſtitutio ſpoliati fie-
ri debet non ſolum reſpectu poſſeſsionis, ſed etiam fructuum &
omnium acceſſoriorum vſque ad vltimum quadrantem, adeo ꝙ
ſi vnus nummus deficeret non cogitur ſpoliatus alteri in petito
rio rñdere. Bal. in d. c. conquerente. in prin. de reſti. ſpol. Pan. in c.
accedens. 2. col. 2. vt lite non conteſt. Iaſ. in conſi. 163. col. 5. in fin.
li. 4. Immo non ſolum ſpoliatus reſtitui ante omnia debet, verū
ēt antequā conueniatur petitorio, ſtare debet in poſſeſsione tan
to tpe, quanto ſtetit ſpoliatus, ita Pan. in c. venerabili. col. 2. de of
fi. dele. quod dictum pro ſingulari refert & ſequitur Cur. Iunior
conſi. 41. ad fi. Quod tñ vr̃ intelligendū in ſpoliato oībus bonis
vel maiori eorū parte, ita Ripa in l. naturaliter. §. nihil cōe, co. 8.
poſt med. ff. de acq. poſſ. vbi ꝙ in iſtis terminis loquuntur iura al
legata per Pan. & quò ad iſta videlicet circa reſtitutionem fru-
ctuum damnorum, expenſarum & intereſſe prouiſum eſt ēt no-
uiſsime per regias & Dalphinales cōſtitutiones arti. 285. vbi am
plius mandatur ēt ſpoliatorem arbitrarie mulctari. Reſtat vide-
re de quibuſdā friuolis exceptionibus aut oppoſitionibus, quas
audio, partem mouere contra ſententiam primi iudicis. & pri-
mo opponitur ꝙ illa reintegratio non eſt pronunciata in loco iu
dicij, ideo nulla tanquā ꝯ formam dictarum conſtitutionum. ar
ti. 277. ſed illa conſtitutio retorquetur contra partem, quia ex-
preſſe loquitur in ſententijs diffinitiuis, ergo ſecus vr̃ in interlo-
cutorijs. arg. l. cum prætor. ff. de iud. l. maritus. C. de procu. cū ſi.
4 ſed †reintegratio primi iudicis eſt mere interlocutoria ſup ſum-
mario poſſeſſorio pendente iudicio. de quo pulchre per Pau. de
Ca. in conſi. 3. In cauſa quæ vertitur coram dño Vicario poteſta-
tis Pergami. lib. 5. Rurſus de iure cōi qñ agitur tale iudiciū ſum-
mariū in quo de plano procedit̃, valet ſnia, licèt in loco iudicij
non recitetur. Bart. in l. nec quicquā. §. de pleno. ff. de offi. procōſ.
Præterea tali ſolennitati circa locum iudicij, poſſunt partes renū
ciare, intantum ꝙ de conſenſu partium poſſet iudex pronuncia
re ēt extra territorium. Bar. Alex. & doc. in l. pen. col. 2. ff. de iuſti.
& iur. Satis aūt renunciauit pars huic ſolennitati ex quo de ea ni
hil oppoſuit. c. cū olim el. 1. de offi. dele. c. ſuper literis, de reſcri.
Præpoſitus in c. ſi duobus. col. 2. in prin. de appel. Calc. in cōſ. 16.
col. 2. circa me. & col. ſeq. Dec. in l. ſi per errorē. col. 2. ver. quinto
fallit. ff. de iuriſ. om. iudi. & in l. j. ff. de fer. licèt præmiſſa oīa non
alleget. Scdò opponitur ꝯ ſniam ꝙ pronunciauit iudex ſine aſſeſ
ſoribus, nec mādauit cautionē ꝑſtari iuxta formā dictarū conſti
tutionū art. 290. & 293. ſed illæ conſtitutiones loquuntur in poſ-
ſeſſorio ſummario cauſarū beneficialium, idō extendi non debēt
5 ad cauſas prophanas quatenus aduerſantur iuri cōi, † quo iure
aſſeſſores capi nō debēt niſi vbi eſſet difficultas in iure, ita ꝙ in-
dex eis indigeat. c. ſtatutū. §. aſſeſſorē. de reſcr. li. 6. late Calca. in
conſi. 38. col. 3. ſimiliter ex forma ipſarum conſtitutionū Dalphi
naliū aſſeſſores capi non debēt in caſu claro, vt patet art. 271. &
ſeq. ergo illa cōſtitutio loquēs de aſſeſſoribus in cauſis beneficia
libus extendi nō debet ad alias cauſas prophanas. l. ius ſingula-
re & l. quod vero ꝯ. ff. de legi. regula, ea quæ a iure cōi. de reg. iur.
6 li. 6. immo † ſi fieret extenſio, eſſet contrarietas inter ipſas cōſtitu
tiones, ob id talis extenſio fieri nullo mō debet. gl. in l. ſi idē. §.
fi. ff. de iuriſ. om. iud. Bal. in conſi. 358. Clauſula. li. 4. Ale. in conſi.
48. col. 4. li. j. & in conſi. 213. li. 2. ideo cū in caſu iſto res eſſet pluſ
quam clara & notoria, & notorium eſſet de ſpoliatione cōmiſſa
ꝯ agentem non debuit iudex addere afflictionē afflicto, & agen
tem grauare diſpendio ſuperfluo circa ſalaria aſſeſſorū. Eadem
rñſio ſatisfacit ad omiſsionem cautionis. Præterea poſito & nō
conceſſo, cautio fuiſſet neceſſaria, illud procedit quò ad execu-
tionē, non aūt requiritur per conſtitutionē regiam ꝙ in ſnia fiat
mentio de ipſa cautione, & ꝙ expreſſe dicatur in ſnia de cautio
ne ꝑſtanda, itaq; cum conſtitutio ſtricti iuris hoc non dicat nec
nos dicere debemus. l. quicquid adſtringendæ. ff. de verb. obl. l. ſi
ſeruū. §. nō dixit prætor. ff. de acq. hær. Itaq; poſſet opponi cōtra
executionem ſi facta eſſet, ꝙ cautio præſtita non eſt vbi illa eſſet
neceſſaria prout tñ non eſt, ſed ꝯ ſniam, inepta eſſet oppoſitio di
cere ꝙ ſnia ſit nulla nō præſtita cautione, quia cautio non requi
7 ritur ad validitatē ſniæ, ſed executionis. †Non omitto circa op-
poſitionem de aſſeſſoribus non adhibitis unam rñſionem effica
cem & peremptoriam iudicio meo. Poſito & non conceſſo, ele-
ctio aſſeſſorum fuiſſet neceſſaria, eorū tñ omiſsio non redderet
ſniam nullā, quia verba cōſtitutionis loquētis de aſſeſſoribus di
rigunt̃ ad iudicē, ꝙ appellet & adhibeāt tres aut quatuor ex ad-
uocatis poſtulātibus in eorū ſedibus vt aſsiſtāt ſnijs ferēdis &c.
quo caſu qñ verba legis aliqd mādantis diriguntur ad iudicē ſi
iudex illud mādatū nō obſeruet actus nō fit nullus. Bar. & doct.
in l. properandū, in prin. C. de iud. vbi qñ tēpus inſtantiæ præfigi
tur ipſi iudici, ſi iudex ꝓnunciat poſt tēpus inſtantiæ ꝑfigitur ipſi
iudici, ſi iudex ꝓnunciat poſt tēpus, ſnia nō efficit̃ nulla idē dica
mus in caſu noſtro in quo ꝑceptū de aſſeſſoribus expreſſe dirigi
tur ad iudicē, ſecus ſi cōſtitutionis verba reſpicerēt illas ſnias,
puta & volumus ꝓnūciari ſnias adhibitis quatuor aut tribus cō
8 ſiliarijs. †Poſtremo ad maiorē ſaturitatē partis aduerſæ dico, po
ſito & non conceſſo, ſnia illa nulla dici poſſet, quæ tñ & valida
& ſancta probat̃, ꝗ iudex appellationis ſniam nullā debet & po
teſt reformare, ex quo ꝓtenſa nullitas allegata nō reſpicit oīa a-
cta, puta libelli oblationē, ſumptionē informationū aut ipſas ꝓ-
bationes ſed tm̄ reſpiceret ipſum actū ſniæ tāquā latæ extra lo-
cū iudicij & ſine aſſeſſorib9, ꝑ ea q̃ hñr in l. ſi expreſsim. ff. de ap
pel. in c. cū dilecti. de emp. & vend. Io. de Anan. in conſi. 9. col. 2.
circa med. & in conſi. 26. col. 2. Alex. in conſi. 79. Io conſi. 122. ad
fi. li. 2. & in conſi. 53. col. 3. verſ. præſuppoſito ergo. li. 5. Moder. in
rub. extra de appel. vbi Dec. col. 6. verſic. 2. Abb. hic concludit, &
idem Dec. in conſi. 483. col. 5. in princ. Corn. in conſi. 35. col. 4. ad
fi. li. j. Fel. in c. cū cā. col. 2. verſi. 2. fallit. de re iud. Nec obſt. ꝙ ipſe
dñs Gaſpar nō appellauerit, quia reformari pōt ſnia ēt in fauo-
rē eius qui nō appellauit. Alex. in cōſ. 183. col. 2. ad fi. li. 6. & illud
9 eſt † quod dicitur reuocari non debere nulliter factum qñ de no
uo eſſet faciendū vbi factum non eſſet. Ang. & Alex. in l. ſi finita,
in prin. ff. de dam. inf. & idem Ang. in §. quadrupli. Inſt. de actio.
Pau. de Ca. in conſi. 472. In cauſa capturæ Iacobi in fi. li. j. Abb. in
conſi. 29. ad fin. li. 2. Alex. in l. ſi tibi. C. de carbo. edi. Soc. in conſi.
513. ad fi. li. 3. Dec. in conſi. 191. ad fi. in conſi. 449. col. 3. & in ca.
cum ceſſante, ad fin. de app. Iaſ. in l. a diuo Pio. §. in venditione.
colu. 3. ff. de re iud. & in l. ſi pacto. in 5. not. C. de pac. Curt. Iun. in
conſil. 127. col. 3. verſi. accedunt ad confirmationem. Purpuratus
in l. more. col. 9. nu. 70. ff. de iuriſ. om. iud. de quo tñ latius dixi in
conſi. 65. col. 2. ¶Ex quibus concludo in fauorem ipſius domini
Reilhanetæ ſaluo ſaniori iudicio. Gratianop. 4. Ianua. 1548. Ay-
mo Crauetta de Sauiliano. I. V. doc.

SVMMARIVM.

1 Donatio inter patrē & filiū ſine iuramēto nō confirmatur morte patris donatoris niſi interuenerit traditio. ſufficit tamē traditio facta per conſtitutum aut reſeruationem vſuſfructus.

2 Actus qui fit ex duplici cauſa licèt ex vna ſuſtineri non poſſit, ſuſtinetur tamen ex altera.

3 Actus ſuſtinetur ex capite ex quo ſuſtineri poteſt vbi eſt clauſula omni meliori modo &c.

4 Legitima non minuitur ob legata facta pro reſtitutione male ablatorum, aut in recompenſationem ſeruitiorum niſi aliter de male ablatis aut ſeruitijs probetur.

5 Legitima non minuitur per donationes.

6 Auus an habeat priuilegium quod matri competit vt ſubſtitutio compendioſa facta impuberi per verba communia, non contineat pupillarem auo materno exiſtente in medio.

7 Subſtitutio pupillaris omnino tacita matrem excludit quando ſubſtituitur filius teſtatoris, a fortiori excludi mater debet per ſubſtitutionem compendioſam factam pupillo per verba communia ſine diſtinctione temporum.

Subſtitutio compendioſa facta pupillo verbis communibus ſine diſtinctione temporum matrem excludit quādo ſubſtituitur frater teſtatoris. ibi. nu. 7. ad fi.

8 Subſtitutio compendioſa facta pupillo verbis communibus ſine diſtinctione temporum interpretatur directa. & continet pupillarem matre in medio exiſtente quando facta reperitur in bonis & hæreditate ipſius pupilli.

CONSILIVM CXLI.

pore tam longo ſciat de poſſeſsione vineæ paternæ, quam alte-
ra ſoror poſsidet, hoc ita præſuppoſito quod agens præmiſſa
ſciret , videtur ei imputandum , cur non oppoſuerit a tempore
ſcientiæ contra talem executionẽ factam auctoritate curiæ ſi ius
fortius & efficacius in vinea prætendebat.l.ſæpe.vbi latè Alexan.
6 ff.de re iud.c.quamuis,extra eodem titu.¶ † Secundò principali-
ter obſtare videt̃ exceptio præſcriptionis,quia hypothecariæ pręſ
ſcribitur decem annis inter præſentes , & viginti inter abſentes
cum titulo.l.1 .& 2.C.ſi aduer.credi.l.fi.C.de actio. & oblig. ſine
titulo autem tertius poſſeſſor præſcribit triginta annis , & ipſe
debitor.40.l.cum non ſsimi.C.de præſcrip.30.ann.Paul.de Caſt.
in conſi.70.Breuiter,in fi.lib. 2. & iſta præſcriptio contra hypo-
thecariam currit etiam ante factam diſcuſsionem bonorũ Alex.
in conſi.220.in fi.lib.6.quicquid aliter tenuerit idem Alexand.in
conſil.58.circa fin.lib.5.ſed hic probatum eſt de poſſeſſoria lon-
giſsimi temporis ipſorum reorum computato tempore ſuorum
auctorum,quæ tempora iungi debent.l.Pomponius.l.cum quis.
ff.de acqui.poſſeſſ.probatum † eſt etiam de titulo iudicati curiæ,
qui titulus iudicati eſt validus ad præſcriptionem.l. generaliter,
ff.de noxa.Calca. in conſil. 32. colum. 4.in princi.ideo exceptio
præſcriptionis pluſquam ſufficienter videtur probata.¶ Non ob-
ſtat reſcriptum ſuperioris contra ipſam præſcriptionem,quia eſt
conditionale,ſi preces veritate nitantur,quæ preces non proban
8 tur,cum tñ † teneatur Impetrans probare omnia narrata per eũ.
c.2.vbi glo.& doc.de reſcrip.Abb.in conſi.70.col.2.lib. 2.Cor.in
conſi.201.col.2. ad fi.lib.3. præterea narratur in reſcripto quod
ipſa agens fuit in poteſtate viri per multos annos,quæ cauſa non
ſolũ non eſt ſufficiens ad concedendũ reſtitutionem aduerſus
pręſcriptionem,imò facit contra eam,quia iure non cauet̃ ꝙ mu
lier experiri non poſsit actiones ſuas cõſtante matrimonio,con-
tra tertios,& quod mariti conſenſus requiratur extra cauſam do
tis,imò ſub vmbra & ope mariti facilius eſt mulieribus iura ea-
rum recuperare q̃ vbi agunt in viduitate nõ æque potẽtes.Præte
rea fuit reſcriptũ ſubreptitiũ , quia non fuit narratũ de iudicato
curiæ,& ꝙ in ei⁹ executionẽ res fuerint apud tertios poſſeſſores
tp̃e tam longiſsimo,& ꝙ poſſeſſa fuerit vinea publice titulo legi
timo,ideſt iudicati curiæ & emptionis,qñ pater eorũ vineã emit.
& multa alia poſſem adducere contra reſcriptũ , quibus in præ-
ſentiarũ temperandũ putaui,ſed latius dicã & ſcribã ſi opus vi-
ſum fuerit.¶ Non obſtat ẽt ſi dicat̃ non apparere quod rei con uẽ
ti ſint hæredes patris per quẽ vinea p̃dicta empta fuit , quia dico
ꝙ de hoc clariſsimè apparet ex actis.nam teſtes reorũ omnes di
cunt quod Antonius Ragim pater mortuus eſt dũ dicũt qđ Bar-
tholomæa Augearde poſſedit dictã vineã donec eam vendidit
9 quondã Antonio Auiardi Regim patri reorũ iſta† dictio quondã,
probat ꝙ mortuus ſit dictus Antonius.Bal.in conſi,407.In quæ-
ſtione quæ vertit̃ inter ſcholã.co.2.ad fi.lib.1.Bar.& doc.in l.eius
qui,in prin.vbi Iaſ.col.pe.ff.ſi cer.peta.Imola in conſil.110.in fi.
ſimiliter deponunt teſtes qđ ſi rei erant filij dicti Antonij Auiar-
di Ragim emptoris, modo cum rei declarauerint ſe hæredes eo
rum patris in cedula producta contra dictam Bartholomæam,
10 nonne probatur clariſsime eos eſſe hæredes? † nam in aditione
hæreditatis ſufficit voluntas ſola actu aut verbis declarata.l. ge-
rit.ff.de acquiren.hæred.l.potuit.C.de iure del.b.§.fina. Inſti. de
hæredum quali.& differ.& ſufficit talis declaratio voluntatis,li-
cèt fiat parte abſente,& inter alias perſonas, cum ſolum depen-
deat a voluntate adeuntis , ita in terminis aditionis no. Bar. in l.
is poteſt,col.4.poſt med.verſi.nunc videamus. & l.gerit , colũ.3.
verſi.circa ſecundum.ff.de acquir. hæred.in authen. ſacramenta
puberum,col.2.in fi.ver.ſed quæro an quãdo iuratur.C.ſi aduer.
vendi.in l.generaliter.C.de non nume.pecu. & in l.final.ff.de in-
terro.actio.Bald. in l. final.C.de peti. hæredi. Angel.in l.ſicut.C.
11 de repu.hæredi.Mathæſil. nota. 34. idem † eſt in omnibus alijs
quæ dependent a ſola voluntate vnius in quibus non requiri-
tur aliqua partis præſentia. Bartol. in l. certum.§. ſi quis abſen-
te.ff.de confeſsio. nota. in l. Neſennius.ff. de neg. geſt. Abb.poſt
alios in cap.fina.colum.5.de confeſſ.Alexan.in con.130.lib.pri-
mo.& in conſi.146.colum.4.libro quinto.Deci. in conſi.35.col.
2.in conſi.181.colum.2.& in conſi.297.colum.2.poſt med.

¶ † Poſtremo

15 ¶ † Poſtremò aduertendum eſt, ꝙ præſumptio eſt contra ipſam Antoniam agentem, quæ tanto tempore tacuit, maximè cū fuerat nupta, nec eſt veriſimile ꝙ vir eam duxerit indotatam, & ꝙ tantotempore tacuiſſet ſi legatum ſolutum non eſſet, ita ſuſpicionē contra diu tacentem arguit tex. in l. ſi quis forrè. §. 1. ff. de pœnis, quem tex. didici ab Oldr. in conſi. 183. Factū tale eſt, vacante eccleſia. col. 3. Addo tex. in c. 1. de frigi. & malefi. ibi, cur tamdiu tacuit. & dicit Bal. in conſ. 37. Quidā tabellio, in fi. lib. 1. quod accuſatio redditur ſuſpecta ſi accuſator multum ſteterit ad accuſandū, & pro veritate narratur mihi fuiſſe ad integrum agenti ſatisfactum, licèt cauſa iſtorum reorum tractata fuerit ſatis leniter, in dubio etiam pronunciandum eſt in fauorem reorum. l. Arrianus. ff. de actio. & obliga. regula fauorabiliores. ff. de reg. iuris. Gratianopoli. 22. Ianuarij. 1542. & ita fuit iudicatū in curia Grayſinodani in ſentētijs paſchatis. 1542. Aymo Crauetta de Sauihano.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio mariti in teſtamento de maiore ſumma dotis quàm acceperit, facit quod tota ſumma confeſſata debetur.*
2 *Compenſatio nō cenſetur facta cū debito voluntarie contracto.*
3 *Compenſandi animus colligitur ex coniecturis quādo iubetur legatariū eſſe contentum relicto, vel quando relinquitur pro omni eo quod petere poſſet, vel quando relinquitur pro euitandis diſcordijs inter hæredem, & legatarium.*
4 *Præcedentia declarantur ex ſequentibus.*
5 *Verba vbi conueniunt, conuenire debet & diſpoſitio.*
6 *Acceſſoria & appendices cenſentur incluſa in diſpoſitione, quādo diſpoſitio in principali ſolo verificari non poteſt.*
Taxatiua dictio non excludit ea quæ ſunt de appendicijs & acceſſorijs, quod in pulchro caſu exemplificatur. ibi. nu. 6.
7 *A proprietate verborum in dubio recedi non debet.*
8 *Relatio ad omnia fieri debet, etiam remota, quando ratio diuerſitatis reddi non poteſt cur ad omnia fiat.*
9 *Donatio non præſumitur, ſed ſatuitas potius.*
10 *Relatio fieri debet ad ea in quibus poteſt.*
11 *Expreſſum dicitur quod ſequitur ex eo qđ expreſſum reperitur.*
12 *Actus in dubio præſumitur factus ob cauſam neceſſariam.*
Interpretari debet diſpoſitio teſtatoris, vt trahatur ad caſum magis neceſſarium. ibid. nu. 12.
13 *Electa in dubio cenſetur via, per quam vtriq; caſui ſatisfit.*
14 *Tranſitus facilior eſt in habentibus ſymbolum.*
15 *Teſtator in dubio cenſetur minus grauare hæredem quàm ſit poſſibile, & potius toleratur quod legatum fiat inutile, quam hæres grauatus cenſeatur.*
16 *Intellectus ad l. cum ſcriptum ff. de dote prælega.*
17 *Præſumptio vna alteram tollit, & fortius plures vnam vincunt.*

CONSILIVM CXLIX.

¶ Conſilium deciſiuum pro Claudio Michal ciue Gratianopolis contra Margaritam Bourgondię ex eodem, vbi pulchra tractantur circa materiam & intellectum l. cum ſcriptum. ff. de dote præleg. & l. creditorum. ff. de leg. 2. ideo animum & ingenium intende lector.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Petrus Belliet Aromatarius Gratianopolis de anno 1539. & die ſexta menſis Decembris condidit teſtamentum, in quo inter cætera ſic cauit, Item cōfitetur habuiſſe, & recepiſſe teſtator iam dictus de dote honeſtæ mulieris Margaritæ Bourgondiæ eius vxoris ſummam ſexdecim cētum florenorum monetæ currentis, quos eidem acceptauit, ſituauit, & incorporauit ſuper omnibus bonis ſuis, præſertim ſuper domo & iuribus ipſius, quę bona & domum obligata, & hypothecata eſſe voluit pro dicta ſumma vſq; ad eius ſolutionem. Rurſus proponitur ꝙ dotes ipſius Margaritæ ſolum aſcendebant ad florenos mille, verum conſtituta erat donatio propter nuptias florenorū tercentum, & pro veſtibus nuptialibus florenorum centum, & pro iocalibus florenorum ducentum iuxta morem patriæ Dalphinatus, in qua mariti ſimiles donationes propter nuptias veſtium nuptialium & iocalium vxoribus facere cōſueuerunt de tempore matrimonij. & ſic licèt dos dictæ Margaritæ ſolum caueret de florenis mille, tamen cōputatis ſummis ſupra memoratis totum debitum mariti aſcendit ad ſummam expreſſam in teſtamēto, ſcilicet florenorum ſexdecim centum. Modo dicta Margarita petit totam ſummam ſexdecim centum florenorum pro dotibus, & amplius florenos ſexcentum pro cauſis ſupra memoratis, id eſt, donationis propter nuptias, pro veſtibus nuptialibus, pro iocalibus. quæritur quid iuris? Cauſa ipſa tractatur coram ſpectabili domino Antonio Gallani iudice ordinario Gratianopolis pro reuerendiſſimo domino Epiſcopo ipſius ciuitatis, qui me in aſſeſſorem elegit
1 ne ſolus in arduo ſapere videretur. ¶ Videretur † dicendum prima fronte vtranq; ſummā deberi. Primò per tex. in l. cum ſcriptū in prin. ff. de dote præleg. vbi maritus aſſeruit ad eum perueniſſe quinquaginta nomine dotis, quæ vxori ſolui voluit, poſtea apparuit ꝙ quadraginta tm̄ perueniſſent, dicitur ibi tota quinquaginta deberi, & ſic non attenditur veritas quantū in veritate pro dotibus datum ſit, ſed mariti confeſsio, quantum fuerit confeſſus, quia quatenus plus confeſſus eſt quā acceperit, illud plus debetur iure legati cum non ſit veriſimile maritū immemorē fuiſſe quid & quantū accepiſſet dotis nomine, confitendo igitur ſcien-
2 ter de maiori ſumma, illud plus cēſetur donare. ¶ Secundò † facere videtur pro hac parte, nam illud debitū ex cauſa dotiū fuit, voluntariè contractū, quia maritus non cogebatur vxorem ducere, & cōſequenter dotiū reſtitutionē promittere, ideo dici nō poteſt ꝙ recognoſcendo maiorem ſummam pro dotibus ꝙ voluerit compenſare illud maius cū donatione propter nuptias, veſtibus nuptialibus & iocalibus. l. creditorē. ff. de lega. 2. l. vnica. §. 2. C. de rei vxo. actio. no. doc. in auth. præterea. C. vnde vir. & vxor. ¶ Sed præmiſſis non obſtātibus cōtrarium puto de iure verius, ꝙ intra maritus in recognitione prædicta cenſeatur voluiſſe cōprehendere etiam ſummas debitas vltra cauſam dotiū ſequenti-
3 bus fundamentis. ¶ Et primò † dico, ꝙ licèt relictū ſimpliciter factum, non dicatur factum animo compenſandi, iſtud tamen fallit niſi ex coniecturis aliter arguatur de animo relinquentis, ꝙ voluerit compenſare. Paul. de Caſtr. in conſi. 193. ſuper iſto puncto. col. 3. in ſecundo dubio. lib. 2. Abb. in conſi. 81. col. 2. lib. 1. vbi qñ teſtator legans iubet legatarium contentū eſſe ſuo legato, præſumitur legaſſe animo cōpenſandi. idem quando legat filiæ pro omni eo quod petere poſſet, ſimiliter quando teſtator legat pro euitandis diſcordijs inter hæredem & legatarium, præſumptio eſt ꝙ legauerit animo compenſandi. Cor. in cōſi. 125. col. pe. poſt med. lib. 4. in propoſito noſtro multæ ſunt coniecturæ ex quibus probetur voluntatem teſtatoris fuiſſe, ꝙ illa recognitio ex cauſa
4 dotium omnia comprehenderet. ¶ Prima † coniectura ſumitur declarando præcedentia ex ſequentibus, quod fieri debet. l. ſed Iulia. §. quod dicitur. ff. ad Macedo. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. & l. qui filiabus. ff. de leg. 1. l. ſicut dulcia. ff. de triti. vino oleoq; leg. l. cum quis. ante fi. C. de natural. liber. c. ſedes; de reſcrip. c. ex ore. §. porro, de priuileg. modo ſic, in ſequentibus & poſt dictam recognitionem, vbi teſtator voluit donare & liberalitate vti erga vxorem, id expreſsit, dicendo ſe legare & donare ſuæ vxori medietatem mobilium domus, & in alio legato dicit ſe legare & donare pro bonis & gratuitis ſeruitijs libras ducentum, ergo ſatis clare videtur apparere de voluntate mariti, ꝙ in præcedentibus vbi fecit recognitionem dotium, animum non habuerit aliquid donandi, ſed debitum tm̄ recognoſcendi, quia habuit teſtator iſta pro diuerſis & ſeparatis recognoſcere & donare, & ſi in recognitione animum donandi habuiſſet, illū veriſimiliter expreſsiſſet, ſicut fecit in ſequentibus. l. vnica. §. ſi autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. c. ad audientiam. de decimis, & exprimendo de donatione in aliquibus, de alijs negaſſe videtur, quod non eſſet donatio. l. cum prætor. ff. de iudi. c. nonne, de præſum. ca. qualis. 25.
5 diſ. c. maiores. de baptiſmo. ¶ Secūda † coniectura nō tenuis, quia calculando ſummam dotium & alias, de quibus ſuprà expreſſas in eodem inſtrumento & cōtractu matrimonij omnia aſcendūt ad ſummā expreſſam per teſtatorē ſexdecim centum florenorū, ergo ex hac aptitudine & cōuenientia apparet ꝙ teſtator habuit pro eodē ſummas debitas ex eodē cōtractu & occaſione ipſarū dotiū, cū n. recognitio teſtatoris conueniat oī debito ex dicto cōtractu matrimonij, dicēdū eſt de toto eo teſtatorē ſenſiſſe, q̃a vbi cōueniūt verba, cōuenire debet & diſpoſitio. l. 4. §. toties, arguen-

do ab oppoſitis.ff.de dam. infec.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolu. matr.
l.ita autem.in prin.ff.de admi.tuto.l.cum hic ſtatus.§.ſi ſponſus.
ff.de don.int.vir.& vx.l.1.§.loquitur.ff.aqua quoti.& æſti. cum ſi.
Pro hoc facit ꝙ vbi qualitates rei conueniunt in vnam rem præ-
ſumitur pro identitate rei iuxta doctri.Bart.in l.demonſtratio.ff.
de cond.& demonſt.ideo cū ſumma expreſſa per teſtatorē con-
ueniat toti ſummæ declaratæ in contractu matrimonij,dicendū
eſt ꝙ ſit eadem ſumma expreſſa in recognitione non diuerſa, &
ꝙ non ſenſerit teſtator de diuerſa ſumma quam donare voluerit.
6 ¶ † Tertia coniectura,nam illa ſumma ſexcentū florenorum de-
bita propter nuptias, pro iocalibus & veſtibus nuptialibus dr̄
de acceſſorijs & appendicijs ipſius dotis,& ipſius dotis occaſio
ne promiſſa,ideo recognitio facta pro principali,quæ in princi-
pali ſolo verificari non poteſt,niſi includātur acceſſoria & appē
dices, trahi debet etiam ad talia acceſſoria & appendices ca.
quanto. vbi Deci. in ſecundo notab.de iud. pro hoc ꝙ multū ad
propoſitum tradit Ioan.de Ana.in conſi.36.Vtrum copbani. vbi
ſtatutum ꝙ mulier poſsit teſtari de dote duntaxat, trahitur etiā
ad iocalia & alia bona paraphernalia, quia ſunt ſupplementum
dotis,aut eius pars, aut appendices ipſius dotis, quod dictum
refert & ſequitur Curtius Iunior in conſi. 129. ad fi. inferens ꝙ
ſtatutum diſponens ſuper lucro dotis,locum habeat etiam in ta
libus bonis,licèt hoc vltimum firmare non audeam.Eodem mo
do dicamus ꝙ recognitio teſtatoris loquēs de dotibus trahatur
7 etiam ad iſta dotis acceſſoria.¶ Quarta † coniectura, in dubio à
propria ſignificatione & proprietate verborū recedi nō debet.
l.1.§.is qui nauem. ff. de exerci.l.non aliter.ff.de leg.3. & vbi di-
ſpoſitio intelligi poteſt ſecundum proprium ſignificatum, nō eſt
ad improprium ſenſum trahēda.l.verbis ciuilibus.l.in pupillari.
ff.de vulg.l.librorum.§.quod tamen caſsius.ff.de leg.3.l.Scęuola.
ff.ad Trebel.c.in noſtra,de iniur.c.propterea,de verb. ſigni.cum
ibi no.Old.in conſi.73.col.3.Barto.in conſi.228. Cauetur ſtatuto
ꝙ quælibet perſona,in propoſito noſtro aliud eſt debitum reco-
gnoſcere,aliud donare,itaque cum teſtator dixerit ſe recognoſce
re,non etiam donare,& illa recognitio proprie intellig. poſsit &
ſecundum eius ſenſum includendo totum debitum contentum
in eodem inſtrumento & contractu,non eſt trahenda recognitio
extra ſuum ſignificatū, & dicendū quod teſtator voluerit in ea
8 aliquid donare. ¶ Quinta † coniectura, nos habemus ꝙ relatio
ad omnia fieri debet,etiam remota quādo ratio diuerſitatis red
di non poteſt cur nō ad omnia fiat relatio.l, ſed & ſi priorem. §.
deinde.ff.ex quibus cau.maio.l.cohæredi.§.qui patrē.ff.de vulg.
l.ſi tibi purè.ff.de leg.1.l.Aurelius.§.teſtator.ff.de liber.lega.ha-
betur in l.talis ſcriptura. ff.de lega. 1. in propoſito noſtro vellem
ſcire rationem aliquam diuerſitatis quare teſtator voluerit reco
gnoſcere dotes tantum,non etiam alias ſummas debitas ea eo-
dem inſtrumento & ex eadem cauſa.Itaque dicamus recognitio
nem hanc referri ad omne debitum eodem inſtrumento & con-
tractu contentum, maximè cum numerus ſummæ conueniat &
omnia commodè adaptētur, & pro tanto expreſſerit teſtator de
cauſa dotium,quia illa eſſet principalis & omnia dotium occa-
9 ſione deberentur.¶ Sexta † coniectura, donatio nunquam præ-
ſumitur quotiens alia coniectura capi poteſt l.elegāter.§. qui re
probos.ff.de pign.act.l.ſi cum aurum.ff. de ſolutio.l,Campanus.
de op.liber.Bald.in l.generaliter.C.de non nume.pecu.vbi ꝙ po-
tius præſumitur fatuitas quàm donatio,tradunt Moder.in l.cum
quid.ff.ſi cer.pet. ſed hic in iſta recognitione capi poteſt & qui-
dem iuſtius & veriſimilius alia coniectura quam donationis &
ſecundum propriam ſignificationem ipſius recognitionis, ergo
10 &c.¶ Septima † coniectura apparet,vt dixi,ꝙ teſtator hoc voluit
recognoſcere non donare,ſed iſta recognitio verificari non pōt
niſi includatur ſumma iocalium, veſtium nuptialium, & dona-
tionis propter nuptias cōtenta in vno & eodem inſtrumento,er
go ad eam ſummam & cauſam referri debet ipſa recognitio.l.
2.ff.de liber.& poſth.l.ſi fundus qui locatus.ff.de fundo inſtruc.
11 inſtru.que lega.¶ Octaua † coniectura, nos habemus ꝙ expreſ-
ſum illud dicitur, quod ſequitur ex eo quod expreſſum reperi-
tur.l.iam hoc iure.ff.de vulga. Bald.in l.1.colum.fin.C.de his qui
ante aper.tab.Dec.in conſi.15.colum.fina. in conſi.68, columna
4.in fi.& alibi ſæpe.Addo Fede.de Senis in conſi.158. Reueren-
de pater,vbi quòd expreſſum dicitur quod ſequitur ex narratis,
puta ſi quis impetret cauſam committi extra ciuitatem rei quia
eius potentiam perhorreſcat, ſatis dicitur expreſsiſſe quòd non
audet ſecurè morari aut litigare in ciuitate aut foro rei. ideo re-
ſcriptum non redditur ſubreptitium ſi taceantur ea quæ ſequun-
tur ex narratis per tex.in c.nam concupiſcentiam.de conſti.& in
c.cum ſuper.de offi.deleg.Alibi ſcribit idem Fede. in conſi. 199.
Dn̄s Peruſij.col.2.circa med.ꝙ qui vnum dicit & exprimit,cen-
ſetur exprimere omnia quæ concluduntur ſub illo & ab illo de-
pendent per tex.in l.1.ff.quod metus cau.& in d.c.cum ſuper.de
offi.deleg.Ideo infert Fede.ꝙ ſtatutum puniens creditorem non
aſsignantē in regiſtro communis nomina debitorū,non compre
hendit creditorem habentem plures res debendi & vnum tantū
conſignantem,quia omnes correi debendi includunt vnum de-
bitū.ſed in caſu noſtro ſumma & debitū iocalium,veſtiū nuptia-
lium & donationis propter nuptias ſequitur ex ſummo & debi-
to dotis & ex ea procedit tanquam de acceſſorija & appēdicijs,
ergo ſatis expreſſa videtur cauſa talium acceſſoriorū & appēdi-
cum.¶ Nona coniectura,teſtator quando in teſtamento recogno
ſcit aut legat ꝙ debebat,illud facit ad tollendum omnem dubi-
tationem,& ad obuiandum litibus quæ inde oriri poſſent, ſi for-
tè hæres vellet opponere de pecunia non numerata aut de ſolu-
tione,vel quid ſimile, & iſtud videmus ipſa rerum experientia,
hoc ita præſuppoſito,ſi maritus teſtator in illa recognitione non
intendiſſet includere debitum ex alijs cauſis cōtentis in eodem
inſtrumento,veriſimile eſt ꝙ teſtator ita ad partem & ſeparatim
recognouiſſet alios ſexcentū florenos ſicut recognouerat illos
mille,ob id pluſquā veriſimile eſt, ꝙ ideo alios florenos ſexcen-
tū non recognouerit, quia cum tota ſumma dependeret ea eodē
inſtrō & ex eadē cauſa aut eiuſdē cauſæ occaſione, intēdebat &
cogitabat ſe omnē ſummam recognouiſſe & de tota intellexiſſe.
¶ Decima coniectura,ſi dicamus teſtatorem recognoſcēdo ſe-
decim centū florenos pro dotibus voluiſſe donare florenos ſe-
centū cùm mille tantùm pro dotibus cōſtituti eſſent, neceſſe eſt
impropriare verbum recognitionis quò ad illos floren os ſexcen
tum,& dicere quòd illa recognitio ſapit donationem aut lega-
tum.ſimiliter ſi dicamus ꝙ faciendo talem recognitionē ex cau-
ſa dotium,voluerit includere cauſam & debitum iocalium, ve-
ſtium nuptialium.& donationis propter nuptias, videtur aliqua
12 extenſio de cauſa & debito dotis ad aliam cauſam.Modò, † cū
in vtroque caſu ſit neceſſaria aliqua impropriatio aut extenſio,il
la admitti debet per quam includitur cauſa neceſſaria, ſeu per
quam actus præſumitur factus ex cauſa neceſſaria.Bar. in l.tritu-
cum.ff.de verb.obl.& in l.2.ff.de cond.& demō. in l.cum ſeruus
ff.de verb.obli.& in l.fin.per illum tex.C.de alim. pup. præſtan.
glo.1.in l.ſed ſi vir.ff.de dona.int.vir.& vxor. Pau.de Caſt.in cōſ.
133.iſte Martinus.col.2.& in conſ.410.Viſo & examinato pūcto
ſupraſcripto,ac etiam Viſa ſententia col.1.circa med.lib.2. Abb.
in conſi.116.in fi.lib.5.Roma.in conſ.247.primò dici poteſt.col.
5.verſi.eſt igitur videndū.Cor.in conſi.316.col.5.lib.1.& in cōſi.
283.col.2.in fi.lib.4.ſed debitum iocalium, veſtium nuptialium
& donationis propter nuptias erat neceſſarium poſtquam con-
tractum fuit,& ad illud teſtator erat obligatus, cauſa autem do-
nationis aut legati erat mere voluntaria, ideo in hoc dubio di-
cendum eſt ꝙ ſenſerit teſtator de cauſa neceſſaria,non autem vo
luntaria,& pro hoc adduco Bal.in conſi.35.Pater filio.col.2.lib.
2.vbi ꝙ diſpoſitio teſtatoris in dubio interpretari debet vt traha
tur ad cauſam magis neceſſariū per tex.in l.1. §.quid ergo.ff.de
ventre inſp.l.quod labeo.ff.de carbo. edic. ſi in dubio trahi de-
bet diſpoſitio teſtatoris ad caſum magis neceſſarium, poſito ꝙ
alius caſus eſſet etiam neceſſarius,quātò magis vbi vnus caſus eſt
merè voluntarius, alter neceſſarius, prout hic, ad caſum ipſum
13 neceſſarium diſpoſitio teſtatoris trahi debet.¶ Vndecima † con
iectura, in dubio cenſetur quis elegiſſe viam per quam ſatisfit
vtrique caſui.l.adoptiuus.§.1. in fi.ibi ſed in re dubia. ff. de ritu
nupt. Bald. in l. bonorum.in tertia.q.C.qui adm.Pau.de Caſt.in
conſi.179.In cauſa quam magnificus.colum.5.circa med. lib.1.
ſed tenendo ꝙ teſtator voluerit includere etiam debitum ex cau
ſa donationis propter nuptias,iocalium & veſtium nuptialium,
ſatisfit vtriq; caſui & debitum vtrunq; recognoſcitur tam dotis
quàm eius appendicū & acceſſoriorū, dicendo aūt ꝙ ſolum vo-
luerit recognoſcere meram cauſam dotium non ſatisfit toti cau
ſæ contentæ in eodem obligatorio, immo fit trāſitus ad cauſam
diuerſam donationis, qui trāſitus tolerari nō debet, ſed potius
admitti debet tranſitus ad cauſam appēdicum & acceſſoriorū
dotis,cum ipſa acceſſoria habeāt maiorem cōformitatē & ſimi-
litudinē, maximè attenta illa cōuenientia ſummæ expreſſæ per
14 teſtatorē,& ſummæ contētæ in ipſo obligatorio. & † iſtud eſt
quod dicimus in habētibus ſymbolum faciliorē eſſe trāſitum.l.
in rem.§.item quæcunq;.ff.de rei vend.l.cum patrono. ff.de bon.
poſ-

poſſeſ.§.j.inſtitu.quibus mod.tollitur obliga.Oldra in conſi.74. An Alchimiſta.col.2.quod vnicum fundamentum per ſe videtur
25 efficaciſsimum.¶ Duodecima † coniectura,quia in dubio teſtator cenſetur grauare hæredem minus quàm ſit poſsibile. l.ſi ſeruos.§.qui Margaritam.ff.de leg.1.l.vnum ex familia. §.ſi rem.ff. de leg.2.imò potius toleratur ꝙ legatũ ſit inutile quàm ꝙ teſtator cenſeatur hæredem grauare.l.quod in rerũ.§.1.vbi Iaſ.in primo nota.ff.de leg.1.l.Meuius.in prin.in ver.ſanè conſtitutio principis.ff.de leg.2.Pau.de Caſt.in conſ.121.Viſa quadam petitione porrecta contra hæredes,col.3.circa med.lib.1.Iaſ.in l.ſi tibi homo.col.3.ff.de lega.1. quicquid aliter dixerit Deci.in conſi.289. col.2.circa fi.verſi.ſeptimò hoc corroboratur,ſed intelligendo ꝙ recognito intelligatur de toto debito & cauſa neceſſaria hæres
26 minus grauatur,ergo &c.¶ Non † obſtant modo allegata in contrarium.primo non obſt.tex.in d.l.cum ſcriptum.ff.de dote prælega.quia loquitur tex. quando non præcedebat aliud debitum quàm dotis,tunc enim ſi legetur pro dote maior quãtitas quàm accepta fuerit, præſumptio eſt ꝙ teſtator illud maius voluerit donare,nam cum veriſimiliter non ignoret quid & quãtum pro dote accepiſſet,& amplius legauerit ſcienter,alia coniectura capi non põt q̃ donationis . ſed caſus noſter eſt omnino diuerſus, quia debitum dotis habebat acceſſoria & appendices in vno & eodem obligatorio,quæ oĩa ſimul calculata punctualiter aſcendunt ad ſummam recognitam, ideo non eſt dicendum ꝙ teſtator voluerit donare aut liberaliter legare,maximè cum verbo donandi aut legandi vſus non fuerit.¶ Secundò reſpondeo,ꝙ diſpoſitio d.l.cum ſcriptum , procedit ex coniecturata mente legantis aut diſponentis , quam lex ita interpretatur,vt ſupra declaraui,
27 ſed † dico ꝙ vna præſumptio tolli alteram.l.diuus ff.de teſti. in integrum. ,non ſolum.ff.de ritu nup.l.quia autem.§.nõ ſimpliciter.ff.ſi quis omiſſa cau.teſt l.j.§ fi.C.qui & aduer.quos.c.literas, de præſumptio.c.accedens,de falſis.ſi vna præſumptio tollit alteram, quid hic dicemus vbi tot tantæ eamq; vrgẽtes pſumptiones concurrunt contra vnicam tantũ præſumptionẽ.auth. itaq;. C.commu.de ſucceſſ.auth.ceſſante,C.de legiti. hæred. Ex quib. præſumptionibus & coniecturis ſupra relatis reſponſio colligitur ad tex.in d.l.cum ſcriptum,ideo hic pro repetitis habeantur. ¶ Non obſt.ſecundum argumentum,ꝙ legatum non cenſetur relictum animo compenſandi cum debito contracto ex cauſa voluntaria.quia fateor,vbi conſtat,quòd voluit quis legare aut donare,ſed hic conſtat de contrario ꝙ noluit teſtator in ea parte legare nec donare , immo debitum contractum tantum recognoſcere,ideo talis recognitio ad omnia trahi debet.¶ Secundò rñdeo ꝙ dictum argumentum non procedit quando aliter ex coniecturis apparet ꝙ voluit quis legare animo compenſandi,vt ſupra dictum eſt,ſed poſito & non conceſſo,eſſemus in materia legati aut donationis,conſtant coniecturæ quàm plurimæ,ex quib⁹ probetur de animo compenſandi, vt ſupra latè & abunde probauimus,ergo in omnem euentum concludẽdum eſt ꝙ ſumma recognita totum debitum includatur. & ita pronunciãdum eſſe puto & conſulo ſaluo ſaniori iudicio.Grationopoli.26.Ianuarij. 1542.In eandem ſententiam venerunt egregij domini Antonius Gallani iudex,Anto.de Ruins,& Ioan.Foroeti aſſeſſores . Aymo Crauetta de Sauilliano iuriſconſultus.

SVMMARIVM.

1 *Notariatus qualitas non ineſt a natura,ideo probari debet, ſicut dicitur de clericatu.*

2 *Notariatus probatio non videtur neceſſaria niſi pars opponat.*

Copia inſtrumenti minus ſolenniter ſumpta fidem facit parte nõ opponente.ibid.nu.2.

Teſtis admittitur pater pro filio parte non opponente . ibidem numero 2.

Proceſſus carens ſuis ſubſtantialibus tenet parte non opponente. ibidem nu.2.

Mandatum minus legitimum cenſetur approbatum parte non opponente.ibid.nu.2.

3 *Exprimi quid ſufficit præſumptiuè.*

Notarius ſubſcribens inſtrumentum ſimpliciter non exprimendo officium aut nomen notariatus ,ſatis cenſetur ſe ſubſcribere tanquã notarium quando adhibuit ſolennia requiſita ad publicum inſtrumentum.ibid.nu.2,

4 *Ex implemento promiſſi ſatis probatur promiſſio.*

Animus declaratur ex facto etiam in brutis.ibidem nu.4.

5 *Confeſſio qualificata diuidi non poteſt quando præſumptio non eſt contra confitentem.*

Poſſeſſio in dubio præſumitur iuſta & legitima.ibid nu,5.

CONSILIVM CL.

¶ Pro magiſtro Franciſco Billioni contra magiſtrum Andream Galliſleti.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. In cauſa beneſi.magiſtri Franciſci Billioni contra magiſtrum Andream Galliſleti , in qua agitur inter dicto retinente . Quæritur an probetur aliquo modo de poſſeſsione ipſius Billioni per inſtrumentum apprehenſæ poſſeſsionis ab eo pro
1 ductum ? ¶ Videretur † dicendum quod non , quia illud inſtrumentum fuit ſignatum per quendam Galliſlet ſimpliciter, qui ſe notariũ non aſſeruit, & minus de notariatu probatur,qualitas autem notariatus nõ ineſt a natura , quia notarius nemo naſcitur , ideo probanda videbatur talis qualitas,ſicut dicitur de qualitate clericatus.Inno.in c.ſuper his,in fi.de accu.habetur in c.eum adeo,de reſcrip.Præterea , ſaltem videbatur neceſſarium ꝙ expreſsiſſet ſe notariũ,cũ enim inſtrumenta vt probent, recipi non poſſint niſi per notarios,neceſſarium videtur ꝙ recipiẽs inſtrumentum, illud recipiat tanquam talis & tanquam notarius. quomodo enim ſciri poterit quo nomine quis quid faciat,an tãquam notarius vel vt alius niſi id exprimatur? expreſsione enim non facta,res vr̃ dubia an ſignauerit tanq̃ notarius vel vt priuatus,aut alius, cum etiam alij quam notarij recipiãt ſcripturas & ſubſcribant,quæ fidẽ non faciunt.ſimiliter ẽt notarij facere poſſunt ſcripturas priuatas , vt ergo ſciatur an faciat quis ſcripturã publicam vel priuatam,exprimere debet & declarare,an faciat tanq̃ notarius vel tanq̃ alius,alias res dubia dr̃, dubia autẽ probatio non relenat.l.nõ hoc.C.vnde legitimi.c.in præſentia,de probatio.Imò vr̃ talis expreſsio non ſufficiens, ſed ꝙ aliter probari debent notarij actus q̃ per aſſertionẽ ipſius notarij . Soci. in cõſ. 33.colum.1.verſi.ſecunda concluſio,lib.1.& in conſi.95.in prin. lib.3.¶ Sed præmiſsis non obſtantibus contrarium puto de iure verius,ꝙ imo inſtrumẽtum prædictum fidem faciat,habet enim ſolennia ad inſtrumentum requiſita , ideo pro eo præſumitur.l.
2 precibus.C.de proba.cum ſimil.¶ Solùm supereſt † ad cõtraria reſpondere.Reſpondeo igitur ad primum ꝙ notariatus probari debet,verum id eſſe quando opponitur contra inſtrumentum ꝙ recipiens non eſt notarius,ſed vbi hoc non opponitur , notariatus probatio neceſſaria non videtur.Doc.enim ſolùm dicũt probandum eſſe notarium quando de eo opponitur.Spec.in titu. de inſt.edi.§.reſtat verſi.& ſcias.& verſi.illud autem notandũ.Oldr. in conſi.227.de toto themate.col.2.ad fin.verſic.quartò obijcit. Alex.in conſi.166.col.2.verſi.& eſt de iure.lib.2. & in conſi. 198. col.1.lib.7.Soci.in conſi.33.Proſequendo.col.1.verſ.ſecunda concluſio.lib.1.Iaſ.in l.Barbarius.col.11.ff.de offi.præto.Simile videmus in copia inſtrumenti minus ſolẽniter ſumpta,quæ tamen fidem facit parte non opponente.vt habetur per Dec.in authen.ſi quis in aliquo documento.colum.3.an med.C.de edendo.addo Guid. Papæ.q.221.& q.404. & ibidem dicit Pap. ꝙ non ſufficit opponi in allegationibus iuris,ſed opponi debet in proceſſu.de quo tamen per Bart.in l.cũ qui ita.ff.de verb.obl.vbi diſtinguit. idem videmus in teſtimonio patris pro filio . quod licet nõ probet,parte tamen non opponente valet & probat.Bart. in l.qui teſtamento.§.quæcunque.col.pe.ff.de teſta.Dec.in l.qui iuriſdictioni,in fi.ff.de iuriſ.om.iud. & eſt generale in omni teſte non idoneo ꝙ admittitur parte non opponente contra eius perſonã & dictum,quia cenſetur approbatus.l.ſi quis teſtibus,& auth.ſi dicatur.C.de teſtibus.c.præſentium,de teſti.lib.6.Ang.in conſil.1. colum.1 poſt med. vbi amplius voluit ꝙ non ſufficit opponere contra teſtem ꝙ non eſt idoneus niſi dicatur ꝙ non eſſet idone⁹ de tpe teſtimonij.Simile videmus in iudicio carẽte ſuis ſubſtantialibus,ꝙ tñ tenet parte non opponente de tali defectu . Dec, in l.vinum.col.pe.ff.ſi cer.pe.idẽ videmus in inſtrumento mandati nõ legitimi, qd̃ cẽſetur tacitè approbari per partẽ quæ non opponit.Bar.& doc.in l.licet,Iaſ,col.pe.in tertia fallentia.C.de procu.

3 ¶ Non † obſtat ꝙ ſaltem notarius debebat exprimere qualitatē ſui officij ꝙ tanquã notarius receperat illam ſcripturã, quia dico ſatis eſſe quid exprimi ſpecificè vel præſumptiuè. Rom.in conſ. 105.Viſo themate col.1.verſ.cæterũ ſecundo. vbi quando ſtatutũ punit vtentem falſo inſtrumēto dolo, ſi in accuſatione dolus nō exprimitur, tamen ſi petatur condemnari vtentem ſecundũ formam ſtatuti, præſumptiuè videtur qualitas ſtatuti expreſſa. ſimiliter de iure antiquo nomen actionis in libello exprimi debebat, ſatis tamen erat talem expreſsionem præſumptiuè fieri, puta factum ita narrando ꝙ ex eo qualitas actionis reſultaret. Bartol. & doc.in l.1.in prin.ff.de eden.Cy.Bal.& doct.in l.edita.C.eo. titu. Dec.in l.quamdiu.col.2.C.qui admitti.Soci.in conſi.188. ad fin. lib.2.In propoſito noſtro ſatis expreſsit dictus Galliffet ꝙ inſtrumentum receperit tanquam notarius adhibendo omnia ſolēnia requiſita ad ſcripturã publicam, quia ſi non tanquã notarius recipere voluiſſet, illa ſolēnia veriſimiliter non adhibuiſſet. paria.n. ſunt facto aut verbis quid exprimere.l.Paulus reſpondet non tantum verbis.ff.rem ra.hab.Itaq; adhibendo ſolennia prædicta ſa-
4 tis declarauit ꝙ tanquam notarius receperit. Facit † quod dicimus, ex eo ꝙ quis implet aliquod promiſſum, præſumitur promiſsio.c.ad decorem, in fi.de inſtitutio.Calca.in conſi.11.colũ 4. ante med.nam iſte Galliffet impleuit ſolennia inſtrumenti publici & ea obſeruauit, ergo videtur ꝙ ſe ſubſcripſerit tanquã notarium. Amplius ex facto declaratur animus etiam in animalibus brutis.§.ceruos, Inſti.de rerum diuiſio.& dicit Innoc. in c. bonæ 2.de poſt.præla.ꝙ ex qualitate actuũ præſumitur animus. quod dictum refert & ſequitur Anch.in conſi.302.Materia de qua quæritur.col.1.iſta igitur qualitas actuum quia dictus Galliffet appoſuit ſolennia in iſta ſcriptura, quæ in publico inſtrumento adhiberi conſueuerunt aliud ſignificare & arguere non poteſt niſi ꝙ vt notarius illam ſcripturam facere & recipere voluerit, alias.n. quorſum opus erat illis ſolennibus. Ruſus expreſſum dr̃ ꝙ tacitè ineſt ex natura verbi aut actus.l.præter.§.hoc interdictum, cum glo.in ver.expreſſum.ff.de op.noui nunc.Curtius Senior in conſ. 50.col.28.in fi.& col.44.in fi.Sed natura actus & ſolennitatis adhibitæ importat ꝙ appoſitũ & ſubſcriptũ fuerit nomē & cognomen ſcribentis tanquam notarij. Reſpondeo etiam & ſecũdò ꝙ tale inſtrumentum licèt de iure fidem non faciat, tamen ex taciturnitate partis quæ nihil oppoſuit, videtur approbatũ, vt ſupra oſtendimus.¶ Sed poſito circa præiudicium tale inſtrumentum fidem non faceret, dico probatam eſſe poſſeſsionem ex confeſſione patris confitentis de poſſeſsione ipſius Billioni, licèt dicat
5 eam inutilem & vitioſam. et † ſi dicatur, iſta confeſsio eſt qualificata, ideo debet aut in totum acceptari aut in totũ impugnari, iuxta doctr.Bar.in l.Aurelius.§.idem quæſijt.ff.de lib.leg.Reſpōdeo, ꝙ illud non procedit quando præſumptio iuris eſt contra confitentem vt ibi habetur. ſed in eo ꝙ pars dicit poſſeſsionem eſſe vitioſam, præſumptio iuris eſt in contrariũ, quia de iure poſſeſsio præſumitur iuſta & legitima, non vitioſa.arg.l.merito.ff.pro ſocio.l.quotiens.§.qui dolo.ff.de probatio.& in terminis poſſeſsionis, ita dicit Cor.in conſi.185.in fi.lib.3.addo vltra eum Bart.& Alex.in l.communi.§.inter prædones.ff.com.diui Alex.in conſil. 33.lib.4.Ruſus an poſſeſsio ipſius Billioni ſit iuſta, vitioſa aut bona, hoc ad iuris diſpoſitionem pertinet, ideo non curatur de tali qualificatione partis in eo quod eſt iuris.l.ornamentorum.ff.de auro & argen.leg.Bar.& doc.in l.1.ff.ſi.cer.peta.non eſt ergo curãdũ quid dicat pars in eo quod eſt iuris, ſed de facto tantum, id eſt an in facto verum ſit ꝙ Billioni poſsideat vel non, an autem iuſtè vel iniuſtè poſsideat, iudicis hoc arbitrio relinquitur. Ex quibus concluditur probatam eſſe ipſius Billionis poſſeſsione, & iudicium dicendum in eius fauorem, cum de iure eius potiori clariſsimè appareat. Gratianopoli.3.Februarij.1542. Aymo Crauetta de Sauiliano.

SVMMARIVM.

1 *Ineptitu.do libelli cognoſcitur ex modo cōcludendi, quãdo apte non concluditur ſecundum formam a lege traditam vel ex ratione cauſæ quando non agitur ex cauſa ualida ad condēnationem, puta peto a te decem, quia bene mihi eſt.*

Ineptus libellus ubi eſt, acta omnia corruunt.

Ineptitudo libelli opponi poteſt, etiam poſt ſententiã, quæ tranſiuit in rem iudicatam.

Ineptitudo libelli non tollitur ex proteſtatione agentis quod intendit agere non in modum libelli ſed in uim qualis qualis petitionis ibidem nume. 3.

Super ineptitudine libelli iudex ſupplere nō poteſt niſi illum lacerando, ibidem nu. 3.

Ineptus libellus ubi eſt, exceptio contra eum non uidetur neceſſaria, ibidem nu. 3.

Procurator in criminalibus admittitur ad opponendum contra libellum ineptum, ibidem nu. 3.

4 *Clauſula libelli, & alias concluſiones peto adiudicari, quæ melius ex præmiſſis elici poſſunt, non tollit uitium ineptitudinis libelli.*

Clauſula, peto ius & iuſtitiam miniſtrari, non poteſt operari circa ea quæ nullo modo narrata & propoſita ſunt, nec in narratis comprehendi poſſunt. ibidem nu 4.

5 *Relatio nunquam fit ad ea quæ ſunt diuerſæ naturæ & conditionis.*

6 *Reſtitutio in integrum peti non poteſt ubi remedio ordinario uti quis poteſt. Ideo minor læſus ultra dimidiam agit remedio ordinario l.2.C. de reſc. uend. nō autē beneficiũ implorat reſtitutionis in integrum, quod qualiter procedat, hic uide.*

7 *Læſio vt probetur, debet conſiderari tempus contractus, nec ſufficeret læſionem poſt contractum ſuperuenire.*

8 *Implementum ex parte ſua probare debet volens agere ex donatione ob cauſam, quia perditur donatio quam quis non implet ex parte ſua.*

Implementi non ſecuti exceptio an cenſeatur remiſſa quando donator cui impletũ non fuit, petit a donatario vt impleat. Cor. tenuit quod non, ſed autor arguit in contrarium, ibidem numero 8.

9 *Periurium iam incurſum a parte remitti non poteſt, licèt Soci. & Goz. adi. contrarium videantur voluiſſe.*

10 *Implementi non ſecuti exceptio ſemper opponi poteſt, non obſtante ſtatuto prohibente exceptiones opponi.*

Super implementi non facti exceptionē ſupplet iudex ex officio parte non opponente. ibidem. nu 10.

11 *Culpam allegans probare eam debet clare & ſpecificè.*

12 *Teſtes dicuntur ſingulares quando deponunt de diuerſo tempore & loco aut diuerſis actibus.*

13 *Teſtes deponentes de diuerſo tempore an dicantur ſingulares quando non eſt vis in tempore.*

14 *Teſtis repellitur non ſolum quando eſt ſingularis, ſed etiã quãdo ſingularis eſſe poteſt, quod tamen in dubium reuocatur per autorem, in quo articulo Aretinus videtur variaſſe.*

15 *Teſtes in dubio intelligi debent vt ſint conteſtes ſi fieri poſſit.*

16 *Culpa alicuius quod cum eo ob eius culpam habitare quis non potuerit, qualiter probari debeat*

17 *Corrigere poteſt ſocer generum, quia ſocer habetur loco patris, imò licitum eſt ſeniori iuniorem corrigere, etiam verberãdo, & ceſſante coniunctione ſanguinis.*

18 *Culpa in dubio non præſumitur. & num. 19.*

Delictum ut fugiatur interpretatio in dubio fieri debet, de quo multa pulchra & ipſa notabilia exēpla hic uide. ibid. nu. 18.

In rixa præſumitur quis fuiſſe in dubio animo mediandi & ſeparandi rixantes, non animo offendendi. ibidem nu. 18.

Homicidium in dubio præſumitur factum ob defenſionem, ibidē numero 18.

19 *Pro culpa condemnari quis nō debet, vbi ſumus in dubio an culpa interuenerit vel nō. Et aliqualis dubietas excuſat a culpa.*

Culpa quod quis cum alio habitare non potuerit, non probatur ex omni altercatione, puta quod alius ſolitus ſit quandoq; altercari. ibidem nume. 19.

20 *Teſtes qui deponunt de bonitate alicuius præferri alijs debent.*

21 *Fama bona & qualitas accuſati debilitat indicia contra eum, ne ex eis torqueri poſſit.*

22 *Impedimentũ vt excuſet, probari debet quod illo ceſſante actus ſecutus fuiſſet.*
23 *Impedimentum vt excuſet, an debeat de eo quis proteſtari.*
24 *Scientia valoris bonorum præſumitur in eo qui circa ea quotidie verſatur.*
Scientia ſtatutorum loci præſumitur in forenſi habitante in ipſo loco. ibidem nume. 24.
Scire præſumitur vxor qualitatem bonorum mariti, an ſint libera vel emphyteutica ex communi conuerſatione & cohabitatione. ibidem nu. 24.
25 *Scienti valorem bonorum non competit remediũ l. 2. C. de reſcin. vendi. quod an procedat in minore, muliere, ruſtico & ſimilibus perſonis non ſagacibus.*
26 *Tranſactio an reſcindatur ex capite enormis læſionis, et ſic in trãſactione an habeat locũ remedium l. 2. C. de reſcin. vend.*
27 *Tranſactio vt reſcindatur ex capite enormis læſionis debet deduci & probari læſio etiam habito reſpectu ad dubium litis euentum, & qualiter probetur iſte dubius litis euentus.*
28 *Donatio reuocatur per ſuſceptionem filij, nec reconualeſcit per eius mortem.*
29 *Reſtitutio in integrũ peti debet re integra, ideſt ante eius alienationem.*
30 *Reuocatio actus difficilis eſt quando longo tempore fuit obſeruatus.*
31 *Geminatio cõſenſus an tollat remediũ l. 2. C. de reſcin. ven. pulchre hic uide ubi doct. diſſentiunt, ei Decij uarietas proditur.*
32 *Geminata confeſſio reuocari poteſt tanquam erronea, probata cauſa erroris.*
33 *In dubio pronunciari debet vt actus non reſcindatur.*

CONSILIVM CLI.

¶ Pro Ioanna Bruſetia.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtlato. Neminem exiſtimare velim illud me auide quærere, vt aliorũ ſententias improbem, ſed. n. iudiciũ contra Ioanoam Bruſeriam dictũ, contra ius fuiſſe opinor, cum ex iuris, tum æquitatis rationibus. ¶ Et primo dico, aut fuit imploratum remediũ l. 2. C. de reſcin. vend. aut reſtitutionis in integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. ſi remedium l. 2. propoſitum dicimus, inepta fuit petitio, nam colligitur ineptitudo libelli ex modo concludendi, qõ apte non concluditur. gl. Inſti. de obl. titu. generali in verbo ſecundum. c. cum dilecti. vbi doct. de emp. & vendi. Bald. in conſi. 383. Primo tria. in prin. lib. 4. Pau. de Caſt. in conſi. 65. Viſo quodã libello porrecto per dñam Aodriolam. col. 3. ver. nũc ergo Viſo. lib. 1. io conſi. 112. In cauſa quæ vertitur inter communitatem Brazani. col. 2. circa med. verſi. poſſet etiam opponi. lib. 2. Cor. in conſi. 91. col. 2. & io conſi. 127. col. 2. ante med. lib. 4. nam in libello conſideratur concluſio ad quam narrata reſtringuntur. gl. io c. hic quippe. 3. q. 6. Inno. in c. inſuper literis, de reſcript. cum ſimi. quæ Iaſ. no. in l. 1. in prin. col. 3. ff. de eden. Dec. in c. ea parte §. col. 1. de reſcrip. & alibi ſæpe. ideo But. in d. c. ſuper literis. de reſcrip. dicit ꝙ ineptitudo libelli cognoſcitur ex cõcluſione qñ male concluditur. Sed in ſupplicatione agẽtium male concluſum eſt circa remedium d. l. 2. C. de reſcin. vẽd. quia præciſè petitũ fuit reſcindi tranſactionem & ſupplicantes reſtitui in integrum aduerſus eam, ſed vbi agitur ex d. l. 2. debet concludi alternatiuè vel reſcindi contractum vel ſuppleri id ex quo læſio cauſatur, vt clare oſtẽditur ex verbis illius. ¶ Similiter dicitur libellus ineptus ratione famæ, quando non concluditur ſecundũ formam a lege traditam, vel ratione cauſæ, qñ non agit ex cauſa valida ad condemnationẽ. Rota deciſ. 35. Si quis in cauſa prophana. in ſecunda additione, in nouis. Calca. in conſil. 29. col. 2. ſed hic videtur peccatum in forma, non concludendo ad
2 modũ legitimum per ſupradicta. ¶ Vbi autẽ † libellus eſt ineptus, acta omnia corruunt. auth. offeratur. C. de litis cõteſta. l. edita. C. de eden. c. examinata. de iudi. Pau. de Caſt. io d. conſi. 65. col. pen. poſt med. in conſi. 105. In quæſtione quæ ſperatur moueri. ad fi. in conſi. 272. Viſis prima ſententia. col. 2. circa med. lib. 1. quod eſt conſilium Io. de Anania. idem Pau. in conſi. 210. In cauſa quæ vertitur coram domino locũ tenente col. 2. & in conſi. 250. Viſo puncto ſupraſcripto. col. 2. lib. 2. nam deficit fundamentum, quo ceſſante omnia ruunt. l. hactenus. in fi. cum l. ſequen. ff. de aqua plu. arcen. l. nã origo. ff. qđ vi aut clam. l. egi. ff. de excep. rei iud. l. nam & ſi ſub conditione. §. rumpendo. ff. de iniuſto teſta. l. non dubiũ.
3 C. de legibus. ¶ Quæ ineptitudo adeo vitiat vt opponi poſsit ẽt poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rẽ iudicatã. Bal. in auth. ſi quis litigantium, in ſecundo notab. C. de epiſc. audi. per tex. in c. cũ dilecti. de emp. & ven. vbi Imo. Pau. de Caſt. in conſi. 402. Viſo proceſſu vna cũ ſñia. col. 2. lib. 1. Iaſ. in l. 1. col. 4. ad fi. verſ. ego infero. C. de iur. & fac. igno. Curt. Iunior in conſi. 163. col. 2. ¶ Nec tollitur vitiũ ineptitudinis libelli ex proteſtatione agentis ꝙ intendit agere non in modum libelli ſed in vim qualis qualis petitionis. Anch. in conſi. 33. Per ſtatutũ. ¶ Et exceptio ineptitudinis libelli impedit litis ingreſſum. Cor. in conſi. 121. ad fi. lib. 1. ¶ Super qua etiam libelli ineptitudine iudex ſupplere nõ põt niſi illũ lacerando. gl. in l. 1. ff. de offi. aſſeſ. Bal. in conſi. 54. Caſus breuis. col. 2. circa med. lib. 1. Abb. in conſi. 88. col. 2. lib. 1. ¶ Amplius non vr̃ neceſſaria exceptio contra libellum ineptum. Bald. in conſi. 160. libellus. & in conſi. 230. Verba accuſationis. col. 1. circa med. lib. 2 vbi etiam ꝙ procurator in criminalibus admittitur ad opponen-
4 dum exceptionem ineptitudinis. ¶ Nec † releuat clauſola, & alias iuris cõcluſiones, quæ melius ex præmiſsis elici poſſunt. quia licèt ex præmiſsis poſſet elici intentatũ remediũ l. 2. C. de reſcin. vend. propoſita cauſa læſionis, tñ hoc procederet ſi electio data fuiſſet parti ſupplicatæ vel reſtituẽdi bona vel ſupplendi, ideo cũ nihil narratum fuerit de ſupplendo, illa clauſula non poteſt operari circa ea quæ nullo modo narrata & ꝓpoſita ſunt, nec in narratis comprehendi poſſunt, ſicut dicimus de clauſula petens ius & iuſtitiam miniſtrari. Alex. in conſi. 221. col. 5. lib. 1. Areti. in conſi. 17. col. 4. ver. vnde ſicut illa clauſula. Soc. in conſi. 146. col. 4. lib. 1. & in conſi. 160. col. pe. verſi. 3. hoc idẽ, lib. 2. latè & pulchre Cor. in conſi. 91. col. 1. lib. 4. & alibi ſæpe. Sed conſiderando narrata & propoſita ſupplicantiũ, nullo modo comprehendi poteſt aliquid dictũ ex quo de ſuppleméto contenti eſſent, imò præciſè intendunt ſe ad bona reſtitui, igĩ ſi iudicaretur circa ſuppletionẽ, ꝓnunciaretẽ ſuper nõ petitis, ꝯ l. vt fundus. ff. communi diui. & l. fi.
5 C. de fideicom. ¶ Præterea † relatio nunquã fit ad ea quæ ſunt diuerſæ naturæ & cõditionis. clem. 1. §. ad hoc. de præben. Bellamera in conſi. 3. col. 12. circa med. ideo illa clauſula, & alias iuris cõcluſiones &c. non poteſt referri ad remediũ d. l. 2. quod eſt diuerſæ naturæ & conditionis ad diſpoſitionẽ cõcluſionis libelli cũ ꝑ d. l. 2. detur electio reo, & per concluſionẽ preciſè ad alterũ agatur. ¶ Sed dicimus fuiſſe illatũ remedium reſtitutionis in integrũ ex clauſula gñali, illud competere non poteſt finito quadriennio a tpe contractus, intra quod petenda & implenda erat cauſa reſtitutionis. l. fi. C. de tempor. in inte. reſti. imò exactũ eſt tp̃s longiſſimum, & ſi bene conſideretur, narratio & concluſio ſolũ vr̃ pro-
6 poſita reſtitutio in integrum. Sed † tñ reſtitutio in integrum proponi non potuit, quia eſt remediũ extraordinariũ, quod locũ nõ habet vbi eſt locus ordinario, de quo in d. l. 2. C. de reſcio. vend. iuxta docto. Bar. in l. io prouinciali, ff. de ope. noui nunc. ideo minor qñ eſt læſus vltra dimidiam non poteſt petere reſtitutionẽ in integrũ, ſed agit remedio ordinario d. l. 2. Bart. & Bald. in l. 1. C. ſi aduer. fiſcum. Cor. in conſi. 72. col. 3. ad fi. lib. 3. quod procedit qñ minor ſolũ fuit læſus in pretio, ſi autẽ læderetur in re, quia vẽdat rem quam non expediebat alienare, tunc præciſè agitur vt reſtituatur ad rem. Cy. & docto. io l. ſi quidem. C. de præd. mino. Soci. in conſi. 57. col. 9. in fi. lib. 3. Gozadinus in conſi. 44. ¶ Secundò præſuppoſito ſine præiudicio veritatis, apte propoſitum fuiſſet reme-
7 dium d. l. 2. adhuc ſupplicantes obtinere non poſſent, quia † ad probandum læſionem debet conſiderari tẽpus contractus, ideſt, ꝙ ipſi ſupplicantes læſi eſſent tempore tranſactionis, nec ſufficeret ſi læſio ex poſt ſuperueniſſet. l. ſi voluntatis. in fi. C. de reſcin. vend. l. 3. §. diui. ff. de iure fiſci. glo. & doct. in c. cum cauſam, de teſtibus. Bal. in cõſ. 475. Quidã Ioannes. Abbas ad fi. lib. 1. Alb. de Roſa. in l. & ſi fine. §. quæſitũ. ff. de minor. Cor. in conſi. 181. colũ. 22. verſicu. ex quo demonſtratur. lib. 2. io conſil. 201. colum. 4. ad fin. lib. 3. & in conſi. 25. col. fi. lib. 4. Sed non probauerunt ſupplicantes aliquem valorem bonorum de tempore tranſactionis quòd bona donata in tranſactione plus valerent quàm medietas bonorum, de qua io prima donatione, immo teſtes ſupplicantium examinati ſuper valore apertè depoſuẽt de valore temporis depoſitionis ipſorum teſtiũ & circa tpã tranſactionis fa-

S 4 tentur

tentur ingenuè ꝙ bona eo tpe non tm̃ ualebant, ita expreſsè deponunt ꝯ partem, & ſatis eſt ꝙ ſpecificè non probatur aliquis ualor de tpe tranſactionis, quod erat neceſſarium. Ex quo unico fundamento dicenda erat ſnia in fauorem ſupplicatæ abſolutoria.

8 ¶ Tertiò, † ſi volebant ſupplicantes reſtitui aduerſus tranſactionem & niti ex priore contractu donationis, illa prior donatio nõ fuit ſimplex ſed ob cauſam, itaqꝫ probare debebãt ſe impleuiſſe ex parte eorum contenta in donatione, quia perditur donatio ſi donatarius nõ impleat. Bal. in conſi. 250. lib. 3. Quinimmo ſi donator petijſſe a donatario ꝙ impleret & donatarius poſtea impleuiſſet, tñ quia donatarius ſemel contrauenit, & periuriũ cõmiſit, incidit in pœnas l. ſi quis maior. C. de trãſact. per quã cogitur donatarius implere, licèt ei ſeruandum non ſit, quia priuatur omni commodo, ita eleganter in terminis donationis decidit Cor. in conſi. 179. lib. 2. & in conſi. 40. col. pe. ad ſi. ver. nec obſt. quartum argumentum. lib. 3. quod vr̃ dubiũ & mirabile, quia donator petendo ꝙ ſibi impleatur, cẽſetur remittere exceptionem implementi non facti. Sal. in l. cõmiſſoriæ. C. de pact. inter emp. & vendi. Ro. in conſi. 27. Viſo themate. in 4. dubio. Alcaan. in conſi. 196. lib. 7. Cor. in cõſi. 110. ad ſi. ibid. 1. in conſi. 208. col. pe. ad ſi. eo lib. & in

9 conſi. 40. col. 1. lib. 4. licèt † enim pars non poſsit remittere piurium iã incurſum. Bart. in l. Labeo. ff. de iureiurã. Bal. in auth. qđ eis. C. de nup. Alex. in conſ. 17. col. 2. ver. ſicut etiã videmus. lib. 3. poteſt tñ remittere pœnã incurſam ex periurio debitam ipſi parti ſeu quatenus concernit eius fauorẽ. Soci. in l. 1. col. pe. verſ. ſed a præmiſſo fundamento. ff. ſolu. ma. refert & ſequitur Gozadi. in conſi. 28. col. 4. ver. nonò & ſi confeſsio. vbi fortius vidẽtur velle Soci. & Gozadi. ꝙ periuriũ indiſtinctè remitti poſsit a parte, qđ tñ non videtur verũ quatenus agitur erga Deũ, quia non poteſt homo Laicus a peccato iam admiſſo abſoluere. Iſta tñ diſputatio non pertinet ad caſum noſtrũ. in quo exceptio implemẽti nõ ſecuti remiſſa non fuit expreſsè non tacitè. Ideo cũ iſti ſupplicãtes in effectu nihil aliud petant niſi vt prior donatio ipſis obſeruetur, oſtendere debebant ꝙ ipſi eam obſeruauerunt. l. Iulia. §.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Vltra iam ſcripta per me in fauorem venerabilis dñi Rochi Matthæi clerici Ebredunenſis ꝯ venerabilem dñm Arduynum Bernardi ſuper capellania ſancti Marcellini, inquantum dixi illam permutationē factam de ipſa capellania nullam eſſe ob diſſenſum patronorum aut partis eorum, opponitur ex aduerſo talem diſſenſum non nocere, quia fuit generalis non expreſſa cauſa ipſius diſſenſus, & ꝙ cauſæ diſſenſus ab initio & ante ipſam permutationem exprimi debebant, non poſt eā admiſſam. ¶ Reſpondeo ad iſtam oppoſitionem ꝙ talis permutatio beneficiorum ſtatim, & ita repente admitti nō debet, ſed cum cauſæ cognitione in qua ſuperior inquirere debet de vtilitate eccleſiæ, an ei expediat talis permutatio, vt dixi in conſilio, allegando Anch. hoc ita præſuppoſito ꝙ cauſæ cognitio eſſet adhibēda, dico ꝙ danda erat dilatio ipſis patronis diſſentientibus ad allegādum & probandū cauſas diſſenſus ipſorum, aut ſaltem expectādi erant patroni per aliquod tempus intra quod docerent ſi vellent, de incommodo eccleſiæ ex tali permutatione. nam ſi ſuperior ex officio tenetur inquirere de cōmodo eccleſiæ circa permutationem, quanto magis vbi videt oppoſitionem fieri contra eam videre & expectare debet nunquid opponens validi quid
1 adducat contra ipſam permutationem. Alias† n. procedendo ad actum admiſſionis eodem inſtanti quo pars fuit citata nulla præmiſſa cognitione nulla fieri dr̃ talis admiſſio ob temporis breuitatem, optimus text. pro hoc in l. ſi finita. §. non autem ſtatim. ff. de dam. infe. vbi dr̃ non autem ſtatim vbi prætor miſit in poſſeſſionem, etiam poſſidere iubet, ſed tūc demum cum iuſta cauſa uidebitur, ergo interuallum aliquod debebit intercedere dicit tex. Eodem modo non debebat ille uicarius ſtatim permutationem recipere, ſed cum opponentes uideret, interuallum aliquod debebat adhibere, intra quod de cauſis diſſenſus cognoſci poſſet. Ad idem adduco gl. in l. ſed & ſi per prætorem. §. quotiens, in verſi. unius diei. ff. ex quib. cau. maio. ubi ꝙ impoſſibile eſt in una die petere reſtitutionem & cauſam complere omniaque expedire. Eodem modo & fortiuſ in caſu noſtro impoſſibile erat eadem hora cauſas diſſenſus in promptu habere, & omnia eodem momento expedire, neceſſarium. n. erat interuallum temporis ad inquirendum quō & qualiter & ad quem finē permutatio illa fieret, & de qualitatibus perſonarum & beneficio-
2 rum. Ad idem† faciunt iura quibus annullantur ſnīæ latæ præcipiti feſtinatione ob temporis breuitatem. l. 5. & l. fi. C. de ſent. ex peri. reci. l. prolatam. C. de ſent. l. 4. C. de accuſa. l. meminerint. C. unde ui. l. fi. C. ſi per uim uel alio mo. c. eccleſia S. Mariæ, de conſti. c. nos in quemquam. 2. q. j. & ratio eſt, quia ſnīa ferri debet cū cauſæ cognitione, ét ꝙ ſit interlocutoria. l. a procedente. C. de dilatio. Bal. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offi. procon. & in l. quod iuſſit. col. pe. ff. de re iud. Alex. in conſi. 33. col. fi. li. 1. Calc. in conſil. 115. col. j. in fi. Sed ex breuitate temporis præſumitur cauſæ cognitionem nō interueniſſe, ut habetur in d. iuribus, immo ex illa breuitate temporis præſumitur dolus ꝙ iudex doloſè uerſatus ſit adeo feſtinanter procedendo. Pau. de Ca. in conſi. 574. Contra ſuperius conſulta. col. 2. in fi. li. j. & reddit acta nulla breuitas temporis ét in arbitrarijs. Anch. in conſ. 36. Viſa quadam

dam petitione. col.5. Amplius ēt principis ſnīa vitiatur ex tem-
poris breuitate, c. cum ex literis. de reſti. in integ. Dec. in cōſ. 444.
colu. 2. circa med. Virtus. n. lenta eſt & omnia percunctatur, ini-
quitas aūt omnia præcipitat. c. inter hircū. de pœni. diſt. 3. & in la
byrinthū erroris incidit, qui prius iudicat quàm intelligat, vt le-
gitur in c. ſciendū. 29. diſt. ſed quō poterat ſcire vicarius an per-
mutatio cederet ad vtilitatem eccleſiæ nulla facta inquiſitione,
immo facta oppoſitione p patronos nulla eis data dilatione ad
allegandum & probandū cauſas oppoſitionis & diſſenſus? Ideo
talis iudex ita præcipitanter procedens, dr̄ iudex baliſtarū, ful-
minans ſnīas ſicut baliſta ſagittas, ita Fed. de Sen. in conſil. 187.
Caſus talis eſt dn̄s Petrus in h. ¶ Præterea ille vicarius vr̄ ſibi con
trarius, nam reijcit illam oppoſitionem patronorum, niſi in ſpe
cie dicant cauſas oppoſitionis eorum, & ſic ſi dicāt in ſpecie de
cauſis oppoſitionū illas recipit ponderando naturam dictionis
niſi, vt hr̄ in l. cū mota. C. de tranſact. & ſi illico & incontinenti
proceſſit ad actū admiſſionis, profectò ſi admittebat patronos
ad opponendum cauſas in ſpecie, debebat aliquādiu expectare,
an cauſæ illæ in ſpecie allegarentur. ¶ Ex alio ſuſpicio eſt contra
admiſſionem illam, quia vicarius admittens eſt & erat coniun-
ctus partis aduerſæ, ideo præſumitur q affectione ductu fuerit
ad ita admittendū tam feſtinanter. c. inſinuante, de offi. dele. fa-
cit quod dicimus de teſtimonio coniuncti, vt hr̄ in l. parentes. C.
de teſtib. & quod dixi in priori conſilio q præſumitur fraus ra-
tione coniunctionis ſanguinis. ¶ Ideo non vr̄ imputandum ipſis
patronis cur ſtatim ab initio non dixerint in ſpecie de cauſis op
poſitionum, quia temporis mora opus erat ad inquirendū de ip
3 ſis cauſis, ſed † imputandum vr̄ ipſi vicario poſtquam vidit patro
nos ſe oppoſuiſſe cur non eis tempus conceſſerit ad iuſtificandū
eorum oppoſitionē. quod tempus concedere debebat ēt non re
quiſitus poſtq̄ ipſe ex officio vtilitate ipſius permutationis tene
batur inquirere. Dec. in c. licèt cauſam, col. 9. ver. ſecunda conclu
ſio Abb. eſt de probat. ¶ Poſtremò conſidero q pars aduerſa di-
cens cauſas oppoſitionum debuiſſe in ſpecie ab initio proponi,
4 tenetur hoc probare & adducere tex. qui hoc dicat, quia † oppo
nens habet regulam iuris pro ſe, q vbi lex reſpectu temporis lo
quitur generaliter, generaliter debet intelligi, vt ſufficiat quid
fieri quocunq; tempore. l. arbitrio. ff. de dolo. l. j. in princi. iunc. l.
hoc edicto. ff. de publica. l. vniuerſa. C. de precibus imper. offeren.
l. ſi quis hæredem. C. de inſti. & ſub. Bar. in conſi. 69. Viſo ſtatuto.
Bene fateor q ſi in termino aſſignato nihil omnino oppoſitū fuiſ
ſet, approbata cenſeretur permutatio, ſed cum fuerit oppoſitū
in genere quominus audiri poſtea quis debeat ad allegandū &
probandū cauſas in ſpecie, hoc iure non vr̄ cautum, immo de iu
re cautum vr̄ contrarium, quia petitio generalis admittitur in iu
dicio parte non opponente, licèt poſtea debeat declarari, vt hr̄
in l. 1. ff. de eden. Sed in caſu noſtro pars non oppoſuit contra diſ
ſenſum patronorum, ſed ipſe vicarius faciens totum ōrium eius
quod facere tenebatur, nā tenebatur ex officio inquirere de vtili
tate eccleſiæ circa permutationem prædictam, ſed loco huius in
quiſitionis impediuit ne doceretur de incommodo ipſius eccle
ſiæ reijciendo tam feſtinātèr illam patronorum oppoſitionem fa
ciendo officiū partis. ¶ Rurſus attenta hac conſideratione par-
tis q cauſæ oppoſitionem debebant ab initio proponi, nec alle-
gari poſſint ex poſt, ſequeretur vnum inconueniens, nā ius vult
q tales permutationes non valeant niſi præcedente inquiſitio-
ne, vt dixi in priori conſilio, & tñ ſequeretur ſm hanc conſidera
tionē, q omnis admiſſio permutationis valeret indiſtinctè, quia
5 ſemper dici poſſet opponi debebat ab initio, cum † tñ de nullita
te actus regulariter perpetuò dici poſſit vſq; ad 30. annos ſaltē
per viam exceptionis, vt hr̄ in cle. j. de re iud. Corn. in conſi. 302.
col. 2. circa med. li. j. Dec. in c. ex parte 5. col. 2. ver. 20. fallit. de of
fi. dele. & in conſi. 8. col. 4. verſ. & retenta concluſione. itaq; ſi lex
canonica annullat permutationes beneficiorum ex cauſis ad-
ductis in priore conſilio, neſcio videre ſi quis illas cauſas nullita
tis modo docere velit, cur audiri non debeat, ēt poſito & nō con
ceſſo, nullus interueniſſet patronorum diſſenſus in genere nec
in ſpecie, nulla. n. facta oppoſitione per patronos. bene fateor q
permutatio nulla dici nō poteſt ea eo q ſit facta de beneficio iu
ris patronatus inuitis patronis, ſed q; ex alijs cauſis nulla dici
non poſſit, puta, quia reperiatur dānoſa eccleſiæ & facta in frau
6 dem, vel aliter, hoc affirmare non audeam. ¶ † Ex alio principali
ter impugnatur illa aſſerta permutatio, nā beneficiū conferri nō
pōt niſi vacet de iure & de facto, nec ſufficit illud vacare de iure
ſi de facto nō vacet. c. cum noſtris, & c. literas. de conceſ. præbē.

Old. in conſ. 108. qm̄ ex tempore. col. j. poſt me. Bellam. in conſi.
19. col. 3. circa med. Sed beneficia tradita per ipſum Arduynum
memorato d. Bartholomæo Bernardi in cauſam permutationis
de facto non vacabant, quia adhuc tenebantur per d. Honoratū
Argenti, quia licèt reſignaſſet ipſa beneficia per procuratorē &
in vim reſignationis collata eſſent dicto do. Arduyno, tñ poſſeſ-
ſionem taliū beneficiorū, neq; ipſe dn̄s Arduynus neq; alius pro
eo adeptus vnq̄ fuit, immo adhuc tenent ipſa beneficia p dictū
Argēti, ideo clara arguit probatio fraudis. l. ſicut. §. ſuperuacuū.
ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. Bar. in d. l. poſt ōctum. ff. de dona.
Quod dictū eſt, beneficiū conferri nō poſſe niſi vacet de iure &
de facto, intellige reſpectu impetrantis dicentis beneficium va-
care, quia non dr̄ vacare niſi vacet de iure & de facto, tñ ſi expri
mat illud vacare de iure, licèt nō de facto, tenet collatio. c. licèt
Epiſcopus, de præb. lib. 6. ſimiliter patronatus pōt præſentare ad
bn̄ficium vacans de iure licèt non de facto. Rot. dec. 365. Nunqđ
patronus in antiq. & ſic vacatio de iure & de facto requiritur ex
parte impetrantis, qui tenetur exprimere vtranq; vacationē aut
7 modū vacādi. ¶ Fraus † ēt arguitur ex varietate ōctuū ſeu actuū.
l. ab Anaſtaſio. C. manda. Bal. in conſi. 125. Tres fuerunt ōctus. li.
j. Varietas aūt probatur quia iſte Arduynus, ut dixi, nulla tene-
bat bn̄ficia quæ poſſet permutare, ideo procurauit ſibi reſignari
illa parua bn̄ficia illius Honorati argēti loci Guilieſtræ q poſtea
medio procuratoris taliter qualiter permutauit cum dicto Bar-
tholomæo Bernardi. & notandū eſt q ipſe Arduynus conſtituit
procuratorē eius patrem ad acceptandū bn̄ficia & acceptata re
ſignandū, & ſic plures hic & varij concurrunt actus. primò pro-
curatoriū Arduyni modo præmiſſo. ſecundò procuratorium il-
lius Honorati argēti. tertiò reſignatio facta per procuratorem il
lius Honorati. quarto reſignatio procuratoris ipſius Arduyni,
8 deinde collationes, & poſtea permutatio. Qui † actus incontinen
ti facti fuerunt vnus poſt alium, ob id cenſentur correſpectiui. i.
vnus factus gratia & reſpectu alterius. Bal. in l. petens. C. de pac.
late & pulchrè Cor. in conſi. vlt. li. j. in conſil. 20. col. 3. poſt med.
& in conſi. 36. col. 2. circa med. li. 5. Idem ſi non incontinenti, ſed
breui tpe actus fiant unus poſt alterum. Ancha. in conſi. 434. Ex
narratis ſuperius. col. 2. uerſ. præterea aduertendū. itaq; dicendū
eſt q illæ renunciationes liberè & purè factæ nō fuerint, ſed ad
effectum vt præfatus dn̄s Arduynus patrui beneficiū obtinere
poſſet ex titulo illo permutationis, cū aliter obtinere nō poſſet,
attento q iā incontinenti facti fuerunt iſti actus vnus poſt aliū.
9 Eſt. n. † veriſimile ex iſta actuū vicinitate q oēs illæ renunciatio-
nes factæ fuerint præcedentibus pactionibus & tractatibus, ex
actuū. n. vicinitate præſumitur q fraus præceſſerit & interuene-
rit. l. ſi ventri. §. eorū & quod ibi Bar. ff. de priui. cred. Bar. in l. poſt
ōctum, col. 5. ff. de dona. cum ſimi. quæ Alexā. tradit in conſil. 25.
col. fi. li. 5. ¶ Pro his optime facit quod ſcribit Cor. in conſil. 303.
col. pe. li. 3. vbi qn̄ prohibetur aliquis ōctus ſi alij fiant breui tē-
pore vnus poſt alium præſumitur fraus de contractu ad contra-
ctum, puta ſi prohibetur permutatio & fiant binæ venditiones,
10 quæ in effectu permutationi æquipollent. in propoſito † noſtro,
rector eccleſiæ quæ eſt de iure patronatus beneficiū renunciare
non poterat ſine conſenſu patronorū. Inno. in c. fi. de renuncia.
refert & ſequitur Abb. in c. ſignificaſti. col. 2. de præb. Dec. in con
ſi. 254. col. fi. licèt contrarium teneat Cald. in cōſ. pe. in tit. de re-
nun. & ſi patronus cōſentiat, bn̄ficiū vacat, & pōt patronus aliū
pñtare, vt ibi hr̄, quæ pñtatio ceſſat in permutatione, iō videntes
Barthol. & Arduynus Bernardi q renunciatio capellæ de qua a-
gitur fieri non poterat ſine conſenſu patronorū, & q ſi patroni
cōſenſiſſent illa ad vtilitatē ipſius Arduyni ceſſura nō eſſet, quia
patroni aliū præſentaſſent, & q modus nullus aderat conferēdi
capellaniā prædictā ipſi Arduyno niſi per viam permutationis.
permutatio aūt fieri nō poterat cū Arduynus bn̄ficia nulla obti-
neret, excogitatus fuit modus ad permutādū, quia inductus fuit
ille Honoratus argenti ad reſignandum tenuia illa bn̄ficia in fa-
uorē dicti Arduyni quæ poſtea cū patruo ſ pmutaret. & ſic fraus
facta eſt de contractu renunciationis ad contractum permuta-
11 tionis. ¶ Probatur † hoc, nā fraus arguitur ſeu probatur arguen-
do a veriſimili. Pau. de Ca. in cōſi. 58. Viſis his quæ ſuperius. col.
2. poſt med. ver. item reſultat tertia. lib. 5. Dec. in conſi. 644. col. 1.
ad fi. ſed arguendo a veriſimili, quō veriſimile eſt q ſi Bartholo-
mæus Bernardi verè intendiſſet permutare beneficium, q illud
permutaſſet cum alio bn̄ficio tam exili & tenui. Rurſus quō ve-
riſimile eſt q procurata fuiſſet illa reſignatio illius honorati ar-
genti ad cauſam habendi ſui bn̄ficij tam breuis, an non alterius
bene-

12 beneficiũ pinguius quæſitum fuiſſet. ¶ Facit † ad hoc quod Bart.
ſcribit in conſi.68. Proponitur ꝙ Ioannellus, vbi ꝙ emptio præ-
ſumitur ſimulata qñ ex ſama emptor idoneus non reputabatur
ad emendũ bona tã magni valoris. Eodem modo in propoſito
noſtro dicẽdũ eſt, nã iſte Arduynus nullo modo erat idoneus ad
permutandum bñficia, cum nulla teneret nec illa bñficia ſibi re
ſignata per Honoratũ argẽti ſufficientia erant ad permutationẽ
memoratam, ergo cogitur iudicis animus ad credendũ permu-
tationẽ ipſam per fraudẽ & ſimulationẽ fuiſſe celebratam. ¶ Ad
13 idem † facit quod ſcribit Pau.de Ca.in conſil.74. In cã mota per
dñam Dorotheam.col.1.ad fi.li.2.vbi ꝙ ſimulatio contractus ar
guitur qñ ille breui poſt tpe reſoluitur. Eodem modo dicendum
vr̃ in caſu noſtro ꝙ illa reſignatio facta per Honoratum argenti
dicatur ſimulata & facta ſolũ ad effectum illius permutationis
ſecutæ, cũ ſtatim illud bñficium reſignatum cum alio fuerit per-
14 mutatum. ¶ Præterea † conſiderandũ eſt ad impugnationẽ iſtius
permutationis, ꝙ illud procuratorium do. Arduyni ad acceptan
dum bñficia, & acceptata reſignandũ, & reſignatio facta in vim
talis procuratorij, ſunt nulla, quia datur poteſtas procuratori ad
reſignandũ bñficium quod conſtituens non habebat, nec obſtat
ꝙ poſtea illud fuerit aſſecutus ex acceptione procuratoris, iuxta
tex.in c.accedens, de præb. quia poteſtas ad reſignandum ab ini
tio nulla defectu iuris non conualidatur ex iure ipſo ſuperueniẽ
ti, ita in terminis tradunt dñi de Rot.deciſi.529. Verum poſſit.in
antiquis, refert & ſequitur Rebuſ.in trac.ſuo nominationum.q.
14.nu.112.ver.vndecimo nominatus. vbi dicit ita fuiſſe iudica-
tũ in magno conſilio regio. quod vnicum fundamentum vr̃ ſuf-
ficiens ad victoriam cauſæ. addo vltra Rebuffum ꝙ idẽ tenet Ru-
ta deciſ.242. Nota ꝙ vbi quis fecit procuratorẽ. in antiq. Rotã ẽt
ſequitur Boer.in ſuis deci.q.205.col.3.circa med.& q.308.col.1.
in fin. Confirmatur iſta deciſ. Rotæ & Rebuffi. nam quicquid ſit
in alijs diſpoſitionib.in mandato, illud certum eſt ꝙ non conua
lidatur ex poteſtate aut iure ſuperuenienti, ſed oportet ꝙ ius mã
dantis ſubſit ab initio de tempore ipſius mandati, vt tradit De-
ci.in c.eam te.col.fi.ver.alia tñ ẽt ratione, de reſcrip. ſed hoc di-
ctũ Rotæ tenet gl.pragma.in tit.de ſubla.cle.literis in ver.cuiuſ-
cunq; in fi.gl.char.500. Autre.in deci.Tholo.q.486.in fi. ¶ Poſtre
mo cum Arduynus de tempore illius procuratorij eſſet minor
annis quatuordecim, procuratorem conſtituere non potuit ſine
authoritate Epiſcopi aut officialis, c.fi.de iud.li.6. Ex quibus in-
fertur ius domini Rochi Matthęi potius eſſe in beneficio de quo
agitur, & ita concludo ſaluo ſaniori iudicio. Grationopo.6.Fe-
bruarij.1545. Aymo Crauet.de Sauil.I.V.doc.

SVMMARIVM.

1 *Paſcua dicuntur vniuerſitatis, non domini loci.*
Paſcua diuidi debent pro rata prædiorum & eorum neceſſita te, vbi de vſu paſcuorum quæſtio eſt.ibi.nu.1.
In paſcuis antiquitas ſeruanda eſt.ibi.nu.1.

2 *Negatiuum ius qualiter probetur, puta quod quis non poſſit colere Paſcua in tali manſo.*

3 *Deſtructio operis facti aut fit ex edicto de nunciat.noui operis, aut ex interdicto quod vi aut clam.*

4 *Spoliatus recuperare debet poſſeſſionem propria authoritate in continenti, non ex interuallo.*

5 *Recognitio transfert ius in eum cui fit.*

CONSILIVM CLIIII.

¶ Pro Claudio Maſſi comitis ex loco Mirabelli caſtri Bernardi contra Michaelem & Eoymondum Peyraudi ac alios litis conſortes ex eodem loco.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Viſo proceſſu agitato inter Claudium Maſſi comitis agentem ex vna & Michaelem ac Enymondum Peyraudi cæteroſq; litis conſortes in poſſeſſorio retinendæ, quia agens dicit ſe coluiſſe quædam bona publica ſeu vniuerſitatis loci Mirabelli caſtri Bernardi allegando cõſuetudinem per quam ius eſt particularibus de bonis cõibus eyſartare ſeu noualia facere, & ꝙ aduerſarij eum turbauerunt, dicentes eam conſuetudinem re ſtringi ad bona ſeu manſa in quibus eyſartantes degunt, ſed ꝙ
manſum in quo agens ipſe eyſartauit aut noualia fecit, dr̃ man-
ſum habitationis ipſorum reorum, nec in eo agens habitat. Præ-
terea quo ad poſſeſſorium ꝙ ipſi rei ſunt in poſſeſſione paſcuan
di ſeu depaſcendi beſtias & cultiuandi in bonis eyſartatis & cul
tis per ipſum agentem. quæritur vtra partium iura potiora obti-
1 neat? ¶ Breuiter † conſidero ꝙ hic agitur de bonis publicis vn ut
vniuerſitatis, prout ſunt Paſcua publica, quæ bona non dicuntur
ſingulorum ſeu particularium, ſed ipſius vniuerſitatis. §. vniuer-
ſitatis, Inſti.de rer.diui. in quibus paſcuis & alijs bonis publicis
dominus ipſius loci ſeu caſtri non poteſt prætendere dominiũ
neq; proprietatem ad ſe inſolidum pertinere. Pau.de Ca.in con
ſi.376.licèt iudex.col.3.ante med.li.j.& in conſi.56. Videtur di-
cendum præfatos manifeſtos.col.2.li.2.mouetur Pau. forti ratio
ne, quia dominus ſpecialis loci non habet plus iuris, quàm prin
ceps a quo locum habet, ſeu non debet habere plus iuris quàm
haberet princeps, ſed princeps non habet ius in talibus bonis
reſpectu dominij, ſed ſolum reſpectu iuriſdictionis, & ad hunc
modum debent intelligi quæ ſcribit idem Paul.de Caſtr.in l.j.in
prin.ff.de acq.poſſ. ꝙ terræ gerbidæ & incultæ quæ a nemine re
petiuntur occupatæ præſumũtur eſſe vniuerſitatis in cuius ſunt
territorio, licèt Iaſ.in l.rem quæ nobis, col.pen.eo.tit. præſuppo-
nat & velit pertinere ad dominum loci. ſed vt dictum eſt, domi-
nus loci non habet intentionem fundatam niſi reſpectu iuriſdi-
ctionis. quod ſine dubio procedit ſi probatur poſſeſſorium vni-
uerſitatis in talibus pactis. & ita alias de iure reſpondi magnifi-
co do. Vicinoni, & vbi inter vicinos ſeu dominos prædiorum qõ
eſſet de vſu paſcui illud diuidi debet pro rata prædiorum & eo
rum neceſſitate. l.teſtatria §.fi.vbi Alb.ff.ſi ſerui.ven. & idẽ Alb.
in l.imperatores.ff.de ſerui.ruſtic.præd. refert & ſequitur Calca.
in conſil.34.col.3.circa med. In iſtis etiam paſcuis antiquitas ſer
uanda eſt.l.cum nulla ratio.in fi.C.de paſcuis publicis.li.11.l.1.
& 3.C.de fun.limitro.eo.li. Cal.in conſi.50.col.2.circa me. Dec.
in conſil.550. itaq; videndum eſt de conſuetudine & poſſeſſorio
allegatis. Quantũ ad conſuetudinem, illa ſatis vr̃ probata ẽ ex
confeſſione reorum licèt eam reſtringant ad bona quæ ſunt in-
tra manſa colentium, ſed dicunt ꝙ agens habitat in manſo Cõ-
bæ, ipſi aũt rei in manſo Chauaneriæ, & ꝙ bona culta & eyſarta
ta per agentem ſunt intra manſum Chauaneriæ. Sed tñ ex teſti-
bus ipſius agentis probatum eſt de contrario, ꝙ bona ſunt in-
fra manſum Combæ. Quod etiam probatum fuit ea inſpectione
oculari facta per iudicem præſentibus teſtibus vtriuſq; partis.
Quo tempore viſitationis teſtes actoris conſtantes ſemper fue-
runt. teſtes autem reorum dixerunt bona contentioſa compre-
hendi & contineri etiam ſub manſo Combæ. & ſic apparet iuſti
ficari cauſam actoris, etiam ex teſtimonijs reorum, ẽt ꝙ conſue
tudo reſtringeretur ad modum propoſitum per ipſos reos. Sed
2 videtur † ꝙ reſtrictio eiuſmodi non fuerit probata, quia in tali re
ſtrictione agitur de probando ius negatiuum. i. ꝙ homines eiuſ
dem domini & vniuerſitatis habitantes in vno manſo poſſunt
eyſartare nec colere in mãſo in quo non habitant, ſed ad pro-
bandum tale ius negatiuũ neceſſe eſt probare factũ hominis ꝙ
aliqñ vnius manſi uoluiſſent eyſartare & colere in mãſo in quo
non habitarent, & ꝙ fuerint prohibiti id facere, & ꝙ tali prohi-
bitioni acquieuerint ut hr̃ per doc.in c.ſignificante, de appel. de
clarat Alea.in conſi.45.circa prin.& in conſil.136.col.5.li.3.Iaſ.
in l.quominus, col.5.in fi.uerſi.ſi uero uolentes.ff.de fluminibus.
Addo Pau.de Ca.in conſil.205.col.3.li.2.vbi ſi quis alleget poſ-
ſeſſionem depaſcendi aut nemus incidendi inſolidum in tali pa
ſcuo aut in tali nemore, debet probare ꝙ alias uolentem paſcua
re aut nemus incidere prohibuerit, ſed pars aduerſa non ſolum
non probauit talẽ prohibitionem in præteritum, immo ne qui-
dem allegauit, & profectò puto ꝙ ſi allegaſſet probare non po-
tuiſſet. Præterea poſito ꝙ eyſartationes factæ fuerint in manſis
eyſartantiũ ſeu in quibus habitarent, illud uerisimiliter factum
eſt gratia commodioris vſus, quia cõmodius eſſet in proximo &
uicino loco eyſartare q̃ in alieno aut remoto, ſed nõ ſequit̃ quin
in manſo remotiori eyſartare quis poſſit ſi uelit, & ſic ꝙ quis in
alio manſo non eyſartauerit hoc factum non eſt, quia eyſartare
non poſſet ſi uoluiſſet, ſed quia ſibi non expediret, iõ allegatio
partis non concludit, non fuit eyſartatum in manſis remotis, er-
go eyſartari non potuit, ſi non concludit allegatio, quãto minus
probatio quæ facta non eſt.l.non hoc. C.unde legit.c.in præſen-
tia. de probat. Itaque cum bona uniuerſitatis impune eyſartari
poſſint per ſingulos de uniuerſitate iure cõſuetudinario ꝑdicto,
nõ pñt aliqui particulares de uniuerſitate alios prohibere quo-
minus

minus eyſartare poſſint, allegando conſuetudinem eyſartandi limitatam & reſtrictam eſſe, quia talis limitatio & reſtrictio nullo modo probatur.
3 ¶ † Sed poſito & non conceſſo, talis reſtrictio probata eſſet, & ꝙ terræ in quibus eyſartatū & cultum eſt non eſſent de manſo Combæ vbi actor habitat, adhuc nō licuit reis ipſum actorem turbare, nam iſti actus eyſartationis, culturæ & ſeminationis clanculum fieri non poſſunt, & ipſe ager cultus & ſeminatus in propatulo eſt omnibus, ideo debebant rei contradicere ab initio, non autem poſt opus factum illud propria authoritate tollere, nam deſtructio operis facti, aut fit ex edicto de nou.oper.nuncia. aut ex interdicto quod vi aut clam. l.1.§.1. vbi gl.in ver.his interdictis.ff.de ope.no.nunc. ſed hic nulla nunciatio facta eſt, licèt bona publica contendantur, non etiam vi aut clam factum quid eſt, ideo opus actoris deſtrui non debebat. Quinimmo ēt ſi vi aut clam actum quid eſſet, interdicto quod vi aut clam via iuris agendum erat non ēt propria authoritate, qđ factum erat tollendum, eo.ti. quod vi aut clam. & licèt illa remedia de oper.nou.nunc. quod vi aut clam, propriè non pertineāt ad caſum iſtum, tñ argui poteſt a ſimili ex idētitate rationis. Rurſus,
4 † poſito citra præiudicium veritatis rei fuiſſent ſpoliati aliquo poſſeſſorio per eos prætenſo, quod nuſquam probarunt nec probare poſſunt, non tñ licuit tale poſſeſſorium propria authoritate poſt annos duos recuperare, quia incontinenti recuperanda eſt poſſeſſio, non poſt tantum interuallum. l.3.§.cum igitur, vbi gl.ff.de vi & vi arma. habetur in c.ex literis, de reſti.ſpol. Iaſ. in l.lecta, col.14.ff.ſi cer.pet. Ex quibus apparet aſſertam reſtrictionem conſuetudinis nullo modo actori nocere poſſe. Similiter non nocet aſſertum poſſeſſorium arguendo a ſufficienti partium enumeratione. nā aut prætendit pars poſſeſſorium in bonis iſtis ante aliquā eyſartationē & cultiuationē, & illud allegari non pōt, quia per depaſtū pecorū in iſtis bonis non acquiritur poſſeſſio particularibus, cum poſſideant ſeu depaſcantur tanq̄ in rebus vniuerſitatis non proprio iure. d.§.vniuerſitatis, Inſt.de rer.diui. non.n. ſufficit ad acquirendum poſſeſſionē, ꝙ quis poſſideat ſimpliciter, ſed requiritur ꝙ proprio id faciat non tanq̄ in re alterius. l.qui iure.ff.de acqu.poſ. Aut prætendit poſſeſſoriū tanq̄ in re propria poſt eyſartationem virtute conſuetudinis loci, ꝙ res eyſartata pertinet ad eyſartantem quandiu illam colit, & illud poſſeſſorium nullo modo probatur per teſtes reorū niſi poſt eyſartationem factam per ipſum actorē, ſed tale poſſeſſoriū recens dr̄ vitioſum & clandeſtinū turbatiū antiquioris poſſeſſorij ipſius agentis, vt hr̄ in l.ſi duo.ff.de acq.poſ. & in ca.licèt cauſam, de proba. ideo de poſſeſſione tali vitioſa curandum nō eſt. l.cōi diuidundo.§.inter prædones. ff.commu.diui. l.æquiſſimum.ff.de vſufru. & d.l.ſi duo.cum ſim. ¶ Ex præmiſſis infertur reſpectu huius poſſeſſorij, ꝙ cum agens probauerit de eius antiquiori poſſeſſorio poſt eyſartationem obtinere omnino dēt, licèt in petitorio ius non foueret prout tñ fouet, quia in poſſeſſorio non obſtat defectus proprietatis & tituli, vt hr̄ in d.l.ſi duo, & d.c.licèt cauſam. & in l.naturaliter.§.nihil cōe. ff.de acq.poſ. ¶ Poſtremo conſiderandum eſt in fauorem agentis, ꝙ licèt de iure cōi bona publica prout ſunt Paſcua non pertineant ad dominum loci, vt ſupra dixi, tñ ipſi actor & rei fateri videntur bona ipſa pertinere ad dñm loci producendo recognitiones ſeu inſtr̄a albergamentorum, quibus apparet dominum loci albergaſſe bona de quibus agitur, & ipſas partes talia bona recognouiſſe ab ipſo domino. Hoc † præſuppoſito ꝙ per recognitiones ius
5 tranſlatum fuerit in ipſum dominum, & ex eis probetur de dominio directo ipſius domini. Bal.in l.cenſualis. C.de dona. Anch.in conſi.310. Tres domini Magnifici. colu.2. Guid.Pap.q.172, & in conſi.178. dico ꝙ præferri debet agens tanquam habēs ius multò antiquiſſimum, reis autem facta eſt conceſſio lite tā inchoata & in fraudem, ideo potentius eſt ius actoris cuius anteceſſoribus bona iſta prius fuerunt tradita. l.quotiens. C.de rei vend. & reg. qui prior eſt in tempore. li.6. Identitas autem bonorum de quibus agitur & contentorum in ipſis recognitionibus abundè probata eſt per teſtes agentis, maxime de tempore viſitationis ocularis factæ per iudicem, quibus teſtes reorum non auſi fuerunt contradicere. ¶ Itaque triplici fundamento confirmatur ius actoris, conſuetudine, poſſeſſorio, & albergamentis ſeu recognitionibus. Reorum autem cauſa ne quidem vno fundamento innititur. ob id non iniuria pronunciatum fuit in fauorem agentis per primum iudicem, cuius ſententiam confirmandam puto in hoc iudicio appellationis. Grationopo. 10. Februarij. 1542. Aymo Crauet. de Sauliano,

S V M M A R I V M.

1 *Filiorum appellatione non veniunt niſi liberi primi gradus aut nepotes ad plus.*
Taxatiua dictio, omnia alia excludit. ibidem nu. 1. & nu. 9. vbi declaratur.
2 *Filij poſiti in conditione, etiam cum qualitate maſculinitatis non cenſentur vocati.*
3 *Filiorum appellatio tantum comprehendit quantum liberorū quando teſtator habuit iſta duo pro ſynonymis, & promiſcue eis vtitur.*
Liberorum appellatione veniunt omnes deſcendentes in infinitum in fauorabilibus. ibi. nu. 3.
4 *Filiorum appellatione veniunt omnes deſcendentes quando teſtator fecit mentionem de filijs vniuerſaliter, dicendo de omnibus aut quibuſcunque filijs.*
5 *Filij poſiti in conditione & grauati, cenſentur etiam vocati.*
6 *Hæredum appellatio an comprehendat deſcendentes tantum quando teſtator ſubſtituit aliquem & eius hæredes.*
Dilectus minus non debet eſſe melioris conditionis quàm magis dilectus. ibi. nu. 6.
7 *Extenſio fit in materia correctoria de perſona ad perſonā vbi ratio eſt expreſſa vel pro expreſſa habetur.*
Agnationis ratione inducitur fideicommiſſum. ibi. nu. 7.
8 *Filiorum appellatione veniunt omnes deſcendentes largo ſumpto vocabulo.*
Extenſio fit de ſtricta ſignificatione ad latam, etiam in materia odioſa. ibi. nu. 8.
10 *Relatio fieri debet ad omnia præcedentia, quando non eſt ratio diuerſitatis cur magis fiat ad proxima quàm ad remota.*
11 *Voluntates morientium ex viuentium opinione interpretarì debent.*

C O N S I L I V M   C L V.

¶ Pro Magnifico domino Georgio de Sancto Marcello domino de Auanſone, & Sancti Stephani Conſiliario regio & Dalphinali in ſenatu ampliſſimo Grationopolis.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Verba teſtamenti nob. Ludouici de S. Marcello conditi de anno 1391. & de menſe Martij ita habent, In oībus autem alijs bonis meis tam mobilibus q̄ immobilibus, iuribus, actionibus, rōnibus, & requiſitionib. quibuſcunq; & qualiacunq; ſint, in quibuſcunq; rebus conſiſtant, hæredem meū vniuerſalem facio, inſtituo, & ordino, & ore meo proprio nomino nobilem Ioannem de Sancto Marcello filium meum. ¶ Et ſi dictus nobilis Ioannes decederet ſine liberis a ſuo corpore legitime procreatis, volo tunc ꝙ omnia bona mea ad dictum nobilem Franciſcum filium meum reuertantur integraliter. ¶ Si vero dictus nobilis Ioannes decederet ſine filio maſculo, & ſi habeat filiam vel filias, volo & ordino ꝙ ſi ſit vnica filia cum mille florenis excludatur a bonis meis, qui eidem pro dote aſſignentur. & ſi eſſent plures filiæ ꝙ vna tantum dotetur, & aliæ ponuntur in ordine. & omnia alia bona mea in caſu prædicto quo decederet ſine filio maſculo, ad dictum Franciſcum filium meum ſi ſuperuiueret deuoluantur. Et in caſu quo ambo prænominati Io. & Fran. filij mei decederent ſine filio maſculo, volo & ordino ꝙ caſtra de Valleſerris, & de Podio acuto deuoluātur ad nobilem Humbertum de Sancto Marcello dominum de Auanſone, & ad eius filios maſculos duntaxat ſi ſuperuiueret ſeu filios maſculos haberet. ¶ Quod ſi ipſe nobilis Humbertus ſine filijs maſculis decederet, uolo ꝙ dicta caſtra cum eorū dominijs & ſegnorijs ad nobilem Franciſcum de Baracio deuoluātur & ad eius filios maſculos, & ſi dictus Franciſ. de Baracio decederet ſine liberis maſculis ꝙ dicta caſtra ad Ioannē de Bara. deuoluant. Et ſi omnes ſine liberis maſculis decederent, ꝙ ad nobilē Michelinā filiam meam, & ad eius hæredes quoſcunq; deuoluant. Ex verbis

teſta-

ſtamenti pdicti, quæritur, an magnificus dñs Georgius de S.Mar
cel.dñ. de Auanſone & Sancti Stepha. cōſiliarius Delphinalis q
ſit ex deſcēdētibus dicti Hūberti de S.Marcel.vt ponitur in facto di
cat vocatus & ſubſtitutus? ¶ Videretur prima frōte q nō, primo, q
in teſtō pdicto vocatus fuit dictus Humber. & eius filij maſculi
dūtaxat, ſed ipſe dñs Georgius nō eſt de eius filijs licèt ſit de de-
1 ſcēdētibus, ſed † appellatio filiorū nō cōprehendit oēs deſcēden
tes immo reſtringi vr ad liberos primi gradus, aut ad plus extēdi
pōt ad nepotes, p ea q hētur in l.Gallus.§.inſtituēs. ff. de libe. &
poſth. Quod maxime vr pcedere in caſu iſto vbi filij vocati fue-
rūt taxatiue, q dictio taxatiua cæteros oēs vr excludere.l. qui alie
na.§.libertos.ff.de nego.geſt.l.ſella.§.qui actū.l.inter actū.l. cer-
to generi.& l.Lucius, in ver.digitū vnum.ff.de ſerui.ruſt.pdi. c.ſi
duo.de pcura.li.6.cū ſi. ¶ Secundò ſi ipſe dñs Georgius velit inni
ti ea vltima ſubſtitutione, in qua fit mētio de liberis, nō vr audiē
2 dus, quia † liberi ibi ſolū poſiti fuerūt in cōditione, ideo nō cenſe
ſent vocati.gl.cōiter approbata in l.Lucius.ff.de hære.inſti. quod
procedit, licèt ponantur liberi in cōditione cū qualitate Maſculini
tatis.Guido Papæ deci.599.Alex.in conſi.105.lib.1.in conſi.64.
lib.5.in conſ.139.col.3.poſt med.ver.nec obſtat dictis mulierib⁹.
in conſi.292.lib.6.in conſi.185.lib.2.& in conſi.24.lib.3.Soci.in
in conſi.62.lib.3.Cor.in conſi.207.col.1.ad ſi.l.2.& in cōſi.1.col.
6.ad ſi.in ſecūdo dubio.lib.3.dec.in conſi.291.circa ſi.Gozadi.in
conſi.104 circa prin.& col.pe.in conſi.29.col.3.poſt med.ver.3.
nepotes & latius ac clarius.col.ſi.in quo tñ plurimi doc.ēt Mod.
contrariū tenent, vt alias dixi conſulendo. Præterea illa clauſula
in ſi.poſita, & ſi oēs ſine liberis maſculis decederent, in dubio ſo
lū vr referenda ad proxima, & ſic ad illos Baracio, vt habetur. in
l.ſi idē cū eo §.ſi.ff.de iuriſ.om.ind.& in l.talis ſcriptura.ff.de leg.
1.¶ Et poſito referatur ad oĩa præcedētia in præcedentibus ſolū
locutus fuit teſtator de Humberto & eius filijs tam in verbis di-
ſpoſitiuis vbi eos vocauit, q̄ in verbis cōditionibus vbi eos in cō
ditione poſuit, ideo grauati dici nō poſſent niſi filij ipſius Hūber
ti, nō aūt vlteriores deſcēdētes tenendo illā opi. q vbi filij poſiti
in cōditione grauantur, vocati ēt cēſeantur. ¶ Sed præmiſſis nō obſtā-
tibus oĩum puto de iure verius, q immo memoratus dñs Geor-
gius de S.Marcello vocatus dicatur ea teſtō prædicto ſequētibus
3 fundamentis. ¶ Et primo † conſidero, q teſtator in teſtō prædicto
habuit iſta duo, filios & liberos, pro ſynonymis ſeu pro eodē, pa
ter, q2 in primo capite ſubſtitutionis, ſubſtituit teſtator Franciſcū
eius filium caſu quo Ioãnes filius decederet ſine liberis. Rurſus fe
cit mentionē de liberis maſculis in duabus vltimis ſubſtitutioni
bus, quo caſu appellatio filiorū tm̄ cōprehendit quantū appella
tio liberorū.Cur.Iun.in cōſi.111.col.6.& in cōſi.116.col.pe.poſt
med. ſed appellatione liberorū in fauorabilibus veniunt oēs de-
ſcendētes in finitū.Cor.in conſi.22.col.6.lib.2.Dec.in conſi.205.
col.1.poſt med.ver.ſecunda ratione.& in conſi.223.colū.2.poſt
med.verſi.ſecundo idem dicendum eſt. Alexandrinus in conſil.
244.col.3. circa med. ergo cum dñs agens ſit de deſcendentibus
dicti Humberti, & agatur de eius fauore, vt vocetur ad fideicom-
miſſum, dicendum eſt eū contineri ſub illa ſubſtitutione per q̄ vo
cati fuerūt Humbertus & eius filij maſculi. ¶ Secundò principali
ter arguitur, nā teſtator grauauit Humbertū decedentē ſine filijs
maſculis in fauorē extranei nobilis Franciſci de Baracio, quanto
magis dicēdum eſt qñ vocauit teſtator filios maſculos ipſius Hū
berti, q intellexerit de oibus deſcēdentibus ipſius Humberti, qui
erant aut futuri erant de eius agnatione, & quos magis dilexerat
præferendo ſemper maſculos de agnatione.arg.l. Publius.§.fin.
ff.de cond.& dem.& l. ſi viua matre.C. de bonis mater. ¶ Tertiò
4 † qñ teſtator loquitur de filijs vniuerſaliter dicendo de quibuſcū
que filijs, veniunt oēs deſcēdentes.Cur.Iunior in conſi.48. col.2.
ad ſi. & ſic an appellatio filiorum extendatur ad omnes deſcen-
dentes, inſpicitur mēs & voluntas teſtatoris ex verbis declarata,
ſed in caſu noſtro ſatis videtur apparere de mente teſtatoris q vo-
luerit appellare oēs deſcendētes dicti Humberti cū eſſent de eius
agnatione ad quos habuit maiorem affectionem, & quia vt ſupra
dixi, ſi grauauit Humbertum decedētem ſine filijs maſculis in fa
uorem extraneorum, multo magis dicendum eſt, q voluerit gra-
uare in fauorem omnium deſcendentium ex ipſo Humberto
¶ Quartò dico vocatum eſſe dñm actorem ex vltimo capite ſub-
ſtitutionis in qua dicitur, & ſi oēs ſine liberis maſculis &c. p quā
clauſulam, & ſi oēs, grauantur oēs in præcedentibus nominati tā
5 expreſſe vocati q̄ poſiti in conditione, quo caſu † qñ poſiti in cō-
ditione grauantur, ipſi cenſentur vocati, vt voluit Bart. in l. Cen-
turio.ff.de vulg.ſequitur Alex.in conſ.64.lib.5.Soc.in l.cum filio,
col.3.in prin.de leg.1.in conſi.62.col.3.in prin.& in conſi.104.co
lū.5.poſt med.lib.3.Cor.in conſi.97.col.3.ver.ſed poſſent reſpon
dere.lib.1.in conſi.22.col.2.in conſi.59.col.3.in conſi.74.in conſ.
119.col.pe.ver.& licèt quidam.in conſi.146. col.5. in conſi. 207.
col.2.ad ſi.lib.2.in conſi. 229.col.3.ad ſi.in conſi.258.col.pe. poſt
med.lib.3.in conſi.203.col.2.in conſi.173.colū.1.& in cōnſi.320.
col.2.ad ſi.lib.4.Cur.Iunior in conſi.87.col.ſi.Dec.in l.1.col.4.C.
de pactis, licèt conſulendo ſæpius teneat contra Barto. Idem te-
net Ripa in d.l.1.col.4.C.de pactis.vbi q ita cōſuluit & obtinuit.
Idem tenet Guido Papæ.q.39.col.2.ver. niſi vt alibi dicit Bar. &
q.184.col.2.verſi.alter etiam & ſecundus caſus.Gozadin.in con-
ſi.26. col.4.addo vltra Moder. Paul. de Caſtr.in conſil.263.Circa
primum quæſitum videtur dicendum, quòd dicti nepotes. colū.
2.in ſi.libr.2. Et hanc opinionem ſequi iudicando curia conſue-
uit, vt audio. Ideo in caſu noſtro cum vltima ſubſtitutio facta fue
rit ſimpliciter poſt filios nominatos, & alios poſitos in conditio-
ne, dicendum eſt, q facta fuerit etiam filijs in conditione poſitis,
& ſic dicuntur filij poſiti in conditione grauati & conſequenter
honorati ſeu vocati per ſupradicta, & maximè declarat Corn.in
6 d.conſi.97.col.5.libr.1. ¶ Quintò † pondero, q teſtator in vltima
ſubſtitutione in qua vocauit filiam, vocauit etiam omnes eius hæ
redes, quorum appellatione in tali materia veniunt omnes de-
ſcendentes ipſius filiæ iuxta notata in l.Gallus.§.etiam ſi paren-
te.vbi Iaſ.col.5.ver.tertiò principaliter.& verſi.5.adde.ff.de libe.
& poſthu.Alexan.in conſi.139.col.1.libr. 6. & licèt propter illam
dictionem vniuerſalem quoſcunque, dubitari poſſet, an veniant
etiam hæredes extranei per ea quæ ſcribit Deci.in conſil.294.co-
lum.2.tamen ſatis eſt, & nemo negat quòd veniunt deſcenden-
tes per prius. Itaq; ſi teſtator vocauit omnes deſcendentes filiæ
quos minus dilexit, quanto magis dicendum eſt, q voluerit vo-
care omnes deſcēdentes dicti Humberti magis dilectos ratione
agnationis. In hac enim materia ſubſtitutionis, interpretatio ita
fieri debet ne minus dilecti cenſeantur melioris conditionis quàm
magis dilecti.d.l.Publius.§.ſi.glo.& Barto.in l.ſi mater.§.1.ff.de
uulg.Cor.in conſi.199.col.10.libr.2. ¶ Sextò † conſidero, q etiam
7 in materia correctoria ſit extenſio de perſona ad perſonam, ubi
ratio eſt expreſſa uel pro expreſſa habetur. Bal.& Sali. in l.uenia.
C.de in ius uocan.Pau.de Caſtr.in conſi.40. Præſens caſus, & in
conſi.262.Dico q Epiſcopus.libr.2.Deci.in conſi.353.colum. ſi.
& conſi.372.colū.3.ad ſi.Iaſ.in l.de quibus, colū.4.ff. de legibus.
& in l.2.§.1.colū.2.ff.de in ius uocan.ubi quòd ſtatutū excludens
fœminam propter filium licèt ſit correctorium iuris communis,
tamen extenditur ad nepotem ex filio, ut excludat amitam, quia
ſtatutum habet rationem agnationis in ſe quæ pro expreſſa ha-
betur, à fortiori idem videtur dicendū in caſu noſtro, in quo non
agitur de aliqua correctione alicuius diſpoſitionis, ut ſubſtitutio
uocans filios Gumberti extendantur ad omnes eius deſcenden-
tes propter fauorem agnationis, cuius rationē teſtator ſemper ha
buit referendo maſculos etiam tranſuerſales filiæ propriæ, cuius
agnationis rationem ad inducendum fideicōmiſſum cōſiderat
Corn.in conſi.229.colū.ſi.uerſi.tertia, quia.libr.3. Curtius Iunior
in conſi.121.colū.6. ¶ Septimò † conſidero quòd appellatione fi-
8 liorum ueniunt omnes deſcendentes largo ſumpto uocabulo.
Abb.in c.1.de uerb.ſign. arguit, quia in ſacra ſcriptura Chriſtus
appellatur filius Dauid, & tamen nō fuit filius neq; nepos prone
pos aut abnepos. Idem tradit Soc.in conſi.150.col.5.uerſi.tertio
non dicit ſimpliciter.libr.2. ubi tamen Abb.non allegat, ſed de
ſtricta ſignificatione uocabuli ad latam ſit extenſio ex identita-
te rationis etiam in materia odioſa.l.filium habeo, ubi Barto. ff.
ad Maced.glo.in auth.minoris debitor.C.qui da.tuto. poſſ. Ro-
ma.in conſi.129.Licèt magna.Deci.in l.qui ſe patris.colum. pen.
poſt med.C.vnde lib.ſed addo ultra eum Alex. in conſi. 190. co-
lum.pen.ad ſi.lib.2. ubi q ſit extenſio etiā ea ratione præſumpta
ad caſum qui ſublatiſſima ſignificatione uocabuli cōprehendi
poſt. ¶ Octauò conſidero q in teſtamento de quo agitur, teſta-
tor ſæpius poſuit filios in conditione dicendo ſine filio maſculo
& ſine filijs maſculis, quo caſu appellatione filiorum ueniūt oēs
deſcendentes.l.Lucius, cum ibi no.ff.de hære.inſti.not. in l. Gal-
lus.§.inſtituens.ff.de libe.& poſth.Soc.in conſi.250.col. 4. uerſi.
ſecūdo loco.lib. 2. ergo etiam in alia parte in qua teſtator uoca-
uit filios cenſetur intellexiſſe de omnibus deſcendentibus, quia
una pars teſtamenti per aliā declaratur.l.utrum.ff.de peti. hære-
di.& in terminis ita arguit Soc.in d.conſi.250.colum. 4.uer.ſecū
do loco, ibi, primo quia. &c. ¶ Tenendo iſtam opinionem, non
obſtant allegata ſupra in contrariū, quia ex præmiſſis reſpōſum:

apparet,ſed ſpecialius reſponderi pōt.& ad primum ꝙ appella-
tio filiorum non extendatur vltra nepotes ad plus,reſpondeo, ꝙ
illud procederet qñ teſtator de filijs ſimpliciter loqueretur,ſecus
qñ promiſcue locutus eſt de filijs & liberis,ita ꝙ iſta duo habuit
pro ſinonymis & pro eodem,quia tunc vbi ſumus in fauorabili-
bus ſeu vbi agitur de commodo ipſorum filiorum,intelligi videt
de omnibus deſcendentibus,ſicut vbi fit mentio de liberis colle
ctiue per ſupradicta,maximè concurrentibus alijs cōiecturis,de
9 quibus ſupra.¶ Non obſtat † illa taxatiua dūtaxat,quia referri de
bet ad verbū maſculos, nō aūt ad filios,debet intelligi excluſiue
ad fœminas,non aūt ad alios deſcendentes maſculos,in quibus
militat eadē ratio vocationis.Bar.in l.ſerui nomine.ff. de vſucap.
& in l.ſi conſtante,in fine primæ quæſtionis prin.ff.ſolu.mat.Et ꝙ
illud ſit verū apparet,quia teſtator ſæpe fecit mentionem de libe
ris maſculis, quorum appellatio extēditur vltra primum gradū,
ideo non eſt veriſimile,ꝙ illa taxatiua prolata fuerit ad excluſio-
nem aliorum deſcendentium maſculorum,ſed filiarum tantum.
10 ¶ Non obſtat † ꝙ vltima clauſula ſubſtitutionis referri debeat ad
proxima tm̄,quia dico ꝙ immo referri debet ad oīa præceden-
tia,cum non ſit dare rationē diuerſitatis, cur magis fiat ad proxi
ma q̄ ad remota,vt habet in l.1.C.de liberis præteritis.l.ſi.ff. de
reb.dub.Pau.de Caſt.in conſi.14.Dubium illius qōnis,col.2.in ſi.
lib.2.Calc.in conſi.103.col.pe.poſt med.Secundò rñdeo , ꝙ vlti-
ma clauſula concepta eſt per dictionē vniuerſalē omnes,quæ di-
ctio vniuerſalis reſtrictionē non patitur.l.Iulianus.ff.de legat.3.
habetur in l.ſi de certa.C.de tranſac.ideo dicendo,& ſi nēs deceſ
ſerint,intelligi debet de omnibus ſupra nominatis ¶Non obſtat
ꝙ etiā referendo ad oēs ſupra nominatos, tñ grauati dici nō poſ
ſint liberi aut deſcendentes dicti Humberti, ſed eius filij tm̄ , cū
de filijs ſolum teſtator locutus fuerit,quia rñdeo,ꝙ appellatio fi
liorum large vī intelligēda pro deſcēdentibus,vt ſupra dixi. ¶ Et
vltra ſupradicta comprobatur hoc,nā ex hac vltima clauſula gra
uati dicūtur liberi Ioannis primo loco vocati referendo eam ad
oēs in præcedentibus nominatos ſi teſtator grauauit deſcenden
tes ſuos in fauorem filiæ,quāto magis dicendum eſt grauatos cē
ſeri deſcendentes tranſuerſales ex Humberto prædicto,ſi intētio
teſtatoris fuit grauare oēs deſcendentes ex Humberto,ergo dicē
dum eſt,ꝙ de eis intellexerit, ponendo filios Humberti in condi
tione.¶ Iſta materia difficilima eſt,quia prophetas,iudices,& ad
uocatos agere oportet circa interpretandā voluntatē teſtatoris.
11 Sed enim † interpretandæ ſunt voluntates morientium ex viuen
tiū opinione.l.qm̄.C.de natura.lib.Io.de Ana.in conſi.28.colū.3.
Anch.in conſi.237.quia in primo quæſito.col. 2. & in conſi. 362.
De viribus actionis.col.ſi.Itaqꝫ videndum eſt quid viuens veriſi
militer diſponeret & arbitraretur in caſu illo,an veriſimiliter gra
uaret omnes deſcendentes agnati tranſuerſalis.Quam interpre-
tationē curiæ relinquo.Gratianop.12.Februarij. 1542. & ita fuit
iudicatum per curiam die 30.Martij.1542.Aymo Crauetta de Sa
uiliano.I.V.doc.ad correctionem curiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus in dubio habet præſumptionem iuris pro ſe.*
2 *Vſurarius an præſumatur contractus ex pacto de retrouenden*
do & modicitate precij.& num.4.8.16.
3 *Vſura non præſumitur ex pacto de retrouendēdo appoſito ex in*
teruallo,& nu.17.vbi declaratur,& nu.18.
5 *Vſura præſumitur ex modicitate precij & pacto de retrouendē*
do,quando tale pactum pure non concipitur , ſed quod poſſit
vēdens res demum poſt aliquod tempus.
Terminus præueniri non poteſt quando poſt aliquod tēpus quid
fieri debet,quia ante tempus fieri non poteſt,ibi.nu.5.
6 *A præpoſitio.dicitur priuatiua & excluſiua.*
7 *Simulatio probatur ex coniecturis,& ſufficiunt duæ coniecturæ*
aut præſumptiones.
9 *Simulationis ſuſpicio non ceſſat ex donatione pluris valentiæ.*
Simulatio probatur arguendo à veriſimili,ibi.nu.9.
10 *Simulatio arguitur quando venditor ſemper remanet in poſſeſ*
ſione,licèt ex cauſa locationis aut ex clauſula conſtituti.
11 *Simulatio & fraus arguitur ex eo quod ſit contractus per in-*
terpoſitam perſonam.
Simulatio arguitur ex varietate contractuum,ibi.nu.1.
12 *Simulatio arguitur quādo bona empta locātur ſub pēſione vſi.*
13 *Simulatio arguitur ex eo quod venditor erat in magna neceſ*
ſitate.
14 *Simulatus an dicatur contractus,relinquitur arbitrio iudicis.*
15 *Præſumptiones iuris dicuntur probationes liquidiſſimæ.& ſuffi*
ciunt etiam actori qui tendit ad impugnandum.
17 *Simulatio probari poteſt ex alijs coniecturis quàm ex conſuetu-*
dine fœnerandi.
Incontinenti fieri dicitur quod fit breui tēpore poſt,ibi.nu.17.
Incontinenti quando quid dicatur fieri vel ex interuallo,relin-
quitur arbitrio iudicis,ibi.nu.17.
19 *Incontinenti fieri dicitur quod fit ex interuallo, quando ab ini-*
tio conuenit quod illud fieret.

CONSILIVM CLVI.

¶ Pro hęredibus Iacobi Neyreti contra Stephanum Guerci ex pa
tria Auraicæ pulcherrimum vberrimumqꝫ, nec minus vtile conſi
lium in materia ſimulationis contractus,ex quibus arguatur cō-
iecturis.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato.Iaco-
bus Neyreti de Auraica vendidit quandam
baſtida Stephano Guerci precio ſcutorū du
centū,licèt valeret ſcutos quingentos & vl-
tra,deinde poſt tredecim dies dictus Guer-
ci emptor locauit eandē baſtidā Petro Ma-
riæ,& eadem die dictus Petrus Mariæ ipſam
baſtidā locauit prædicto Iacobo Neyreti vē
ditori ſub eadem penſione quatuordecim ſomararum grani fru-
mēti poſtea exactis tribus aut quatuor diebus dictus Guerci em
ptor conceſſit gratiam redemptiuam dicto Neyreti venditori p
quindecim dies poſt nouē annos quib⁹ locata erat dicta baſtida,
& illis nouē annis finitis & cōpletis & à die finiti arrēdamēti cō
putandos.Quæritur modo an dicti ɔ̄ctus dici poſſint ſimulati &
1 facti in fraudē vſurarū? ¶ † Videret prima fronte dicendū,ꝙ non,
quia in dubio præſumit pro ɔ̄ctu.l.cū precibus.C.de proba.Bart.
in cōſi.65.Factū eſt tale,Petrus Nicolæ.col.2.ver.ſed ad hoc eſt di
cēdū.Bal.in c.1.in prin.de feudo dato in vic.leg.cōmiſ. & in cōſi.
388.ꝙ dictus ɔ̄ctus.col.2.lib.4.Pau.de Caſt.in conſi.261. Viſis &
2 cōſideratis.in prin.lib.2.¶ † Secundò, quia licèt dicat in themate
ꝙ interuenit modicitas precij & pactū de retrouendendo,tñ iſta
duo nō vīr ſufficere niſi accedat & tertium,ꝙ quis ſit ſolutus fœ
nerari,vt not.Bal.in d.c.1.de feudo dato in vic.leg.cōmiſ.& idem
Bald.Sal. Iac. de Aret.Cy.in l.emptione.C.plus valere quod agi
tur.idē tenent alij doc.pleriqꝫ relati per Cor.in cōſi.224.& in cō
ſi.241.lib.1.vbi atteſtatur hanc eſſe communem opi. Eādem opi.
ſequi videtur Dec. in conſi. 267. colū. 2.verſic.ſolum ſupereſt.in
conſi.170.col.3.verſi.& dato ꝙ alia opi.in conſi.308.col.2. verſ.
ſed ad hoc reſpōderi pt.& ceruus idē firmat Dec.in l.rogaſti. §.ſi
tibi,col.ſi.ff.ſi cert.pet.addo vltra Moder. Bal.in cōſ.133. Quædā
mulier filiafamilias.col.2. poſt med.lib.1.in cōſi.205.Iacobus de
Arena.lib.2.in cōſ.464.Videamus.col. 2.lib.3.& in conſ.359 hūc
paſſum lib.5. vbi ꝙ requiruntur illa tria ſecundū cōmunem opi-
nionem,& idem Bal.in conſi.361. Verba Bartoli.poſt med. lib. 5.
& poſt ſcripta iſta ita nouiſſime tenet Boer.q.102.in 3.parte.Ter-
3 tio † poſito duo ſufficerent ad arguendum contractum ſimulatū
& vſurarium.1. pactum de retrouendendo , & modicitas precij ,
iſtud tamen non videtur procedere in caſu noſtro, in quo tale pa
ctum de retrouendendo appoſitum fuit ex interuallo. l.4. §. ſi ab
ignoto.ff.de manumiſ.Bar.& doc.in l.pacta nouiſſima.C.de pa-
ctis.Alex.in conſi.28.col.2.verſi.& quamuis nonnulli.lib.5. Abb.
in conſil.69.col.2.verſi.tertio me mouet.lib.2. Cor. in conſi. 133.
in conſi.241.col.3.poſt med.in conſ.266.col.pen.circa med.lib.3.
& alibi ſæpe doc. ¶ Sed præmiſsis non obſtantibus contrarium
puto de iure verius, ꝙ immo contractus prædicti arguantur ſi-
mulati & facti in fraudem vſurarium ſequentibus fundamen-
4 tis.¶ Et primo † propter illa duo de quibus ſupra, videlicet ex
pacto de retrouendendo & modicitate pretij. quam opinio. te-
nent plurimi doc.relati per Cor.& Deci.in locis ſupra memora-
tis,& vltra doc.allegatos per Moder,adduco Ioan.de Ana.in cō
ſil.58. Roma.in conſ.423. Pro pleniori.colum.fin.Paul.de Caſtr.
in conſil. 109. Viſa petitione. & in conſil. 332. Viſa ſupraſcripta
facti narratione.col.2.lib.2. Calc.in conſi.26.col.9. & ſeq.Barto.

inter conſilia eiuſdem. Calca. in conſi. 27. colũ. 2. vbi dicit ꝙ infi-
nitis vicibus ita cõſoluit. & col. 3. circa med. idẽ tenet ipſe Calca.
in conſi. 85. colũ. 3. Bald. de Bartolinis inter conſilia Corn. in con
ſi. 23. libr. 3. deciſio Neapoli. deciſ. 40. colũ. 9. ad fi. & ſequen. & de
ciſ. 65. Dec. in conſi. 692. vbi tenet hanc opi. tanquam ſaluti tutio-
rem. Ex quibus apparet iſtam opinionem eſſe magis communẽ,
ſm eam ſolitum erat iudicare magnificum conſilium Ciſmonta
num Thaurini ordinarie reſidens, vt audiui à magnifico quondã
Iaffredo Pazerio præſide Pedemontium ſplẽdidiſſimo. eandem
opi. videtur tenere Guido Papæ. q. 516. verſi. ſi enim propter di-
ctam gratiam. Imo. in conſi. 55. colũ. 2. circa princ. verſi. nec obſt.
etiam prædictis. in conſi. 98. col. 3. verſi. præterea etiam põt dici.
& poſt med. d. colũ. verſi. præterea dicta adiudicatio. in conſi. 99.
in quinto dubio. Geminia. in conſi. 16. col. 2. poſt med. verſi. non
obſt. ꝙ nõ ſit probatum. & idem conſuluit Mathæſila. vt ibi atte-
5 ſtatur Gemin. in ſubſciptione. ¶ Secundò † principaliter arguitur
ſimulatio & fraus, quia illud pactũ de retrouẽdendo nõ fuit pure
& ſimpliciter conceptum, ꝙ liceret venditori intra certum tẽpus
aut quãdocũq; redimere, ſed demũ poſt nouem annos finitos &
infra quindecim dies cõputandos poſt dictos nouẽ annos. & ſic
verba ſunt clara, ꝙ durãtibus nouem annis noluit emptor redẽ-
ptionẽ fieri poſſe, ſi enim cautum eſt, ꝙ fieret redẽptio infra quin
decim dies poſt dictos nouẽ annos, ergo ante ipſos nouẽ annos
redemptio fieri nõ poterat, quia vnius incluſio alterius eſt exclu-
ſio. l. cũ prætor. ff. de iud. l. maritus. C. de procura. & in terminis
4 diuerſa ſcriptura. ¶ Quartò † per actum ſequentē nunquam cenſe
tur a primo receſſum, niſi quatenus de neceſſitate inferatur. arg.
l. 4. §. ſi ea conuentione. ff. de re iud. l. fi. C. de nouatio. l. pcipimus
in fi. C. de appel. per quæ iura ita arguit Bar. in conſ. 72. Ex facto.
col. 5. ¶ Sed præmiſſis non obſtantibus contrarium puto de iure
verius, ꝙ immo debeatur ſumma tātum in nouiſſima ſcriptura
relicta centum librarū ſequentibus fundamentis. ¶ Primò ex illa
regula iuris generali, ꝙ vltima derogant prioribus. l. nihil prohi
bet. ff. de adim. leg. l. pacta nouiſſima. C. de pact. ſed iſta donatio
5 dr̄ vltima ſcriptura, ergo &c. & ſi dicatur, † regula illa procedit
qn̄ inter vltimam & primam ſcripturam eſſet repugnātia, adeo
ꝙ vtraq; ſimul non poſſet ſtare, vt ibi declarant Mod. Ale. in con
ſi. 122. col. 1. poſt med. li. 4. & in conſi. 193. li. 6. quæ repugnantia
hic non videtur conſiderabilis, cum vtraq; ſumma deberi poſ-
ſit. Reſpondeo, ꝙ immo videtur repugnantia & incompatibili-
tas, quia primum legatum fuit conditionale ob cauſam matri-
monij, quod ſolui non debebat niſi collocata legataria in matri
monio, intelligitur ergo factum legatum ſi matrimonium ſecu-
tum ſit. l. itē quia. ff. de pact. l. ex ſtipulatione. ff. de iure dotium. l.
ſancimus. C. de nup. quæ conditio euenit viuente adhuc teſtatri-
ce, iō erat impoſſibile ꝙ hæres teneretur ad ipſum legatum mō
& forma quibus erat relictū. ſ. in diem nuptiarum, vnde cū eue-
nerit conditio viuente teſtatrice, nec ipſa reuocauerit conditio-
nem adiectam ipſi legato, apparet de repugnantia inter legatū
& donationem, ꝙ ſimul ſtare non poſſunt, ꝙ debeatur legatum
in tempus nuptiarū, quæ iam præceſſerunt, & ſic ſub conditio-
ne quæ iam purificata eſt, & quod debeatur ſumma donata illo
6 tpe. ¶ Sed diceret aliquis, licèt conditio fuerit purificata de tem-
pore vitæ teſtatoris, adhuc tamē deberi videtur legatum. l. ſi ita
ſcriptum. §. ſi pater filiæ. ff. de leg. 2. l. ſi iam facta. & l. cum ita le-
gatum. ff. de cond. & dem. reſpondeo ꝙ iſtud procedit quando
conditio iam erat impleta de tempore teſtamenti, & per talem
euentum conditionis legatum non alterabatur, ſed in caſu no-
ſtro conditio non erat impleta de tempore teſtamēti, & ſi debe-
retur legatum eueniente conditione viuente teſtatrice, legati na
tura omnino alteraretur, quia voluit teſtatrix ꝙ hæres ſolueret
magnā legati partē in diem matrimonij, & ſic debitū fuiſſet le-
gatum antequā fuiſſet confirmatum morte teſtatricis & aditio-
7 ne hæreditatis, cum teſtm̄ † demum robur ſumat a morte teſtato
ris c. cum Marthæ. de celeb. miſ. nec ſufficit mors niſi ſequat hæ-
reditatis aditio, qua hæreditate non adita relicta corruunt. l. j. ff.
de iniuſto teſta. l. ſi nemo. ff. de reg. iur. l. eam quam. C. de fideic.
l. 4. §. in nouiſſimo. C. de cadu. tollē. cum ſi.n. ideo cum eueniſſet
conditio nuptiarum aut matrimonij viuente teſtatrice ſub qua
conditione legatum fuerat relictū, & teſtatrix eo caſu ſolū dona
uerit libras centum, ſi intentio ſua fuiſſet ꝙ ēt ſicuti centū debe-
rentur, vtiq; de illis neceſſario mentionē feciſſet. Dixi neceſſario,
quia debebantur ſolū ſcuti centum ſub illa conditione, & mor-
tua demū teſtatrice, ſed euenerat conditio ſub qua ſoluendi erāt
ea viuente, ſed ea viuente legatum non debebatur, iō ſi volebat
ꝙ deberentur ꝯ naturam teſtamenti & legati, neceſſario id fue-
rat declarandum. & ſi voluiſſet eueniente matrimonio, ꝙ ēt ſcu
ti centum deberentur, vtiq; de illis ſciuiſſet exprimere ſicut ex-
preſſit de libris centum. l. vni. §. finantē ad deficientis. C. de cad.
8 toll. c. 2. de tranſl. præla. ¶ Secundò † arguitur ſic, conditio impoſ-
ſibilis quam teſtator reputabat poſſibilē, vitiat legatum. l. ſeruo.
vbi Bar. ff. de cond. indeb. late doc. in l. impoſſibilis. ff. de verbo.
obl. Soc. in l. ſi mihi & tibi. §. j. col. j. ff. de lega. j. & in l. multa. §. 1.
ff. de cond. & demō. modo iſtud legatum ab initio factū erat ſub
conditione poſſibili, quia facile euenire poterat ꝙ legataria nu
beret mortua teſtatrice, & ita cogitabat teſtatrix, iſta cōditio fa
cta fuit impoſſibilis de iure, an legatum, vt dixi, fuit conditiona
le rurſus de iure legatum non debetur viua teſtatrice, itaq; cum
euenerit conditio ſoluendi legati viua teſtatrice, illa conditio fa
cta eſt de iure impoſſibilis, quia ſecundū eā cōditionem præſta
ri debuiſſet legatum viua adhuc teſtatrice ante aditā hæredita-
tem, itaq; cum ſit impoſſibile ꝙ hæres tanquam hæres præſtet
legata viua teſtatrice, nec ipſa voluerit legatū ſolui per hæredē
in vita ipſius teſtatricis, dicendū eſt ea tali impoſſibilitate ſuperue
nienti vitiari legatū cum ab initio non eſſet talis impoſſibilitas,
9 quod fundamentū iudicio meo fortiter ſtringit. Tertiò, † vbi con
trahentes faciūt ſecundū pactū diuerſum a primo, cenſet a pri-
mo receſſum, & ſic inducitur nouatio. Bart. in d. l. item quia. §. fi.
in fi. ff. de pact. & in d. l. pacta nouiſſima. C. de pact. Alex. in conſ.
152. li. 2. & in conſi 28. col. 2. li. 5. Dec. in conſi. 464. col. j. in fi. ſed
iſta ſecunda donatio eſt diuerſa a prima facta in legato tam re-
ſpectu quantitatis ꝙ̄ reſpectu conditionis aut modi in ſoluendo,
ergo &c. & ſi inducitur nouatio in contractu qui dependet a po
teſtate duorum, quanto fortius in legato quod dependet a mera
poteſtate vnius tantum, & ſic facilius tolli & nouari pōt. Quar-
10 tò † iſta quæſtio decidi videtur per text. in terminis in l. libertis
ſuos. ff. de alim. leg. vbi teſtator in teſtamento legauerat certam
quantitatem in ſingulos menſes libertis ſuis nomine alimento-
rum, deinde in codicillis ea eadem cauſa legauit minorem quā-
titatem, dicitur ibi, ꝙ per legatum minoris quantitatis factū in
codicillis cenſetur receſſum a primo & per illum tex. doc. in d. l.
planè. §. j. vbi Iaſ. col. 3. in 4. notab. ff. de leg. j dicunt ꝙ vbi in di
uerſis ſcripturis relinquitur diuerſa quantitas ob eandem cau-
ſam, per vltimum legatum cenſetur receſſum a primo. idem di-
cit gl. in d. l. quinquaginta, alias quingenta. ff. de proba. Sed in ca
ſu noſtro vtraque donatio facta eſt ob eandem cauſam, prima
enim in legato fuit ob cauſam matrimonij, immo conditiona-
lis ſi matrimonium ſequeretur, quæ conditio importat cām fina
lem. Bar. in l. 2. in fi. ff. de dona. l. a Titio. vbi Iaſ. in 2. not. ff. de ver-
bo. obl. ſimiliter ſecunda donatio facta ob cauſam matrimonij,
ideo vltima tantum donatio videtur cōſideranda per illum text.
¶ Quintò prima donatio facta per legatum erat incerta & con-
ditionalis, intantum ꝙ ſi legataria mortua eſſet ante euentū con
ditionis, legatū non tranſmiſiſſet ad hæredes, vt habetur in l. Ti-
tio centum. §. Titio genero. ff. de cōd. & dem. & in d. l. ſancimus,
C. de nup. Secunda aūt donatio fuit certa & pura, quia purifica-
ta conditione & ſecuto matrimonio, donauit ipſa Ancelline cer
tum quid ꝙ omnino ſoluendum eſſet, ideo per iſtum actum pu-
rum & certum, & ſic magis ſpecialem derogatum cenſetur pri-
mo actui incerto & conditionali. reg. generi. de reg. iur. li. 6. Sex-
11 tò † facit quod ſcribit Oldr. in conſi. 203. Factum tale eſt, collata
fuit, in fin. ubi ſi primo conceditur clerico diſpenſatio ſtudendi
per ſeptennium, deinde cōceditur ſecūda vſq; ad quinquenniū,
per ſecūdā diſpenſationē cenſetur receſſum a prima. Ecce ibi ꝙ
in actu dependente a uoluntate unius tm̄, per actum ſequentem
minoris diſpenſationis cenſetur receſſum ab actu præcedēte ma
ioris priuilegij idem & eadem ratione uidetur dicendum in ca-
ſu noſtro, ꝙ per donationem minoris ſummæ cenſeat receſſum
12 a prima maioris ſummæ. ¶ Septimò, † in legato teſtatrix uoluit
ſolutionem fieri quo ad ſcutos quadraginta ſtatim ſecuto matri
monio quæ conditio euenit uiuente adhuc teſtatrice, ſed in do-
natione eſt appoſitum longius tēpus. qa ſolui voluit incipiendo
primā ſolutionē poſt annum a die obitus teſtatricis, ſed quādo
in ſecunda promiſſione apponitur longior terminus facta cēſe-
tur nouatio primæ & a prima receſſum. Bart. in l. pe. ff. de pretor.
ſtip. Alexā. & Moder. in l. qui bis idem. ff. de verbo. obl. ¶ Octauò
13 † ſi intentio donatricis nō fuiſſet a legato recedere, cum legatū

dcberet ſecuto matrimonio,& iſtud iã ſecutũ eſſet, nonne veriſi
mile eſt ꝙ ant ipſa donatrix ſtatim aliquid ſoluiſſet, ant ſaltẽ ſta
tim poſt eius moitẽ aliquid ꝑ hæredẽ ſolui mandaſſet, profecto
nemo ſani capitis aliud cogitare audeat, ergo ex hac veriſimili-
tudine declarari dẽt donatricis volũtas. Alex.10 cõſ.75.col.1.li.
4.facit text.in l.ob carmẽ.§.fi.ff.de teſtib.& in c.in noſtra.eo.tit.
14 Nonò † teſtator in dubio cenſẽ minus grauare hæredẽ q̃ ſit poſ
ſibile.l.Titia.§.qui inuita.ff.de leg.2.l.vnũ ex familia. §.ſi rem.ff.
eo.ti.immo potius tolerat ꝙ legatũ ſit inutile q̃ ꝙ cenſeat teſta-
tor grauare hæredẽ.l.ꝙ in rerũ.§.j.vbi Iaſ.in 1.nota.ff.de leg.1.l.
Mçuius.in prin.in ver.ſanè cõſtitutio principis. ff.de leg.2.Paul.
de Ca.in cõſ.121.Viſa quadã petitione porrecta ꝯ hæredes.col.3.
circa med.ff.de leg.j.Iaſ.in l.ſi tibi homo. col.3.ff.de leg.j.iõ di-
cẽdũ eſt ꝙ teſtatrix fecerit ſecundã donationẽ aĩo degrauandi
hær dẽ,nõ onerãdi.¶ Decimò,vbi circa ꝓmiſſa dubitatio aliqua
conſiderari poſſet,licèt res videatur clariſſima,oĩs dubitatio vr̃
ſublata ꝑ teſtes magiſtri Rolleti Narciæ rei cõuẽti, qui deponũt
dici audiuiſſe ab ipſa donatrice ꝙ mediãte illa ſumma donata
nõ intẽdebat ipſam donatariã aliquid ꝓterea cõſequi poſſe ex te
ſtõ ipſius donatricis,& cũ ſolũ agaĩ de declarãdo voluntatẽ do-
natricis quo aĩo feceri ſecundã donationẽ, an aĩo nouãdi lega-
tũ,aut multiplicãdi donationẽ,ſufficere videnẽ duo teſtes, iuxta
no.ꝑ Bal.in l.2.ff.de vulg.& in l.hæredes palã.§.1.ff.de teſta. Cy.
in l.j.C.de codicil.Soc.in l.j.col.5 t.ver.tertio limitat hic Bart.ff.
de vulg.Bal.& Alex.& doc.in l.quãuis.col.j.C.de impub.& alle-
gatũ eſt per dñm cõſulentẽ,bene fateor ꝙ ceſſante ſecũda dona
tione ſi ageret de probando reuocationẽ legati,plures teſtes eſ-
ſent neceſſarij,ſed de hoc nõ agiẽ, ſed tñ de interpretãdo volun
tatẽ teſtatoris quo aĩo fecerit ſecundã donationẽ. ¶Nõ obſtant
mõ allegata in contrariũ,quia ex ꝓmiſſis ſatis rñſum apparet,tñ
ad maiorẽ declarationẽ rñdeo in ſpẽ. Itaq; nõ obſt. pꝛimũ fun-
damentũ ꝙ debitor voluntarius nõ cenſet donare aĩo cõpenſan
di,quia iſtud nõ procedit ſtante repugnantia & incõpatibilitate
inter vnũ debitũ & alterũ per ea q̃ dixi ſupra in primo fundamẽ
to in fauorẽ rei.Scdò rñdeo ꝙ argm̃ procedit niſi aliud ex conie
cturis appareat,vt hr̃ in l.hmõi.§.cũ pater.& in d.authẽ.ꝓterea,
coniecturæ aũt multæ in præcedentibus fuerũt enumeratæ.Ter-
tiò rñdeo ꝙ hic nõ agitur de cõpenſatione, ſed an per ſecũdam
donationẽ receſſum fuerit a prima, & ſupra late probatũ eſt ꝙ
ſic.¶ Ad ſcm̃ rñdeo,ꝙ immo præſumitur facta nouatio legati,cũ
in ſecũda donatione ſit longior terminus ſolutionis, & ſit facta
ob eandẽ cauſam ob quã facta erat prima donatio titulo legati,
rurſus cũ ſit repugnãtia inter vnã & alterã de qua ſupra, ꝓterea
probatur nouatio ex declaratione donatricis probata ꝑ teſtes,
vt ſupra.Præterea,vbi nouatio facta nõ eſſet,prout eſt,aliunde vi
tiaẽ legatũ ex impoſſibilitate ſupra cõſiderata. ¶Ad tertium rñ-
deo ꝙ immo vtraq; ſumma nõ debeẽ qñ vtraq; donatio ſit ob eã
dẽ cauſam,& qñ per ſecundã nouatur prima,prout hic,vt ſupra
oſtẽdimus.Ad quartũ rñdeo,ꝙ immo hic adeſt neceſſitas vt re-
cedatur a legato rõne repugnãtiæ de qua ſupra, & quia cum ſe-
cunda donatio facta,ob eandẽ cauſam, neceſſario conſumptus
eſt primus actus,& ſic ab eo cẽſetur receſſum. Præterea ſatis eſt
ꝙ appareat de voluntate diſponentis, ꝙ per ſcm̃ actum voluerit
a primo recedere per ſupradicta, contrarium.n.procedit vbi ſu
mus in caſu dubio,ſecus vbi claro, clarus autem dr̃ caſus per iu
ris præſumptiones ſupra commemoratas. l.licèt Imperator. ff.
de leg.j.vbi doc.gl.in l.ſi tutor petitus.C.de peric.tuto.¶Ex qui-
bus concludo Summam tantum deberi in ſecũda donatione ex
preſſam ſaluo ſaniori iudicio. Grationopo.25.April.1541.& ita
fuit iudicatum per eg.d.Antonium Galliani iudicem Grationo-
poli egregijs dominis Petro Ponati, Petro Bucbicher & Ioanne
Forneti aſſeſſoribus.Aymo Crauet.de Sauil.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum tenetur obijciens alicui crimen poſt reſtitutionem a principe factam, idem in eo qui vitiat aliquem tanquam excommunicatum poſt abſolutionem.*
Reſtitutio principis purgat omnem maculam, ideo bannitus reſtitutus perdit nomen banniti, ſimiliter notarius condemnatus de falſo & reſtitutus a principe poteſt inſtrumenta cõficere, immo amplius per reſtitutionem reconualeſcunt inſtrumenta recepta ante reſtitutionem.ibi.nu.1.
2 *Honoris cauſa æquiparatur cauſæ vitæ, quod pulchre hic exornatur.*
3 *Iniuria committitur per verba infamatoria, etiã vera, quãdo reipublicæ non intereſt illa detegi aut pronunciari.*
4 *Ignorantia non excuſat vbi inueſtigare quis tenetur.*
Toleratio banniti facit quod bannitus toleratus impune offendi non poteſt, ſtante ſtatuto quod bannitus impune offendi poſſit.ibi.nu.4.
5 *Scientia præſumitur ex qualitate facti quando eſt tale factum quod ſolet in notitiam deuenire.*
Scientia præſumitur in hærede de facto defuncti arduo. ibid. num.5.
6 *Scientia præſumitur inter ſocios ratione conuerſationis.*
Scire præſumitur quis ea quæ fiunt in loco quem ſolitus eſt frequentare.ibi.nu.6.
Scientia præſumitur inter cõpatriotas, id eſt, præſumitur quis ſcire conditionem ſui compatriotæ.ibi.nu.61.
7 *Procurator principis indebite aliquem vexans tenetur iniuriarum.& nu.10.*
8 *Regulam iuris pro ſe habere ſatis eſt.& allegans exceptionem a regula, tenetur eam probare.*
Dignitas non excuſat delictum, ſed auget.ibi.nu.8.
9 *Generale mandatum principis aut priuati illicita non comprehendit.*
Princeps præſumitur iuſtitia plenus, & vult princeps quod iura ſua volunt, nec poteſt princeps impune permittere aliquid turpe.ibi.nu.9.
10 *Fiſcus non eſt priuilegiatus niſi quatenus dicitur.*
Iniuria commiſſa contra doctorem efficitur grauior, & punitur lege Iulia de vi publica.ibi.nu.10.
Senator dicitur perſona Illuſtris, & Senatus Imperatori æquiparatur.ibi.nu.10.
11 *Iniuria commiſſa in iudicio grauior dicitur.*
Iniuria dicitur grauior quæ committitur per ſocium, compatrem, aut fratrem.ibi.nu.11.

CONSILIVM CLXVIII.

¶Pulchra de aduocato aut procuratore fiſci, an teneatur actione iniuriarum ſi crimen aliquod calumnioſe opponat.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. De duo-
bus principaliter videndum eſt in præſenti con
ſultatione. Primum, an obijciens alicui crimen
de quo princeps gratiam fecit,teneatur actione
iniuriarum. Secundum, ſi procurator principis
aut fiſci indebite aliquẽ vexauerit,an condẽna-
a ri poſſit actione iniuriarũ.Circa † primũ dubiũ breuiter puto cõ
cludendũ cõpetere actionẽ iniuriarũ,quia poſt gratiam aut reſti
tutionẽ factã a principe oĩs infamia & macula abolet̃r,iõ ban
nitus reſtitutus perdit nomen banniti, & eligi poteſt ad officia
ſicut alius nõ bannitus.Bal.in l.imperialis.§.fi.C.de nup.hinc vi
demus ꝙ notarius condẽnatus de falſo, & reſtitutus a principe
põt inſtrumenta conficere.Bal.in conſ.350. Proponitur ꝙ quidã
clericus.li.j.& in conſi.172.eo quo. lib.4.quinimmo reconualeſ-
ſcunt inſtrumenta recepta ante reſtitutionem.Anch.in cõſi.287.
Iſte B.de Garyario ad fi. ideo cũ tale crimen dicatur extinctum
per gratiã principis,amplius obijci non potuit.l.qui res.,§.area.
ff.de ſolut.& hoc in terminis vr̃ probari ex cõi,immo indubita-
ta cõcluſione doc.ſtante ſtatuto ꝙ bannitus impune offendi poſ
ſit,tale ſtatutum non habet locum banno ſublato & bannito re
ſtituto per gratiã principis, vt habetur in l.genero. ff.de infam.
& in l.fin. ff.de adulter. Sed magis in terminis facit quod ſcribit
Rom.in conſi.387.In terminis.vbi ꝙ vitans aliquem tanquã ex-
cõicatum poſtquam ab ipſa excõicatione abſolutus eſt, tenetur
actione iniuriarum. Amplius ſi offendens criminoſum habentẽ
ſaluũ conductũ a principe ad tẽpus,tenetur crimine læſæ maie-
ſtatis.l.1.in prin.ibi,aduerſus ſecuritatẽ.ff.ad leg.Iul.maie.quan
to magis teneri debet iſto crimine vtens non cõtra ſaluũ condu
ctum, ſed totalẽ remiſſionem & extinctionem ipſius principis.
Et ſi criminoſus a principe reſtitutus offendi nõ põt in perſona
nec in bonis,quãto magis offendi nõ debet circa famã & hono-
3 rem.Cauſa † enim honoris æquiparaẽ cauſę vitę,& perditio ho-

noris

noris morti eſt ſimilis.l.iſti quidē,in fi.ff.ꝙ met.cau.l.iuſta.ff.de
manumiſ.vind.l.quiſquis.C.de poſtul.iō amiſſio honoris a mali
tia ſolut.l.ait prætor.§.ignominiæ.ff.de infam.nec honore amiſ
ſo ciuitatē Romanā ingredi licet.l.ſed & milites.§.ignominia.
ff.de excuſa.tut. ob id delectari debemus in odore bonæ famæ.
c.licèt in beato Petro.de accuſa.& dicit eccleſia.c.41.curā habe
de bono noīe,quia magis præſeruabit tibi q̄ mille theſauri ma-
gni precioſi.refert Old.in conſi.93.Magiſter ordinis.col.2.circa
med.immo diuinitus eligibilius eſt mori q̄ vilipendi, vnde Apo
ſtolus Expedit magis mori q̄ vt gloriā meā quis euacuet. refert
Bal.in conſ.312.Viſis actis.col.j.in fi.li.4.& in conſi.282.In q̄ōne
M.col.2.li.5.vnde alibi dī ꝙ famā ſuā negligens crudelis eſt.ca.
nolo.12.q.1.Nec ab re curādum eſt de iſta bona fama, videmus
enim ꝙ vbi ſunt indicia ꝙ aliquē ad torturam,illa purgantur ex
iſta bona fama.Bar.in l.j.§.pe.per illū tex.ff.de re milita.Bald.in
l.fi.col.fi C.de proba.& in conſi.410.In cā & q̄ōne Antonii.col.
2.poſt me.ver.& multum prodeſt.li.2.cum ſim. Ideo grauius ne
gocium dī in quo agitur de fama hominis.c.ex marito.& c.dete
3 riores.6.q.j.Guid.Pap.q.429.col.fi.¶Secundò principaliter cō-
miſſa fuit iniuria,& iniuriarum actione agi pōt, quia de iure nō
permittitur,vt alicui obijciatur aliquod verbum tendens ad in-
famiā,licèt illud verū ſit qñ reipublicæ nō intereſt, vt illud dete-
gatur.Old.in conſ.53.Cōſueuit dubitari.late Roma. in conſ.96.
Super eo.Bologn.in addit.ad conſilia Io.de Ana. in conſ.44.Sed
in caſu de quo agitur nullo mō reipublicæ intereſt crimen obie
ctum detegi , vt illud puniretur cū principis gratia remiſſum &
extinctū eſſet.¶Tertiò iniuria dī quicquid nō iure fit.l.j.in princ.
ff.de iniur.ſed de iure cauſæ & lites ſemel extinctæ amplius ſuſci
tari nō debent.l.cauſas.C.de tranſac.itaq; poſt extinctū crimen
principis remiſſione, illud circa iniuriā de nouo ſuſcitari nō po
4 tuit.¶Non obſtat † ſi dicatur, ꝙ procurator principis talē gratiā
& remiſſionē ignorabat,quia rñdeo, ꝙ talis ignorantia non eſt
probabilis nec veriſimilis , ex quo ipſe reus poſt crimen prædi-
ctum longo tpe verſatus fuit in curia principis ſequēdo eius Se-
natū ampliſſimū tanquā aduocatus & patronus cauſarū, & de-
inde gerēdo dignitatē ſenatoriā,quæ officia & dignitates crimi
noſis non permittuntur.l.2.C.de digna.li.12. iō cum reus in tali
bus officio & dignitate publice verſaretur, facile cogitare po-
terat principis procurator non auſum fuiſſe ipſum reum ita ver-
ſari crimine prius nō extincto, ob id debebat procurator principis inueſtigare,an ipſe reus criminis vinculo ſolutus eſſet.c.pe.
vbi Abb.de reg.iur.gl.in c.innotuit.in ver.ignorātia. de elec.Pro
hoc quod ſcribit Sal.in l.nulli.C.de iud.vbi ꝙ non eſt licitum of-
fendere bannitū toleratum in ciuitate.ſequitur Alex.in l.fi.ff.de
adulter.& in cōſi.j.col.fi.li.2.Hipp.in prac.cau. cri.§.aggredior.
nu.28.eodem mō cum reus eſſet toleratus in officijs & dignita-
tibus publicis, non licitū fuit honorē eius vulnerare ſub colore
prætenſæ ignorantiæ , ſed prius inquirendū erat q̄ō & qualiter
ita eſſet toleratus . Et in terminis de tali inueſtigatione ꝙ ſit ne-
ceſſaria,tradit Bar.in l.nō ſolū.§.morte.col.9.verſ.an aūt punie-
tur.ff.de ope.no.nunc,Lucas de Penna in l.2.col.4.in fi.C.de de-
lator.li.10.licèt Bar.nō alleget. Nam in duobus principaliter te-
netur quis inueſtigare, nec excuſatur ob ignorantiā,primus ca-
ſus eſt qñ ex tali ignorantia tertius læditur,puta qñ citatio alicu
ius eſt neceſſaria, nam inquiri debet de perſona citādi nec omit
tens citationem excuſatur ꝙ ignorauerit perſonā citandi . l.me-
minerit.C.vnde vi.Bal.in l.fi.in 3.q.C.de edic diu. Adr.toll.Alex.
in conſ.5.col.j.li.5.Secundus caſus eſt in eo,qui id agit vt ſibi ac
quirat,prout in l.qui cum alio.ff.de reg. iur.Pau.de Ca.in conſil.
199.licèt iſta ſit q̄ō.col.fin.lib.j.modò nos ſumus in primo caſu,
quia agebatur de præiudicio tertij iniuriam paſſi,& ſic de dam
no grauiore atq; ſi actum eſſet de damno pecuniario. Ergo an-
tequā læderetur tertius in famę & honoris cauſa,neceſſaria erat
5 inueſtigatio.¶Secundò † rñdeo ꝙ ſcientia præſumitur ex qualita
te facti,qñ eſt tale factum quod ſolet in notitiā deuenire.c.quan
to.de tranſla.præl.c.illud.de clerico excō.iō dicit Abb. in conſil.
3.q.16.li.2.ꝙ hæres præſumitur habere notitiam de facto defun
cti arduo.Et ita ſcientiā ex qualitate facti,arguit Corn.in conſil.
268.col.2.ad fi.li.4.Sed qñ poſt crimē verſatur quis in curia prin
cipis & dignitatem aſſequitur , cōiter non ignoratur iſtud fieri
6 non poſſe ſine remiſſione criminis.¶Tertiò † rñdeo, ꝙ ante accu
ſationē reus & actor erant ſocij ſoliti inuicem conuerſari, cuius
conuerſationis rōne præſumitur ſcientia; iuxta no.in c.poſtquā.
de elec.Bal.in conſi.295.Petrus Lombardi.col.j.li.3.Cor.in con
ſi.340.col.pe.li.j.Dec.in conſi.583.col.1.ad fin. ſicut etiam dī ꝙ
præſumitur quis ſcire, quæ fiunt in loco,quē ſolitus eſt frequen-
tare.l.fi.ff.de decre.ab ordi.faci.Pau.de Ca.in conſi.424. Ad pri
mum quæſitum rñdetur ꝙ ſtatutum.col.2.li.2.Alex.in conſi.81.
col.2.poſt med.li.4.Fortius ſcribit Bal.in conſi.338. Primò alle-
gatur.li.4.ꝙ præſumitur ſcientia inter cōpatrinitas.i.pſumit quis
ſcire conditionē ſui cōpatriotę, & cū in eadē ciuitate multi ſunt
qui ſeipſos inuicem frequentare nō cōſueuerunt, quanto magis
igitur pſumi dēt ſcientia inter eos qui inuicē ſimul ſoliti erāt cō
uerſari.Præterea ēt poſt habitā etre notitiā de gratia dī nō fuiſ-
7 ſe temperatū ab iniuria,iō res vī clariſſima.Venio † ad ſecūdum
dubiū , an procurator principis indebite aliquē vexans teneatur
actione iniuriarū, ubi de iniuria apparet ex actis,uideret dicen-
dū ꝙ nō,quaſi procurator excuſet ex neceſſitate officij,quod ne
mini dānoſum eſſe dēt.l ſi quis ex ſignatoribus.ff.quemad.teſta.
aper.l.poſt legatum.§.aduocatū.& l tutorē.ff.de his quib. vt in-
dig & l.eū quidā.C.de admi.tut.& quia aliquid ſpecialitatis eſſe
debet in fiſci patrono , per ea quę de priuilegijs fiſci habētur in
tit.C.de priui.fiſci. ¶Sed pmiſſis non obſtātibus ꝯrium puto de
iure uerius & pro fundamento conſidero ꝙ reus habet præſum-
ptionē iuris pro ſe ꝙ nullū delictū impunitū eſſe dēt, immo rei-
publicæ intereſt ut delicta puniantur.l.ita uulneratus.in fin ff.ad
8 leg.Aquil.ideo † cum reus habeat regulā & præſumptionē iuris
pro ſe , pars aduerſa ſi uelit allegare ſe eſſe exemptā & exceptā
ab iſta regula,tenet probare ſuā exceptionem.Bar.in l.quotiens.
ff.ſi quis cautio.& l.2.in prin.col.j.ff.ſi quis in ius uoc.non ierit.
Regulæ.n.iuris tenaciter ſunt obſeruādę niſi in ꝯrium appareat
exceptio uel diſpoſitio ſpecialis.Roma.in conſi.522. Circa pri-
mū.col.4.Iaſ.in l.dedi.§.j.col.pe.poſt med. ff.de cōd.ob cauſ. &
in l.fi.col.3.C.de teſta. ſed pars aduerſa nunquā probare poterit
ꝙ regula iuris punitiua delictorū & iniuriarum nō procedat in
procuratore fiſci,& ꝙ dignitas fiſcalis excuſet a crimine, immo
de iure probat totū ꝯriū,ꝙ dignitas nihil releuat in delictis, im
mo p ipſum delictū perditur dignitas, cū reatus oēm honorē ex
cludat.l.j.C.ubi ſena.uel clar.l.ſed ſi hac . ff.de in ius uoc.l.ſena-
toris filia.ff.de rit.nup.l.2.§.miles.ff.de infam.c.ex tenore.de tē-
po.ord.c.iuxt.de pœn.Amplius dico, ꝙ ex dignitate delinquētis
delictum efficit grauius,& grauius puniri dēt. c.j.§.iudices.ubi
Bal.de pace iura.fir.Calc.in conſ.j.col.it.circa med. Et facit di-
ctū Satyrici , Omne animi uitiū tāto cōſpectius in ſe crimē hēt,
quāto maior qui peccat hī.bonus tex.in l.presbyteri, in fi.C.de
epiſ.& cle.immo nec minor ætas releuat in delictis.l.auxilium.
in fi.ff.de mino.¶Non obſtāt modo allegata in ꝯriū, quia rñdeo
ꝙ procurator principis iniuriā cōmittens nullo mō excuſari po
9 teſt ex aliqua neceſſitate officij,quia † in generali mādato quod
hēt a principe,nūquā uenit aliquod illicitū.l.j. ff.de his qui ſunt
ſui uel alie.iuris.l.ſi procurator.ff.de cōdi.indeb.c.j.de iureiu.li.
6.in quibus iuribus probat ꝙ ēt diſpoſitio gnālis priuatorū non
cōprehendit illicita ſeu q̄ rōni cōſona nō ſunt, quāto fortius idē
dicēdū eſt in gnāli mādato principis , cuius actus dēt eſſe ab oī
malitia & diminutione alienus.§.illud.in auth.de conſt.q̄ de di
gnitate.Bal.in conſ.24.Ius abbatialis.lib.2.princeps.n.præſumit
iuſtitiæ plenus,nec tertio unquā intendit derogare.l.2.§.merito.
ff.ne qd in loco publ.l.ex facto.in prin.ff.de uulga. Et uult prin-
ceps quod iura ſua uolūt.§.oēs.in auth.de iud.Bar. & Ange.in l.
Antiochēſiū.ff.de his q̄ in frau.cred.Calc.in cōſ.2.in fi. Alibi ſcri
bit Bal.in conſi.134 Copioſe.lib.3.ꝙ princeps ſemper præſumit
ſcribere ſalua iuſtitia al orſi, & ſi princeps generaliter cōfirmat
ſtatuta nō cenſetur confirmare ea vnde non iura,ſed iniuriæ na-
ſcerent,ſeu p q̄ occaſio aut materia daret delinquendi.¶Alibi ēt
fortius ſcribit idē Bal. in conſ.365.Ad euidentiā pmittedum eſt
ꝙ iuriſdictio. li.5.quod princeps nō pōt permittere impune ali-
qd turpe,puta ꝙ qs impune delinquat ſi princeps expreſſe man
dare nō pōt aliqđ illicitū, quāto minus tacite cenſendū nō eſt ꝙ
in generali ſuo mādato illicitū aliquod cōprehēdat.l.qui ad cer-
tum.ff.loca.ideo dicere nō pōt procurator principis, ꝙ coactus
fuerit ita iniuriari ex neceſſitate ſui officij , immo ex officij ſui
debito abſtinere debebat ab oi iniuria & petulātia verborū , vt
cæteri exēplo ſuo moniti ab huiuſmodi iniurijs diſcerēt abſtine
re . ¶Nō obſt.quod dicitur de priuilegio fiſci, quia vt ſupra dixi,
10 fiſcus neminem vult priuilegiare in delictis.Secundo † rñdeo ꝙ
in fiſco nihil eſt ſpeciale niſi expreſſe dicatur.l.item ueniūt.§.pri
die.ff.de petitio.hæredi. glo.j.in l.1.ff.eo.tit. immo quandoq; fi-
ſcus eſt deterioris conditionis ꝙ priuatus, ut probatur in l.ii le-
gatus,in prin.ff.ad Trebel.not.Iaſ.in §.ſi quis agens.col.fi.Inſt.de
de acti.Præterea,ſi quæſtio eſt de priuilegio,dico ꝙ reus eſt in a-

gis priuilegiatus,quia conſiliarius principis,iõ priuilegiatus nõ vtit̃ priuilegio ꝯ priuilegiatũ, vt hr̃ in auth. quas actiones. C.de ſacroſ.eccl. Et in terminis terminãtibus ꝙ aduocatus aut procurator fiſci calũnians in iudicio puniri debeat, eſt text.in l.3.C.de adunca.fiſci.ſi punit̃ procurator fiſci pro ſimplici calũnia,a fortiori pro crimine iniuriarũ,maxime quia commiſſa eſt iniuria ꝯ doctoré,q̃ iniuria punit̃ lege Iulia.de vi publica. Guid. Papæ.q. 88.& ꝙ delictũ cõmiſſum in doctoré dicatur grauius,tradit Soci.in conſi.257.col.4.ver.2.quia fuit commiſſum. lib.2.ſed vltra doctoratũ concurrit dignitas ſenatoria,quæ maxima eſt,nam ſenator dr̃ illuſtris perſona,& eſt de magnis iudicibus.Spec.in tit. de iuriſ.om.iud.ver.magni.Et ſenatus ipſe Imperatori æquiparatur.l.quominus.vbi Iaſ.in 2.notab.ff.de flumi.l.j.§.de qua aũt.ff.
11 de poſtulã.Dr̃ tñ̃ grauior iſta iniuria,quia commiſſa in iudicio. Ancha.in cõſ.325. Super primo dubio ſubtiliter.Ruſus dr̃ grauior,q̃a cõmiſſa p procuratoré principis exiſtẽté de corpore ipſius ſenatus, & ſic qui erat tanquã ſocius & frater ipſius rei. Ita grauitaté iniuriæ cõſiderat Bal.in l.cũ oportet.col.fi.C.de bonis q̃ lib. Hipp.in l.diuus Adrianus ff.de parricid. alibi ſcribit Io.de Ana.in conſ.44.in fi.ꝙ iniuria dr̃ atrox, quã quis patit̃ a cõpatre ſuo. Ex quibus cõcludo procuratoré principis teneri iniuriarũ, & a fortiori condẽnari in expenſis q̃ñ calumniæ conuincit̃. Gration.18.Aprilis.1542.Aymo Crauet.de Saulia.Iuriſc.

S V M M A R I V M.

1 *Compater dicitur teſtis idoneus & omni exceptione maior, etiã in cauſa matrimonali.*

2 *Matrimonium probari debet per teſtes omni exceptione maiores,quia dicitur cauſa grauis.*

3 *Teſti clerico magis creditur quàm laico,& tantum valet teſtimonium quatuor clericorum quantum ſex laicorum.*

4 *Identitas perſonarum probari debet per nomen & cognomen.*

5 *Ebrietas non repellit a teſtimonio niſi eſſet teſtis ebrius de tempore teſtimonij.*

Ludus an repellat a teſtimonio.ibid.nu.5.

CONSILIVM CLXIX.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Opponit̃
5 tꝯ teſtes Laurẽtiæ Biſnttæ ciuis Grationnpoli videlicet ꝯ venerabilẽ dñm Gregoriũ Lamãdi pſ̃byterũ eccleſiæ cathedralis dictę ciuitatis,ꝙ eſt cõpater dictæ Lausentiæ,& ꝯ claudiã Gillæ filiã Petri opponit̃ de ebrietate. Quærit̃ an tales oppoſitiones de iure procedãt.Breuiter puto ꝙ nõ, & ꝙ dicti duo teſtes dicant̃ oĩ exceptione maiores.& quò ad primũ conſiderãdũ eſt,ꝙ regulariter quilibet admittit̃ ad teſtimoniũ niſi expreſſe reperiatur prohibitus.l.j.in fi.ff.de teſti.ſed cõpater nõ reperitur expreſſe prohibitus, ergo dr̃ teſtis idoneus. Et in terminis ita tradũt Rom.& Alex.in l.gñaliter.ff.de in ius voc.Bal.& Saly. in l.parẽtes.C.de teſti.Alex.in conſ.42.ante fi.verſic.nec obſtat ꝙ vnus ipſorũ teſtiũ.li.3.Iaſ.in l.apertiſſimi.col.2.verſi. tñ aduerte. C.de iudi.& in §.pœnales col.10.ver.per prædicta dixit, Inſt.de act.Addo Bar.in conſi.92.In q̃one vertẽte inter d.Simoné.col.3. ver.nec obſt.ꝙ ipſe eſt ſanctolus.& ver.præterea ſunt aliqui.Amplius voluit Veronenſis in conſ.5.col.3.ꝙ cõpater dr̃ idoneus in
2 cã matrimoniali,&† tñ cã matrimonij dr̃ cauſa grauis.Abba.in c.ſi pro debilitate,in vltimo notab.de offi.dele.iõ in probatione matrimonij teſtes requirunt̃ omni exceptione maiores.c.j.cum gl.de conſang.& affi.ca.inſuper.qui matri.accu.poſ.Veronenſis in conſi.5.col.j.& col.6.ver.quarta præſumptio.Itaq; ſi admittitur teſtis cõpater in cauſa matrimoniali, quanto magis admitti dẽt in cauſa de qua agitur 50.florenorum, quæ dr̃ modici præiudicij reſpectu cauſæ matrimonialis.& vltra p̃dicta allego Corn. conſi.61.col.3.poſt med.ver.oſtenſo itaq;.lib.3.vbi ꝙ cõpater dr̃
3 teſtis omni exceptione maior.¶ Cõcurrit† ẽt ꝙ iſte teſtis eſt preſbyter,cuius presbyteratus rõne magis ei credi debet. glo.in ca. monachus.in verbo compendia.77.diſt.vbi ꝙ tm̃ valet teſtimoniũ quatuor clericorũ,quantũ ſex laicorũ,ſequitur Soc.in conſi. 28.col.3.circa prin.li.3.Dec.in c.ex literis,col.2.in fi.verſic.qđ tñ Arc.dixit.de proba.& in conſ.109.ante fi.ver.nõ obſtat ꝙ abſoluat̃.Et ꝙ teſti clerico magis credat̃,tradit Alex.in conſ.43.col.5. in fi.ver.& præſertim in caſu noſtro.lib.7.Iaſ.in l.j.in prin.col.8. ver.3.principaliter quærit Bar.ff.de vulg.Pau.de Ca.in conſ.143.

Viſo proceſſu & atteſtationibus.col.fi.ver.dictũ ergo huius religioſi.li.2.igitur ſi probat teſtis compater laicus,a fortiori cõpater ſacerdos,adeo quòd negari non poteſt iſtum teſtem omni eſſe exceptione maiorem.¶ Non obſt.oppoſitio ebrietatis,quia de ea ſolum deponit vnus teſtis,ſed vnæ vnius vox nullius. l.vbi numerus.ff.de teſti.l.iuriſiurandi.C.eo.ti.maxime,vbi agitur de re
4 probando teſtem.arg.l.fin.C.de probat. ¶ Secundò† reſpondeo, quòd iſte teſtis neſcit de cognomine dictæ Claudiæ Gillæ contra quàm opponitur ebrietas,ideo nõ probatur ꝙ mulier de cuius ebrietate deponit iſte teſtis,ſit illa quæ fuit examinata pro ipſa Laurentia Biſnttæ, & clarum eſt in iure ꝙ probari debet identitas perſonarum per nomen & cognomen, vt habetur in l.demonſtratio falſa.ff.de condi.& dem.Dec.in conſi.36.col.3.verſ. nec obſt.ꝙ talis.in conſi.105.col.2.verſ.vnde vt excludatur talis præſumptio.in conſi.163.col.9.in fi.ver.accedit etiam,quia non videntur teſtes deponere.& in conſi.210.colu.3.in 2.dubio.& ꝙ non probetur identitas perſonæ ex ſola nominatione nominis proprij clare tradit Corn.in conſi.146.col.2.poſt med.verſi.nec
5 probatur identitas.li.3.¶ Tertiò† reſpondeo ꝙ ebrietas non videtur repellere a teſtimonio niſi probetur ꝙ teſtis eſſet ebrius de tempore teſtimonij,vt ſentire videntur Bal. & doc.in c.j.in fi.de teſtibus.Rip.in l.ſi.q.2 2.C.de reuocan.dona.& quod ſcribit Deci.in conſi.163.col.8.ver.quarto non deponit.vbi ꝙ non repellitur teſtis propter ludum niſi probetur ꝙ eſſet luſor de tempore teſtimonij.& de ludo ꝙ repellat a teſtimonio no. Fede.de Senis in conſi.an.Veritatis.col.2.ante med.ver.item probatum eſt,vbi ꝙ hoc maxime procedit vbi agitur de crimine puniendo. Quarto rñdeo,poſito & non conceſſo, teſtimonium iſtius mulieris vitio aliquo laborare poſſet, eius tamen defectus ſuppleretur per alterum teſtem presbyterum omni exceptione maiorem, per ea quæ habentur in l.prætor.§.cogentur.ff.de edendo.& in ca.licèt cauſam,de proba. ¶ Ex quibus concludo ſolutionem allegatam per ipſam Laurentiam Biſottæ ad plenum fuiſſe iuſtificatam ſaluo ſaniori iudicio.Grationop.3.Maij.1542.Aymo Crauet.

S V M M A R I V M.

1 *Canonicatus ſine præbenda an conferatur, & nu.10.*

2 *Generalis prouiſio non cõprehendit,quod in ſpecie prohibetur.*

3 *Collatio beneficiorum ad capitulũ nõ pertinet,ſed ad epiſcopũ.*

Odioſum dicitur quicquid recedit a iure commun,ibid.nu.3.

4 *Conſuetudo contra ius commune reſtringi debet.*

5 *Præbenda dicitur acceſſoria & cõnexa ad canonicatum, ideo præbenda ſola ſine canonicatu adimi non poteſt.*

6 *Indiuiduum quid dicitur ex mente diſponentis, licèt alias de ſui natura diuidi poſſit.*

7 *Capitulum non poteſt mutare.nec alterare formam eccleſiæ antiquitus conſtitutam.*

Antiquitas pro lege habetur.ibi.num.7.

8 *Conditione deficiente habetur actus acſi nunquã factus eſſet.*

Diſpoſitio deueniens ad eum cauſam a quo incipere nõ põt, vitiatur, quando actus plene conſummatus non erat, ibi.nu.8.

9 *Obligatus aliquid facere vel non facere,tenetur cauere, ne detur materia aut occaſio quod illud non fiat vel fiat.*

Prohibitus alienare, non poteſt aliquid facere per quod occaſio detur alienandi,ibi.nu.9.

11. *Culpa imputatur nõ cogitanti, quod de facili euenire poterat.*

Iuramentum an vitiet actum geſtum contra ipſum iuramentum ibi.nu.11.

Nullum dicitur quicquid fit contra ſtatutum.ibi.nu.1.

CONSILIVM CLXX.

¶Pro venerabili domino Franciſco Garcini cõtra venerabilem dominum Arthus Bernardi.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Proponitur in facto ꝙ in eccleſia Cathedrali Ebredunẽ ſunt tot canonicatus, quot præbendæ. Ruſus ꝙ ex illis præbendis ſex ſunt presbyterales, quas obtinentes obligãtur celebrare quotidie ad formam ſtatuti dictæ Eccleſiæ,quod ſingulis annis

iurant

ſuetant obſeruare deinde ꝙ vacauit vnus canonicatus habēs prę
bendam presbyteralem per obitum venerabilis domini Arduy
ni Meſſyrelli, qui canonicatus dicitur collatus domino Arthus
Bernardi ætatis annorum 19. cum præbenda dimittenda per vl-
timum optantem, qui prouiſus adeptus eſt poſſeſſionem dicti
canonicatus. Poſtea proceſſerunt canonici ad optationes præbē
darum, ſed qui vltimo loco optauit, dimiſit præbendam presby
teralem cuius incapax eſt dictus Arthus. Quod videns venerabi
lis dn̄s Franciſcus Garcini impetrauit dictum canonicatum cū
præbenda presbyterali a reuerēdiſ. domino Legato Auenionis.
qua impetratione facta adhuc proceſſum fuit ad optationes, ſed
tn̄ qui poſt impetrationem optauit, præbendam etiam ſacerdo
talem dimiſit, ita ꝙ prouiſus a capitulo remanet ſine præbenda.
Quæritur vtra collatio ſit potior capituli, an legati? ¶ Videretur
dicendum prima fronte collationem capituli præualere. Præſup
ponitur enim in facto ꝙ poteſtatem habeat conferendi canoni-
2 catus & præbendas, quo præſuppoſito, † non eſt dubium in iu-
re ꝙ ſolus canonicatus ſine præbenda conferri poteſt. c. cum M.
vbi ſcrib. de conſti. c. dilectus. & c. relatum. de præb. cum ſimi. iō
licèt præbenda vltimo dimiſſa ſit ſacerdotalis, & eam prorſus
capere non poſſit, tn̄ ſatis eſt ꝙ capax ſit canonicatus cuius col
latio non vitiatur per illam collationem præbendæ per vltimū
optantem dimittendæ, quia vbi ſumus in diuiduis aut ſeparabili
bus vtile non vitiatur per inutile l. j. §. ſed & ſi mihi. vbi docto. ff.
de verb. obl. reg. vtile. de reg. iur. li. 6. ob id ſolum teneretur capi
tulum aliter prouidere de præbenda ipſi prouiſo cum ſit inca-
pax vltimo dimiſſæ, vt hr̄ in d. c. dilectus, & c. relatum. ¶ Secūdò
capitulū cōferendo p̄bendā p vltimū optātem dimittendā non
cenſetur intellexiſſe de præbēda ſacerdotali, cū illud eſſet prohi
bitū per ſtatutum iuratum, ſed de alia p̄benda cuius prouiſus ca
pax eſſet, quia † in generali prouiſione nunquā venit quod in ſpē
prohibetur. l. quāquam. ff. de rit. nup. l. ſi pater. ff. de his q̄ in frau.
cred. l. Lucius. §. pen. ff. ad municip. gl. in l. j. ff. de offi. eius. in glo.
quæ incipit nota argm̄ triplex. c. a nobis, vbi Abb. in 3. no. de ſen.
exc. ideo per talem collationem præbendæ per vltimum optan-
tem dimittendæ non vr̄ capitulum periurium aliquod incurriſ-
ſe. ¶ Tertiò, poſito periurium incurſum eſſet, non tn̄ vr̄ ꝙ ex per-
iurio capituli tertio præiudiciū inferatur, quia factum vnius al-
teri nocere non ſolet. l. 3. in fi. prin. ff. de tranſac. l. ea duobus. in fi.
ff. de neg. geſt. l. ſi pater, in prin. ff. de lib. cau. regula non dēr. ff. de
re. iur. immo ēt quò ad ipſos canonicos periuros, ſi periuri dici
poſſint, non vr̄ collatio nulla, quia actus factus contra iurm̄ non
annullatur, vt hr̄ per doc. cōiter in c. intellecto. de iureiu. Sed prę
3 miſſis non obſtantibus in contrariū ſic argui pōt. capitulū † de
iure cōi non habet intentionem fundatam circa collationem be
neficiorum quæ ad capitulum ſolum non pertinet, vt hr̄ in ca. ea
noſcitur. de his quæ fiunt a præla. late Bellame. in conſ. 10. co. fi.
iō capitulum ius cōferendi p̄tendere non pōt, prout nec p̄tendit
niſi ex conſuetudine tp̄is antiquiſſimi, ſed cōſuetudo iſta dr̄ o-
dioſa tanquā contraria iuri cōi, oīs. n. receſſus a iure cōi dr̄ odio
ſus. l. ius ſingulare. l. quod vero contra. ff. de legib. c. cū dilectus,
de conſue. c. j. & 2. de filijs prēsb. li. 6. c. quod dilectio, de cōſang.
& affi. Bal. in l. non ſine. C. de bonis quæ lib. Abb. in conſ. 1. col. 2.
circa fi. li. j. & in conſ. 117. col. 2. li. 2. Corn. in conſi. 89. col. 3. li. 3.
4 Ideo † talis conſuetudo reſtringi debet ad formam & tenorē col
lationū in præteritum factarū, non aūt extendi ad collationes di
uerſas in quibus diuerſa eſt ratio. l. 1. §. Iulianus. ff. de itin. actuq;
priua. Inn. in c. tua nos. de decimis. Bart. in auth. qui rem. circa fi.
C. de ſacroſ. eccl. vbi Mod. tantum enim arbitramur de conſue-
tudine quantum poſſeſſum & obſeruatum apparet, vt per Mod.
in l. de quibus. col. 7. ff. de legib. & dicit Bald. in conſil. 275. quod
pro regula. circa fi li. 2. ꝙ in conſuetudine nihil ſuppleri debet ci
tra ſolutā obſeruantiā, & ſic conſuetudo de aliquo non diſponit,
nec nos diſponere debemus ſed ponit̄ in facto ꝙ nunquā proui
dit capitulū de canonicatu ſine p̄benda, ideo talis conſuetudo
non vr̄ extendenda vt valeat prouiſio canonicatus per quā pro-
uiſus ſine præbenda reperit̄, cū nō ſit capax p̄bendæ dimiſſę per
vltimū optantem per ſupradicta maxime, quia canō habet hoc
pro odioſo, ꝙ canonicus maneat ſine p̄benda, vt probat̄ in d. ca.
relatum. ob id nō ſequit̄, canonici habēt ius prouidēdi de cano-
nicatu & p̄bēda ſimul, q̄ prouiſio cenſetur fauorabilis, ergo etiā
poſſunt prouidere de canonicatu ſeparatim quod eſt odioſum,
itaq; cōcurrit hic duplex odiū cur talis cōſuetudo extēdi nō de
beat. Primò, qa cōſuetudo p̄dicta eſt cōtra ius cōe aut ſaltē præ-
ter ius, ꝙ capitulū ſolū cōferat beneficia. Secūdò, quia odioſum
5 vr̄ ꝙ canonicatus a p̄benda ſeparet̄, † cum p̄benda dicat̄ acceſſo
ria & cōnexa ad canonicatū, iō præbenda ſola ſine canonicatu
adimi non poſſet, vt hr̄ per Mode. in l. ſi ita ſcriptū. §. regula. ff. de
lib. & poſth. in 2. not. dicit Rot. dec. 460. Quæritur. col. 3. in nouis
ꝙ canonicatus & præbenda inuicem ſunt connexi & correſpon
dentiam habent vna ad alterum, per tex. in cap. in ſumma, & ibi
no. j. q. 3. ¶ Secundò principaliter conſidero, ꝙ licèt ab initio ca
nonicatus & præbenda diuidi poſſunt, tn̄ ea poſt facto fiunt in-
diuidua, ideo qn̄ ſemel de vtroq; prouiſum eſt, ſeparari amplius
non poſſunt, vt ſupra dixi allegādo Iaſ. in d. l. ſi ita ſcriptum. §. re
gula. Sed in caſu noſtro dico ꝙ capitulum non prouidit ſepara-
tim de canonicatu & præbenda, immo ſimul & ſemel, q: ſimul
cōceſſa eſt prębenda dimittenda per vltimum optantem, q̄ opta
tio fieri debebat intra 20. dies ex conſuetudine a die obitus vlti
mi rectoris aut canonici, vnde cum capituli ſimul de vtroq; pro-
uiderit, noluit ſeparare immo vnire & cōnectere, voluit enim ca
pitulum ſeruare formam antiquitus conſuetam, ſm̄ quā canoni
6 catū ſine præbenda nunquā contulit, & † indiuiduum quid dicit̄
ex mente diſponentis licèt alias ex ſui natura ſit diuiſibile. Bal. in
conſ. 32. Præſupponitur in facto. li. 2. vbi qn̄ quis nō erat quid pro
parte facturus, actus dr̄ indiuiduus, licèt alias de ſui natura diui
ſibilis fieret in propoſito noſtro, licèt canonicatus a præbēda di
uidi poſſit, intentio tn̄ capituli non fuit vt diuiderentur dum ſi-
mul vtrunq; dedit, nec eſt veriſimile ꝙ alterum tm̄ voluerit cōce
dere & alterare formam antiquitus cōſuetam hoc ita prę̄ſuppo
ſito, ꝙ canonicatus & p̄benda dicantur indiuidua, tam ea colla
tione ſimultaneè de vtroq; facta tam ex veriſimili capituli in-
tentione, q̄ ēt quia virtute conſuetudinis nunquā alterū contulit
ſine altero, dico ꝙ in indiuiduis vtile vitiatur per inutile. l. pecu-
nię. ff. de vſur. l. j. §. illud. ff. de aqua quoti. & æſti. Bar. in l. Græce. §.
7 illud. ff. de fideiuſ. ¶ Tertiò † conſidero, ꝙ capitulum non pōt alte
rare nec immutare formam eccleſiæ antiquitus conſtitutā, anti
quitas. n. temporis pro lege hr̄. l. j. §. deniq; ait, & l. in ſumma. in
prin. ff. de aqua plu. ar. ideo ſi capitulum tollere poſſet talem for
mā antiquitus cōſtitutā, ſequeret̄ ꝙ poſſet legē ſuperioris reuo-
care, qd̄ facere nō poſſet ēt cū authoritate ſui archiepiſcopi, qa
inferior legē ſuperioris tollere non pōt. l. minor aūt magiſtratus.
ff. de minor. l. ille a quo. §. intempeſtiuum. ff. ad Trebel. l. formā.
C. de offi. præfec. præto. l. eos. §. ne liceat. C. de vſur. cle. ne Roma
ni. de elec. Immo ēt Legatus de latere non pōt tollere cōſuetudi
nem eccleſiæ licèt poſſet limitare. Barto. in conſ. 136. Capitaneus
in fi. & dixi in conſi. 116. col. fin. ſed in propoſito forma antiqua
eccleſiæ eſt, ꝙ tot ſint canonici, quot p̄bendę, & ecōtra, & ꝙ p̄bē
dę ſacerdotales canonicis p̄sbyteris cōferant̄, ſed p iſtā capitu-
li puiſionē iſte ordo antiquiſſimus eccleſiæ fuit oīno alteratus,
ꝯferēdo canonicatū habēt̄ p̄bēdā ſacerdotalē clerico incapa-
ci ipſius p̄bēdę, nā reperit̄ vnus canonicus ſine p̄benda, & ſimili
ter reperit̄ vna p̄benda ſine canonico, qd̄ vr̄ quid monſtruoſum.
Immo talis collatio capituli redacta vr̄ ad quandā impoſſibili-
tatē, nā voluit capitulū ꝙ haberet prouiſus prębendā dimitten-
dā p vltimū optantē, & illud eſt impoſſibile de iure, cū ſit inca-
pax illius p̄bendę rurſus de iure impoſſibile eſt ꝙ iſta p̄bēda ſa
cerdotalis remaneat ſine canonico. In qua re conſidero ꝙ nulla
vr̄ talis collatio, ēt ubi capitulū canonicatū ſine p̄benda confer
re potuiſſet, quia licèt canonicatus a p̄bēda diuidi poſſit, ſecus
tn̄ ecōtra, quia p̄benda a canonicatu ſeparari nō pōt, nec poteſt
p̄bēda de p ſe ſtare, & tn̄ p talē collationē factum eſt ut reperiat̄
vna p̄benda uacās ſola per ſe conſiderata, quod fieri non poteſt.
Itaq; ſi dicamus eiuſmodi collationē ualere, iam poterit capitu
lum formā antiquiſſimā eccleſię immutare, immo cultū diuinū
eccleſię diminuere ſtante p̄benda ſacerdotali ſine ſuo baculo &
canonico presbytero. ¶ Quartò dico, ꝙ arguendo capitulū no-
luiſſe facere aliquā collationē iuri ꝯtrariā & bonis moribus ac
antiquiſſimę iſtitutioni eccleſiæ inimicā, dicēdū eſt dū capitulū
ꝯtulit canonicatū & p̄bēdā dimittēdā p ultimū optātē, ꝙ intel-
lexerit ꝯferre p̄bēdā dimittēdā p ultimū optātē cōditionaliter
ſi illius p̄bēdę capax eſſet prouiſus, ſimiliter ꝙ obtineret puiſus
canonicatū, dummodo prębēdā obtinere poſſet, & præbēda ſa
cerdotalis ſine canonico non inueniret̄ & niſi ita interpretemur
intentionem capituli, ſequerentur plura abſurda, ideſt alteratio
antiquiſſimi ordinis, impoſſibilitas, mōſtrū imo periuriū. Itaq;
cū ſit neceſſe interpretari collationē capituli conditionaliter, ut
ſupra, ea duobus fundamētis corruit collatio. Primò, quia con-
ditionaliter facta. l. actus legitimi. ff. de reg. iuris. Secundò, quia
defecit conditio cum ſit incapax prouiſus præbēdę dimiſſæ per

vltimũ optantem,& reperiatur canonicus ſine prębẽda, & præ-
8 bẽda ſine canonico.Cõditione ĩ aũt deficiẽte hr̃ collatio, acſi nũ
quam facta eſſet.l.cedere diẽ.ff.de verb.ſig.l.qui hæredi. in fi.ff.
de cõd.& dem.clem.j.de cõceſ.præb.¶Quintò nos habemus,ꝙ
vbi res cuius effectus plenè cõſummatus nõ eſt,deuenit ad eũ ca
ſum a quo incipere nõ põt,tũc diſpoſitio vitiaẽ.l.pluribus.§.& ſi
placeat.ff.de verb.obl.Sed iſta prouiſio cannnicatus & præbẽdę
dimittẽdæ ꝑ vltimũ optãtẽ nõ habebat plenũ effectũ añ dimiſ-
ſionẽ præbẽdæ ꝑ vltimũ optãtẽ,ſed tpe vltimi optantis,clarũ eſt
ꝙ capitulũ nõ potuiſſet eo mõ prouidere, vt vnus fieret cannni-
cus ſine ꝓbẽda, & ꝙ vna ꝓbẽda ſacerdotalis ꝯſtituta ad celebra
tionẽ miſſarũ ſola ſine canonico vacaret,ergo ex illo caſu ſuꝑue
niẽti,irritari dẽt prouiſio,alias.n.vel neceſſe eſſet numerũ cano-
nicorũ augere vel cõuẽtiones aliquas illicitas facere circa illam
ꝓbẽdã vacãtẽ,qđ facere canonici nõ pñt.¶Scdò, cũ in eccleſia
ſit ſtatutũ ꝙ totidẽ ſint canonicatus,quot ꝓbẽdæ & ecõtra,& ꝙ
ꝓbẽdæ ſacerdot.es nõ cõferanẽ niſi presbyteris, & tale ſtatutũ
iuretẽ ſingulis annis, capitulũ faciẽdo talẽ collationẽ vr̃ ꝯuenire
iuř̃o,quia debebat inſpicere qđ euenire poterat.i.ꝙ cõferẽdo ca
nonicatũ habẽtẽ præbendã ſacerdotalẽ nõ presbytero, cũ ꝓben
da dimittẽda ꝑ vltimũ optantẽ,euenire poterat ꝙ vltimus optãs
dimitteret ꝓbendã ſacerdotalẽ,quam prouiſus obtinere nõ poſ
ſet.quo caſu eueniẽte res fieret in magna perplexitate,quia nec
canonicus prouiſus illã ꝓbendã ſacerdotalẽ aſſequi poſſet, nec
ꝓbenda illũ in canonicũ habere,quo caſu ceſſat tot eſſe canoni
cos,quot ꝓbẽdas,quia immo erit cannnicus ſine ꝓbẽda, & ꝓbẽ
9 da ſine canonico. Ergo ĩ ꝯueniri vr̃ iuř̃o, quia cauere debebat ca
pitulũ in ſua collatione,nõ ſolũ ꝙ directo & immediate nõ ꝯue
nireẽ iuř̃o,ſed ẽt ne daretur materia aut occaſio ꝯueniendi.arg.
eius qđ not.Bal.in l.quotiens.j.per illũ tex.C.de fideicõ. vbi qui
nõ põt in aliquẽ alienare,non põt ẽt aliquid facere per qđ occa
ſio detur,vt in eũ fiat alienatio, allegat ẽt tex.in c.j.in fi.de inue-
ſti.de re alie. fac.qđ dictũ refert & ſequiẽ Soc.in cõſ.26.col.2.an
te med.lib.3.ſed facile cogitare poterat capitulũ ꝙ ꝑ collationẽ
eiuſmodi occaſio parari poterat veniẽdi ꝯ ſtatutũ iuratũ & anti
quiſſimã eccleſiæ conſuetudinẽ. ¶Solũ ſupereſt ad ꝯria rñdere,
ad quæ licèt ex præmiſſis ſatis rñſum appareat,ſpecialius tñ re-
10 ſpondeo & ad primum ĩ ꝙ canonicatus a ꝓbenda ſeparari põt,
rñdeo,ꝙ illud procederet qñ fieret collatio ab eo, qui ius confe
rẽdi hẽt de iure cõi,ſecus in eo qui conferre non põt niſi vigore
cõſuetudinis aut præſcriptionis, quia cõferre nõ poterit niſi ſm
ipſam conſuetudinẽ aut præſcriptionẽ,ſed in præteritũ nũquam
cõſueuit capitulũ cõferre alterũ ſine altero,ergo &c. ¶Secũdò
rñdeo, ꝙ ꝯrium procedit qñ alterũ ſine altero ab initio concedi
tur,ſed hic vtrunq; ſimul cõceſſum eſt & ex veriſimili intẽtione
ipſius capituli apparet ꝙ alterũ ſine altero conceſſurũ non erat,
qua mẽte veriſimili cõſiderata, canonicatus & ꝓbẽda cenſentur
indiuidua,iõ vtile vitiatur per inutile per ſupradicta.¶Tertiò re
ſpõdeo,ꝙ argm̃ procederet qñ per diuiſionẽ canonicatus a præ
bẽda,nullũ ſequiẽ abſurdũ aut inconueniẽs,nec per talẽ diuiſio
nẽ præbẽda ſacerdotalis vacãs remanet in præiudiciũ cultus di
uini,qđ tñ abſurdũ & incõueniens militat in caſu noſtro ex ipſa
diuiſione & ſeparatione canonicatus a ꝓbẽda,vtſupra demõſtra
uimus.¶Quartò rñdeo, ꝙ argm̃ procedit qñ ex tali diuiſione &
ſeparatione capitulũ nõ daret materiã ꝯueniendi ſtatuto iurato
& inſtitutioni eccleſiæ antiquiſſimæ, quæ occaſio hic præſtatur,
vtſupra probauimus.¶Quintò rñdeo ꝙ procedit qñ ꝑ talẽ diui
ſionẽ res nõ venit ad caſum a quo incipere non põt,ad quem tñ
caſum deuenit in caſu nr̃o,vtſupra oſtẽdimus.¶Non obſt.ſm ar
gm̃,quia licèt nõ ſenſerit capitulũ de ꝓbenda cuius prouiſus eſ-
ſet incapax,intellexit tñ ꝙ prouiſus præbendã haberet intra tẽ-
pus optãdi,& ſic ea mente capituli,illa prouiſio fuit indiuidua,
vtſupra oſtẽdimus,ergo vtile vitiaẽ per inutile. ¶Secũdò rñdeo,
ꝙ licèt intẽtio capituli nõ fuerit mala,fuit tñ incogitata nõ pro-
ſpiciẽdo abſurda & incõueniẽtia quæ inde ſequi poterãt & quæ
ſecuta ſunt, nec fit ex tali intentione quomodus deuenerit res ad
11 caſum a quo incipere nõ poterat,& ĩcũ vacãs canonicatus ha-
beret annexã præbendã ſacerdotalẽ, cuius prouiſus incapax e-
rat,facile cogitare poterat capitulũ euenturũ eſſe, qđ euenit, iõ
fuit in culpa ita prouidendo.Bal.in l.fi.§.ſed quia.col.fi.C.com-
mu.de lega.p l.ſi cõſtante.in prin.ff.ſol.mat.refert & ſequiẽ Dec.
in l.ſi idẽ cũ eodẽ.§.ſi vna.col.2.ff.de iuriſ.om.iud.Tertiò rñdeo,
ꝙ licèt directo & immediate nõ fuerit ꝯuentum iuř̃o,fuit tñ con
trauentum ſtatuto quatenus occaſio præſtita eſt contraueniẽdi.
¶Non obſt ꝙ actus factus ꝯ iuřm non videatur nullus, quia rñ-
deo,ꝙ hic nõ vitiaẽ collatio rõne violati iuři,ſed ratione non ſer
uatæ formæ ſtatuti aut cõſuetudinis. Pro hoc quod ſcribit Fulg.
in cõſ.210.vbi ꝙ electio facta de quodã canonico contra ſtatutũ
iuratũ,dr̃ ipſo iure nulla,& gñaliter verũ eſt ꝙ quicquid fit ꝯ ſta
tutũ,dr̃ nullũ.gl.in cle.j.de iur.patr.Abb.in cõſ.66.in fi.li.2.Scđò
rñdeo, ꝙ immo vitiaẽ actus factus ꝯ iuřm in his in quibus neceſ
ſe eſt prætorẽ adire,quia nõ audit quẽ pror ꝯ iuřm.Pau.de Ca.in
cõſ.361.Venerabilis.col.3.li.j.idẽ in oĩ actu requirẽte ſuperioris
miniſteriũ.Rom.in cõſ.379.col.pe.ver.ꝑ hæc ẽt patet.ſed in ca-
ſu noſtro prætoris aditio neceſſaria eſt, qui ius collationis tuea-
tur, ergo &c. Poſtremo rñdeo, ꝙ quicquid ſit in prophanis, in
ſpiritualibus ſemp vitiaẽ actus ꝯ iuřm, ita Rot.deci.104. Nota ꝙ
vbi aliquis facit procuratorẽ.in antiq. ¶Nõ obſt.tertium & vlti-
mũ,quia procederet vbi agereẽ de tollẽdo ius vnius ex facto alte
rius.ſed hic agiẽ de impediẽdo ne ex facto inualido alterius ius
alteri quæraẽ, quod facilius permittitur, alias ſequereẽ ꝙ factũ
inualidũ iudicis nuoquã noceret partibus,ꝙ collatio nunquã eſ
ſet nulla ob factũ cõferentis.¶Scđò rñdeo,ꝙ in caſu noſtro præ-
iudicatur prouiſo ex ſui incapacitate, quia præbendam ſacerdo
talẽ dimiſſam per vltimũ optantem ipſe capere non poſſit. ¶Ex
præmiſſis vr̃ concludi poſſe collationem capituli nullã eſſe, qđ
ſtoralis.col.1.de excep.Iaſ.in l.ſi fideiuſſor.§.ſi ſatiſdatum, colu.2.ad fi.ff.q ſatiſ.cog.Et dicit Io.de Ana.in cõſi.j.col.j.ad fi.ꝙ impedimentũ probatur ſolo iuramẽto,vbi agitur de modico ꝑiudicio.allegat Bar.in extrauag.ad reprimendũ in verſ.ſummarie.Similiter fama plene probat vbi agitur de leui præiudicio. gl.in l.vbi adhuc.C.de iure dot.Bar.in l.de minore.§ pluriũ.col.fi.ff.de qõ.Iaſ.in repe.l.admonẽdi.col.88.ver.itẽ in cauſis leuioribus.ff.de iureiu.Calc.in conſi.100.col.pe.circa med.¶Alibi ſcribit Calde.in conſi.3.in tit.de fi.inſtr.qđ vbi agitur de modico præiudicio creditur literis ordinarij ſine teſtiũ ſubſcriptione, quod etiã voluit Dec.in c.cũ cauſam.col.2.ver.ſaluari tñ põt.de proba.immo in leuibus creditur leuibus literis ẽt in his quæ ſunt extra officiũ ordinarij.D.c.in c.poſt ceſſionem.col.8.verſ.ſecundo limitatur,eo.tit.de proba.¶Et eſt generaliter verum in materia probationis,quod ubi agitur de leui præiudicio, non requiritur plena probatio,quæ alias eſſet neceſſaria.Bar.in l.ſi quis a liberis.§.ſi qs ex lris.ff.de libe.agno.in l.3.§.cauſæ. ff.ad carbonia . & in d.trac.ad reprimen.in ver,ſummarie. col.3.& 4.Bald. in l.j.C.vt in poſſ.leg.Cano.in c.qm̃ frequenter.§.ꝙ ſi ſuper , & §.fi.vt lite nõ conteſt.¶Ideo vbi agitur de modico præiudicio creditur verbis enunciatiuis ẽt notarij.glo.& Inno.in c.olim,de cenſib.refert,& ſequit̃ Abb.in conſi.64.col.4.li.j.¶Alibi ſcribit idẽ Abb. in c.fin.per illum text.de probatio. ꝙ vbi agitur de modico præiudicio ſtatur aſſertioni partiũ,ẽt in materia in qua partes nõ habent liberã poteſtatẽ diſponendi,refert & ſequitur Dec. in l.ſi donatione, col.6.circa med. C.de collatio.Similiter in leuioribus ſtatur ſimplici verbo iudicis.Bar.in auth.niſi breuiores,in fi.C.de ſent.ex peric.reci.Dec.in c.poſt ceſſionẽ,col.8.ver. ſecũdo limitatur, de prob.vbi ẽt Dec.ꝙ ſufficit probatio ſemiplena qñ agit̃ de modico præiudicio.Alibi ſcribit Bellame.in conſi.10.col.j.ꝙ vbi agitur de modico ꝑiudicio,ſufficit probatio per argumenta Videmus in ſimili ꝙ creditor pupilli in modica quantitate tutor pupillo dari põt.gl.in.Bar.& doc.in auth.minoris debitor. C.qui tuto.dari poſſ.Bar.in l. ſi quis pignore.§.j.in fi.ff.de pig.act.¶Alibi ſcribit idẽ Abb.in conſi.102.col.3.li.2.ꝙ appellatione bonorum veniunt futura,vbi agit̃ de modico præiudicio per l.fi.C.quę res
6 pig.obl.poſ.¶Alibi ſcribit† Bal.in l.eum qui.§.in popularibus.ff.de iureiur.ꝙ vituperari non debet tranſgrediẽs in re modica.refert & ſequitur Cor.in conſi.67.col.2.lib.5.addo Pau.de Caſt.in conſi.377.Quantũ ad illa.col.j.in fi.lib.j.vbi ꝙ contraueniens trãſactioni in modico,in pœnam incidere non debet,puta,ſi cõtrauenit circa aliqua acceſſoria. per text.in l.quamuis rões.ff.de cond.& dem.quod tñ affirmare non audeam,vbi iuɼm interueniſſet,qa ex modica ꝯuentione incidit quis in pœnas.l.ſi quis maior.C.de tranſa.Fulg.in conſi.223.Cuma.in conſi.179. Quædam tranſactio.Alex.in l.in executione.§.pe.ff.de verb. obl.& in conſi.106.col.3.li.3.vbi ꝙ ex defectu vnius nummi põt colonus expelli qñ iuɼm interuenit.Iuramẽtum enim dr̃ quid indiuiduũ, nec poteſt iurans contrauenire pro parte quin cõtrauenat in totum.¶Et pro hoc adduco Io.de Anan.in conſi.7.col.3.vbi ꝙ vaſallus contraueniens iuramento fidelitatis in modico, in totum dr̃ contrauenıſſe . Sed iſtud ceſſat in caſu noſtro in quo non agit̃
7 de iuramento aliquo.¶Adduco† ad præmiſſa quod ſcribit Calc.in conſil.8.col.pen.circa med. vbi ꝙ modica ſubreptio nõ vitiat reſcriptum,allegat gl.in proœ.ſext.in ver.¶Alibi ſcribit Ang.in l.qui iuriſdictioni,& ibi Dec.col.3.in fi.ff.de iuriſ.om.iudi.ꝙ vbi cauſa eſt modica,iudex vt ſuſpectus recuſari non poteſt.Alibi & foitius ſcribit Rot.dec.686.Dñs Petrus,in antiquis,ꝙ vbi agitur de modico præiudicio, non requiritur citatio quæ alias eſſet neceſſaria . Similiter omiſſio aut defectus modicæ ſolennitatis actiuis non vitiat vt hr̃ in l.hac conſultiſſima.C.qui te.fac.poſſ.& qñ dicatur modica ſolennitas,tradit Iaſ.in conſi.26.col.j.li.j.immo præſumitur ſolennitas eatrinſeca qñ agitur de modico præiudicio.Dec.in c.j.in fi.tertij nota.de iud.arg.l.j.in fi.ff.de ventre inſpi.addo Curt.Sen.in conſi.75.Super motiuis.col.4.in fin.Duo igitur ſunt ex quibus cauſa debeat retineri, primũ ꝙ agit̃ de præiudicio.Secundum qa agitur de re quæ eſt mere iuris ciuilis,cui poteſt princeps ad libitum derogare de plenitudine poteſtatis, etiam ſine cauſa.l.princeps.ff.de legi.l.digna vox.C.eo.ti.propo
8 ſu t,de conceſ.præb.cum ſim.ſatis †autem dr̃ princeps & comitiſſa uſa poteſtatis plenitudine utendo clauſula ea certa ſciẽtia, quæ duæ clauſulæ æquiparantur,& paris ſunt potentiæ . Bal.in l.eos,in prin.C.de appel.Abb.in c.ad hæc.de reſcrip. in c.cum inter,col.j.de excep.t.& in conſi.84.col.3.uerſi.hic enim expreſſe.li.j,Cor.in conſi.313.col.3.in 2.dub.li.4.Dec.in conſi.168.col.pe.ad fi.in conſi.271.col.3.ad fi.& in conſ.341.col.2.Cur.Iun.in conſi.j.col.9.circa med.ubi allegat bonum text.in l.quidam. ff.de re iud.idẽ ſequitur Bolog.in addi.ad conſilia Panor.in conſ.ult.col.fi.li.j.Thaurini in cauſa quæ tractabatur coram Magnificis iudicibus appellationum patriæ Aſtenſis inter nobiles fratres de Paganis.Aymo Crauetta de Sauil.

S V M M A R I V M.

1 *Conformitas ſententiarum,vt ab eis appellari non poſſit, intelligitur quando in omnibus eſt conformitas, ſecus ſi ſit difformitas in aliquo,quia in eo in quo eſt difformitas,permittitur appellatio.*

Conformes non dicuntur ſententiæ quando vna fertur ſuper meritis,altera ſuper deſertione appellationis.ibi.nu.1.

Conformes non dicuntur ſñiæ quando vna fertur ſuper condẽnatione,altera ſuper executione facienda.ibi.nu.1.

2 *Conformes an dicantur ſententiæ quando quis obtinuit duas ſententias pro ſe,tertiam contra ſe ſuper nullitate,& quartã pro ſe confirmatoriam duarum primarum.*

Conformes dicuntur ſententiæ quatenus concordãt,licèt in aliquo diſcordent ibi.nu.2.

3 *Ratio eadem vbi eſt,ius idem eſſe debet,nec dicitur lex extẽdi vbi ratio eſt eadem ſed enucleari . nec dicitur caſus omiſſus vbi eadem eſt ratio,& pulchra de rationis identitate.*

4 *Conformitas trium ſententiarum impedit appellationem niſi vltima ſententia inferat nouum grauamen, vel niſi in vltima ſententia ſit aliqua diuerſitas a prima.*

Conformitas trium ſententiarum impedit executionẽ quando illæ tres ſententiæ vim habent diffinitiua,alias ſecus.

CONSILIVM CLXXXIII.

¶Pulcherrimum conſilium circa materiam conformitatis ſententiarum quando ſententiæ dicantur conformes , ut impediatur appellatio.

1 DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato . Regula † ꝙ appellatio nõ permittitur qñ ſunt tres ſñiæ conformes,intelligitur qñ eſt cõformitas in omnibus, & quatenus ſunt cõformes , ſed quatenus probatur difformitas aliqua,appellatio permittitur.ideo ſi in tertia ſententia legatur aliquod capitulum quod in primis duabus ſententijs non inuenitur,admittitur appellatio circa illud capitulum. Alc.in conſi.77.In cauſa & lite uertente coram reuerendo patre. col.j.li.2.facit Cor.in conſi.204.lib.2.& clarius in conſi. 14.& in conſi.38.col.2.circa med.uer.non enim obſtat. lib.4.ubi qñ una ſñia fertur ſuper meritis cauſæ,alia ſuper deſertione appellationis, non dicuntur ſñiæ conformes. Et licèt Corn.laboret in probanda & confirmanda hac concluſione, dico ꝙ ita in terminis tenet Rot.dec.21.Nota ꝙ ubi tres.in antiquis,quam non allegat Cor.Similiter qñ in una ſententia ſit condemnatio, & per alterã pronũciatur executionẽ ſñiæ eſſe faciendam. iſtæ ſñiæ non dicuntur con-
2 formes.Cor.in conſi.144.in fi.lib.j.Fortius† & mirabilius uoluit Rot.dec.2.Quidam obtinuit.in tit.de ſen.& re iud.poſt deci.antiq.char.231. ꝙ ſi unus obtinuit duas ſñias pro ſe & tertiam cõtra ſe ſuper nullitate præcedentium ſñiarum,deinde quartã pro ſe confirmatoriam duarum primarum , & infirmatoriam tertiæ ſñiæ latæ ſuper nullitate, duæ & quartæ ſñiæ conformes dici nõ poſſunt quo minus liceat appellare,non obſtãte clem.ut calumnijs.de re iud.ex qua Rotæ deciſ.infertur ad impugnationẽ eius quod uoluit Pau.de Ca.in conſi.164.Proponitur in facto ꝙ duo fratres.col.2.uer.& quia uidemus in ſimili.li.2.quem refert & ſequitur Cur.Iun.in conſi.30.col.j.ubi uoluit Pau. ꝙ ſñiæ dicãtur conformes reſpectu eius in quo concordant. licèt in aliquo ſint diſcordes,nam contrariũ uoluit Rota ubi ſupra , nã in caſu Rotæ illa quarta ſñia erat conformis duabus primis , quatenus eas cõfirmabat,& tñ qa continebat unũ diuerſum quod non erat in ipſis duabus primis . ſ.impugnationẽ nullitatis de qua in tertia ſñia,non dñr illæ tres ſñiæ conformes , licèt quarta non diſcordaret a duabus primis,ſed aliquid amplius cõtineret. & ſic uult Rota ꝙ ad hoc ut ſñiæ dicant̃ conformes, requirit̃ ꝙ ſit conformitas

mitas in oībus & p oīa, & non ſolū ꝙ in eis no ſit aliqua diſcor-
dia, ſed ēt ꝙ nihil plus aut diuerſum cōtineatur in vna q̃ in alijs.
¶ Pro opi. tn̄ Pan. facit Ale. in d. conſi. 77. col. j. verſ. qđ probo. vbi
quatenus duę primæ ſnīæ ſunt conformes, nō licēt tertio prouo
care, ſed ſolū quatenus in eis eſt aliqua diuerſitas aut diſſormi-
tas. Et iſtud latius probat & proſequit̄ Dec. licēt Ale. nō alleget
in conſi. 385. quod vr̄ rationabilius, qa de toto ad partē valet ar-
gūm, vbi eſt eadē rō. l. quæ de tota. ff. de rei ven. ergo clem. vt calū
nijs. loquēs de tribus ſnījs cōformibus qn̄ ſunt conformes ſim-
pliciter, vr̄ procedere ſiue ſint cōformes in totū, ſiue in partem,
quia in ea parte pro qua ſunt cōformes, eadē vr̄ rō diſponendi,
3 ergo † vbi eadē rō, idem ius eſſe debet. l. illud. ff. ad leg. Aquil. nec
dr̄ lex extendi vbi eadem eſt rō, ſed enucleari. l. ſi poſtulauerit.
§. ſed ſi negauit. ff. de adul. quē tex. ad hoc propoſitū allegat Ol-
dr. in conſi. 185. Thema tale eſt, Titius canonicus. in fin. & vbi eſt
eadē rō, non dr̄ qs extendendo nouum caſum addere, ſed quod
in primo caſu in rōne includebatur, ſm̄ ęquitatem detegere ſi-
ue declarare, qs lex dr̄ omne quod in rōne conſiſtit. c. conſuetu-
do. j. di. ergo vbi habet locū legis rō, circa id prodita, dici debet
lex, ita pulchre tradit Cald. in conſi. j. in tit. vt lite pend. Alibi ſcri
bit Bal. in l. de quibus. ff. de legib. ꝙ vbi eſt eadem rō in pluribus
caſibus, vna & eadem rō decidit omnes illos caſus nō per exten
ſionem, ſed ſicut genus comprehendit ſpecies, ſic generalis rō
diuerſas ſpecies, iō expreſſo vno caſu veniunt omnes in qbus vi
get eadem rō. quod Bald. dictum pro eleganti refert & ſequitur
Pau. de Ca. in conſi. 441. Pro declaratione. col. pe. ad ſi. li. j. addu
eandē Bald. in rub. C. de nauti. fęno. vbi allegat tex. meliorem de
corpore iuris in l. his ſolis. ibi, ſatis ēt tacite cautum putamus. C.
de reuoc. dona. idē dicit Io. de Ana. inter conſilia Pan. de Caſt. in
conſi. 256. Viſis & conſideratis, col. 2. ad ſi. li. 2. ¶ Nec dr̄ caſus o-
miſſis vbi eſt eadem rō, vbi dicit Io. de Ana. Bald. in l. per diuer-
ſas. col. 3. C. mand. pulchre Abb. in conſi. 75. col. 3. li. j. vbi ꝙ hoc
procedit ēt in materia pœnali & correctiua, dicens ꝙ is cōmit-
tit in legem, q verba legis amplectitur, & ꝯ legis virtutem venit.
¶ Alibi ſcribit Old. in conſi. 568. col. 2. circa ſi. ꝙ vbi eſt eadē rō.
quæ verbis legis omiſſa eſt, non omittitur religione iudicantis
per tex. in l. quæſitum ſcio. ff. de teſtib. ¶ Alibi ſcribit Bal. in conſi.
324. Omiſſis opinionibus. in ſi. lib. 5. ꝙ vbi eſt eadē rō & eadem
mens, dr̄ idem caſus. ¶ Alibi ſcribit idem Bal. in conſi. 384. Statu
to ciuitatis cauetur, ꝙ nullus. col. 2. lib. 5. ꝙ ea quæ ſunt eiuſdem
aōnis, includuntur ſub diſpoſitione ex ſignificatione. i. tanquàm
expreſſa proprie non tacite. Et ſic in caſu Rotæ bene fateor ꝙ li
citum erit appellare a quarta ſnīa quatenus infirmat tertiam, &
ſic reſpectu nullitatis, ſed non quatenus quarta ſnīa eſt cōformis
duabus primis. vel poteſt dici ꝙ in caſu Rotæ quarta ſnīa non e-
rat conformis cum duabus primis latis ſuper meritis, tertia aūt
& quarta reſpiciebant ad nullitatē. ¶ Sed quōcunq; ſit, ſatis eſt
in caſu noſtro ꝙ in tertia ſnīa repulſa ſunt capitula pertinētia ad
probationem minoris ætatis quæ in prioribus ſnījs non reiecta
fuerunt, itaq; vltima ſnīa habet capitulum vnum diſforme ab a-
lijs duabus ſentētijs, cuius ratione permiſſa erat appellatio. Rur
4 ſus † intelligitur illa regula ꝙ a tribus ſententijs conformibus nō
licēt appellare, niſi vltima ſnīa inferat nouum grauamen. Ang.
in l. j. C. ne lic. tertiò prouo. item intelligitur niſi vltima ſenten-
tia ſit diuerſa a prima. Cy. in d. l. j. late Soc. in conſi. 39. Capio pri
mum. col. 3. uer. tertium & vltimum. li. 4. ſed vltima ſententia ha
bet nouum grauamen, & eſt diuerſa ab alijs circa repulſionem
probationis minoris ætatis, igitur licuit appellare. Poſtremo in-
ra appellationem prohibentia ſunt odioſa, atq; adeo ſtricte in-
telligenda. Bar. in l. 2. C. quor. appel. & in conſi. 165. In quæſtione
qua quæritur. Dec. in l. pe. col. ſi. C de pact. ob id admittenda eſt
appellatio in caſu dubio, multo maxime in caſu claro. Aduerte
5 † tamen circa præmiſſa de conformitate trium ſententiarum, ꝙ
tex. in d. clem. vt calumnijs, procedit quando illæ tres ſententiæ
conformes haberent vim diffinitiuæ alias ſecus, ita Rot. deciſio.
517. Nota ꝙ tres. in antiquis. Taurini. Aymo Crauetta Iuriſconſ.
Taurini collegiatus.

S V M M A R I V M.

1 *Spurij filijs naturalibus & legitimis poteſt auus relinquere ſo-
bole legitima non extante.*

2 *Spurij filij legitimi & naturales auo aut auia ab inteſtato ſuc-
cedere non poſſunt.*

*Excluſio vnius a ſucceſſione extenditur ad omnes deſcendētes
ab eo. ibi. nu. 2.*

3 *Spurius natus ex coitu damnato non ſuccedit matri, nec nepos
ex eo auia.*

CONSILIVM CLXXXIIII.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Teſta
1 tor † habebat nepotes ex duobus filijs ſpu-
rijs præmortuis, & nepotem ex filia ſpuria
ſuperſtite, qui tn̄ nepos & nepotes erant le-
gitimi & naturales nati ex legitimo matri-
monio contracto per eorum parentes quæ
ritur an nepoti & nepotibus relinquere po
tuerit ſiue titulo inſtitutionis, ſiue titulo le-
gati. Breuiter reſcribendū vr̄ ꝙ ſic, ex quo ſoboles legitima auo
non extabat, ex notatis per Bar. & doc. in l. Gallus. §. ꝙ ſi is. ff. de
lib. & poſth. nā hic dici non pōt factā eſſe inſtitutionē contēpla
tione parentū ſpuriorū, vt ipſis acquiratur, qa duo iā erant mor
tui, de matre aūt ſpuria non eſt curandū quia filius non acquirit
matri, & iſtā opi. tenet Pau. de Ca. in conſi. 306. Circa primū quę
ſitū vr̄ dicendū ꝙ dicta inſtitutio. col. j. li. j. & in conſil. pen. Viſo
dicto pūcto occurrunt dubia. col. 9. ad ſi. & col. ſeq. li. 2. Alcxā. in
conſi. 74. li. 3. in conſi. 558. col. 2. in conſi. 88. in 6. dub. lib. 7. & in
d. §. ꝙ ſi is. col. ſi. Pan. in conſi. 125. col. ſi. lib. 2. & late præ cæteris
hanc opi. defendit Cor. in conſil. 25. in præſenti conſultatione vr̄
prima facie dicendū. li. j. eandē ēt opi. ſequitur Corn. in conſi. 1.
col. 11. & ſeq. in 6. dub. li. 3. hanc ēt opin. dicunt cōem Dec. in cō-
ſi. 462. col. 2. in 2. dub. Iaſ. in l. hæreditas, col. ſin. C. de his quib. vt
indig. quinimmo Feder. de Sen in conſi. 57. vr̄ mihi in 6. dub. vbi
fortius loquitur in nepotibus ſpurijs. Bal. in conſi. 146. col. 2. li. 1.
& in conſi. 363. Quæritur vtrū filius. libr. 5. ſimpliciter dixi poſſe
auū relinquere nepoti legitimo ex ſpurio non diſtinguendo ex-
taret ſoboles legitima vel non. Idem ēt ſimpliciter dicit Bart. in
conſi. 158. Odutius. Eſt verū ꝙ idem Bal. in conſil. 67. Si dicta in-
ſtitutio. li. j. voluit ꝙ talis nepos ex filio ſpurio inſtitui nō poſſit
vt nepos, ſed vt extraneus tn̄ ob benemerita, ſed male vr̄ locu-
2 tus ꝙ requirantur benemerita per ſupradicta. ¶ Ab inteſtato † tn̄
iſti nepotes auo ſuccedere nō pn̄t, qa ſicut eorū pater ſuccedere
nō poterat, ita nec deſcēdētes ab eo. Anch. in cōſ. 389. Viſis. co. j.
Alex. in conſi. 174. li. 5. Cum. in conſil. 117. in teſtō in prin. Cor. in
conſi. 210. col. ſi. li. 4. Dec. in conſi. 85. col. ſi. & in d. conſil. 462. col.
2. poſt med. ver. & ideo nepotes. quinimmo nec auię maternę ta
les nepotes pn̄t ſuccedere, probatur hoc ex præcedenti cōclutio
ne. ꝙ excloſo aliquo a ſucceſſione, & omnes ab eo deſcendētes
videntur excluſi. Bar. in l. 2. §. videndū. ff. ad Tertul. Bal. in l. maxi-
mum vitium. C. de liber. præter. vbi excluſa filia per ſtatutum cē-
ſetur ēt excluſus nepos ex ea. Ang. in §. reliquum. in auth. de hęr.
ab inteſta. venien. Sal. in l. ſi viua matre. §. j. C. de bon. mater. Dec.
in l. illā. col. 3. C. de collatio. ideo dicunt doct. ꝙ ſicut ſpurius nō
ſuccedit patri ab inteſtato, ita nec nepos ex filio ſpurio illi ſucce
det. Sed iſta ratio æque militat in matre ſeu auia materna, nam
3 † filius ſpurius natus ex coitu damnato, non ſuccedit matri. Bal.
in conſi. 167. Ad euidentiam præmitto. col. 2. ad ſi. li. j. & in conſ.
457. col. 2. ver. amplius ſciendum. li. 5. Abb. in conſi. 50. col. 2. li. 2.
Io. de Ana. in conſi. 95. in prin. Iacob. de Put. inter conſilia Calc.
in conſ. 62. col. 1. & 2. ergo nec nepos ex tali ſpurio illi ſuccedet.
late Soc. in conſil. 144. Memini iam ſunt duo menſes. li. j. vbi etiā
diſputat quando coitus dicatur accuſabilis. Dec. in conſi. 301. eo
autem caſu quo ſpurius ſuccedit matri, ſuccedit & nepos ex ſpu
rio. Soc. in l. Gallus. §. quid ſi is. col. 2. poſt med. ff. de lib. & poſth.
poſt Pau. de Caſtr. ibi. & dicit etiam Soc. ibi ꝙ eo caſu quo filius
ſpurius non ſuccedit patri, ita nec auiæ paternæ mediante perſo
na patris. Thaurini, Aymo Crauetta iuriſconſ.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio propter nuptias ſoluto matrimonio reuertitur ad do-
nantem, niſi aliud actum ſit.*

2 *Filius poteſt donare bona aduentitia contemplatione matrimo-
nij ſeu propter nuptias ſine conſenſu patris.*

3 *Tranſmiſſio debitum ſeu ius competens ex diſpoſitione legis vel
ſtatuti tranſmittitur ad heredes, prout eſt ius excludendi fœ
minas ſtante maſculo, contra Salyc. licēt Calcaneus dicat ſe
lucratum florenos mille ex illa opi. Sal.*

CON-

CONSILIVM CLXXXV.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtul..o. Dubi-
tatur an donatio propter nuptias ſeu aug-
mentum dotis quod eſt redituű ad hære-
des Michaëlis Pölleti, pertinere poſſit ad
Ioannā matrē ex perſona Maximæ eius fi-
liæ, & ſic an maxime illud ius tranſmiſerit
ad eius matrē pro tertia parte. Breuiter, an
volumus dicere q illa reſtitutio debet fieri
ex diſpoſitione inter viuos, quia ille qui conſtituit augmentű do-
tis fuit ſtipulatus ſibi reddi, & tranſmittitur ad hæredes. §. ex cō-
ditionali. Inſti. de verb. obl. Aut volumus dicere q debebat fieri
1 reſtitutio ex diſpoſitione legis, nam† de iure cōi donatio pp nu-
ptias reuertitur ad donantem. ſolu. mat. l. 2. C. de bo. quæ lib. vbi
Bald. in vlti. not. quæ lex bene probat, nam ibi diſponitur q ſi fi-
lius habens bona aduentitia, puta materna, aliqua contulerit in
eius vxorē, ſol. mat. morte mariti, iſta bona donata per filiű non
reuertunt ad eius patrē, ſed dñium pertinet ad vxorem ſuperſti-
tē patri, ſub cuius poteſtate eſt, vſufructu reſeruato, & idem ē, ſi
vxor donauit marito ſimilia bona, alia aűt bona non collata re-
uertuntur ad ipſum patrē, & ſic donatio pp nuptias ſol. mat. nō
acquiritur vxori, nam ſi acquireretur, non reuerteretur ſol. matr.
ad patrem. neq; dicas q ibi donans pp nuptias, ita conuenerit
q illa donatio ad eum reuerteretur, quia de pacto ibi aut cōuen-
tione verbum nullum. iō Bald. ibi dicit, nota q tacita ſtipulatio
quæ habet locum in dote, habet ēt locum in donatione propter
nuptias, quod dicit menti tenendum eſſet. ¶ Et ſi dicas, tu præ-
ſuppōnis q ibi maritus potuerit donare vxori & econtra, quod
fieri non pōt, quia prohibetur donatio inter coniuges, reſpōdeo
q ibi non fuit donatio inter viuos, ſed pactum de lucranda dote
vel donatione propter nuptias in caſum ſoluti matrimonij, ideo
inquantum tex. vtitur verbo collata, debet intelligi hoc modo. ſ.
per viam talis pacti. quod expreſſe voluit glo. in l. quod ſcitis, ſta-
tim ſeq. in verbo dotē, quia d. l. quod ſcitis, loquitur in eodem ca-
ſu in quo loquitur dicta lex. 2. & gl. in ver. dotem. intelligit q erat
factum pactum de lucrāda dote & donatione propter nuptias:
vel intelligendo in vera donatione pōt intelligi q eſſet donatio
mutua & reciproca inter coniuges, quod ſenſit gl. in d. ver. colla-
ta, vel q donatio eſſet facta ante ꝯtum matrimonium. ſed ſiue
intelligamus per viā donationis vel pacti, idem vr̄ effectus. ¶ De
pacto iam non eſt dubitandű illud valere, vt ibi hē & tradit Bal.
in auth. ſiue a me, C. ad Velleia. quem refert Gozad. in conſil. 47.
2 col. 3. in fi. ¶ Et hoc† modo probatur ex illo tex. q filius in pote-
ſtate pōt donare inter viuos bona aduentitia fauore matrimo-
nij ſeu pp nuptias ſine conſenſu patris. ¶ Et ex præmiſſa declara-
tione, apertius ēt probatur iſta concluſio q donatio pp nuptias
ſol. mat. reuertatur ad donantē. nā ſi pactum appoſitum nō fuiſ-
ſet de lucrando. aperte vult ille text. q tota donatio pp nuptias
reuerſa fuiſſet ad patrem filij. & iſtud clarius decidit text. in c. fi.
ſi. 2o ſi. extra de dona. inter vir. & vxo. not. Dec. in auth. præterea,
col. 8. C. vnde vir & vxor. Iaſ. in l. qm̄ nouella. col. 3. C. de inoff. te-
ſta. ¶ Hoc ita præſuppoſito q donatio pp nuptias, quam in parti-
bus noſtris Pedemontanis appellamus augmentum dotis, vbi
ēt mortuo marito mulier habet vſumfructum donationis pp nu-
ptias de conſuetudine, reuertatur ad donantem ex diſpoſitione
3 iuris, dico eam reſtitui debere, quia† debitum ex diſpoſitione le-
gis vel ſtatuti trāſmittitur ad hæredes quō videmus in lucro do-
tis quod refertur ex ſtatuto vel quarta quæ debetur arrogato in
bonis arrogatoris, vt not. Alex. in l. cum antiquiorib. C. de iur. de-
li. Iaſ. in l. ſi arrogator, col. 7. ff. de adoptio. Soc. in conſil. 296. li. 2.
in conſi. 67. col. 2. lib. 4. vbi ēt q beneficium competens maſculo
excludendi fœminas ex forma ſtatuti tranſmittitur ad hæredes
maſculi ſi decedit ante agnitam hæreditatē, not. Dec. in l. ſi mari-
tus. C. de colla. & in cōſi. 331. col. 4. quicquid aliter ſcripſerit Cal-
ca. in conſi. 82. col. 2. in fin. & col. 3. in fi. vbi dicit ſe lucratű flore-
nos mille in quadā donatione ſibi facta de quadā ſeriola, q a ſu-
ſtinuit non fieri tranſmiſſionē iuris competentis ex diſpoſitione
municipali, ſequendo opi. Sal. in l. 3. C. de adul. vbi uoluit poſt Ia.
co. de Are. q ius excludendi fœminas cōpetens maſculo ex for-
ma ſtatuti non tranſmittitur ad hæredes maſculi per tres rōnes,
de quibus ibi per eum, ſed ad illas rationes Sal. reſpondēt Soc.
& Dec. poſt alios doc. per eos relatos in dictis conſilijs, ob id nō
tutum viſum eſt lucrum illud Calc. mille florenorū, potuiſſet Cal-
ca. pro opin. Sal. allegare Ang. in conſil. 81. Dña Maria. col. 2. poſt
med. ver. ſeptimo quia filij, ſed certe Ang. ibi ita loquitur ex ca-
pite ſuo nihil prorſus allegando, ob id de Ang. ſine lege loquen-
te curandum non eſt. l. illam ubi Mod. C. de collat. & cōtra Ang.
ēt adduco Dec. in conſi. 203. ante fi. verſ. ex quibus omnibus con-
cludo. ubi q beneficium reſcindendi contractum ex capite læſio-
nis tranſmittitur ad hæredes, quia dē beneficium legis, de quo
dixi in conſi. 122. in fi. Thaurini, Aymo Crauetta de Sauil.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica non detrahitur per hæredem grauatum & in-
ſtitutum in re certa tantum contra Curtium Inn. de quo la-
te hic vide.*

2 *Hæredis appellatio in dubio intelligitur de vniuerſali.*

3 *Qualitas non conſideratur quæ in materia de qua agitur ni-
hil operatur, puta in ſucceſſione feudi non inſpicitur quod
vnus ſit frater vtrinque coniunctus, & alter conſanguineus
tantum, quia vinculum cognationis nihil facit.*

4 *Fideicommiſſum ſtante ſtatuto quod vxore decedente ſine li-
beris, maritus lucretur certam partē dotis, qua ſtatuta ſunt
cōiter in Italia, an tale ſtatutum habeat locum quando con-
ſtituitur dos de bonis ſubiectis fideicommiſſo, latiſſime & pul-
cherrime vide lector, & nu. 15.*

5 *Natura attendenda, & diſpoſitio generalis debet ſecundū na-
turam rei de qua loquitur diſpoſitio, etiam verba impropriā-
do & in materia ſtricti iuris, & hic pulchra de natura agē-
da, & quid ſit natura.*

6 *Voluntas hominis talis eſſe intelligitur, qualis eſt natura rei.*

7 *Conſequens cenſetur permiſſum permiſſo antecedenti, & qui
vnum vult cenſetur velle & alterum ſine quo illud facile ex-
plicari non poteſt, & ſit extenſio ad ea quæ veniunt in conſe-
quentiam etiam in odioſis.*

8 *Conſequentia de præiudicio tertij quod venit in conſequentiam
non curatur, etiam quod agatur de præiudicio eccleſiæ.*

*Diſpenſatio Papæ ſuper voto in conſequentiam præiudicat ter-
tio. ibi. nu. 8.*

*Laicorum ſtatutum factum principaliter pro eorū cōmodo te-
net, licèt in conſequentiā præiudicetur eccleſiæ, ibid. nu. 8.*

9 *Actum aliquem facient cenſetur ſe aſtringere legibus de ipſo
actu loquentibus, & actus in dubio intelligitur factus ſecun-
dum quod ius diſponit.*

10 *Voluntas hominis declaratur ex veriſimilitudine.*

11 *Expreſſum dicitur in quo eadem eſt ratio.*

12 *Fideicommiſſum reſtitui debet deducto ære alieno.*

*Legitima, de legitima debita matri in bonis filiæ detrahitur
lucrum ſtatutarium quod facit maritus in dotibus vxoris.
ibi. nu. 12.*

13 *In dubio non præſumitur quis id voluiſſe per quod alius deci-
peretur.*

14 *Interpretatio diſpoſitionis ita fieri dēt ne cōtineat iniquitatē.*

*Fideicommiſſum quando mulier conſtituit ſibi dotes de bonis
ſubiectis fideicommiſſo, ſi eas recuperet, non tenetur amplius
fideicommiſſario reſtituere. ibi. nu. 14.*

16 *Spurius non tranſmittit ad hæredes relicta pro alimentis, ſecus
in dote ſpuria.*

*Maritus lucratur partem dotis ex forma ſtatuti etiam in do-
te ſpuria. ibi. nu. 16.*

17 *Maritus cui eſt conſtituta dos in bonis ſubiectis fideicōmiſſo, ſi
illa euincantur per fideicōmiſſarium mortua vxore ſine li-
beris, agit de euictione contra hæredes vxoris quatenus aſce-
dit lucrum dotium ſibi debitum ex forma ſtatuti quādo mu-
lier habebat alia bona, de quibus dotare ſe poterat.*

CONSILIVM CLXXXVI.

¶ Pro nobili Antonio Garrone Burgenſe Cunei.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Præſens conſul-
1 tatio eſt ualde difficilis, ad† cuius diſſolutionem præmit-
to quòd fideicommiſſum relictum a filiabus teſtatoris
eſt particulare, quia in re certa fuerunt inſtitutæ, ideo
de

de eiuſmodi ſubſtitutione fideicõmiſſaria ſolum eſt detrahenda
legitima, nõ ẽt Trebellianica, quia Trebellianicã ſolũ detrahit hę
res vniuerſalis. l. j. §. inde Neratius. & l. mulier. §. ſi. ff. ad Tre. Bal.
in l. filium quẽ. C. fam. erc. in conſi. 281. Viſo teſtõ. ad fi. lib. j. in cõ-
ſi. 9. ad fi. lib. 2. & in conſi. 221. lib. 5. Panor. in c. Rayoutius, col. 11.
ver. vnum tñ notabis. extra de teſta. & ibi in additio. in ſecunda li
mitatione no. Iaſ. in d. l. filiũ quẽ habentẽ. col. 5. ad fi. in ſecunda li
mitatione. C. fam. erc. in l. Lucius. col. 12. ff. de vulg. in l. quotiens,
col. 3. C. de hære. inſti. & in auth. res quæ, in 2. no. C. cõmu. de leg.
Guido Papæ. q. 466. Pater filiã. Capra in conſ. 33. col. 3. circa med.
ver. circa ſm, Cremenſis nota. 73. Filius idẽ eſt in Falcidia, quia
non detrahitur niſi per vniuerſalẽ hæredẽ. l. lex Falcidia. §. nunq̃.
ff. ad legem Falc. Cor. in cõſi. 40. col. 3. circa med. lib. 3. ¶ Et licet
Curtius Iunior in conſi. 160. teneat 9̃ Bal. & ſequaces ꝙ immo de
trahatur Trebellianica etiam de inſtitutione particulari, rñden-
do ad iura allegata per Bal. & alios in cõtrariũ ꝙ loquuntur in lo
gato non in inſtitutione particulari, quæ participat de natura le-
gati & inſtitutionis vniuerſalis, tñ non videtur recedẽdũ ab opi.
Bal. & ſequacium. Nec obſtant argumenta Curtij, quia reſpõdeo
multis modis. Primò, ꝙ regula eſt, ꝙ detractio Trebellianicæ nõ
cõpetit niſi hæredi, ſed hęredis appellatione in dubio intelligitur
de vniuerſali, non particulariter in re certa, vt habetur in l. quo-
tiens. C. de hære. inſti. Alex. in conſi. 124. col. 2. ver. fortius dicunt.
lib. 5. doc. in l. Lucius, vbi Iaſ. col. 11. ff. de vulg. ſecus in eo qui in-
ſtituitur in quota, nam venit appellatione hæredis vniuerſalis, vt
habetur in d. l. quotiens. no. Rret. in c. in præſentia, de ꝓba. Soc. in
l. placet, col. 2. in ſecundo not. ff. de lib. & poſth. & de inſtituto in
quota ꝙ detrahat Trebellianicã tenet Capra in cõſ. 36. col. 2. poſt
med. ver. vnde quò ad ipſos. ¶ Secũdò detractio Trebellianicæ ꝓ-
dita eſt fauore teſtatorum, vt adeatur hæreditas ſaltem illius lu-
cri ſpe, ſed iſta ratio ceſſat in hærede particulari dato alio cohæ-
rede vniuerſali adeunte, cuius cõtemplatione tñ introducta fuit
Trebellianica, ita ꝙ cũ in hærede particulari nõ cõueniãt verba,
nec ratio legis alio cohærede vniuerſali adeunte, ceſſare in eo de
bet diſpoſitio l. 4. §. totiẽs. ff. de dam. infec. l. j. §. loquit. ff. de aqua
quotidia. & æſti. l. cum hic ſtatus. §. ſi ſponſus. ff. de dona. inter vir.
& vxo. l. ſi quis ſeruum. ff. ſi quis cautio. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu.
mat. l. ſi ſeruum. § nõ dixit prætor. ff. de acqui. hæred. & ſic opinio
& argm̃ Curtij procederet qñ cohæres vniuerſalis nollet adire,
& hæreditas accreſceret hæredi particulari. ¶ Tertiò † rñdeo, ꝙ
lex permittens detractionem Trebellianicæ hæredi debet intelli
gi de eo qui proprie & ſimpliciter eſt hæres, nõ aũt improprie &
& ſm quid. l. hoc legatum. vbi Bar. ff. de leg. 3. c. ſtatutum. de ele-
ctio. lib. 6. quod ꝓcedit ẽt in materia fauorabili. Soc. in cõſi. j. col.
j. in fi. lib. 3. in conſi. 86. col. 3. in fi. & in conſi. 121. col. 7. lib. 4. & ſic
argm̃ Curtij, ꝙ hæres in re certa participat in aliquibus de natu-
ra hæredis vniuerſalis retorquetur cõtra eum, quia ſatis eſt, ꝙ ꝓ-
prie & ſimpliciter non dicitur hæres, & poſito dicat quædã ſpe-
cies mixta participans de vtroq; dico ꝙ regulariter diſpoſitio lo
quẽs in caſu ſimplici nõ habet locũ in caſu mixto. l. vim paſſam.
§. præſcriptione, iũcta l. mariti. §. hoc quinquenniũ. ff. de adul. Iaſ.
in §. omnium, col. 5. Inſtit. de acti. maximè cũ iſta materia Trebellia-
nicæ videatur exhorbitans. ¶ Quartò rñdeo, Curtius vult cõſtitue
re differentiã inter merũ legatariũ & hæredẽ ex re certa circa de-
tractionem Trebellianicæ, quaſi caſus ſint diuerſi, cũ hæres ex re
certa participet de natura hæredis vniuerſalis, ſed dico ꝙ nõ ſuf
ficit diuerſificare caſus niſi ratio reddatur diuerſitatis. gl. in l. ſed
& ſi lege. §. itẽ ſi rẽ diſtraxerit. ff. de peti. hæred. nulla aũt ratio di-
uerſitatis allegari aut aſſignari põt inter inſtitutũ in re certa & le
gatariũ qñ cohæres vniuerſalis adiuit, quia adita hæreditate ha-
betur talis inſtitutus, vt merus legatarius, cum ceſſet tunc ius ac-
creſcendi. ¶ Nec obſt. ꝙ nõ deſinit eſſe ſuus hæres, & ꝙ tráſmittit
iure ſuitatis, qa nõ ſequit, ergo ẽt detrahit duas quartas, qa quar
ta Trebellianica nõ detrahitur rõne alicuius priuilegij, ꝙ enim fi
lius grauatus vltra legitimã detrahat Trebillianicam, hoc nõ eſt
ea rõne, ꝙ ſit filius, quia Trebellia cã detrahit ẽt alius quiuis ex-
3 traneus, qñ grauatur ſub conditione, qualitas † ergo ſuitatis non
debet cõſiderari in materia detractionis Trebellianicæ, in qua ſui
tas nihil facit. ſicut dicimus, ꝙ in feudo ſuccedit frater coniũctus
ex vno latere tñ, nec præfertur frater coniunctus ex vtroq; late-
re, quia in feudo ſolum attenditur agnatio, ideo nõ conſideratur
vinculum cognationis. Bal. in c. j. in fi. de grad. ſucceſſ. in feu. in cõ
ſi. 170. col. 5. in conſi. 304. Donatio. in fi. lib. 2. in conſi. 54. proponi
tur ꝙ quidã nobilis & in cõſi. 222. li. 3. Itaq; non valet cõſequẽtia
filius retinet iura ſuitatis qñ inſtituitur particulariter, ergo etiam
retinet ius detrahendi duplicem quartam, quia in ſuitate concur
rũt duo, primum ꝙ filius, ſm ꝙ eſt hæres, licèt particularis, ideo
non mirum ſi illa duo ſimul iuncta ſufficiunt ad retinendum ius
ſuitatis, ſed in Trebellianica ſolũ conſideratur titulus hæredis ꝙ
ſolus nõ ſufficit niſi agatur de hærede vniuerſali. ¶ Præterea, non
videtur ratio diuerſitatis cur filius particulariter inſtitutus nõ ita
dicatur ſuus ſicut vniuerſaliter, ſed nõ eſt par ratio ꝙ hæres parti
cularis ita detrahat Trebellianicã adita hæreditate per hrẽdẽ vni
uerſalem, ſicut detrahit hæres vniuerſalis, ꝑ ea quæ ſupra dixi in
rñſione ſecunda. ¶ Quintò rñdeo, ꝙ immo illa opinio, ꝙ filius in
ſtitutos in re certa retineat iura ſuitatis, nõ videtur ſine dubio, nã
contrarium tenent Bald. Ang. Imo. & Moder. in d. l. quotiens, re-
fert & ſequitur Iaſ. in l. ſi filius qui patri. col. 7. verſic. adde alium
quintum modum. ff. de vulg. ¶ Non obſt. gl. allegata per Curtium
in c. ſi pater. de teſtã. lib. 6, quia ſi voluit glo. præſupponere quod
dicit Curtius, male præſupponit ſine aliqua allegãtione, quinim-
mo dico ꝙ licèt gl. illud ꝑſupponeret, nõ tñ cenſeret decidere ita
eſſe, prout ꝑſupponit Rota dec. 346. Nota ſi in procuratorio. in an
tiq. vbi ſi dñs in procuratorio promittit releuare indemnẽ ꝓcu-
ratorẽ ſeu ſubſtitutũ ab eo, nõ per hoc cenſet data poteſtas ꝓcu-
ratori ſubſtituẽdi. & refert & ſequitur Alex. in conſ. 17. col. fi. li. 2.
Feli. in c. licèt, col. 3. poſt med. de offi. ord. Alex. in conſi. 126. co-
lum. 2. lib. 5. Præterea gl. nihil amplius poteſt ꝑſupponere ponen
do caſum & declarando tex. q̃ continetur in ipſo tex. ſed tex. dũ
ſe fundat ꝙ ſubſtitutiones eſſent directæ & ꝙ nõ fiat detractio le
gitimæ & Trebellia cæ, loquitur & intelligit reſpectu, ideſt, de le-
gitima reſpectu filij & filiæ, de Trebellianica vero reſpectu filiæ q̃
ſucceſſit fratri hæredi vniuerſali. ¶ Hoc ita præſuppoſito redeun
do ad punctũ principalẽ, aduertendũ eſt, ꝙ dos dñæ Catharinæ
partim erat in bonis nõ ſubiectis fideicõmiſſo, quatenꝰ erat eius
legitima, partim in bonis ſubiectis reſtitutioni fideicõmiſſi, qua-
4 tenus dotes excedebant legitimã. Si ergo † quæratur an mortua
domina Catharina ſine liberis, maritus debeat lucrari dimidiã
dotium, etiã quatenus ſunt ſubiectæ reſtitutioni fideicõmiſſi, pro-
to cõcludẽdũ ꝙ ſic & primo iſtã qõnem videtur Bald. decidere
in auth. res quæ. col. 2. verſi. quæro ſi ex forma ſtatuti. C. cõmu. de
leg. Nã dicit Bal. qñ conſtituitur dos in bonis ſubiectis reſtitutio-
ni fideicõmiſſi ſm formã illius auth. ſeu corporis vnde ſumit, põt
apponi pactũ de lucranda dote ſeu donatione ꝓpter nuptias in
ter coniuges, ſi ergo ex pacto præiudicatur fideicõmiſſario, eodẽ
modo videt poſſe præiudicari ex forma ſtatuti, arguẽdo de vno
ad alterũ, iuxta nota. per Moder. in l. nõ impoſſibile. ff. de pactis.
ergo ſtatutũ diſponens de lucro dotis videt obtinere qũocunq;
fuerit conſtituta dos, etiã de bonis fideicõmiſſi reſtitutioni ſubie
ctis, q̃ ex cauſa neceſſaria pro dotibus poſſunt alienari, licèt Bal.
non ita declaret. ¶ Secundò arguitur, nam teſtator expreſſe per-
miſit ꝙ iſta bona traderentur pro dotibus, ergo illud cenſet per-
miſiſſe, ꝙ poſſent conſtitui dotes ſm naturam ipſarum dotiũ &
ſm materiã ſubiectam, vt lucrum earũ facere maritus poſſet ſm
5 ſtatuta de dotibus loquentia, quia † diſpoſitio generalis intelligi
debet ſm naturã rei de qua loquit diſpoſitio. l. j. §. j. ff. de uſu. ꝓ-
cur. Cæſa. l. ſi ſtipulatur. §. verũ. ff. de vſur. l. damni. ver. & ꝙ in ſti-
pulatione. ff. de damno infecto. l. filiusfami. ff. de donatio. Bal. in
rub. C. de contrahen. emp. in nona quæſtione allegat Innoc. in c.
ex literis, de iure patro. & idẽ Bal. in l. à procuratore. C. manda.
verſi. nota ergo. Bellamera. in conſi. j. colum. pen. Soc. in conſilio.
47. col. 3. lib. j. Iaſ. in l. actionem, colum. 2. C. de procu. quod pro-
cedit etiam in materia ſtricti iuris, ideo verba ſententiæ intelligũ
tur ſecundum naturam iudicij & actionis intentatæ, etiam verba
impropriando. Bald. in l. ſi. C. communi. diuid. argu. glo. in l. &
puto. ff. famil. erciſcun. Soc. in conſi. 242. colum. fin. verſic. quarto
quia. lib. 2. idem in verbis laudi, quæ intelliguntur, ſecundum na
turam cauſæ. Cuma. in conſi. 142. Ser Petrus. colum. 2. Dec. in con
ſi. 388. colum. 2. circa med. Potius enim tolerari debet ꝙ impro-
prietur natura verborum quàm natura rerum, vt eleganter dicit
Bald. in conſi. 457. Interpoſito. col. j. poſt med. lib. 3. ſic etiam po-
tius deſeruiunt verba naturæ contractus, quàm natura verbis. l. in
ſulam. ff. de ꝑſcrip. verb. Bal. in l. 2. C. commoda. Iaſ. in conſi. 6. co-
lum. 2. circa fi. lib. 3. & intelligi debet diſpoſitio ſm naturam rei
etiã ꝙ in ea interuenerit iuramentum. Corn. in conſi. 129. col. 5.
ad fin. lib. 3. per text. in ſi. ff. qui ſat ſdare cogan. Immo attenditur
natura rei potius quàm mens diſponentis, puta, ſi iudex in ſen-
tentia quæ eſt mere interlocutoria dicat nos diffinitiue pronun-
ciamus, non enim attenditur mens iudicis circa illud verbũ diffi-
nitiue, ſed natura ſententiæ quæ eſt interlocutoria, ita Anch. in

cõſi.353. Præmitto in facto, col.j. Sed per ſtatutũ loci Cunei, vbi
iudicis magiſtratum egi ſuper primũ doctoratus mei annum da-
ta eſt certa lex & natura dotibus, vt partẽ earũ mariti ſuperſtites
lucrifaciant, ergo ſm talem naturã diſpoſitio teſtatoris debet in
telligi, natura enim nihil aliud eſt quã rõ quædam inhærens ipſi
actui p diſpoſitionẽ legis vel cõſuetudinis aut æquitatẽ ius dicẽ-
tis. Bal. in cõſi.355. Materia feudorũ. col. j. lib. j. Alibi ſcribit Bal. in
cõſi.165. De generali. in prin. lib. 2. ꝙ natura nihil aliud eſt quàm
aptitudo quædã. ¶ Alibi ſcribit idẽ Bal. in cõſi.275. Quod pro re-
gula. in prin. li. 2. ꝙ natura feudi dr̃ id quod traditur pro regula, in
cauſa feudi, illud vero quod eſt extra regulam, dr̃ accidẽs ſeu alie
ratio vel impropriatio modo in propoſito, iſtud lucrum à ſtatuto
introductum ſuper dotibus dr̃ ſm naturã dotium cũ dotibus in-
hæreat ex diſpoſitione ſtatuti, & pro regula in ſtatuto tradatur, vt
maritus ſuperueniẽs vxori decedenti ſine liberis partem certam
6 lucretur ipſarũ dotiũ. ¶ Et magis † in terminis ꝙ illa permiſſio te
ſtatoris debeat intelligi ſm naturã ipſarũ dotium, adduco Oldr.
in cõſi.243. Factum tale eſt rectores. col. 5. vbi ꝙ voluntas diſpo-
nentis intelligitur ſm naturã rei, & ſic talis eſſe intelligitur volũ-
7 tas diſponentis qualis eſt natura rei. ¶ Tertiò teſtator permittẽs
antecedens. i. conſtitutionẽ dotium, cenſetur etiam cõſequẽs per
miſiſſe. i. lucrũ dotiũ, quod cõſequitur ex conſtitutione earũ. l. in
debita. ff. de cond. indeb. l. 3. §. ſcio. ff. de mino. maximè, quia iſtud
pñs eſt neceſſariũ ad antecedens ob ſtatuti diſpoſitionẽ ex his q̃
ſcribit Iaſ. in l. & ſi prætor. col. 2. ff. de officio eius. & alias niſi fuiſ
ſet permiſſum tale lucrũ, nõ facile inuentus fuiſſet maritus q vxo
rẽ accipere voluiſſet, renũciãdo ipſi lucro, arg. c. ſuper hoc, de re-
nun. l. cũ de indebito. in fi. ff. de probatio. ideo teſtator, qui voluit
vnũ cẽſetur voluiſſe illud ſine quo actus cõmode explicari nõ po
tuiſſet Dec. in c. præterea, col. 4. ad fi. verſ. ſed cõtrarium reperio.
de off. deleg. vbi ꝙ vno cõceſſo cenſet̃ conceſſa oĩa q̃ tendunt ad
faciliorẽ executionẽ illius actus, licèt neceſſaria nõ ſint, quicquid
dixerit Iaſ. in d. l. & ſi prætor. ¶ Immo fit extenſio ad ea q̃ veniunt
in cõſequentiã, ét in odioſis. Dec. in c. quanto, col. 3. de iud. ¶ Nec
8 pſit † ſubſtituti ꝑtendere aliquod præiudiciũ ꝙ maritus lucretur
partẽ dotis in bonis ſubiectis fideicõmiſſo, cum tale præiudiciũ
veniat in conſequẽtiam illius permiſſionis teſtatoris. Inn. & Ant.
de But. in c. 2. per illũ tex. de voto, vbi qñ Papa diſpenſat ſuper vo
to, in cõſequentiam præiudicat tertio, nec tale præiudiciũ habet̃
in conſideratione, refert & ſequitur Dec. in c. quæ in eccleſiarum,
col. 12. ver. præterea & ſecundo. de conſt. Sed vltra Decium addu
co Rotã deciſ.331. Suppoſito facto. col. 4. ver. quanto quilibet, &
col. ſeq. ver. 6. hoc probatur, in nouis. vbi generaliter dicit nõ ha-
beri in conſideratione præiudicium tertij quod venit in cõſequẽ
tiã. ¶ Fortius ſi laici faciunt aliquod ſtatutũ principaliter ob eorũ
cõmodum, licèt ex eo incõmodum aut præiudicium inferatur ec
cleſiæ in conſequentiam, nõ attendit̃ tale ꝑiudiciũ. Anch. in con-
ſi.16. Cald. in cõſi.21. in tit. de conſtit. vbi Anch. & Cald. cõſulue-
runt in eodẽ caſu. Poſſunt enim laici eccleſiæ præiudicare in quæ
rendis. Bal. in rub. de conſtit. quem refert & ſequitur Cal. in conſi.
7. col. 8. ante med. & col. 10. poſt med. De quo tamen latiſſime di
xi in tract. de antiquitate temp. & maximè conqueri non poſſunt
ſubſtituti, qa agitur de præiudicio illato à teſtatore, in cuius po-
teſtate id erat, & q ipſis ſubſtitutis poterat nõ relinquere. ¶ Quar
9 tò † arguitur, faciens aliquem actũ cenſetur ſe aſtringere legibus
de eo actu loquentibus. Bal. in l. ſi duo. ff. de acq. hæred. per illum
tex. Bar. in l. iuriſiurandi. §. ſi liber. ff. de ope. liber. Ange. in l. tres
fratres. ff. de pactis. Anch. in conſi.155. Viſis & diligenter exami-
natis. col. 3. ad fi. quod procedit etiam in vltima voluntate. Bar. in
l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Treb. Aret. in conſi.145. Reſponden-
do ſummatim. circa fi. Cor. in cõſi.72. col. 2. & in conſi. 138. ad fi.
li. 2. & alibi ſepiſſime. ideo in dubio actus intelligitur factus ſm
ꝙ ius diſponit. c. ex literis, de conſti. c. ſedes. de reſcrip. & c. veniẽ
tes. de iureiur. quæ iura ad hoc allegat Cald. in cõſi.11. in fi. in tit.
de feudis. Similiter actum faciens cenſetur approbare oĩa ad illũ
actum requiſita. c. cum ſuper. vbi Dec. in tertio notab. de offi. de-
leg. ergo teſtator, qui dotes reliquit, cenſetur conformaſſe volun
tatem ſuã cum diſpoſitione ſtatutaria loci vbi dos ſolueretur. i.
vt eius dotis maritus lucraret̃ quantũ à ſtatuto concedit̃, alias. n.
fraudarent̃ mariti contrahentes cũ mulieribus grauatis ignoran
10 do ipſum grauamen. ¶ Quintò † arguitur ſic, in voluntate alicu-
ius maximè teſtatoris interpretanda plurimũ attendit̃ veriſimili
tudo quid veriſimiliter voluerit, quia illud habetur pro diſpoſi-
to. l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. qui tex. ſm Bal. ibi procedit etiam
in vltimis voluntatibus. facit tex. in l. Titius. § Lucius. ff. de libe.
& poſth. & in l. fi. C. de poſthu. hæred. inſti. regula, in obſcuris, de
reg. iur. ſed ſi teſtator permittens cõſtitui dotes fuiſſet interroga-
tus an vellet poſſe detrahi lucrum ſtatutariũ de talibus dotibus
quo facilius filiæ maritos inuenirent & magis dignos, veriſimili-
ter reſpondiſſet, ꝙ ſic, ergo pro expreſſo habendũ eſt, quinimmo
11 † ſatis hoc videtur expreſſum in quo eadem eſt ratio. Bal. in l. da-
ta, col. 8. c. qui accuſa. per tex. in l. his ſolis. C. de reuo. don. & l. fi.
C. de indic. vidu. tol. refert & ſequitur Alex. in conſi.75. col. j. lib.
5. nõ enim dici poteſt caſus omiſſus in quo eadem eſt ratio. Bal.
in l. per diuerſas, col. 3. C. mand. Io. de Ana. inter conſilia Pau. de
Caſt. in cõſi.561. Viſis & conſideratis his. col. 5. ad fi. li. 2. pulchre
Abb. in conſi.75. col. 3. lib. j. & dicit Bal. in conſi.384. Statuto ciui-
tatis cauetur ꝙ nullus. col. 2. lib. 5. ꝙ ea q̃ ſunt eiuſdem rõnis, in-
cluduntur ſub diſpoſitione & ſignificatione. i. proprie & non ta-
cite. Sed rõ quæ eſt in expreſſa conſtitutione dotium, ſcilicet pro
matrimonio filiarum facilius & honeſtius contrahendo, militat
12 etiam hoc caſu, ergo vterq; caſus videtur expreſſus. ¶ Sextò † ar-
guitur, fideicommiſſum debet reſtitui deducto ære alieno. l. ſuc-
ceſſores. vbi Bal. C. ad legem Falci. ſed iſtud lucrum ſtatutariũ vr̃
detrahendũ tanquã æs alienũ contractum obligatione legali ſeu
ſtatutaria de neceſſitate, quod æs alienũ vr̃ extitiſſe ordine intel-
lectus iam ab initio cõſtitutæ dotis à patre, qui cenſetur voluiſſe,
ꝙ ſeruarentur ſtatuta diſponẽtia ſuper lucro dotiũ tanq̃ leges de
dotibus loquentes per dicta ſupra in tertio fundamento, ¶ Cõfir
matur hoc fundamentũ argumento à fortiori, qñ agitur de com
putanda legitima matris in bonis filiæ q̃ deceſſit in matrimonio
ſine filijs, de dotibus iſtius filiæ ante oĩa detrahitur lucrũ debitũ
marito ex forma ſtatuti tanq̃ æs alienũ. Ant. de But. in cõſ.12. Mu
lier quædam refert & ſequitur Soc. in cõſ.288. col. 10. ver. confir-
matur rõne clara. lib. 2. idẽ vult Cor. licèt de But. mentionẽ nõ fa
ciat in cõſ.127. lib. 3. ſi de legitima quæ eſt fauorabilis debita iu-
re naturali. l. cũ ratio. in prin. ff. de bo. dam. detrahitur tale lucrũ
ſtatutarium tanq̃ æs alienũ, a fortiori detrahi debet de fideicom
miſſo quod eſt odioſum & oneroſum. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff.
de vulg. Roma. in l. à Titio. ff. de verb. oblig. Soc. in conſi.163. col.
13 pe. ad fi. ver. vnde ex præmiſſis. lib. j. ¶ Septimò † arguit̃, in dubio
non eſt ꝓſumendum ꝙ quis illud voluerit per quod alius decipe
retur, quia eſſet præſumere delictum, ɔ̈ l. merito. ff. pro ſocio. facit
l. ſi procurator, cũ ibi not. ff. de cõd. indeb. bonus tex. in l. j. C. de
his qui veni. æta. impetra. nec debet diſpoſitio captioſe interpre-
tari, id eſt, ꝙ per eam decipi aut damnificari quis poſſit. l. pe. ff. ad
exhib. Ant. de But. in conſi.9. ad fi. Sed ſi voluiſſet teſtator ꝙ de re
ſtitutione fideicommiſſi non detraheretur lucrum ſtatutarium,
poſſet facile decipi maritus contrahens cum muliere grauata exi
ſtimans quãdoq; partem dotis ſibi lucro futurã ignorãdo fidei-
commiſſum. quod ſi ſciuiſſet, non ad eum modũ matrimoniũ ꝯ-
traxiſſet. Et profecto iniquũ videretur ꝙ maritus fraudaretur lucro
ſtatutario ex illo fideicommiſſo, ideo teſtator ſubſtituendo filia-
bus, nõ cenſetur intellexiſſe ꝙ lucrũ hoc detrahi non poſſet, quia
14 † diſpoſitio ita debet intelligi ne contineat iniquitatem. Oldr. in
cõſi.66. an ex delicto. Feli. inter cõſilia Soc. in cõſ.302. col. 4. lib. 2.
eſt ſubſcriptio Feli. ad conſiliũ Soc. Dec. in cõſi.286. col. 5. ¶ Octa
uò arguitur ſic, qñ mulier præter voluntatem teſtatoris cõſtituit ſi
bi dotes de bonis fideicõmiſſo ſubiectis, ſi eas dotes recuperaue
rit mortuo marito, nõ amplius tenetur reſtituere fideicommiſſa
rio ſm gl. in d. auth. res quæ. à fortiori ſolutis dotibus ea volunta
te teſtatoris potuerit retinere maritus lucrũ a ſtatuto permiſſum,
quia teſtator cenſetur voluiſſe ꝙ ille reſtituerentur fideicõmiſſa-
15 rio detractis detrahendis. ¶ Nunò iſtam † quæſtionẽ in terminis,
ita decidit Bal. in cõſi.79. Caſus talis eſt. lib. j. in cõſi.356. Factum
ſic proponitur. lib. 4. idẽ præſupponit ipſe Bal. in conſi. 356. Mor
tua Barthola. lib. 2. dum dicit tale lucrum imputari in legitimam
filiæ grauatæ. Eandem opinionem tenet idem Bald. in conſi.77.
Filia. in conſilia. 103. in dicto teſtamento, in fi. & in conſi.327. Fa-
ctũ ſic proponit. lib. 4. vbi ampliat hoc procedere, licèt talia bo-
na reſtitui debeant ex fideicõmiſſo pijs locis. Idem videtur velle
d. Alexand. in conſi.176. colũ. 3. lib. 7. arguendo a contrario ſen-
16 ſu, quia in caſu noſtro nõ fuit dictũ ꝙ reſtituerentur bona pleno
iure. Idem † videtur velle Bald. Nouell. in tracta. de dote in ſexta
parte priuilegio 16. col. 2. verſic. ſed quid ſi ſtatutum, char. 12. vbi
volunt ꝙ ſi pater det dotẽ filiæ ſpuriæ, licèt de iure nõ poſſit filia
diſponere de tali dote, nec tranſmittat ad hæredes cũ ſolũ ſucce
dat dos in lucrũ alimentorũ ſm Bal. in l. eam quã. col. 10. ver. po-
ne dici decretũ. C. de fideic. & in conſi.91. videt̃ ꝙ electio. ad fi.
lib. j. Calc. in cõſi.59. in fi. in conſi.60. & in conſi.62. col. 5. circa
med.

med. Dec. in conſi. 3 ti. colum. Nicol. de Vbal. in trac. ſucceſſ. ab inte. col. 6. tñ maritus poterit lucrari de dicta dote ex forma ſtatuti. Ex quo apparet poſſe maritum lucrari dotem etiam de bonis ꝓhibitis in vxorem transferri, & de quibus vxor diſponere non pt, & quæ poſt mortem vxoris alij veniunt reſtituenda. eandem etiã opinionem tenet Io. Campeg. in trac. de dote in quinta parte. q. 18. vbi licèt multa videat̃ dicere, nõ multum tñ dicit, ſed tantum cõcludit ꝙ ſi legitima filiæ ſufficiebat ad dotem, quatenus bona data in dotem excedunt legitimam, illa reſtituũtur fideicommiſſario, nec maritus de ipſis bonis aliquid lucratur. ¶ Reperio etiã ꝙ hanc q̃ õnem tangit Cor. in conſi. 3. vbi in effectu cõcludit ꝙ de bonis ſubiectis fideicommiſſo ſi dos moderata & congrua cõſtituta ſit, poſſit maritus lucrari partem dotis ex forma ſtatuti, tñ ꝙ capit illud lucrum ſuper legitima filiæ. Ex quibus infertur ꝙ ſi dos cõſtituta de talibus bonis excedebat legitimam, quatenus excedit, debet reſtitui fideicommiſſario ſeruato lucro dotis ipſi marito capiẽdo ſuper portione legitimæ, licèt in computãdo lucro habeatur ratio ad totam dotem dummodo legitimam nõ excedat, quicquid aliter circa hanc q̃ õnem ſenſerit Pau. de Caſt. in cõſi. 59. Pro pleniori rñſione, ad fi. lib. j. & in cõſi. 43. Subſtitutio prædicta. col. fi. lib. 2. ¶ Quid † autem ſi mulier habens alia bona propria dedit in dotem bona ſubiecta fideicommiſſo, nunquid maritus nihil lucrabitur. Dic ꝙ nõ in iſtis bonis, tñ ſi talia bona euincantur à marito ꝑ ſubſtitutum aut fideicommiſſarium, aget maritus de euictione contra hæredes mulieris quatenus aſcendit lucrum ſibi debitũ ex forma ſtatuti, ita eleganter determinat Bal. in cõſi. 468. Quidam habẽs duas filias. lib. 4. quod eſt notabile dictum Thaurini. Aymo Crauetta de Sauiliano.

S V M M A R I V M.

1 Vſufructuarius an teneatur ad æs alienum & legata, aut vero hæres pulchre & latè hic vide, in quo articulo Bal. & Dec. ſibi ipſis conſtantes non fuerunt.

2 Diuerſitas caſuum non tollit arguendo modum de vno ad alterum, niſi ratio reddatur aduerſitatis.

3 Teſtator in dubio cenſetur minus grauare hæredem quàm ſit poſſibile, immo potius toleratur quod legatum ſit inualidum quàm cenſeatur teſtator hæredem grauare.

4 Solutio quando teſtator mandat ſolui legata in bonis ipſius teſtatoris, ſi bona non ſuppetunt, hæres nõ tenetur de ſuo ſoluere.

5 Solutio quando teſtator legat mille & quingentos aureos ſoluẽdos in pecunijs, mercantijs & alijs rebus ipſius teſtatoris, ſolutio debet fieri in pecunijs, mercantijs & alijs rebus prorata, id eſt ſoluuntur quingenti aurei in pecunia numerata, quingentĩ in mercantijs, & alij quingenti in alijs bonis, quod nota.

6 Solutio, quando teſtator mandauit ſolui legata in eius bonis, an poterit hæres ſoluere in pecunia, & concluditur quod ſic.

7 Vſufructuarius tenetur præſtare cautionem de vtendo et fruẽdo, arbitrio boni viri, non obſtante quod teſtator mandauerit vxorem non moleſtari in vſufructu, vel quod hæres eam in vſufructu non moleſtare promiſerit, vel etiam quod teſtator expreſſe prohibuerit talem cautionem peti.

Cautio vſufructuarij debet præſtari expreſſa qualitate & æſtimatione bonorum. ibi. nu. 7.

CONSILIVM CLXXXVII.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Teſta
ſed non puto, ꝙ ita intellexerit de tempore poſt morã, niſi dicamus, ꝙ illud voluerit qñ tale intereſſe ab initio taxaretur. ¶Tertius caſus eſt in contractu venditionis, & in nõ ſolito negociari, qñ venditor dat terminũ emptori ad ſoluendũ preciũ, & conuenit, ꝙ eo pendente teneatur debitor ad præſtandum intereſſe nõ taxatum in recompenſam fructuũ quos emptor percipit, & iſto caſu Dec. voluit talem conuentionem valere, vt patet in d.c.cum venerabilis, in d.cõſi.211. & in conſi.119. licèt in vno fuerit Deci. contrarius ſibi ipſi. quia in d.c.cum venerabilis. & in cõſi.211. voluit, ꝙ valeat talis conuentio ſuper intereſſe, licèt illud taxetur: in d. autem conſi.119. tenuit talem taxationẽ eſſe illicitam. quod ẽt voluit in conſi.116.col.2. circa med.ver. iſta concluſio comprobatur. in conſi.183.col.fi. & in conſi.322.col.1. circa med. eandẽ opi. ꝙ etiam ceſſante mora debeatur intereſſe venditori in recompenſam fructuum & teneat conuentio facta ſuper tali intereſſe, tenet Cor. in conſi.113. in fi. lib.3. vbi hoc dicit eſſe indubitatum. Alex. in conſi.121.col.2.ver. ad hoc benefaciunt. li.5. poſt Pau. de Caſt. & idem Alex. in conſi.47.col.1.verſi. & fortius ad propoſitum, eodem lib.5. idem etiam videtur velle Cor. in conſi.59.col.2. lib.3. dum dicit, ꝙ in terminis d.l.curabit. emptor non tenetur ad intereſſe fructuum ratione alicuius moræ, ſed ſola ratione perceptionis fructuum. Eandem opi. clare voluit Bal. Nouel. in d. tracta. de dote in ſeptima parte priuilegeo.3.ver. & ſic idem poteſt concludi. Cagnolus in rep. d.l.curabit. colũ.6.verſ. ſed pulchra & vtilis. ¶Sed iſta opinio videtur dubia, quia cum emptor non ſit in mora pendente dilatio ad ſoluendum precium non tenetur ad intereſſe quod nõ debetur niſi poſt moram, ideo contra iſtam opin. tenet Alexandrinus. in conſi.88. & vltra allegata per eũ addo Soc. in conſi.86. & in conſi.103.lib.4. qui tñ Soc. in conſilijs tam allegatis per Alexandrinũ, q̃ per me nõ ita indiſtinctè voluit conuentionem non valere, immo voluit ꝙ ſi venditor ſit ſolitus negociari, & perſona diligens & qui alias nõ inueniſſet emptorẽ, qui præſentem pecuniã numeraſſet, ꝙ tũc pactus ſit licitus, licèt loquatur ſub dubio forte, ſed dictio forte in conſilio non ſtat dubitatiue, Alex. & Mod. in l. in ſubſtitutione. ff. de vulg. Dec. in c. ſup literis, col.6.ver. & ideo licèt conſultor. de reſcrip. cuius Soc. diſtin. ſatis vr̃ æqua & tenenda, maximè, quia Deci. in conſi.119. dicit negari nõ poſſe quin iſta quæſtio dubia reddatur. teneo igitur cum Soc. ſaluo iudicio melius ſentientis, quia proteſtor nolle vſurarijs auxilio eſſe, nõ tñ intelligo, ꝙ ſit licitũ tale intereſſe taxare per ea quæ infra dicã. ¶Quartus caſus eſt, qñ ſit vẽditio rei immobilis à mercatore ſolito negociari & datur emptori terminus ad ſoluẽdum precium, an durante termino licitum ſit conuenire de præſtando intereſſe ſingulis annis, illud tñ nõ taxãdo in quo caſu diſtinguo, aut loquitur de intereſſe rõne fructuum ſeu recõpẽſam fructuũ, & tũc dico prout in tertio caſu præcedenti, vbi Soc. ſecutus ſum: aut loquimur de intereſſe lucri ceſſantis vltra fructus, & iſto caſu puto talẽ conuentionem non eſſe licitam, quia intereſſe non debetur ſine mora. l. traditio. C. de actio. emp. l. ſtipulationes nõ diuiduntur. ver. ſi. ff. de verb. obli. ſed pendente dilatione nulla eſt mora, & ita in terminis d.l.curabit, circa tale intereſſe, tenet Cor. in d.conſi.59.col.4.ver. ſed ad hæc rñdetur. lib.3. iſtud etiam vr̃ decidi ex dictis Soc. in d. conſilijs allegatis p Alexãdrinũ & me, dũ cõcludit pactum licitũ qñ vẽditor ſolitus negociari & diligẽs aliũ emptorẽ nõ inueniſſet, qui præſentẽ pecuniam numeraſſet, iſtud. n. nõ vr̃ habendũ in conſideratione reſpectu lucri ceſſantis, ſed ſolũ reſpectu fructuũ. toleratur. n. vt euitet damnum reſpectu fructuum, quos emptor percipit, qñ aliter facere nõ potuit, non etiã ſuccurritur, vt lucrũ faciat, quia diuerſa eſt ratio damnũ nõ pati, & lucrũ nõ facere. l. proculus. ff. de dam. infec. l. ſi is qui. §. fi. ff. de furtis. l. iuris ignorantia, & l. regula, in prin. ff. de iuris & fac. igno. l. fi. C. de codicil. & l. fi. §. licentiã. C. de iure delib. & ꝓ tãto dixi ſupra de vẽditione rei immobilis, quia vbi fieret venditio rei mobilis, idẽ putarẽ, ꝙ in mutuo, ideo procedũt dicta ſupra in primo caſu. Et aduertendũ circa pmiſſa ꝙ in caſibus in quibus petitur intereſſe rõne fructuũ recompenſam, illud nõ põt excedere quãtitatẽ fructuũ alias eſſet vſura. Pau. de Caſt. in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. emp. Io. de Ana. in c. in ciuitate, circa prin. de vſur. ſequitur Soc. in l. de diuiſione, col. pe. circa med. ff. ſol. matr. ¶Quintus caſus eſt in marito qui dedit dilationẽ ſocero ad ſoluendũ dotes, & conuenit ꝙ pendente termino ſoluatur certũ quid ſingulis annis ꝓ alimẽtis vxoris aut oneribus matrimonij, & iſto caſu licita vr̃ cõuentio. Io. Cald. in c. ſalubriter, de vſur. vbi Abb. Imo. & doc. in l. ſi filiã. §. vſuras. ff. ſol. mat. Bal. Nouel. in d. trac. de dote. in ſeptima parte priuilegio.3. vbi ꝙ opi. Ant. de But. in d.c. ſalubriter. vbi contrariũ voluit, cõiter morder. ſolet à legẽtibus. ibi idem tenet Dec. in d.c. paſtoralis. & in cõſi.119. Purpuratus ſocer meus, in l. l. ẽta. col.9. in fi. ff. ſi cer. pet. ¶Sed tñ ſubſtituendũ hic vr̃, quia doc. in hac materia arguũt de vẽditore ad maritũ & econtra, vt eo caſu quo vẽditori permittitur petere vſuras aut intereſſe rõne fructuũ, permittatur & rõne onerũ matrimonij, & ecõtra, vt habetur in l. de diuiſione. ff. ſol. mat. & no. Soc. in d. cõſilijs, ideo ſi talis conuentio nõ eſt licita in venditore, eadẽ rõne nõ vr̃ licita in marito, & ꝙ talis cõuentio non uideatur licita, expreſſe ur̃ tenere Alex. in d. conſi.221.col.fi.uer. & põt rñderi lib.2. ubi ꝙ ideo in caſu ſuo conuentio illa erat licita, quia ſocero nõ erat data dilatio ad ſoluendum ſed ſimpliciter dictũ, ꝙ tm̃ deberetur pro alimentis donec ſoluta eſſet dos, & ita ẽt ur̃ tenere Alex. in conſi.30.col.4. uer. ſecundo rñdeo. lib.6. Soc. in d. cõſi.176.179. lib.2. in conſi.88.103. & 130. li.4. ſimiliter Dec. in d. conſi.119. dum allegauit Ant. de But. in d.c. ſalubriter, dicit rem nõ carere dubitatione. Cor. etiam in conſi.71. in tertio dubio. & in conſi.115.col.2.lib.4. habet rem pro dubia, & ꝙ non ſit licita talis conuentio ultra Mod. allego Pau. de Caſt. in conſi.11. Viſo dicto libello & contentis in eo. in tertio dubio. lib.3. Anch. in conſi.150. In quæſtione quæ uertitur inter nobilem. col.2. poſt med. uer. pro hoc ſpecialiter adduco. ubi allegat Io. And. in d.c. ſalubriter. ideo tutius ur̃ tenere non ualere conuentionem qñ datur certa dilatio ad ſoluendum, ſecus ſi nulla data dilatione ſimpliciter conueniatur ꝙ ſoluatur certũ quid in ſingulos annos, donec ſoluta ſit dos, quæ diſtinctio uidetur de mente Alex. & Soc. in d. cõſilijs, & hãc diſtinctionem nouiſſime amplectitur Alexandrinus in conſi.108. nec obſtat ratio Decij in d.c. paſtoralis. quam nonnulli Mod. ſequuntur, ꝙ licèt detur dilatio, tamen creditor puta maritus aut uenditor eam alias daturus non erat niſi ob ſpem illius intereſſe, quia attenta iſta ratione ſequeretur, ꝙ licita eſſet talis conuentio, etiam in contractu mutui, cuius contrarium oſtendimus ſupra in primo caſu, præterea iſta ratio põt retorqueri cõtra Dec. quia uidetur imputandum creditori cur dederit talem dilationem, & cur non potius fuerit ſtipulatus uſuras in caſum moræ, uidelicet quandiu ceſſatum eſſet in ſolutione dotis. ¶Non omitto in hac materia unum dictum Abb. ſatis extraneum in conſi.85.col.fi.lib.2. ſimpliciter & generaliter uoluit ꝙ maritus non poſſit petere uſuras ratione dotis nõ ſolutæ ob cãm alimentorum, niſi probet de alio intereſſe, quia operæ uxoris debent compenſari cũ alimẽtis, quod dictum poſſet tolerari in marito habente coniugem ruſticã & fortem ad operas, ſed in alijs vxoribus nouit Deus ſi operas exhibent ad alimenta pares. ¶Sextus caſus eſt in muliere ſoluto matrimonio, an poſſit paciſci cum hæredibus mariti de habendo certũ quid annuum. breuiter, aut loquimur quando mulier dediſſet dilationem hæredibus de ſoluenda aut reſtituenda dote, & iſto caſu conuentio videtur illicita, per ea quæ dicta ſunt ſupra in proximo & quinto caſu, immo fortius, quia mulier ſolut. mat. nõ eſt æque priuilegiata atque maritus eo cõſtante pp onera matrimonij, ideo hæredes mariti nõ tenentur ad vſuras dotiũ rõne alimentorũ, vt habetur in d.c. ſalubriter. Bar. in cõſi.128. Franciſcus Anch. in d. conſi.150. Alex. in l. diuortio, in prin. col.7. ff. ſol. mat. & in cõſi.27. Viſo themate. colũ.3. lib.4. Cor. in conſi.212. in prin. lib.3. eſt uerum ꝙ ſi mulier nõ habeat unde ſe alat, & fecit quicquid potuit, ut dotes recuperaret ab hæredibus mariti, ſed nõ potuit, ꝙ poſſet petere talia alimẽta tanq̃ intereſſe rõne moræ. ſimiliter ſi pp morã hæredũ paſſa eſſet aliud damnũ, uel ſolita eſſet negociari, tũc tale dãnũ aut lucrum ceſſans poſſet petere ut latiſſime p Alex. in conſi.141. li.5. Aut loquimur qñ mulier nõ dedit hæredibus dilationẽ ad ſoluẽdũ dotẽ, ſed ſimpliciter cõuenit qđ dent certũ quid ſingulis annis donec dotem reſtituerint & iſto caſu ur̃ ꝙ ſi mulier eſſet ſolita negociari uel pecunias ſuas ad negociãdũ petere, ꝙ ualeat talis cõuẽtio, ut latè per Alex. in cõſi.200. lib.6. & faciũt no. p Soc. in d. cõſi.176. lib.2. & alijs cõſilijs ſupra alleg. ubi ꝙ uẽditor ſolitus negociari põt paciſci cũ emptore de habendo certũ quid annuũ quandiu ſolutũ ſit preciũ, licèt referat aliquos tenere cõtrariũ, ego tñ crederẽ iſto caſu ꝙ ſi mulier poterat recuperare dotem & maluit ita paciſci potiuſquã eã recuperare, ꝙ pactio nõ careat ſuſpicione illiciti. Si autem mulier ſit ſolita negociari & poſſit dotẽ a recuperare, non eſt dubium talem conuentionem non ualere: ſi autem non poſſit recuperare, quia hæredes reſiſtant & cogant ad litigandũ, dico ꝙ ſi habet unde ſe alat non poteſt aliquid petere rei ſeu conuenire de habendo quid annuum pro alimentis, ſed tñ petere poterit dãna, ſi quæ paſſa ſit propter morã, ut ſup. dixi, allegando Alex. in d. conſi.141. lib.5. & tradit idẽ Alex. in cõſi.27. Viſo the-

ſo themate.lib.4.Cor.in conſi.77.col.2.ad fi.lib.3.ſi uero non ha
bet aliunde unde ſe alat, puto tenere conuentionem de habendo
certũ quid annuũ alimẽtorum nomine, quod uoluit Pau.de Caſt.
in conſi.428.Viſo caſu ſoprafcripto.in quinto dubio.li.2.ubi ꝙ in
caſu ali debet mulier ab hæredibus mariti, & ſic debentur alimẽ
ta de iure cõmuni, ergo & in pactũ deduci poſſunt uſſup. dixi in
ſecundo caſu.¶ Sed tamẽ aduertendũ eſt circa præmiſſa dũ dixi,
ꝙ ubi hæredes mariti ſunt in mora ſoluendi dotẽ & mulier ha-
bet unde aliunde ſe alat, ꝙ non põt petere aliquod intereſſe rõ-
ne alimentorum, nã ɔ̃trium uoluit Dec.poſt Bal.per eum alleg.in
l.de alimentis.col.2.C.de tranſac.ubi ꝙ immo iſto caſu ſi mulier
fuit alimentata a fratre põt alimenta repetere ab hęredibus mo-
roſis, ergo uideretur, ꝙ etiam ualeret conuentio de præſtando ali
quid ratione taliũ alimentorum, tñ iſtud non auderẽ firmare, pro
dicto tñ Decij addo Bal.quem non allegat in conſi 86. Punctus.
Ang.Petri.lib.2.ubi ꝙ uidua quæ ſecundo nupſit poſt morã hære
dũ põt petere intereſſe moderatum, quod uulgus appellat alimẽ
ta dotis, & tñ ſecundus maritus tenetur eam alere, ſed ꝓ Bal.facit
8 Bar.in d.conſi.428. Alex.in d.conſi.141.lib. 5. ¶ Circa † ſm dictũ
Decij, ꝙ ſit hic ea taxatio intereſſe qñ ſit ad eam quantitatem quã
quis uerisſimiliter facturus fuiſſet. Breuiter puto concludendum,
ꝙ aut ſumus in caſu in quo non eſt licitum paciſci ſuper aliquo
intereſſe, & tunc fruſtra quæritur an tale intereſſe ab initio taxari
poſſit. Aut ſumus in caſu in quo licita eſt conuentio ſuper intereſ
ſe, & tũc dico ꝙ aut tali intereſſe iam ſtatim ab initio eſt certum,
& ſtatim poteſt taxari prout in caſu in quo maritus poteſt pac-
ſci cũ ſocero de ſoluendo certũ quid annuũ ob onera matrimo-
nij & alimẽta vxoris, illa enim ſunt certa. ſimiliter in caſu in quo
mulier ſoluto matrimonio poteſt conuenire cum hæredibus ma
riti ratione alimentorum qñ non habet vnde ſe alat aliunde: ideo
doct. loquentes in iſtis terminis ſemper loquuntur de certa & ta-
xata quantitate ab initio per ſingulos annos ſoluẽda. Aut ſumus
in caſu in quo intereſſe ab initio certũ eſſe nõ põt, put in intereſſe
lucri ceſſantis quod debetur ſolito negociari, vel circa intereſſe
debitum vẽditori reſpectu fructuum, & iſto caſu puto ꝙ taxatio
intereſſe nunq̃ ſit licita quicquid aliter dixerit Dec.in d.c. cũ ve-
nerabilis. & in conſi.111.qui Decius, vt dixi, in hoc fuit ſibi con-
trarius, & melius videtur locutus in d.conſ.116.col.2. circa med,
& in conſi.119.col.pe. ꝙ nunq̃ ſit licita taxatio. Non negarem ta-
men bene locutum Dec.in d.conſi.111. dum dicit taxationẽ non
reddere contractũ illicitũ, ſed exactionem. nam fateor ꝙ ſi credi
tor non exigat quantum expreſſum ſit, ſed quanti ſua intefuit, cõ
tractus non erit illicitus, ſed tunc taxatio habetur pro non facta
ex quo illa non obſeruatur; dico ergo taxationem reddere cõtra
ctum illicitum qñ creditor ea vti vult, alias enim fruſtra de taxa-
tione quæritur, & ſic reſponſio Decij fuit ſatis indobitata. ¶ Repe
rio etiam ꝙ Cald.c.quem Mod.non allegant in conſi.4. circa fin.
ver.nam cautum eſt.in titulo de vſur. voluit taxationem intereſſe
non eſſe illicitam, cuius opinionẽ in caſu ſuo non putẽ a iure ab-
horrere, nam loquitur poſt moram, in non ſolito fœnerari qñ nõ
agitur de aliquo mutuo vero vel ficto, adeo, ꝙ nulla ſuſpicio viu-
rarũ eſt contra creditorem ita taxantem, qui tñ ſibi ita prouidet
in odiũ moroſi, & ſicut poſſet pœnam ſtipulari dicit Cald. ita im
mo fortius vr̃ ꝙ intereſſe certũ poſſit ſtipulari cũ intereſſe ſit fa
uorabilius pęna. de pœna autẽ ꝙ eã ſtipulari quis poſſit in alijs
cõtractibus, q̃ mutui, etiam ꝙ adijciatur dationi quantitatis per
non ſolitũ fœnerari, tradit Alex.in conſi.63.col.2.lib.4. & in con-
ſi.43.col.2.lib.6. & hæc quo ad iſtam materiã vſurarũ ſatis impli
citã & confuſam. ¶ Redendo propius ad materiam conſilij no-
ſtri, non obſtat vnũ aliud fundamentum aduocati partis, ꝙ † ali-
9 mẽta non debeant taxari habito in reſpectu ad dotes promiſſas,
quia dotes nõ debent anteq̃ ineatur matrimoniũ tam ex diſpoſi-
tione iuris, q̃ ipſorũ ɔ̃hentium, qui ita cauerũt. Rñdeo, ꝙ non eſt
inconueniens taxari alimenta habito reſpectu ad dotes promiſ-
ſas ſub conditione adhuc pendente, immo taxatio alimentorũ
ad cũ modum eſt habenda, tex. eſt in terminis in l.cum vnus.§.ſi,
ff.de alim.lega.vbi pater iuſſit dari dotem qñ nuberet, & interea
mandauit præſtari alimenta boni viri arbitratu. dicit text. ꝙ bo-
nus vir arbitrari debet alimentorum taxationem pro quantitate
dotium, notat Bald.in conſi.58.In reſtitutione.in 4.dubio. lib. 2,
& facit ratio, nam licẽt debitum dotis ſit conditionale, ipſum ta
men debitum alimentorum eſt purum & ſtatim debetur. & cum
agatur ſolum de declarando quantitatem ipſorum alimentorũ,
illa declaratio debet moderari habito reſpectu ad ipſas dotes: nõ
igitur valet conſequentia, debitum principale peti adhuc nõ po
teſt, ergo alimenta ſm illud taxari non debent. & pro tanto ſit tã
xatio alimentorum habito reſpectu ad dotes, ne ex pendentia cõ
ditionis plus aut minus conſequatur mulier in alimentis q̃ perci
pere poſſet ex ipſis dotibus ſi ſtatim ſoluerentur, quod fieret aut
fieri poſſet ſi aliter alimenta taxarentur, ergo ſit promiſſę ſunt dõ
tes ſcutorum quingentorum ſupra duo millia, & interim alimen
ta arbitrio boni viri, recte magnificus Senatus arbitrium dixit
10 pro menſura promiſſarum dotium, nam † modus alimentorum
totus committitur arbitrio iudicis. l. 3. ff. vbi pup.edu.deb. ideo
ſi recuſarent ſoluere alimenta pro rata dotium, ſoluant pro viri-
bus pr̃imonij & dignitate puellæ nobilis & inuenient ſe obligatos
ad lõge maiorẽ ſummã: ita alimẽta debere taxari tradit Ang. in
conſi.357. Dominus Georgius.col.pe. habetur etiã ratio cõſuetu
dinis regionis in taxatione alimentorum. Anch.in conſi.383. Pri-
mo & ante omnia. circa fi: Roma.in conſi.189. Stante primo quæ
ſito.col.1. ¶ Ad alia quæ in contrarium ferebantur non aliter re-
ſpondendum eſt, quoniam infirmiora videntur quàm vt reſpõſio
ne ſit opus, tum deniq; abunde ſatis voce refellimus. Thaurini
Aymo Crauetta iuriſconſultus Thaurini collegiatus.

SVMMARIVM.

1 Puella deponi aut ſequeſtrari debet apud matronam honeſtam
aut monaſterium aliquod ad inſtantiam cuiuslibet id requirẽ
tis ne indigne aut ante ætatem legitimam alicui nubat ad
ſuggeſtionem eius apud quem moratur, & quotiens contra eũ
ſuſpicio aliqua laborat.
2 Rationis identitas inſpici debet non caſuum diuerſitas, quia nõ
ſufficit diuerſificare caſus niſi ratio reddatur diuerſitatis.
3 Præſumptio ſumitur ex præterito in futurum.
4 Puella quando apud ſponſum educari debeat.
5 Arbitrio iudicis quando quid committitur, illud iuri debet con
uenire, debet ſeruari æquitas, & datur arbitrium, vt tyriaca
contra venenum.
6 Suſpecta an dicatur mater ex eo quod promiſerit filiam in ſpõ
ſam alicui.
7. Vitricus poteſt eſſe tutor pupilli, licẽt apud eum priuignus edu
cari non debeat.
8 Iudex poteſt ex officio ſupplere pupillis.
Tutor nominatus a matre tranſeunte ad ſecũda vota an debeat
per iudicem dari ibidem nu.8.
9 Voluntatem patris pupillo damnoſam nõ tenetur iudex ſequi.
Inuentarium cogitur tutor facere non obſtante remiſſione teſtato
ris quando pupilli intereſt illud fieri. ibidem nu.9.
10 Iudex ex officio poteſt ſupplere pro eccleſia & pauperibus.
Pupillus & eccleſia æquiparantur. ibidem nu.10.

CONSILIVM CXC.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Quod
1 † in præſenti cauſa ſit deponenda puella, ꝓ
bare vr̃ tex. à fortiori in l. deinde.§.pe.ff. de
lib. exhib. vbi ſi agatur lis an puella ſit ex-
hibenda, & exhiberi deſiderans contendat
ſe eſſe patrem, aduerſarius aũt id neget, mã
dat tex. puellam deponi indiſtincte. quoad
vſq; fuerit finitum iudiciũ neq; conſiderat
tex. qualitatẽ perſonæ apud quã moratur puella, ſi ita ſit honeſtũ
& recte apud eam eſſe poſſit. in qua re non aliam rationem vide
tur conſideraſſe iuriſconſultus niſi pudicitiæ & libertatis futuri
poſtea matrimonij. quod oſtenditur, quia iubet deponi apud ma
tremfamilias. Rurſus non exprimitur ad illum tex. ꝙ tractaretur
de aliquo matrimonio. At hic requirens deponi allegat puellam
adhuc tenellæ ætatis, iunctum iam adoleſcenti & nixum copulæ
interceſſiſſe, inde ſuſpicio perſonæ apud quam eſt puella perſpi-
cue indicatur cũ id permiſerit, ergo depoſitio eius videtur om-
nibus modis concedenda vt in animi libertate ineatur matrimo
nium. c. Gemma, de ſponſal. cũ ſi. ſimiliter ille tex. mandat puellã
deponi etiam ſi impuberem ætatem in modico tamen exceſſit, à
fortiori hic eſt deponenda, quã pupillarem ætatem adhuc agit,
in qua re iuriſconſultus vr̃ conſideraſſe cauſam matrimonij, nã
qñ eſt impubes, vel de proximo eam ætatẽ egreſſa, non eſt in ea
iudicium

iudicium rationis maximè de contrahẽdo matrimonio.l.1.in fi.
C.de ſal.mone.c.eos,de conſecra.diſt.3.c.ſunt qui opes.17.q.4.
Ita propter ſi deponitur,rectius ei conſuletur,quia niſi in ſano cõ
ſilio conſiũctorum vel iudicis matrimonium non cõtrahet,vel ip
ſa in libertate agens,virũ ſibi ex animo aſciſcet, & ideo licet ille
tex.loquatur qñ petitur exhiberi puellam ab eo qui ſe patrem aſ
ſeuerat.Bar.tñ ibi generaliter interpretatur illum tex.quotiẽs agi
tur cauſa exhibitionis puellæ,quia eadem ſemper eſt ratio, maxi
2 mè vbi de matrimonio tractatur,nõ † enim curandum eſt de ca-
ſuum diuerſitate dummodo in omnibus caſibus eadem ſit ratio.
gl.in l.ſed & ſi lege.§.item ſi rem diſtraxerit.ff.de peti.hæred.vbi
ꝙ non ſufficit diuerſificare caſus,niſi rõ reddatur diuerſitatis, rõ
enim ipſa attendi debet,quę dicitur communis lex ad oẽs caſus.
c.cõſuetudo.1.diſt.Calde.in cõſi.in titulo,vt lite pẽdente.& in cõ
ſi.1.in titulo de regular.hinc loquitur tex.in l.1.C.de nup.ꝙ vbi
nõ cõſentiunt inuicem tutor & propinqui puellæ de futuro mari
to,iudicem arbitrari oportet.Profecto nõ efficax futurũ eſt iudi-
cis arbitrium niſi puellam in facoltate conſtituat apud quem ip-
ſe maluerit:nempe ſi apud tutorem moretur, aut alios propin-
quos,facile eludetur iudicis arbitrium poſtq̃ voto vel tutoris vel
propinquorum matrimonium impleuerit.¶ Et propterea Alex.in
cõſi.161.col.fi.lib.5.& Bal.in conſi.477.eo.lib. circa depoſitionẽ
puellæ,dicũt, ꝙ totum reſidet in arbitrio iudicis. Idem cõcludit
Soc.in cõſi.193.in ſecunda quæſtione.lib.2. & arbitrari debet iu-
dex etiam circa mores eius apud quem eſt puella,quomodo ver
ſetur erga eam quam diligere debet atq; filiam. Sed aduerſarius
nõ viſus eſt paternum affectum exhibuiſſe in puellam quam ad
immaturum cõiugiũ impulit,id eſt profecto puellæ pudicitiæ pa
rare inſidias,hoc à moribus iuris gentium canonici & ciuilis om
nibus modis abhorret,& ſicut † in præteritum male ſe geſſit,er-
3 ga puellam inducendo eam ad immaturum cõiugium cũ iuue-
ne,cuius in futurũ forte pœnitere poſſit, in cuius perſona nulla
eligendi ratio conſiderari poteſt, ita in futurũ præſumendũ eſt
futurũ eſſe.l.non omnes.§.à Barbaris.ff.de re militar.c.mandata,
& c.ſcribam.de præſum.Bar.in l.ſi cui.§.iiſdem.de accuſa.Bal.in
l.ea perſona.col.4.C.de proba.& notat Soc.in d.conſi.193. ratio
enim præteriti ſcire futura facit.Pau.de Caſt.in conſi.86. Viſis &
conſideratis omnibus.col.1.ad fi.lib.2.quæ regula ſine dubio p-
cedit in his quæ de facili non mutantur.Bal. in conſi. 52. Literis.
col.2 lib.5. ſicut econtra qñ in præteritũ quis bene ſe geſſit erga
puellam pupillam,præſumptio eſt,ꝙ in futurũ itidem ſit futurus.
Cor.in conſi.198.col.fi.lib.1.& in conſi.175.col.4. circa med. &
col.ſeq.lib.3.¶ Nec † obſtat,ꝙ puella debet potius manere apud
4 ſponſum ſeu eius patrem.Bal.in l.Deo nobis.C.de Epi.& cler.no
tat Cor.in conſ.292.col.4.in quarto dubio,lib.1.quia doc.præſup
ponũt validitatem ſponſaliorũ,ꝙ legitime contracta ſint,nã quo
tiens quæritur de aliquo præſupponitur habilitas ex alio capite.
l.qui teſtamento,in prin.ff.de teſta.vbi qñ quæritur an legatarius
poſſit eſſe teſtis in teſtamento ex eo,ꝙ eſt legatarius,& ſic ſentit
commodum ex teſtamento,præſupponitur ꝙ aliunde ſit habilis
ad teſtimoniũ:ideo ſi eſſet mulier vel infamis non admitteretur.
facit tex.in c.1.de ætat.& quali.lib.6.ibi ſi aliud non obſtat.c.quia
diligentia,de electio.Dec.in c.cũ omnes.col.1.in c.quæ in eccle-
ſiarũ.in prin.de conſti.in c.1.col.9.de iudi.in c.tertio loco.col.4.
de proba.& in c.cũ ceſſante.in ſeptimo notab.de appella.ſed iſta
ſponſalia non vñr valida neq; legitime contracta, quia fuit ſu-
bornata ab extraneis ad contrahẽdũ ſponſalia in ætate tenerri-
ma,non intelligens qd ageret,nã pupillus quicquid videt igno-
rat.d.l.1.C.de falſa mone.propterea ob auiditatem facultatũ ve-
rentes iſti extranei,vt ne puella nollet perſeuerare in talibus ſpõ-
ſalibus,prout nec veriſimiliter perſeueraſſet ob diſparitatem ma
riti tam in honeſtate familiæ,quam in modo diuitarũ,induxerũt
aſſertum ſponſum ad nixum copulæ omnino impoſſibilem in ea
ætate, quod ius maximè prohibet.c.s.de deſpon. impub. l. mi-
nor.vbi gl.ff.de ritu nup.vbi gl.dicit ꝙ perinde ætas minor impe
dit matrimonium atque cognatio vel ſanguinis coniũctio.& eſt
pluſquam veriſimile, ꝙ ſi puella remaneat apud ipſum aduerſa
rium,cogetur perſeuerare in illis ſponſalibus, & accedente æta-
te matrimonium inuita forte contrahere, & nuptiæ inuitæ tri-
ſtes exitus ſolent producere.c.requiſiuit.& c. cũ locũ. de ſponſa.
5 31.q.2.§.1.itaq; † iudex cuius arbitrio caſus committitur, debet
arbitrari quod iuri conueniat.Dec.in c.ad nostram. colũ.1.poſt
med.de conſti.& in c.de cauſis,col.2.de off.de lega.in tali etiam
arbitrio æquitas ſeruanda eſt, etiam ꝙ libero alicuius arbitrio
quid committatur.Bal.in conſi.177.In eccleſia regina.col.5. poſt
med.lib.1.lex enim committens quid arbitrio iudicis id facit,vt
perſonis prouideat ſicut tyriaca contra venenum.ita Bal.in con-
ſi.145.Caſus talis eſt,in quodam inſtrumento.col. fi. libr.3. ideo
intelligitur tale arbitrium vt debeat iudex facere quod in rebus
ſuis faceret,vel quod fieri ſibi vellet.Bart.in l.1.ff.ſol.matr. Rom.
in rub.de arbi.col.3.quod dictum refert & ſequitur Dec.in l.per-
ſonam.§.1.in fi.ff.de reg.iuris.addo Bal.in conſi.511.Illud in alũ.
lib.4.vbi ꝙ in arbitrarijs debet iudicare iudex ſm conſcientiam
ſuam per tex.in l.rem non nouã.C.de iudi.ſed iure æquitati & cõ
ſcientiæ conſonũ eſt puellam eximi à manibus eius qui aduer
ſus iuris præcepta matrimoniũ illegitimum procurauit.¶ Poſtre-
mo iſtam quæſtionẽ decidit in fortioribus terminis Pau.de Caſt.
in conſi.157.Ex capite.li.1.vbi qñ mater ſpõſalia cõtraxit pro pu
pilla,non debet apud ſponſum aut patrem eius educari,quia poſ
ſent parari inſidiæ eius pudicitiæ,& per indirectum cogeretur ſta-
re illis ſponſalibus.à fortiori idem hic dicendũ ſit vbi non mater,
ſed extraneus pro pupilla ſponſalia cõtraxit ſeu pupillam ad ſpõ
ſalia induxit.¶ Et licèt Cor.in conſi.175.col.3. circa med. & col.
6 pe.lib.3.dicat ꝙ mater non videtur ſuſpecta, ex eo ꝙ promiſerit
filiam in ſponſam alicui,tamen illud procedit quo ad hoc ne ma
ter remoueat à tutela tanq̃ ſuſpecta, ſecus reſpectu educationis,
quia per educationem de facili contrahi poſſent nuptiæ, filiæ in
poſterum odio aut moleſtiæ futuræ.nec † ſequitur,mater non eſt
7 ſuſpecta in tutela,ergo filia educari apud eam debet,nam vitri-
cus poteſt eſſe tutor pupilli priuigni, & tamen pupillus educari
apud eũ nõ debet.gl.in l.1.vbi pup.edu.de.de quo per Curtiũ iu
niorẽ in conſi.94.col.2.poſt med. & circa futurũ iudicis arbitriũ
non forte male arbitraturus ſit ordinando deponi puellã in mo-
naſterio aliquo,in quo libere & tute maneat donec ad nuptias p
uenerit,prout ita fieri conſulit Calc.in conſi.151.colũ.3. licèt ii-
ra per eum allegata de monaſterio non loquantur,ſed vel de ma
trona aliqua honeſta aut alio loco tuto:ſed. n. monaſteriũ locus
videt tutiſſimus ad eam rem, in quo plures ſunt matronæ bonæ
ſtatæ & pudicitia laudatiſſimæ.¶ Nec obſtat, ꝙ iudex nõ debeat
aliquid arbitrari qñ ipſa puella nihil inſtat,quia † reſpondetur,ꝙ
8 iudex ex officio debet de eiuſmodi cauſa cognoſcere, q̃a poſſet
ex officio remouere tutorẽ ſuſpectũ.l.tutor quoq;.§.pterea. ff. de
ſuſpec.tutor.ſi in totum auferre poteſt adminiſtrationem ex offi
cio,à fortiori pendente lite cui iungenda ſit,puella vel vter tutor
futurus ſit,poterit ex officio puellam deponere. Similiter vide-
mus,ꝙ ex officio ſupplet iudex circa pupillos,nam ſi mater cogi
tans de ſecundis nuptijs nominet tutorem filio, non obligatur
iudex eũ admittere,ſed enim ex officio inquirere põt iudex, de-
inde idoneiorẽ eligere,vt habetur in auth.ſacramentũ. C. quan.
mul.tutelæ offi.fungi poteſt.Bal.in l.precibus.colũ. 9. C. de im-
pub.& al.ſub.Dec.in c.ex parte. 2. de appellatio. Simili modo ſi
proximior cuius conſenſus requiritur in contractu minoris no-
lit conſentire,poteſt iudex ex officio ſubrogare remotiorem cõ-
ſanguineũ, qui præſtet conſenſum.Bal.in l.vidue.C.de nup. rur-
ſus ſi pupillus tutorem non habeat, iudex ſupplere poteſt loco
tutoris.Bal.Pau.de Caſt.& Mod.in l.bonorum. §. quidã. & adeo
9 † ſupplet iudex pro pupillis, ꝙ ſi pater mãdaſſet pupillum apud
aliquẽ educari,non tenetur iudex talem patris volũtatem ſequi,
ſi ita videat pupillo non expedire.l.1.in prin.ff. vbi pup.edu.deb.
Soc.in d.conſi.193.in ſecunda quæſtione.lib.2. Similiter ſi teſta-
tor remiſerit tutori confectionem inuentarij,tamen iudex poteſt
tutorem cogere vt faciat inuentarium ſi hoc pupillis videat ex-
pedire,& ꝙ ſi illud nõ fiat pupilli damnũ ſint paſſuri.Bal.in l.vti-
litatẽ.ff.de confir.tut.& in l.nemo poteſt,vbi Mode.ff. de lega.1.
Aret.in conſi.22.Diligenter & mature.colũ.1. ad fi. quod tamen
dictũ intelligit Dec. in conſi.349.col.2.poſt med. quãdo ſuperue
niret noua cauſa ſuſpicionis,de qua teſtator notitiam nõ habuiſ
10 ſet.¶ Videmus † enim ꝙ in cauſa eccleſiarum & pauperũ poteſt
Epiſcopus ex officio non implorato procedere.Bal.in conſi. 154.
Super primo puncto.in fi.lib.4.cur non idẽ in iudice reſpectu pu
pilli,cũ æquiparetẽ pupillus eccleſiæ. glo. & doc.in l.reſpublica.
C quib.ex.cau.maio.Alex.in l.properandũ. §. ſin vero cauſam.in
primo nota.C.de iudi.Iaſ.in l.ſancimus.col.2. C.eo.tit. & in l.2.
col.14.C. de iure empb. præterea ipſa puella in ea ætate inſtare
neſciret,quia ignorat quid ſibi expediat, ideo ſatis eſt, ꝙ inſtent
eius propinqui & coniũcti pro ea,ad quos propius pertinet cau
ſa pupillæ,q̃ ad aduerſariũ,qui ſolũ quærit vt ſponſum locuple-
tet quo quõ:ideo videmus ꝙ ſi pupillus tutorẽ non habet, proxi
miores eius citari debent pro cauſa pupilli.l.hæc autẽ.§.1. ff. ex
quib.cau.in poſſ.ea.vbi pupillorũ defenſio propinquis,cognatis
& alii-

& affinibus eius clare permittitur, igitur debet iudex pupillæ vtilitatem ex officio ſuo perquirere, & cũ videat non conducere pupillæ neq; quo ad perſonam neq; quo ad bona vt moretur apud ipſum aduerſariũ, deponere eã debet apud graué aliquã matronam aut monaſterium, vbi tuto & libere ſit, in qua re eo diligentius aduerti debet, quo frequentius & impune magis ſimilia attẽtari & cõmitti ꝯſueuerãt. Taurini Aymo Crauetta de Sauiliano,

SVMMARIVM.

1 *Actio, quando quis agit ſine actione, an ſententia reddatur nulla, pulchre hic vide, concluditur quod ſic parte opponente.*

2 *Ceſſio de iure recatandi aut redimendi alteri poteſt fieri, & ibi de pluribus caſibus in quibus ceſſio poteſt.*

Cedi an poſſunt quæ ſunt tranſmiſſibilia ad hæredes. ibi. nu. 2.

3 *Tertius de iure tertij opponi poteſt quando agens ceſſit ius ſuũ alteri, nam dici agenti poteſt, amice tu ceſſiſti ius tuum alteri.*

Tertij ius opponi poteſt cõtra hæredem grauatum quod reſtituit hæreditatem fideicommiſſario. ibi. nu. 3.

Tertij ius habentis vtil: dominium opponi poteſt agenti pro iure directi dominij. ibi. nu. 3.

4 *Emptor obligatus retrouendere non cogitur retrouendere pro parte tantum.*

5. *Periurus incurrit pœnas l. ſi quis maior. C. de tranſac. non ſolũ in contractu tranſactionis, ſed & omni alio.*

6 *Iuramentum, actus factus contra iuramẽtũ nõ redditur nullus,*

7 *Pœna quando committatur ex actu nullo.*

Periurium committitur ex iuramento nullo. ibi. nu. 7.

Periurus audiri non debet quando periuriũ tangit cauſam pro qua agitur. ibi. nu. 7.

Clericus priuatur beneficijs quando contrahit matrimonium, etiam nulliter. ibi. nu. 7.

Bigamia cõtrahitur ex matrimonio nulliter cõtracto. ibi. nu. 7,

8 *Præſumptio eſt quod quis acquiſierit de pecunijs proprijs, quod qualiter procedat, hic vide.*

Mercator præſumitur habere pecuniam paratam. ibi. nu. 8.

CONSILIVM · CXCI.

¶Pro Blaſio Guarnerij ex Caballario maiori contra Antonium Belloſti,

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. In cauſa egregij Blaſij Guarnerij ꝯ Antonium Belloſti de Caballario maiori, puto ipſum Blaſium cõuentũ oportere diffinitiue abſolui à petitis victoriã expẽſarũ ex rationibus infraſcriptis. ¶Prima, † quia ſine actione nemo experiẽ. l. ſi pupilli. §. videmus. ff. de neg. ge. gl. & doc. in l. vbi pactum. C. de tranſac. 1
ĩn tantũ ꝙ agentem ſine actione debet iudex à foribus iudicij eliminare. Alex. in cõſ. 166. col. 1. li. 6. vbi amplius ſubdit ꝙ iudex poteſt hoc facere ẽt parte nõ opponẽte, & ꝙ reus conuentus nõ ꝑpati vt conueniatẽ ſine actione, & ſi procedatẽ ꝯ eũ ꝙ actã ſunt nulla. idẽ dicit Roma. in cõſi. 224. Iſta captura. col. 5. ver. ꝙ aũt nullũ. Idem tenet Iaſ. in l. ſi Titius. in tertia fallen. Bar. ff. de verb. obli. ſequendo Bar. in l. 2. per illũ tex. ff. de dote præle. Idem vr̃ velle Dec. ſi bñ ponderetẽ in l. poſtli. col. 1. C. de colla. vbi ꝙ lex cenſetẽ denegare actiõẽ ipſo iure qñ prius nulla competebat neq; ꝙ ita erat, vult ergo ꝙ ſine actione iudiciũ ſit ipſo iure nullũ, licet reus non excipiat, ſed ꝯrium in hoc tenet idẽ Alex. in l. ſi Titius. col. 2. ff. de verb. obl. Soc. in cõſi. 77. col. fi. lib. 4. addo Bar. in cõſi. 100. à domino Cyn. col. 2. poſt med. in 4. dubio. quẽ refert & ſequitẽ Bertach. in ſuo repertorio in ver. actio. 1. ver. 24. Eandem opi. vr̃ tenere Iaſ. ſibi ꝯrius ſi bene ponderetur in l. 1. §. ſublata, col. 5. ff. ad Treb. vbi qñ lex denegat actionẽ in ciuilibus, intelligitẽ ope exceptionis, ergo ſi quis non excipiat, põt actor experiri ſine actione cõſequẽter ſnĩa tẽdet. Ad idẽ adduco Pau. de Caſt. in cõſi. 247. In cauſa q̃ vertitur Saonæ. col. 3. circa med. lib. 1. vbi ꝙ ex defectu actionis ſnĩa non redditur nulla niſi qñ opponitur talis defectus per viam exceptionis rei iudicatæ. Similiter Aret. in conſi. 85. cõſiderata. col. 5. ver. amplius etiam dico, voluit ꝙ ex defectu actionis ſnĩa non reddatur nulla parte non apponente niſi iudici liqueat agẽtis ius nõ competere. & ſic Aret. & Pau. vr̃ contrarij, quia Aret. vult ſententiam vitiari parte opponente ſimpliciter. Paul. aũt ꝙ nõ vitietẽ etiam parte opponente niſi fiat oppoſitio per exceptionẽ rei iudicatæ, ſed ꝯ Pau. adduco ipſummet Pau. in conſi. 196. Super primo quæſito. col. 2. ad fi. lib. 2. vbi ꝙ ſnĩa redditur nulla qñ alicui denegatur audientia, ſed actionem non habẽti audientia à iure denegatur, ergo &c. parte autem opponente ꝙ iudiciũ non tenet, doc. conueniunt, quod ẽt voluit Cor. in cõſi. 126. col. pe. circa med. lib. 4. vbi ꝙ de voluntate partiũ procedit iudicium ſine actione, ergo ſecus vult vbi ſit oppoſitio, ideo cũ oppoſitus fuerit defect⁹ actionis in caſu iſto, iudiciũ aperte nullum redditur. Illa aũt opi. ꝙ oppoſitio non ſit neceſſaria procedit qñ denegatur audiẽtia ipſo iure, puta odio perſonæ, q a b aonitus: ideo non valeret ſnĩa in fauorem bãniti cui ex forma ſtatuti denegatur audientia. Alex. in cõſ. 37. lib. 2. Dec. in conſi. 275. in cauſa quæ lucæ agitatur. col. 2. poſt med. Iaſ. in d. §. ſublata. col. 4. in 2. lectura. & in cõſi. 168. li. 2. ¶Qđ agatur ſine actione, patet, quia Antonius agẽs ius recatandi obtinens, illud pro dimidia ceſſit ſorori ad commodum & periculũ ipſius ſororis ceſſionariæ, vt oſtenditur inſtr̃o diuiſionis, poſt quã
2 ceſſionem ius illud tranſtulit in ſororem, nam † recatandi alteri cedi põt, iuxta notata in l. 1. §. vſufructuarius. ff. de ope. no: nũciã. Pau. de Caſt. in conſ. 1. Videtur dicendũ ꝙ dictus Chriſtophorus, in ſecunda parte. Dec. in cõſi. 164. ad fi. conſi. 614. colũ. 2. & in l. ſi maritus. C. de colla. ¶Nec mirũ videri hoc debet, nã ceditur ius reſtitutionis in integrũ cõpetens de iure ſpeciali. l. ꝙ ſi minor. in prin. ff. de minor. l. ſi minorem. ff. de admi. tutor. Bar. in conſi. 95. Ex themate propoſito. in prin. ¶Similiter cedi põt actio realis ſcilicet ius agendi per rei vendicationẽ. Petr. Cy. Bal. & Pau. de Ca. in l. 1. C. de alie. iu. mu. cau. fac. Dec. in l. debitori. col. 2. ante med. C. de pactis. ¶Idem in iure prioratis hypothecæ, quod cedi põt. Bal. in conſi. 52. Obligatio. lib. 3. quod tñ intelligitur qñ cederetẽ ſimul cum obligatione perſonali, alias ſecus. Bal. in cõſi. 248. Præſupponẽdũ eſt. in fi. li. 3. ¶Idem in iure legitimæ & Trebellianicæ quod ſimiliter cedi põt. Bal. in cõſ. 377. Quidam Alex. col. 2. circa med. lib. 3. per tex. in l. 1. §. in donatione. ff. ad Treb. ¶Idẽ in priuilegio qđ habet mulier in terminis auth. res quæ. C. cõm. delegat bona ſubiecta fideicommiſſo ſiot obligata pro reſtitutione dotis, nã & illud cedi põt. Pau. de Caſt. in cõſi. 15. Circa ea quæ ſuperius pleniſſime. col. pe. ad fi. in 3. dubio. lib. 1. ¶Similiter põt patronus pro vna vice ius præſentandi alij cedere. Rota deciſ. 845. Patronus clericus. col. 2. in ſecundo dubio. in antiq. ¶Similiter ius recuperandi poſſeſſionem alteri cedi põt. l. ꝙ ſi in diem. §. Iulianus. ff. de peti. hæred. doc. in l. cũ fundũ. ꝯ gl. ibi. ff. de vi & vi arm. Bal. in conſi. 186. Quia allegationes. col. 2. ad fi. lib. 1. in conſi. 216. Fuit quidã. col. 2. poſt med. li. 2. & in conſi. 309. lib. 3. ius tñ recuperandi poſſeſſionem propria auctoritate alteri cedi non põt. Bald. in conſ. 436. lib. 3. Bellamera in conſi. 29. col. 5. circa med. ¶Itẽ iſtud ius recatandi tranſmittitur ad hæredes. l. ſi pactũ. ff. de proba. gl. in l. 2. C. de pac. inter em. & ven. ergo cedi põt, quia quæ ſunt tranſmiſſibilia, ſunt ceſſibilia. l. ex pluribus. vbi Bar. ff. de admi. tu. l. ſi ſtipulatus fuerim. in prin. vbi Bar. ff. de verb. obl. licet nõ ſemper procedat iſta regula iuxta notata per Iaſ. in l. ſi conſtante. colũ. fi.
3 ff. ſol. mat. Dec. in d. l. ſi maritus. ergo † licite potuit Blaſius tanq̃ debitor ceſſus dicere, amice tu ceſſiſti ius tuũ alteri pro dimidia ad cõmoda ſororis, ob id pro iure ceſſo experiri amplius non potes. Bar. in l. facta. §. ſi hæres. col. 1. ver. quæro poſt factã ceſſionẽ. ff. ad Treb. Bal. in l. 1. col. 5. in 5. q. C. de actio. & obli. Guido Papæ. q. 530. & q. 567. ¶Simile videmus in hærede qui reſtituit hæreditatem alteri, nã ſi ea reſtituta ageret contra debitores hæreditarios, põt ei opponi de tali reſtitutione, iuxta notata in l. 1. teſtõ. C. ad legem Falci. tradit Bal. in l. cũ ſeruũ quiſpiã. C. de ſeru. fugi. & ſic non habet obſtare ꝙ directæ actiones remanſerint penes ipſum cedẽtẽ, quia illæ ſunt inefficaces, vt notatur in d. locis. ¶Simile videmus in directo dñio ꝙ ſi agat quis ratione directi dñij, poterit ei opponi de vtili dñio, ex quo directum ſit inefficax. l. ſi quis emptionis. §. 1. C. de præſcrip. trig. vel quadr. anno in conſi. 92. col. fi.
4 lib. 6. Secunda † ratio poſt factã ceſſionem nõ cõpetebat ius agẽti pro dimidia, ſed emptor non cogitur retrouendere pro parte niſi totũ redimatur. Bar. & Pau. de Caſt. in l. ſi quis aliã. ff. de ſolutio. & in l. cui vſufructus. ff. de vſufr. leg. Bar. in conſi. 195. Angelotus. Bal. in cõſi. 533. lib. 1. Alex. in cõſi. 143. lib. 7. latẽ Soc. in d. cõſ. 36. lib. 4. Dec. in l. ſeruus qui. §. quas vero. colũ. 1. poſt med. ff. ſi cer. pet. ſed Antonius agens non poteſt redemere totũ facta ceſſione dimidiæ, ergo &c. ¶Tertia ratio agens ex contractu vltro citroq;

obliga-

obligatorio debet prius ex parte ſua implere. l.Iulian⁹.§.offerri.
ff.de ac.emp.notatur in l.filiæ licèt.C.de colla.ſed ex inſtrō diui-
ſionis apparet q̇ agens ꝯuenit alteri voluntarie cedendo ex quo
ſoror ratificauerat venditionē,ergo ſi non impleuit pctum ea ſui
parte non poteſt experiri.l.cū proponas.la 2. C. de pactis.immo
5 † contraueniendo pacto iurato,incidit in pœnas l.ſi quis maior.
C.de trāſac.quæ lex gñaliter locū habet in omni pacto iurato ſm
doc.ibi Cor.in conſi.25.lib.2.in conſi.266.col.2.li.3.in conſi.40.
col.5.lib.4.per quam l.oīa cōmoda quæ quis accepit ex pacto iu
rato,transferuntur ipſo iure in eum qui pacta ſeruauit,& nihilo
minus obligatur periurus contraueniens, vt promiſſa obſeruet.
6 ¶Et ſi dicatur,† illa ceſſio eſt inefficax, quia ꝯ promiſſionē iura-
tā de non cedendo.rñdeo,q̇ ea hoc non ſit efficax.gl. in c. ſin. in
ver.reuocatus.de procu.lib.6.vbi ſi iuro non reuocare procurato
rē,ſi reuoco,tenet reuocatio,licèt periuriū admittā. latè Paul. de
Caſt.in conſi.339.Dico.& in conſi.361.venerabilis.col.3.li.1. Ro
ma.in conſi.379.col.3.ver.per hæc ēt patet.Cor.in conſi.292.col.
4.lib.4.Iaſ.in l.duobus.§.idē Pōponius.col.2.ff. de iureiu. & in l.
ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verb.obli.Dec.in c.cū acceſſiſſent.col.5.
de conſti.in conſ.305.col.pe.in conſi.368.col.fi.& alibi ſæpe.¶Se
7 cundò rñdeo,† poſito q̇ talis ceſſio eſſet nulla,tñ ex ceſſione nul
la contrahitur pœna contrauentionis,ideo filius prohibitus aliena
re ſub pœna,ſi de facto alienet,pœnā incurrit. Aret. in conſi. 18.
col.1.poſt med.ver.nec obſtat præmiſſis ſecunda ratio, licèt ſup
dicto Aret.pluſculum vellē deliberare, ſed magis in terminis facit
tex.in c.tua nos.vbi Bal.de iureiu.vbi q̇ ex iuramento nullo con-
trahitur periuriū.ideo tanq̃ periurus audiri aduerſarius nō dēt.
c.dilecti.vbi Dec.in tertio nota.de exceptio.quod ſine dubio obti
net,quia periuriū tangit cām pro qua agitur.Bal.in conſ.118.Præ
mittendū eſt.col.2.lib. 4. Tertio vbi concurrit identitas rationis,
ita punitur quis pro actu nullo ſicut pro valido, ideo clericus cō
trahens matrimoniū nulliter,ita priuatur beneficijs ſicut ſi legiti
me contraheret,Io.And.in c.Ioannes.de cler.coniug.Anch.in cō
ſi.34.In hac cauſa.col.3.ver.& hac ratione tollitur.Iaſ.in l.vbi pa
ctū.col.pe.poſt med.C.de tranſac. idē in bigamia quæ contrahitꝰ
ex matrimonio nulliter cōtracto.c.cū qui.& c.nuper.de biga.Par
enim ratio eſt puniendi ſiue matrimoniū teneat ſiue nō, quia ani
mus delinquentis inſpicitur,qui fecit quantū in eo fuit & potuit:
ob id in iſta materia an imponatur pœna pro actu nullo,conſide
randa eſt rationis identitas,an ſit eadē ratio in caſu nullo quæ eſt
in valido.Cald.in conſi.1. in titulo de hæreti. vbi q̇ cle.nolentes.
de hæreti.puniens inquiſitorem confiſcantem bona eccleſiæ pro
crimine clerici,nō habet locū qñ inquiſitor ſine ſententia confi-
ſcationis, bona eccleſiæ nulliter & de facto diſtribueret inter ali
quos religioſos, quia ſm eum nō eſt tanta ratio puniendi in ſim-
plici diſtributione,quæ eſt in confiſcatione,cū poſt confiſcationē,
bona confiſcata non ita facile poſſint recuperari.ſed in caſu no-
ſtro lex punit contraueniente odio periurij, quod ita committitꝰ
ex ceſſione nulla ſicut ex valida,niſi dicas q̇ nō ſit tanta ratio pu
niendi qñ ex periurio pars non læditur,& ſua nō intereſt. De hac
tñ materia an imponatur pœna ex actu nullo,latius dico in trac.
8 de antiq.temp.¶Quarta † ratio, debet agens ex forma conuen-
tionis & tenore inſtri redimere ex proprijs pecunijs, quod licèt
præſumatur.l.& magis.ff.de ſolu. tñ vna præſumptio fortior aliā
tollit.l.diuus.ff.de reſtit.in integrū.c.literas.Abb.in quarto nota.
de præſump.gl.fi.in c.trāſmiſſæ, qui fil. ſint legi. ſed fatet q̇ agēs
eſt pauper nec induſtrioſus quo caſu non præſumitur habere pe-
cunias ad comparandū prædia, quia iſtud demū præſumitur in
mercatore.Bar.in l.ſingularia.& ibi Iaſ.ad fi.ff.ſi cer.pet.pulchre
Bal.in conſi.318.Practica ciuitatis.col.2.li.1.notat gl.Bar. & doc.
in l.cū oportet. in princ. C. de bon.quæ. lib.vbi ad probandū an
quis dicatur acquiſiuiſſe de pecunijs proprijs vel alienis.recurri
ad coniecturas,& qñ quis non eſt diues neq; induſtrioſus,præſu-
mitur acquiſiuiſſe de pecunijs alienis,notat Cor.in conſ.103.col.
2.lib.5.& in conſi.98.col.4.¶Et licèt Bar.in d.l. cū oportet, nolit
recurri ad iſtas coniecturas niſi in certis perſonis,puta prælato,
vxore & filio,in quibus ſi præſumeremus eos acquiſiuiſſe de alie
na pecunia,non caderet delicti præſumptio:in alijs autem perſo
nis,in quibus ſi ita præſumeretꝰ,caderet præſumptio delicti, vult
q̇ non recurratur ad huiuſmodi coniecturas, puta in tutore vel
alio adminiſtratore, ſi præſumimus eum acquiſiuiſſe vel lucratū
de pecunia eius cuius bona adminiſtrat,incidimus in delictū,qa
prohibitum eſt cum alieno locupletari,& ſic idē videretur dicē-
dū in iſto Antonio,nam præſumendo q̇ velit recatare cum pecu-
nijs alienis,præſumimus in eo periurium, cum iurauerit nō eme

re de pecunijs alienis,tñ contra iſtam doc.Bar.vr̄ tenere d. Alex.
ſi bene ponderetur in conſi.85.col.fi.ver.& regulariter,lib. 2. An-
cha.etiam in conſi. 149.Plura dubia.ante fi. licèt dicat ſe ſequi il
lam opinionem conſulendo,ibi tñ nō ſequitur, quia erant plures
coniecturæ probabiles,& vltra Anch.arguo niſi ex cōiecturis, ita
præſumi poſſit,ſaltem qñ ſunt probabiles & vrgentes , & ſeque-
retur, q̇ cogeretur quis remittere ius ſuum protegendo honorē
alterius,& q̇ ſi adminiſtrator dixerit ſe emiſſe de pecunijs ſuis ꝓ
prijs,& ego velim probare q̇ acquiſiuit de pecunijs meis,hoc fa
cere non poſſim,nam etiam in criminalibus vbi agitur de impo
nenda pœna procedimus per præſumptiones.c.afferte, vbi doc.
de præſum.ideo credendū eſt Bar.intellexiſſe de coniecturis non
ita efficacibus & probabilibus.& in terminis admittatur proba-
tio iſta per coniecturas ēt qñ argueretur delictū,adduco Alex. in
conſi.13.in fi.lib.3.& in conſi.31.col.2.poſt med.lib.4.vbi Calca.
in conſi.19.Cor.in cōſi.174.li.1.vbi q̇ filius pauper nec induſtrio
ſus præſumitur acquiſiuiſſe de bonis patris,maxime ſi illa admi
niſtrabat,& tñ delictum eſt ēt in filio adminiſtratore vti pecunia
adminiſtrationis ad vſus proprios,& ad alios vſus,q̃ adminiſtratio
nis.Ita delictū in filio arguit Alex.in conſi.133.col.2.in fi. verſ. &
in dubio attento q̇ filius.lib.7.vbi propterea voluit Alex. q̇ filius
adminiſtrās bona patris & acquirens nomine proprio ſi [illegible]
erat induſtrioſus,præſumitꝰ acquirere de pecunia propria ne alias
præſumatur in eo delictū q̇ pecuniā adminiſtrationis in vſus ꝓ-
prios voluerit conuertere.¶Non ob.modo l.ſi defunctus. C. [illegible]
tu.ſuper qua fundatur opi.contraria vbi q̇ tutor ēt pauper nō ꝓ-
ſumitur acquirere de bonis pupilli,qa ibi præſupponitur q̇ [illegible]-
de tutor potuerit acquirere ex operis ſuis & induſtria, alias autē
ſi tutor eſſet pauper & negligens ac nullius induſtriæ, dico q̇ præ
ſumeretur acquiſiuiſſe de bonis pupilli,quia oīno alias neceſſe eſ-
ſet præſumere delictū in tutore q̇ pecuniam furatus ſit, ita in ter
minis reſpondet & declarat Rom.in cōſi.346.col.3. in fi.ver.quo
ad tertium.quem ſequitur Iaſ.in conſi.4.col.pe. quinto & vltimo
lib.3.¶Sed poſito indiſtincte procedere illa doc.Bar.non pōt pro
cedere in caſu noſtro,quia iſte Antonius iam in alio periuriū ad-
miſit,cedendo ius recatandi eius ſorori pro dimidia contra pro
miſſionem iuratam,quo caſu de facili præſumitur cōtra eum, q̇
etiam periurium admiſerit accipiēdo pecunias alienas pro reca
tādo,quia ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodē gene-
re mali.l.nō omnes.§.à Barbaris.ff. de re mil.regula,ſemel malus
de reg.iur.lib.6.ideo doc.in l.admonendi.ff. de iureiu. dicunt nō
deferri iuramentum ſuppletiuum ei qui reperitur deieraſſe,nam
veriſimile eſt,q̇ ēt poſtea peieraret,& profecto ſatis index ꝑt cō-
ſiderare ꝑ iſte Antonius Belloſti quærit pro alio recatare.¶Poſtre
mo reſpondeo ad opinionem Bar. q̇ nō procedit in caſu noſtro,
quia loquitur Bar. quando præſumendo q̇ quis quid faciat cum
aliena pecuniā, caderet ꝓſumptio delicti , ſed hic ceſſat ſuſpicio
delicti,præſumendo q̇ noluerit recatare cū aliena pecunia,quia
dicimus q̇ noluit recatare pro alio,& q̇ alius pecuniā miniſtra-
uit ad ita recatandam,& ſic ſine delicto furti aut alterius turpitu
dinis.Taurini.Aymo Crauetta de Sauiliano.

SVMMARIVM.

1 *Læſio an cōſideretur in donatione,ita quod in donatione habeat locum remedium l.2.C.de reſcin.vend.& concluditur quod ſic in donatione non ſimplici, immo idem in donatione ſimplici,quæ fieret in magna quantitate ſine aliqua cauſa.*

2 *Læſio vbi eſt vltra dimidiam,remedium l.2. C.de reſcin.vendi. non tollitur per iuramentum minoris, mulieris & ruſtici, in quo articulo Alex.contrarius ſibi fuit.*

Iuramenta minorum boni præſides debent relaxari facere , ēt per capturam perſonam.ibi.nu.2.

3 *Læſio vbi eſt multum exceſſiua vltra dimidiam,iuramentum maioris non tollit remedium l.2.C. de reſcin. vend. omnino. nu.8.vbi quid ſi talis læſio non ſit exceſſiua,ſed ſimpliciter vltra dimidiam.*

Dolus ex propoſito arguitur , vbi læſio vltra dimidiam eſt nimium exceſſiua.ibi.nu.3

4 *Reſtitutio in integrum conceditur minori nō ſolum quando incontinenti læditur,ſed etiam ſi lædi poſſit.*

Læſio conſideratur in minore ex eo ſolū quod compromittit quādo ſit compromiſſum cum clauſula quod poſſit arbiter pronūciare de iure & de facto.ibid.nu.4.

Minor locans domum potentiori reſtitui debet ſi dubitet non poſſe conſequi reſtitutionem domus finita locatione.ibi. nu. 4.

5 Ignorantia iuris præſumitur in minore, etiam quod tractet de lucro perdendo.

Læſio ubi eſt enormis an præſumatur quis ignoraſſe valorem bonorum ibidem nu. 5. ubi quid ſtante iuramento.

6 Iuramentum non extenditur ad ius ignoratum.

7 Donatio in dubio non præſumitur, ſed error potius, etiam in facto proprio aut error iuris, immo potius fatuitas.

9 Iuramentum an præſumatur præſtitum eadem facilitate, qua inducitur quis ad principaliter contrahendum.

10 Læſioni enormiſſimæ an poſſit renunciari, late hic & pulchre vide.

Renunciatio facta præſumitur eadem facilitate, qua quis ad contrahendum inductus eſt.ibi.nu. 10.

11 Abſolutio à iuramento concedi debet quando ſeruari non poteſt ſine interitu ſalutis æternæ illud recipientis, licèt ſeruari poſſit ſine interitu ſalutis æternæ ipſius iurantis.

12 Dolus ex propoſito arguitur ex perſuaſionibus & nimia perſuaſio habetur loco coactionis, immo ſuaſio ad malum plus eſt quam compulſio.& pulchra hic vide vſque ad nu. 15.

Confeſſio extorta perſuaſionibus aduerſarij reuocari poteſt, etiã poſt concluſionem in cauſa.ibi.nu. 12.

Perſuaſio aduerſarij dicitur iuſta cauſa concedendæ reſtitutionis inintegrum.ibi.nu. 12.

13 Mendacij ratione dolus præſumitur, & propter mendaciũ mulier & minor perdunt priuilegium.

14 Dolus arguitur ex taciturnitate quando quis tacet aliqua, quæ ſi expreſſa eſſent, alius veriſimiliter ita cõtracturus nõ fuiſſet.

15 Implementum ſecutum eſſe probari debet ab eo qui tenetur implere non ab eo cui implendum eſt.

Dolus arguitur contra eũ qui promiſſa non implet.ibi.nu. 15.

16 Fidem non ſeruans efficitur infamis, & puniri debet extraordinarie crimine ſtellionatus.

Implere nõ poteſt quis poſt rem, in iudicium deductam, & poſt quam oppoſitum fuit de implemento non ſecuto.ibi.nu. 16.

17 Obligatus ad aliquid faciendum ſine termino tenetur facere quàm primum poteſt, & an requiratur interpellatio vt conſtituatur in mora.

18 Obligatus ſoluere ſine termine, obligatur incontinenti ſoluere.

19 Exitus ſecutus declarat animũ in præteritũ qualis fuerit, et ex euentu ſentẽtia probatur an quis foueret bonorũ uel malũ ius.

20 Probandi onus in ſe ſuſpiciens, ſibi non nocet quando illud probare non tenebatur.

21 Cauſa finalis arguitur ex procemio, ex dictione pro, ex illis verbis, hoc ideo fecit &c. ſimiliter quando eſt cauſa quæ reſpicit cõmodum donantis, & illa quæ generaliter reſpicit totam diſpoſitionem, cauſa autem impulſiua quæ nõ influit in totam diſpoſitionem.

22 Implementum non ſecutum facit reſcindi contractum etiam nominatum via actionis, quando tale implemẽtum reſpicit cauſam finalem ipſius contractus, alias ope exceptionis tantum.

23 Læſo ſub confidentia alterius ſuccurri debet.

CONSILIVM CXCII.

¶pro magnifico domino Georgio de Montaphia contra magnificum dominum Thomam de Malabaylis conſilium legentibus commodiſſimum.

riſimiliter pretio tam exiguo, niſi ſpe illa retenta omnino redi-
9 mendi.¶ † Poſtremo,conſidero vnum in hac materia quod non a
multis ponderari conſueuit, videlicet quod ratione hypothecæ
de qua ſupra,fuit acquiſitum ius venditoribus & eorum hæredi-
bus in bonis venditis,quæ domini emptores reuendere promiſe
runt cum hypotheca bonorum, cuius iuris ratione competit hæ-
redi venditorum actio confeſſoria,per quam poſſunt petere de-
clarari ſe habere ius in bonis iſtis potentius iure partis,vel intẽ-
tari poteſt negatoria per quam petatur declarari ius parti non cõ
petere in iſtis bonis,& in conſequentiam ratione talis iuris in cõ
feſſoria, vel non iuris in negatoria tenebitur relaxare pars rea ip-
ſa bona.ita pulchre, & ſingulariter conſiderat Paulus de Caſt. in
10 conſil. 335. Laudatio, ad finem in prima parte. ¶ † Deſcendo
ad ſecundum dubium, in quo videretur prima fronte dicendum
quòd ratione ſolius poſſeſſionis bonorum ſubditus quis dici nõ
poſſit.l.libertus.§.ſola.ff.ad municipa.l.reſcripto.§.fina.ff.de mu
neribus,& honori.Paul.de Caſtr.in conſil.89. Poſſet quis dicere,
columna ſecunda circa medium libro ſecundo. ideo non cog-
tur quis, vt iuret fidelitatem ex eo ſolum quòd bona poſſideat in
alieno territorio niſi concurrat habitatio.Innocen.in capitul. po
ſtulaſti, de foro competenti. Brunus Aſtenſis in conſilio 35. co-
lumna quarta.Iacob. in ſua inueſtitura in verſiculo. Qui quidem
inueſtiti,columna ſecunda.Alexandrinus in conſilio 11.ad fi. vbi
alleg.doct.in capitulo nimis.de iureiurando.& magis in terminis
notat Alexand. in conſilio 138. columna tertia libro primo. & in
conſilio 16 columna ſecunda libro quinto.quòd vbi forenſis con
uenitur in aliquo loco ex eo ſolum quòd in tali loco poſſidet bo
na,non ligatur ſtatuto illius loci , quod pertinet ad litis deciſio-
nem , quia ſtatutum loquens circa deciſionem cauſæ non ligat fo
renſem ut tradit idem Alexand.in conſil.164.columna final.ver-
ſiculo ad allegata,libro ſexto.¶ Sed longius conſideranti contra-
rium de iure concludendum videtur.& quicquid ſit de iure com
muni , ſaltem ex ſtatuto ſancti Marcellini , videtur quòd pars de
Vallino ſubiciatur ſtylo & ſtatutis loci ſancti Marcellini,ratione
bonorum quæ poſſidet in dicto territorio,etiam quo ad deciſio-
nem litis,ex quo præſupponitur ita de conſuetudine obſeruatũ
11 per tempora antiquiſſima.In qua † re conſiderandum eſt , quòd
vbi in ſtatuto ambiguitas aliqua probari poſſit , quia vario mo-
do poſſit interpretari , ſi longo tempore vno modo obſeruatum
ſit,tunc interpretatur ſecundum illam obſeruantiam prout lõgo

tempore obſeruari conſucoit, quia conſuetudo eſt optima legũ
interpres.lege ſi de interpretatione.ff.de legib.& ex eo quod po
ſtea obſeruatum eſt, non obſcure interpretatur mens ſtatuẽtium
qualis ab initio fuerit,& declaratur dubietas omnis ex obſeruan
tia poſtea conſecuta. capitulo cum dilectus, vbi Anto. & alii de
conſuetud. Paul. de Caſtr. in conſilio 314. Super eo quod quæri-
tur, ad fin. libro primo. pulchrius idem Paulus in conſilio 347.
quia circa donationem. columna finali, eodem libro primo. So-
cin. in conſilio 25. columna nona. libro primo. & eodem libro in
conſilio 145. columna ſecunda. in conſilio 66. columna quarta.&
in conſilio 68. columna penultima. ad fin. libro tertio. Roman. in
conſilio 271. Vis tota, columna ſecunda. verſiculo tertio non eſt
dubium. Corne. in conſilio 187. columna penultima. libro quar-
to.& dicit Iaſ. in conſilio 528. columna penultima. in princip. li-
bro primo. quod intellectus aſſumi debet quem effectus & rerũ
12 exitus verum eſſe demonſtrat, id eſt obſeruãtia ſubſecuta. & † in
tali obſeruantia non requiritur quòd ſit præſcripta, id eſt quòd lõ
go tempore ſufficiẽti ad præſcriptionem ita fuerit obſeruatum,
quia in conſuetudine interpretatiua non requiritur præſcriptio,
ſed ſufficit aliquo tempore ita fuiſſe obſeruatum. Paul. de Caſtr.
in dicto conſilio 347. columna fina. Aretin. in conſilio 11. colum.
tertia. verſic. ſed tamen ex ſuper abundanti. Socin. in conſil. 111.
columna final. verſic. ſed certe poſſumus dicere, libro primo.
Corne. in conſilio 188. columna final. libro quarto. Dec. in capit.
cum M. columna ſecunda. poſt medium verſicu. & ex ſupradictis
infertur, de conſtitutio.& in conſilio 156. columna final. ſed pro-
ponitur in facto probatum eſſe quòd vbi conuenitur quis in loco
ſancti Marcellini ex eo ſolum quod poſsideat bona in dicto terri
torio, tunc proceditur contra talem ſecundum ſtatuta, & ſtylum
ipſius loci, etiam quo ad deciſoria, licèt talis conuentus alibi o-
riundus ſit,& domicilium habet, ſi ita obſeruatum eſt longo tem
pore, immo longiſsimo & antiquiſsimo tempore. Ergo apparet
quod verba ſtyli ſeu ſtatuti loci ſancti Marcellini. dum loquun-
tur de ſubdito immediate vel mediate, debent intelligi etiam de
forenſi, qui mediate ſubiicitur iuriſdictioni ipſius loci, id eſt me-
diantibus bonis quæ poſsidet in territorio ipſius loci, immo ceſ-
ſante omni conſuetudine, obſeruantia poſtea ſecuta non facile
intelligi poteſt quomodo aliter intelligi poſſint verba ſtatuti de
ſubdito mediate niſi intelligantur de forenſi bona poſsidente in
ipſo territorio.& maxime, quia ſi verba ſtatuti intelligeremus de
ſubdito mediate alio modo, puta ratione domicilii aut ſubmiſ-
ſionis, aut contractus, id eſt de eo qui ſubiiceretur mediante via
domicilii, contractus ſubmiſsionis aut forte aditionis hæredita-
tis iuxta not. in l. hæres abſens. ff. de iudic. tunc nihil operaretur
ſtatutum eiuſmodi, quia ſine ſtatuto idem tantum de iure com-
13 muni, vt habetur in dict. l. hæres abſens. Sed verba † ſtatuti ita de
bent intelligi, vt aliquid operentur vltra ius commune, immo
etiam contra ius commune. Barto. in l. quarta. §. prætor ait. ff. de
damno infect.& in l. ſecunda. ff. de vſucap. Alexan. in l. ſi cum do-
tem, in princip. colum. fin. ff. ſoluto matrimo. not. in l. j. §. lex Falci
dia. ff. ad legem Falci. immo nulla ſyllaba debet intelligi ſuper-
fluo appoſita ſi alius intellectus ſanus poſſit accommodari. l. pri
ma. in principio.& ibi not. ff. quod metus cauſa. l. j. in fin. cum ibi
notat. ff. ad municipa.& quod not. in c. ſolitæ. in verſic. tanquam,
de maiorita.& obedien. l. 3. §. j. qui incipit non fruſtra. ff. de iure-
iuran. Bald. in rubric. C. de contrahend. emptio. in nona quæſtio.
immo ſumitur argumentum a contrario ſenſu in ſtatuto ad cor-
rectionem iuris communis quando alias in ſenſu directo nihil o-
peratur. authen. ex teſtamento, iuncta l. prima. C. de colla. vbi do
cto. ſtatuta enim taliter debent intelligi quòd de vento non ſer-
uiant. Angel. in conſil. 62. Titus de Florentia. Iaſ. in conſil. 54. co-
lumna 3. in fin. libr. 3. ideo quando ſtatutum requirit bonam fidẽ
illa non præſumitur, ſed probari debet vt ſtatutum aliquid opere
tur. Barba. inter conſil. Calcan. in conſil. 28. colum. tertia in fin. &
ſequen. quod procedit etiam in materia pœnali in qua verba ita
debent intelligi vt aliquid operentur. l. j. §. pecuniam, cum l. ſeq.
ff. de calumnia. quem text. pro notabili ad hoc citat Anto. de But.
in diſputa. ſua incipien. Bononienſis. Iaſ. in conſil. primo. colum.
final. libro tertio. immo trahi debent verba quaſi ad extraneum
intellectum vt aliquid operentur. l. Titia. §. primo.& ibi Bal. ff. de
legatis ſecundo. glo. in l. lege. ff. locati. quam pro notabili ad hoc
refert & ſequitur Calcan. in conſilio 12. columna quarta. poſt me
14 dium. ¶ † De ſtatuti autem validitate dubitandum non videtur,
nam poteſt ſtatutum diſponere contra forenſes ratione bonorũ
quæ poſsident in territorio ſtatuentium iuxta nota. in l. prima. C.
de ſumma Trinita. & fide catholi. hinc videmus quod licèt col-
lecta non imponatur forenſibus,& non ſubditis, l. reſcripto. §. ſi.
ff. de muneribus & honoribus, quia principaliter imponitur per-
ſonis licèt pro rebus,& imponere collectam pertinet ad iuriſdi-
ctionem quæ exerceri non poteſt in eos qui ſubditi non ſunt.
Barto. in l. prima. columna quinta. C. de mul. & in quo loco.& in
l. neque. C. de incola. lib. decimo. valet tamen ſtatutum per quod
obligantur forenſes ad collectas pro bonis quæ poſsident in ter-
ritorio ſtatuentium. Bald. in l. fina. columna 2. C. ſine cenſu vel re-
liq. in l. j. columna ſeptima. C. de ſenten. quę pro eo quòd intereſt,
& in conſilio 228. In cauſa, in fine libro quinto. Paulus de Caſtr.
in conſi. 329. Viſis & conſideratis omnibus. colum. tertia. poſt me
dium verſic.& poſito,& col. ſequenti. libro primo.& in d. conſil.
89. Poſſet quis dicere columna ſecunda. in princip. libr. 2. Alexan.
in conſ. 52. col. ſeconda. verſ. ad prædicta. libro quinto in conſilio
68. colum. tertia. libr. ſecundo.& in conſil. 148. libro ſexto. Dec. in
conſilio 694. columna prima. in fin. verſic. & ſic virtute conſuetu
dinis. Iaſ. in conſ. 83. col. ſecunda. circa medium, libro tertio. Cur
tius iunior in conſil. 60. colum. 3. poſt medium, & idem Curtius
in conſil. ſeq. 61. col. ſecunda ad finem, & columna quarta. Bru-
nus in tractatu de ſtatutis. excl. fœminas articulo ſexto. in primo
caſu colum. 6. char. 12. vbi etiam allegat Paulum de Caſtr. in l. in-
ter debitorem, ff. de pact. licèt contrarium voluerit Corneus in
conſil. 268. colu. ſecunda libro tertio, in conſil. 83. colum. quar-
ta circa medium, & in conſil. 194. colum. 2. circa medium libro
quarto. ¶ Immo per ſtatuta locorum collectæ grauiores iniun-
guntur forenſibus quam terrigenis, prout vidi in locis compla-
ribus,& valent ſtatuta per quæ forenſium conditio deterior ſit,
quam ciuium aut terrigenarum neque iniquum dici poteſt ſtatu
tum eiuſmodi. Curtius iunior in conſi. 129. col. quarta libro ſecũ
do, nam in locis in quibus per ſtatuta hoc ſpecialiter prouiſum
non eſt conſuetudo generaliter obſeruatur in tota Italia collectã
di forenſes pro bonis quę poſsident in alieno territorio, vt nota.
in locis ſupra adductis. & per Aret. in conſi. 132. column. tertia.
profecto cum imponantur collectæ perſonis principaliter, vt
dicta lege reſcripto. §. fina.& permittatur eas forenſibus impon
per ſtatutum, aut conſuetudinem, iſtud non ſit alia ratione niſi
quia ratione bonorum quæ ſunt in territorio ſtatuentium, per-
mittitur ſtatuentibus diſponere contra dominos illorum bono-
rum, licèt forenſes ſint ob cauſam tantum, & poſſeſsionem ip-
15 ſorum bonorum. ideo † domi. Alexand. in conſi. 19. colu. ſecun-
da. ad finem, libro ſexto, dicit ꝙ ſiue ſtatutum loquatur in rem,
ſiue in perſonam, forenſis pro bonis quæ poſsidet in territorio
ſtatuentium poteſt collectari, & ſtatuto ipſo ligatur, ſecundum
magis communem opinionem. idem tenet Alexand. in conſilio
114, columna ſecunda. ante medium. libro ſeptimo. vbi quod ſta-
tutum porrigit effectum ſuum contra perſonam non ſuppoſitam
quantum ad res ſitas in territorio ſtatuentium, allegat Lapum al
lega. 101. In ciuitate Florentiæ ſunt duo ſtatuta. idem tenet Cor-
ne. in conſil. 162. columna ſecunda. libro tertio. vbi ſtatutum ex-
cludens cognatos propter agnatos extenditur ad cognatos forẽ
ſes ratione bonorum exiſtentium in territorio ſtatuentium. &
idem Corneus in dicto conſilio 568. ad finem, eodem libro ter-
tio. hoc tamen an ſtatutum ſimpliciter loquens liget forenſem
pro bonis quæ poſsidet in territorio ſtatuentium, generaliter hic
firmare non intendo. Illud tamen firmo poſſe expreſſe ſtatui con
tra forenſem reſpectu bonorum quæ poſsidet in territorio ſta-
tuentium. nam videmus quòd valet aditio curatoris facta adul-
to forenſi pro bonis ſitis in territorio iudicis dantis curatorem,
quia curator datur principaliter rebus. l. prima. verſicul. vbi ve-
rum ſunt facultates. C. vbi tutor, vel curator pet. vbi Bald. nota.
Barto. in l. pupillo. ff. de tuto.& curato. dat. ab his. Alexan. in con-
ſilio quadrageſimoquarto. columna quarta. in fine. verſicu. con-
cludo igitur ex præmiſsis, libro quinto. Ad idem quod ſcribit
Dec. in capitulo quæ in eccleſiarum, columna nona, poſt me-
dium. verſicul. ſed quantum ad propoſitum, de conſtitutio. vbi
quòd concluſio quæ habeat quod princeps ex cauſa non poteſt
auferre dominium rei ſuæ non ſubdito, ſed ſubdito tantum
non procedit in non ſubdito poſsidente rem in dominio ipſius
principis, quia quantum ad illam rem idem iudicatur quòd de
ſubdito. Ad idem adduco Gemin. in conſilio 8. columna prima.
vbi quod forenſis cenſetur ſubditus in concernentibus rem ſubie
ctam ſtatuentibus & ſitam in eorum territorio. capitulo cum
capella. capitulo ex ore. de priuileg. capitulo poſtulaſti, & quod
ibi nota. & capitulo finali de foro competenti, & quod habent

ſtatuentes iuriſdictionem in reſpicientes rem ſitam in eorum ter
ritorio, capitulo Romana. §. contrahentes, de foro competen. li-
16 bro ſexto. & alia adducit de quibus per eum ibi. ¶ † Non obſtant
modo adducta in contrarium, & primo quod ſubditus quis non
dicitur ratione ſolius poſſeſſionis bonorum, quia fateor quod
propter ſolam poſſeſſionem bonorum ſimpliciter quis & abſo-
lute dici non poteſt ſubditus, vt iuriſdictio in eum generaliter
poſſit exerceri, & omni caſu prout in alios qui ſunt de loco, vel
ibi habitans, negari tamen non poteſt quin ſubditus dicatur, ſe-
cundum quid, & aliquo modo, ideo videmus quod pro tali poſ-
ſeſſione bonorum conueniri poteſt coram iudice loci in cuius
territorio ſunt bona, vt in titu. C. vbi in rem actio. quod fieri non
poſſet, ſi nullo modo ſubditus dici poſſet. l. final. ff. de iuriſdictio.
omnium iudic. & in titulo. C. ſi a non competen. iudi. ¶ Non ob-
ſtat quòd non debeat præſtari iuramentum fidelitatis ex ſola ra-
tione poſſeſſionis bonorum, quia dixi ex tali poſſeſſione ſola nō
poteſt quis ſimpliciter, & abſolute ſubditus dici, ſed ſolum ſe-
cundum quid, ſi autem fidelitatem iurare teneretur ſubditus fieret
17 ſimpliciter & generaliter, † quia non poſſet quis fidelis eſſe in
parte, & in parte non, cum iuramentum ſit quid indiuiduum.
Bald in capitulo primo. §. primo. de controuer. inueſtitu. Iaſ. in
conſilio 134. columna ſexta. poſt med. libr. 4. neque conſiderari
poteſt diuiſio aliqua commoda quòd propter poſſeſſionem ali-
quorum bonorum ſubditus quis dici poſſit quo ad ipſa bona tā
tum. ¶ Facit quòd dicitur, quod non poteſt quis pro parte eſſe ſer
uus, & pro parte liber, l. ſi pariter. in fin. ff. de liberali cauſa. l. pri-
ma. §. primo. ibi, in eadem perſona ſimul libertas, & ſeruitium
concurrant. C. de lati. liber. tollend. ſimiliter non poteſt quis eſſe
pro parte ingenuus, & pro parte libertus. Iaſ. in l. ſi duo patroni,
18 in principio. columna prima. ff. de iureiur. ¶ † Non obſtat quod
ſtatutum non ligat forenſem in deciſoriis quando conuenitur fo
renſis eo ſolum quod poſſidet bona in territorio ſtatuentium, ſe
cundum Alexand. in conſilio 138. libro primo. & conſilio 16. li-
bro quinto. quia illud poſſet procedere quando tale ſtatutum ex
preſſe non diſponit contra forenſem, quaſi in generali diſpoſitio
ne ſtatuti perſona forenſis non ſubdita, non comprehendatur, ſe
cus in caſu noſtro, vbi ſtatutum expreſſe loquitur de forenſibus
dum loquitur de ſubditis mediatis declarando, ut ſupra. ¶ Rur-
ſus ultra ſtatutum in caſu noſtro probata eſt etiam conſuetudo,
vt narratur, licèt teſtes non viderim, ex qua conſuetudine ſubſe-
cuta cogendi forenſes ad formam ſtatuti ſancti Marcellini ratio
ne ſolius poſſeſſionis bonorum, robur & uires confirmantur ip-
ſius ſtatuti, vt operetur vbi alias forte operari non potuiſſet, nam
fortius operatur vinculum duplex. authent. neque. C. commu. de
ſucceſſ. l. re coniuncti. vbi Iaſ. in ſexto not. ff. de legatis tertio. Leū
in adoptiuis. in prin. vbi Bald. C. de adopt. capitul. ex tuarum, de
authorita. & uſu palii. capitul. non poteſt. de præben. libr. 6. cap. j.
cum gloſſ. de treug. & pace. ¶ Ideo Bald. in c. venientes, columna
finali. de iureiurando, dicit plus valere ſtatutum pacto uallatum
quàm ſtatutum ſimplex. quod dictum pro notabili refert & ſe-
quitur Dec. in cap. quæ in eccleſiarū, columna tertia. verſicu. vel
ſecundo dicamus, de conſtitutio. Iaſ. in l. non impoſſibile, in vlti-
mis uerb. ff. de pactis, & in l. final. columna 6. C. de pact. quinim-
mo licèt ſtatutum contra eos non ualeret, tamen ſtante conſuetu
dine ſubſecuta operaretur ſtatutum, ſecundum Anto. in capitul.
cum dilectus, columna quinta. de conſuetu. quod dictum pro ſin-
gulari refert, & ſequitur Dec. in c. cum omnes. columna prima. de
conſtitutio. & in cap. quæ in eccleſiarum. columna quarta. verſic.
19 ſed obſtare uidetur, eodem titu. vbi clarius loquitur. ¶ † Et ſi di-
cas, iſte ſtylus Sancti Marcellini, quòd agi poſſit contra ſingula-
rem ſucceſſorem, eſt contra ius commune, de quo in dicta l. fi-
nali. § final. ff. de contrahen. emptio. & in l. j. §. ſi hæres. ff. ad tre-
bellia. ſed non valet ſtylus contrarius iuri communi, Alex. in con
ſil. 36. columna final. libro ſecundo. Reſpondeo, iſtud non proce-
dere in ſtylo præſcripto, quia ualet, licèt ſit contra ius commu-
ne. Roch. de Curt. in repet. rub. de conſuetudi. quæſtio. quarta. co-
lumna tertia. ſed iſte ſtylus de quo agitur obſeruatus fuit per tē-
pus cuius initii memoria non extat in contrarium, ideo non ſo-
lum dicitur præſcriptus, ſed obſeruatus tanto tempore quod vim
habet conceſſionis, & priuilegii. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de
aqua quoti. & æſtiua. capitul. ſuper quibuſdam. §. præterea. de ver
borum ſignifica. cum ſimilibus. quæ Iaſ. colligit in l. is qui putat.
ff. de acquirend. hæredit. Dec. in capitulo nouit. columna ſepti-
ma. de iudic. & alibi ſæpiſſime. Poteſt etiam dici quòd iſte ſtylus
non eſt contra ius commune in caſu de quo agitur, quia ut ſupra

probauimus in explicatione primi dubii, ex pacto de reuenden-
do agi poteſt contra ſingularem poſſeſſorem, maximè propter
20 hypothecam amplius non repeto. Tertiò reſpondeo † ad illud
dictum Alexand. dum vult ſtatutum non extendi ad forenſes in
deciſoriis etiam reſpectu bonorum quæ ſunt in territorio ſtatuen
tium, quod hoc non videtur ſine dubio ex his quæ ſcribit idem
Alexan. in conſi. 19. & Corne. in conſiliis ſupra allegatis. & vltra
eos adduco Bald. in conſil. 354. Factum ſic proponitur, lib. quar-
to. vbi quòd ſtatutum diſponentis circa deciſoria cauſæ & circa
modum probandi ligat forenſem litigātem in loco ſtatuti, quod
tamen non firmo. per quod explicatum ſatis videtur ſecundum
dubium. Circa tertium, dubium illud videtur deciſum, & abſolu
tum ex dictis in ſecundo dubio, nam poſito citra præiudiciū veri
tatis, agi non poſſet aduerſus ſingularem ſucceſſorem de iure cō
muni ex pacto de reuendendo, tamen videtur potuiſſe agi ex ſty-
lo ſeu ſtatuto ipſius loci ſancti Marcellini, de cuius validitate a-
bunde dictum eſt in proximo dubio, præſertim cum tenetur ex
conſuetudine ſubſecuta per tantum tempus cuius initii memo-
21 ria in contrarium non exiſtit, qui † ſtylus generaliter ſeruandus
eſt ſiue pertineat ad iudicii ordinationem, ſiue ad litis deciſionē,
iuxta not. in cap. quàm graui, de crimine falſi, tradit deciſio. Nea-
politana deciſione 79. & in deciſione 543. ad finem, vbi appella-
tio quæ de iure communi deſerta diceretur, decreta tamen non
inducitur virtute ſtyli. Alibi ſcribit Angel. in conſilio 114. colum.
fin. valere ſtylum per quem ſententia ſtet in pendenti licèt actus
legitimi non recipiant diem neque conditionem. qui ſtylus olim
Taurini ſeruabatur tempore quo aduocatum illic agebam ante
bellum, nam lata ſententia ſi pars lamentabatur quòd iniuſte la
22 ta eſſet, illam retrahebatur & in pendenti tenebatur dum † eſſent
auditi partis aduocati, quorum diſputationes publice per Sena-
tores audiebantur iuxta text. in l. quiſquis. §. apud vrbem. C. de
poſtu. vbi gloſſ. & in l. proxime. ff. de his quæ in teſtamen. delen.
Nec requiritur ad eſſe ſtyli quòd ſit obtentus in contradictorio
iudicio, licèt hoc magnum præſtet adminiculum, Corne. in con-
ſil. 73. colum. j. in fin. libro ſecundo. & ſi iudex quid faciat contra
fori conſuetudinem dicitur inique agere, l. tertia. in fin. ff. de teſti
bus. Barto. in authentica qui ſemel. C. quomodo & quādo iudex.
Præpoſ. in cap. cum ſit Romana, columna quinta. de appell. char.
53. ¶ Neque obſtat exceptio partis quod habitet extra bayliuatū
Sancti Marcellini, & quòd onera ſubeat pro illis bonis quæ perū-
tur in loco ſeu bayliuatu Sancti Marcellini. non fuiſſet opus tam
longa diſcuſſione in ſecūdo dubio. & illa oppoſitio de oneribus
quæ ſuſtinet alibi, procederet ſi tractaretur de onerando eum
etiam in bayliuatu Sancti Marcellini, nam † poſſet dicere pro eiſ
23 dem bonis non debeo grauari duplici onere & in diuerſis locis,
l. nauis. §. cum autem. ff. ad legem rhod. de iac. l. incola, & l. fin. §.
item reſcripſerunt. ff. ad municip. l. Titia. §. qui inuita. ff. de legatis
ſecundo. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolu. matrimo. l. qui dotem.
ff. de dote prælega. Oldrad. in conſil. 534. Factum tale eſt, quidam
miles, ante finem. & in collecta tradit Barto. in conſil. 196. Ciuita
ti Camerinæ, columna ſecunda. poſt medium, verſic. nec obſtant
nota. in cap. primo. de immunita. eccleſ. in nouell. Ancha. in con-
ſil. 817. ad finem dubium facit in prædicta quæſtio. facit text. in l.
finali. §. quotiens, cum glo. ff. de publicia. vbi quod onus gabellæ
in duobus locis præſtari non debet. facit etiam text. in l. plane. §.
j. & in l. non quocunque. §. qui caium. ff. de legatis primo. ſimili-
ter Papa per ſuum mandatum non intendit grauare ordinarium
in duobus beneficiis aut duplici onere. capitulo mandatum, de
reſcriptis. Imol. in c. capitulum, colum. 5. eodem titu. not. docto.
in capitulo penultimo. de reſcript. libr. ſexto. ſed hic non agitur
de impoſitione alicuius oneris, ſed de foro & competentia iudi-
cis, & iſti ſeu ſtatuti effectu. an pars de Valuo ſubiiciatur ſtylo,
ſeu ſtatutis loci Sancti Marcellini. & cum iſta ſint omnino diuer-
ſa habentia rationem diuerſam & ſeparatam male ex eis infer-
tur, l. fina. ff. de calumnia. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de ac-
quirenda poſſeſſione, cum ſimilibus. immo † cū ratione rei quæ
24 petitur ſortiatur pars forum in loco Sancti Marcellini, per titu. C.
vbi in rem actio videtur omnino ligari ſtylo, & ſtatutis eiuſdem
loci. nam procedunt a pari forum ſortiri, & ſtatutis ligari. Inno-
centius in rubrica, de conſuetudine, vbi Antonius de Butrio, Ale
xander in conſilio 209. columna prima. libro ſecundo. Decius in
capitulo quæ in eccleſiarum, colum. 2. poſt medium, in capitu. ec
cleſia ſanctæ Mariæ. col. 5. de conſtitutionib. in capitulo decerni-
mus, col. 19. de iudic. & in conſil. 283. columna ſexta. & alibi ſæ-
pe. ¶ Venio ad quartum dubium, an dicatur præſcriptum aduer-

ſus ſigillationem inſtrumenti, quia pars hoc allegat in vim exce-
ptionis, ſed iudicio meo non diligenter videtur conſideraſſe cir-
ca hanc exceptionem. & pro clara intelligentia conſiderandum
eſt, quod iſta ſigillatio inſtrumenti ſolum fit ad effectum proba-
tionis, vt per ſigillum inſtrumento additum fiat inſtrumentũ ma
gis plenum & authenticum in fide probatoria, iuxta notat. in ca.
poſt ceſsionem, vbi Dec. colum. 3. de probat. & idem Decius in
cap. 3. loco, eodem tit. & in cap. ſignificauit, in ſecundo not. de ap
pellat. Iaſ. in repet. l. admonendi, colum. 41. ff. de iureiuran. & ali-
bi ſæpe. ita iſta ſigillatio ſeu probatio ſigillatiua non fit principa-
liter per ſe, ſed propter aliud principale, id eſt ad corroborandũ
inſtrumentum reacheti ſeu pacti de reuendendo, conſequenter
principaliter uidendum eſſet an dicatur præſcriptum ipſi pacto
de reuendendo, quia ſi præſcriptum non ſit & agi adhuc poſsit
ex pacto, in conſequens neceſſarium dicendum eſt non eſſe præ-
ſcriptum aduerſus ſigillationem, quæ fit propter ipſum pactum
25 ad eius probationem, quia † ſemper conſideranda eſt cauſa pro
pter quam aliquid fit, non autem factum ipſum. l. verum, ſecun
da. ff. de furtis. glo. in c. uniuerſitatis, in uerſiculo ſubeſſet, de ſen-
tent excommu. in c. & ſi Chriſtus, in verſicu. ea cauſa, de iureiur.
& in cap. intelligentia, in verſiculo ea cauſis, de uerborum ſigni-
ficatio. Ancharanus in conſil. 54. Apparet ex themate, ad finem.
Rurſus conſiderandum eſt quod uerba ſtatuti, ſancti Marcellini,
dicunt quòd inſtrumenta quæ reperiuntur ſigillata ſigillo dictæ
curiæ ad uires ipſius confecta, habent uim libelli, conteſtationis
litis, obligati & ſubmiſsi, &c. & ſic ſtatutum loquitur per uerba
præſentis temporis, quæ reperiuntur ſigillata, & ſic videtur ſatis
eſſe quod nunc reperiantur ſigillata, quia qualitas ſigillationis ſa
tis eſt quod adſit tempore uerbi cui apponitur. l. in delictis. §. ſi
26 extraneus. ff. de noxalibus. ¶ † Ad idem facit regula iuris, quòd
paria ſunt aliquid ab initio eſſe tale, vel tale fieri ex poſt, ſeu qua-
litatem talis ex poſt ſuperuenire, l. nihil refert. ff. de conditio. ſine
cauſa. & ſi ſtatutum uoluiſſet quod ſigillatio fieret de tempore ro
gitus, vſi fuiſſent ſtatuentes aliis verbis, puta inſtrumenta quæ ſi-
gillata fuerint ſeu quæ cum ſigillo rogata fuerint. ¶ Pro hoc facit
tex. in capitulo ſi pro clericis pauperibus, de præbendis. libr. 6. &
quòd notat Geminianus poſt Ioan. Andream in c. ei cui. in glo. ſe
cunda, eodem titulo, & quod notat glo. in cap. cum in cunctis. §.
inferiora, in uerſicu. remoueantur, de electionibus. quod dicitur
præbenda ſacerdotalis licèt ab initio non eſſet quis ſacerdos, dũ
modo promoueatur ex poſt ad ſacerdotium, & ſic ſatis eſt quali
tatem ſacerdotalem ex poſt uerificari, quando aliud nõ apparet
de mente diſponentis, nota, quando requiritur qualitas in actu
eodem ſatis uideri debet ſi qualitas ſigillationis ſuperueniat ex
poſt antequam res deducatur in iudicium. ¶ Facit dictum Paul.
de Caſt. in conſ. 286. videtur quod dicta ſententia, colum. 2. libr.
2. ubi ſtante ſtatuto quod ille qui non eſt ciuis non poſsit acquire
re immobilia in loco, ſi tempore emptionis emens non erat ci-
uis, hoc non obſtat dummodo reperiatur ciuis tempore tradi-
tionis, & ſic ſatis eſt qualitatem requiſitam in actu adeſſe eo tem
pore quo actus ad effectum deducitur. ¶ Fortius uoluit idem Pau
lus in conſ. 234. In cauſa appellationis, col. 3. circa finem. uerſic.
ſed ultra prædicta libr. ſecundo, quòd ſufficit ſuperuenire iſtam
qualitatem ciuilitatis etiam poſt traditionem. ¶ Facit quod Cor.
ſcribit in conſi. 69. columna quarta. libi. primo. vbi datio curato-
ris quæ ab initio non ualuit, quia curator non iuraſſet, conualida
tur ex poſt accedente iuramento. a fortiori cum ſigillatio non ſit
de ſubſtantia inſtrumenti, ſed requiritur a ſtatuto ad effectũ ma-
ioris efficaciæ, ut habeat inſtrumentum uim libelli, conteſtatio-
nis litis, &c. prodeſſe debet ſigillatio ſi ex poſt fiat. ¶ Sed magis
in terminis faciunt no. per Alexan. poſt Pet. de Bellaperti. & Cyn.
in l. ſi rem meam, in fi. ff. de uerborum obliga. ſtat ſtatutum quod
nullus poſsit agere per procuratorem niſi de hoc impetrauerit
priuilegium, modo quidam conſtituit procuratorem, deinde im
petrat priuilegium, quæritur an ualeat conſtitutio procuratoris
facta ante priuilegium impetratum? deciditur quod ſic. eodem
modo licèt tempore rogitus inſtrumenti ſigillatio nondum inter
ueniſſet, ſatis eſt tamen quod ſuperueniat & adſit per tempus a-
gendi, cum antea inſtrumentis non vtamur, ſicut in conſtitutione
procuratoris quæ ſine priuilegio fieri non poteſt, ſatis eſt quod
27 habeatur priuilegium eo tempore quo agitur in iudicio. ¶ † Præ-
terea ſtatutum circa ſigillationem inſtrumenti loquitur indeter-
minate non exprimendo aliquod tempus, quo debeat ſigillari, er
go ſufficit quandocunque ſigillari. modo ſigillatum inueniatur
tempore quo agitur. l. qui fundum. ff. de contrahenda emptione,
l. in uẽditione. §. de tempore. ff. de bonis auctori. iud. poſsid. l. pri-
ma. §. meminiſſe. ff. de uentr. in poſſeſsio. mittend. Bald. in conſil.
256. Præmittenda ſunt, libr. 4. Romanus conſil. 340. in primo du-
bio, & quod idem Roman. ſcribit in conſ. 137. Iſta promiſsio. Iaſ.
in l. ait prætor. §. ſi iudex. colum. final. ff. de re iudicata & in l. Gal-
lus. §. videndum. ff. de liberis & poſthum. ¶ Alibi ſcribit Corne. in
conſil. 221. columna ſecunda. circa med. libro primo. quod vbi
ſtatutum requirit inſinuationem fieri non determinando certum
tempus quo fieri debeat, ſufficit eam adhiberi ex interuallo. &
dicit Paul. de Caſtr. in conſ. 337. Si prima duo ſtatuta, columna ſe
cunda. circa medium libro ſecundo, quòd ſufficit fieri inſinuatio
nem quandocunque antequam res deducatur in iudicium. ¶ For
tius voluit Barto. in conſ. 69. Viſo ſtatuto poſito ſub rubrica, quod
vbi lex reſpectu temporis loquitur generaliter & indetermina-
te, ſufficit quandocunque quid fieri uſque ad ſententiam, per tex.
in l. prima. in princip. ff. de publicia. iuncta l. hoc edicto, eodem ti
tul. l. ſi cum exceptione. §. 3. iuncto §. ſatis deuenietur. ff. quod me
tus cauſa, & alia iura de quibus per eum, idem tradit Calcan. in
conſi. 103. columna ſecunda. poſt medium. ¶ Poſtremò dicitur
probatum eſſe ſufficere de conſuetudine quandocũque fieri iſtã
ſigillationem modo reperiatur ſigillatio tempore quo agitur, &
ſtante iſta conſuetudine interpretatiua res videtur extra omnem
ambiguitatem. ¶ Non omitto quod ratio ſtatuti cur inſtrumentũ
ſignatum ſigillo curiæ habeat illam efficaciam, alia eſſe non po-
tuit niſi quod veriſimile eſſet curiam non ſignaturam inſtrumen-
tum aliquod, niſi ex omni parte verum, legitimum & authenticũ
videretur omni proſſus ſuſpicione vacans, ob id voluit ſtatutum
28 inſtrumentum eiuſmodi maioris eſſe efficaciæ, quæ † ratio cum
ſola conſiderari poſsit, haberi debet pro expreſſa ſecundum Bal.
in l. quamuis. C. de fideicom. & in l. maximum vitium. C. de liber.
præter. Pau. de Caſtr. in conſ. 251. Vna quadam ſecuritate. colum.
prima. poſt med. libro primo. Dec. in conſi. 15. columna tertia. &
alibi ſæpiſsime. ſed iſta ratio æque militat ſi inſtrumentum ſigna
tur ex interuallo, atque ſi ſtatim ab initio, quia ueriſimile non eſt,
quod curia ſignaret tale inſtrumentum ex interuallo, niſi illud eſ
ſet omnino perfectum ſine omni ſuſpicione. & cum ſtatutum nõ
dicat quòd ſignari debeat ab initio nec nos dicere debemus. l. ſi
ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acquirenda hæreditate. & facile
fuiſſet ſtatuentibus hoc exprimere ſi ita intellexiſſent. l. vnica. §.
ſinantem ad deficientis. C. de cadu. tollend. cap. inter corporalia,
de translatio. prælato. in capitulo cum in tua. in verſ. conſuetudo.
de conſuetudi. libro ſexto. in capitulo ſi forte, in verſiculo digni-
tatem, de electione. libro ſexto. & cum loquatur ſtatutum circa ſi
gillationem generaliter intelligi debet, etiam quod maior ratio
ſit in vno caſu quàm in alio. l. prima. §. quod autem. ff. de aliena-
tione. l. in fraudem. in fin. & quod ibi Baldus. ff. de teſtamen. mi-
lita. l. 3. & generaliter. ff. de legatis præſtan. cum ſimilibus. tamet-
ſi nulla maior ratio conſiderari poſsit in vno caſu quam in alio
vt ſupra oſtendimus. & ſatis eſt adhiberi ſigillationem antequã
res deducatur in iudicium. Paulus de Caſtro in dicto conſilio
337. Si prima duo ſtatuta. columna ſecunda. circa medium verſi-
ſiculo, ſed aduertendum eſt diligenter. libro ſecundo. vbi quòd
ſatis eſt inſinuationem donationis a ſtatuto requiſitam fieri ante
inchoatum iudicium. ¶ Deſcendo nunc ad quintum dubium in
quo conſiderando ſecundum caput pacti de retrouendendo, ſi-
ne dubio nulla obſtat exceptio præſcriptionis, quia ex ſecundo
capite, bona rechatari non poterant niſi mortuis Yuone & Car-
lota coniugibus, quibus viuentibus redimi non poterant, conſe-
29 quenter † quandiu uixeruut, nulla cucurrit præſcriptio quæ
non currit contra eos qui agere non poſſunt. l. prima. in fin. C. de
bonis maternis. & l. final. C. de annali exceptione. quod proce-
dit, licèt impedimentum per quod quis agere non potuit, pro-
uenerit culpa impediti. capitulo, quia diuerſitatem, de conceſ-
ſio. præbendæ. declarando ut per Romanum in conſilio nono.
quod pars condemnata. Decius in l. prima. columna penultima.
C. qui admitti. Ideo pars allegans præſcriptionem, quæ in hoc
caſu habet plurimum facti debebat probare ſuam exceptionem
præſcriptionis, quia reus in excipiendo habetur pro actore vt
exceptionem probare teneatur. l. prima & ſecunda. ff. de exce-
ptionibus. in l. exceptionibus. ff. de probationibus & debet pro-
bari exceptio plene & perfecte ita quod neceſſario concludat.
Ioannes de Anania inter conſilia Pauli de Caſtro in conſil. 261.
Viſis, & conſideratis, columna ſecunda. ante medium. libro
ſecundo. immo debet probari in ſua ſpecie, & forma vt conclu-
dat effectum exceptionis. Ange. in conſilio 61. columna ſecunda.

circa

circa medium. Corne.in conſilio 46. columna quarta. uerſicu iō ſecundo eſt aduertendum libr.2.Dec.in conſ.534.col.3.ante medium,& in præſcriptione tradit Barto.in l.genero,col.2. ff.de infam. ubi quòd allegans præſcriptionem debet probare negligentiam partis.idem tradit Bald.in conſil.450.Super primo puncto, libr.4.Abb.in conſi.82.col.3.libr.3. ubi quod præſcriptio de facili præſumi non poteſt,quia eſt præſumere negligentiam alterius.& ſic debuiſſet aduerſarius probare ſcientiam dominorum agentium, ideſt quòd quamuis ſciuerint ſaltem veriſimiliter competere ſibi ius redimendi,negligentes tamen fuerunt ad redimendũ, quia ignorans non dicitur negligere.l. ex plagis.in princip.ff. ad legem aquiliam,c.2.& c.quia diuerſitatem, de conceſſ. præbend. Socin.in conſ.22.col.penul.ad finem lib.3. & in terminis præſcri-

30 ptionis notat Corne.in conſilio 100.libr.3.quæ † ſcientia non ſolum probata non æſtimo,ne quidem allegata,quæ tamen allegatio fuiſſet omnino neceſſaria etiam ſi de iure ſcientia præſumeretur.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.idem Pollioni.ff.de adulter. Alexan.in l.qui bona.§.de illo.ff.de damno infect.vbi licèt ignorantia præſumatur,allegari tamen debet.¶Similiter licèt præſumatur bona fides ex titulo aut poſſeſſione longi temporis,illa tamen alleganda eſt.Angel.in l.eum qui.§.fin.colum. fin.uerſi.ſi ſtamen cautus.ff.de public.idem Angel.inter conſilia Bald.in conſil.403. Ioannes,columna tertia.Alexan.in conſil 94.colum.tertia in conſil.136.colum.penultima libro ſecundo.& in conſil.69. columna tertia libro tertio.Dec.in l.non hoc, in ſecundo nota. C.unde legiti.& in l.illam,columna ſecunda.C.de collatio.in propoſito noſtro cum ſcientia non præſumatur,ſed ignorantia, ſcientia dominorum agentium probanda erat a parte rea, id eſt quod ſcirent competere ſibi ius recatandi ex illo inſtrumẽto,ſed facere neglexerunt,ſed ut dixi, non modo ſcientia hic probata non eſt, at ne allegata quidem.¶Sed obiiciet quis † produxerunt domini agen-

31 tes in iudicio inſtrumentum reachati,ergo præſumitur quod haberent de eo notitiam, iuxta not.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff. de verbo.obl.Abb.in conſ.19.Facti contingentia, libro ſecundo. Immo ex eo ſolum quòd facit quis mentionem de aliquo inſtrumento,præſumitur illius notitiam habuiſſe. Alexan. in conſil.39. columna ſecunda.libro ſecundo in conſi.113.colum.tertia. libro 6.& in conſil.118.col.2.libro ſeptimo.Socin.in conſil.63. colum. tertia ad fin.libro tertio. & dicit Paulus de Caſtro in conſil. 59. Pro pleniori reſponſione, columna ſecunda in tertio dubio, libro primo,quod maritus præſumitur ſcire conditionem adiectã

32 legato dotis quando de ea fit mentio.¶ † Reſpondeo, quod domini actores ſucceſſerunt in hæreditate aliena in qua inuentum eſt inſtrumentum eiuſmodi,& dicunt cum iuramento ſe non habuiſſe notitiam huius inſtrumenti niſi poſt aditam hæreditatem illius,ad quem modum probatur ignorantia. capitulo ſignificaſti.cum glo. in verſicu. ſi ita eſt, de homicid.& capitulo ut circa fin.de elect.libr.6.capitulo paſtoralis,de excep. Roman.in conſi. 54.colum.2.uerſic.contrarium puto ucrius.Corne.in conſil. 168. colum.5.libr.3.Iaſ.in l.4. §. iurari, in tertio nota.& in repet.legis admonendi.columna. in 1.nume.308.ff.de iureiuran. & maxime quia præſumitur hæres ignorare facta defuncti,regula qui in alterius.ff.de regu.iuris.vbi dixi late. ¶Rurſus conſiderando hoc ſecundum caput pacti de retrouendendo quòd debebat aduerſarius probare tempus mortis dominorum Yuonis & Carlotæ coniugum, quia ex hoc ſecundo capite redimendi demum cedebat mortuis ipſis coniugibus, & ſic cum inciperet præſcriptio currere ſolum poſt mortem ipſorum coniugum, tempus mortis præciſe erat articulandum,& probandum, quia in tempore fundatur intentio excipientis.iuxta glo in l.eum qui.ff.de nego.geſt.Bar.& docto.in l.non ſolum.§.ſed vt probari. ff.de oper.nou.nunc.Dec. in c.in præſentia,in 12.nota.de proba.Iaſ.in rubr.C.qui admitti. & alibi ſæpe docto. & ita in ſimili caſu ad obſtaculum præſcriptionis reſpondet Bal.in conſil.150. Caſus actualiter emergens. colum.final.verſi.& ſi bene aduertatur,libro ſecundo.quod tempus mortis,ideſt quo tẽpore mortui ſint illi domini Yuo, & Carlota, non ſolum probatum non eſt ab aduerſario immo ne allegatum quidem,igitur ex hoc ſecundo capite,quomodo dici poteſt impletam eſſe præſcriptionem, ſi ignoramus principiũ illius, quo tempore cæpta ſit præſcriptio?Profectò qui principia neſcit, & finem ignoret neceſſe eſt,ſecundum philoſophum.facit tex.in

33 l.2.ff.de orig.iur.maxime † quia allegans præſcriptionem probare debet finitam iam eſſe ante litem conteſtatam.Bar. in l.ſi po.t. ff.de rei uen.& in l.Celſus,col.6.ff.de uſucap.Corn.in conſi. 136. colum.fin.& in conſ.147.colum.11. verſicu. debet tamen ad ſcandandum,& colum.penultim.verſicu.nec probationes contrariæ obſtant.libr.2.& ratio eſt, quia niſi probetur perfectam eam eſſe ante litem conteſtatam, interrupta fieret per litis conteſtationẽ. iuxta not.in l.naturaliter.ff.de vſucap.Iaſ.in §.pœnales,num.134 Inſtitu.de actio. ſed quomodo dicemus pręſcriptionem perfectã eſſe ante litem conteſtatam ſi principium eius ignoramus? ¶Primo etiam capite per quod agi poterat ſtatim facta alienatione bonorum in alios non uidetur abſoluta præſcriptio, quia modo eſt probata ſcientia dominorum actorum quod ſciuerint de tali alienatione. item quia domini actores non poterant agere ex

34 quo ignorabant illud pactum reachati. ¶ † Et vbi aliquo modo, aut mero iure concurriſſet præſcriptio, tamen reſtitutio in integrum danda eſſet ex capite ignorantiæ. Alexan. in conſilio 84.libr.1.& in conſil.169.columna final.verſicu. non obſtat quòd aduerſus præſcriptionem,libro ſecundo.& in conſil.116.libro 5. vbi loquitur etiam in præſcriptione longisſimi temporis. quam opinio.dicit eſſe communem & idem eſſe atteſtatur Soc.in conſil.80.columna final.libr.3.& in conſil.66.columna 2. poſt med. verſic.quinimmo puto.libro 4.Alexandrinus in conſi. 13. colum. fin.vbi quod datur reſtitutio etiam aduerſus præſcriptionem centum annorum. ex capite ignorantiæ in quo tamen articulo fuit Alexandrinus ſibi contrarius vt patet ex his quæ ſcribit in conſilio 12.ad finem,in conſilio 56.circa finem, & Ianus in conſilio 97. ¶ In eodem etiam articulo variauit ſæpe Gozadinus conſulendo,nam in conſi.8.& in fin.& in conſil.68.columna quarta. circa medium tenet quòd non datur reſtitutio,in conſil.autem 56. col. 3.circa medium tenet quod detur reſtitutio ſecundum veram, & communem opinio. Alexand.etiam fuit ſibi contrarius,& contrarium quòd immo non detur reſtitutio, tenet idem Alexan.in conſil.151.columna fina.libr.2.¶Similiter Socin. fuit ſibi contrarius, nam in conſilio 164.ad fin.libr.2.in conſil.2. colum. penult. circa med.& conſ.38.ad fin.libr.3.tenet quod non datur reſtitutio aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum. Calcan. autem in conſil.26. columna final. tenet quod detur reſtitutio ponderando quod ibi locutus eſt in præſcriptione quadraginta annorum,Iaſ. autem in conſilio 109. columna tertia. circa med.libro ſecundo. non auſus fuit decidere.¶ Dec.autem in l.ſecunda.colum. ſecunda.circa med. C. qui admitti. in conſil.29. & in conſil. 373. tenet quod non detur reſtitutio,ſed idem Dec.in conſil.267.colum.fin. videtur ſibi contrariari dum ſequitur Alexand.in dicto conſi. 84. libro primo, & in dicto conſil. 116. libro quinto. ſimiliter idem Dec.in conſil.164.colum.penult.in fine.uerſic.& ex his breuiter, ſequitur Alexan.in dicto conſil.169.Viſo themate, colum. fina.libro ſecundo. vbi Alexan. tenet quod detur reſtitutio ſecundum communem opinionem.¶Felyn.autem in capitulo vigilanti,columna ſecunda.in prima limitatione.de præſcriptionibus, refert contrarietatem Alexand.nec determinat, videtur tamen inclinare quòd detur reſtitutio dum illã opinionem recitat vltimo loco, iuxta gloſſ.in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad trebellia. glo. & Barto. in l.bona fides,per illum tex.ff.depoſiti. cum ſimilibus,vt per Moderniores in l.ſi tibi pecuniam,in quinto notabili.ff.ſi certum petatur, pudet me tantæ inconſtantiæ & contrarietatis doctorum quod ſibi ipſis conſtare non posſiut,ęquanimius ferrem ſi alij ab

35 aliis diſſideant. ¶Quid tenendum? † mihi videtur ſaluo ſaniori iudicio,quòd competat reſtitutio in integrum. quæ nunquàm cenſetur ſublata per verba vtcumque prægnantia niſi expreſſe agatur,ex eo quod ſcribit Cyn. in l.ſecunda. C. ſi pendente appella. vbi ſi ſtatutum denegat audientiam querelis bannitorum, auditur tamen petens reſtitutionem in integrum ex iuſta cauſa. refert & ſequitur Calcan.in conſil.75. colum.13. in fin. ¶Secundo adduco quod ſcribit Cronus in repetitione legis nemo poteſt, colum.26. ff.de legatis primo. vbi ſtante ſtatuto quòd nihil opponi poſſit.non tamen impeditur reſtitutio in integrum. ¶Tertiò adduco quod ſcribit Bald.in conſil.236. Statuto ciuitatis,libro primo.vbi ſtante ſtatuto quod non poſſit appellari, querelari, vel de nullitate dici,peti tamen poterit reſtitutio in integrũ. ¶Quarto adduco quod ſcribit Socinus in conſil.153.colum. 10. verſicu. confirmatur reſponſio, & in conſil. 299. columna penultima ad fin.libro ſecundo. ubi quod reſtitutio in integrum non cenſetur ſublata per illa uerba, quòd quis moleſtari non poſſit directè vel indirectè a quauis perſona, quia per legem generalem non cenſetur derogatum priuilegio ſpeciali. Idem tenet Areun.in conſil.162.columna ſecunda.poſt med.allegat gloſſ. in c.coram fœlicis,de in integrum reſtitutio.idem tenet & ſequitur Decius in l. poſt quam liti.col.fin.per glo.ibi,& ibidem, etiam Iaſ.col. penult.

C. de pactis. ex quibus rationibus patet reſponſio ad argumen-
36 ta adducts in contrarium per Dec. in d. conſ. 29. ¶ † Aliter etiam
reſpondeo, ꝙ verbs vniuerſalia quæ Dec. conſiderat reſtringi de-
bent ad id quod eſt rationis. l. quãuis. ff. de in ius voc. Bal. in auth.
ingreſſi. col. j. & ibi Dec. col. 3. in fi. C. de ſacroſan. eccl. & idẽ Bal.
in l. ſi defunctus. C. de luis & legit. ſed nulla ratio dictat ꝙ vbi qs
fuit ignorãs & ſic iuſte impeditus, ſubueniri ei nõ debeat reme-
dio reſtitutionis in integrum, alias priuabitur iure ſuo ſine ſui
culpa, ignoranti enim culpa imputari non poteſt neq; negligen-
tia. l. argentum. ff. commodati. capitulo ſecundo. & capitulo,
quia diuerſitatem, de conceſſ. præben. ſed ſine culpa iure ſuo pri-
uari quis non debet, capit. cognoſcentes, de conſtitutio. capit. ſa-
tis peruerſum. 56. diſtinctio. cap. inuentum. 16. quæſtio. finali. im-
mo ea eo ꝙ quis fuit ignorans, dicitur iuſte impeditus. l. annis.
ff. de calumnia. Barto. & docto. in l. genero. ff. de infami. ¶ Poſtre-
37 mo conſidero quod vbi res eſſet dubia, in dubio † fieri debet in-
terpretatio, vt ſit locus reſtitutioni contra præſcriptionem, quia
talis reſtitutio nititur æquitati. lege denique. & lege nec vtilem.
ff. ex quibus cauſis maior. præſcriptio vero dicitur odioſa, quia
qui ſe fundat ea tempore dicitur niti ea circumuentione tem-
poris. §. volumus, in Auth. de his qui ingred. ad appell. Andreas
de Iſer. Marti. Laud. & Card. Alexandrinus. in cap. primo. in prin-
cip. col. j. quo tempore miles. & impium dicitur præſidium tem-
poris, in Authentica vt eccleſia Romana, circa med. ideo præſcri
ptio dicitur contra naturalem æquitatem. Calder. in conſi. 5. col.
2. in tit. de rebus eccleſ. non alienan. & dicit Abb. in conſi. 71. col.
j. li. 2. ꝙ præſcriptio dicitur odioſa tanquàm abſorbens ius alte-
rius. §. poteſt. 16. q. 3. & ꝙ præſcriptio repugnat æquitati natura-
li, eſt glo. in l. j. quam ibi ualde not. Ange. ff. de neg. geſt. refert Iaſ.
in conſi. 159. col. 3. circa med. libr. 2. ideo infert Iaſ. quod arbitra-
tor, & alij qui debent iudicare ſecundum æquitatem non debent
habere rationem præſcriptionis, idem in hoc uoluit Bolognin. in
addi. ad conſilia Io. de Ana. in conſil. 34. col. pen. in hoc tamen Ia
ſo. fuit ſibi contrarius, & quod immo ratio præſcriptionis habe-
ri debeat etiam ubi proceditur ſola facti ueritate inſpecta, & ſe-
cundum æquitatem, tradit idem Iaſ. in conſil. 72. in fi. li. j. ſed non
eſt præſentis ſpeculationis. ¶ Non omitto ꝙ præmiſſa non proce-
derent in præſcriptione temporis antiquiſſimi cuius initij memo
ria non conſtat in contrarium, in qua ceſſat reſtitutio. Iaſo. in d.
conſi. 209. col. 3. poſt med. li. 2. ¶ Capio ſextum dubium, poſito ſi-
ne præiudicio ueritatis, quod præſcriptum diceretur aduerſus pa
ctum de retrouendendo, an talis exceptio præſcriptionis poſſit
opponi ſtante ſtatut. loci Sancti Marcellini, quod contra inſtru-
mentum ſigillatum ſeu literas compulſorias ſuper tali inſtrumẽ-
to conceſſas tres duntaxat exceptiones admittuntur falſi, ſolutio
38 nis, & nouationis in quo † dubio præſuppono quod tale ſtatutum
licèt pertineat ad litis deciſionem dum prohibet exceptiones op-
poni ex his quæ ſcribit Roch. de Cur. in repe. capituli finalis. col.
115. de conſue. tamen comprehendit partem de Valino, & eam
ligat, per ea quę latius ſcripſi ſupra in ſolutione ſecundi dubij.
Quo præſuppoſito conſiderandum eſt, quod ualet ſtatutum per
quod impeditur quis exceptiones opponere, ex his quę not. Bar.
in l. Antiochenſium. ff. de priuil. credi. & in l. totiens. ff. de polici.
Alex. in conſi. 112. col. antepen. lib. 2. late cano. in cap. ex parte ſe-
cunda. ubi Deci. col. 3. uerſi. ſed conſiderandum eſt, de offi. dele.
maxime debet ualere ſtatutum per quod opponi non poteſt ex-
39 ceptio † præſcriptionis, quæ dicitur præſidium iniquiſſimum. in
Auth. ut eccleſ. Romana. c. an. hab. præſcrip. ibi, nec iniquis homi
nibus, &c. & ex præſcriptione locupletatur quis cum aliena iactu
ra. Soc. in conſi. 86. col. 4. ad finem. li. 2. & dicitur præſcriptio con
tra naturalem æquitatem. Bal. in l. ancillæ. colum. 3. C. de fur. ideo
damnum quod quis patitur ex eo ꝙ præſcribendi facultatem a-
miſit, non habetur in conſideratione. glo. in l. ſi quis naori. §. pen.
ff. de furtis. quam gloſ. pro notabili refert & commendat Crot. in
repet. leg. ſi is qui pro emptore. col. 10. in prin. ff. de vſuc. & in re-
pet. legis nemo poteſt, col. 33. circa med. ff. de leg. 1. & dixi ſupra
in proximo dubio. & cum inducta ſit præſcriptio de mero iure
ciuili, facile per ſtatutum tolli poteſt. l. oẽs populi, vbi latè ſcrib.
ff. de iuſti. & iur. igitur ſtatutum Sancti Marcellini tres duntaxat
exceptiones admittens ſolutionis, falſitatis, & nouationis, cenſe-
tur alias exceptiones excludere, maxime exceptionem odioſam
40 præſcriptionis. dictio † enim taxatiua, habet in ſe implicitam ne-
gatiuam reſpectu aliarum exceptionum, vt aliæ opponi non poſ-
ſint. c. cum eccleſia Sutrina, vbi Io. And. poſt Goffred. in verſ. tan-
tum, de cauſa poſſ. & propriet. gloſſ. in l. ob æs. C. de præd. minor.

¶ Nec obſtat quòd exceptio præſcriptionis videatur ſimilis exce-
ptioni ſolutionis, & quod ſtatutum tollens exceptiones, ſeu ali-
quas tantum admittens, non cenſetur excludere ea quæ ſimiles
ſunt expreſſis. Bald. & Ang. in l. ita nobis pudor. C. de adulter. Iaſ.
in l. j. col. 3. poſt med. verſic. quarto facit. ff. ſi quis ius dic. non ob-
temper. nam reſpondeo quod in caſu noſtro hoc procedere non
poteſt propter verba ſequẽtia ſtatuti ibi, ita quod alteri remedio
non eſt locus. quæ verba nihil operarentur niſi cenſerentur exce-
ptiones excluſæ quæ expreſſis ſimiles eſſent, nam diſſimiles ſatis
excluſæ erant per illam dictionem duntaxat taxatiuam vt ſupra
41 dixi. ¶ † Rurſus illa verba, ita quod, &c. habent naturam limitati
uam & taxatiuam. l. Lucius. §. quæ habebat, in fin. ff. ad treb. l. qui
aliena. §. liberto. ff. de nego. geſt. Dec. in conſil. 227. col. 3. circa me
dium. Iaſ. in d. l. j. col. 2. ad finem. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.
Soc. in conſ. 141. col. penul. lib. j. & ſic in iſto ſtatuto, eſt duplex, &
42 geminata taxatiua, propter † quam geminationem dicendum eſt
opponi omnino non poſſe exceptionem præſcriptionis quæ alias
forte opponi potuiſſet. ex tali enim geminatione taxationis, ſeu
taxatiuæ fortius declaratur voluntas ſtatuentium ꝙ nullam om-
nino exceptionem opponi voluerunt præter expreſſas. l. Baliſta. ff.
ad Trebel. Bar. in l. cum ſcimus. C. de agricol. & cenſi. lib. 11. nam
ex geminatione verborum magis etiam dicitur apparere de vo-
luntate diſponentis, ne ſuperfluo verba cenſeantur appoſita. Pau
lus de Caſt. in conſil. 115. Super primo videtur dicendum quòd
dictus Simon. col. 5. circa medium libr. j. facit textus. C. de emen.
iuſt. cod. in ſecunda eius editione circa finem conſtitutionis. vbi
dicitur nemini venit in dubium quod repetita prælectio proba-
uit, hoc ſatis validum famoſumque eſſe facit Clemen. vt calum-
niis, de re iudica. vbi quod poſt tres ſententias conformes non
admittitur exceptio nullitatis. ¶ Alibi ſcribit Old. in conſ. 253. Fa-
ctum tale eſt domi. §. in fine quòd geminatio ſeu reiteratio actus
oſtendit mentis perſeuerantiam, per textum l. vnicæ. C. de plus
petitio. ¶ Et tollit geminatio actus ſuſpicionem deceptionis. l. ſi-
militer. C. ad velleia. ¶ Et ſignificant verba geminata præciſam
mentem diſponentis, Bald. in capitulo eam te. columna ſecunda.
de reſcrip. ¶ Ampliant enim effectum verba geminata vt aliquid
operentur. Bald. in l. fructus. C. de actio. emptio. ¶ Immo eiuſ-
dem verbi repetitio multum operatur. gloſſ. in capitu. requiſiti.
in verſic. decens eſt, de teſtamen. Et verba de ſui natura importan
tia arbitrium boni viri. ſi geminentur, important liberam volun-
tatem. Corneus in conſi. 302. col. 3. circa medium libr. 4. ¶ Alibi
ſcribit idem Corneus in conſi. 223. col. 3. libr. j. quòd donatio quę
alias præſumitur cauſa mortis ſi geminatur, dicitur inter viuos.
¶ Alibi ſcribit Decius in conſil. 113. colum. 2. quod priuilegium
exemptionis a decimis late interpretatur in fauorem eius cui cõ
ceditur quando in eo ſunt verba exemptionis prægnantia & ge-
minata. ¶ Et magis in terminis faciunt notata per Bar. & docto.
in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legatis primo. vbi duplex prohibi-
tio fortius operatur quàm ſimplex. ideo ſi teſtator prohibet alie-
21 circa finē. & in conſ. 328. Circa iſtā perceptionē. col. 1. ¶ † Similiter quando ad inſtantiā volentis emere aliquam rem, fit ꝓclama de mandato officialis, vt ſi qui ius prætendant ad rem, comparere debeāt intra certū tempus: aliàs quòd de eorum iure nō audienť; lapſo illo termino nihil poſſunt opponere. l. ſi eo tēpore. C. de remiſ. pig. c. ſi. de electio. li. 6. Anch. in conſ. 206. Viſis.

22 actis & agitatis in cā quæ vertitur inter nob. virum. ¶ † Similiter qui aliquid promiſit vendere intra tps, poſt tempus vendere non cogitur. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. Ang. in conſil. 199. Titius rem. ¶ Similiter ſubſtitutio pupillaris facta ad certū tempus breuius, vltra illud tempus non porrigitur, licèt duret adhuc ætas pupillaris. l. ſed ſi quis ita. vbi doct. ff. de vulga. ¶ Et in terminis quòd poſſint partes conuenire & limitare tempus probationum, ita quòd lapſo tempore probatio fieri nō poſſit, latè probat Ale. in cōſ. 158. col. fina. verſ. nec obſtat, ſi diceretur lib. 2. licèt contrarium tenuerit Bald. in conſ. 317. lib. 4. de quo tamen Alex. mentionem non facit. ſed ibi Bald. potius loquitur ex autoritate ſua, quàm per iuris rationes, cum liberum ſit vnicuiq; renunciare fauori ſuo. l. pen. C. de pac. c. cum ſimul. & licèt idem Bald. in conſil. 61. in 2. dub. lib. 2. velit iſto caſu quòd probatio fieri poſſit etiam poſt terminum conuentionalē, quando ius partis non eſt factum deterius, tamen dictū Bald. poſſet procedere antequam oppoſitum ſit in iudicio de lapſu tēporis, q poſſit pars moram purgare ante rem in iudicio deductā: ſed cœpto iam iudicio & facta oppoſitione, hoc fieri non pōt, Alex. in conſ. 237. ad fin. li. 6. Corn. in conſil. 221. colum. 2. lib. 1. & in conſ. 93. colum. 2. poſt med. lib. 4. Pau. de Caſt. in conſil. 70. quia fruſtra, col. 5. ad fin. verſic. nam ſufficit Regi Poloniæ lib. 1. & in conſi. 337. Si prima duo ſtatuta. col. 2. circa med. verſicul. ſed aduertendum eſt diligenter, lib. 2. nam per oppoſitionem eſt iam quæſitū ius opponenti, quod tolli non poteſt l. ſi. ff. de pac. l. ius noſtrū. ff. de reg. iur. ¶ Pro hoc qđ ſcribit Pa. de Ca. in cōſ. 88. Videtur dicendum præfatum Bartholomæum. col. 2. lib. 2. vbi q actor non pōt purgare moram poſtquàm reo quæſitū eſt

23 ius excipiendi, quia tunc diciť facta executio ipſo iure, & † poſt executionē factam iure, vel ab homine, non admittiť purgatio moræ. l. quod ob rem. ff. de cōdi. inde. l. ſi is cui. ff. de leg. 2. Rurſus ſi non admittiť purgatio moræ poſt litē conte. licèt de lapſu tēporis adhuc oppoſitū non fuerit. l. ſi ita quis. §. Seia. ff. de verb. obli. Ale in d. cōſ. 158. col. 2. in ſi. li. 2. a fortiori videtur impediri purgatio poſt oppoſitionem iam factam de lapſu temporis. ¶ Impeditur etiam hic purgatio moræ propter iuramentum. l. ſi quis maior, vbi doc. C. de tranſact. Immo etiam ceſſante iuro impeditur moræ purgatio, quia fuit appoſita dies probādi & pena caſu quo cōprobatio intra tps non fieret. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & obl. l. magnā. C. de cōtrahen. & cō. ſtip. doc. in d. l. ſi inſulā. ff. de ver. obl. Pau. de Ca. in d. conſil. 88. lib. 2. Alexand. in d. conſ. 158. colum. 1. poſt med. lib. 2. Socin. in conſil. 199. colum. 4. in ſi. verſ. ſed iterū fortius. lib. 2. Nec obſt. q intra tēpus iudex declarauit tps non currere, quia illa declaratio habita ad inſtantiā ſp. dńi Petri, quæ dominæ Agnexinæ prodeſſe non

24 debet: nam † actus iudicis eſt ſtricti iuris, nec extenditur ad alias perſonas, l. 1. C. ſi plur. vna ſent. not. in l. Iulianus ff. de cōd. ind. Alex. in l. a diuo Pio. §. pignora. col. 2. ad ſi. ff. de re iud. Soc. in conſi. 134. col. 2. circa med. lib. 1. & in conſ. 18. col. 2. cir. ſi. lib. 3. Dec. in conſ. 322. Iaſ. in l. centeſimis. §. 1. col. pe. ff. de verb. obl. neq; ſubintelligitur in iudicijs perſona extrinſecus, l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus, circa ſi. ff. de verb. obl. facit tex. in l. ſi vnus. §. ante oia. ff. de pact. arguendo de contractibus ad iudicia, quod permittitur, l. oēm. ff. de iud. l. non eſt mirū. ff. de pign. act. Aret. in l. eum q, col. pe. ff. de acq. hære. Iaſ. in l. 1. col. 3. ff. ſi quis caut. Ideo videmus quòd ſententia lata in fauorē vnius hæredis, non prodeſt alijs cohęredibus l. ſi cū vno ff. de excep. rei iud. ſimiliter pactū factum cū vno fideiuſſore non prodeſt alijs confideiuſſoribus l. ſi ſtipulatus eſſet. §. 1. ff. de fideiuſ. facit tex. in l. amiſſ. §. ſi. ff. de fideiuſſ. vbi qń plures mandauerunt mutuari pecuniā alicui, ſi vnus ex eis conuentus abſolutus ſit, talis abſolutoria alijs non prodeſt, nā cū ſumus in re diuidua & ſeparabili, non vř extendendus actus de una perſona ad alteram: quia ſeparatorū ſeparata debet eſſe ratio l. ſi. ff. de calū. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. ſi maritus. C. de don. inter uir. & uxo. Neq; impedit, q iſtud negociū, uř pertinere ad dominū Petrū principaliter conſequēter; q exceptio illi cōpetens uř ꝓdeſſe & dńæ Agnexinæ, quæ vř fideiuſſor: nam iſta conuentio inita non fuit cū principali, ſed cum ipſa dńa Agneatina, ideo principali neq; prodeſſe pōt, neq; nocere l. fideiuſſoris. ff. de pact. ideo aſſerta declaratio incognitè fuit cōceſſa & facta. neq; vř intereſſe aliquo modo ipſius dńi Petri q obſeruetur iſta promiſſio, quia ex ea conuentione ſi dńa Agnexina aliquid ſoluat, non vř locus repetitioni, cōtra dominum Petrū, non actione mandati, q non oſtendiť, neq; præſumitur etiam ex longiſſimo tempore, Bal. in l. 2. C. ſi ex falſ. inſt. Ale. in conſ. 1. col. pen. lib. 4. & in conſi. 191. col. 2. poſt med. lib. 6. Soc. in conſi. 46. col. 1. lib. 3. Dec. in conſi. 36. col. 3. & alibi ſæpiſſimè: quod tń non ita ſimpliciter ſequi ſoleo, quòd mandatū non præſumatur ex antiquitate tpis, ſed in tractatu meo de antiquitate tpis latiſſimè diſcutio, ideo ad ibi dictū me remitto. nō actione nego. geſt. quia illa conuentio non vř vtiliter facta, ſi bene aduertať, reſtringendo facultatem probandi circa modū, & circa tempus, auferendo beneficium iuris cōis l. 2. ff. de negoc. geſt. cum ſimi. quæ notanda ſunt. Et ita reſpondeo, ſaluo iudicio ſaniori. Taurini. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. D.

S V M M A R I V M.

1 *Vnicuique licet iniungere onus rei ſuæ ex arbitrio.*
2 *Pater poteſt præiudicare filijs.*
3 *Res ſua quis poteſt apponere onus ſeruitutis, quod tranſeat in omnem ſingularem ſucceſſorem.*
4 *Quot modis res fieri poſſit cenſualis.*
5 *Onus ſequitur rem quocunque vadat.*
6 *Cenſus quando debetur, quid agendum.*
7 *Verba enunciatiua prolata per modum cauſæ, inducunt diſpoſitionem; & quando proferuntur per modum modi.*
8 *Cui acquiratur ius, quando bona conſignatur in æſtimo communitatis nomine ſuo vel alterius.*
9 *Confeſſio partis ad poſitiones, eſt pleniſſima probatio.*
10 *Confeſſio dicitur maior quolibet publico inſtrumento.*
11 *Error non præſumitur in maioribus.*
12 *Conuenti ad ſoluendum cenſum obligantur oſtendere quæ bona ſint cenſualia, aliàs bona præſumuntur affecta onere cēſus.*

CONSILIVM. CCXVII.

¶ Pro hæredibus Bartholomæi Vianini de monte Caprello contra Ioanninum, & fratres eius de Carretis.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Fuit in rerum natura magiſter Petrus de Vberto ex Monte Caprello, qui anno milleſimo quingenteſimo primo, & die vigeſimaprima menſis Auguſti confeſſus eſt ſe obligari ad eminam vnam ſiliginis p ſingulos annos ſub pactionibus, & conuentionibus olim initis inter pdeceſſores dicti magiſtri Petri & prædeceſſores Amedei Villaſchi, a quo Amedeo ipſe Bartholomæus cauſam habuit per quas conuentiones fuit impoſitus cenſus annuus eminæ

vnius

vnius ſiliginis ſextarijs quinq; plantati, de quibus infra. Rurſus
de anno milleſimo quingẽteſimo vigeſimo, & die quarta mẽſis
Maij, memoratus magiſter Petrus profeſſus eſt, ſeu cõſignauit ĩ
regiſtro publico Mõtiſcsprelli dicta ſextaria quinq; plantatr de-
ſignata in tertia parcella ipſius profeſſionis, ſeu cõſinationis cũ
onere duorum quartionorum ſiliginis; quæ dr̃ menſura vnius
eminæ. Modo poſſidetur dicta petia per Ioanninum, & eius fra-
tres de Carretis conuentos, quibus illatũ fuit iudiciũ ab hæredi-
bus dictis Bartholomæi Vianini, in quo duo principaliter petita
ſunt. Primò quod declaretur dictã peciam eſſe cenſualem obli-
gatã ad penſionẽ vnius eminæ ſiliginis per ſingulos annos. Se-
cundò petit̃ ſolutio cenſuum præteriti tp̃is & futuri. videndũ
eſt, an dicat̃ impleta, & probata intentio agentium. ❡ Breuiter
2 concludendũ vr̃ q̃ ſic, & pro fundamẽto cõſidero, † licere vni-
cuiq; iniungere onus rei ſuæ ex arbitrio, quia in re ſua quilibet
eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mandati. etiã in abu
2 tendo. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de pet. hære. ❡ † Ideo pater
põt omnia bona ſua vendere, & pretium in mare proijcere, non
obſtante præiudicio liberorũ, gl. in l. 1. C. de inoff. don. quinetiã
competit iudiciũ iniuriarum in eum, quia aliũ turbat in vſu rei
ſuæ. l. iniuriarum. §. ſi quis me prohibeat, verſ. at ſi quis. ff. de in-
iur. Et iniquũ eſt non eſſe liberam facultatem ingenuis hoĩbus
diſponendi de rebus ſuis pro arbitrio. l. 2. in fi. ff. ſi quis à parẽ.
fue. manumi. & iſta priuatio facultatis dr̃ eſſe contra bonos mo
res. l. pe. vbi Mod. ff. de pac. l. nemo exterus. C. de Iudæis. l. dudũ.
C. de contrah. emp. & adeo põt quis de re ſua facere ad arbitriũ,
q̃ iſtud procedit licèt ita faciendo damnũ alij inferatur, modo
non ita fiat animo principaliter nocendi. l. 1. §. deniq;, de aqua
plu. arc. cũ ſi. Et ſi licet rem propriã inſolidũ alienare, à fortiori
permittetur onus imponere. reg. cui licet, de reg. iur. lib. 6. regu.
non debet cui plus. ff. de reg. iur. cũ ſi. q̃ Iaſ. colligit. in l. actioni-
bus, col. 4. in 2. not. ff. de in litem iuran. Et hoc eſt quod dr̃ licere
cuilibet dicere legẽ rei ſuæ q̃cunq; voluerit. l. in traditionibus.
ff. de pac. l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſi. l. ſi ſeruus ea l. ff. de ſeruis
expor. l. ob res. ff. de pac. dotali. l. 1. ff. de ſol. & l. 1. C. eo. tit. Anc.
3 in cõſ. 197. Subtiliter, col. fi. & in conſ. 217. Dubiũ facit. ❡ † Ideo
rei ſeu põt quis apponere onus ſeruitutis quod tranſeat in oẽm
ſingularem ſucceſſorem. l. cũ fundo. ff. de ſeru. ruſt. p̃d. & toto ti.
ff. de ſerui. vrb. præd. l. 3. C. de ſeruit. Bar. & doc. in l. fin. ff. de op.
nou. nunc. poteſt etiam priuatus onus rei ſuæ imponere reale,
& ordinariũ. c. verum, de condi. appoſi. c. cum dilectus, de don.
Cur. Iunior in conſi. 68. col. 4. ❡ Similiter poteſt quis apponere
onus hypothecæ rebus ſuis eas obligando pro ſoluendis colle-
ctis, quo caſu quilibet poſſeſſor talium rerum obligatur ad colle
ctas, licèt tranſeant ad eccleſiam. Bal. in conſ. 280. Promiſſo ſta-
tuto. lib. 2. & in conſi. 434. Licet iudex. lib. 3. Calde. in conſ. 7. in
tit. de conſtit. & in conſi. 2. col. fi. in tit. de cenſibus. Anch. in con
ſil. 303. Hoc ſtatutum. Abb. in conſi. 26. lib. 1. Soci. in conſil. 12.
lib. 4. Cur. Iun. in d. conſ. 68. Calca. in conſ. vlt. col. 10. antè med.
verſi. iſtam etiam opi. Corn. tñ hoc decidere auſus non eſt in cõ
ſil. 205. col. 3. lib. 1. Bal. etiã in conſ. 146. Antiqua querela. lib. 3.
dixit non eſſe bene tutum conſulere ſuper iſtis, ſed iſtud debet
intelligi, qñ tale onus hypothecæ apponeretur principaliter in
fraudẽ, & præiudicium eccleſiæ. Iaſ. etiã in l. placet, in glo. fi. C.
de ſacroſ. eccl. vr̃ contrarium, vel licèt loquatur in alijs terminis
qñ prędicta efficerentur tributaria, credo tñ quod aliud dixiſſet
Anch. & Soc. ſi conſilia vidiſſet Anch. & Soc. modo principali-
4 ter in fraudẽ eccleſiæ quid nõ fit. ❡ Secundò præmitto † quòd res
poteſt cenſualis fieri duob. modis. Primò faciendo contractum
cenſualẽ propriè, qui contrahitur qñ quis tradit rem ſuã alicui,
& in eum transfert omne dñium directum & vtile cũ onere q̃
accipiens rem tenet̃ ſoluere certum cenſum ſingulis annis c.
conſtitutus, cum gl. pe. extra de relig. do. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de pu-
blic. Soci. in conſ. 167. col. 2. lib. 2. Iaſ. in c. 1. col. 5. in vſib. feud.
char. 2. 2. Ad quem modum non fuit hic conſtitutus. ❡ Secundò
modo qñ quis emeret ab alio annuũ cenſum ſuper re venditoris
& venditor promittit ſoluere annum cenſum, obligando & hy-
pothecando rem certam pro ipſo annuo cenſu. & iſto caſu etiã
oẽs cenſus ſeq̃t̃ rẽ quocunq; vadat: ſi aũt non eſſet hypotheca-
tus fundus pro ſolutione annui cenſus, ſed ſimpliciter p̃miſſus
cenſus occaſione rei, citra tñ aſsignationẽ ipſius cenſus ſup ipſa
re, diceret̃ obligatio perſonalis, q̃ fundũ non ſequeretur, & iſte
eſt verus intellectus. l. fi. ff. de contrah. emp. & hoc ſecundo mo
do præſupponitur fuiſſe conſtitutum cenſum. Non negarẽ tñ
ex alijs titulis poſſe cenſum cõſtitui, puta donationis, trãſactio-
nis, & aliud id genus: tñ conſidero iſtos modos p̃ vno reſpectu
illius modi, quo cenſus principaliter & propriè conſtituit̃ ad fa
ciendũ contractũ vere & proprie cenſualem. ❡ Tertiò præmit-
5 to † quòd onus impoſitum rei ſequitur rẽ quocũq; vadat. cle. 1.
de cenſi. vbi gl. l. reſcripto. §. ſciẽdũ. ff. de mune. & hono. Immo
ſi eccleſia acquirat rẽ feudalem, obligatur ad onera vaſalli, quia
tranſit res ad eccleſiam cũ onere feudi. Inno. in c. verum de foro
compe. Hoſti. in ſum. in tit. de iure immuni. §. a quibus, prope
prin. Iaſ. in l. placet, in 2. lectura. in fi. C. de ſacroſ. eccle. Idem in
fiſco ad quem tranſit res cum ſuo onere. l. 2. C. ad legem Iul. de
vi pub. Abb. in conſ. 14. col. 2. li. 5. & quod dixi ſupra, de bonis
hypothecatis pro collectis q̃ tranſeunt in eccleſiam cum ſuo
onere. Et in terminis cenſus tradit Spec. in tit. de loca. §. nunc
aliqua. verſ. 86. Cor. in cõſ. 264. col. 2. circa med. lib. 4. vbi loquit̃
tur in eccleſia quod res cenſualis ad eam tranſit cum ſuo onere.
not. Dec. in conſ. 164. col. 3. circa med. vbi dicit ius petendi an-
nuum cenſum cõpetere contra quemlibet poſſeſſorem bonorũ
tanquam bona ſint obligata pro tali annuo cenſu, per l. hacte-
nus. ff. de vſuſ. allegat ẽt Spec vbi s̃. Addo Abb. in cõſ. 30. col. 2.
li. 2. vbi quòd poſſeſſor rei emphyteoticæ põt conueniri ad ca-
nonem, per tex. in §. ſcire, in auc. de non alienan. Ad idẽ addu-
co Anch. in conſ. 386. In lite. col. 1. vbi quod põt agi contra poſ
ſeſſorẽ rerũ, ex quibus penſiones debentur, tã pro penſionibus
præteritis quàm futuris, per l. Imperatores. ff. de publica. & l. 2.
C. ſine cenſu. vel reliq. Idẽ voluit Pau. de Ca. in conſ. 333. Viſo
puncto ſupraſcripto, duo ſunt. li. 1. vbi qñ annua quantitas eſt
aſsignata ſuper aliquo fundo, dicitur fundus obligatus, ob id qđ
agi põt cõtra poſſeſſorẽ fundi. Ad idẽ adduco Rom. in cõſ. 417.
col. 2. poſt med. vbi qñ res eſt obligata pro ſolutione cenſus pro
miſſi, tranſit cũ illo onere. Idẽ tenet deciſio Neapoli. deciſ. 95.
Ripa in l. 1. §. ſi hæres. col. 3. ff. ad Trebell. Nec iſto caſu videtur
neceſſaria diſcuſſio, ex quo debetur cenſus aut penſio ex re aut
ſuper re ipſa poſſeſſa per tertium: excuſſio. n. tunc eſt neceſſa-
ria, qñ id quod petitur non debetur ex re poſſeſſa per tertium
nec ſuper ipſa re, licèt ad ſecuritatem aut cautionẽ illius debiti
6 res ſit hypothecata. Itaq; qñ † debetur cenſus aut penſio ex re
aut ſuper re æquum vr̃, q̃ poſſeſſor illius rei teneatur ad præſta
tionẽ. Immo vbi agitur de iure mere reali prout ex tributo, nõ
poteſt agi contra primum dominum ipſius rei, ſed agi debet cõ
tra poſſeſſorem ẽt pro tributis præteriti tp̃is, niſi in ſubſidium
qñ poſſeſſor non eſſet ſoluendo. Aret. in conſi. 105. In cã magni
fici. per tex. in l. cum poſſeſſor. §. fi. ff. de cenſibus & in Auth. ſed
7 periculũ. C. ſine cenſu vel reliq. ❡ Quartò cõſidero, quòd † ver-
ba enunciatiua prolata per modũ cãæ, inducunt diſpoſitionem.
Bar. in l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſol. mat. l. qui volebat. & ibi not. ff.
de hæredibus inſti. Alex. in conſi. 46. col. 2. li. 1. Dec. in conſ. 23.
col. 3. & in conſ. 425. col. 1. ad fin. ſimiliter diſponũt verba enũ-
ciatiua qñ præferuntur per modum modi. l. cum eorum. C. de
ſenten. ſimiliter probant verba enunciatiua in his quæ depen-
dent a p̃tãte partiũ. Bar. in auct. ſi quis ĩ aliquo, col. fi. verſi. iuxta
p̃dicta quæro. C. de eden. Deci. in cõſ. 139. col. 2. poſt med. verſ.
3. rñdetur. Et iſta verba enunciatiua ſicut probant cõtrã autho-
rem, ita probãt contra ſingularẽ ſucceſſorem cãm habentẽ poſt
talia verba enunciatiua. Soci. in conſ. 11. col. 1. circa med. verſ.
& pro prædictorum confirmatione. in conſ. 13. col. 2. circa med.
& in conſ. 82. col. 2. ante med. lib. 3. Et ideo etiã res inter alios
acta p̃iudicat ſingularibus ſucceſſoribus cãm habentibus poſt
rem actã. Soc. in conſ. 50. col. 2. verſ. & ſi dicatur q̃ talia inſtrã.
& in conſ. 67. col. 3. verſ. hoc tñ non obſtare. li. 4. ſed vltra Soc.
allego Anch. in conſ. 44. Primò de viribus. col. 3. verſ. ipſius er-
go. Roma. in conſi. 311. col. 2. in 2. dubio. ❡ Quintò conſidero
8 † quòd qñ aliquis in æſtimo cõitatis profitetur ſeu conſignat
bona noĩe ſuo, & alterius, acquiritur ius ei cuius noĩe fit conſi-
gnatio in odiũ & p̃iudiciũ conſignantis ſiue probatur ius cõpe
tere alteri quò ad p̃iudiũ conſignantis. l. cenſualis. C. de dona.
Bar. in l. rura. C. de om. agro deſer. lib. 11. Ale. in conſ. 10. col. 2.
verſ. nõ p̃batur ẽt, li. 4. in conſ. 147. col. fi. circa med. li. 5. in cõſ.
57. col. 2. li 6. in conſ. 57. col. pe. verſ. nunc dicã. & in conſ. 182.
col. 2. li. 7. Soc. in conſ. 46. col. fi. li. 3. & in conſ. 6. col. 3. li. 4. Cor.
in conſ. 165. li. 3. in cõſ. 14. col. 4. in conſ. 315. ad fi. li. 4. vbi loqui
tur in terminis qñ quis conſignat rem tanquã cenſualẽ. Dec. in
cõſ. 146. Ex quibus licet colligere probatam eſſe intentionẽ agẽ
9 tium. nã probatur ipſos eſſe hæredes Bartholomęi Vianini † ex
confeſſione partis ad poſitiones, quæ eſt pleniſſima probatio.
toto tit. ff. & C. de confeſ. l. debitori. ff. de iudi. iõ admittit̃ proba-

tio contra præſumptionem iuris & de iure ex confeſſione partis.glo. in auc.ſed iam neceſſe.C.de dona.prop.nup.Ideo ſolennitas proceſſus non attenditur vbi eſt confeſſio. c.Piſanis,de reſtit.ſpol.c.1.& 2.de accuſa li.6.dicit Bal.in conſ. 192. Proponit
10 quòd in quadã ciuitate.col.2.circa fi.li.2. ꝙ † confeſſio dr̃ maior quolibet publico inſtro & quibuſcunque depoſitionibus teſtium. ¶ Ius aũt Bartholomæi ꝓbatur primo ex dicto regiſtro, ex his quæ ſcripſimus in quarto fundamento, maximè, q̃a verba de quibus in regiſtro,ſ. ꝙ illa bona debeant quartas duas ſiliginis, vident̃ enunciatiua principaliter, & ꝑ ſe:nã verba enunciata principaliter & ꝑ ſe,quoties aut cõferunt,aut ſunt neceſſaria ad actum.Ant.de But.in c.ſi de ſucceſ. ab inteſta. Alex. in conſ. 15.col.2.ad fi.li.5. ſed verba regiſtrantis circa onus pẽſionis erant neceſſaria ad actũ, ſi quidẽ ſunt conſignanda bona cũ ſuis qualitatibus ad intelligendum eorum valorem. l. forma. ff. de cenſibus. Ruſus fuerunt enunciata illa verba per modũ cãſæ ad hoc enim indicatur aut exprimitur onus rei ĩ regiſtratione, q̃a ꝑ onus res minus valet, ob id leuiora munera ſuſtinet poſſeſſor.l.fundi partem.ff.de contrahen.emp. Abb.in c.In aliquibus, in 2.not.de deci.Ideo iſta verba enunciatiua probant ẽt cõtra reos cõuentos poſſeſſores rei conſignatæ, ex his quæ notauimus in tertio fundamento. ¶ Itẽ cũ ipſe conſignator,ſeu profeſſor eſſet dñs rei conſignatæ, vt probat̃ ea confeſſione partis, potuit rẽ ipſam cenſualẽ conſtituere, prout oſtendimus in primo fundamento: quod ẽt probat̃ per inſtrumentũ confeſſionis in actis productum rogatum de anno milleſimo quingẽteſimo. primo. vbi fatet̃ magiſter Petrus illum cenſum fuiſſe debitum longe ante ipſum ipſis ꝑdeceſſoribus Amedei de Villaſcho: quæ confeſſio ẽt ꝑiudicat ipſis cõuentis ſingularibus ſucceſſoribus, prout notauimus in tertia cõſideratione. igitur iſta petra plantati tranſiuit ad ipſos conuentos cũ ſuo onere penſionis duarũ quartarũ ſiliginis, vt docuimus in ſecunda & tertia conſideratione. ¶ Non omitto vltra ꝓmiſſa probari ipſum cenſum etiã ex pluribus ſolutionibus illatis,aut factis,tam per ipſum magiſtrũ Petrũ: vt appatet ex teſtibus & in reſponſione conuentorũ ad poſitiones agentis. Et licèt dicant ſoluiſſe per errorem,proban-
11 dus erat † error, quia non ꝓſumitur in maioribus, iuxta nota in l. non fatetur.col.fi.ff.de confeſſ.in l.an inutilis. ff.de accepti. in l.ſed & ſi lege.§.ſcire.ff.de petitio.hæred. in l.ſi adulteriũ. ff. de adulte. Propterea eiuſmodi cõfeſſio potuit acceptari in parte vtili tm̃ acceptandi,cum ſit diuiſibilis,& habeat cõfitens præſumptionem iuris cõtra ſe inquantum allegat errorem, ex doc. Bar.in l.Aurelius.§.idem quæſijt.ff.de libera.legat.Cor. in conſil.94.col. 3. verſ.põt aũt diuidi.li.3.no.in l.ſiquidẽ. C.de tranſactio. Alex.in conſ.87.li.j.& alibi ſæpe doc. Et iſtud maximè obtinet accedente diuturnitate tpis,quia cogitur quis perſeuerare ad ſolutionẽ cenſus nõ obſtante errore.Bal.in cõſil.368 Nũc venio ad merita.col. 2.verſ.ſciẽdum eſt lib. 1. Ancha. in cõſ. 10. Videtur efficaciter. col.1. ad fi. Quæ ẽt erroris allegatio aperte oſtenditur calumnioſa: nam probatur ex actis cauſa, & veritas cenſus per iura producta, in quibus probatur confeſſio anteceſſorum ſeu auctorum aduerſarij. Item probatur ſolutio nõ longi tpis, quo caſu res vr̃ extra oẽm difficultatem cũ velint doct. in l.ſi certis annis.C.de pac. ꝙ ſi aliquis ſoluit cenſum annuum per longum tẽpus decẽ annorum cogitur ſoluere in futurũ, allegata cã ꝓſtationis. profectò illa deciſio nõ paulò eſt dubitabilior caſu noſtro,nam ibi præſupponitur nõ apparere de re quæ eſſet affecta onere illius præſtationis,quod hic probatur.Rurſus ibi nõ ꝓſupponitur probata cauſa præſtationis per ſcriptu-
12 ram, vt hic. ¶ † Poſtremo, q̃ñ conſtat de ſolutionibus cenſuũ, obligantur conuenti oſtendere quę bona ſint cenſualia,aliàs oĩa bona ꝓſumuntur affecta onere cenſus. Spec.in tit.de loca §.nũc aliqua verſ.76.cuius opinionem dicit veriorem Bal.in cõſ. 265. Verba laudi.li.2.& idem Bal.in conſil. 225.Quæſtio eſt de terra, li.1.latè Soci.in conſ.167.col.8.in 4. q. lib.2. Taurini. Aymo Crauetta a Sauiliano. I.V. D.

S V M M A R I V M.

1 *Quilibet adminiſtrator obligatur rationem reddere.*
2 *Pater tenetur reddere ſi quid doloſe adminiſtrauit.*
3 *Pater tenetur indiſtinctè pro bonis quæ adminiſtrauit, quorum vſusfructus ipſi non quæritur.*
4 *Mala fides nocet etiam in præſcriptione antiquiſſimi temporis.*
Liber mercatoris in quo caſu faciat fidem.
5 *Probatio dubia & obſcura,nihil releuat.*
6 *Verba dubia probationis interpretãtur contra eum, qui quæit probare, etiam ſi ageretur de cauſa fauorabili.*
7 *Exceptio probari debet clare & concludenter.*

CONSILIVM CCXVIII.

¶ Pro Marco Stuerdo contra Emanuelem in caſu vnius apothecæ.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Intẽtio Mar
1 ci Stuerdi videtur probata 1 † nam quilibet adminiſtrator obligatur rõnem reddere.l.1. §.officio. vbi Iac.de Are.& Bal.ff.de tutel.& rõ diſtra.ideo frater maior & patruus, q̃ adminiſtrarunt bona cõia,tenentur rõnẽ reddere. Soci.in conſi.46.in conſ.73. col.1.
2 li. 1.& in conſ.213.col. 2.li.2. quinimmo ẽt † pr̃ tenetur rõnem reddere, ſi quid doloſe adminiſtrauit.Bar.& Ang.in l.cũ oportet.§.non aũt.C.de bon.quæ lib.Aret.in conſ. 72. Præſuppoſit
3 in facto.col.pe.in ſexto dubio. † Rurſus tenetur pater indiſtinctè reddere rõnem pro bonis quæ adminiſtrauit, quorũ vſuſfructus ipſi patri non quæritur. Bal.in d.l.cũ oportet.§.ſi. C.de bon.quæ lib.& in l.filiæ cuius.C.fam.ercilc. Aret.in d. conſ.72. in ſexto dubio.Soci.in conſ.2.col.1.poſt med. verſ & pr̃ & mr̃. & in conſ.34.col.pe.ad fi.ſexti dubij lib. 1 ergo cum probatum fuerit iſtam apothecam fuiſſe cõem,& adminiſtratam per Emanuelem,tenetur ad redditionem rationum. immo etiam hæres adminiſtratoris tenetur rationem reddere.l.3.§.hæc actio ff.de nego.geſt.l.tutelæ.& l.omnes tutores. C. arbitr.tute.Roma.in conſil.413.Quò ad primum.in prin. ¶ Non obſt.inſtrm̃ diuiſionis:quia facit pro agente. nam excipiuntur quædam nomina debitorum,& bona mobilia quæ manſerunt indiuiſa: ſed non fuit probatum, alia bona indiuiſa manſiſſe præter apothecam,ideſt merces, & nomina debitorum apothecæ, ergo perinde eſt ac ſi de mercibus & debitis apothecę in ſpecie facta eſſet reſeruatio. l.fundus qui locatus. ff.de fundo inſtru. latè Mod. in l. quid ſit nominatim.ff.de lib.& poſth.& qui vult dicere verba diuiſionis referri ad alia bona, & plura alia eſſe bona,tenetur probare. gl. in l.cum de lege.ff.de proba.Bal.in conſ.60.Generalitas. lib.3. Rom.in conſ.212.Dubitatur,in fi.& in conſi.276.Viſis, in fine. Alc.in conſ.61.ad fi.li.3 in conſ.71.col.fi.lib.4.in conſ.16. col. fi.li.5.& in conſ.139.col.2. ad fi.li.6.Guido Pap.q. 142. Curtius Senior in conſ. 27.col.9.verſic.ſed contra præmiſſam concluſionem.latè Iaſ.in l.ſi conſtante.ff.ſolu.mat. in l.cum ex cauſa.ff.de re iud.& in conſ.34.col.3 in fi. lib.1. Curtius Iunior in conſ.150.col.5.Gozadi.in conſ.94.col. 7. poſt med. ¶ Nec obſt. quòd diuiſio petita nõ fuerit per longũ tps:quia requiritur præſcriptio triginta annorũ,cum ſit obligatus Emanuel actione ꝑſonali & legali ad reddendũ rõnem.l.ſicut.& l.oẽs.C.de ꝓſcrip. triginta annorũ.Secundò etiam per triginta annos nõ potuiſſet præſcribere ob malã fidem.regula poſſeſſor malę fidei.cũ ſciret
4 & ſciat apothecam cõem: † quæ ipſa mala fides nocet ẽt in præſcriptione antiquiſſimi tẽporis, cuius initij memoria non extat in contrariũ,vt latè dixi in conſ.146. ¶ Tertiò tñ ideo quòd immo petita fuit diuiſio,vt oſtenditur ex verbis trãſactionis, quæ ob eam cauſam inita eſt;ſimiliter petita fuit per viã monitionũ generaliũ. ¶ Non tñ confiteor ꝙ ſi duo poſſiderent rẽ aliquam indiuiſam, & tanquam cõem,quòd præſcribi poſſit iuri petendi diuiſionẽ,quia hoc fieri nõ põt.gl.in l.1.in verſ.pro ſocio. C. de annal.excep.refert & ſequit̃ Ang. in conſ.5 .Guilielmus.col. 2. no.idẽ Ang.in d.l.ſi non fortè.§.ſi centũ. ff.de cõdi.indeb. & latè dixi in conſi.60. Sed præſcribi põt iuri petendi diuiſionẽ,q̃ñ vnus poſſediſſet longiſſimo tpe rem cõem in ſolidum & tanquã ſuã totã,interueniẽtibus requiſitis neceſſarijs ad ꝓſcriptionẽ. ¶ Non obſt.valorem mercium nõ fuiſſe probatũ: quia iudex põt & debet ſupplere circa quãtitatẽ & valorẽ ex officio & qualitate apothecæ & alijs coniecturis. Aret.in conſ.83.col.6.verſic.& quãuis intereſſe.& in conſ. 160.col.3.poſt med. verſ.ſicut dicimus. Alc.in conſ 133.col.fi. lib. 1. in conſ.77.col.fina.lib. 6. & in l.4.§.hoc autem iudicium.col.4 circa med.ff.de damn.infe.ideo Ioan.Cal.& Pan.in c.cum cauſam quæ. de offic. delega. dicunt,quòd licèt in iudicio non ſit probata quantitas intereſſe, iudex tñ male faceret,ſi reum abſolueret: quia põt æſtimare arbitrio

bitrio ſuo.refert & ſequitur Cor.in conſ.26.ad fi.lib. 1. in conſ.
55.col.4.& in conſ.113.ad fi. lib. 3. quod maxime obtinet,quia
apparet de mercibus,quarum valor poſſit æſtimari, ex his quæ
5 ſcribit ibidem Cor.conſ.261.col. 2. lib. 3. ¶ Et ſufficeret appa-
rere de mercibus ex libro rationum mercatoris præcedente cul
pa eius q illas amiſiſſet. Puta,cõmiſit mercator merces mulio-
ni,qui eas perdidit,culpa ſui: nã ſufficit cõſtare de mercibus ad
probandũ valorẽ earum per librum rõnum ipſius mercatoris,
ita Cor.in conſ.318.in fi.li. 4. ¶ Secundò reſpondeo q iſtud eſt
de quo agitur principaliter,i.vt rõ reddatur, qua reddita,facile
oſtendetur quantitas & valor apothecæ, ſeu eius traffigi. ¶ Nõ
obſtant verb. cuiuſdam ſñiæ arbitramentalis, quia non loquun
tur de apotheca,nec probant neceſſario & concludentee, quod
requiritur in probatione: nam probatio dubia & obſcura in his
releuat.c.1.præſentia, de proba.nec poteſt quis declarare pro-
bationes aut dicta teſtiũ obſcura. Bar.in l.idem Pomponius.§.ſi
6 plures,in fi ff.de rei vend. ¶ † Sed verba probationis dubia in-
terpretantur contra eum qui quærit probare, etiam ſi ageretur
de cauſa fauorabili,puta dotis uel matrimonij. Ale. in coſ.152
col. 1.lib. 5.iõ in materia probationis verba non accipiuntur in
potentiori ſignificato,nec intelligũtur ſm ſubiectam materiã.
Panor.in d.c.præſentia,in pen. not.de proba.Dec. in conſ.321.
col.4.Alibi ſcribit idem Dec.in c cũ omnes,col. 1. in 2. lect.de
conſt. quòd in materia probationis non ſit interpretatio quod
actus valeat. Et procedãt præmiſſa etiam in iuro ſeu in proba-
tione quæ ſit per inſtrumentũ quia verbũ aut dictum inſtri am-
biguum aut obſcurum non probat, ſed habetur pro nõ adiecto
c.inter dictos,de fide inſtru.Calderi.in conſ.vlt.in fi. in titu.de
donatio. ¶ Similiter procedunt præmiſſa ex parte rei in proba-
tione exceptionis: quia probatio exceptionis dubia nõ releuat,
7 ſed † probari debet exceptio clarè & concludenter. l.matrem.
C.de probatio.l in exceptionibus, in prin. ff. de probatio.l. 1.ff.
de except.& in d.c.in præſentia,vbi Dec.in 12.no.de probatio.
Idem in lege ambigua quæ multipliciter intelligi põt: etenim
non operatur,vt argumentum ex ea ſumi poſſit Bar. in l.in am
biguo ff.de reb. dubijs Bal.in l.ſcire leges.ff.de legib. Circa te-
ſtes partis nihil ſcribo, quia præſupponitur p indubitato nihil
probare,nec legi eorum teſtimonia. Thaurini, Aymo Crauetta
ex Sauiliano I.V D.

SVMMARIVM.

1 *Auus quando teneatur dotare neptem, & an dos cenſeatur col-
lata contemplatione ipſius neptis.*
2 *Dos, ſecundum opinionem communem, data nepti præſumitur
data contẽplatione patris, quando auus tenetur ad dotandũ.*
3 *Auus non tenetur dotare neptem, ſi pater eſt diues, aliàs cenſe-
tur facere contemplatione neptis.*
4 *An filiæ dotatæ debeatur ſupplementum congruæ dotis vſque
ad quantitatem legitimæ.*
5 *Legata iam ſoluta ad integrum falcidiæ indebite ſoluta repeti
non poteſt, niſi per errorem ſoluta fuiſſet.*
6 *Hæres qui non fecerit inuentarium, tenetur ad integra legata,
& vltra vires hæreditarias, priuatur etiam trebellianica,
contrarium tamen teneo in conſ.17. vbi multa ſunt addita.*
7 *Legatum ſpurijs relictum, eſt nullũ, niſi relictum fuerit in cau
ſam alimentorum.*
8 *Quæ alimenta conueniant ſpurio.*
9 *Alimenta præſtari debent ex redditibus & acceſſionibus.*

CONSILIVM. CCXIX.

¶ An auus teneatur dotare neptem; & cuius contemplatione in
telligatur hoc factum, ſui, vel filij. pro Vbertino:

1 DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. † licèt datum
nepoti ab auo regulariter cenſeatur collatum contẽ-
platione ipſius nepotis l.quæſitum,vbi Bart. & doc.
ff. de leg.1.Ale. in l.in quartam,col.13.ff.ad leg.Fal.
in conſ.199.col.2.li.2.& in conſ.8.col.2.lib.3.in conſ. 89. vtrũ
col.2.poſt med.lib.4.in conſ.138 col. 1. & in conſ. 179. col. 1.
lib.5. Cor.in conſ.34.col.2.lib.4. tamen illud non obtinet quo-
ties auus aliquid donat ad quod obligabatur de iure,l.dedit do-
tem. ff. de colla.bono.nam tunc præſumitur donare contempla
tione filij,propter quem obligabatur. Etenim obligatur auus
dotare neptem,qñ filius nihil habet in quo dotem conſtituat:
igitur dos præſumitur collata contemplatione filij, & perinde
habetur atq; ſi ipſe filius dotaſſet,ob id cenſetur profectitia: cõ
ſequenter imputatur in legitimam. Bar.in conſ.131. Primo ar-
guitur. Ale.in d.l.in quartam,col.13.poſt med.verſ. quærit etiã
Ang.hic.ff.ad leg. Falci.in conſ.8.col.2.poſt med. li.3. in conſ.
31.Viſo teſtamento ſer Andreæ.col.4.& ſeq.li.4.in conſ.138.
col.2.lib.5.in conſ.117.col.2.poſt med. lib.6. & in conſi. 154.
col. 2. poſt med. lib. 4. ergo dotes conſtitutæ filiabus Petri de
Poſcho per Vbertinum auum paternum,imputandæ ſunt ipſis
filiabus in legitimam debitam in bonis Petri. ¶ Non omitto q
Corne.in conſi. 200.col.fin.lib.3.non auſus fuit hanc quæſtio-
nem decidere. idem aũt Cor.in conſi.34.col.2.lib.4.dicit com
munem opi. eſſe quòd dos data neptibus ab auo cenſetur data
contemplatione ipſius neptis,niſi aliud probetur.idem videtur
velle Soc. licèt non ita ſit mare audeat in conſ. 33. col. 6.circa
med.lib.3. ſm quam opi.ſequeretur,quòd in legitimam neptia
debitã in bonis eius patris, non eſſet imputãda dos data ab auo:
quia dicitur eam habuiſſe a patre,aut eius cõtemplatione. ¶ Sed
ex præmiſſis apparet,quòd immo communis opi.eſt in contra-
2 rium,ſcilicet quòd † dos data nepti præſumatur data contẽpla-
tione patris qñ auus tenetur ad dotandum:quam opi.nouiſſime
ſequitur Dec.in conſ.81.col.pen. in 6.dubio. Ripa in d.l.quar-
tam.col.37.ff.ad leg.Falci. licèt Deci.& Ripa non faciant men-
tionem de Soc. & Cor.qui contrarium voluerunt. ¶ Limitãtur
3 tamen Deci.& Ripa,hanc opi.non procedere qñ † pater fuiſſet
diues,nam tunc auus non tenetur dotare neptem,ideo ſi volũ-
tarie dotet,cenſetur facere contemplatione neptis, nõ reſpectu
eius patris. quod etiam voluit Soc. in d.conſ.33.col.6.lib. 3. &
doc.ſupra allegati. ¶ Circa ſm dubium, quanta ſit legitima libe
rorum ipſius Vbertini, reſpondeo quòd eſt dimidia omnium
bonorum quæ poſſidebat tempore mortis pro numero ſex libe
rorum. Authen.nouiſſima.C. de inoffi.teſta.& ibi no. quæ dimi
dia æqualiter diuiditur inter ipſos liberos: ideo ſi aliquæ ex fi-
liabus Vbertini minus legitima acceperunt in teſtamẽto patris
etiam imputatis dotibus,agere poterunt ad ſupplementum le-
gitimæ. ¶ Sed hic conſiderandum eſt, an conſtet aliquod ſtatu-
tum excludens filias dotatas a ſucceſſione,quia forte non debe-
bitur ſupplementum legitimæ.iuxta no. in auc. nouiſſima, vbi
Iaſ.& idem Iaſ.in l. ſi qñ. §.& generaliter,col.fi. C. eo.ti.Alex.
in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff. de libe. & poſthu. in conſi. 3.
col.pe.& in conſi.168.lib.7.Soci.in conſ.89. col.fin. & in conſ.
127.col. 2.circa med.lib.4.vbi dicit quòd eſt communis opin.fe
re oium doc.excepto dño Bartholomæo de Sal.hanc ẽt opi.di-
cit cõem Cor. in conſ 308.lib 1.in conſ. 1.col.pe. in conſ.107.
in conſ.159.col.3.li. 2.in conſ.190.li.3.& in conſ. 1. col.4 li.4.
Dec.in conſ.26.col 2.in conſ.276 col.1.in conſ.296. col.2. ver
ſic. ſimiliter.in conſ.299.col. 2. verſ. eſt ergo videndum,in conſ.
303 circa fi.& in cõſ.305.col.fi.Brun.de ſtatu.exclu.femi. arti.
9.q.2.in 2.caſu circa pri.fo 43.& articulo 13 q.3.col. 1.circa fi.
4 fo.43. ¶ † Sed tamen quando ſtatutum vlterius non procedit mã
dando filiam eſſe contentam dote data vel promiſſa, deberetur
ſupplementum congruę dotis vſq; ad quantitatem legitimæ,
quia dos debet cõmenſurari ad legitimam, Bald.in l.fi. C. de do
tis promiſſ.de quo latius dixi in conſilio incipien. Extat duplex
ſtatutum. nec diſputare hic expedit. ¶ Circa tertium dubium,
quantum ſit accepturus hæres Petri ob numerum aut multitu-
dinem legatorum. primo detrahendum eſt æs alienum,deinde
vidẽdum eſt,an filię Petri conſecutę fuerint integrã legitimã:
quia aliàs ſuppleri eam oportet. deinceps ſi legata relicta a Pe-
tro excedunt dodrantem hæreditas,i. nouem partes de duode-
cim, ita quod reperiatur hæres grauatus in quarta parte totius
hæreditatis,detrahere poterit Falcidiam de ſingulis legatis.in
l.ſingulis.ff.ad legem Falcidiam.§. & cum quæſitum. inſt. eodẽ
5 tit. Si aũt † legata iam eſſent ſoluta ad integrum,repeti non poſ
ſet Falcidia indebitè ſoluta,niſi per errorem ſoluta fuiſſet,iuxta
6 not.in l. 1.ff.de condi.indebi. ¶ Rurſus conſiderandũ eſt,an † hæ
res Petri fecerit inuentariũ: quia aliàs tenetur ad integra lega-
ta & vltra vires hæreditarias. Auth. ſed cum teſtator. C. ad le-
gem Falcid. immo priuatur ẽt Trebellianica ſm opinio. magis
cõem.Pa.de Ca.in conſ.545.Circa primum quæſitum dicendũ
puto.col 2.circa medium lib. 2. vbi dicit ita ſe ſæpius conſuluiſ
ſe,& ibi Antonius de Roſellis in ſubſcriptione ad illud conſiliũ
Pa.de Ca.aſſerit plerunque ſe conſuluiſſe ſm hanc opi. ¶ Hanc
ẽt opinionem dicit magis communem Cor.in conſ. 303. col. 2.
in 5.dubio li. 1.vbi examinat per quinq; col. & concludit cõem

opi. eſſe quod hæres perdit Trebellianicam non facto inuenta-
rio. & idem Cor. in conſ. 22. col. 8. lib. 2. & in conſ. 168. col 4. in
3. dubio, lib. 3. hãc etiam opinio. cõem eſſe nouiſsime atteſtatur
Deci. in conſ. 480. col fi. & in conſi 495. col. 6. Cur. Iunior in cõ
ſil. 54 col 3. Eandem opinio. tenet Sociu. in rub. ff. ad Trebel. in
fi. & in l. Marcellus. §. ꝙ autem col pe. in fi. ff. eo. tit. Iaſ. in conſ.
514. in 2. dubio. lib. 4 vbi etiam refert Sphondratum idem con-
ſuluiſſe. Eandem opin. tenet Capra in conſ 7 in fi. Eandem opi.
in extraneo tenet Guido Papæ. q. 53. Sed tamen contrarium pu
to verius & contrarium latè teneo in conſ 17. vbi multa addidi
7 poſt ſcripta impreſſa ¶ Ad quartum dubium reſpondeo † lega-
tum filijs Petri ſpurijs relictum eſſe nullum. Authen. ex com-
plexu. C. de ĩce. nup. no. ĩ l. Gallus. §. q̃d ſi is. ff. de lib. & poſthu.
Dec. in conſ. 311. col. 2. niſi fuerit relictum in cãm alimentorũ
c. cum haberet. de eo qui duxit ĩ matrimo. quã pollu. per adult.
Bar. in l. fin. ff. de his quib. vt indi. Dec. in d. conſ. 311 col. 2. ad
fin. & in conſ. 609. Immo non poteſt pater priuare filium ſpu-
rium alimentis Bal. in l. id quod pauperibus. col fi. C. de epiſc.
& cle. q̃d dictum pro ſing. refert & ſequitur Iaſ. in conſ. 26. col.
8 3. lib. 5. ¶ Non tamen debentur † alimenta ſpurio ſplendide ſm
qualitatem patris, & ſm educationem quæ eſt de iure naturali
ad quod reſpexit ius canonicum. in d. c. cum haberet. vt ibi per
do. refertur Iac. de Puteo inter conſi. Calca. in conſi. 6. col. 5.
circa med. In dubio autem ſi iſti ſpurij erãt pauperes relictum
cenſetur in cauſam alimentorum. Pa. de Ca. in conſ. 5 Quicquid
dicatur. col. 2. lib. 1. Et vltra eum confirmatur, quia in dubio ali
quid præſumitur factum ob eam cauſam ob quam factum opor
tebat. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolu. matri. l. cum te, a contra-
rio ſenſu. C. ne vxor pro mari. facit quod vult Bal. in l. fi. col. 1.
verſ. ſed nunquid. præſumetur. C. de iure dot. C. de ſen. quæ ſine
cer. quanti. & in l. nulla. C. de iure dot. Iſtud etiam in terminis
firmat Cacialupus inter conſ. Cor. in conſi. 212. col. 1. poſt med.
verſ. ſed poſſet replicari. lib. 3. vbi quando aliquid relinquitur
ſpurio, vel alij penitus incapaci, exponitur relictum, vt cenſea-
tur factum in eo iure cuius ſpurius capax ſit: quicquid aliter &
malè voluerit Calca. in conſ. 59. colum. 3. in fi. vbi quod relictũ
aut donatum ſpurio, non intelligitur in cãm alimentorum niſi
expreſsè dictum ſit. Sed obligantur iſti ſpurij præſtare cautio-
nem de reſtituendis centum ſcutis poſt eorum mortem, vel ex
eis comparare prædium, vt cautum ſit hæredi ad quem ſunt re
uerſuri finita eorum vita. ar. ti. ff. vt lega. ſeu fideicom. nomi. ca-
ue. & l. in omnibus. ff. de iudi. Aut iſti cẽtum ſcuti relicti ſpurijs
ponentur ſub ſequeſtro attento quod ſunt ſuſpecti: quia nihil
poſſident. facit quod ſcribit Bal. in conſ. 175. lib. 3. vbi vxor le-
gataria tenetur ſatiſdare filijs de reſtituendo caſu quo tranſeat
ad ſecunda vota poſt eius mortem ſi eſt ſuſpicio contra eam de
ſecundis nuptijs, quia ſit iuuenis, aut non poſſideat immobilia.
ſi autem ſuſpecti non eſſent, quia poſsiderent immobilia & nõ
inuenirent fideiuſſorem, ſtaretur cautioni eorũ iuratoriæ, ꝑut
in ſimili de vſufructuario dicit Ang. in conſi 91. Sancta Carme
literarum religio. col fi. ſunt enim iſti ſpurij veluti vſufructua-
rij in tali relicto, quod ad hæredes non tranſmittunt. Bald. in l.
eam quam. col. 10. verſ. pone dicit decretum. C. de fideicom. Ni
cola. de Vbal. in tracta. ſucceſ. ab inteſta. col. 6. Decl. in d. conſil.
311. col. fi. Nec debentur alimenta hęredibus ſpurijs. Bal. in l. id
quod pauperibus, col. 1. C. de epiſ. & cler. Calca. in d. conſi. 59.
col. fin. Iacobus de Puteo, inter conſil. 62 col. 5. Aduertendum
tamen, quia ſi qualitas perſonarum ſpuriorum indigentiũ hoc
expoſceret, vt pecunia legata in eorum vſus neceſſarios cõſum
matur, non putarem reſtitutioni locum, conſequenter nec cau-
tioni. Bene fateor ꝙ ſi hæredes non haberent pecuniam præ-
ſentem, non cogerentur vendere proprietatem pro alimentis
9 ſpurij, † quia præſtari debent alimenta ex redditibus & acceſ-
ſionibus, l. ius alimentorum. §. modum. ff. vbi pupillus edu. deb.
l. Imperator. in fin. ff. ad Trebel. quæ iura ad hoc citat Bologni-
nus in addi. ad conſi. Io. de Ana. in conſ. 13. Aduertendum eſt ẽt
quia diſpoſitio. d. c. cum haberet, de eo qui duxit in matri. quã
polluit per adul. non videtur procedere in ſpurijs nepharijs &
inceſtuoſis ſm Bal. in auc. ex complexu. C. de inceſtis nup. ſequi
tur Alex. ibi in addi. ad Bart. Sed contrarium videtur verius, vt
per Bar. in auc. ex complexu. cum ſimi. & per Curtium Seniorẽ
in conſil. 13. col. 6. poſt principio. Taurini, Aymo Crauetta ex
Sauiliano. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Permittitur coniuncto exequi iniuriam & vlciſci mortem pro-
pinqui, & etiam fœminis & inhabilibus, iudiciali vindicta.*
2 *Tertius cui intereſt, poteſt comparere in iudicio, & ex perſona
ſua cauſam agere, de cuius iure plene eſt cognoſcendum.*
3 *Poteſt etiam interuenire in iudicio per alium inchoato tam in
cauſa principali quàm appellationis inuito primo.*
4 *Procurator non admittitur in criminalibus, tamen proceſſus ſi
admittitur valet.*
5 *Iudex laicus poteſt cognoſcere de cauſa ſpirituali, parte non op-
ponente, & poſt ſententiam non poteſt opponi.*
6 *Appellatio reducit rem ad eum ſtatutum in quo erat in prima
inſtantia poſt litem conteſtatam.*
7 *Actio ciuilis, & criminalis cumulationem nõ patiuntur, poteſt
tamen incidenter implorari officium iudicis in iudicio crimi-
nali circa reſtitutionem rei.*
8 *Fiſcus quando admitti debet.*
9 *Veriſimile eſt quod teſtificando quis cõtra fratrem, verũ dicat.*
10 *Quando dicatur auxiliari delinquenti.*
11 *Ex his quæ præcedunt, declaratur animus ſequens.*
12 *Conuerſatio cum homicida præſtat indicium contra conuerſan-
tes, niſi conuerſatio ſit interpellata.*
13 *Bãnimẽta hodie ſunt loco deportationis, q̃ amplius nõ eſt ĩ vſu.*
14 *Quando pœna remittitur arbitrio iudicis, põt iudex arbitrari
vſque ad mortẽ, ſi delictum dignum eſt morte ex circũſtãtijs.*
15 *Autor criminis acerbius plectendus eſt quàm ſocij.*
16 *Conatus cum homicida ratificat homicidium commiſſum.*
17 *Dominus qui non fecit furtum a ſeruo commiſſum reddere, fur-
tum ratificat.*
18 *Teſtis deponẽs de facto ſuo ꝓprio ſine eius ĩtereſſe, fortius ꝓbat.*
19 *Si aliquod malum a familia committitur, tenẽtur domini, nec
excuſantur propter ignorantiam.*
20 *Dictio Eodem, eſt relatiua, referens præcedentia in ſequentibus.*
21 *Appellatio quando proſit victo.*

CONSILIVM CCXX.

¶ Reſolutiones ad dubia obiecta per Senatum, & magnificum
dominum Marcum Guinaudi.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Rñdeo ad
dubia obiecta per Magnificum ſupremũ Senatũ.
1 Et ad primum dico, ꝙ † ꝑmittiṫ coniuncto exeq
iniuriam & vlciſci mortẽ ꝓpinqui, licẽt pecunia-
liter nihil interſit in hoc. vt animaduertat̃ innocẽ
tẽ l. ſi tñ. ff. de accu. l. ſi fœmina. C. ad Turpil. in q̃bus locis oñdi-
tur ꝙ iſtud permittiṫ ẽt fœminis & inhabilibus. Ad idẽ tex. in
l. vxor. in l. nõ prohibent. in l. de crimine. & in l. cũ oĩbus. C qui
accu. nõ poſſ. Et quòd ius vindictæ cõpetat ẽt fœminæ, tenent
Roma. & Ale. in l. pro hærede. §. fi. ff. de acqui. hæred. Roma. in
l. 3. §. Cato. ff. de verb. obli. Quod ſine dubio vr̃ ꝓcedere in vin
dicta iudiciali, licèt ſecus in vindicta extraiudiciali. Ang. in cõſ.
289 Viſo facto & ſtatutis, ſequiṫ Deci. in c. in ꝓſentia. col. 28.
de probatio. & in conſ. 531. col. 2. poſt med. Ideo minime erat
2 dubitandũ in re tã clara. ¶ Ad ſm dubiũ rñdeo † ꝙ tertius, cuius
intereſt, põt cõparere in iudicio & ex ꝑſona ſua cãm agere, de
cuius iure plenè eſt cognoſcendũ. c. quamuis, de re iud. l. ſæpe.
ff. eo. tit. l. ſi ſuſpecta ff. de inoffi. teſt. l. ſi perluſoria. & l. a ſnia, &
ibi Bar. ff. de appella. not. in ca. cum ſuper, de re iud. & l. a diuo
3 Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. e. ti. ¶ † Immo põt tertius, cuius intereſt,
interuenire in cã & in iudicio ꝑ aliũ inchoato tã in cã principa
li q̃ in cã appellationis, et inuito eo q primũ iudiciũ inchoauit.
l. ab executore. §. j. & l. ſeq. ff. de appella. l. 2. ff. quan. appellan. ſit
c. veniens. 2. de teſtibus. & d. c. cum ſuper, de re iud. per quæ iu-
ra ita dicit Feder. de Senis in conſ. 142. In q̃one vertente corã
religioſo viro, ante med. Secundo rñdeo, quòd nihil fuit oppoſi
tum de iſta cumulatione ꝑſonarũ, idõ multa facta tenent, q̃ fieri
prohibentur. l. pře furioſo. § de his q ſunt ſui vel alie. iur. & ibi
4 mod. ¶ † Simile videmus in ꝓcuratore, q nõ admittiṫ in crimi-
nalibus, & tñ valet ꝓceſſus ſi admittat̃ gl in c. 1. de iudi. lib. 6.
Bart. in l. pen. §. ad crimen. q. vlt. ff. de pub. iud. Dec. in cõſ. 369.
5 ad fi. Rurſus parte nõ opponẽte põt † iudex laycus cognoſcere

de cauſa ſpirituali, vt ſi cognouerit, opponi nō poſsit poſt ſentē
tiam. Ancha.in conſi.98. iſtam quæſtionem, col. 2.verſi. conſtat
enim. Item ſi religioſus ferat ſententiam ſanguinis, valet parte
non opponente. Aret.in conſi. 58. Diligenter conſideratis, col.
3.verſi.ſecundo modo reſpondetur. Et parte non opponente po
teſt fieri reconuentio coram alio iudice, modò ſit ordinarius,
Io.And.in c.diſpēdia. §.reus quoq;, de reſcrip.lib.6.Cor.in cōſ.
30 col.4.poſt med.verſi. nec obſtat, q̄ debet reconuentio, lib.
3. Fortius facit, quod ſcribit Soci.in conſ.170.col.3.verſi. & hoc
maximè, lib.2.vbi q̄ defectus ſolennitatis extrinſecæ non vitiat
actum, ſi pars non apponit. allegat Compo. in c. cùm dilectus;
de conſue. Ant. & Imo. in c.ſicut, de re iud. Matthæſi.no.13. de
quo dixi in tracta. de antiq.tēporis. ¶ Quinimmo iſta exceptio,
quòd perſonarum cumulatio admitti non debet, eſt dilatoria,
ideo opponi debuerat ante litem cōteſtatam. Aret.in conſ. 103.
col.4.verſi.& maximè hoc eſt verum. facit idem Areti. in conſi.
138.ad ſi. hic autem oppoſita eſt exceptio in cauſa appellatio-
6 nis, q̄ fieri non potuit, quia † per appellationem reducitur res
ad eum ſtatum, in quo erat in prima inſtantia poſt litem conte-
ſtatam.l.ita demum, vbi Bar.Bal.Pau.de Caſt. & doc. C.de pro-
cura.Roma.in conſi.331.Quæſtio eſt. Iaſ.in l.ſi inſulam, ad ſi.ff.
de verb.obli. igitur cum ſiſci intereſſet delicta puniri, ſiue capi-
taliter ſiue ad pecuniam, nihil fuit iniurioſum ſiſci interuentus.
Iam fiſcus & pars videntur conſortes eiuſdem litis, vterq; enim
agit, vt delictum puniatur, pars quidem proſequendo iniuriam
ſuam, fiſcus, ꝓꝑ intereſſe publicum, & iniuriam rei publicę illa-
tam. conſtat autem quòd conſortes eiuſdē litis agere ſimul poſ-
ſunt eodem iudicio.l.1.& 2.C.de cōſor. eiuſdem litis. Aliud eſ-
ſet, ſi pars ageret ciuiliter ad pecuniā ratione alicuius intereſ-
7 ſe, fiſcus verò criminaliter quia † actio ciuilis & criminalis cu-
mulationē non patiuntur.l.interdum. ff.de pub. iud. l.2.§.1. ff.
vi bon. rap. Bal.in conſ. 115.Super eo quod quæritur, col 2. ſed
licèt iudicium ciuile cumulari non poſsit cū iudicio criminali:
poteſt tñ incidenter implorari officium iudicis in iudicio crimi-
nali circa reſtitutionem rei, putà, ſi agatur contra furem crimi-
naliter. Bar.in l. interdū.§.qui furem.ff de furtis. Dec.in l.edita,
cōſ.13.verſ.& retenta iſta regula. C. de eden. Iaſ.in §.ex maleſi-
cijs, col.13.Inſtit de actio. Similiter ſi accuſetur quis de produ-
ctione falſorum teſtiū, poteſt incidenter peti retractari ſenten-
tiam latam ꝑ falſos teſtes. Alex.in l.diuus, in viri.no.ff.de re iu
dica.Soci.in conſi.66.col.1.lib.4. ¶ Amplius ſi pars primo indi-
8 ciū inſtituiſſet, deinde † fiſcus interueniſſet, adhuc admitti de-
beret, nec per eius interuentum cauſæ ſtatus fuiſſe reuocandus.
Anch.in conſ. 183.pro clariori intellectu, col.1.& eſt tex.in cle.
conſtitutionē, de elec.quem ad hoc allegat Alex.in cōſi. 82.col.
ſi. lib. 1.no. Feli.in c.cū ſuper, de re iudica. ¶ Ad tertium dubium
non puto, fuiſſe animaduerſas informationes, primo contra ma
giſtrum Marcum Ghinandi probatur, exemptio capti de manī-
bus officialis, & familiæ ex ſua confeſsione etenim conſiderans
auxilium filiorum Sebaſtiani & Bertrādi aſsiſtentium in armis
prohibuit, vt ne captus fieret homicida: q̄ etiā oſtēdunt primus,
ſecundus, quartus, & quadrageſimus teſtes: & videndū eſt, quia
quadrageſimus teſtis filius magiſtri Marci, ideo fortius probat
9 contra eum, c.literas, de præſump.† vbi veriſimile eſt, q̄ teſtifi-
cando quis contra fratrē, verum dicat. facit gl.nō. in c.ſi.in verſ.
in teſtem, de teſtib. lib.6. ¶ Rurſus poſt exemptionem cœnatus
eſt cū homicida, nec impleuit iuſſum baiuli iniungentis, vt for-
tis fieret ad capturā, quinimmo opē omnes dederunt, vt fugam
homicida faceret. Conſideret Senatus ſi delinquens ad eum mo
dum non vinculis erat cuſtodiendus, nam conuincitur apertiſ-
10 ſimè de auxilio, † quia delinquēti auxiliari quis dr̄ etiam poſt
delictum, iuuando delinquentem, vt euadat, aut ſaltem tenetur
pœna tit.C.de his, qui latro. ſm Bar.in l.in furti. §.ope. col.2.ff.
de furtis. quæ pęna poteſt extendi vſq; ad mortē, vt in l.1. C.eo.
tit. de his, qui latro. de quo per Marſi. in prac.cau.crimi.§ con-
ſtante, nu.55. ¶ Amplius vr̄ geminatum delictū exemptionis, q̄
facto ipſo cœnando cum exēpto fuit ratificatum, l.ſi tñ §. ei. qui.
ff.de edil.edic.etenim plus eſt facere, quā dicere, c.dilecti, el 2.
vbi Dec.in 2.no.de appel. delictum autem geminatum grauius
punitur, l.ſi adulterium cum inceſtu. ff.de adulte.l.ſi quis viduā.
ff.de quæſtio.l.qui ſepulchra, ibi geminum.ff. de ſepul. viol.l.no-
mo. C.de epi.audien.l.quicunq; C.de ſeruis fug. l capitulum.§.
craſſatores, & §.famoſos.ff.de pęnis.l.ſeruus §.1. vbi gl.in verſ.
ſępius. C.ad legē Iul.de vi publ.l.1.poſt prin.& ibi oportet acer
bius adulterij crimen ex hac adiectione puniri. C.de raptu virg.

c.ſi.de conſuet. c.cum in eccleſiæ, de ſimonia.& pſal.68. Quo-
niā quæ tu percuſsiſti perſecuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerū
eorum addiderunt. Appone iniquitatē ſuper iniquitatem eorū,
& non intrent in iuſtitiā tuā. deleantur de libro viuentiū, & cū
iuſtis non ſcribantur, & pſal. 77. Et appoſuerunt adhuc peccare
ei. Ideo tot ſunt purgationes pęnitentiæ, & pœnæ delictorum
neceſſariæ, quot fuerunt reiterationes, c. imitare Petrum, cum
gl.6.q.1.c.menſuram, de pœniten. diſt. 1.c.ad Apoſtolicæ, de re
iud.lib.6. Gemin. in conſ. 116. col. 2. ante med. Memoratæ ra-
tiones grauant, & filios magiſtri Marci, immo magis quia delin
quentē ſemper ſectabantur, ſi videantur, quartus, vndecimus,
decimusſextus, decimusſeptimus, vigeſimus, & vigeſimuspri-
mus, immo teſtis vigeſimusſextus dicit acuiſſe enſes trium filio
rum magiſtri Marci præſente homicida paulòante homicidiū.
11 † ex his, quæ præcedunt declaratur animus ſequēs, l.ſi ſeruus
plurium.§.ſi.ff.de leg. 1. & ex ordine principij, coniecturamus
finē. Bal.in l.quāuis.C.de fideic. Soci.in cōſ.52.col.6.ad ſi. verſ.
ꝑterea, lib. 1. ex qua re propriè & verè dñr auxiliatores delin-
quentis, ſm doc. Bar.in d.§.ope.& no. Soci.in conſi. 188. col. 1.
lere, quia cū voluerit donator poſſe diſponere in vita, auferri ꝑe
libera facultas teſtandi. Mihi vr̄, ſaluo ſaniori iudicio, donatio-
nē valere. Pone enim, quòd donator reſeruet vſumfructum de
quo teſtari poſſit, hoc caſu non inficiatur Dec. nec inficiari pōt
quin donatio valeat, & tñ non ne poterit donator de fructibus
reſeruatis in vita diſponere, & ſic auferre ſibi facultatem teſtan
di? igitur adijciendo illa verba de quo poſſit diſponere, tam in
vita, q̄ in morte, illud expreſſit quod tacitè inerat, ergo expreſ
ſio vitiare non debet. l. nō rectè. C. de fideiuſſ. Et poſito ad iſtud
fundamentum reſponderi poſſet, quòd permiſſa diſpoſitione in
vltima voluntate non cenſeatur permiſſa in vita. Ex alio dico
opi. Decij non poſſe procedere: nam Dec. vult donationem nō
valere, quia auferri poſſet facultas teſtādi: ſed dico, quòd doc. in
hac materia hoc non conſiderant, an auferri poſſit, ſed an tollat
aut auferatur. patet, quia aliàs donatio omnium bonorū præſen
tium tñ non valeret, quia per eam auferri poſſit facultas teſtādi
ſi quis in futurum non acquireret. & ſic fateor, ꝙ tolli poſſet fa
cultas teſtandi ex tali reſeruatione, ſed hoc nō conſideratur. Sa
tis eſt. n. ꝙ nō tollatur dum donator non reſtringit ſe ad diſpoſi-
11 tionē in vita, cum etiā in morte poſſet diſponere. Præterea † con
tra Dec. faciunt doc. ā. alleg. volentes vitiari donationē, qñ ſit re
ſeruatio vſusfructus de quo poſſit donator in vita diſponere. Ra
tio eſt ſm eos, quia donator reſtrinxit ſe ad diſponendū in vita
tm̄, & ſic facultatē ſibi abſtulit diſponendi in morte: volūt ergo
clarè memorati patres, ꝙ ſi donator non reſtringat ſe ad diſpo
nēdū in vita, valeat donatio. Sed in caſu Decij, qñ ſit reſeruatio
vſusfructus ad diſponendū in vita, & in morte, donator non re-

ſtringit

ſtringit ſe ad diſponendũ in vita, quominus in morte poſsit di-
ſponere, ergo valebit donatio. ¶Poſtremo, vbi res dubia eſſet
quam puto clariſsimam, in dubio fieri debet interpretatio, quod
valeat donatio, per ea quæ ſupra diximus. Quæ interpretatio vt
actus valeat, fit etiã in pœnalibus. Bar. in l. 1. §. exercitiũ. ff. de in-
fan. Soc. in l. cũ ſenatus, col. 2 in prin. ff. de reb. dubijs, & dicitur
interpretatio benigna, per quã actus validatur. l. cum in teſta-
mento, iuncta gl. & ibi Soc. in 1. no. ff. de reb. dub. & dicit Pau. de
Ca. in conſ. 119. dubia in quibus quæritur, col. 1. in fi. lib. 1. ꝙ il-
la opinio benignior dr̃ & tenenda eſt, per quã ius conſeruatur.
¶Non omitto etiã, ꝙ Ripa in d. rñſo. 14. col. 3. ait ſe non inficia-
ri, quin hæſitet ſuper hoc dicto Decij, licèt Curtius Iunior De-
cium ſimpliciter ſequatur in d. conſ. 55. col. 3. & in cõſ. 150. col.
2. ad fi. verſi. præterea ad impugnationem. Sed hoc poſito, ꝙ di-
cta donatio teneat, dico tñ donatarios non poſſe iuuari hac do-
natione in rebus petitis: quia non probauerunt, ꝙ iſta bona ac-
quiſita vnq̃ fuerint donatoris, cum non appareat filiũ donatorẽ
adiuiſſe hæreditatem matris: & hæreditas antequã adeatur dr̃ in
bonis noſtris, Bar. in l. ſi ea te. §. fi. ff. de ſtip. ſer. & in l. hæres. ff.
de acq. hær. ¶ Nec obſt. ꝙ hereditas matris non addita tranſmit-
tatur beneficio. l. vnicæ. C. de his qui ante aper. tab. q̃a illa trãſ-
miſsio non fit, niſi in deſcendentes tranſmittentis, ita loquitur.
d. l. vnica. Bal. in conſ. 504. Viſo themate, lib. 5. Soc. in conſ. 136.
non poteſt negari, col. 4. verſ. ad ſm etiã, lib. 1. Cor. in conſ. 146.
col. 1. lib. 1. in conſ. 42 col. pe. in 5. dubio, in conſ. 225. col. 1. lib.
3. in conſ. 315. in prin. & in conſ. 314. col. pe. ad fi. lib. 4. Sed iſti
donatarij non ſunt de deſcendentibus donatoris, igitur ad eos
tranſmiſsio facta non eſt. ¶Reperio tñ Veronenſem in conſ. 50.
in 3. dubio. vbi limitat hanc concluſionem non procedere in In-
fante, qui hæreditatem matris tranſmittit etiam in non deſcen-
dentes, quia eam tranſmittit vt aditam, per l. ſi infanti. C. de iure
delibe. ſed nos ſumus extra hãc difficultatẽ, quia donator infans
non erat, & in infante fruſtra tractatur de donatione. Taurini,
21. Septembris. 1534. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Diſcuſſio bonorum poteſt quandocunque fieri lite pendente citra nouam inſtantiam.*

2 *Impleta diſcuſſione, nec facta petitione noua, ſed continuata prima, non eſt noua inſtantia.*

3 *Petitio eſt fundamentum iudicij, ſine qua acta ſtare non poſſunt, & ſententia fieri non permittitur.*

4 *Diſcuſſio fit ſecundum naturam petitionis factæ.*

5 *Negocio principali ſuſpenſo, non dicitur noua inſtantia, quando habita eſt reditio ad negocium principale.*

6 *Renouata conſtitutio, vtrum ſit noua.*

7 *Exceptio diſcuſſionis ante litem conteſtatam omiſſa, reddit proceſſum nullum, ſi procedatur ad vlteriora citra cognitionem ipſius diſcuſſionis.*

8 *Pluralitas actuum in dubio non eſt præſumenda.*

9 *Natura noui iudicij non eſt præteritum iudicium perficere, quia aliàs nouum dici non poſſet.*

10 *Iudicij principalis ratio habenda eſt, & non eius quod acceſſoriè venit.*

11 *Nouum quid non dicitur, quando illud quod erat in habitu, deducitur ad actum.*

12 *Res noua non dicitur, quando ſolum alterantur accidentalia ipſius rei, forma ſubſtantiali remanente.*

13 *Quæ pertinent ad perfectionem inchoatorum non faciunt rem nouam, aut nouum negocium.*

14 *Vbi res dubia eſt, iudicandum eſt actorem nolle nouum actum facere, ſed actum inchoatum confirmare.*

CONSILIVM CCXXIII.

¶Contra Alexandrum Laueratum.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Ego calcu-
lorum inſtantiarum ſum planè rudis, cæterũ in fa-
cto narratur, ꝙ ſi vna tm̃ probetur inſtãtia aduer
ſus Alex. Lauerati, illa dr̃ perempta, culpa partis.
videamus, igitur duæ ne, an vna tm̃ arguatur in-
ſtantia, nã fieri poteſt vt inchoato vno iudicio aliud inchoetur
ſeparatum a priore, ſaltẽ parte non opponẽte, iuxta no. in l. aub-
li. C. de iudi. & quidẽ concludendum vr̃, vnam tantum eſſe in-
ſtitiã ſequentibus fundamentis. ¶Principiò, oĩs probatio ex ne-
ceſsitate debet concludere. l. non hoc. C. vnde cognat. c. in præ-
ſentia, de probat. ſanè nulla neceſsitate cogit, vt duas inſtantias
fateantur aduerſus Alexandrũ Lauerati ex eo ꝙ pendente iudi-
1 cio tẽtata fuerit diſcuſsio bonorũ: † nã ex fieri põt, qñcunq; li-
te pendente citra nouã inſtantiam. Roma. in conſ. 387. Ang. in l.
decem ff. de verb. obli. Alex. in l. exitus. ff. de acqu. poſſ. & in cõſ.
114. ad fi. lib. 5 Cor. in conſ. 85. col. fi. lib. 4. Dec. in l. fin. in prin.
col 4. ad fi. ff ſi cer. pet. Iaſ. in §. itẽ ſi quis, col. 15. Inſti. de actio.
¶Secundò arguitur, ex forma decreti principalis, Inſtantia in-
2 cipit a petitione, ſed contra Alexandrum † impleta diſcuſsione,
nulla eſt facta noua petitio, ſed continuata prima: ergo ſine no-
ua petitione non erit noua inſtantia: nam conſequens dari non
poteſt, vbi nullũ eſt antecedens. l. ſed & hæ. §. præter. ff. de pro-
cu. l. ſi homo mortuus, vbi Iaſ. ff. de verb. obli. l. apud antiquos,
cum ibi no. C. de furtis. c. cum ex officij. de præſcrip. & inane ſit
conſequens, non conceſſo antecedenti. l. ad legatum, & l. ad rem
mobilẽ. ff. de procur. Cõſiderandum eſt igitur initium ipſius in-
3 ſtantiæ † a petitione facta, tanquã fundamentũ iudicij. ſine quo
acta ſtare nõn poſſent. l. nã origo. ff. ꝙ vi aut clam. l. ego. ff. de ex
cep. rei iud. & l. hactenus. in fi. cum l. ſequen. ff. de aqua plu. ar. c.
cũ Paulus. 1. q. 1. Ideo ſententia lata ſine inſtantia, dr̃ nulla iux-
ta no. in l. properandum. in prin. C. de iudi. Etenim, ſi dicamus
cẽſeri continuatã primam petitionem, iudicium fieret eluſoriũ,
quia ſine petitione, ſententia fieri non poſſet. autheo. offeratur.
C. de litis conteſt. immo etiã in cauſis ſummarijs in quibus pro-
ceditur ſola facti veritate inſpecta, requiritur aliqualis petitio,
vt in cle. ſæpe, de ver. ſign. Itaq; petitione aliqua non propoſita,
dicendum eſt petitionẽ primã continuatã, ne iudicium eluſo-
rium fiat, c. cõmiſſa. §. porro. de elec. lib. 6. l. ſi prætor. ff. de iud.
l. ſi ff. ne quid in loco pub. l. 1. §. exceptiones. ff. quar. re. ac. non
da. & leg. fi. C. de vſur. rei iudi. Et in dubio actus præſumi debet
potius continuatus q̃ alius de nouo factus: quia nouũ factũ non
præſumitur, niſi probetur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. l. 1. C. de
probat. c. cùm in iure, de offi. deleg. nec p̃ſumitur mutatio volũ-
tatis, ꝙ voluerit quis mutare primã petitionẽ. c. maiores. §. fi.
vbi gl. in verſ. perdurare, de baptiſ. c. licèt, de procurato. lib. 6. l.
eum qui mutatã ff. de probat. l. Lucius. 1. ff. de leg. 2. Nec præſu-
mitur quis velle incontinenti ſe corrigere. l. ſi. ad ea. ff. de cond.
& demon. Et in ſpecie ꝙ actus præſumatur cõtinuatus potius q̃
de nouo factus, eſt tex. in l. ſi pluribus, verſ. ꝙ ſi vna. ff. de verb.
oblig. quem tex. ad hoc propoſitũ allegat Bal. in conſ. 137. Dñs
Iordanus, col. 2. circa med. lib. 2. ſed vltra Bal. facit, quia nõ præ-
ſumitur nouatio actus, niſi expreſsè agatur. l. qui bis idem. ff. de
ver. obl. l. fi. C. de nouatio. Ideo in dubio non eſt dicendum no-
uatã fuiſſe inſtantiã quod maximè obtinet, quia natura petitio-
nis propoſitæ ſuadebat, ꝙ excuſsio bonorũ fieret, ideo illa excuſ-
ſio cenſetur facta ad confirmandũ ipſam petitionẽ, non vt ab ea
recederetur: quia a primordio tituli poſterior formatur euen-
tus. l. 1. in fi. C. de impo. lucra. deſcr. lib. 10. & diſcuſsio facta cen-
4 ſeri debet † ſm naturã petitionis factæ, non ob aliam petitionẽ.
l. ſi vno, in prin ff loca. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. l. ſi tibi pecuniã.
ff. ſi cer. pet. cum ſimi. Igitur ratione continuationis iudicij vni-
ca tm̃ dr̃ inſtantia, non duplex, gl. in l. pe. ff. de act. & obli. & in l.
vulg. in prin. ff. de furtis. Bal. in conſ. 47. Super voitate, lib. 3. &
in conſ. 392. Locatio in fi. lib. 5. Cor. in cõſ. 232. col. fi. lib. 3. ¶Ter-
5 tio, licèt † cognitio negocij principalis fuerit ſuſpẽſa ob diſcuſ-
ſionem, & prorogata donec ea finiretur, non propterea dr̃ noua
inſtantia, qñ habita eſt redditio aut reuerſio ad negotium prin-
cipale quo ad ipſum. Alex. Inno. in c. cum inter. de conſuetudi,
Ang. in l. qui res. § aream. ff. de ſolutio. vbi ſuſpenſo interdicto,
non dr̃ ferri noua ſententia interdicti, ſed cõtinuari, no. cano. in
c. ad hæc. el 5. vbi Deci. col. fi. verſ. 3. cõcluſio, de appel. & in cõſ.
93 Pau. de Ca. in conſi. 389. lib. 1. ſecundum impreſsionem no-
uiſsimam ¶ Quartò aliud eſt de nouo inchoare iudicium, aliud
reuocare, faciendo diſcuſsionẽ: ſic dicimus aliud eſt facere, aliud
reficere, & ſtatutum loquens de faciente, non pertinet ad reficiẽ-
tem. l. 1. §. ſi quis ædificium. vbi Bar. ff. de ope. no. nun. Deci. in re-
gula domum. ff. de reg. in. ergo cũ per diſcuſsionẽ in totũ nõ re-
nouetur iudicium, ſed tantũ ſuppleatur, quod deeſſe videbatur.
6 poteſt conſiderari nouum iudicium ſeu noua inſtantia. † Ideo
qñ vetus conſtitutio renouatur, etiam aliquo addito, nõ dicitur
noua cõſtitutio, ſed antiqua. ex. præceptis. 12. di. c. Acacius. 24.
q. 1. quæ iura ad hoc citat Anch. in conſ. 54. col. 2. verſi. poſtre-
mo

mo eapreſſum eſt. maximè, quia iſta diſcuſsio quæ acceſsit, non
dicitur quid nouum ſeu alienũ a indicio intentato, ſed vnũ ex-
tremum neceſſarium quod erat ab initio præteritum & omiſſũ,
pòſt autem fuit adhibitum. faciunt quæ Iaſ. ſcribit in l. ius autẽ
ciuile, col 3 ff. de iuſtitia & iure. Et illud ꝙ dr̃ fieri nouum ius
ex additione vel detractione, demum intelligitur quoties ea ta-
li additione vel detractione inducitur alteratio aliqua negocij,
ſeu diſpoſitionis. Cor. in conſ. 238. col. 5. verſi. & Ang lib. 4. ſed
per iſtã diſcuſsionem nihil alteratur iudicium inchoatum, ergo
&c. ¶ Quintò iſta excuſsio pendente iudicio non fit propter ſe,
ſed propter iudicium intentatum, vt illud valeat: nam vbi op-
7 ponitur † exceptio diſcuſsionis ante lit. conteſt. eius omiſsio red
dit proceſſum nullum ſi procedatur ad vlteriora citra cognitio
nẽ ipſi⁹ diſcuſsionis. Bar. & doc. in l. fi. in fi. prin. ff. ſi cer. pe. Ale.
in conſ. 32. circa prin. lib. 4. ſed qñ vnum fit propter alterum, dr̃
vnus & idem actus, non diuerſus. Bal. in l. rũ dotẽ, circa fi. C. de
iure dotiũ, per tex. in l. illud. § fi. ff. ad legem acqui. infert pro-
pterea Bal. ad ſtatutum ꝙ ſoluatur gabella de quolibet contra-
ctu, vt ſolui non debeat de contractu, qui fit ꝑꝑ alterum, cũ dica
tur vnus tantum & idem contractus, tradit ide Bal. in conſ. 440.
Secundum ea. col. 2. lib. 5. Itaq; iudicium excuſsionis dicendum
eſt vnum & idẽ iudiciũ cum ipſo iudicio principali, maximè iã
intentato, cum habeatur excuſsio ꝑꝑ ipſum iudicium principa
le. ¶ Sexto arguitur, non præſumitur quis quid velle, quod dam
no futurum ſit. arg. l. ſi procurator. ff. de cond. indeb. cum ibi no.
alibi dicit Dec. in conſ. 1. col. 3. poſt med. non debere nos dicere
glo. illud voluiſſe per quod male eſſet locuta. Alibi dicit Ange.
in l. ſi quis ſub cõditione. ff. de cond. inſti. ꝙ generalis diſpoſitio
non comprehendit illud, quod eſſet inconueniens. facit quod di
cimus in generali diſpoſitione nõ venire odioſa. l. Lucius. §. Lu
cius Titius, vbi Bal. poſt Dy. ff. de leg. 2. Modo intelligere, ꝙ poſt
diſcuſsionẽ voluerit agens inchoare nouã inſtantiam, hoc eſſet
inconueniens, & in eius diſpendiũ pertineret, quia eſſet condẽ-
nandus ad expenſas ante factas tanq̃ renuncians prioribus actis,
iuxta no. in l. poſtq̃ liti. C. de pactis. facit Bar. in l. rura. C. de agri
col. & cenſ. lib. 11. poſſent etiã peti expenſæ ratione temeritatis
& tardati proceſſus, per l. eum quem temere. ff. de iud. & l. non
ignoret. C. de fruc. & lit. expenſ. Cõſideratur etiã damnum quia
acta ante geſta non leguntur reproducta in noua inſtantia, con-
ſequenter non fidẽ facerent in ſecunda inſtantia, iuxta doc. Bar.
in l. mutari. ff. de procura. Iã ſi in generali diſpoſitione nõ venit
ꝙ poſsit quis lædere ius alterius. l. 2. §. merito. & §. ſi quis a prin
cipe ff. ne quid in loco pub. Bar. in l. toties. ff. de pollici. & l. am-
bitioſa. ff. de decr. ab ord. faci. multominus cenſendus eſt quis vo
luiſſe ſibi ipſi per actum gñalem præiudicare. arg. l. præſens. C.
8 de ſerui. & aqua. & l. cum de indebito. ff. de probat. ¶ † Septimò
facit, ꝙ pluralitas actus in dubio non eſt præſumenda, vt not. in
l. triticum, & in l. ſcire debemus. vbi Iaſ. ad fi. prin. ff. de ver. obl.
Alex. in l. planè. §. ſi eadẽ. ff. de leg. 1. Dec. in c. in præſentia, in 9.
no. de proba. & in conſ. 146. col. 5. & alibi ſæpe. itaq; non eſt ve
riſimile, ꝙ voluerit agens plures inſtantias exequi contra vnã
9 perſonam, & in eius damnũ. ¶ Octauo † natura noui iudicij non
eſt præteritũ iudicium perficere, quia aliàs nouũ dici nõ poſſet.
ſicut dicimus, qñ Princeps rñdet ad conſultationem alicuius, ex
tali rñſione non inducitur nouũ ius, quia natura iuris noui non
eſt, vt ſm illud decidantur præterita negocia, ſed ad futura tra-
hatur. gl. in c. fi. in verſ. rñdemus, de verb. ſign. Cor. in conſ. 197.
col. 4. lib. 3. Igitur cũ hæc fiat eadẽ proſecutio eiuſdẽ iudicij, nec
aliud diuerſum petatur, ſed in eo quod iã inchoatũ fuerat, per-
ſeueretur, non video quõ nouum iudicium dici poſsit. ¶ Nono,
attenta hac dubitatione iudicis, ſequeretur falſam eſſe commu-
nem doct. concluſionem, ꝙ pẽdente iudicio diſcuſsio fieri poſ-
ſit: nã ſi dicamus nouũ iudiciũ ex eo, ꝙ poſtea diſcuſsio fiat, non
diceretur fieri pẽdente iudicio, ſed ab initio & primordio alterius
iudicij de nouo inchoati, ergo cũ diſcuſsio fieri poſsit iudicio
pendente, intelligitur de eodem iudicio & ipſo durante. l. ſed ſi
manente. ff. de precario. ¶ Neq; mutat, ꝙ reſpectu curatoris ſit
noua inſtantia, quia perſona curatoris qui conuenitur, nihil cõe
habet cum ipſo Alexandro. l. fi. ff. de calum. l. naturaliter. §. nihil
commune. ff. de acq. poſſ. Neq; cauſa curatoris trahit ad ſe cauſã
Alexandri diuiduam & ſeparatã, immo cauſa contra curatorem
datum bonis debitoris fuit inſtituta pro excuſsione facienda re
ſpectu alterius cauſæ iam intentatæ contra Alexandrũ: ideo in
perſona Ale. iſta non dr̃ noua inſtantia. & cũ cauſa fuerit inſtitu
ta contra curatorem ad finẽ proſequendi iudicij primo inchoa-
ti, in quo diſcuſsio erat neceſſaria, finis ipſe debet conſiderari,
non cauſa ad finem ordinata, & per quã ad finem ipſum perue-
nitur. arg. l. & ſi non ſunt. §. perueniamus. ff. de auro & arg. leg.
& quia ordinata ad aliquem finem debent regulari ſm naturam
ipſius finis. Bal. in conſ. 105. Verba dicunt, col. 2. lib. 1. per tex. in
l. oratio. ff. de ſponſal. Rurſus iſta cauſa contra curatorẽ non dr̃
iudicium principaliter & per ſe, ſed venit incidenter & acceſſo
riè ad iudicium principale ad illud iuuandum & validandum:
10 ob id † iudicij ipſius principalis ratio habẽda eſt, non eius quo
acceſſoriè venit. §. ſi quis alienã, inſti. de rer. diui. & quod dici-
mus clauſulã acceſſoriam, quæ venit ad actus executionẽ non
immutare naturam diſpoſitionis principalis. clem. 1. in prin. de
præben. & in terminis de eo quod venit ad executionẽ alterius,
quod non dicatur nouus aut diuerſus actus, ſed idẽ cum primo,
adduco tex. in l. ſi hæres. ff. de act. empt. vbi ſi hæres vendit rem
ex mandato teſtatoris, dr̃ haberi res a teſtatore, non ab hærede,
quia hæres mandatum teſtatoris tm̃ exequitur. Tradit Bal. in l.
cũ per eos. C. ſi quis alteri vel ſibi. Anch. in conſ. 54. col. 2. verſi.
2. ratio. Actus. n. attribuitur mandanti, non exequenti. l. itẽ eo-
rũ. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſq; vniuer. nomi. Bar. in l. vnum
ex familia. §. ſi de falcid. ff. de leg. 2. Anch. in conſ. 319. Dubita-
tionem facit, col. 2. Similiter in terminis de eo, qd̃ venit aut fit
acceſſoriè, quod iudicet vnum & idẽ cũ actu principali, tradit
Bal. in d. l. cum dotem, in fi. C. de iure dotiũ. vbi propterea ꝙ de
contractu fideiuſsionis qui fit acceſſoriè, non ſoluitur gabella,
ſtante ſtatuto ꝙ de quolibet contractu ſoluatur gabella, quia fi-
deiuſsio venit acceſſoriè ad obligationẽ perſonalem. ¶ Decimo
adduco, quod ſcribit gloſſa pragmaticæ in procœmio in verbo
11 vniuerſis. vbi ꝙ † nouum quid non dr̃ qñ illud quod erat in ha
bitu, deducitur ad actũ. arg. l. ſicut in fi. ff. quod cuiuſq; vniuer.
nomi. ſed vltra gloſſa pragma. pro hoc eſt tex. in l. fi. ff. ſi ex no-
xali. cau. aga. vbi Iaſ. in 3. no. quam tñ. l. legit Iaſ. ſimul cum l. ſi
ſeruum. ſed iudicium excuſsionis competebat habito in iudicio
intentato, immo erat neceſſarium ad eius validitatem, ideo ab-
ſurdum eſſet dicere, ꝙ deductio excuſsionis ad actum, nouã in-
ducat inſtantiã & nouum iudicium. ¶ Vndecimo adduco, quod
ſcribit Cald. in conſ. 11. per totũ in tit. de feudis. vbi ꝙ noua res
12 non dr̃ qñ alterantur † ſolũ accidentalia ipſius rei, forma ſub-
ſtantiali remanente. puta, ſi Epſ rem ſolitã concedi in feudũ in-
feudat ſub nouis pactis. Quid hic dicemus vbi nulla hr̃ altera-
tio, etiã reſpectu accidentaliũ, cum actus excuſsionis dicatur de
natura iudicij? ideo fideiuſſor renuncians beneficio de fideiuſſo-
ribus poteſt opponere exceptionẽ diſcuſsionis, quia dr̃ de natu
ra actus. Bar. in l. 1. C. de conuenien fiſci debito. lib. 10. Roma. in
conſ. 24. Spectabilis, col. 2. ¶ Duodecimo adduco, quod Bal. ſcri-
13 bit in conſ. 156. Cũ duæ, lib. 3. vbi ꝙ † ea quæ pertinent ad per
fectionẽ aut conſummationem inchoatorum, non facit rem no-
uam aut nouum negocium. ſed excuſsio quæ fit pendente iudi-
cio, fit ad pfectionẽ & cõſummationẽ iudicij inchoati, ergo vt
noua inſtantia conſiderari non poteſt. ¶ Decimo tertio & vlti-
14 mo, † vbi res dubia eſſet, quæ ipſa tñ ex præmiſsis ſplendidiſsi-
ma facta vr̃, in dubio iudicandum eſt ipſum actorẽ noluiſſe actũ
nouum facere, ſed potius actum iã inchoatum confirmare. ſicut
dicimus ꝙ in dubio non præſumitur lex aliquid de nouo indu-
cere, ſed potius confirmare. Inno. & Ant. de But. in c. dudum, de
decimis Bal. in l. bonorũ. C. qui admitti. ſequitur Soc. in l. 2. col.
1. ff. de vulga. ¶ Quibus conſequens eſt colligere computandam
eſſe inſtantiam contra Alexandrum a prima petitione, q̃ data
eſt die. 25. Septembris. 1531. quæ initis rationibus puto conſenti
re ſub correctione tñ cuiuſuis efficacius conſulentis. Taurini. 24
Septembris. 1534. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. D.

S V M M A R I V M.

1 *Congregans gentes armatas, vel conſilium ſeditionis habens, te*
netur lege Iulia.
2 *Pœna committentis vim publicam, dicitur hodie arbitraria.*
3 *Perſona vilis & inops fuſtigatur in delictis minoribus.*
4 *An ex ſolo conſenſu cum præſentia, eiuſdem criminis obligetur.*
5 *Quis dicatur particeps delicti.*
6 *Quis appelletur proditor, vide materiam latiſſimè.*
7 *Vaſallus contrauenieus iuramento fidelitatis, non amittit feu-*
dum, niſi in caſibus a iure expreſſis: tenetur tamen domino re-
uelare, quia nouerat contra contra dominum tentatum.
8 *Aliquando cõmittitur crimen læſæ maieſtatis, tamen agitur de*
pœna

pœna pecuniaria, & quomodo intelligatur.
9 *Ex ſola ſuſpitione ſeditionis, licèt non ſeditioſus ſit, poteſt pœna pecuniaria vel relegatione puniri.*

CONSILIVM. CCXXIIII.

¶ Pro Magnifico domino Ioan. Iacobo ex Dominus Rippaltæ & Orbazani.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Congregans
1 gentes armatas † vel conſilium ſeditionis habens,
tenetur lege Iulia.de vi publica.l.3.ff.de vi publi-
ca.Bar.in l.1.col.fi.ff.ad leg.Iul. maie.quod proce
dit ēt ſi ita cōgregans ad actum aliū nullū peruene-
rit:ſatis eſt enim ꝙ peruentum ſit ad actū congregationis, ſecū
dum Ang. in d.l.3. per illum tex. & idem Ange. in l.prætor, la
2.§. eritq; ff.vi bono.rap. ꝙ omne delictum commiſſum facta
congregatione hominum, reputatur atrocius. Pœna autem l.
Iuliæ. de vi publica, eſt deportatio. §.item lex Iulia. de vi. inſti.
de publi. iud.l. qui dolo, ad fin.ff.ad leg.Iul.de vi pub. eſt etiam
pœna publicationis omnium bonorum. gl. in d. l. qui dolo, in
fi.& glo.in l.2. C.ad legem Iuliam, de vi publi. Iſta tamen pœ-
na poteſt augeri ſecundum qualitatem facti, quia ſi cum vi acce
dat raptus mulieris vel nuptę, pœna irrogatur vltimi ſupplicii,
l.qui cętu.§ fi.ff.eo.titu. hodie tamen pœna deportationis non
eſt in vſu, ſed loco eius ſucceſsit bannimentum. Bar. in l. mathę
maticis. C. de epi. audi. Guido Papæ q. 422. 423. & q. 437.
colum. 3. ſed Alex. in conſil. 55. colum. 2. verſi. verum quia
pœna.lib.2. ꝙ loco deportationis poteſt iudex pro ſuo arbitrio
pœnā imponere. ſimiliter pœna publicationis bonorū ſublata
eſt per tex.in authen.bona dānatorū. C. de bon. damn. Ita in vi
publica dicit Guido Papæ, in d. q. 422. 423. & quæſt. 437.
2 colum. 3. † Ideo pœna committentis vim publicam, dicitur ho-
die arbitraria.Cor.in conſil.175.colum.3.ad fi. in 3. dub. lib.3.
vbi quòd ſm varios caſus, pœnæ alterantur. Idem voluit Ale-
xand.in d.conſi.55.col.2.circa med.ver.verum quia pœna. lib.
7. dum voluit loco pœnę deportationis locum eſſe pœnæ ar-
bitrariæ. Planè, vbi in congregatione armatorum damnum in-
ferretur, caporalis armatos congregans tenetur in quadruplum
pro damno dato vel rapina facta per congregatos. l. 2. in prin.
& §. 1. iuncto. §. ſi quis non, vbi gl.& doct. ff. vi bon. rap.l. qui
multa.C.ad leg. Iul.de vi. Alex. in conſi. 103.col.2.verſ.ſed præ
miſsis non obſtantibus. & col. 4. ver. ſecundo reſpondeo. lib. 1.
& tenetur talis caporalis pro damno & facto omnium coadu-
natorum. Bal. in rub. extra quod metus cauſa. col. 3 ¶ Aduer-
tēdū tamen, ꝙ vbi pœna remittitur arbitrio iudicis, debet iudex
arbitrari ſecundum iura aut conſuetudinem. Ideo ſi delictū eſt
tale quod ex circūſtātijs & eius grauitate eſſet pœna mortis de
iure vel conſuetudine. poterit iudex arbitrari de pœna mortis,
aliàs ſecus. Ale.in conſi. 121. col.pen.ad fin.lib. vult ꝙ vbi pœ-
na committitur arbitrio iudicis, nunquam poſsit iudex arbitra
ri de pœna mortis, per glo. in ca. inquiſitionis, in ver. alioquin
de accuſa. vbi Imo.& doct. amplius ſubdit d. Ale. ꝙ imponere
non poterit iudex etiam pœnam mutilationis membri. Idem
tamē Alexan.plenius hoc tractat in conſ. 121.col.pen.& fi.li.5.
vbi dicit communem opinionem eſſe ꝙ iudex poſsit arbitrari
de pœna mortis, quando delictum eſt tale, quòd de iure vel cō-
ſuetudine eſſet imponenda pœna mortis. ſequitur Dec.alios ci-
tans in c.ex literis, col.5.ver.poſtremò. Abb.de conſtitutio.in l.
qui iuriſditioni, col. 2.poſt med.ff. de iuriſ. om.iud.& in conſi.
100. ad fi. vbi ꝙ ſi pœna aliqua conſueuit imponi pro tali deli-
cto, iudex ſequi illam debet. ſimiliter ſi per ſtatutum conſtituta
ſit alia ex qualitate delicti & eius grauitate, ipſe arbitrari poterit
etiam ad mortem, & hoc modo debet intelligi glo. in §.in ſum
3 ma, Inſti.de iniur. De pœna † autem fuſtigationis non eſt dubiū
ꝙ iudex poteſt arbitrari, ſi perſona ſit vilis, & maxime ſi laboret
inopia. Bal. in conſil. 443. Cęcus confecit venenum.colum.2.
poſt med.lib 3.vbi etiam ꝙ poteſt extendi talis pœna ad carce-
rem temporalem, dicit tamen Bal.quod talis pœna carceris tē-
poralis imponi non debet vbi alia imponi poteſt. pœna autem
perpetui carceris clarum eſt ꝙ imponi non poteſt. Ale.in d.cō-
ſi.55.col.fi.li.7. Purpura.in l. imperium, nu.231.ff.de iur. om.
iu. Ex quibus apparet minus bene dixiſſe Iaſ. in l. & ſi legibus,
col. 2.C.ſi contra ius vel vtili. pub. vbi indiſtinctè reprobat il-
lam glo.dicens eam reprobari per d. Alex.in d.conſi. 121.vbi d.
Ale.eam non reprobat, ſed tm̄ modificat & declarat. nec eſt veri-
ſimile gloſſatorem aliud voluiſſe ꝙ doc.ita declarantes, ꝙ poſ-
ſit iudex pœnā mortis imponere ſi delicti grauitas ipſum hoc
non ſuaderet. Illud non omitto, ꝙ vbi ſumus in delicto, cuius
pœna eſt arbitraria, antequam declarata ſit pœna, iudicabitur ve
delictum, pro quo venit imponenda pęna corporalis ad effectū
ne procurator admittatur. Ita notabiliter dicit Anch.in conſi.
272. Plenè, & ſubtiliter, pro quo facit, quia ad impediendum
actum, idem iudicamus de caſu dubio & pendenti quod de cer
to.l.ſufficit.ff.de condi.inde.l.pecuniam quam.ff.ſi cer.pet.l. 1.
§.ſi pendeat.ff.ad Macedo. Ideo pendente dubio an imponenda
ſit pœna corporalis vel non, iudicabimus prout de caſu certo,
ꝙ imponenda ſit pœna corporalis ad effectum impediendi ne
procurator admittatur. His ita declaratis dico ꝙ iſte Ioan. Pi-
rardi accuſatus non reperitur congregaſſe armatos neq; conſi-
lium aliquod iniuiſſe faciendæ turbæ aut ſeditionis, tantùm præ
4 ſens fuit & conſenſit, videndum eſt † an ex ſolo conſenſu cum
præſentia, eiuſdem criminis obligetur; mihi videtur mitiori pœ-
na eum affici debere per deciſio.Sal.in l. vni.C.de rap.vir.Hip-
poly.in l.eiuſdē, col. 5.& ſeq.ff.ad leg.Cor. de ſicar.in l. ſi in ri-
xa.col.23.eo.ti.ſm breuem impreſsionē,& in l.frater.ff.de par-
rici. quod maximè videtur obtinere: quia alij congregati ſine ip
ſo omnino erant facturi. videtur tamen grauari, quia habebat
ſclopum, paratus ipſe facinus admittere, quo caſu videtur opē
præſtitiſſe, iuxta no.per Abba.in c.1.in 3. membro, de offi.dele
ga. & ſic tanquam auxiliator vr̄ puniendus eadem pœna. Bart.
in l.furti.§.ope.ff.de fur.& in l ſi ſeruo. §.fin.eo.tit.Soc.in conſ.
188.col.5. verſ. confirmatur iſta concluſio. lib. 2. Sed illud ob-
tineret, quādo maleficium ſuper quo fiebat coniuratio, eſſet im
pletum. Dec. in d ca. 1. colum. 7.in 2.limitatione. ſed ad illam
deliberationem de faciendo, ſi contingeret dominos aliquid tē-
tare contra ſubditos, non videtur præſtitum auxilium ex vſu
ſclopi. Facit regula iuris, non eſſe conſiderandum qualitatē quæ
in caſu de quo agitur, effectum diſpoſitionis non auget. Ideo qñ
in ſucceſsione feudi cōcurrūt frater vtrinq;, cōiunctus & frater
conſanguineus tantū ex parte patris, vterq; admittit, qa illud
vinculū cognationis nihil operatur in feudis in quibus agnatio
tm̄ conſideratur. Bal.in c.1.in fin.de grad.ſucce.in feud.Crot.in
rep.l.filius familias.§. Diui.col. 2.ad fi.& colum.39.in 5.q.ff de
leg.1.& in rep.l.re coniūcti.col.2.in 3.no.ff.de le. 3.Eo.modo nō
poterit cōſiderari auxilium ex geſtatione ſclopi, quæ geſtatio in
caſu de quo agebatur, neceſſaria non erat. Iſtud poſſet conſi-
derari ſi poſtea factum ſecutū eſſet, & ipſe in facto cū ſclopo p̄
ſens fuiſſet. ideo credo eſſe locum pœnæ arbitrariæ per ea quæ
ſupra dixi, qa ēt ipſi principales eſſent puniēdi pœna arbitraria,
cum ipſo in accuſato mitius videtur agendū. Et per hoc reſpon
detur etiā ad tex.in c. 1.§.cōuenticulas, de pac.iur.fir.vbi videt
conſtitui pœna vnius libræ auri ſingulis coniuratoribus, quia
iſte nō videt propriè coniuraſſe, licèt in eo loco ſe reperierit &
cogitaret facere quod alij fecerunt.l. cogitationis. ff. de pen. ad
5 hoc enim vt † quis dicatur particeps delicti ſeu delicto auxiliari
vt pari pœna cū alijs puniat, requirit ꝙ principaliter coaduna
tus fuerit animo ita coniurandi & delictū cōmittendi Bart. in
l.fin.in prin.ff.de ſicar.Pau. de Caſt. in conſi. 277 In cauſa in-
carceratorū.col.3.ad fi. latius & pulchrius in conſil.335. Viſa &
ponderata ſupraſcripta accuſatione. lib. 2. Bald. in conſil. 365.
quidam rumor. ad fi.lib. 1. Ancha.in conſi. 216.Nos Bartholo-
mæus. circa fi. Cor. in conſ. 198.col.pe.circa med.li. 2. Rurſus,
ut puniat auxiliator eadē pœna, oportet auxiliū eſſe cooperan-
tium, non ſimplex, ſine quo delictū omnino fuiſſet cōmiſſum.
Io. And. in c.fęlicis, de pœnis lib.6. Ang.in d.l.in furti.§.ope.
li.de furtis.ſequitur Iaſ.in conſi. 137. colum. pe.poſt med.lib.1.
Accuratius tamē conſideranti viſum eſt, ꝙ ſi iſte detentus iura-
uit fidelitatem dominis aſsiſtendo tali coniurationi & eam nō
manifeſtando, dicitur proditor, & egiſſe contra iuramentum fi
delitatis, quo etiam caſu committitur vltra crimen proditionis
vitium falſitatis, vt pulchrè per Ang.in conſi.257.colum.5.poſt
6 med.vbi appellat † proditorem & falſarium eum qui adhęret ini
micis dñi, eos ſequendo; vel qui reuelat dñi ſecreta, aut conſilia,
per iura ab eo allegata. tradit Alexan.in conſil. 53. colum. 3. in
principio.lib. 6. Probatur hoc a fortiori: nam ſi quis quid tale
committat contra populum ſuum ex quo ipſe eſt, dicitur ho-
ſtis & proditor & læſæ maieſtatis reus. Ange. in l. athletas. §.
calumniator.ff.de infantibus. a fortiori quando tale quid com-
mittitur contra dominum contra iuramentum fidelitatis p̄ſti-

rũ, ex quibus appareat admiſſum eſſe crimen læſæ maieſtatis: nã licèt quoad dãnandum memoriẽ defuncti & auferendũ bona filiorum, crimen læſæ maieſtatis tantum cõmittatur contra principem, vt no. Bar. in trac. qui ſint rebelles. in verbo Rebellando. Dec. in conſil. 410. col. fi. tamen quo ad puniendum ipſum delinquentem, dicitur committi tale crimen etiam contra inferiorem, puta dñm alicuius caſtri, vt pulchre Alex. tradit in d. conſ. 13. colum. 1. & ſeq. lib. 6. Brun. Aſten. in conſil. 28. licet de illo conſi. Alex. mentionẽ non faciat. Barb. in conſil. 79. colum. 13. lib. 4. Guido Papæ q. 364. licèt de hoc dubitauerit Alex. in conſi. 254. in 1. dub. Idem eſt de mente Soc. in conſil. 25. col. 2. lib. 1. vbi tamen ne decipiaris, Soci locutus eſt nimiũ animoſe, dum voluit cõmitti crimẽ læſæ maieſtatis qñ patria oppugnat, maxime qñ ſuperiorẽ nõ recognoſcit, nã cõtrariũ videt verius, & cõtrarium tenuit ipſemet Soc. latiſsime tractãs in conſ. 275. lib 2. in conſi. 57. col. 4. ad fin. & in conſi. 251. lib. 4. ſequendo Bal. in conſi. 58. col. fi. & in conſi. ſeq. lib. 1. Addo Anch. in conſ. 288. iſte. B. de Garnario. in 1. dub. Ex quibus dicet aliquis, Ergo Ale. male locutus eſt in d. conſi. 13. dum voluit cõmitti tale crimẽ ẽt contra inferiorẽ a principe. Sed dicẽdũ eſt, quòd cõtra inferiorẽ a principe & cõtra rẽpubli. nõ recognoſcentẽ ſuperiorẽ non cõmittit tale crimen quoad oẽs eius effectus, vt ſit locus oĩbus eius pœnis reſpectu filiorũ: cõmittitur tñ quatenus agit de puniendo ipſos delinquentes, ſecundũ no. in d. locis & conſi. Bal. & ſequaciũ. pro quo delicto venit imponẽda pœna confiſcationis oĩum bonorum, vt per Alex. in d. conſi. 13. Pau. de Ca. in cõſ. 171. Viſo & ponderato, col. fina. circa med. lib. 5. & ſi iſte habuiſſet aliqua iura a dñis directis, oĩa perdidiſſet ob eiuſmodi proditionẽ. Poſſet ẽt dici, q̃ iſte ſubditus interueniẽs cõiurationi cõtra dñm, puniat pœna fuſtigationis tãquam rebellis & alia pœnis arbitrarijs, per ea, quę ſcribit Bald. in conſil. 483. Magnificus dñs. col. 2. poſt med. li. 1. Nã ſi in caſu Bald. ſubditus recurrẽs ad ſuperiorẽ contra dñm cui iurauit fidelitatẽ ſine cauſa, ita punit; e fortiori, qñ adſiſtit cõiurationi cõtra ipſum dñm. Nõ dico tñ q̃ pro oĩ contrauentione aduerſus iuramẽtũ fidelitatis, amittat quis iura q̃ habuit a dño directo: nã

7 † vaſallus cõtrauenies iuramẽto fidelitatis, nõ amittit feudũ niſi in caſibus a iure expreſsis. c. 1. §. illud, q̃ fuer. prima can. benefi. amitten. doc. in c. 1. §. illud ſimiliter, co. ti. cũ ſim. vt p Ale. in conſ. 103. col. pen. poſt prin. verſ. nec. n. pro omni contrafactione. li. 2. Neq; obſtat q̃ ille coniuratio ineſficax fuerit, quia ſola deliberatio ſatis eſt, vt per Alex. in d. conſi. 13. col. 2. rurſus quo ad ipſum accuſatũ videtur conſummatũ delictũ, quia verũ eſt dicere eũ interfuiſſe cõiurationibus cõtra dñm in eius dãnũ & iniuriã, & nõ reuelaſſe cõiurationẽ factã, quo caſu dr̃ conſcius delicti, iuxta nota. per Bar. in. l. verũ. ff. de patri. nam ſubditus aut vaſallus qui fidelitatẽ dño iurauit, tenet dño reuelare quoties cõtra dñm tentatum quid nouerit. c. 1. de forma fideli. Anch. in conſil. 277. Ex prædicta facti narratione. col. 1. ad fi. verſi. itẽ dicit ibi tex. qd̃ conſiliũ eſt repetitum in conſil. 439. de quo per Roma. in ſingul. 794. Nunquid &c. Soci. in conſ. 22. colum. 2. verſi. item probatur, quia conſcius. li. 1. Et ſicut reuelans conſiliũ populi, dicit hoſtis & proditor, & committit crimen læſę maieſtatis ſm Ange. in d. l. athletas. § calumniator. ff. de infamibus. ita videt q̃ non reuelans conſiliũ contra dñm vel populum idẽ crimẽ committat, cũ eadẽ ſit ratio, & contrariorũ eſt diſciplina. l. & ſi contra ff. de vulg. Non auſim tñ contendere per hoc eſſe locũ pœnæ mortis, quia tex. in l. proditores. ff. de re militari. dicit q̃ proditores plerunq; puniuntur capite, ergo nõ ſemp. Similiter tex.

8 in l. 1. C. vt omnes iud. tam ciuil. q̃ crimi. vbi ſ Iaſ. in 2. not. vult committi crimen læſę maieſtatis, & tamen ſtatuit pœnam tantum pecuniariam. Similiter tex. in l. 2. C. ad l. Iul. maie. dicit nõ eſſe crimen læſæ maieſtatis, non implere ſacramentum, ſed illud procedit quando committitur periurium in præiudicium priuati. Nos loquimur quãdo in perſonam domini, & ea quæ ad eius iuriſditionem & honorẽ ac vitã pertinent, tex. aũt in d. l. 2. ſolũ videtur loqui qñ vertit damnũ pecuniariũ alicuius priuati, aliàs corruerent quæ Ale. ſcribit. in d. conſil. 13. nam vaſallus fidem iuratam non implens, dicitur infidelis & rebellis & venire contra iuratam promiſsionem, in tantum q̃ diligenter expreſsit d. Alex. q̃ faciens conſilium aut conſtitutionem contra dominũ, vltra publicationem bonorũ puniri debet etiã capite, licet effectus ſecutus non fuerit. Idem videtur Soci. velle. in d. conſ. 275. col. 1. verſ. ſequit ẽt Ang. vbi vult pœnã eſſe capitalẽ, licèt dicat non eſſe crimẽ læſæ maieſtatis, pp ſeditionẽ. ¶ Iſtud tñ non fuit

mẽ contra iſtum Pitardũ, qui non probat iniuiſſe conſiliũ aut coniurationẽ, ſed tãtum interfuiſſe caſualiter. In qua re dupliciter peccauit. Primò quia cũ vidit fieri tractatũ contra dños, non debebat præſens adeſſe tacite conſentiendo prout verbis declarauit in ſua reſponſione. ¶ Secundo deliquit non denunciando, cum poſſet probare. Deliquit etiam, quia interuenit cum alijs coniuratoribus accedendo armatus, cum ſciret deferri arma cõtra dominos. Ideo vltra publicationem bonorum nõ male forte puniretur caſtigatione aliqua corporali, præcipue ad terrorẽ aliorum, vt ne in euentens tempus eiuſmodi coniurationes ab alijs tentẽtur. Sed tamen qualitates non parum a iudice ſunt animaduertendæ prius q̃ veniatur ad tantam pœnam, maxime quando agitur contra multitudinem. vt hic. Conſiderandũ eſt etiam an per laſciuiam ruſticitatis quid actum ſit: nam tũc etiã publicationi bonorum locus non videtur. l. capitalium. §. ſolet. ff. de pœnis. & licèt nõ loquatur ille tex. in ſubdito ita delinquẽte contra dominum, tamen ratio tex. ponderanda eſt ad mitigationem pœnæ. ¶ Vbi autem committitur ſeditio nõ contra dominum, ſed contra rem publicam, quæ pœna imponatur. ſi quidem agitur de corporali aut autore ſeditionis, locus videtur pœnæ capitali. l. 3. §. item qui actor. ff. ad legem Corne. de ſica. Sed tex. in l. ſi quis aliquid. §. autores. ff. de pęnis. dicit q̃ euctores ſeditionis populo concitato pro qualitate dignitatis aut in furcam tolluntur, aut beſtijs ſubijciuntur, aut in metallum damnãtur: quę pœnæ omnes videntur capitales. alijs autem non autoribus ſeditionis mitior pœna videtur imponenda. arg. d. iarium ab oppoſitis. ¶ Grauiter tamen animaduertẽdum eſt in ſeditioſos, quia ſcelus ipſum grauiſsimum eſt, in tantum q̃ punit

9 † quis ex ſola ſuſpitione ſeditionis, licèt nondum ſeditioſus ſit, pœna relegationis & pecuniaria. Bal. in conſi. 502. Cum ciuitas Sauone. lib. 5. ¶ De ſimilibus tamen cauſis non ita audie cõſilia reddo. Plane deſideranti mag. d. Io. Iacobo ex dominis Rippaliæ & Orbazani non potui non morem gerere tum eius nomine, tum eorum etiam quibus neceſsitudine iungitur, iuriſus quibus nihil non debeo & debere volo. Prudens ergo iudex accurate ad omnia animaduertet præcipue etiam ad multitudinẽ innocentium, ob quam alleuiare pœnas oportet: gl. in c. dilectus filius, in verſi. multitudo. de ſimo. Ang. in l. is qui opem. ff. de fur. vbi q̃ propter multitudinem auxiliantium delinquenti, non puniuntur auxiliatores eadem pęna, qua delinquens. allegat tex. in l. pen ff. de ſicar. & gloſ. in l. aut facta, in glo. pen. ff. de pęn. alibi dicit glo. in c. latores, de cleri. excom. vel depoſ. q̃ ob populum multum, crimen pertranſit inultum. Taurini. 26. Septem. 1534. ¶ Aymo Crauetta ex Sauili. Doc. ſplendidiſsimus.

S V M M A R I V M.

1 *Inuentarium, quando conficitur, citari debẽt omnes quorũ intereſt nominatim, quando ſunt certi, & etiã incerti quando de facili poteſt quis de eis certificari.*
2 *Numerus pluralis non verificatur in vno.*
3 *Fama debet eſſe probata, quòd aliquis ſit tutor alicuius, et quòd adminiſtrat facultatem.*
4 *Ignorantia in facto alieno non excuſat, vbi quis tenetur inueſtigare, vel vbi quis de facili certior fieri poteſt.*
5 *Paria ſunt ſcire, vel ſcire debere.*
6 *Tutores citati ſi non cõparent, tunc vocari debent affines, vt pupillus defendatur.*
7 *Reſtitutio in integrum non datur maiori, niſi ex iuſta cauſa.*
8 *Ex publica ignorantia non conceditur reſtitutio.*
9 *Voluntas teſtatoris præſumitur conformis iuris diſpoſitioni.*
10 *Error iuris in doctore, dolo aſcribitur, nec excuſatur.*
11 *Error iuris nõ nocet maioribus quoties agitur de vitãdo dãno.*
12 *Hæres cum beneficio inuentarij non poteſt contrauenire facto defuncti, quatenus hæreditas ſoluendo eſt.*

CONSILIVM CCXXV.

¶ Pro magnifico domino Sinfredi contra magnificum dominum Ioan. Michaelem Cacheranum dominum Enniarum & ex dominis Bricherazij ducalem aduocatum & conſiliarium.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. De tribus principaliter quæritur in hac cauſa magnifici domini Sinfredi contra magnificum dominum Ioã. Michaelem Cacheranum dominum Enniarum & ex dominis Bri-

Bti:heraxij. Primo an inuentariũ ipſius dñi Ennîarum dicatur
legitime factum.¶ Secundo,ſi ſit nullum, an concedenda ſit re-
ſtitutio in integrum ipſi domino actori aduerſus ſolennitatem
omiſſam in confectione ipſius inuentarij. Tertio,ſtãte validita-
te ipſius inuentarij, an fundata dicatur intentio ipſius domini
agentis,qui id agit vt vendicet & recuperet grãgiam vnã alie-
natam per defunctum fratrem ipſius domini agentis in ipſum.
d. Sinfredi contra prohibitionem patris de non alienãdo: & q̃a
hæreditatem fratris adiuit,ob id factum impugnare nõ poteſt,
executionem capiat ab aſſerto inuentario. Circa primum dubiũ
videretur dicendum prima fronte, inuẽtarium ipſum legitimè
habitum & impletum eſſe: nam fuit citatus affinis ipſius d. Sin
fredi,qui tutor eius reputabatur ergo valida videtur citatio in
perſonam tutoris putatiui. argu.l.ſi poſt. ff. de conſti. pecu. vbi
ſi quid promiſſum ſit hæredi putatiuo, euicta hæreditate per
verum hẽdem, actio ex illa promiſſione competit vero hæredi
euincẽti,& ſic factũ hæredis putatiui valet, & hæredi legitimo
proficit. Ad idem tex. in l.ſi.ff.de eo qui pro tutor. vbi q̃ tutori
putatiuo competit iudicium pro tutelę aduerſus eum cuius bo
na adminiſtrauit. ¶ Sed præmiſſis non obſtantibus contrarium
1 puto de iure verius,q̃ immo tale inuentarium non teneat. †nã
ad inuentarium citari debent quorum intereſt nominatim quã-
do ſunt certi. Bar. & doc. in l.ſi.in priu. C.de iure deliberan. Bal.
in l.fin. in 4.q. C.de edicto diui Adri. tollen. Alex. in conſil. 5.
col. 1. lib. 2. Deci. in conſil. 551. colum. 3. in ſi. & in conſil. 633.
col. 3. circa med. dixi in conſi. 89. in fin. Immo etiam incerti
ſunt in ſpecie citandi quando de facili poteſt quis de eis certi-
ficari. Anch. in c. ſi. per illum tex. de elect. lib. 6. ſequitur Alexã.
in d. conſi. 5 col. 1. lib. 2. Deci. in d conſ. 551. col. 4. Ideo cum per
ſona domini Sinfredi eſſet certa, debuit nominatim citari vel
ipſe pupillus, vt legitime compareret & opponeret. Bart. in l.j.
§. ſufficit. ff. de admi. tuto cum ſimi. vt per Dec Neapoli. deciſ.
262. circa princ. Sed tamen dubitabile hoc videtur q̃ pupillus
citari poſſit, vt legitime compareat, vt Alex. ſcribit in l. neque
impuberes. ff. de in ius vocan. Dec. in conſil. 449. colum. 2. in
fin. ideo citandus erat tutor nomine pupilli, vt habetur in l. cõ
tra pupillum. ff. de re iudi. & in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verbor.
oblig. Itaque aut tutor dñi Sinfredi erat certus & is citãdus erat
nominatim: aut incertus, & nunc citandi erant proximiores
agnati & cognati ipſius pupilli. l. hæc autem. §. non defendi.
ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur. vbi Bart. Bald. in conſ. 340. Tria
ſunt. in ſi. li. 2. Alex. in d. l. neq; impuberes. ff. de in ius vocan. in
d. l. contra pupillum. ff. de re iudi. & in d. l. ſi ex legati cã. ff. de
verb. oblig. Simile videmus quando agitur vt curator detur bo-
nis abſentis, oã citandi ſunt proximiores abſentis ad quos perti
net proxima ſucceſſionis cauſa. Ale. in conſ. 107. col. 1. li. 5. qua-
re pondero q̃ tex in d. l. hæc aut. §. non defendi, dicit citãdos
eſſe tutores ſi habeat pupillos, aut cognatos ſi tutores nõ hẽat
2 in numero plurali, ob id nõ ſufficeret citatio vnius cognati aut
pximioris. † q̃a numerus pluralis non verificatur in vno. l. vbi
numerus ff. de teſtibus. l. ſi ff. ad Trebellia. l. Meuius. §. eum qui,
& ibi nota. ff. de leg. ſecũdo. regu. pluralis locutio, de reg. iuris,
lib. 6. Ideo ſi in reſcripto mandatur citationem fieri in locis vi-
cinis per edictum, non ſuffiett ſi fiat citatio in vno loco. Rota
deciſ. 79. Si committatur. in nouis. & dec. 522. nota. quòd ſi
committatur. in antiquis. Simile videmus in ſtatuto per quod
requiritur conſenſus conſanguineorum in contractu, quia plu-
res debent conſentire ſi plures ſunt, vt habetur in l. 1. C. vnde
vir & vxor. immo videtur q̃ omnes conſanguinei vocari de-
beant aut citari. Ang. in conſ. 289. Viſo facto & ſtatutis. vbi
quando ſtatutum mandat citari proximiores alicuius, omnes ci
tari debent, quia illa indiffinita Proximiores, æquipollet vni-
uerſali, & perinde eſt ac ſi ſtatutum mandaret citari omnes pro
ximiores. & iſtud ſine dubio videtur procedere in caſu noſtro,
in quo ratio quæ eſt in pluribus, non verificatur in vno: quia ſi
plures conſanguinei citentur, licèt vnus pupillum non defen-
dat, alij tamen veriſimiliter defenderent: quo caſu quando ra-
tio quæ eſt in pluribus, non militat in vno, nunquam numerus
pluralis verificatur in vno. Bar. in l. 1. ff de optio. lega. cum ſi-
mi. vt per Dec. in conſil. 471. colum. 2. ¶ Sed in caſu noſtro ne-
que dominus Sinfredi pupillus citatus eſt, vbi pupilli citatio
ſufficeret, neque proximiores conſanguinei citati ſunt ad in-
uentarium, ſed citatus fuit vnus affinis tantùm, & ſic peccat
citatio aut corruit in tribus. Primo, quia tutor verus citatus nõ
eſt. Secundo, quia vbi tutor verus non fuiſſet, citandi erãt con-
ſanguinei aut cognati proximiores non etiam affinis non con-
ſanguineus neq; cognatus. Tertio, quia vbi ſufficeret citatio af-
finis, quæ ipſa tamen minime ſufficit, adhuc plures citandi erãt
non vnus tantùm. ¶ Non obſtant modò allegata in contrarium,
q̃ iſte affinis haberetur pro tutore: quia reſpondeo multis mo-
3 dis. † Primo quòd non fuit probata fama aliqua quod haberet
pro tutore, iuxta no. in l. de minore §. pluriũ. ff. de quæſt. Nec
ſufficit q̃ teſtes dicant aliquem fuiſſe habitum & reputatũ pro
tali ſed requiritur q̃ ipſi viderint ita haberi & reputari. Cor. in
conſil. 87. in ſi. li. 3. Probandum etiam erat q̃ talis vt tutor tu-
telam ipſam adminiſtrabat: quia etiam verus tutor nihil poteſt
gerere ad præiuditium pupilli, niſi tutelam gerat, & admini-
ſtret. l. 3. §. ſed quod de tutore. ff. iudi. ſolui. vbi doct. l. & ſi plu-
ribus. ff. de authorita. tuto. Deci. in conſ. 479. col. 2. Cur. Iunioc
in conſil. 29. columna ſecunda poſt medium. ¶ Secundò reſpon
deo, quòd text. in d. l. hæc autem. §. defendi. mandat citari tuto-
res: & ſic inueſtigare debebat dominus agens, an eſſent alij tuto
res præter affinem aſſertum tutorem putatiuum. Nec releuat
quòd ignoraret dominus agens eſſe alium tutorem, niſi probet
quòd inueſtigauerit an alij eſſent tutores: quia per talem inue-
ſtigationem de facili fuiſſet certificatus an alij fuiſſent tutores,
ob id non excuſat incertitudo perſonæ nominatim citandæ quę
de facili potuiſſet certificari, vt per Anch. in d. c. ſi. de elect. li. 6.
Alex. in d. conſil. 5. colum. 1. lib. 2. Deci. in d. conſil. 551. col. 4.
4 †Et eſt generaliter verum, q̃ ignorantia in facto alieno non ex-
cuſat, vbi quis tenetur inueſtigare ſeu vbi quis de facili certior
fieri poteſt. l. regula. §. ſed & facti. in verſi. diligenter inquiren-
do. ff. de iuris & facti igno. no. in l. error. C. eo. tit. & in l. quãdiu.
5 C. qui admitti. nam † paria ſunt ſcire, vel ſcire debere. l. quod te.
ff. ſi cer. peta. ¶ Ideo cum tex. mandat tutores citari, in neceſſa-
rium antecedens præſupponit q̃ inueſtigare quis debeat de ip
ſis tutoribus. Simile videmus, mandat lex q̃ antequam mittatur
quis in poſſeſſionem, citetur poſſeſſor: nam inquiri & inueſtiga
ri debet quis poſſeſſor ſit, nec excuſatur miſſus q̃ ignoraret p-
ſonam poſſeſſoris. l. meminerit. C. vnde vi. Bald. in l. fin. in ter-
tia quæſtione. C. de edicto diui Adria. tollen. Alexan. in d. con-
ſilio 5. colum. prima. & in conſil. 83. colum. 4. lib. ſecundo.
¶ Tertiò reſpondeo, poſito, iſte affinis tutor putatiuus fuiſſet
aut ſe tutorem aſſeruiſſet, ob id citatio alia conſanguineorum
facta non eſſet, tamen factũ talis tutoris putatiui pupillo non
noceret. toto tit. ff. q̃ falſo tuto. auto. ¶ Quartò reſpondeo, poſi
to, affinis verus tutor fuiſſet, tamen cum alius etiam tutor fuiſ-
ſet, & ſic plures tutores pupillus haberet: citatio vnius tutoris
tantum non vr̃ ſufficiens, qñ ille citatus non comparuit, ſed tũc
inquirendũ erat an alios tutores pupillus haberet: qui citarent.
ſufficit enim citatio vnius ex pluribus tutoribus qñ citatus cõ-
paret & cauſam pupilli defendit: ſed quando tutor vnus cita-
tus non comparet, alij debent citari gl. in l. ſecũda. C. ſi ex plu-
6 ribus tutor, vel curator. † Amplius, quando ſunt plures tutores
& omnes citantur, ſi nullus comparet pro defenſione pupilli,
videntur tunc agnati vocandi. dicta l. hæc autem. § defendi. ff. q
bus ex cauſis in poſſ. eatur. arguendo ab identitate rationis: Nã
ibi vocantur cognati & affines quando pupillus tutores non
habet, qui ipſum defendant: ergo idem ſi habeat qui tamẽ non
defendant, quia eadem videtur ratio. Niſi dicas eſſe rationẽ di-
uerſitatis, quia vbi tutores habet, ipſi tenentur pupillo ſi nõ de-
fendãt. Sed ſatis eſt q̃ vbi tutores plures ſunt, omnes citari de-
bent ſi citati non comparent, neq; defendunt. neq; excuſari po
teſt pars q̃ ignoraret plures eſſe tutores, quia vt primùm vidit
quòd citatus non comparuit, debebat inquirere an alij eſſent tu
tores, maxime quia illud cogitare debebat q̃ pupillus tanti no-
minis & tantarum opum non legitimis tutoribus vacaret. ¶ Ex
præmiſſis diſſolutum habetur primum dubium, q̃ inuentariũ
domini agentis viribus non conſtat, quatenus agitur de præiu-
dicio ipſius domini Sinfredi non legitime citati: valere tamen
poteſt quo ad alios creditores aut legatarios legitime citatos,
& ſic valebit inuentarium quo ad citatos, & nullum erit quoad
non citatos. Ita Bar. in conſ. 194 Maritus fecit hæredem col. ſi.
Bald. in conſil. 267. Inuentarium hæredis. lib. 3. ¶ Venio nunc
ad ſecundum dubium, an reſtitui debeat agens in integrum ex
capite ignorantiæ, quia ignoraret alios eſſe tutores? Breuiter re-
ſpondeo q̃ non, ſequentibus fundamentis. & primo conſidero
7 quòd † reſtitutio in integrum non datur maiori niſi ex iuſta
cauſa, vt in verbis edicti prætoris, Si qua mihi iuſta cauſa eſſe
videbitur l. prima. §. finali. ff. ex quibus cau. maior. ideo non

datur reſtitutio negligentibus.l.non enim.ff.eo.tit. Bar. in l.ſer uo inuito.§.cum prætor.ff ad Trebellia.& in l.1.in fi. C.de ſen. aduer.fiſcum,lib.10.vbi loquitur Bart.in eo qui negligit appellare, quòd non reſtituitur in integrum,tradit Alex. in d.l.1.in prin. ff. ex quibus cau. maior. Sed nulla iuſta cauſa in domino actore eſt cur ad integrum reſtitui debeat,non enim allegat impedimentum aliquod, cur dominum Sinfredi legitimè citari facere non potuerit. Neque oſtendit quod fecerit citari eum qui pro tutore habebatur:quia ad iſtud abundè reſponſum fuit ſuprà in primo dubio. Rurſus non obſtat, quod ignoraret alios tutores eſſe ſeu qui alij tutores eſſent,quia non reſtituitur quis in integrum ex capite ignorantiæ,niſi ignorantia ſit iuſta & probabilis. Alex. in d.l.1.ff. ex qui.cau.maior. Idem ſi quis alleget ignorantiã eius
8 de quo publica eſſet fama, ex tali ignorantia non † conceditur reſtitutio. Roma.in conſi.127.Poſito quod dominum.in fine.Similiter non conceditur reſtitutio ex capite ignorantiæ in facto proprio Are.in conſi.15.in fine, licèt in caſu illo contra eccleſiam non audeat Aretin decidere. ¶ Sed in caſu ſimili contra cõmunitatem ita decidit Soci.in conſi.194.vbi quòd communitas non reſtituitur in integrum propter inſtrumenta de nouo reperta, quæ iuris præſumptione dicebantur eſſe apud ipſam cõmunitatem. Et quòd ex ignorantia iniuſta non detur reſtitutio in integrum,tradit Feli.in c.vigilãti,col.2.de præſcriptio.¶ Sed iſta ignorantia, quòd pupillus non haberet alios tutores, nõ eſt iuſta neque probabilis,quia remoueri poterat & debebat ignorantia inquirendo, & inueſtigando an alij eſſent tutores;de qua inquiſitione non modo non fides habita eſt, immo nec allegatur talis inquiſitio. Planè conſtat non excuſare impedimentum quod tolli. l poteſt.l.ſed & ſi per prætorem. § hæc clauſula.ff. ex quibus cau.maior.l. quibus diebus,in princ.vbi Soci. in tertio nota. ff.de condi. & demon. l. qui poteſt facere.ff.de regulis iuris.c.finali.de electio. ca. 2. vbi Deci.in quarto nota.de teſtibus.c.cum ſit Romana,de appellatio.cum ſimil. Et in terminis ignorantiæ,quod non excuſet quando inueſtigando & inquirendo illa tolli poteſt,vbi quis tenetur inueſtigare,eſt tex.l tertia.§.ſed ſi ſic.ff.de in rem verſo.l.qui hominem.§.ſi nullo. ff. de ſolutio. & ſupra dixi in primo dubio, immo ſic ignorans dicitur in lata culpa.Pau.de Caſt.in conſi.295.Viſo ſuprascripto puncto. colum. 1. poſt medium libro primo. & talis ignorantia quando quis tenetur inueſtigare,dicitur habere mixtam negligentiam non inueſtigando.Pau.de Caſt.in conſi.168.Viſo puncto ſuprascripto.circa fi.lib.ſecundo. Itaque dum allegat dominus agens ignorantiam circa tutores, magis allegat eius negligentiam in non inueſtigando de perſonis tutorum, quàm iuſtam ignorantię cauſam.Sed negligentibus iura non ſubueniunt.d.l.non poteſt.ff.ex quibus cauſis maior.l. ſi pupillus in fi. ff. de his quæ in frau credit. ob id proponere debebat dominus agens quòd fecerat quod in ſe erat, inquirendo & inueſtigando qui eſſent tutores. nam quando lex mandat citari perſonas aliquas,debet de eis inquiri & inueſtigari.d.l. meminerint. C.vnde vi. Bal.in d.l. fi.in tertia quęſtione.C de edicto diui Adria.tollen. Alexan.in d.conſ.5.col. 1.lib.2.Similiter tenetur quis inueſtigare quando id agit,vt ſibi ius acquirat.l.qui cum alio.ff.de reg. iuris. Pa.de Caſt.in conſ.199 licèt iſta ſit quæſtio.col.fi.lib.1. Addo tex. in l.qui in alterius.ff.de regulis iuris. vbi quod in hærede agente non toleratur ignorantia facti defuncti, quia anteq̃ ageret,debebat inueſtigare.tradit Anchara.in conſil. 170. Principaliter. col.fina. Sed dominus agens tanquam hæres nõ poteſt agere ad iſta bona,ob id venit ad inuentarium vt agere poſſit: ergo tenebatur inueſtigare de perſonis citandis. ¶ Secundo reſpondeo ad iſtam ignorantiam quod illa non excuſat in his quæ communiter eſſe conſueuerunt. puta,ſi ordinarius procedit contra religioſos qui communiter conſueuerunt eſſe exempti,non enim excuſatur ſi dicat ſe ignoraſſe eorum priuilegium. Pau. de Caſt. in conſilio 431.Videtur dicendum quod dicta condemnatio. colum. 3. lib.1. allegat no.per Bar.& doct.in l.1 C.de ſum.Tri. & fide cathol. vbi quod forenſis delinquens in loco,non excuſatur ſi dicat ſe ignoraſſe ſtatuta illius loci, ſeu illud prohibitum eſſe in loco per ſtatutum quando per ſtatuta aliorum locorum tale quid communiter prohibitum eſſe cõſueuit. ¶ Sed communiter tales pupilli ex nobili & magnifica familia in opibus ampliſsimis abundantes non conſueuerunt carere tutoribus pluribus,ob id non videtur excuſandus agens quod ignorauerit tales tutores. facit quod dicitur,non præſumi ignorantiam in facto notabili. Rom.in cõſ. 481.Præſentis.col. 1.poſt med.Sed tutela vnius pupilli magnifici & ampliſſimi dicitur factum notabile,ergo &c. ¶ Tertiò reſpondeo quod in dubio teſtator cenſetur prouidiſſe circa tutelam prout ius diſponit, quia voluntas teſtatoris præſumitur cõ-
9 formis † diſpoſitioni iuris.l.quarto.§.inter locatorem.ff.locati. l.Gallus.§.1 ff.de lib.& poſthu.l.ſi duo. ff de acquiren.hæredi. Bar.& doc.in l.hæredes mei §.cum ita.ff.ad Trebel. Ideo in dubio præſumendum erat quod pater pupilli prouidiſſet de tutoribus pupillo prout ius diſponit,id eſt de proximioribus,non de affine,non agnato neq; cognato, & qui ad ſucceſſionem pupilli venire non poterat, ob id non excuſatur dominus agens faciendo citari affinem tanquam tutorem,cum præſumptio iuris ſit contra eum. nam ignorantia eum non excuſat,contra quem iuris præſumptio eſt,l.inter omnes.§.rectè,vbi Bar.ff.de furtis. Soci. in d.conſi.194.colum. 2.lib. ſecundo. Felin.in cap.quoſdam,de pręſumptio. cum ſimil. ¶ Quartò reſpondeo, quòd dominus agens tractat de lucro, vt grangiam a fratre venditam,lucri titulo habeat: dominus autem Sinfredi tractat de damno,ne pretium & bona amittat. ſed vbi agitur de lucro, ex capite ignorantiæ non datur reſtitutio maiori, quia excuſat ignorantia in damno vitando,non etiam in lucro faciendo. glo. in l.in ſumma.§.ſi ſeruum.ff.de conditione indebiti,per tex.in §. res legata verſi.ſi verò,inſtitu.de leg.no. Alex.in conſi.7.in fi. lib.7. Deci. in reg. qui in alterius. ff.de reg.iur. Et in terminis reſtitutionis in integrum quod illa non detur ex capite ignorantiæ quando agitur de lucro cum iactura alterius,eſt tex.in l.ſciẽdum,vbi Bart. ff.ex quibus can. maior.not. Bar.in l.1.in prima quæſt. C.de annali excep. ſequitur Deci.in conſi.261. col.pe.in fi.verſi.poſtremò concluſioni ſupra factæ.Pro quo facit dictum Bart. in l.qui fundum.§.ſeruus meus. ff.pro emptore.vbi quod obliuio aut ignorantia allegari non poteſt ex lapſu longi temporis quando agitur de lucro:ſed ſolum vbi agitur de damno: quod dictum Bartol pro ſingulari & menti ſemper tenendo, ſequitur Alex.in §. ſi quis agens. col. 8. inſti. de actio. Curtius Iunior in conſilio. 120. colum. 4. circa med. Ad idem adduco quod ſcribit Curt. Senior in conſi. 59. colum. penul poſt med.vbi quod reſtitutio in integrum nõ datur aduerſus lapſum temporis ad recatandum, quando terminus recatandi fuerat conceſſus ex mera liberalitate,quia tunc non agitur de damno,ſed de lucro. ¶ Videmus nõ competere reſtitutionem in integrum domino agenti ex cauſa aſſertæ ignorantiæ facti quòd ignoraret factum,id eſt alios eſſe tutores qui citarentur ad inuentariũ.¶ Sed dicit dominus agẽs, quod reſtitui debet in integrum:quia errauit in iure non inquirendo & inueſtigando de perſonis tutorum, qui citarentur: error autem iuris excuſat a dolo.l. ſed & ſi lege.§.ſcire,vbi nota. ff.de peti. hæredita.¶ Ad iſtud reſpondeo,quòd error iuris licèt excuſet a dolo a quo excuſat cauſa quælibet etiam iniuſta, non tñ excuſat a culpa,immo errans in iure dr̃ in lata culpa. l. liberorum.§.notanter.ff de infam. l.latè. ff.de verborum ſignificatio. Barto.in l.non fatetur, colum. tertia ff.de confeſſ. Ratio huius eſt,quia leges ab omnibus ſciri debent l. leges ſacratiſsimæ. C. de legibus.l.conſtitutiones.C.de iuris & facti ignoran. Nunc dicitur quod error iuris dicitur cauſa iniuſta. gloſſ.in l. plagij. 2. C ad leg.Flauiam.de plagi. Ale. in conſil. 1 r 2 colum. fina. lib.1. ſi error iuris dicitur lata culpa & cauſa iniuſta, quomodo ob errorem iuris concedetur reſtitutio in integrum maiori,quæ non conceditur niſi ex cauſa iuſta?dicta l. prima in fine. ff.ex quibus cau.maiores,& ſupra latius dictum eſt. ¶ Secundò reſpondeo, quod ſi conceditur reſtitutio in integrum propter ignorantiam facti,quæ dicitur cauſa iuſta, quia factum etiam prudentiſſimos fallit.l 2.ff.de iuris & facti ignoran. & hoc quando agitur de lucro cum iactura alterius,vt ſupra viſum eſt: quantominus permiſſa erit reſtitutio ex ignorantia iuris, quę dicitur cauſa iniuſta & lata culpa,l.quanto magis,ff.de iureiuran. authen. multo magis. C. de ſacroſanct. eccleſ. ¶ Tertiò in terminis quod maior errans in iure,non reſtituatur in integrum, adduco Bartol.in l. cum fideicommiſſum,colum.ſecunda. verſicu.quarto ad aduerſus.ff.de confeſſ.& in l.1.§.edictum.ff.de ſepara.bono. Corn.in conſil. 244. colum. 4. lib.4 vbi tamen Cor. de Bar. memoriam non habet. maximè autem concedi non debet reſtitutio ob iuris errorem domino agenti viro iuriſconſulto & patrono ſeu aduocato non obſcuro illuſtriſſimi Caroli Ducis Sabaudiæ. in viro enim doctore iuris error minimè ſuſtinet, vt ei reſtitutio concedatur.glo.in l.profeſsio.C.de mune. patri.lib. 10. gl. Bar. & doct.in l. 1.C.qui.& aduc.quos Alex.in l.ciuitas.colum. 4.ff.ſi in cer. peta. Guido Papæ, quæſtio.88. ante finem. † Ideo error iuris

iuris in iuriſperito dolo aſcribitur. l.3. vbi declaratur per ſcriben.ff. quod quiſque iuris. Hinc videmus ꝙ licèt excuſet error iuris qñ peritiores quis conſuluit, doctor tamen errans in iure non excuſatur, licet conſuluerit peritiores, quia iura per ſe ſcire debet. Bar. in l. in bonorum. in fin. ff. de bon. poſſ. Salic. & Mod. in l. iuris ignorantia. C. qui admit. Sed hoc ſanè intelligo in caſu noſtro in quo dominus agens tractat de lucro, dominus autē Sinfredi de damno. Planè vbi maior etiam doctor tractaret de
11 damno vitando, alius de lucro, aliud dicerem: quia † error iuris non nocet maioribus quoties agitur de vitando damno. l. iuris ignorantia. ſecunda, & l. ſequēti. ff. de iuris & facti ignor. quod procedit etiam in doctore tractante de damno. glo. pragma. in tit. de colla §. item. vt de cætero. in verbo ſciētia. char. 98. quod tamen intelligendum eſt probato errore: ꝙ non præſumitur error iuris, ſed probari is debet, vt habetur in d. l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de pet. hære. De qua materia an probari debeat error iuris & quomodo probetur, latiſſime aliàs ſcripſi, ſed hic tractare non expedit. ¶ Quòd autem dominus agēs tractet de lucro, patet, quia aſpirat ad hæreditatem: ſed hæreditas etiam aſcendentis dicitur haberi ex titulo lucratiuo niſi conſtaret ab initio hæreditatem ſoluendo non eſſe. Alex. in l. inter ſtipulantē. §. ſi rem. ff. de verb. obl. ampliando tex. in l. ſi emancipata, cum gloſ. C. de iuris & facti ignor. no. Dec. in l. in eo qđ vel. ff. de reg. iur. ¶ Ex præmiſſis abundè & clarè ſatis videtur explicatum ſecundum dubium. Reſtat vt videamus de tertio dubio. Poſito & nō conceſſo, inuentarium legitimè eſſe confectum, an illud releuet dominium agētem? Super quo dubio breuiter reſpōdeo ꝙ nō, niſi probet agens hæres fratris, ꝙ hæreditas fratris ſoluēdo nō
12 ſit: nam etiam † hæres cum beneficio inuentarij non poteſt cō trauenire facto defuncti quatenus hæreditas ſoluendo eſt. gl. & doct. in l. ſi. §. in computatione. C. de iure delibe. Rom. in conſ. 28. in fi. Pau. de Caſt. in conſ. 370. quia in ſupraſcripto conſil. col. 2. lib. 2. Alex. in conſ. 60. col. 2. lib. 3. Dec. in l. ex qua perſona. ff. de regu. iu. Sed hoc probatum non fuit ꝙ hæreditas fratris non ſit ſufficiens ad bona alienata, immo dicitur hæreditatem ſoluendo eſſe. ¶ Quod ipſum tamen probari videtur ex ſola inſpectione inuentarij, ſi legitimè factum eſſet: nā pōt hęres dicere, Nō ſunt plura bona in hæreditate, & qui contendit contrarium, tenetur probare. l. ſi. §. licentia. C. de iure delibe. glo. in l. cum de lege ff. de proba. Roma. in conſil. 252. Dubitatur, in fi. & in conſi. 271. Viſis, in fine. Pau. de Caſt. in conſil. 242. Supradicta omnia quæſita. col. 2. in ſecundo dubio. lib. 1. Alexan. in conſil. 41. in fi. li. 3. in conſ. 71. col. fi. lib. 4. & in conſ. 16. col. fi. li. 5. Cor. Senior in conſ. 27. col. 9. verſ. ſed contra præmiſſam concluſionem. vbi ꝙ iſta eſt cōis ſnīa. Idē tenet Iaſ. in l. cū ex cauſa. ff. de re iudica. & in l. ſi conſtante. col. 9. ff. ſol. matri. & in conſ. 34. col. 3. in fi. lib. 1. Guido Papæ q. 142. Cur. Iu. in cōſ. 150. col. 5. poſt medium. vbique gl. in d. l. cum de lege, eſt cōiter approbata. Illam ēt gl. ſequitur Goza. in conſi. 94. col. 7. poſt med. ¶ Itaque habita æſtimatione bonorum ad inuentarium deſcriptorum, facilè futurum ſit iudicium an hæreditas ſoluendo ſit, non præſtita alia probatione ꝙ plura ſint. ¶ Ex abundanti tamē diſcuſſum fuit tertium dubium ſtante nullitate inuentarij ex defectu citationis pupilli citra remedium reſtitutionis in integrum. vt in primo & ſecundo dubio latius viſum eſt.

¶ Taurini, ſexta Octobris 1534. Dicta fuit ſententia in fauorem magnifici domini Sinfredi per magnificum Senatum Ducalem Taurini ordinariè reſidentem. Aymo Crauetta à Sauiliano. Iuris Vtriuſque Doct.

S V M M A R I V M.

1 *Præſcriptio ſeruitutis viæ impletur annis x. inter præſentes xx. inter abſentes, etiam ſi non probetur titulus.*

2 *Seruitus probari debet tanquam ex titulo allegato & neceſſario debet concludere.*

3 *Cauſa ſeruitutis allegata debet eſſe certa, intelligibilis, apta, & cohærens.*

4 *Is cui ſeruitus debetur, non poteſt eam duriorem facere inuito eo, qui ſeruitutem debet.*

5 *Præſumitur quis poſſediſſe ex præcedenti titulo.*

6 *Reſeruatio præſupponit ius reſeruatum antecedere: quia quod non eſt, reſeruari non poteſt.*

7 *Ignorans defectū alicuius actus, non poteſt dici illū approbare.*

8 *Actor ſicut tenetur probare fundamentum ſuæ intentionis, ita tenetur reus probare fundamentum ſuæ exceptionis.*

9 *Præſentia ſola cum taciturnitate non inducit renunciationē iuris ſui, ſed requiritur conſenſus expreſſus.*

10 *Vbi agitur de graui præiudicio, præſens & tacens conſentire non cenſetur.*

11 *Creditur teſtibus deponentibus affirmatiuam potius quàm teſtibus deponentibus negatiuam.*

CONSILIVM. CCXXVI.

¶ De præſcriptione ſeruitutis.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Licèt abundè ſcriptum videatur per eximium iuriſconſultum dominum Michaelem Biancheti veluti fratrē honorandum, tñ ne inertis opera videatur deſiderata, non nihil & nos ſcribere conſtituimus ad formandam concluſionē memorati dñi cōſulentis. ¶ Principiò igi
1 tur conſiderandū eſt, † p̄ſcriptionē ſeruitutis viæ licèt ſit diſcō tinua, impleri annis x. inter p̄ſentes & xx. inter abſentes, qñ allegatur titulus, ēt ſi ille nō probet, quia ex curriculo tanti tpis p̄ſumitur titulus allegatus, vt no. in l. ſeruitutes. la grand. ff. de ſerui. in l. qui in aliena. § j. ff. de acqui. hære. in l. ſi certis annis. C. de pac. in c. ſi diligenti, de præſcrip. & in c. de quarta, vbi Fe
2 li. eo. tit. Requiritur tñ † probatio ꝙ vſus quis fuerit tali ſeruitute tanquam ex titulo allegato: nam probatio debet de neceſſitate concludere. l. non hoc. C. vnde cogna. c. in præſentia, de proba. ideo non valeret conſequentia, Hodie allego talem titulum ſeruitutis, ergo in præteritum iſta ſeruitute vſus ſum ex titulo allegato, quia vti potuiſſem ex alia cauſa puta iure precarij vel familiaritatis, ita concludit Alex. in conſil. 108. ad finē lib. 5. in conſil. 113. lib. 1. & in conſ. 75. colum. fina. li. 4. Iaſo. in d. l. qui aliena. in prin. col. fin. verſ. eam etiam tenet. ff. de acquir. hęre. ¶ Confirmatur hoc optimè a ſimili argumento: probans conſuetudinem eſſe quòd maſculi excludant fœminas, non ſufficeret ſi probaret quòd fœminæ fuerūt excluſę per maſculos, niſi probet quòd excluſæ fuerunt ex cauſa conſuetudinis: quia nō ſequitur, Fœminæ fuerunt excluſæ, ergo inducta conſuetudine excludendi: nā excludi potuerunt ex alia cauſa, puta quia in teſtamentis fuerant exhæredatę, aut aliter maſculi fœminis prælati: ita notabiliter dicit Ancha. in conſ. 339. Pro maiori intelligentia. colum. 3. verſ. ad ſecundam rationem. ſimiliter ſtante ſtatuto ꝙ filius non obligetur niſi ſit artiſex vel mercator, licèt filius ſit artiſex vel mercator, hoc non ſufficeret ad validandum contractum, niſi contraheret ex cauſa illius artis vel mercantiæ. Bal. in l. ſi ita. §. ex hoc edicto. ff. nau. caup. ſtab. Alex. in conſ. 208. col. pen. verſ. hoc probo. lib. 2. Dec. in c. poſt ceſſionē, col. 7. de proba. Videmus etiam ꝙ ſi quis tenetur quid implere ex parte ſua, non ſufficeret illud de facto impleri, niſi illud fieret tanquam ex cauſa implementi. l. 2. ff. de condi. & demonſtr. l. cum ſeruus, & vbique Barto. ff. de conditio. & demonſtratio. ¶ Sed magis in terminis adduco Barto. in l. j. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuque priua. vbi ꝙ non ſufficit probare ꝙ quis cōmoditate aut iure aliquo vſus ſit, niſi probetur ꝙ iure ſeruitutis vſus ſit, cum pluribus & diuerſis cauſis quis vti poſſit. idem tradit Bal. in conſ. 352. Materia feudorum, col. 2. verſic. item quòd vtens. lib. 1. Pau. de Caſt. in conſil. 143. Videtur ꝙ non poſſit. lib. 2. vbi quòd in præſcribenda ſeruitute requiritur ꝙ quis vſus fuerit re tanquam ex iure aut ex cauſa ſeruitutis. idem tradit Calca. in conſil. 36. col. 6 ante med. verſic. ad hoc accedat. & in conſil. 53. col. 2. circa med. per tex. in l. fi. ff. quem ſerui. amit. &
3 in l. 1. §. Ariſto. ff. de aqua quoti. & æſti. ¶ Rurſus † cauſa ſeruitutis allegata debet eſſe certa, intelligibilis, apta, potens & cohærens, ex eo quod ſcribit Alex. in conſil. 80. col. fin. lib. 5. vbi cauſa quæ requiritur in obligatione, debet eſſe eiuſmodi: idem tradit Guido Papæ quæſtio. 408. vbi quòd in iure præſtationis annuę, debet allegari cauſa in ſpecie, quæ ſit idonea & ſufficiens, licèt neceſſe non ſit eam probari, ſed præſumatur ex lapſu temporis, niſi ſit tantum tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, quia tunc non requiritur allegatio cauſæ. A fortiori idem dicendum eſt in cauſa quę ab initio ſeruitutis expreſſa non probatur, ſed præſumitur ex ſola allegatione iuncta antiquitate temporis, aliàs eſſent duæ ſpecialitates, prima ꝙ præſumatur cauſa ex ſola allegatione cum curſu tem-

poris licèt aliter veritas cauſæ non probetur. Secunda ſpeciali-
tas, quia ſufficeret cauſa quæuis non certa, non intelligibilis, nõ
apta, potens & cohærens: ſed plura ſpecialia cumulari non poſ-
ſunt. l. 5. C. de dot. promi. no. ea. & idem Iaſ. in l. quoniã in prio-
ribus, col. fi. C. de inoffi. teſta. Dec. in conſi. 458. col. fin. ¶ Sed hic
probata fuit poſſeſsio, ſeu quaſi, temporis longiſsimi ſaltem cõ-
putato tempore auctorum ipſius agentis, quæ tẽpora ſunt con-
iungenda ad implendum præſcriptionem. l. Pomponius. §. cum
quis, vbi doc. ff. de acqu. poſſ. Item probatum fuit, quod agens ſæ-
pius dixit ſe habere ſeruitutem, de qua agitur, cum ipſa vteretur
ob cauſam allegatam: ex quo facile arguitur, vſum ſeruitutis ex
cauſa ipſa allegata. Pro hoc quod ſcribit Pau. de Caſt. in conſi.
51. In cauſa ſpectabilium, col. 5. poſt med. verſ. nec etiam obſtat,
ſi dicatur lib. 2. vbi quod præſtatio annua præſumitur facta ex cau-
ſa donationis, licèt cauſa præcedẽs ſolum probetur relatiuè, aut
enumeratiuè. ¶ Præterea, ſatis dicitur probari, quòd quis vſus
fuerit via, tanquam ex iure ſeruitutis ex natura ipſorum actuũ,
quoniam ſunt tales actus, qui de facili non competunt niſi habenti ius
ſeruitutis, vel ei qui intendit iure ſuo vti. Cyn. in l. 1. q. pen. C.
de emancipa. lib. ſequitur Alex. in conſi. 68. col. fi. verſi. ſed cer-
tum eſt, lib. 2. Sed actus viæ, de quibus agitur facti, ſciente & pa-
tiente parte, abſque aliqua petitione licentiæ, facile & veriſimili-
ter non fiunt, niſi habeat quis ius ita faciendi, vel niſi ius ita fa-
ciendi habere intendat. Ergo ſi ius competit agenti ad ſerui-
tutem viæ, non licuit aduerſario ſeruitutis cauſam duriorẽ præ-
ſtare, neque eius vſum deteriorem facere. l. ſeruitutes. §. ſi ſerui-
tus. & § fin. ff. de ſer. vrba. prædio. l. ſi quando. §. 1. & l. loci cor-
pus. §. ſi quis mihi, verſ. nam & ſi arborem. ff. ſi ſer. vendice. l. fi.
ff. de vſu & habi. Pau. de Caſt. in conſi. 30. Vt plenè, col. fi. lib. 2.
Aret. inter conſi. Calc. in conſi. 45. col. 3. in 2. dubio. Calc. in cõſ.
90. col. 2. Alibi no. gl. & Bar. in l. ſi cui. ff. de ſeruit. in gl. fi. quod dñs
fundi debentis ſeruitutem in aliquo loco ipſius fundi, non po-
teſt ad alium locum eãdem mutare, quoniam mutatio damnum affert
ei, cui ſeruitus debetur: facit text. in l. 2. in § locum. de reli. &
ſump. fune. not. Iaſ. in l. 2. in §. 1. col. pe. ad fi. ff. ſi cer. pet. & in l.
1. §. fi. col. fi. ff. de ope. no. nun. tradunt doc. in l. 2. in prin. ff. ſol.
mat. vbi Alex. col. fi. circa illum articulum, an teneatur quis fa-
cere, quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt. Bal. nouel. in tracta.
de dote par. 8. priui. 27. ad fi. Amplius permittitur ei, cui ſerui-
tus debetur in alieno loco, ea agere & amouere, quæ ad ſeruitu-
tis vſum ſunt neceſſaria. l. ſeruitutes. § ſi domo. ff. de ſeruit. vrba.
prædio. l. ſi iter. ff. de ſeruit. l. refectionis. ff. cõmu. præd. & vbique
Bar. immo poteſt de facto reſiſti volenti aliũ turbare poſſeſsio-
ne, aut vſu ſeruitutis. Practi. Papien. in forma libelli, in actione
confeſſoria, in verſ. pleno iure, circa fi. verſi. ſexta vertitur vti-
litas. ſed teſtes in gratiam agentis examinati omnes loquuntur
ex illis impedimentis, factum eſſe deteriorem vſum ſeruitutis.
4 ¶ Sic etiam econtrà, non poteſt † is, cui ſeruitus debetur, durio-
rem eam facere inuito eo, qui ſeruitutem debet. l. ſi ſeruitutes.
§. ſi ſtillicidium. & l. cuius ædificiũ. ff. de ſeruit. vrba. præd. Cor.
in conſi. 84. col. 3. lib. 1. & in conſi. 90. col. 4. lib. 2. Iaſ. in l. quo-
minus, q. 59. ff. de flum. Soci. in conſi. 141. col. pen. lib. 1. ¶ Super-
eſt, vt reſpondeamus ad ea, quæ in contrarium opponuntur: &
primò non obſtat, quod dicitur illum vſum ſeruitutis fuiſſe ex iu-
re familiaritatis, quia illud non procedit, quando docetur ali-
qua cauſa, ſeu aliquis titulus ipſius ſeruitutis: quia tunc ceſſat
5 præſumptio familiaritatis, & † præſumitur quis poſſediſſe ex ti-
tulo præcedenti. l. quædam mulier. ff. de rei vend. l. 2. C. de acq.
poſſ. vbi Bar. Bal. Ang. Pau. de Caſt. in l. ſi ex ſtipulatione. ff. de
acq. poſſ. no. doc. in l. qui iure. ff. eo. tit. Bal. in conſi. 80. Domi-
nus Thomas Aſinarius, col. 1. poſt med. lib. 5. Anchar. in conſi.
252. col. 3. verſi. nec iuuat, in conſi. 342. Prius de viribus, col. 2.
& in conſi. 252. Frater chariſsime, col. fin. Soci. in conſi. 60. col.
3. ad fi. lib. 1. Sed hic fuit allegatus titulus acquiſitus ab illo Lau-
rentio Panteri, & probatũ, quod fuit vſus ſeruitute ex titulo: quæ
allegatio ſufficit. ¶ Secundò, fuit verè probatus ipſe titulus ex
reſeruatione ipſius ſeruitutis facta per illum Laurentium, quoniam rẽ
alienauit in Bernardum Bozolum: quo etiam caſu probata ve-
ritate tituli, non eſt neceſſe probare, quod fuerit quis vſus ſer-
uitute, tanquam ex eo titulo, quia præſumitur. d. l. quædam mu-
lier. Nam a primordio tituli poſterior formatur euentus. l. 1. in
fin. C. de impo. lucra. deſcr. lib. 10. & talia præſumũtur eſſe ſub-
iecta, qualia prædicata demõſtrantur. c. inter dilectos. §. cæterum,
de fide inſtr. l. qui vnum. ff. de vino, tri. ol. que lega. l. 3. vbi Bart.
ff. de fun. inſtru. l. ſi vno. ff. loca. ¶ Tertiò rñdetur, quod illa præſum-
ptio familiaritatis ceſſauit in perſona Ardizoni patris agentis,
& in ipſo agente, cum quibus nulla eſt probata amicitia, aut fa-
miliaritas: ergo ſatis eſt, quod ipſe agens, & eius pater vſi fuerint
dicta ſeruitute per longum tempus. ¶ Non obſtat, quod illa reſerua-
tio videatur continere ius perſonale, non autem reale: quia cõ-
ſiderandum eſt, quod ex illa reſeruatione non fuit ex tunc conſti-
tutum ius ſeruitutis, vt probari poſsit realis, vel perſonalis, ſed
6 ſeruitus iam conſtituta tantum reſeruatur. † Reſeruatio enim
præſupponit ius reſeruatum antecedere: quia quod non eſt, re-
ſeruari non poteſt. l. 5. ff. de vſufr. c. ſuper, de renuncia. l. adeò §.
quod ſi toto. ff. de acq. rer. domi. l. 4. fi. loca. Non negem tñ, quin
per viam reſeruationis poſsit quis de nouo ſeruitutem impone-
re, puta in diuiſione domus, aut prædiorum, vel ſi habens binas
ædes alteras, diſtrahit cũ reſeruatione ſeruitutis, quæ antea cõ-
ſiderari non poterat in re propria: cum ergo ſi fuerint illa ſer-
uitute reſeruata etiam hæredes & ſucceſſores eorum, quia pri-
mo loco vti cœperunt, iſta obſeruatio poſtea ſecuta declarat ip-
ſam ſeruitutem eſſe realem, non autẽ perſonalem: nam ex ſequẽ-
tibus præcedentia declarantur. l. ſed & Iulianus. §. proinde, & §.
interdũ, verſ. ab initio. ff. ad Macedonia. facit reg. in ſtipulatio-
nibus. ff. de reg. iur. & hoc modo ab obſeruatione ſecuta, decla-
rat diſpoſitionem præcedentẽ dubiam Soci. in conſ. 25. d. Fran-
ciſ. col. 9. ad fi. verſi. decimò probatur, lib. 1. in conſi. 145. col. 2.
eo. lib. in conſi. 66. col. 4. & in conſi. 68. col. pe. ad fi. lib. 3. Roma.
in conſi. 571. viſis, col. 2. verſi. 3. non eſt dubium. Item cum al-
legans ſeruitutem habeat prædia tam vrbana, quàm ruſtica, vi-
cina prædio debenti ſeruitutem, omnia conueniunt ad ſeruitu-
tem realem, ergo illa realis potius dicẽda eſt, iuxta no. per Bar.
& doc. in l. fi. ff. de ope. no. nun. Ancha. in conſi. 552. præmitten-
dum eſt, quod in traditione, circa fi. verſi. item per iſtud pactum la-
tè Deci. in conſi. 565. ſic etiam obligatio in dubio præſumitur
realis. Dec. in conſi. 153. in fi. Præterea ſatis eſt, quod agens habeat
intentionem fundatam ex præmiſsis, quæ non ſonant in aliquã
obligationem perſonalẽ, ſed in ius reale: igitur aduerſarius exci-
piens de iure perſonali, probare illud debebat: quod minimè fe-
cit, lege prima, & 5. ff. de except. ¶ Non obſtat, quod agens debebat
contradicere ante ipſa impedimenta perfecta. Quia reſpõdetur,
quod erat abſens & ignorans eiuſmodi ædificationis, & parti alle-
ganti eius tacitum conſenſum in non prohibendo ipſam ædifi-
cationem, incumbit onus probandi, quod agens ſciret ædificationẽ
fieri: quia ignorans non cenſetur conſentire. l. mater decedens.
ff. de inoffi. teſta. l. in repudianda. ff. de acquir. hæred. immo pro-
banda videtur ſcientia in renunciatione expreſſa, quod renuncians
ſciat ſe habere ius in re quam renunciat, & illã ſciat ab alio poſ-
ſideri. Alex. in conſi. 88. col. 1. poſt med. lib. 2. Quid dicemus in
renunciatione tacita, in qua animus renunciantis non æquè cla-
7 rè apparet, prout in renunciatione expreſſa? ſimiliter † igno-
rans defectum alicuius actus, non poteſt dici illum approbare.
Alex. in conſi. 135. col. 1. circa med. lib. 7. Item ignorans non po-
teſt dici, aut negligere, aut contemnere ius ſuum. c. quia diuer-
ſitatis, de conceſsio. præben. l. ſi quis in graui. § ſi ignorans. ff. ad
Sylla. l. generali. C. de tabul. lib. 10. l. genero. ff. de his, qui no. in-
fa. Oldrad. in conſil. 184. & ignorantia maximè præſumitur in
abſente. c. ſi qui matrimonium accuſare poſſunt. l. Titius. §. Lu-
cius. ff. de libe. & poſth. Bar. & Moder. in l. is poteſt. ff. de acquir.
hæred. Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore, col. 12. ad fin. ff. de vſucap.
& alibi ſæpe doct. Ad partem igitur excipientem, quod actor re-
nunciauit iuri ſuo patiendo eiuſmodi impedimenta fieri, per-
tinebat onus probandi ipſam renunciationem cõcludenter. Nã
8 † ſicut actor tenetur probare fundamentum ſuæ intentionis, ita
tenetur reus probare fundamentum ſuæ exceptionis. l. 1. ff. de
excep. l. quinquaginta. ff. de proba. Bal. in l. ſiniſtra, in 5. oppoſi.
C. de probat. ſed ad probandum tacitam renunciationem iuris
ſui, erat neceſſaria probatio ſcientiæ, & præſentiæ ipſius agen-
tis: quia abſens & ignorans nõ cenſetur renunciare, vt ſupra di-
xi. Et in terminis de taciturnitate abſentis, quod illa non præiudi-
cet, no. Soci. in conſi. 167. col. 4. verſi. præterea ex quo, lib. 2. ¶ Et
eſt verum generaliter, quod obijciens alicui culpam, quod aliquid nõ
fecerit, aut prohibuerit, tenetur probare ſcientiam, id eſt, quod ſci-
ret illud fieri. puta, obijcitur dño, quod paſſus eſt procuratorẽ ex-
cedere fines mandati, ob id, quod ſibi præiudicauit: nam debet pro-
bari, quòd ſciret de tali exceſſu. gl. & doct. in c. cum olim, in
verſic. protinus, de offic. delegat. Deci. in conſil. 437. Similiter
obijcitur culpa tutori, quòd non poſuerit aliquas res in inuen-
tario: nam debet probari, quòd ſciret de ipſis rebus. Bartol. in
conſi.

conſilio 149. Literas. colum. ſecuoda.& io conſ. 150. in tertio
dubio. itaq; cũ obijciatur agenti q̃ non prohibuerit ædificiũ
fieri in loco debente ſeruitutem, probandum erat q̃ ſciret tale
ædificium fieri. ¶ Amplius etiam, ſi præſens fuiſſet & impedimẽ
torum ædificationẽ intellexiſſet, adhuc agere poſſet ad eorum
9 amotionem. l. ſi eo loco. §. ſed ſi quidem. ff. ſi ſer. vend. † Nec eſt
verum q̃ ex ſola præſentia cum taciturnitate inducatur renun-
ciatio iuris ſui, ſed requiritur cõſenſus expreſſus, iuxta latè not.
in l. quæ dotis. ff. ſolu. matrim. facit Bal. in c. 2. de prohi. feu. ali.
per Lothar. q̃ præſens alienationi rei ſuæ & tacens, ſibi non pre
iudicat. refert & ſequitur Crot. in rep. l. filiusfamilias. §. diui. co.
36. ff. de leg. primo. nã hic agitur de graui præiudicio: quia ſine
vſu talis ſeruitutis prædia Ioan. Mariæ agentis eſſent modici
10 valoris cum aliunde ſeruitute habere non poſſit. † & vbi agi-
tur de graui præiudicio, præſens & tacens conſentire non cen-
ſentur, vt no. in d. l. quæ dotis, vbi Iaſ. colum. 13 Deci. in c. cæ-
terum. col. 5. de iudic. ¶ Sed tamen ſcientia præſuppoſita, vide-
retur hoc dubitabile, q̃ ſi dominus fundi ſeruientis in eo fundo
ædificauerit ſciente & patiente domino fundi cui ſeruitus debe
tur, cogatur ad tollendum ædificium: nam in contrarium vide-
tur tex. in l. prohibere. §. illud. & §. ſeq ff. quod vi aut clam. per
quem text. contrarium dicit Ang. in conſil. 1. Pau. etiã de Caſt.
in conſil. 317. Super primo quęſito reſpõdeo. col. 2. in 3. dubio.
lib 2. concludit, pręiudicium fieri ſcienti & patienti ædificari in
ſolo in quo ius prętendit. pro quo videtur tex. in l. Labeo, iun-
cta glo. ff. de aqua plu. ar. vbi q̃ tacens qñ fit ædificium præiudi
ciale, ſibi præiudicat, vt ne agat ad operis demolitionem, licèt
agat ad damnum, & ſic præiudicat taciturnitas quoties agitur
de deſtructione aut reuocatione actus: ideo tacens in vnione
eccleſiæ reuocare eam non poteſt, Oldra. in conſil. 257. Factum
tale eſt Dominus Nicolaus. in fin. ¶ Et tenendo hanc opinionẽ.
dicendum eſt, q̃ in caſu d. §. ſed ſi quidem, vicinus ignorauerat
ædificium fieri in loco ſeruiente: ſed tamen in caſu noſtro non
poteſt allegari aliqua ſcientia, neq; patientia, cum ipſe Ioan. Ma
ria eſſet abſens. ¶ Reperio tamen Bal. in conſ. 329. Factum tale
eſt, communitas Lucæ. lib. 2. vbi voluit non nocere patientiam
ſcientis ædificari, niſi concurrat lapſus ſaltem decennij, ita q̃
ædificium ita ſteterit per 2. annos, aliàs q̃ deſtrui debet quando
non iure factum eſt. Idem vult Bald. in cõſ. 478. Super hoc pun
cto. lib. 2. dummodo non fiat ædificium in re communi. ſed non
placet Bal. opinio. ¶ Non obſtat q̃ teſtes partis dicunt fuiſſe im
poſſibile, vt duci poſſent currus per eum locum pp illã foueã
& poſtem: quia non concludunt q̃ illa fouea eſſet in loco per
quem competit ſeruitus uiæ, & de quo lis exercetur. ¶ Secundò
reſpondeo, regulariter eſſe habendam fidem teſtibus agentis de
ponentibus affirmatiuam potius quàm teſtibus partis deponen
tibus negatiuam. gl. in l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arb. Bar.
in l. 1. in prin. ff. de vent. inſpiciendo, & io l. hæredes palam, in
prin. ff. de teſta. Alex. in conſ. 169. ad fi. lib. 5. Areti. in conſ. 65.
col. 1. & col. 2. verſ. ergo data paritate. & in conſi. 7. col. 3. verſi.
& cum ea parte Naldoli. Soci. in conſi. 96. col. pe. lib. 1. & in con
ſil. 54. col 4. ad fi. lib 4 Dec. in conſ. 97. col. fina. Iaſ. in rub. ff. de
Iur. Curtius Iun. in conſil. 17. colũ. 2. maxime quia etiam teſtes
partis dicunt q̃ per ſedimen de quo agitur, viderunt exerceri
vſum viæ: quos teſtes reprobare non poteſt pars, quæ eos pro-
duxit. l. ſi quis teſtibus. C. de teſti. no. in l. 1. §. editiones. ff. de edẽ
do. ¶ Ex quibus concludo pronunciatum oportere in fauorem
agẽtis, ſaluo ſaniori iudicio. Taurini 10. Octobris 1534. Aymo
Crauetta a Sauiliano Iuriſconſultus.

SVMMARIVM.

2 *Ceſſio extenditur etiam ad bona mobilia, quando eſt facta ge-
neraliter & vniuerſaliter.*
2 *Si cedens & ceſſionarius concurrunt contra tertium, præfertur
ceſſionarius habens ius utile: quoniam ceſſio fit ad commodũ
ipſius ceſſionarij.*
3 *Ratio generalis ampliat diſpoſitionẽ ad limitẽ ipſius rationis.*
4 *Ratio generalis facit dictum extendi ad caſum, ad quem aliàs
non adaptaretur, etiam in materia ſtricta.*
5 *Quando ratio eſt expreſſa in lege, vbicũque locum habet ratio,
æquè locum habet legis diſpoſitio, licèt ſit contra ius cõe.*
6 *Lex extenditur ad omnes cauſas, quibus adaptatur ratio legis,
licèt lex ſtrictius loquatur in parte diſpoſitiua.*
7 *Ratio finalis diſpoſitionis ſi ſuadet reſtrictionem ex ea, reſtrin-
gitur diſpoſitio generalis.*
8 *Ceſſante declaratione & reſtrictione per dictionem limitati-
uam, genus non reſtringitur propter ſpecies enumeratas &
ſequentes.*
9 *Quando circa eandem perſonam ponuntur genus & ſpecies, ſpe
cies videtur poſita gratia demonſtrationis, non limitationis.*
10 *Maximè, dictio, habet vim incluſiuam & implicatiuam, ſicut
dictio Tam, nam dicitur augmentatiua.*
11 *Generalis diſpoſitio non comprehendit maiora expreſſis.*
12 *Verba in odioſis debẽt intelligi latè, quatenus ipſorum proprie-
tas patitur.*
13 *Vniuerſalia verba ſimplicia omnia comprehendunt quæ exco-
gitari poſſunt.*
14 *Stantibus verbis vniuerſalibus, trahitur ceſſio ad iura ẽt inco-
gnita & incogitata, quia ſaltem dicitur cogitatũ in genere.*
15 *In materia diſpenſationis verba debent intelligi, vt aliquid
operentur.*

CONSILIVM. CCXXVII.

¶ In caſu ceſſionis. D. Iaffredi Regis & Ioannis Regis.

DIVINO ſubſidio ea corde poſtulato. Iaffredus Re
gis ceſſit Ioanni Regis quæcunq; iura ſibi compe
tentia pro tertia parte in bonis Ludouici Regis
eius patrui, tã ex cã cõprehenſa ſub eius teſtamẽ-
to q̃ alia quauis de cauſa. deinde in ipſa ceſſione
ſpeciatim exprimunt aliqua bona immobilia ſuper quibus præten
debat ius obtinere, quorum bonorũ vſusfructus erat relictus Fe
licinæ vxori dicti Ludouici. Deinde poſt expreſſionẽ dictorum
bonorũ immobilium quondam Ludouici Regis, dicit q̃ ſpoliat
ſe dictis bonis & iuribus, ponendo ipſum ceſſionarium in locũ
ſuum, videlicet q̃ ad dictã tertiã partem dictorũ bonorũ & io-
rium eidẽ Felicinæ legatorum vnà cũ omnibus iuribus & pertĩ
nentijs ipſorum bonorum. Nunc Ioãnes Regis ceſsionarius ob
tinet quædã bona mobilia dicti quondam Ludouici Regis, quæ
Iaffredus cedens contendit ad ſe pertinere, non obſtante illa ge
nerali ceſsione, quia putat eã reſtringi ad bona ſpecificata tan-
1 tum: quæritur quid iuris? ¶ † Breuiter puto illam ceſſionem ex
tendi etiam ad bona mobilia: nam ceſſio fuit facta generaliter
& vniuerſaliter de oĩbus iuribus competentibus ex teſtamento
Ludouici Regis pro tertia parte: ſed iſta bona mobilia non poſ-
ſunt pertinere ad Iaffredum Regis niſi ex dicto teſtamento cui
renunciauit in fauorem Ioannis Regis. ſed poſt renunciationẽ
non datur regreſſus. l. quæritur. §. ſi vẽditor. ff. de ædil. edic. l. 1.
§. qui ſemel. ff. de ſuc. edic. l. non videtur. ff. ſi quid in frau. patr.
l. poſtquàm liti. C. de pac. & l. fi. C. de remiſ. pign. c. quam peri-
culoſum. 7. q. 1. bonus tex. in l. ſi maritus ſit. § ſe negauerit. ff. de
adul. latè Iaſ. in l. ſi quis ſuus. C. de iure deliber. ¶ Secundò ex il
la ceſſione iurium competentium ex dicto teſtamento directæ
actiones manſerunt apud Iaffredũ, vt viles translatę ſunt in ceſ
2 ſionarium, † ita q̃ ſi cedens & ceſſionarius concurrunt contra
tertiũ, præferretur ceſſionarius habens ius vtile: quoniã ceſſio
eſt facta ad commodum ipſius ceſſionarij. l. 3. C. de noua. not.
Bar. in l facta. §. ſi hæres. ff. ad Treb. no. in l. curatoris. C. de ne-
go. geſ. a fortiori Ioannes ceſſionarius põt vti iure exceptionis.
facit tex. in c. intelleximus. de iudicio c. cũ inter, de exceptioni.
¶ Tertiò, cauſa finalis quę mouit cedentẽ, fuit, quia vſusfructus
dictorũ bonorũ pertinebat ad Felicinã, & fieri poterat vt cedẽs
nihil commodi reciperet ex eis ſi præmoreretur: iõ maluit præ
ſens pretiũ conſequi ab ipſo ceſſionario: quæ cauſa finalis colli-
gitur ex præfatione inſti. l. fi. ff. de hæredi. inſt. l. 1. in prin. ff. ad
Macedo. & vbiq; Bart. nã contractus ceſſionis factus fuit ob cau
ſam illius vſusfructus, quo vſuſfructu ceſſante, ceſſio facta non
fuiſſet, vt colligitur ex narratiuis verbis contractus: quo caſu ta
lis cauſa dr̃ finalis, iuxta no. in l. 2. §. fi. ff. de dona. Cor. ĩ cõſ. 101.
col. fi. lib. 1. Soc. in conſi. 26. col. fin. lib. 3. Iſta ratio eſt genera-
lis ad omnia bona etiam mobilia: ergo ex ratione declaratur
voluntas cedentis, q̃ voluit cedere etiam iura competentia ad
3 bona mobilia, † qa rõ generalis ampliat diſpoſitionẽ ad limites

ipſius rönis.l. hæc actio.ff.de calum.l.regula.§.licèt.vbi Bartol.
& Bal.ff.de iuris & facti igno.l.nomen debitoris. §.fi. ff.de leg.
3.Bar.in l.pater filiũ.§.fundũ,in fi.ff. de leg.3. Cyn. in l.volun-
tas,& ibi Bal.C.de fideicom.Ale.in conſ.59.Attẽtis verbis.col.
4 2.li.3. ¶ †Et ratio generalis facit dictũ extendi ad caſum ad quẽ
aliàs non adaptantur verba, etiam in materia ſtricta. Corne. in
conſ.273 colum.2.ad fi. lib. 4. allegat glo. & d.aur.in cle.1.de
elect.Ad idem adduco Pau.de Caſt.in l.ſi verò. §. de viro.ff.ſol.
matr. vbi l quãdo ratio eſt expreſſa in l. vbicunq; locum habet
5 ratio, æquè locum habet legis diſpoſitio, licèt ſit contra ius cõ-
mune, & ſic fit extenſio de caſu ad caſum, & de perſona ad pſo-
nam propter rõnem expreſſam per glo. in d.cle.1. in ver.eliga-
tur,de electio.quod Paul.dictũ refert & ſequit Cur. Sen. in cõſ.
81.col. 3.ante med.verſ.& in propoſito noſtro. Ad idem addu-
6 co Gemin.in conſ.29.col.1. vbi † ꝙ lex extenditur ad oẽs ca-
ſus quibus adaptat ratio legis, licèt lex ſtrictius loquatur in par
te diſpoſitiua,per glo.in d.clem. 1.de electio.in c capiẽtes.§.de
niq; in verſi.inſtruatur,de elect.lib 6.& in c.quoniam ſreqnen-
ter.§.porrò,in verſi.elect. vt lite non conte.quod procedit etiã
in l. exorbitanti.Gemi.in conſ.40.co.2 poſt prin.Videmus etiã
ꝙ ſtatutũ ſiue correctoriũ, ſiue exorbitans extendit & ampliat
ad oẽs caſus qui ſub ratione expreſſa comprehẽdi poſſunt. Bal.
& Mod.in authen.quas actiones,in tertia quæſtione. C. de ſacr.
eccleſiæ.idem voluit Gemi.in d.conſ.60.col.2.poſt princip.Sic
econtra, ſi ratio finalis diſpoſitionis ſuadeat reſtrictionẽ , ex ea
7 † reſtringitur diſpoſitio generalis. Aret. in conſ. 143. Verum eſt,
ꝙ Comicus,col.4. & 5.allegat tex.in l.cum pater. § dulciſsimis.
ff de leg.2.refert ſequitur & confirmat Dec.in conſ.379. col.4.
verſ.& vlterius. Et ſi generalis diſpoſitio generaliter eſt intelli
genda,etiam ꝙ ſit maior ratio in vno caſu quàm in alio. l. 1. §.
& generaliter.ff.de leg.præſtan.l. 1.§.quod aũt. ff. de alea. Dec.
in rub.de iudi.col.7.ad fi.in c. 1.col. 3.poſt med.de prob.& ali-
bi ſæpe . a fortiori quando eadẽ eſt ratio in omni caſu;quia rõ
generalis facit diſpoſitionẽ generalẽ. Bar.in d.l.pater filium.§.
fundũ, in fi.ff.de leg.3.vbi prohibitio alienandi dicitur genera-
lis,quando ratio prohibitionis eſt generalis.l. 1.C.de interdict.
l.1.in prin.cũ ibi no.ff vti poſſide. quæ iura ad hoc citat Pa. de
Caſt. in conſ.251.Viſa quadã ſecuritate.col.1.poſt med.li. 1.no-
tat Dec.in conſ.308.col.2.circa fi.in conſ.291.col.3.poſt med.
& in conſ.422.col.2. ad fi. quinimmo quando ratio eſt genera-
lis operatur, vt diſpoſitio generaliter intelligatur , licèt loquat
in aliquo caſu ſpeciali . Bart. in l. reg. §. ſiquis.ff.de iur.& fact.
igno.Iaſ.in l.ſtipulatio hoc modo concepta , col.4. circa princ.
ff.de ver.obl.facit Alex.in conſi.32. col.penul. poſt med.lib.7.
Alibi ſcribit Bal.in c. 1. §. ſi decedenti , qui feud.dar. poſſ.quòd
ratio generalis diſponit d' lege,nõ lex.De ratione idẽ dicamus,
quòd iſta ratio diſponat de ceſſione eam declarando & extẽden
do, non autem ceſſio debet diſponere de ratione & eam reſtrin
gere ad bona illa ſpecificata . & de illo.dicto Bald. ſæpius feſtũ
Cor.facit conſulendo, licèt dicat ꝙ multi non habent illam le-
cturam Bal.ita dicit Cor.in conſ.287.ad fin. lib.2. in conſil. 90.
col. 5.in conſ 122.col.fi. & in conſ. 236.col. 2.lib. 3. & in conſil.
53.col.pen.lib. 4. ¶Quartò,licèt poſt generalem ceſſionem fue
rit ſpecificata aliqua bona , illa tamen ſpecierum enumeratio
non reſtringit ceſſionem generalem quominus ad omnia gene-
raliter pertineat: & cenſentur ſpecies enumeratæ gratia maio-
ris demonſtrationis.l.reg.§.& licèt.ff de iur.& fac.igno. l.ſtipu
lationes commodiſſimum,& l.doli clauſula. ff. de verb. obliga.
l.legata,in prin.ff. de ſuppelle. legat. Soci. in conſ. 300. col. 2.
lib. 2. quod ſine dubio obtinet quando illa ſpecierũ enumeratio
non fit per aliquam dictionẽ limitatam, puta,ſi poſt gñalẽ ceſ-
ſionẽ ſubijceretur dictio Videlicet , aut alia ſimilis,ex qua appa
reret de voluntate contrahentiũ,ꝙ voluerit reſtringere & de-
clarare illam generalitatem,iuxta l.legata.in princip. ff. de ſup-
pel.leg.Bar. in l.quæſitũ. §.ſi fundũ.ff.de fundo inſtr. Are.in cõ
8 ſil.163.Magnifici.col. 1.nã †ceſſante tali declaratione & reſtri-
ctione per dictionẽ limitatiuã, genus non reſtringit pp ſpecies
enunciatas & ſequentes.Bar.& doct.in l ſed & ſi quis. §.quæſi
tum.ff. ſi quis cau.Cor.in conſ.4.col. 1.li.2.Dec.in conſ.12. col.
fin.in cõſ.25.col. 5.in conſ.51.col.fi.ſed latius in conſ 69.col.4.
in conſ.115.col.fi.& in conſ.52.colum.2. Et facit ratio,quia illa
ſpecificatio facta eſt ad fauorẽ ceſſionarij: quia maior pars bo-
norũ erat circa immobilia,vt ſciret quæ & quanta forent,& in
quantũ poſſet agere de euictione: ergo non debet operari dimi
nutionẽ.l.qui homine.ff. de ſolutio.l.legata inutiliter. ff.de adi.
leg.c.cũ dilectus de ordi.cogni.& illa ſpecificatio facta ad cõcẽ
dẽdũ,non dẽt operari ad detrahendũ.l.cũ tale.§. fi. ff. de condi.
& dem.Soci.in conſ.38 col. 5 poſt med.lib. 1. Et ita in ſimili ca-
ſu ſpecierum enumerationũ reſpondet. Dec.in conſ.660.col.1.
poſt med.neq; probat neceſſario, Fuerunt declarata aliqua bo-
na ,ergo illa tantum veniunt : quia declaratio aliquorum tantũ
fieri poteſt ꝙ in eis eſſet maior ambiguitas:ergo ex ea declara-
tione fundamentũ fieri nõ põt.l. nõ hoc. C.vnde cogna.c.in pñ-
ſentia,de proba.Et cũ mẽs & intentio contrahentiũ fuerit vt ce
derent oĩa iura peruenientia ex dicto teſtamẽto, talis reſũ ge
neralis ſm eorũ intentionẽ eſt accipiẽda, nõ obſtãte dicta ſpeci
ficatione.l.in promittẽdo, in prin.ff de iure dotium.l.fi.C quæ
9 pig oblig.poſſ.latè Moder.in l.3 C.de lib. pter. ¶†Quintò,qñ
circa eandẽ perſonã ponunt genus & ſpecies , ſpecies vĩ poſita
gratia demõſtrationis,nõ limitationis.l.quæſitũ.§.itẽ ſi fundũ.
ff.de fund.Inſtru. Dec.in regula,in toto iure.col.4.verſ.s.dicta
regula procedit.ff de reg.iur.ſed hic & ceſſio generalis & ſpeci
ficatio bonorũ conferunt in perſonã ceſſionarij,ergo ſpecifica-
tio ſtabit demõſtratiuè, pſertim qa ſit ſpecificatio p dictionẽ ,
Maximè,cuius natura eſt includere vtrũq; caſum , & idẽ ius in
vtroq; caſu ſtatuere,licèt maior rõ ſit in vno.glo.in l Illud.ff.ad
leg. Aquil.l.1.§.vel maximè ff.de colla.bon.gl.in c. 1.in ver.ma
ximè.& ibi Gemi.de renũ.li. 6.Cor.in conſ.119.col. 5 & in cõſ.
136.col.1.lib. 2.Iaſ.in l.ſi ita ſtipulatus fuero. col.2. ff.de verb.
obl.no.per doct.in l.qui ſe patris . C.vnde lib. ꝙ verbũ videtur
tollere omnẽ difficultatẽ . Pro quo optimè facit & quaſi in ter-
minis quod ſcribit Ant.de But.in conſ. 19. quia hic agitur.col.
2.ad fi. vbi qñ poſt genus enumerãtur ſpecies per dictionẽ,Tã,
10 enumeratio ſpecierũ nõ reſtringit genus . idem videtur in l di
ctione Maximè, quæ ita habet vim inclusiuam & implicatiuam
ſicut dictio Tã , nam dictio Maximè, dicitur augmentatiua, nõ
diminutiua. Bald.in conſ.13. Statuto ciuitatis Aſt. col.2. lib.3.
& ſtat dictio Maximè , comparatiuè, includendo caſum magis
dubitabilẽ,ita ꝙ ſit idẽ ius in vtroq; caſu.Soci. in l.ſi inter viri,
in 4.no.& in l.ſed in illo.col.3.circa med.ff.de rebus dubijs.Sed
vltra Soci.addo Gemi.in conſ.6.vbi ꝙ dictio Maximè, ſtat com
paratiuè, non excluſiuè , i. demonſtrat maiorem rationem eſſe
in caſu expreſſo, & non excludat caſus nõ expreſſos . alleg. gl.
in c.ſponſam,de ſponſal & in c.1.in verbo Maximè, de renun-
cia.lib 6.& idẽ tradit Gemi.in conſ.142.col. penul.ante mr.vbi
ꝙ dictio Maximè , ſtat comparatiuè preſupponens poſitiuam.
11 ¶Sextò arguitur,† nam generalis diſpoſitio non comprehẽdit
maiora expreſsis.ca.ſedes,vbi latè Moder.de reſcrip. clem.non
poteſt,de procura. Roma.in conſil. 472. In eo quod quæritur.
colum.2.ergo ſi ſint minora,cõprehendũtur. ſed bona mobilia
ſunt viliora immobilibus.arg. tex.inſti. de vſucap.in prin. ergo
ſpecificatio eorũ quæ ſunt maiora,non excludit minora,ſed in-
cludit.¶Septimò facit,nam generalis diſpoſitio ad omnia indi-
ſtinctè extenditur, vt no.in l.age,& in l.ſi de certa. C.de trãſac.
& pactũ verbis gñalibus factũ, extenditur ad oĩa, etiã de quibus
nulla erat cõtrouerſia,niſi contrariũ agatur, vel niſi ſpecies præ
cedat ad quã reſtrictio fieri poſſit, ſalua ratione recti ſermonis.
l.emptor.§.Lucius.vbi gl.& doct.ff.de pact.Bal. & doc. in l.ſub
prætextu ſpecierũ. C.de tranſac.latè Alex.in cõſ.117.col. 5.lib.
2.in conſ.11.lib 2.in conſ.46.lib. 1. qđ eſt repetitũ in conſi. 48.
lib.6.Soc.in conſ.104.col.pen.lib.3.Aret.in conſ.60 ad fi. Cor.
in conſi.6.col. 2 & 3.& in conſ.178.col. fi.lib.1. & alibi ſæpe.&
hoc ne a verborum ſigni.recedatur, quorum ſignificatio eſt,vt
ſicut generaliter prolata ſunt,ita generaliter operẽtur : nam &
12 †in odioſis,verba debẽt intelligi latè,quatenus ipſorũ proprie-
tas patitur.l.cum lege,vbi Aret.ff.de teſta.c.ſi quã.de ſen.excõ.
c.fi.de tranſla.prælato. glo. in c.contra Chriſtianos . de hæreti.
li.6.Calde.in conſ.1.in tit.de conſangui. & affi. & in conſil.54.
in tit.de præben.Ale.in authẽ.ex teſtamẽto. C.de collatio. Dec.
in c.cũ acceſsiſſent,col.7.de cõſti.in c. cũ ordinẽ. col. 2. & in c.
ſedes,col.5. de reſcrip. & alibi ſępe . ſed verba ceſſionis de qua
agitur,ſunt vniuerſalia & pgnantia , quæ reſtringi nullo modo
poſſent ad bona immobilia tantum , ſalua ratione recti ſermo-
nis . Pau.de Caſt. In conſil.333.Dubium videtur prima facie.
col.1.lib.2. Cor. in d. conſi. 6. col.2.& 3.lib.1.Calca.in conſil.
17.col. 2.ideo vniuerſaliter intelligentur vt ſonant . ¶ Octauò
cõſidero,quòd in iſta ceſſione ſunt verba vniuerſalia geminata,
ibi:omnia iura,deinde ſubijcitur,aut aliqua quauis cauſa.modo
13 arguitur ſic†verba vniuerſalia ſimplicia omnia comprehendũt
quæ excogitari poſſunt.l.in fideicommiſſi. §. cum Pollidius. ff.
de

de vſuris.l. cum virum,C.de fideic.tradit Soci.in cõſi. 26, col. 2.
lib.3.ſed vltra Soci.allego gl.& fortè ſing in l.qui ſcit. §. præte-
rea.ff.de vſur.in ver.a quolibet. Nam tex.dicit, ꝙ fructus ad ſiu
ctuarium pertinent,a quolibet sati ſint, dicit glo & de cuiuslì-
bet frumento. quæ maxima eſt ſubauditio. Rurſus, qñ prohibe-
tur alienatio extra familiam ſimpliciter, non cenſetur prohibi-
ta ſucceſsio ab inteſtato, licèt ſuccedens non ſit de familia. l. cũ
pater.§.cum inter,ſecundum cõem intellectum. ff. de lega.2. &
tamen ſi fiat prohibitio verbis vniuerſalibus, cenſetur prohibi-
ta talis ſucceſsio.latè Soci.in conſi.251.col. 4. lib. 2.Dec.in con-
ſil. 366. Si verba ſimpliciter vniuerſalia omnia comprehẽdunt.
a fortiori,qñ ſunt geminantia, ex quibus contrahentium volun
tas exuberantius oſtditur .l.baliſta.ff.ad Trebel. l. 1. §.fi. ff quod
14 quiſque iur.vbi Alex.immo † ſtantibus talibus verbis vniuerſa-
libus trahitur ceſsio ad iura etiam incognita & incogitata, quia
ſaltem dicitur cogitata in genere, quæ cogitatio in genere ſuf-
ficit.l.qui iure ff de teſt.mili.Alex.in l.in repudianda. ff de acq.
hæred. & ꝙ ceſsio facta verbis vniuerſalibus trahatur ad iura
etiã incogitata & ignorata,eſt tex.in l.tres fratres. ff.de pactis.
vbi quietatio vniuerſalis trahitur etiam ad occulta , de quibus
cogitatum non eſt . Et licèt pactum ibi ſit inefficax per replica-
tionem doli,illud eſt,quia dolus interuenit paciſcentis: ſed do-
lo ceſſante,manet efficax pactũ. Ad idem text.in d.l.1. ſub præ-
textu ſpecierum. C.de tranſactio, vbi trãſactio facta verbis vni-
uerſalibus trahitur etiam ad inſtrumẽta de nouo reperta, & ſic
ad incogitata & ignorata,vt ibi tradunt Bal.& doc. Idem tradit
Bar.in d. l.ſi de certa, col. 2.verſi quarto vlterius. C.de tranſa-
ctio. Alex.in conſi 42.col.4. poſt med.lib.1. Cor.in conſil. 144.
col.3.poſt med.lib.3.Ergo multo magis verba ceſsionis ita am-
pla pertinebunt etiam ad bona mobilia nõ ignorata , & de qui-
bus fuit cogitatum, aut cogitari facilè potuit in ſpecie , nedum
in genere. Poſtremò , niſi verba ita generalia comprehendant
etiam bona non ſpecificata,nihil operabuntur: quod eſſe nõ de-
bet.l. ſi q.ſ. ff.de lega.1. immo verba generalia , quæ aliàs nihil
operantur,cõprehendunt etiam iura de futuro. Alex.in cõſ 68.
col.pen.circa fin.lib.5. Deci.in conſ.287.col.fi. in c.ſedes, col.6.
de reſcr. & alibi ſæpe. Nam etiam in materia ceſsionis & renũ-
ciationis, verba debent intelligi,vt aliquid operentur: ideo ge-
neralis renuntiatio trahitur etiam ad caſum fortuitum, qñ aliàs
eſſet ſuperflua,& nihil operaretur. Bar.in l.ſed & ſiquis.§. quæ-
ſitum,col. 2. ver. 3.fuit opinio ff.ſi quis cautio. ſequitur Aret. in
conſ. 104. Breuitas, col.3.in fi.verſ vlt.hoc clarè patet.Cor.Iun.
in tracta. feu.in 3.parte, q.21 Et in renunciatione, ꝙ verba de-
beant intelligi, vt aliquid operentur,tradit Cor.in conſ.51. col.3.
circa fin.lib.2.immo inducitur renũciatio , vbi aliàs verba nihil
operarentur.l.ſi ſtillicidij. ff.quem. ſerui. amit. Iaſ.in conſi. 98.
15 col.fi. lib. 1. Idem † in materia diſpenſationis, in qua verba de-
beat intelligi, vt aliquid operentur. Cald. in conſ.6.in fi. in tit.
qui filij ſint legitimi, & ſit extenſio de vna perſona ad aliam, q̃
aliàs non fieret, vt verba aliquid operentur.l. ſi ſtipulatus fuero
per te non fieri. ff.de verb.obl Rom.in conſ. 14.Idem de iure.&
ſumitur argumentum a contrario ſenſu,etiam ad correctionem
iuris cõis,qñ aliàs verba nihil operarentur . Autẽ ex teſtamẽto,
vbi Rom. & Mod .Imo.l. 1. C. de colla. Cor.in conſi. 91. col. 5.
lib. 1.no.in l. 1.ff.de offi.eius. ¶Quibus conſequens eſt cõclude-
re,non oportere Ioannẽ Regis inquietari ad illa bona mobilia.
Et ita reſcribendum cenſui,ſaluo ſaniore iudicio . Taurini.
22.Octobris. 1534. Aymo Crauetta a Sauiliano Iuriſconſultus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum per cancellationem irritatur.*
2 *Quõ intelligi debent verba , Nolo valere iſtud teſtamentum .*
3 *Ex ſolo ingreſſu monaſterij rumpitur teſtamentum.*
4 *Notarius debet ſeruare teſtamentum cancellandum ad iuſ-*
ſum teſtatoris.

CONSILIVM CCXXVIII.

¶ Pro Magnifico domino Villæ Falletorum.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato.In propoſi-
to caſu dubia videtur concluſio firmata a Magni-
fico dño Collaterali Vicomercato , quia videtur
cõſtitutus caſus, extra terminos illius diſtinctio-
nis,qñ teſtator dicit ſimpliciter nolle primum te-
ſtamentum valere,nõ reddita cauſa,& qñ cauſa ſubijcitur, quia
vult inteſtatus mori: nam hic teſtator coram ſeptem teſtibus
mandauit teſtamentum aboleri,ſeu cancellari, ad cuius manda-
tum notarius idipſum impleuit inducendo cruces inſtrumẽto.
1 ſed in cancellatione doct.cõiter concludunt per eam † teſtamẽ-
tum irritari.l.cancellauerat.l.proximè, & l. fi. ff.de his, quæ in
teſta.delen.l. noſtram, vbi doc. C.de teſta. Bart.in l.in fraudem.
§. ſicut,col.1 . ff.de teſta.mili.in l. 1. §.fi.ff.de his,quę in teſta.de-
len.in l. 2. §.ſi plura.ff.quemadmo. teſta. aper. Anch.in cõſ.337.
De efficacia,col.3 . verſ.item præſuppoſito, ꝙ ipſe.Alex.in con-
ſil. 159.col. 1.lib. 7.Bal.in conſi.354. Ad euidentiam, col. 2.ver.
quoniam teſtator,lib. 5. vbi dicit, ꝙ tunc ita cancellato teſtamẽ-
to,deficit probatio.no. Alex in l.fi. col. 5. C.de leg. Deci.in re-
gula.qui cum alio.§ 1 ff.de reg.iur. In qua quidem cancellatio-
ne, illa diſtinctio an teſtator dixerit ſe cancellare , quia volebat
inteſtatus decedere, vel quia hæredes indignos haberet, ad hoc
tantũ fit,vt intelligamus,cui hæreditas applicetur.Nam ſi can-
cellatio fiat in hoc, vt inteſtatus decederet, ipſo iure teſtamen-
tum ſit irritum, & tranſit hæreditas ad hæredes ab inteſtato. Sĩ
verò,quia hęredes indignos habuit,trãsfertur in fiſcum.In du-
bio autem qñ cancellatio ſit ſimpliciter, non expreſſa cauſa , an
malit inteſtatus decedere, aut hæredes indignos putet, præſu-
mitur facta gratia hæredum venientium ab inteſtato. ita Bart.
& doct.in d.l.noſtram. pulchrè Oldr.in conſi. 144.Circa mate-
riam. vbi etiam ꝙ ſi teſtator ſolum cancellet in partem, puta no
men vnius hæredis, in alijs non cancellatis firmum manet te-
ſtamentum,& applicatur hæreditas alijs cohæredibus. Planè in
caſu noſtro teſtator non dixit ſe nolle , vt valeret primum te-
ſtamentum,at illud cancellari iuſsit , deinde ad eius votum fuit
cancellatum per notarium: ergo iſta cãcellatio facti videtur te-
ſtamentum omnino infirmare ſaltem ope exceptionis, quia illa
cancellatio facti agit potentius, quàm verbalis declaratio, qñ te
ſtator loquitur nolle valere teſtamentum. Et ratio videtur poſ-
2 ſe reddi, † nam qñ teſtator dicit, Nolo valere iſtud teſtamẽtum,
videtur innuere , ꝙ ad alium modum teſtari velit , & primum
teſtamentum mutare: ideo ſi aliud teſtamentum non faciat, lex
præſumit, ꝙ voluerit perſeuerare in priore volũtate, licèt quã-
doque dixerit illa verba, Nolo iſtud teſtamentum valere, prout
Alex.pulchrè declarat in conſi.30. in 2. dubio, lib.3. & in con-
ſil. 159 lib. 7.per totum.Sed qñ teſtator venit ad actum facti te-
ſtamentum cancellando, non præſumitur ꝙ ideo cancellaue-
rit,quia vellet aliud teſtamẽtum implere, ſed quia omnino de-
liberatum habebat, vt illud vacaret viribus,& potius fauore ve-
nientium ab inteſtato. Etenim ex illa declaratione facti inſtru-
mentum cancellando, efficacior oſtenditur teſtatoris voluntas,
vt noluerit in omnem euentum tale teſtamentum valere , ſiue
quia aliud conſtituiſſet ſcribere , ſiue quia inteſtatus maluiſſet
decedere . Etenim multo fortiſsima ſunt facta ad oſtendendam
voluntatem, atque ſint verba. Hinc videmus rumpi teſtamentũ
3 † ex ſolo ingreſſu monaſterij, de quo teſtator non cogitauerat,
quia actus ipſe ingreſſus monaſterij agit potentius verbali reuo
catione Bar.in authen.ſi qua mul.C.de ſacroſ.eccle. Dec.in c.in
præſentia,col.32 poſt med. verſi.non obſtat, ꝙ expreſſa diſpo-
ſitio eſſet.de probat. Plus enim eſt aliquid facere, quàm dicere.l.
ſi tamen.§.ei qui.ff.de edil.edic.c. dilecti,el 2 vbi Deci. in 2.no.
de appella.Iaſ. in l.de quibus,col. 9.ff.de legibus, & in l. non ſo-
lum.§. morte,col. 10 ff. de operis no.nunc.Et in terminis cãcel-
lationis quæ fit a notario ex teſtatoris iuſſu , vt per eam teſtm̃
reuocetur,decidit expreſsè Bar.in l. 1. §.ſi plura, in vltimis ver-
4 bis. ff. quemadmo.teſtam.aper. Nam dicit Bar.† ꝙ licèt reuoce-
tur teſtam.ex collatione notarij ad iuſſum teſtatoris, tñ nõ de-
bet notarius teſtm̃ declarare, ſed ita cancellatum ſeruare. & ſic
vult expreſsè Bar.infirmari teſtamen. ob eiuſmodi cancellatio-
nem,licèt declarari illud non oporteat. tradit Alex. in conſ.74.
col. 1.verſi. moueor etiam,lib 1.Addo etiam, ꝙ in dubio præſu-
mitur facta cancellatio de voluntate teſtatoris,niſi eſſet teſtam.
ad pias cauſas,iux.no.in l ſi vnus. C.de teſt. Alex.in conſi. 104.
col. 1.lib.7 & in conſ.14 col.3.ad fi.lib.6. ¶Quibus conſequens
eſt colligere , in ambiguo eſſe vires memorati teſta. quod ipſe
infirmum puto , potiuſquàm validum , ad correctionem tñ cu-
iuſuis efficacius conſulentis. Sed quia conſultor intellexit con-
ſilium pro eo facere,& ꝙ in ſententiam alterius dñi conſulen-
tis venire recuſaui, conſilium hoc pro derelicto habuit , cautos
igitur eſſe aduocatos oportet, vt ne impoſturas ferant. Taurini.
24.Octobris.1534.Aymo Crauetta a Sauiliano. I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Legi probibitiuæ facta in odium probibiti, poteſt renũciari cum iuramento.*
2 *Donatio in concubinam cenſetur probibita, eadem ratione qua donatio inter virum & vxorem.*
3 *Clericus non poteſt donare concubinæ.*
4 *Non valet ſtatutum vel conſuetudo, per quam datur materia delinquendi.*
5 *Publicæ boneſtatis ratione impeditur matrimonium.*
6 *Clericus propter boneſtatem, non poteſt donare concubinæ.*
7 *Iuramentum nunquam operatur in præiudicium tertij, cuius fauore aliquid introducitur, ſed ſolius iurantis tantùm.*
8 *Relicta concubinæ, cũ qua matrimonium contrahi non poteſt, ad fiſcum videntur pertinere.*
9 *Iuramenti comes, eſt veritas, iuſtitia, & iudicium.*
10 *Iuramentum non ſeruatur niſi propter vinculum æquitatis.*
11 *Concubinatus eſt omnino de iure canonico probibitus.*
12 *Concubinarij dicuntur turpes perſonæ.*
13 *Indiffinita in materia legis, æquipollet vniuerſali.*
14 *Donatio permittitur ex cauſa alimentorũ in filios ſpurios de æquitate canonica.*
15 *Pars allegans exceptionem, tenetur illam probare.*
16 *Inboneſtum eſt, quòd concubina alatur de bonis eccleſiaſticis.*
17 *In donatione male arguitur de vxore ad concubinam.*

CONSILIVM. CCXXIX.

¶ Pro Auguſtino Mora ex Bolengbo.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Quidam clericus a Bolengho diſtrictus Hyporrediæ, donauit quædam bona concubinæ ſuæ tam ex cauſa alimentorum, quàm propter copulam: illud ſcilicet cogitabat lõga Veneris obſequia ſoluere. clerico defuncto agit mulier contra Auguſt. Moram de Bolengho clerici hæredem, vt bona donata præſtet. Iudex ordinarius coram quo cœptum iudicium eſt, condemnauit rerum ad tradendum bona donata. ab ea ſententia fuit appellatum ad magnificum Senatum Thaurini. Quæritur modo de iuſtitia vel iniuſtitia illius ſententiæ. ¶ Aduocati concubinę dicunt valere donationẽ propter iuramentum qđ ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ. c. cum contingat, de iure. & in terminis donationis factæ concubinæ ꝙ iuramento firmetur, allegant Roma. in conſi. 43. in 4. dubio. Roma. loquitur in donatione facta concubinæ per militem terreſtris militiæ, ergo idem videtur dicendum in milite cœleſtis militiæ, quia æquiparantur in hac materia. Sed
1 vltra Rom. poterant † allegare, ꝙ legi prohibitiuæ etiam factæ in odium prohibiti, poteſt renunciari cum iuramento, ut no. in d. c. cum contingant, tradit Ale. in l. ſi conſtante. §. quoties. col. 3. ff. ſolut. matr. Pau. de Caſt. in conſil. 188. Præfati promiſſores. ad fi. in conſi. 190. cum tempore contractus. col. 2. ad fi. lib. 1. & in conſi. 8. In cauſa quæ vertitur coram domino Vicario. col. 2. lib. 2. Soc. in conſil. 77. col. 7. lib. 1. Bald. Nouellus trac. de dote. e. ſexta parte priui. 51. in 12. limi. Dec. in conſil. 345. col. fi. Cor. in conſi. 260. col. pen. lib. 2. Fel. in c. ſi diligenti, col. 4. de for. compe. Iaſ. in l. de bis. col. pen. ff. de tranſa. ſimiliter po
2 terant alle. d. Bar. in conſi. 262. recolo. lib. 1. vbi ꝙ † donatio in cõcubinã cenſeť prohibita eadẽ rõne, qua donatio inter vi. & vxo. ideo alibi dicit idẽ Bald. in conſi. 267. Ad euidentiã ꝑmitto col. 2. lib. 1. ꝙ donatio facta cõcubinę morte cõfirmať, ſicut donatio inter coniuges, ſi donatio in concubina prohibeť eadẽ ratione qua prohibita eſt donatio inter coniuges, ſcilicet ne inducatur ſpoliatio & paupertas ob multum & ineffrænatũ amorẽ: ergo ſicut donatio inter coniuges firmať iuramento, ita firmari debet donatio facta concubinæ. ¶ Secundo dicunt, ꝙ ſaltẽ valere potuit ratione alimentorũ, ſicut videmus in ſpuriis, quibus parentes relinquere aliquid non poſſunt, & tamen alimenta eis non negantur. capitulo, cũ haberet, de eo qui dux. in matri. quam poll. per adul. no. in aut. ex cõpleau. C. de ince. nup. Bar. in l. fi. ff. de his quibus. vt indig. ¶ Quibus tamẽ non obſtantibus puto male iudicatum ꝑ iudicẽ a quo. & primo intẽtio ſeu exce
3 ptio Auguſtini Morę fundata uidetur de iure cõi, † quo iure clericus concubinę donare non poteſt. Bart. in l. affectionis. ff. de dona. & in l. miles, in prin. ff. de re iudi. Abb. in c. 1. de cler. ęgro. Ancha. in conſil. 247. Dubium facit. Ang. in conſil. 171. Dec. in conſil. 132. Deciſio Neapoli. dec. 102. vbi amplius ſubdunt, non valere donationem eiuſmodi, licèt dicat clericus donator ſe donare ob ſeruitia & merita ipſius donatariæ, niſi aliter probentur ſeruitia & merita: quia nõ ſtatur confeſſioni donatoris in actu prohibito, iuxta. l. donatione. C. de colla. Tota difficultas in eo cõſtat, vt reſpondeamus ad contraria. Ad primũ de iuramento reſpondeo, ꝙ immo iſtud iuramentũ ſeruari non põt ſine diſpendio ſalutis æternæ: nam doc. in hac materia conſiderant an iuramentũ ſit contra bonos mores canonicos: quia tũc dicitur ſeruari non poſſe citra periculum æternæ ſalutis; ideo nõ obligat, regula, nõ eſt obligatoriũ, de reg. iur. lib. 6. no. Dec. in l. pacta quæ cõtra. C. de pac. Dť autẽ iuramentũ cõtra bonos mores canonicos, quotiẽs ex eo peccatũ induciť, vt no. in dictis locis. iſtud intelligo ẽt ſi peccatũ ueniale tantum induceret aut nutriretur. glo. in c. ſi aliquid. 22. q. 4. Archidi. in c. 2. de pac. lib. 6. Bal. in c. 1. §. itẽ ſacramẽta, de pace iura. fir. Gemi. in conſ. 61. col. 2. circa med. Dec. in c. eccleſia ſanctæ Marię col. 10. de conſti. Iaſ. in §. item ſi quis, el. 2. col. 12. inſti. de actio. Roch. de Cur. in repe. c. fi. col. 7. de conſuetud. Tunc arguo ſic, dare mate
4 riã delinquendi dicitur peccatũ, ideo † non valet ſtatutũ, lex, vel conſuetudo, per quã materia datur delinquendi tanquam nutritiua peccati. l. ſi vnus. §. pacta. ff. de pactis. l. conuenire. ff. de pac. dotal. no. cano. in c. cognoſcentes, vbi Dec. col. 1. de conſti. Bar. Bal. & doct. in l. cũ lex. ff. de legib. Iaſ. in l. ſi vnus. ff. illud nulla. ff. de pac. in l. aut prætor. la 1. in prin. in quarto no. ff. de iureiur. & in l. admonendi. col. 15. verſ. limita dictũ ſtatutum. eo. tit. vbi ꝙ non ualet conſuetudo indiſcreta, quod credať omni ſcripturæ priuatę pro ſcribente, quia daret materiam delinquẽdi & falſum committendi. & de conſuetudine eſt tex. in d. c. fi. de cõſue. no. Roma. in conſi 90. ad fi. lã ſi lex occaſionẽ delicti daret ipſa delictũ feciſſe cenſeretur. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad leg. aqui. c. ſtudeat ſanctitas. l. di. cap. fin. de iniu. de quo late dixi in conſ. 137. per totum. Modo ſi permittitur clericis dare concubinis cum iuramento, cui dubium, materiam præberi facilius delinquendi? nonne clerici concubinas facilius inuenient, ſi donare eis poſſint ꝗ ſi donare non poſſunt? etenim ſolent turpiſſimæ & impudicæ mulierculæ cogitatione futuri quæſtus corpora prodücere. l. 4. §. ſed quod meretrici. ff. de condi. ob turp. cau. l. palam. ff. de ritu nup. Hoc docet ipſa rerũ experientia, nam munera ſi tollas, continuo iter ad venerem clauditur. & in terminis iuramenti dantis materiam delinquendi, quod non valeat, notat Bal. in d. c. 1. §. itẽ ſacramenta, col. fi. de pac. iura. fir. Rom. in cõſ. 466. Videtur prima fronte. col. 2. ¶ Quæ concluſio videretur omnino indubitabilis, tenẽdo opi. ꝙ iuramentũ non firmet donationẽ inter virũ & vxorẽ. & licet opi. cõis ſit in cõtrariũ. multi tñ tenetur cõtra cõmunẽ, etenim rõnes quę aſſignãtur inter coniuges multo fortius procedunt in donatione facta concubinæ: nã plures videmus ſpoliatos & paupertatẽ ad imam redactos ꝑꝑ iſtas cõcubinas ꝗ ꝑꝑ vxores. Sed quicquid ſit de donatione inter coniuges, quia non intendo a cõi opi. ſeiungi, circa concubinã clerici, res clara videtur ob nimiã turpitudinem & inhoneſtatẽ. nã ratio cur prohibeatur donare cõcubinę, duplex poteſt conſiderari. Primò quia talis donatio vť repugnare dignitati & honeſtati totius ordinis clericalis: nã turpe & indignũ videtur ꝙ bona clericorũ veniant ad eiuſmodi mulieres quæſtuarias, ideo nõ videtur poſſe clericũ renũtiare diſpoſitioni introductæ ob publicã cauſam dignitatis eccleſiaſticæ ẽe cũ iuramẽto. c. ſi diligenti, vbi no. de ſo. cõpe. Itẽ cũ verſeť rõ honeſtatis publicæ, ne materia deť clericis luxuriandi, iuſm cõtra publicã honeſtatẽ nõ valet. nã inter iuris ꝓcepta honeſtas numerať. l. iuſtitia eſt. §. iuris ꝓcepta. ff. de iuſti. & nõ ſolũ quod licet, attendiť,
5 ſed ẽt quod honeſtũ eſt. l. ſemp. ff. de ritu. nup. † Rurſus publicæ honeſtatis ratione impeditur matrimoniũ. c. iuuenis, & c. ad audientiam, de ſponſal. facit quod nota. in l. quod ex liberta. C. de oper. lib per illum tex. & poſſe non dicimur quod honeſte non poſſumus. 22. q. 2. c. faciat. Neq; valet conſuetudo contra honeſtatẽ. c. cũ decorẽ. & c. cũ ab oĩ, de vi. & hone. cleri. Dec. in c. cũ dilecta, col. 4. de cõfir. vti. vel inuti. & ratione honeſtatis cõſeruãdę recediť a proprietate verborũ. Iaſ. in l. qui ſe patris, colũ. 55. C. vnde lib. Alibi dicit idẽ Iaſ. in l. reprehẽdẽda, ꝑ illũ tex.
6 C. de inſti. & ſubſti. & † ꝙ honeſtas oĩ lucro ẽ anteponẽda. Si honeſtas ſcribiť inter iuris ꝓcepta: ergo facere cõtra honeſtatẽ, inducit delictũ, cõſequẽter nõ operabiť iuramẽtũ contrariũ publicæ honeſtati. & ſi dť fieri cõtra honeſtatẽ clericalẽ, ꝙ cõueniať clericus

ricus coram iudice ſæculari, & hoc eccleſia nullo modo tolerat
licèt clericus conſentiat cũ iuro: multò maximè aduerſatur de-
cori & honeſtati eccleſię ꝙ clericorũ bona tranſeant in concubi
nas. ¶ Secunda ro prohibitionis conſiderari poteſt, uidelicet in
odiũ tam ipſius clerici donantis quàm concubinæ cui donat,
& in fauorem eccleſiæ ſeu venientiũ ab inteſtato ad quos trãſfe
runtur bona ita donata, quo caſu nõ permittitur cuiuſmodi pro-
hibitioni renunciare etiam cum iuramento, quia non operatur
iuramentum in pręiudicium tertij. ca. 2. de pac. lib. 6. Bart. in l.
cum quis decedens. §. Titia. ver. & hoc eſt vide. ff. de leg 3. Bald.
in conſil. 22. Quædam domina Ioch olma. li. 5. vbi ꝙ renuncia-
ri non poteſt diſpoſitioni. l. hac edictali. C. de ſec. nup. quia con-
cernit odium prohibiti & fauorem tertij. ſ. filiorum primi ma-
trimonij, quibus præiudicari non poteſt: refert & ſequitur Dec.
7 in conſil. 246. col. 1. † & generaliter verum eſt, quod iuramen-
tum nunquam operatur in præiudicium tertij, cuius fauore ali
quid introducitur, ſed ſolius iurantis tantum. c. ſicut, & c. intelle
cto, de iureiur. Bar. in l. Titia §. imperator. ff. de leg. 2. Bal. in l. 1.
C. de inoſ. don. Illud tamen affirmare non auſim, inductam eſſe
prohibitionem fauore eccleſię, aut venientium ab inteſtato tan
quàm bona ad eos ventura ſint, quia ex hoc ſequeretur ꝙ vo-
luerit lex facultatẽ teſtandi clerico tollere aut reſtringere in bo
nis proprijs, contra. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb.
obl. Ideo dicendum eſt inductam prohibitionem ratione publi-
8 cæ honeſtatis & ordinis totius clericalis. † Præterea relicta con
cubinæ cum qua matrimonium contrahi non poterat, nemini
videntur pertinere, vt infra dicetur, in tertia reſpõſione ad ſecũ
dum argumentum. ¶ Amplius dico, poſito ꝙ iſta prohibitio
eſſet inducta fauore ipſius clerici donantis, prout non eſt, cum
odio, non fauore ſit dignus; adhuc non potuiſſet renunciare cũ
iuramento, quia daret materiam delinquendi & nutriret pecca
tũ non veniale, ſed lethaliſſimum, ſi permiſſum eſſet clericis do
nationes conferendi in concubinas, vt ſupra probauimus. & in
terminis concubinatus faciunt notabilia & pulcherrima verba
Pau. de Caſt. in conſil. 467. Viſo dicto puncto, occurrunt du-
9 bia. col. 1 & 2. lib. 2. ¶ † Præterea iuramentũ debet habere tres
comites, veritatẽ, iuſtitia, & iudicium. 22. q. 200. c. animaduertẽ
dum. & c. quanto, de iureiu. Sed quæſo, quæ iuſtitia, quæ veritas
quod iudiciũ, vt cõcubinæ odio & vltione digna meritis orne-
10 tur a clerico? † Ruſus, iuramentum non ſeruatur niſi propter
vinculum æquitatis, ſecus vbi eſſet vinculum iniquitatis. d. cap.
quanto. facit tex. in l. illicitas, in prin. ff. de offi. præſidis, quem
tex. ad hoc allegat Bald. in conſil. 213. lib. 1. ſed nulla æquitas
monet vt apud delinquentes pręmia reponantur, immo reipu-
blicæ intereſt vt male meriti egeſtate laborent. l. bona fides. ff.
depo. Reatus. n. omnem miſerationem excludit. l. 5. C. vbi ſena.
vel clar. l. relegatorum, in fi. ff. de interd. & relega. ¶ Secundò
principaliter reſpondeo ad conſilium Rom. retorquens eius ra-
tionem: nam dicit concubinam parum differre ab vxore, & ꝙ
donatio in concubinam debet confirmari iuramento, ſicut do-
11 natio in vxorem. † ſed de iure cano. concubinatus eſt omnino
prohibitus. c. nemo. & c. dicat aliquis. 32. q. 3. Bar. in l. 1. ff. de
12 concubi. † Imò dicuntur concubinarij turpes perſonæ, vt ſi fra-
ter inſtituat concubinarium, locum habeat quærela de qua in l.
fratris. C. de inoſ. teſta. Dec. in conſi. 530. Quod quidem ius ca-
nonicum debet ſeruari etiam in terris Imperij, cum peccatũ cõ-
cernat, iuxta no. per Bar. in l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccle. per
canon. in c. 1. & 2. de oper. no. nunc & in terminis concubinatus
no. Alex. in conſi. 69. col. 3. lib. 3. Itaque cum inſpecto iure ca
nonico, differat omnino concubina ab vxore, diſpoſita in vxo-
re, non habebunt locum in concubina, & ſic in totum tollitur
fundamentum Roma. & miror quomodo potuerit arguere ex
ratione iuris ciuilis ſublati & correcti in hac parte per ius cano-
nicum: a lege autem correcta & abrogata non licet arguere. l. fi.
in prin. C. de edicto diui Adri. tollen. & ita in ſimili quando lex
canonica contradicit legi ciuili, arguit Ancha. in conſil. 411.
¶ Tertiò principaliter reſpondeo, ꝙ Rõ. loquitur in milite ter-
reſtris militiæ, in quo concubinatus non eſt adeò odioſus vt in
clerico: nam clericus priuatur beneficio propter cõcubinatum,
iuxta no. in c. ſicut, & in c. ſi autẽ, de cohabi. cler. & mulier. Dec.
in d. conſil. 132. quod in milite terreſtri non reperit. Item pro
hibetur in clerico non ſolum coitus cum concubina, ſed etiam
matrimonium quo matrimonio clericis interdictum eſt exce-
ptis Græcia, c. in cœna. 31. di. no. in c. oẽs, de pœni. & remiſ. ſe-
cus in milite. ideo non eſt bonum argumentum de vno ad alte-
rum, cum habent diuerſam rationem. l. fi. ff. de calumnia. l. Papi-
nia. exuli. ff. de minor. cum ſi. ¶ Quartò reſpondeo, quòd Ro. lo
quitur in concubina de iure ciuili, ſed iſta Ioanna ẽt inſpecto iu
re ciuili, concubina eſſe nõ poterat. nã cũ eſſet vidua, ſtuprũ cõ
mitit. l. nuptã. ff. de adul. quinimmo punit ẽt ducens viduã ſtu-
pratã in vxorẽ. l. mariti. §. quod ait lex. eo. tit. conſequenter tali
mulieri donari nihil põt, cũ eius coitus damnetur de iure ciuili,
vt in terminis tradit Bal. in conſil. 457. Ad euidentiã præmiſ-
ſo ꝙ concubinatus. lib 5. ex cuius dictis apparet deciſio præſen
tis dubitationis. & filij ẽt nati ex tali muliere vidua ſtuprata di-
cuntur ſpurij, & æquiparantur natis ex adulterio quãdo coitus
eſt accuſabilis & punibilis de iure. l. inter liberas. §. 1. ff. de adulc.
Bar. in l. ſi adulterium cũ inceſtu. in prin. ff. e. tit. Sed coitus cle-
rici cũ vidua eſt accuſabilis & punibilis, immo & cum ſimplici
concubina, vbi in laico non eſſet accuſabilis aut punibilis. pa-
tet, quia priuatur clericus beneficio ob ſimplicem cõcubinatũ:
& quòd natus ex coitu damnato & accuſabili dicatur ſpurius,
no. Soc. in l. Gallus. §. quid ſi is. col. 2. poſt med. ff. de lib. & poſt.
¶ Non obſtat quòd legi prohibitiuæ poteſt renuntiari cum iu-
ramento, quia illud procedit quando ſolum vertitur damnum
iurantis pecuniarium, non etiam animæ & ſalutis, vt hic, vbi da
tur materia delinquendi & luxuriandi. Ita declarat Bal. nouel.
in loco ſupra alle. id eſt in ſexta parte priuilegio. 21. in 12. limi.
¶ Secundo reſpondeo, quòd iſta prohibitio principaliter facta
eſt ob publicã honeſtatem conſeruandã & ad refrenandum vi-
tium libidinis, maxime in clericis: quo caſu dicitur lex introdu-
cta ob publicam vtilitatem principaliter. l. ita vulneratus. in fi.
ff. ad leg. Aqui. Bar. in l. quemadmodum. C. de agrico. & cenſi.
lib 11. Sed legi introductæ ob publicã vtilitatem principaliter
ad puniendum delicta, & vitia refrenandum, renuntiari non po
teſt, etiam cum iuramento. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar, vbi Iaſ.
in vlt. no. ff. de pac. & idẽ Iaſ. in l. 1. col 10. verſ. 3. adde. ff. ſolut.
mat. Et hac ratione videmus, ꝙ non poſſunt parentes renuncia
re legibus de ſpurijs loquentibus, & ſpurijs relinquere, etiam cũ
iuramento: quia illa prohibitio indicta fuit ob vtilitatem publi
cam principaliter, vt eo modo vitia parentum refrenarentur &
cohiberentur. l. fi. C. de natura. lib
¶ Amplius, etiam ſoboles legitima conſentire non põt, ut quid
ſpurijs donetur aut relinquatur cõtra prohibitionẽ iuris. Ange.
in conſil. 253. col. 2. verſ. vnde conſenſus. Alex. in conſil. 129.
col. 3. lib. 6. Præterea, poſito & non conceſſo, talis prohibitio
donandi concubinæ clericorum non pertinere ad vtilitatẽ pu-
blicã prout certè ſpectare arbitror; illud tamẽ negari non põt,
inductã eſſe prohibitionẽ, qa maior caſtitas requiritur in cleri
cis & alijs dignioribus perſonis, quàm in alijs inferioribus, & ra
tione vitandæ turpitudinis in perſonis tam claris. arg. l. ſi qua il
luſtris. C. ad Orphici vbi mater illuſtris non ſuccedit ſpurio: qa
in ea maior requiritur caſtitas rõne qualitatis & excellentiæ ꝑ
ſonæ. & ita iſtã rõnẽ in milite ſæculari per illã. l. cõſiderat Iac.
de Puteo inter conſi. Calca. in conſi 62. col. 1. Idẽ in effectu vo-
luit Calca. in conſil. 59. col. 3. vbi ꝙ talis prohibitio donandi
concubinæ inducta eſt rationi vitandæ turpitudinis, ergo in ta-
li prohibitione iuramentum operari non debet tanquam cõtra
bonos mores canonicos & inductiuum peccati & turpidinis.
Et. n. ſi ſit prohibitio donationis vt fugiatur turpitudo, ergo ne
ceſſe eſt dicere ꝙ eius ꝑmiſſio ſit inductiua turpitudinis & pec
cati, arguendo a contrarijs vt cõtrariorũ eadẽ ſit diſciplina. l. 1.
ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. cũ ſuis ſimil. Et ſi iã ſpurijs ve
alieno vitio laborantibus, ſicq; miſeratione dignis. l. legẽ. C. de
natur. liber. ca. naſci. 56. di. parentes tñ relinquere non poſſunt,
multominus poterũt relinquere eorũ matribus ſeu talibus mu-
lierculis putidiſſimis, in quibus ipſis uitiũ arguit grauius & ꝑ
nicioſius, cũ potentior ſit actus in cã quàm in cauſato. Pa. de Ca.
in conſi. 129. Statuta Piſana. col. ſin. lib. 1. allegat text. in l. digna
vox. C. de legib. Iõ cã ſecunda tantũ operat quantũ ſibi a prima
imprimit. l. pero. § ꝓdiũ. ff. de leg. 2. Soc. in l. in teſtã. la 1. in 4.
no. ff. de cond. & dem. Cõfirmatur hoc ꝑ tex. in l. matre. C. de na
tu. li. vbi matri concubinæ plus relinqui nõ põt quàm filiis ſuis
naturalibus: ſi ergo filijs nihil relinqui poſſet, quia natis ex coi-
tu dãnato, multominus dicendũ eſt relinqui poſſe eorũ matri lõ
ge odioſiori. Et in terminis ita arguit Capra in conſil. 157. col.
3. in fi. ne delinquens ſit melioris cõditionis quàm nõ delinquẽs.
Iam ſi huic Ioannæ viduæ ẽt laicus relinquere nõ potuiſſet, etiã
inſpecto iure ciuili, quia cõcubina eſſe nõ poterat, ſm Bal. in d.
conſil. 457. lib. 5. quid dicemus de clerico? ¶ Tertiò reſpõdeo,
ꝙ cum

¶ cũ iſta bona donata tali mulieri pertineant ad hæredes legiti
mos, iuxta.l. 1.cũ ibi not. C.de natura. lib. iuramentũ clerici do-
natoris nõ potuit operari in ꝑiudiciũ ipſorum, vt ſupra probaui
mus. Planè ſi relictũ concubinæ ꝑ militẽ ad fiſcũ pertineat,qñ eſ
ſet talis mulier cũ qua matrimoniũ contrahi nõ poſſet, iuxta.l.
Claudius,& ſeq.ff.de his quibus vt indig.talis exceptio oppo.
ni poſſet ꝑ hæredes clerici.l.his cõſequenter. §. 1.ff.fami.erciſ.
Soci.in conſi. 78. col. 2. poſt med. lib. 4. Ad aliud fundamen.
tũ de alimẽtis,reſponden, ꝙ doc.indiſtinctè dicũt clericũ cõcu
binæ donare nõ poſſe.ergo nec nos diſtinguere debemus. l. de
13 ꝑto.ff.de publici.& † indiffinita in materia legis,æquipollet vni
uerſali,iuxta doct. Bar.in l.ſi pluribus. ff.de leg.ſecundo. & ſic ta
14 li cõcubinæ donari nihil poterit ex quauis cauſa. ¶ † Secundo
ſpecialiter ꝑmittitur donatio ex cauſa alimẽtorum in filios ſpu
rios de æquitate canonica,vt ſupra dictũ eſt : quæ æquitas ceſſat
in cõcubina,in qua nõ cadit ratio naturalis coniũctionis ſicut in
filijs,igiẽ cũ ſit diuerſa ratio,non ꝓcedit argumẽtũ de filijs ſpu-
rijs ad cõcubinã.l ſi.ff.de calũnia. l.naturaliter.§. nihil cõmune.
ff.de acq.poſſ.nã lex canonica reſpiciẽs ad ęquitate naturalẽ,pa
trẽ obligat ad alimẽta ſpurij in quo ceſſat vitiũ & culpa, ſed nõ
æquę reperiẽ cautũ in fauorẽ cõcubinę olẽtiſsimę & execrabi
lis,& quã egeſtate laborare pro tanta luxus nequitia reipub. in
tereſt.l. bona fides. ff.depoſiti. ¶ Tertio rñdeo, ꝙ reus conuentus
15 habet regulã pro ſe.l.clericũ cõcubinę donare non poſſe,† pars
igiẽ allegans exceptionẽ, teneẽ illã probare.l. 1.& 2.ff. de excep.
ſed nullã adducit lege neq; authoritatẽ ꝑ quã probeẽ exceptio.
igitur regulæ ſtãdũ eſt. glo.in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iuris.
Bar. in l.quoties.ff.ſi qs cauti. Et erubeſcimus cũ ſine lege loqui
mur.§.cõſideremus, in auc.de trien. & ſemiſ. ¶ Quarto rñdeo,
ꝙ rõ q̃ militat in proprietate ne deẽ materia delinquẽdi, & fiat
cõtra dignitatẽ & honeſtatẽ eccleſiaſticã, militat etiã in alimen
16 tis, † & inhoneſtũ foret ꝙ eiuſmodi cõcubinæ de bonis eccleſia
ſticis alerentur.¶ Nõ obſtat dictũ Baldi in conſilijs ſupra allega
tis,quia ad illud poſſunt accõmodari reſpõſiones traditæ ad di
ctũ Rom. Secũdo reſponden ꝙ ſi dictũ Baldi eſſet verũ.ſ.ꝙ pro
hibeaẽ donatio in cõcubina eadẽ ratione qua inter cõiuges , ſe-
quereẽ ꝙ prohibita eſſet donatio ad oẽs cõcubinas ſicut genera
liter prohibeẽ donatio inter cõiuges : & tñ videmus iſtã prohi-
bitionẽ ſolũ limitatã in iſtis militibus cęleſtis vel terreſtris mi-
litiæ. ideo rõ Baldi nõ cõcludit cũ nõ ſit generalis , ſed melio-
res videnẽ rationes ſupra allegatæ.¶ Tertiò rñden ꝙ tex.in d.l.
itẽ legato.§.parui referr. ff. de leg.3.volẽs ꝙ cõcubina parũ diſ
ſert ab vxore, reſtringiẽ ad terminos in quibus loquiẽ , valet in
legato.Dec.in l.1.col.2.poſt med.ver.& tex.C.vnde uir.& vxo.
17 ergo in donatione † male arguiẽ de vxore ad cõcubinã, ẽt eo ca-
ſu quo in vxorẽ permiſſa ſit donatio,multominus vbi probibe-
tur.Poſtremo, ne rationibus iã efficacibus autoritas deſit, ꝙ do
natio clerici cõcubinę iuramẽto nõ firmeẽ , cõtra Rom. voluit
Ripa in l.miles,in ſi. prin. ff de re iudi.¶ Ex qbus cõcludo male
fuiſſe pronunciatũ.& bñ appellatũ. Taurini. 15.Octobris.1534.

S V M M A R I V M.

1 *Promiſſio toties videtur neceſſaria defenſionis, quoties decretũ eſt neceſſarium.*
2 *In correſpectiuis ſi vnum ceſſat, ceſſat & alterum.*
3 *Sublata forma ceſſat formatum.*
4 *Tutor teſtamentarius etiam ſine promiſſione obligatur adulto, ſiquid male geſſerit.*

C O N S I L I V M. C C X X X.

¶ In caſu decreti cuiuſdam promiſsionis in tutela.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Tex. in l.
ſi. §.omnẽ.C. de admi.tuto.nõ videẽ habere locũ
in caſu nr̃o : nã mandat illã,defenſionẽ promitti
ante creationẽ tutoris,ergo debet intelligi aut in
tutore legitimo,qui ſalt ẽ in confirmatione largo
modo dr̃ creari, aut in tutore datiuo q̃ proprie dr̃ creari, aut in
teſtamentario qñ eget decreto aut cõfirmatione:nã in tutore te
ſtamentario cõfirmatione non egẽte, verba.tex.nõ conueniunt,
ſi quidẽ oporteret eã promiſſionẽ haberi ante mortẽ teſtatoris
& ſub ipſum teſtamẽti tẽpus,quod eſt,abſurdũ:quia teſtamentũ
demũ efficax eſt, mortuo teſtatore,quo ſuperſtite fruſtra fit pro
miſsio.c.cum Marthæ, de celebra.miſſ. ¶ Secundo ex tex. in §.
ſi. in auc. vt hi qui obli. ſe pcibi. &c.mandat eiuſmodi promiſ-
ſionẽ fieri de tempore decreti,qñ tutela ſeu eius adminiſtratio
1 decernitur. † itaq; toties videẽ neceſſaria promiſsio defenſionis,
quoties decretum eſt neceſſariũ: nã vbicunq; aliquid diſponitur
aliquo præſuppoſito , ceſſante pręſuppoſito , ceſſat diſpoſitio.
Iac. Bu. Sal. & Ful. in l. mancipia.C.de ſer.fug.Rom.ſin. 186.
Statutum puniens. Igitur lex præcepit de iſta promiſsione tem
pore decreti ꝑſupponendo neceſsitatẽ decreti , planè ſi decretũ
nullum requiritur aut ſuperuacuũ eſt, ipſa ꝓmiſsio conſidera-
ri non poterit, nã lex voluit ꝙ tutor promitteret apud acta ſeu
ipſi iudici.vt dicit tex.in d.§.omnẽ,ponderãdo verbum,Geſtis,
ſm explanationẽ glo . & magis ꝑſpicue tex. in d. §.ſi.in auc.vt
hi.qui obli. & ſic iſta promiſsio correſpectiuaẽ ad ipſum decre-
tũ,quia noluit lex decerni adminiſtrationẽ per iudicẽ niſi tutor
2 ad eum modum cautionẽ præſtaret.† in correſpectiuis autem ſi
vnũ ceſſat, ceſſat & alterũ. l. etiã.§.ex cauſa.ff.de minor.l.filio.
§.matr.l.alumnæ.§.ſeia.ff.de adi.lega.l.ſi.ff. de accepti. l. Cle.
ment. §.1.ff.de hære. inſtic. Alexã. in conſi.11.col.3.lib.3.Iaſ.
in l. Lucius, col.8.ff.de vulgar. & in l. teſtamento, co. pen.cir-
ca ſi.C.de teſta.mili.ergo ſublato decreto & ipſam auferri opor
tet promiſsionem ad decretum relatã & correſpectiuã . ¶ Ter-
tio lex voluit eiuſmodi promiſsionẽ, haberi dum celebratur de
cretum, vt d.§ ſi.& §.omnẽ.ergo.illud tẽpus cenſetur introdu-
ctũ pro forma : tẽpus enim quo quid impleri oportet,pertinet
ad formã, auc. quæ ſupp. C. de precib.Imp.offer.& ibi Iaſ.in 4.
not.idem.Iaſ. in l.pupillari.in 2. no. ff. de vulg. in l. qui Romæ.
§.Calimachus.in 5.no.ff.de ver. obli.& in l. 1.§.edi.col. 1.ff.de
eden. Dec. in c. de cauſis. col . 7.ante med.de offic. deleg. ergo
ſublato decreto tollitur & neceſsitas promiſsionis quæ impleri
3 nõ poteſt ad formã ſpecificam.† ſublata enim forma ceſſat for-
matũ.c.cũ ceſſante,de app.& ſublato antecedenti nulla ſunt cõ-
ſequẽtia.l.ſed & hæ.§ præter.ff. de procu.& ibi Bar. cũ ſimilib.
¶ Quarto,cũ lex ſolũ obliget tutorẽ ad eã promiſsionẽ quoties
decernitur adminiſtratio a iudice,non eſt extẽdenda ea obliga
tio legalis ſupra legis diſpoſitionẽ. argu. l. quicqud aſtringen-
dæ.ff.de ver. ob.& cũ lex hoc nõ dicat,nec nos dicere debemus.
l.ſi ſeruũ. §. non dixit prætor. ff. acq.hæredi. ſciuiſſet enim lex
hoc exprimere ſi voluiſſet.l.vnica.§.ſinaũt ad deficientis. C.de
cadu.toll.c.inter corporalia,de transla.præl. ¶ Quinto iſtud vi-
detur probari ex gl.in l.ſi §.& ſi quidẽ,in verſi.ad curationem,
C.de cura.fur.dũ tex.dicit ꝙ licet curator furioſi dato in teſta
mento remittaẽ ſatiſdatio,debet tñ curator apud acta promit-
tere defenſionem furioſi antequam accedat ad curationẽ . dicit
glo.Illud eſt,quia curator in teſtamento perfectè dari non põt,
ideo tunc requiritur decretum iudicis.ſentit ergo glo.ſecus eſſe
in tutore, q in teſtamento perfecte datur.¶ Sextò probari videẽ
iſta concluſio per tex. in l. teſtamento. ff. de teſt.l. 3. & l.ſi.ff.de
cõfir.tutore.d.l.ſi.§.cum antiquitas.C.de cura.furio & §. 1. in-
ſtit.de ſat.tu.vbi diciẽ ꝙ tutori teſtamentario remittitur onus
ſatiſdandi,quia eius fides a teſtatore probata eſt:ergo cẽſetur re
miſſa & illa promiſsio defendendi quia ſatiſdatio venit in con-
ſequentiam illius promiſsionis:& a quo remouetur conſequẽs,
cenſetur remotum & antecedens. Bal.in l. conuenticulam. col.
4.C.de epi.& cle.Septimo iſtud ſubtiliter intuenti videtur pro
bari in d.l. ſi.§.& ſiquidẽ.C.de cur.fur.& in l.de creatiõibus.C.
de epi.audiẽ. vbi tex.dicit ꝙ licet curatori furioſi teſtamẽtario
remiſſa ſit a lege ſatiſdatio,tñ tenetur promittere defenſionem
furioſi.vult ergo tex.ꝙ niſi hoc declaratum & expreſſum fuiſ-
ſet,ex ſola remiſsione ſatiſdationis remiſſa etiã cẽſeretur & pro
miſsio defenſionis.ideo tex.in d.l.teſtamento.ff. de teſta. tutel.
& in d. §.1.inſt.de ſatiſ.tu.in tutore teſtamentario ſimpliciter di
cit remiſſam eſſe ſatiſdationem,quaſi ex hoc ſatis dicatur remiſ
ſa promiſsio defenſionis . ¶ Octauo oſtendo,ꝙ iſta promiſsio
4 non videtur neceſſaria ex quo ſatiſdare non tenetur,† quia etiã
ſine promiſsione tutor teſtamentarius ſi quid male geſſerit,obli
gatur adulto.to.ti.ff. de tutel.& ratio diſtrahen.& to. ti. C. arb.
tutel.ff.& C.de admi.tutor.immo punitur tutor male adminiſ-
ſtrans extra ordinem.l.in cos ff. de tutel. Ancb. in conſil. 330.
col.ſi.nõ etiam intereſt promiſsionem fieri ratione hypothecæ
bonorum , quia bona tutorum ſunt ipſo iure obligata pro ad-
miniſtraris.l.pro officio. vbi Bar.C. de admi. tut. & ſtatim ſunt
obligata ab initio adminiſtrationis ſecundum Bar. Soci. in cõſi.
61.in ſecundo dub.lib.1 immo etiam bona ſecundi mariti ſunt
hypothecata pro mala adminiſtratione vxoris quæ tranſiuit ad
ſecunda vota, non reddita ratione tutelæ. l. 2. C. quando mul.
tute.offi.fung.po.Soci.in conſi.176.colum.2.lib.1. ¶ Nono põ-
dero

deto rationem, quare ſatiſdatio remittitur tutori teſtamẽtario, quia eius fides a teſtatore ꝓbata eſt. iſta ratio tã militat in promiſsione defenſionis, ſicut in ſatiſdationẽ, ergo idẽ ius in vtroq; caſu eſſe debet. l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. a Titio ff. de verb. obli. Immo maior ratio vr̃ eſſe in remiſsione talis promiſsionis quã ſatiſdationis: quia remiſsio ſatiſdationis eſt magis præiudicialis, ꝙ remiſsio promiſsionis. Nã ſi remittitur promiſsio, adhuc tñ tutor cui remittitur, manet obligatus, & bona eius obligata pro adminiſtratione. ſecus in ſatiſdatione, quia nullus pro ſatiſdatione remiſſa obligatur: itaq; ſi remittitur, qđ eſt plus, multo magis remiſſum cenſeri debet, quod eſt minus. regula cui licet, de reg. iur. li. 6. l. nec in ea, verſ. ſed cui occidere, vbi Bar. ff de adul. cũ ſimi. quæ Iaſ. no. in l. in actionibus, col. 3. in 2. not. ff. de in lit. iurando. ❡ Decimò, iſta ratio remittendæ ſatiſdationis, eſt finalis, quia niſi eſſet præſumptio fidei a teſtatore probatæ, non remitteretur ſatiſdatio, iuxta not. in l. 2. §. fin. ff de dona. Cor. in conſi. 101. col. fin. lib. 2. Soc. in conſi. 26. col. fi. lib. 3. ſed qñ ratio eſt finalis, ipſa diſponit de lege eã extendendo ampliando & reſtringendo. Bal. in c, 1. §. ſi decedenti, qui ſi. dat. poſſ. Cor. in cõſ. 257 ad fi lib. 2. in conſ. 90. col. 5. lib. 3. in conſ. 121. col. fi. in cõſ. 236. col. 2. eo. lib. 3. & in conſi. 53. col. pe. lib. 4. Conſequenter iſta ratio finalis militans, & quidẽ multo magis in remiſsione promiſsionis de defendendo, legem extendet ex arbitrio ad iſtam promiſsionem diſponendo de lege. ❡ Præmiſſa liceat videantur efficacia & fortiter vrgere, tñ non auſim ita omnino rñdere, qa contrarium in terminis tenet Pau. de Caſt. in conſi. 391. Poſtq̃ iſte tutor. col. 2. verſ. licet igitur, lib. 1. Barth. inter conſilia Curtij Senioris in conſi. 67. col. 17. poſt med. per tex. in d. §. fi. vt hi qui obli. Sed tñ ceſſat præmiſſa difficultas in caſu nr̃o, in quo præmiſſa eſt poteſtas tutori adminiſtrandi citra omnem confirmationem & confectionem inuentarij, extra omnem actum iudicialem. Amplius data fuit libera, & plena poteſtas, ac baylia circa regimen. deniq; liberauit a redditione rationum, ita teſtator exhibuit eius affectum immodicũ erga tutorem in principio, medio, & fine: nam confirmatio & actus iudicialis pertinent ad initium, regimen ad medium, redditio rationum ad finem. Planè non ambigui iuris eſt, poſſe teſtatorem permittere tutori poteſtatem adminiſtrandi non accedente confirmatione, vel decreto, aut actu iudiciali. Bar. in l. legitimos, col. 1. verſ. quæro verũ, & ibi in addit. ff. de leg. tutor. Ang. in cõſi. 103. Cor. in conſ. 236. col. 1. lib. 3. ꝙ voluntas teſtatoris efficacior ꝓbatur ex illis verbis, nõ ſemel geminatis, Liberam, plenam poteſtatem bayliam, ſine confirmatione, ſine actu iudiciali. etenim non liberè adminiſtraret, ſi promiſsionem implere teneretur, ob ea quæ de efficacia dictionis Liberè ſcribũt Mod. in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. Cur. Iunior in conſ. 210 3. concluſ. Cor. in cõſi. 267. col 5. circa med. verſ. confert ad præiudicia, lib. 4. vbi ꝙ cenſetur remiſſa cautio vſufructuario, qñ permittit, vt vſufructu liberè gaudere, ac frui poſsit, & alibi ſæpe doc. ❡ Ad hæc ſi aliud deſendamus, non plena eſſet poteſtas adminiſtrandi, ex his, quæ notantur per Bart. de plena adminiſtratione. l. inter bonorum. ff. de admini. tuto. in l. 1. col. fina. ff. de offi. procur. ceſſ. & in l. procurator cui libera. ff. de procura. Iam ſi decretum eſſet neceſſarium, non liber tutor fieret ab actu iudiciali, ad voluntatem teſtatoris, contra. §. diſponat, in auct. de nup. & l, 1. C. de ſacroſ. eccle. Pleraq; ſi vellem cumulare poſſem, quæ geminatorum verborum efficacia aget, ſed abundans putaui apud Senatum vndiq; conſultiſsimũ. ergo ſi teſtator condonauit neceſsitatẽ decreti, cẽſetur remiſiſſe omnia, quæ ea conſequuntur. l. ſi duo patroni. §. Iulianus, & l. ex duobus. §. ſiquis iurauerit. ff. de iureiur. Iaſ. in l. ſciendũ, col. 12. ad fi. ff. de verb. obl. ❡ Quibus conſequens videtur, text. in §. omnem. non obtinere, quotiens decretum, aut confirmatio tutelæ non deſiderantur. Ex præmiſsis concludo, nõ bene fuiſſe pronunciatum per iudicem, a quo, acta eſſe nulla ob defectum promiſsionis de defendendo. Taurini, 22. Octobris. 1534.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quo cauetur, vt ſoluatur certa quantitas rerum petitarum pro ſigillo, ſit cauſa, vel generalis, vel particularis, intelligi debet de rebus æſtimabilibus.*

2 *Redditio rationum duo continet, computum dare, & reliqua reſtituere.*

3 *Incertum & nullum æquiparantur.*

4 *Extenſio fit ſecundum qualitatem & naturam extenſi.*

5 *Decretum debet intelligi, prout poſsibile eſt, ipſum adaptari,*

6 *Agens ad redditionem rationum, agere debet ſecundum naturam illius actionis.*

7 *Sententia interpretatur ſecundum naturam actus, ſuper quo prolata eſt, etiam verba impropriando.*

8 *Ante factam liquidationem, nulla debetur gabella ſigilli.*

9 *Stante ſtatuto, vt contra inſtrumentum nulla exceptio opponi poſſit, opponi poteſt, quòd non eſt liquidum.*

10 *Clauſula appoſita ad vnum finẽ, non debet trahi ad aliũ finẽ.*

11 *Quando fit relatio vnius ad alterum, qualitates vtriuſque diſpoſitionis, æqualiter debent intelligi determinatè.*

12 *Vnus actus recipit interpretationẽ a verbis ꝓlatis ĩ alio actu.*

13 *Promiſſio facta ſine cauſa, præſumitur facta ex cauſa contractus præcedentis.*

14 *Quandò agitur ad redditionẽ rationũ, in proſecutione cauſæ debent deduci certæ res adminiſtratæ, vt ſententia fieri poſsit.*

15 *Verba generalia ſtatuti reſtringuntur, ne correctio inducatur iuris communis.*

16 *Quando aliquid fit contemplatione alterius, inſpicitur illud, cuius contemplatione fit actus.*

17 *Gabella eſt res odioſa.*

CONSILIVM CCXXXI.

❡ Pro nobili Ioanne Girandi Burgenſe Chamberiaci.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Circa præſentem cõſultationẽ, in qua agitur de explicatione decreti Ducalis editi ſuper quantitate ſoluẽda pro iudicijs ſeu ſententijs diffinitiuis, quo cauet, vt ſoluatur certa quantitas rerum petitarũ pro ſigillo, ſiue acta fuerit cauſa particularis vel gñalis, aut vſis. videndum eſt, quia actor egit contra hæredes adminiſtratoris ad redditionem rationum, deinde in quadã parcella poſt libellum ſubiecta expreſsit multa bona in ſpecie, an obligetur lata ſententia abſolutoria contra eum ad ſolutionẽ ſigilli, conſiderato valore ipſorum bonorum; aut teneatur tñ, quaſi egiſſet ad aliquod incertum? ❡ Videretur dicendum prima fronte, ꝙ teneatur ſm valorem bonorum. Nam etiã is, qui petit rationes reddi adminiſtratorum, poteſt ſpecificè & expreſsè petere aliquas res certas, quas eſſe liquidas patet. l. 1. & ibi Bar. C. ſi adven. rẽ iud. Alex. in conſi. 570. col. 2. lib. 2. & in conſ. 80. col. 1. lib. 4. igitur cũ in cauſa fuerint expreſsè multæ res certæ, & particulariter, vt ſoluenda quantitas ſigilli, ſm æſtimationem talium rerum. Bal. in l. gñaliter. C. de Epiſ. & cler. Bar. & doc. in l. 4. §. prætor. ver. toties. ff. de dam. infer. Sed præmiſsis non obſtantibus, puto concludendum in fauorem actoris, ꝙ non obligetur conſidera-
1 to valore ipſorũ bonorum, ſequentibus fundamentis. ❡ † Primò, quia tale ſtatutum, ſeu decretũ dñi debet intelligi de rebus æſtimabilibus. Bar. in d. l. 4. in §. prætor ait, ad fi. ff. de dam. infect. & in l. ita autem, in prin ff. de admi. tut. Alex. in conſ. 57. col. 2. lib. 2. Sed qñ agitur, vt reddatur ratio adminiſtratorum, cauſa dicitur inæſtimabilis, nec æſtimari poteſt conſiderato principio, & fine cauſæ: nam a principio non petitur præciſè, vt detur vel reſtituatur certum quid, ſed tñ in genere, vt reddatur ratio. Similiter non condemnatur conuentus, ad dandum vel reſtituendum certum quid, ſed tantum, vt reddat rationem, qñ aliud certum non apparet, quod factum dr̃ eſſe incertum, cum per tempus li-
2 tis ignoretur quantum ſit, vel dandum, vel reddendum, † nam redditio rationum duo cõtinet, computum dare, & reliqua reſtituere. l. quamuis, & l. cum ſeruus. ff de cond. & demon. l. ſi ita fuerit. §. quarto. ff de manu. teſta. l. purè, in fi. ff. de fideic. libe, cũ ſimil. ideo hoc factum reddendæ rationis aliter æſtimari nõ poteſt, quantũ videlicet conuentus præſtare teneatur, aut actor petat, niſi computo dato, & ratione reddita: quæ ſi non reddatur, aut reddi non debeat, oĩs ceſſat certitudo & æſtimatio: ergo ſi æſtimatio eſt habenda propoſita neceſsitate reddendæ rationis, ceſſante illo præſuppoſito ceſſat æſtimatio. gl. in l. mancipia. C. de ſer. fugi. Rom. in ſing. 186. Statutũ puniens. Dec. in c. conſtitutus, col. 2. de reſcrip. in cõſ. 301. col. 1. circa med. & alibi ſæpe. & antecedẽti deſtructo, nullã eſt dare conſequentiã. l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius. l. ſed & hæ. § ꝓtor. ff. de ꝓcur. l. ꝙ & ꝓ manus. ff. de iure codicill. l. ſi homo mortuus, vbi Iaſ. ff. de verb. obli. l. apud antiquos, cum ibi not. C. de furtis. glo. c. Epheſis. 43. diſt.

igitur

2 igitur factũ ad quod actum eſt, vt ratio reddatur, dr̃ incertum,
quia omnino ignoratur quantum deberi poſsit ante redditã ra-
3 tionẽ. † ſed incertum & nullum a quiparantur. l. duo ſunt Ti-
tij. ff. de teſta, tute. conſequenter res incerta non recipit æſtima
tionẽ. ¶ Secundò, ꝙ decretũ dñi, loquẽs de iudicijs gñalibus ſeu
vñibus, debeat intelligi, qñ petuntur certæ res & æſtimabiles. ꝓ-
batur, quia loquitur extenſiuè attendendo dicta in iudicijs par-
4 ticularibus ad iudicia gñalia ſeu vñia: ſed † extenſio intelligitur
facta ſm qualitatem & naturã extenſi. l. cũ ſtipulatus ſim mihi
a Proculo. ff. de verb. obl l. legẽ. C. de loca. Bart. in l. 1. §. & poſt
operis. ff. de ope. no. nun. facit tex. in l. ſed ſi manente. ff. de præ-
ca. & in c. eccleſia, el 1. vt lite pendente. ſed decretũ in iudicijs
particularibus loquitur qñ petitur, certa quantitas vel res æſti-
mabilis, ad eundẽ modũ exaudienda ſunt verba decreti loquen-
5 ris de iudicijs gñalibus vel vñibus. ¶ † Rurſus, decretũ debet in-
telligi, prout poſsibile eſt ipſum adaptari Alex. in conſi. 81. col.
2. lib. 6. poſt Bar. in l. 1. § lex Falcidia. ff. ad leg. Falci. vbi ſtante
ſtatuto quòd litigantes teneantur cõpromittere in cões conſan
guineos, tale ſtatutũ non habet locũ in extraneis, quia nõ habet
cões conſanguineos, ſed ſolũ habet locum in coniunctis haben-
tibus cões conſanguineos, prout poſsibile eſt adaptari verba ſta-
tuti; igitur dũ ſtatutum ſeu decretum loquitur de iudicijs gña-
libus & vñibus, debet intelligi, qñ in eis conſtat de certis rebus,
aut quantitatibus facta probatione, aut liquidatione, prout poſ-
ſibile eſt, quæ liquidatio fieri non poteſt in redditione rationũ
ſublato antecedenti & ſentẽtia dicta abſolutoria, ꝙ quis ratio-
nes reddere non teneatur. ¶ Tertiò, qñ agitur ad redditionẽ ra-
tionũ, in ſuſpenſo & in dubio eſt, quantũ debeatur quo ad vſq;
reddita ſit ratio, & cõſtet quanta ſint reliqua: ergò emolumentũ
ſigilli non debetur ante liquidationẽ, & declaratione reliquorũ;
& ſi reliqua declarent, debebatur emolumentũ ſigilli ſm ipſã
declarationẽ ſecutã: ſi autẽ nulla fiat declaratio, nullũ debebit
emolumentũ. Soci. pulchrè in conſ. 76 Viſa facti contingentia
& ſtatutis, col. 4. ver. confirmatur, aũ gabella lib. 1. vbi late con-
firmat. & vltra Soci confirmo, nã præcedentia actus non debẽt
poſſe plus operari, q̃ ipſe actus ſi ſecutus eſſet. l. Iulianus verum
debitorẽ. ff. de cond. indeb. vbi Iaſ. in prin. no. Sed in caſu nr̃o ſe-
cuta ſñia abſolutoria, ꝙ reus non teneatur rationẽ reddere, ni-
hil ab eo peti põt; conſequenter ſigilli vtilitas nulla debet, ideo
videret abſurdum, ꝙ pendente hoc dubio euentu an teneat red
dere rationẽ vel non, debeat cõmodum ſigilli, quod non debe-
retur reo abſoluto: & ſic abſurdiſsimũ fieret, ꝙ plus operet pẽdẽ
6 tia actus, quàm ipſius actus certitudo & declaratio. ¶ † Quartò,
ille qui agit ad redditionẽ rationũ, agit ſm naturã illius actio-
nis. i. ꝙ ſi ipſe agens inuicẽ aliquid debeat adminiſtratori, com-
penſatio habeatur & reliqua tm̃ reſtituantur. l. cum ſeruus. ff. de
cond. & dem arg. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. nã omnis gñalitas in-
telligitur & reſtringit ſm naturã actus cui adijcit. l. ſi vno prin.
ff. loca. Bal. in l. non ambigitur in ſi. ff. de leg. in rub. C. de cõtrah.
emp. in 9. q. & in l. a procuratore. C. man. adducit dictũ Inno. in
c. ex literis, de iure patr. no. Alex. in conſ. 60. ad ſi. lib. 7. Iaſ. in l.
7 non oĩs, col. 2. ff. ſi cer. pet. † nã etiã ſñia ipſa interpretatur ſecũ
dum naturã actus, ſuper quo prolata eſt, etiã verba impropriã-
do. glo. in l. & puto. ff. famil erciſ. Bal. in l. ſi. C. cõi diui. Soci. in
conſi. 255 col. ſi. lib. 2. Cor. in cõſi. 33. col. pe. lib. 4. a fortiori idẽ
dicendum eſt in libello claro, in quo etiã ſi eſſet ambiguitas, ſta
retur declarationi ipſius libellantis, l. ſi quis intẽtione ambigua.
ff. de iudi. licèt ergo gñaliter actũ fuerit ad reddendũ rationẽ, tñ
reliqua tm̃ cenſentur petita ſecundũ naturã ipſius actionis, con
ſequenter decretũ dñi eſt interpretãdũ, ꝙ debeat quantitas pro
ſigillo. ſ. quatenus aſcendit quantitas reliquorũ ſecundũ naturã
petitionis. Bene faciunt not. per doc. in l. fructus. ff ſolu. matr. &
in l. non amplius. ff. de leg 1. vbi ſi de oĩ quantitate contenta in
contractu pſtanda ſit gabella, intelligitur de quantitate, q̃ ſupe-
reſt deductis oĩbus expenſis. Eodẽ modo intelligimus illud de-
cretũ, ꝙ fiat detractio eorũ, q̃ per adminiſtratorem non debe-
buntur habita ratione ad reliqua tm̃; & ſi reliqua nulla ſint, de-
beat ur deficiente ſubiecto, in quo fiat æſtimatio: quia non entis
nullæ ſunt qualitates. l. eius qui. ver. ꝙ ſi ſtipulatus. ff. ſi cer. per.
l. 1 ff. de vſufr. ¶ Quintò facit, quod ſcribit Bal. in conſi. 444. lib.
4. vbi ſtante ſtatuto, ꝙ de pretio ſoluatur gabella, ſi quis emit rẽ
pro pretio declarando per tertiũ. debet declarari tali pretiũ, vt
debeatur gabella, & ſi electi ad arbitrandũ pretiũ nolunt decla-
rare nulla debetur gabella, nec poteſt reſpub. cui debetur gabel
la, cogere arbitratores, vt pretium declarent, niſi talis cõtractus
8 eſſet factus in fraudẽ gabellæ. Eodẽ modo in caſu nr̃o † ante fa
ctã declarationẽ & liquidationẽ nulla debebitur gabella ſigilli,
maximè cum hic eeſſet oĩs fraudis ſuſpitio, cum actũ ſit ex na-
tura rei. Simile videmus ſi quis promittit aliquid ſoluere in cer
to termino, tñ ſi ante ſolutionem debeat fieri aliqua liquidatio,
non currit terminus ante factã liquidationem. Aret. in conſ. 94.
col. ſi. verſ. ſed terminus aſsignatus. Cor. in conſ. 244. col. 2. poſt
9 med. lib. 1. & adeo ante omnia requiritur liquidatio, † ꝙ ſtan-
te ſtatuto vt contra inſtrm̃ nulla exceptio opponi poſsit, poteſt
tñ opponi, ꝙ inſtrm̃ non eſt liquidum. Bal. in l. 2. C. de exec. rei
iudi. & in conſi. 61. In iſta quæſtione, col. 2. lib. 2. Soci. in conſi.
4. col. 1. in conſi. 51. col. 2. ad ſi. verſ. 3. confirmo. & in conſ. 150.
col. 6. ad ſi. verſ. 2. regula, lib. 1. Ideo abſurdum videretur, ꝙ rei
incertæ debeatur gabella iſta iudicialis ante liquidationẽ. ¶ Su-
pereſt rñdere ad contraria. valet ꝙ non fuerit actum ſimpliciter
ad redditionem rationum, ſed ad certas res & quantitates con-
ſideratis verbis rotuli, ſeu parcellæ in quibus perſpicuè petitur
certa bona: ergo a verbis non eſt recedendum. l. ille aut ille. §.
cum in verbis. & l. non aliter. ff. de lega. 3. cum ſimi. Sed ad iſta
rñdetur ꝙ principaliter debet conſiderari petitio, ſeu ſupplica-
tio, in qua actum fuit ad redditionẽ rationis. & licèt ſcripta fue-
rit parcella, in qua deſignantur & petuntur certa bona, illa fuit
edita principaliter ad oſtendendum, quæ bona fuerint adminiſtra-
ta, & ſic acceſſoriè ad ipſam petitionem: ergo nõ poteſt muta-
re, ſeu alterare naturam principalis diſpoſitionis, clem. 1. ad ſi.
de præb. per quem tex. dicit Ant. de Bu. in conſi. 29. Viſis pun-
cto, & quęſitis. ꝙ verba prolata ad executionẽ, non alterant vim
primariæ diſpoſitionis, ſed ſolum in ſuo primo intellectu con-
firmat, nihil addẽdo. quam regulam pulchrè exornat dñs Iaſ. in
l. ea pupillari. ff. de vulg. & pupil. & illam reg. dicit ſolennem &
ſingularem, & ad multa conſerre. idẽ Iaſ. in l. qui Romæ § duo
fratres, col. 15. verſ. adde pro iſta cõi. ff. de verb. obl. Eandem re-
gulam dicit notabilem idem Iaſ. in l. ius autẽ ciuile, col. 2. circa
med. ff de iuſti. & iure. Nec amplius poſſunt operari verba poſi-
ta ad executionem, ſeu acceſſoriè q̃ vt declarent mentem expo-
nẽtis: Cor. Inn. in conſi. 3 eiuſdem regulę tanquam ſingularis &
notabilis meminit etiam Deci. in c. relatum, col. 3. de offi. dele.
in conſi. 38. col. 5. circa ſi. in conſi. 90. col. 2. & alibi ſæpe. Si ergo
illa bona fuerunt ſpecificata in rotulo ad demonſtrandum, quæ
bona fuerint adminiſtrata, non debet illa demonſtratio agere di
uerſum effectum, & inducere nouã diſpoſitionem ſeu petitio-
nem, etiam ſi illam videantur includere. l. cum tale § legato ſal
ſam. ff. de condi. & dem. Alibi dicit Car. in clem. 1. §. ad hæc, in
10 3. oppo. de præb. ꝙ † clauſula appoſita ad vnum finem, nõ de-
credi, q dicat Pater noſter: delictum enim nunquã includitur
in actu, qui fieri poteſt ſine delicto. Bal. in l. 1. in 5. oppo. in fin.
5 C. de condit. ob cau. & in delictis ſemper † præſumitur pro eo,
quod excuſat. Bal. in l. precibus, col. 7. C. de impu. Alibi ſcribit
idem Bal. in l. moneor. ff. de ſeruis expor. q intellectus hoĩs de-
bet eſſe benignus, vt bonũ præſumat, non malũ, refert Iaſ. in l.
in illa, col. 5. in fin. verſi. 3. fallit. ff. de verb. oblig. ¶ Alibi ſcribit
Abb. in c. cũ contingat, in gl. 1. de offic. dele. & in c. cũ tn. de teſt.
q vbi aliàs de iure præſumitur pluralitas, illa tñ præſumitur, vt
eo modo ceſſet præſumptio delicti: quod maximè vř procede-
re, conſiderata qualitate perſonæ ipſius inquiſiti viri bonæ vo-
6 cis, † conditionis & famæ, quæ multũ agit ad excludendã præ-
ſumptionẽ delicti. Bald. in l. 2. C. de falſ. & in l. quoties. §. ſed ſi
non, in corpore. ff. de hæred. inſti. Ideo dicunt doc. in c. finẽ liti-
bus, de dolo & contu. & in l. properandũ. §. ſi autẽ, alterutra,
vbi Alex. C. de iud. q propter qualitatẽ perſonæ ceſſat præſum-
ptio calumniæ. not. Iaſ. in autheo. iubemus, col. fi. verſi. 5. facit
C. de iudi. ¶ Immo qñ probatur bona fama inquiſiti, per eã cor-
ruit inquiſitio, & indicia, quæ aliàs erant legitima, non ſufficiũt
ad torturã. Bar. in l. 1. §. pen. per illũ tex. ff. de re mili. Bal. in l. ſi.
col fi. C. de proba. quod dictum pro ſingulari refert, & ſequitur
Iaſ. in l. 1. in fin. C. com. dele. not. Dec. in conſi. 175. col. pen. ad
fi. in conſi. 189. col. pen. poſt med. & in conſi. 256. col. pen. poſt
med. ſed vltra Iaſ. & Deci. addo Bald. in conſi. 410. In cauſa &
quæſt. Antonij, col. 2. poſt med. verſ. & multũ prodeſt lib. 2. Pau.
de Caſt. in conſ. 284. Viſo quodam tali quali proceſſu, ad fin. lib.
2. Cor. in conſi. 134. col. fi. poſt med. lib. 4. ob id præſumendum
eſt inquiſitum ideo pecunias non reſtituiſſe Michaeli Boſsio,
quia putauerit & putet non eſſe ipſius Michaelis, quãdo de eius
iure concludenter non probatur. Etenim præſumitur q pecu-
niæ fuerint ipſius Auguſtinæ tradentis, non etiam ad aliũ per-
tinerent, l. & magis, ff. de ſolutio. Bar. in l. Titiũ & Mæuium. §. al
tero, col. 2. ff. de admini. tuto. quod procedit etiã ſi quis admini-
ſtrauerit bona alterius, gl. & doct. in l. cum oportet, in prin. C.
de bo. quæ lib. Alex. in conſ. 82. col. fi. verſi. & regulariter, lib. 2.
maximè ad fugiendum delictum. Nam ſicut mulier præſumitur
acquiſiuiſſe de bonis mariti ad vitandũ ſuſpitionem adulterij.
l. Quintus. ff. de dona inter vir. & vxor. eo modo vt ceſſet deli-
ctum, præſumendũ eſt pecunias fuiſſe proprias, l. ſi defunctus.
C. arbitr. tute. & vt contrariorũ eadem ſit diſciplina. l. & ſi con-
tra. ff. de vulg. l. fi. ff. de leg. 3. & in terminis, q an quis præſuma-
tur aliquid feciſſe de pecunia propria vel aliena, ſemper capia-
tur illa præſumptio per quã delictũ euitatur, tradit Are. in cõſi.
31. col. 2. verſi. præterea ille tex. Cor. in conſ 103. col. 2. ad fi. lib.
2. in conſi. 98. col. 4. lib. 4. Soci. in conſ. 149. ad fi. lib. 2. nam vbi
quis acquirẽdo de pecunia propria præſumitur delinquere, præ
ſumptio eſt, quòd acquiſierit de aliena, ſi autem acquirendo de
pecunia aliena eſſet præſumptio delicti, tunc præſumitur, quòd
acquiſierit de propria, vt in dictis locis not. ¶ Qñ autẽ probetur
quẽ acquiſiuiſſe de pecunia aliena, licèt ex hoc arguat delictũ,
an ſufficiant coniecturæ, puta in vxore qñ maritus non eſt in-
duſtrioſus, nec habet facultates, an præſumatur vxor acquiſiuiſ-
ſe de bonis proprijs, licèt reſultet ſuſpitio turpis quæſtus: Puto
coniecturas ſufficere, vt per Bal. in conſ. 70. Appareat, col. 2. cir
ca med. verſi. & ſi dicatur lib. 1. ¶ Ad idẽ adduco Ang. in conſi.
241. Super primo puncto, col. 2. vbi q vidua præſumitur acqui-
ſiuiſſe de bonis filiorũ ant mariti defuncti, qñ probatur q non
habebat aliunde bona ex quibus poſſet acquirere, & tñ hoc mo
do arguitur delictũ in vidua conuertente pecunias filiorum ad
propriam vtilitatẽ. ¶ Ad idẽ adduco Ro. in conſ. 346. col. 3. in fi.
verſi. quo ad tertium. Vbi qñ ſocius nihil habebat proprium an-
te ſocietatẽ, nec vllam negociationẽ exercebat præter cauſam
ſocietatis, præſumitur q acquiſierit de bonis ſocietatis, & ibi re
ſpondit Rom. ad l. ſi defunctus. C arb. tut. & tñ delinquit ſocius
emendo nomine proprio de bonis ſocietatis. ¶ Ad idem adduco
Alex. in conſi. 133. col. 2. in fi. verſi. & in dubio attento, quòd fi-
lius lib. 7. vbi q filius emens noĩe proprio præſumitur acquiſi-
uiſſe de bonis patris, quando filius erat pauper, & adminiſtra-
bat bona patris, & tamen delinquit adminiſtrator emendo no-
mine proprio de pecunijs eius, cuius bona adminiſtrat: ex qui-
bus apparet ſufficere probationem per coniecturas, vt quis præ
ſumatur emiſſe de pecunijs alienis, licèt ita præſumendo infera
tur ad delictũ, quicquid aliter voluerit Cor. in conſ. 104. col. 2.
verſi. ſi autem non apparet, lib. 1. & in conſi. 98. col. 4. lib 4. vbi
Cor voluit ſufficere coniecturas præmiſſas quando infertur ex
eis ad delictum ementis. ¶ Amplius vbi iſta ignorantia inquiſiti
non eſſet omnino probabilis, adhuc tamen excuſaretur a dolo
7 & delicto furti, a quo excuſat ignorantia etiam iniuſta: nam Ier
ror iuris, dicitur ignorantia iniuſta, quia nemini licet ignorare
iura, l. leges. C. de legib. & tamen error iuris excuſat a dolo. Bar.
& Ange. in l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de pet. hæred. Cor. in conſ.
281. col. 3. lib. 3. no. mod. in l. ſi quis id quod. de iuriſd. om. iud.
Amplius etiam in his quæ ſunt de genere prohibitorum, excu-
ſat ignorantia colpoſa a tanto, licèt non a toto, puta cognoſcit
quis carnaliter eam cuius ſororem antea cognouerat, quã tamẽ
ſororem eſſe ignorabat, nam excuſatur ab inceſtu, licèt nõ à for
nicatione. Fed. de Senis. in conſi. 167. Mulier accuſata, allegat.
24 q. 2. in tribus. c. vltimis. ¶ Immo excuſat ignorantia iniuſta
non ſolum a delicto, ſed etiam a damno, ne quis damnum pecu
niarum patiatur. Ideo vbi agitur de damno vitando, error iuris
excuſat etiam maſculos & maiores. l. error, in fin. & l. regula, in
prin. ff. de iur. & fact. ign. latè doct & l. iuris ignorantia. C. qui
admitt. ſed iſta ignorantia non videtur iniuſta, immo iuſta ex
his quæ ſupra dixi. Et poſito, ſciuiſſet iſte inquiſitus pecunias
fuiſſe Antonij Boſsij, tamen ex quo illas accepit ab Auguſtina
ſorore, Antonio peſte defuncto aut morti proximo, potuit pro-
babiliter cogitare, quòd Antonius carens liberis eas donauerit
ipſi

ipſi Auguſtinæ, quæ eũ in morbo peſtifero non relinquebat, ex
quo Auguſtina ſoror, quando illas pecunias remiſit dolore tam
Antonij, q̃ ſuo commercia aliud non ſignificauit, ſed ſimpliciter
pecunias fratri cõmiſit cuſtodiendas. Secundò principaliter, vt
8 quis torqueaẽ deſiderãẽ indicia q̃ oportet eſſe plura: nec † vni-
cũ ſatisfaceret, qñ agitur cõtra honeſtã perſonã, qñ tale iudiciũ
eſſet remotũ non tangens immediatè, aut directè negociũ, de
quo quæritur. Bar. in l. ſi. ad fi. ff. de quæſt. vbi Marſi. Alex. in cõſ.
77. in fi. lib. 1. Cor. in conſi. 1. col. 3 lib. 2. Et qñ petuntur iodicia a
remotis, requiritur teſtimoniũ duorũ, l. fi. C. fam erciſ. no. in d. l.
fi. Bal. in conſ 419. an mandatarius, in fin. lib. 3. Cor. in d. conſil.
101. & in conſ. 107. col. pen. ad fi. & col. ſeq. lib. 4. Fortius & no-
tabilius ſcripſit idem Cor. in conſ. 260. col. 3. lib. 3. q vnus teſtis
deponens de confeſsione inquiſiti facta præſente parte, non fa-
cit indiciũ, ſed debet probare confeſsio per duos teſtes, quod ta
men Cor. dictũ ad præſens non approbo, neq; reprobo. Si verò
agitur de probando iudiciũ propinquũ ſeu ipſum delictũ imme
diatè per vnũ teſtẽ, illũ eſſe oportet oĩ exceptione maiorẽ. Bal.
in c. 1. §. ſacramentũ, col. 2. de conſuetu. rec. feud. Alex. in conſi.
224. col. 2. ad fin. lib 6. Soc. in conſ. 54. col. 2. lib. 3. Iaſ. in repet. l.
admonendi, col. 9. verſ. bene facit. ff. de iureiur. Dec. in c. 3. loco
col. pen. de prob. in conſi. 37. col. 4. & in conſ. 363 col. fi. & alibi
ſæpe doc. Sed hic non poteſt probari indiciũ directè & imme-
diatè circa actũ traditionis pecuniarũ nõ pertinentẽ ad aliquod
delictũ, immo non poteſt tractari de aliquo indicio, niſi imple-
ta probatione, q illæ pecuniæ eſſent alienæ, & q eas inuito dño
contractauerit per ſupra dicta. Ita probatio delicti, & probatio
indicij in caſu illo videntur confusè ſimul aut mixtè, & quodã-
modo indiuiduè quia non põt tractari de indicio, niſi præceden
te probatione delicti ad plenũ conſequenter delicto non proba
to, fruſtrà quæritur an conſtent indicia ad torturã, planè ſi fuiſ-
ſet probatũ pecunias fuiſſe Antonij Boſsij, & inquiſitũ illud ſci
uiſſe, & eas inuito dño contractaſſe: tunc demũ tractaretur de
indicio, quia probata maiori quantitate pecuniarũ illius Anto-
nij Boſsij, per teſtes quã cõſignauerit inquiſitus, locus eſſet quę
ſtioni, vt manifeſtetur numerus pecuniarum. ¶ Quinimmo for-
tius dico, q adhuc iſto caſu ex ſcientia ſuperueniẽti, ideſt quia
poſtea ſciuerit pecunias eſſe alienas, & eas retinuerit inuito
dño, furtũ tñ nõ cõmittitur, quia cõſiderandũ eſt in initio rece-
ptionis pecuniarũ, quod fuit licitũ, & ſine vitio, & quia obliga-
tus eſt ex cõtractu ad reſtituendũ pecunias deponenti, ſeu eius
hæredib. quę obligatio excuſat a crimine furti. Ita in terminis &
notabiliter tradit Bal. in cõſi. 410. In cauſa & qõne Antonij, col.
2. circa med. verũ. rurſus ille Antonius, lib. 2. ex cuius dictis cla-
riſsimè vĩ ſolui præſens difficultas, & maximè ex verbis in fine
illius conſilij. Bene fateor, q ſi poſt ſcientiã habitã de re aliena,
illam ſciens detineret inuito dño, furtũ tunc cõmitteretur: ſicut
dicitur de contrahente matrimoniũ prohibitũ ignorantet, q
ſuperueniente ſcientia prohibitionis debet abſtinere, l. qui con-
tra. C. de inceſt. nup. c. cũ inhibitio. de clande. deſpon. Anch. in
conſ. 401. Scipoũns, col. 1. circa med. ¶ Poſtremo conſidero in fa
uorẽ inquiſiti vnũ, ex quo clariſsima reddi videtur pręſens dif-
ficultas, nam ſi iſta pecunia fuit tradita inquiſito numerata, do-
miniũ fuit in eũ tranſlatũ, & ipſe tenebatur tãtundẽ reſtituere,
iux. doc. Bar. in l eius qui. verſi. quas verò, vbi latè Iaſ. col. pen.
poſt Alex. ff. ſi cert. pet. ergo nõ potuit cõmittere furtũ rei ſuę,
& ideo doc. in d. verſi. quas verò inferunt, quendã iuuenẽ malè
& iniuſtè fuiſſe ſuſpenſum, quia non portaſſet pecunias ſibi tra-
ditas a mercatore in numerato ad eũ ad quẽ mercator deferri
iuſſerat: tradit Paul. de Caſt. in conſ. 141. Viſa quadam inquiſi-
tione, col. 2. poſt med. in 4. dubio, lib. 1. quã opi. ego teneo, qñ tra
ditur pecunia numerata nuntio diuiti, quia tradens tunc non vi
detur curare, an tradat in genere, vel in ſpecie, ex quo nuncius
habet in bonis: qđ ipſum tñ adhuc intelligerẽ niſi ex verbis cõ-
mittentis pecunias appareret, q eas in ſpecie cõmiſit, vt quia di-
ctum ſit, Iſtas pecunias tali inferes, vel numero tibi. c. aureos, vt
eos ipſos ad talẽ referas, vel talẽ meam pecuniã tali reddes. Se-
cus ſi dictũ ſit, Accipe talẽ pecuniã, vt tali ſoluas pro me, nã hic,
ſolum fuit dictum de effectu ſolutionis, nõ de qua pecunia. Aut
ſaltem fiſcus debebat probare, q pecunia fuerat remiſſa inquiſi
to tanquã ſpecies, quia id erat fundamentũ ſuæ intentionis. Et
quia vbi aliquid aliquo caſu poteſt eſſe delictũ, alio caſu non, in
dubio præſumitur factum eo caſu quo delictum ceſſat, iuxta do
ctr. Bar. in l. non ſolũ. §. ſed vt probari, vbi Alex. & Mod. ff. de op.
no. nũ. alias eſt in §. ſciendũ, facit tex. in c. iuuenis, de ſponſal. &
cle. exiui. de verb. ſig. vbi in dubio ſit interpretatio, per quã pec
catũ euitatur. ¶ Alibi ſcribit Alex. in cõſ. 188. col. 3. lib. 7. q vbi
verba teſtis poſſunt intelligi modo licito & illicito, debent in-
telligi modo licito. Ideo ſi teſtis deponit, q Titius dixit, ego vl
ciſcar de tali, iſta verba debent intelligi de vindicta licita & per
miſſa, ideſt vlciſcar per viã iuris. Idẽ tradit Bal. in conſ. 98. Be-
thonus de Couo, col. 2. ad fi. lib. 1. vbi ſi probetur quẽ ſe iactaſſe
de expellẽdo aliquẽ de poſſeſsione, iſta iactatio debet intelligi
modo licito, & per viã iuris, non de facto. & ſubdit idẽ Bal. col.
ſeq q verba teſtis debent interpretari in bonã partẽ, ſi fieri poſ
ſit, vt delictũ fugiatur. Et vbi aliquid poteſt ſe habere ad falſum
& non falſum, ſit interpretatio, vt falſitas ceſſet. gl. in l. iuriſgen.
§. quod ferè. ff. de pac. Alex. in conſ. 70. col. 2. lib. 5. Alibi ſcri-
bit Alex. in conſ. 233. col. 2. lib. 6. q ſi in aliquo libro Iudæorum
ſint aliqua verba quę poſſent trahi ad opprobriũ & blaſphemiã
Ieſu Chriſti Redẽptoris noſtri Crucifixi, ſi non appareat quo tẽ-
pore editus ſit talis liber, an ante aduentũ Chriſti, vel poſt, præ-
ſumitur editus ante aduentũ Chriſti, quo ad euadẽdum pœnã,
per doctrinã Bar. in d. §. ſed vt probari. & conſidero q Alex. lo-
quitur in caſu admodũ dubio in fauorẽ Iudæorum, pro quibus
quidẽ non debemus ita præſumere, ſicut pro vno Chriſtiano,
& maximè quia ex conſuetudine, & ſecundũ cõiter accidentia
Iudæi maledicunt Chriſto: a fortiori igitur præſumemus inqui
ſitũ contractaſſe pecunias in caſu licito. ſ quia fuerant numera-
tæ, licet etiã non appareat eum habuiſſe plures pecunias, quàm
conſignauerit. ¶ Ex quibus concludo, inquiſitũ non eſſe torquẽ-
dũ. Primò, quia nõ conſtat fuiſſe cõmiſſum furtũ. Secundò, quia
ſi conſtaret, excuſaretur inquiſitus per iuſtã ignorantiã, tum ẽt
quia iniuſta excuſat. Tertiò, quia vbi res eſſet dubia, fieret inter
9 pretatio per quã excludiẽ præſumptio delicti. Quartò, † quia in
dubio debet pronunciari in fauorẽ rei, maximè in criminalibus,
l. ſi præſes, & l ſi de interpretatione. ff. de pœnis. & curia conſe-
quitur maiorẽ honorẽ abſoluẽdo q̃ condemnãdo. Pau. de Caſt.
in conſ. 299. Viſa inquiſitione. ad fi. lib. 2. In fauorem etiam in-
quiſiti conſuluit Purpura, præſes & ſocer meus. Taurini. 19. Iu-
nij. 1535. Aymo Crauetta a Sauiliano Iuriſconſultus.

S V M M A R I V M.

1 *Qui facit mentionem de aliquo inſtrumento prȩſumitur habuiſ-ſe notitiam illius inſtrumenti, & contentorum in eo.*
2 *Vbi dubitatur de intentione diſponẽtis ſemper recurritur ad cauſam finalẽ, ex qua mentẽ eius colligimus et interpretamur.*
3 *Vbi cauſa appoſita in donatione reſpicit vtilitatẽ ipſius donantis, illa præſumitur finalis, ſine qua donatio facta non eſſet.*
4 *Commodum regulatur ab onere.*
5 *In ſocietate veniunt debita & credita, commoda & incõmoda æqualiter, in tantum quod pactum in contrarium non valet.*
6 *Verba aliquando impropriantur, vt intelligantur ſecundùm naturam actus.*
7 *Iudicium pro ſocio dicitur generale.*
8 *Propter affectionem lata ſit interpretatio.*
9 *Interpretatio contractus ita habenda eſt, vt ne in damno fiat alterius contrahentium.*
10 *Natura clauſulæ generalis eſt quod generaliter intelligatur, nec reſtringatur a ſpecificatis.*
11 *Donatio inter virum & vxorem ſine iuramento non valet, niſi ſit reciproca & viciſſitudinaria.*
12 *In dubio non præſumitur quis facere velle, quod eſt prohibitum & impoſſibile de iure.*
13 *Quid importent verba, Dedit & Tradidit.*

C O N S I L I V M. CCXLV.

¶ In cauſa Dominici Violi contra Petrinam Bergadani.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Stephanus Bergadani iniuit ſocietatem pannorum cum Andrea filio Dominici Violi, qua durante, contracta fuerũt multa debita, & facti ſunt debitores ipſi ſocij Ioannis Dorigni, & Stephani Senatõ mercatorum Lugdun. ex apochis ipſius Stephani Bergadani, deinde memoratus Stephanus Bergadani recognouit ſe debitorẽ dictorũ mercatorum abſentium, vt apparet in duobus inſtrumẽtis. Po-

ſtea

ſtea moritur Steph. Bergadani relicta Petrina, eius matre & hę-
rede, quæ ſecundo loco nupſit ante relato Dominico Violi, cui
donauit eius bona & iura ad eã pertinẽtia ea cauſa dictæ ſocie-
tatis. Et inuicẽ ipſe maritus donatarius promiſit releuare indẽ-
nẽ ipſam Petrinã a dictis mercatoribus Seneton & Dorigni, cre
ditoribus dicti quondã Stephani Bergadani, de quorũ credito-
rũ iure dr̃ conſtare duobus publicis inſtrumentis recognitionũ.
Modò Ioãnes Dorigni petit a Petrina, ſiue habente ab ea cau-
ſam, quod ſibi debet ea tenore ipſarũ apocharũ, nihil curãdo de
inſtrumento recognitionis ſupraſcriptæ. Quæritur an Domini
cus Violi, aut eius hæredes teneãtur releuare hæredes ipſius Pe
trinæ, ſeu habentes cauſam ab ea aduerſus dictos mercatores?
Difficultas fit, quia in promiſſione releuationis fit mẽtio duorũ
inſtrumentorũ, quibus oñduntur credita dictorũ mercatorũ, &
ſic limitata vr̃ eſſe promiſſio, quó ad illa inſtrumẽta. ſed hic ni-
hil petitur ex aliquo ipſorũ inſtrumentorũ, ſed ea apochis: er-
go promiſſio limitata ad inſtrumẽta, limitatũ vr̃ effectũ produ-
cere, l. in agris ff. de acq. rer. dom. l. age, vbi Mod. C. de tranſact.
cũ ſimil. ¶ Quibus non obſtantibus cõtraria ſentẽtia iuſtior vr̃,
& pro fundamento præſuppono, quòd cauſa debiti, de qua in
recognitionũ inſtrumentis in fauorẽ mercatorũ abſentium, nõ
eſt diuerſa a cauſa expreſſa in apochis: ſed quia debitũ chirogra
pharũ eſt difficilioris probationis, Stephanus Bergadani debi-
tor bonæ conſcientiæ ad cautionẽ creditorũ recognouit ſe de-
bitorẽ in publicis inſtrumentis, animaduertens ſe valetudina-
riũ: nã & paulò poſteà viuis deceſſit. ¶ Secundò præſuppono,
quod licèt ſummæ contentæ in apochis, & inſtrumentis videan
tur diuerſæ, tñ dicitur idẽ debitũ, conſiderata identitate cauſæ,
& perſonarum, l. libertis quos, in prin. ff. de ali. & cib. leg. Bal. in
cõſi. 344. Ad euidentiam, lib. 2. Alex. in conſ. 84. col. fi. verſ. quia
1 reſpondeo, lib. 7. ¶ Tertiò præſuppono ꝙ ille, † qui facit mentio
nẽ de aliquo inſtrumẽto, præſumitur habuiſſe notitiam illius in
ſtrumenti, & cõtentorũ in eo. Bar. & alij, in l. qui Romæ. §. duo
fratres. ff. de verb. obl. Alex. in conſ. 39. col. 2. ad fi. lib. 2. & in cõ
ſi. 318. col. 2. ad fi. lib. 7. Soc. in conſ. 73. col. 4. ad fi. lib. 3. ¶ Quar-
tò præſuppono, ꝙ illa recognitio facta in fauorẽ Dorigni, lo-
quitur pro pannis habitis, vſq; in diẽ recognitionis. Iſtis ita præ
ſuppoſitis infero, ꝙ intentio Petrinæ, & Dominici ſecundi ma-
riti fuit, ꝙ releuaretur ab omnibus debitis contractis cauſa pan-
norũ cum Ioanne Dorigni vſq; in diẽ recognitionis: quia non
putabat ipſa Petrina, ꝙ Stephanus Bergadani eius filius obliga
tus eſſet ea cauſa pannorũ ad ampliorem quantitatem, inſpe-
ctis illis verbis recognitionis, vſq; in hodiernum diẽ: quæ mens
etiã colligitur ex cauſa factæ donationis, vt per eã releuaretur
donatrix a creditoribus, l. fin ff. de hæredibus inſti. l. adigere. §.
quãuis. ff. de iure patro l. conuenticulã C. de epiſ. & cler. c. intel-
ligentia, de verb. ſig. gl. in l. ſi in venditione, in fi. in glo. no. cau
ſam verborum ff. cõm. prǽd vbi ꝙ ex ratione, ſeu cauſa dicendi,
colligitur mens contrahentium. & per dicta iura dicit Alex. in
conſi 41. col. 3. in princ. lib. 1 quod eſt repetitũ in conſi. 48. lib.
2 6. ꝙ † vbi dubitatur de intentione diſponentis, ſemper recurri-
tur ad cauſam finalẽ, ea qua mentẽ eius colligimus, & interpre
tamur. Adde tex. in l. cũ mulier. 1 ff ſolu. mat. in l. ſcire oportet.
§. oportet. ff. de excu. tut. l. cũ pater. §. dulciſsimis. ff. de leg. 2. tra
dit Bal. in conſ. 2. verba ſtatuti, col 2. lib. 1. Mens enim, & ratio
idẽ ſunt. Dy. in c. vlt. de reg. iur. lib. 6. Bal. in conſi. 500. In cauſa
iſta, col. 5 lib 3. Alex. in cõſ. 52. col. 2. lib. 1. Fortius ſcribit Bal. in
conſ. 321. a capi. col. 3. verſ. Sed hic eſt aduertendũ, lib. 3. ꝙ vo-
luntas magis colligitur ex ratione q̃ ex verbis, per l. iuriſgen. §.
3 pactorũ ff. de pactis. Sed † iſta donatio fuit facta ob promiſsio-
nẽ releuationis, vt per eam donatarius releuaret donatricẽ, quę
cauſa fuit finalis in donante: nam vbi cauſa appoſita in donatio
ne reſpicit vtilitatẽ ipſius donantis, illa præſumitur finalis, ſine
qua donatio aliqua facta non eſſet, iuxta no. in l. 5. §. fi. ff. de don.
pulchrè. Ang. in cõſi. 154. Iolus dñi Dalmacij, col. pen. cir. med.
verſ. circa quod conſidero. Soc. in conſ. 56. col. fi. cir. med. lib. 3.
Cor. in cõſi. 101. col. pe. ad fi lib. 5. Dec. in cõſi. 238. in fi. ¶ Rur-
ſus vterq; actus donationis, & promiſsionis de releuãdo facta
eſt eodem tempore, & coram eiſdẽ teſtibus, ideo cẽſentur actus
correſpectiui, id eſt alter alterius reſpectu, & non aliter factus.
Bald. in l. petens. C. de pact. Soci. in conſi. 156. col. 4. lib. 5. latè, &
pulchrè. Cor. in conſ. vlt. lib. 1. in conſ. 10. col. 3. & in conſi. 36.
col. 2. lib. 5. quod procedit etiã ſi non in continenti fiat vterque
actus vnus poſt alterum, ſed breui tempore pòſt. Anch. in conſ.
434. Ex narratis ſuperius, col. 2. verſ. prǽterea aduertendum. no.
etiam Dec. in conſi. 245. col. 3. in conſi. 265. col. 2. verſ. 3. aduer-
tendum eſt, & in conſi. 279. col. fin. & alibi ſæpe. Sed in correſpe
ctiuis ſi vnum ceſſat, ceſſat & alterum, l. etiam. §. ea cauſa. ff. de
mino. l. ſi. ff de accept. l. Clemens. §. 1. ff. de hære. inſti. l. filio. §. ma
tri. l. alumnæ. §. Seia. ff. de adi. lega. Alex. in conſi. 111. col. 3. ante
med. lib. 3 Soc. in conſ. 150. col. 18. verſi. ſed contra hanc reſpon
ſionem lib. 1. & in conſi. 27. col. 5. lib. 4. In correſpectiuis enim
quando vnum fit reſpectu alterius, militat regula, quod ceſſante
cauſa, ceſſat effectus. d. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. c.
cum ceſſante, de appellatio. ita Feder. de Sen. in conſi. 237. Fa-
ctum eſt tale, quidã nomine Thomeus, col. 2. vbi ſi non tenet
oblatio in monaſterio reſpectu perſonæ, nõ tenet etiã reſpectu
bonorum, quando quis offert ſe & ſua monaſterio: quia oblatio
bonorũ fit reſpectu perſonæ, ideo ceſſante cauſa oblationis bo-
norũ, ceſſat effectus: ergo niſi releuetur donatrix ab omnibus de
bitis contractis, vſque in diẽ recognitionis, ceſſare debet titulus
donationis ob eam cauſam factæ: nam cum iſta fuerit cauſa fina
lis donationis, vt ſuprà probaui, ea deficiente ſeu non impleta,
reuocantur contractus etiam nominati, l. cum te. C. de pac. inter
emp. & vend. no. doc. in l. fi. ff. de condi. ob cau. Soc. in conſi. 26.
col. fi. lib. 3. Bald. nouel. in trac. de dote. in ſexta parte priuilegio.
1. Corn. in conſ. 121. col. 5. lib. 1. & in conſi. 102. col. 5. lib. 2. ¶ Et
ꝙ iſta fuerit mens partium, aliter etiam colligitur: quia fit do-
natio de omni iure competenti ex cauſa ſocietatis prædictæ, cõ
ſequẽter mens fuit partiũ, quòd Petrina ſicut ſpoliabatur omni
iure vtili ex dicta ſocietate, ita incõmodum & oẽ pertineret ad
donatariũ, vt ſicut priuatio erat vniuerſalis, vniuerſalis fieret re
ceptio onerũ, & æqualis fieret determinatio commodi & incõ-
modi. gl. fin. in c. ſi epiſcopus, de offi. ord. lib. 6 Dec. in cõſi. 190.
col. 2. poſt med. & in reg. ſecundum naturam. ff. de regu. iur. ſic
4 etiam teſtator præſumitur velle onus eſſe apud eũ, apud † quem
eſt commodum, l. quoties. ff. ad Trebel. ſimiliter videmus, ꝙ di-
minuto commodo, minuitur onus, econtrà aucto cõmodo auge
tur & onus, l. Plautius. ff. ad l. Falci. Et quidem plus ſatis iniquũ
fieret, donatarium inſolidum commoda accipere, incommoda
verò ex parte eum agnoſcere: nam cõmodum regulatur ab one
re, & econtrà l. Seio. in prin. ff. de annu. leg d. l quoties, in prin.
ff. ad Trebel. Qui etiã probari poteſt, obligari donatarium ad
præſtandũ indemnitatẽ, licèt promiſſa non eſſet, nẽpe acceptãs
iura ſocietatis cenſetur acceptaſſe & onera ſimul inhærentia,
quia ius aliquod ſeu emolumentũ acceptans, cenſetur ſe obliga
re ad onus illi iuri annexum, l. decẽ, l. ſi debitor. §. 1 ff. de fideic.
lib. l. ſi cum legatũ. ff. de condi. & demon. ideo qui legatũ acce-
ptat, cenſet ſe obligare ad onus appoſitũ ipſi legato, l. vnica. §.
pro ſecondo. C. de cadu. tollen. l. ſi legatario, & l. gñaliter. §. ſi qs
alienũ. ff. de fideic. lib. l. cum ab vno. ff. de leg. 2. l. ſed ſi nõ ſeruus
in prin. ff. ad l. Falc. gl. in l. Titia, cũ teſtamento §. qui inuita, in
verſi. portione. ff. de leg. 2 facit tex. in l. ſi. ff. de inoſſi. teſtamen.
tradit Anch. in conſ. 180. col. 1. ad fi. Ale. in conſ. 102. col. 2. poſt
med. lib. 1 pulchrè. Pau de Caſt. in conſ. 193. Super iſto puncto
occurrunt, in 3. dub. & in cõſ. 415. Viſo & examinato dicto pun
cto, col. 5. lib. 2. & in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. & ibidem Alex.
col. 2. verſic. ſed ꝙ ſi pater. ff. ſolu. matr. vbi dicit, ꝙ hoc proce-
dit, licèt onus excedat cõmodũ legati, per tex. in l. imperator. §.
ſi centũ, verſ. enimuerò. ff. de lega. 2. l. planè. 2. §. ſi cui Stichus.
ff. de leg. 1. ſed iſtud vltimũ ſimpliciter non placet, immo eget
longiori diſcuſsione, de quo alibi ad integrũ dicã, Deo auſpice.
¶ Rurſus acceptatio cenſetur facta cum omnibus ſuis qualitati-
bus, l. 2. ff. de reb. cor. l. Gaius. ff. de manum. cum ſimil. quæ Iaſ.
colligit in l. ſi autem, quam legit cum l. contra. §. ſi filius in 5.
nota. ff. de pac. Soc. in conſ. 125. col. 2. lib. 3. Addo Paul. de Caſt.
in conſi. 237. primo videndum eſt, co. 1. lib. 1. vbi dicit, ꝙ mo-
naſterium tenetur acceptare contrarium ſyndici cum omnibus
ſuis qualitatibus, tradit idẽ Pau. de Caſt. in conſ. 318. Conſide-
randum eſt, col. 5. poſt med. lib. 1. ¶ Prǽterea, cum natura ſocie-
5 tatis ſit, vt in ea veniant debita & credita, † ita etiam commo-
da & incommoda æqualiter, in tantum ꝙ pactum in contra-
rium non valet, quia diceretur alias ſocietas leonina, l. ſi non
fuerint, §. 1. ff. pro ſocio. no. in l. ſi paſcenda. C. de pact. not. Abb.
in conſil. 77. lib. 1. Corn. in conſi. 139. colum. 1. in conſil. 243.
colum. 2. lib. 5. in conſ. 233. col. 2. lib. 2. in conſi. 152. col. penul.
lib. 3. vbi dicit hanc eſſe communem opin. & idem tradit ipſe
Cor. in conſi. 311. col. 2. eo. lib. 3. in conſi. 58. colum. 2. in conſi.
98. in conſi. 312. colum. 2. in conſi. 516. colum. 3. in conſi. 214.
colum. 2. poſt med. lib. 4. Quod tamẽ qualiter procedat, dixi in
conſi.

conſi. 17. Ergo conceſsio iſtorum iurium ſocietatis debet interpre
tari ſecundum naturam ipſius contractus ſocietatis.l.ſi ſtipula
tus. ff.de vſur.l.ſi vno, in prin.ff.loca. Immo verba generalia li-
cet intelligi debeāt gñaliter vt aliquid operentur, tñ reſtringun
tur ad ea q̃ ſunt de natura cõtractus. Bal. in l. à procuratore.C.
mand.& in rubr.C. de contrah.emp.in 9.q. allegat dictū Inn. in
c.ex literis, de iure pat. refert & ſequit Alex in conſi.60.ad fin.
lib.7. Soc in cõſi.47.col.3.verſi præterea magis.li.1. Iaſ.in l.nõ
oīs, col.2.cir.med.ff.ſi cer.pet. Dec.c.cū venerabilis.col.4 de ex
6 cep. † Immo impropriantur verba vt intelligantur ſecundū na
turā actus.d.l.ſi vno, in princ ff loca.l.ſi ſtipulatus.ff. de vſur.l.
eas cauſas.ff.de cond & dem. qđ procedit ēt φ iuratū ſit. Cor.in
cõſ. 220.col. 2.in fi.lib.3 p tex.in l.fi.ff.qui ſatiſd.cogan. & non
ſolū reſtringunt & intelligunt verba generalia ſecūdū naturam
actus, immo ēt verba vniuerſalia. Bal. in cõſ.67.q͂a ex facto, col.
1.poſt med lib.3. Calca.in conſ.1.col.1½.poſt med. Abbi & pul-
chrè dicit Bal.in cõſi.357. Interpoſito.col.1.poſt med.lib.3.qđ
potius impropriari debet natura verborū q̃ natura rerū. Idē vi-
demus in eo qui emit iura hæreditatis, quia tenet ſatiſfacere cre
ditoribus, alias tenet ad intereſſe, quia illud eſt de natura actus
7 l.2.C.de hæred. vel ac. ven.l. 2.C.de lega.cū ſimil. † Hinc vide-
mus, φ iudiciū pro ſocio dr̃ generale plus in ſe continens iudi̇cio
no in l.1.in prin ff de eden.no. Soc.in conſ.53.li.1. Ex qualitate
ēt rei donatæ & iurium ſocietatis declaratur mens ipſarum par
tiū. glo. & Bart.in l. ſemp in ſtipulationibus, vbi Dec.nu.7 ff.de
reg.iur. ¶ Rurſus, cū in veriſimile ſit ita partes ſenſiſſe, iſta veri-
ſimilis ſequenda eſt, quia cenſet quis voluiſſe qđ veriſimile ſit.l.
Titius §. Lucius ff.de lib.& poſth.l. Barbarius, vbi Iaſ.col. 1.in
fin ff de off.pro l.cū ex pluribus, in prin.ibi qđ veriſimile vr̃. &
ibi Bal.ff.de ſol.l.cū res, verſ.1.vbi Iaſ.col.3 ff.de leg 1.l.mulier.
in prin ff.ad treb l ſi C.de poſth.hæred.inſt.gl.in l.tale pactū.
§.ſi ff de pact. Immo verba generalia reſtringunt ad id quod ve
riſimile ſit.l.ſolutū §.ſolutū ff.de pig.actio.l.ſi quis ita §.fi.ff.de
ſe ſta.tute.quæ duo iura ad hoc citat Alex.in cõſi 26.col.2.verſ.
ſed his non obſtātibus.lib.4.vbi inquit φ ille tex.in d.§.ſolutū,
eſt optimus ad hoc. Si verba generalia reſtringunt ad veriſimi-
le, quāto magis generaliter & ꝓpriè intelligentur ſcđm veriſi-
mile? ¶ Ad hæc facit φ voluntas contrahentiū cenſet eſſe cõfor
mis diſpoſitioni iuris cõis. Bar.in l.hæredes mei.§ cum ita. ff. ad
treb.l.ſi duo, vbi Bal.ff de acq.hær.cū ſim. Sed de iure cõi cauſa
ſocietatis verſatur in æqualitate, vt omnia p æqualitatē proce-
dant.d.§.illud.inſt. pro ſocio.l.ſi paſcenda, vbi not.C de pac.nã
obtinet ſocietas inſtar fraternitatis.l.verū, in princ ff.pro ſocio.
ergo ſicut donatio iuriū ſocietatis fuit vniuerſalis, ita præſumē
dū eſt fuiſſe actū de receptione onerum & ſolutione debitorū:
alias enim eſſet neceſſe impropriare verba conuentionis, quia
non cõtererent cõceſſa generaliter ſeu trāſlata iura ſocietatis, ſed
pars tm̃, cõtra l.non aliter.ff.de leg 3. Similiter videmus an ali
qđ veniat in legato vel nõ, ſumitur declaratio ab æqualitate ſer
uanda.l.q̃ſitū.§ ſed & ipſe Papinianus ff.de ſun.inſtr.cū ſimi.q̃
ſcribit Soc in cõſi.98.col 3.lib.1. Dec.in conſi.41.col.2.in con-
ſil.43.ad fi.& in cõſi.122.circa fi alias.n.argueretur mala fides
donatarij ex inæqualitate pactorū. Hoſt. in ſumma de vſur.cum
ſimil.collectis p Bar. Vero in tracta.ſimula.in 14.pſumptione.
Sic è cõtrario arguit bona fides ex æqualitate pactorū. Iaſ. in l.
ſi col 28.in fi.num 99. C.de iure emphy.arg.l.non ſolum.§.de
vno ff.de ritu nup.l.ſed & milites, poſt prin. ff de excu.tuto ſed
credendū non eſt voluiſſe donatariū in fide mala verſari.l.me-
ritò. ff.pro ſocio, ob id habenda eſt in dubio interpretatio talis
qualis ſit contrahentiū cõditio.l.ſi id qđ.§.ſi.ff.de reſci. vend.q̃
æqualitas ſeruāda eſt ēt in iudicijs.l.fi.C.de fruc. & litiū expen.
reg.in iudicijs, de reg.iur.lib.6.c.cū inter, vbi Dec.in 6. not. de
excep, æqualitatis.n.& iuſtitiæ ſumus amatores dicit tex.in §.fi.
in auth.de nõ eli.ſecun. nub. ¶ Præterea iſtā fuiſſe voluntatē par
tiū, arguitur, quia agebatur inter virum & vxo.ex quorum affe-
ctione voluntas declarat, φ ſicut donatio fuit plena, eodē modo
intelligat receptio onerū, ne alias videat maritus doloſè circa
8 vxorē egiſſe.l. tutor.§.quæ tutoribus.ff.de excu.tu. & † propter
affectionē lata ſit interpretatio.l. Aurelius.§.Titius teſtamento.
ff.de li.leg.facit.l.Procula.ff.de proba.& l. Neſennius.ff.de neg.
geſt.& in terminis de affectione erga vxorē eſt tex.no.in l.vnū
ex familia.§.pe.ff.de leg. 2.tradit Bal.in conſil.49.quidam inſti
tuto.lib.1. ¶ Iā qñ agitur de interpretatione voluntatis alicuius,
illa habēda eſt ex bono & æquo l.in his, vbi gl Bart.& doc.ff.de
cõdi.& demon.Soc.in cõſi.37.in fi.li.3. ¶ Eſſet aūt iniquitas, niſi

donatrix inſolidum degrauaretur ab oneribus cõtractis ex cau
ſa ſocietatis, cū iura ſocietatis inſolidū trāſtulerit. ¶ Declaratur
ēt voluntas hominis ex arbitrio & opinione aliorum viuētium,
vt præſumatur quis illud voluiſſe qđ alij in rectitudine & iuſti
tia viuentes veriſimiliter arbitrarentur fieri debere.l.qm̃. C.de
natur.lib. Anch.in cõſi.237.q͂a in primo q̃ſito, col. 2. ante med.
& in cõſi.362. De viribus additionis.col.fi. Io. de Anania in cõſi.
28.col.3.illū ēt tex.in d.l.qm̃ pro ſingulari ad hoc citat Calc.in
cõſi.106.col. 2.ante med. ¶ Sed quis iuſtus & rectus vir nõ id di
cet æquiſſimū eſſe, mulierē & vxorem quæ iuribus ſocietatis ſe
ſpoliat, a marito degrauatam fieri oportere? ¶ Poſtremò niſi ita
dicamus, mulier paciſcens & cedēs iura ſocietatis, remaneret in
damno, maritus aūt in lucro: † ſed interpretatio contractus ita
habēda eſt, vt ne in damno fiat alter contrahentium.l.ſi idē cū
eodē verſic.ne in poteſtate. ff de iuriſdi.om.iudicū.l.3.§.1.ff.de
arb.l.ſed ſi pupillis.§.ſed ſi alias. ff.de inſtito. cum ſimil. vt per
Pau.de Caſt.in conſil. 205. Ego Pau.in fi. in conſil. 285. Viſis &
ponderatis oībus ſupraſcriptis, col.3.cir.med.& in conſil. 317.
Viſo & examinato puncto, col.pe.poſt med.in primo. Et fugien
da eſt interpretatio per quam altera pars remaneret in damno,
licet verba repugnare videātur. Cald.in pulchro caſu in cõſ.vlt.
col.1.poſt med.verſi.itē quia ſi teneremus, in titulo de donatio.
facit optimē tex.in l.pe.ff.ad exhiben.vbi φ lex captioſe inter-
pretari nõ debet.i.vt p eā fraudare, decipi, aut damnificari quis
poſsit no. Ant.de But.in conſ.9.in fi. Immo amplius fugiēda eſt
interpretatio per quā vnus contrahentiū frequenter lucrū non
perciperet, dānum aūt ſuſtineret Aret in conſ. 111.col.3. verſ.
ſed tñ hoc nõ obſtante ¶ Quæ oīa ſaltem ſimul iuncta ſatis vñr
confirmare concluſionē noſtrā.l. 1. ff.de excuſa.tuto.l.inſtrā. C.
de proba glo.& doc.in c.cū cauſam, de proba. ¶ Tm̃ ſupereſt vt
reſpondeamus ad contraria, ad q̃ rñdeo, φ illa verba, Cõſtanti-
bus inſtrumentis, non cenſentur appoſita limitatiuè, ſed demõ
ſtratiuè, vt appareret de debitis cõtentis in illis inſtrīs.l.fi.§. Ti-
tia.ff.de libera.leg. Bar.in l.Cēturio, col.1 1.ver.ſed quid ſi dixi.
ff.de vulg.& in l.cùm pater.§.mēſe, verſ.quæro quid ſi teſtator.
ff.de leg. 2. Rom.in conſi.343.col.3. Ang.in l.ſi fideicõmiſſum.
§ tractatū.ff.de iudi. ¶ Secundò reſpondeo, φ illa verba genera
lia, Promiſit releuare à manibus & à debitis mercatorum, non
debent reſtringi propter illa verba, Conſtantibus inſtrumentis,
inferius prolata, quæ nõ cõueniunt generali promiſsioni inde-
mnitatis.l.regula §.& licet ff.de iur.& fac.igno.per quē tex.in
ſimili arguit Imo.in l.ſi ita quis.§.ea.l. ff.de verb.obliga. Dec.in
conſi.12.col.3.circa fi.in conſi.35.col.6.in conſi.51.col.fi.& in
conſi. 299.col.pe circa med Qñ enim præcedit genus & ſequit
enumeratio ſpecierū, genus non reſtringitur ad ſpecies enume-
ratas, ſed generaliter intelligitur, & ſpecies cenſentur enumera
tæ gratia demõſtrationis, niſi enumeratio ſpecierū fieret per di
ctiones aliquas limitatiuas aut taxatiuas.l. legata, in princ.ff.de
ſupell.leg. Bar.in l.quæſitum.§.ſi fundū.ff.de fund.inſtr. & Dy.
in regula generi.lib.6.dicit φ ſpecies cenſentur enumeratæ ex
abundanti.no.in l.ſed & ſi quis.§.quæſitū.ff.ſi q́s cau. vbi φ ſpe
cies cenſentur ſubiectæ ad maiorē expreſsionem, & φ ex eis nõ
debet reſtringi diſpoſitio generalis præcedens, quia hoc modo
inducta ad vnū effectum operarentur contrarium. Alibi ſcribit
10 Soci.in conſil.300.col.2.lib.1 φ † natura clauſulæ generalis eſt
φ generaliter intelligatur, nec reſtringatur à ſpecificatis, p tex.
in l.ſtipulationes cõmodiſsimum. & l.doli clauſula.ff.de verbo.
obl. ¶ Rurſus nunquā reſtringitur generalis diſpoſitio per ſpe-
cialem, qñ ex tali reſtrictione fieret contra mentē diſponentis,
vt no. Dec. in conſi.660.col. 2.ad fi. Hic aūt apparet de mente di
ſponentis ex verbis geminatis, & amplīs, quia promiſit donata-
rius releuare donatricem à manibus & à debitis mercatorum.
quæ verba geminata exuberantius demonſtrant voluntatem &
intentionē donatricis φ omnino vellet liberari ab illis merca-
toribus. Reſtringendo aūt φ ſolùm liberaretur & releuaretur re
ſpectu contentorū in duobus illis inſtrumentis, expreſsè fieret
contra mentē diſponentium: quod eſſe non debet. ¶ Tertiò rñ-
deo, φ generalia verba generaliter debent intelligi, neq; ſunt
11 reſtringenda ex illis verbis, Cõſtantibus inſtrumētis, ceſſante ra
tione reſtringendi, immo vrgente ratione in contrarium vt ge
neraliter intelligātur. Alc.in conſi 101.col.pe. circa med.lib.3.
at hic omnis ratio monet vt generaliter intelligamus promiſ-
ſionem per ſupraſcripta. ¶ Quartò reſpondeo, generalia verba
debent reſtringi vt conformentur iuri & æquitati, licēt non pa
tiatur eorū natura, gl.in cap.paratus. 23.q.1.quam pro no. re-
fert

ſert & ſequitur Dec. in c. ex parte, ſecundo. col. 1. de offi. delega.
Iaſ. in l. quanquam. col. 2. C. de teſta. mili. a fortiori generaliter
debent intelligi & ſecundum eorum naturam vt æquitas ſeruet
quæ donatrici fauet. ¶ Quinto reſpondeo quòd ſumus in mate-
ria in qua lata habēda eſt interpretatio, vt cōmodum & onus ex
pari procedant per ſcripta ſupra Ergo illa verba conſtātibus in
ſtrumentis, nō debent referri ad generalitatē præcedētem quia
reſtringeretur materia late intelligenda. c. cum dilecti, ſecundū
vnū intellectū, de dona. Ale. in col. 4. lib. 1. Dec. in conſ. 92. col. 1.
circa med Iaſ. in l. fi. col. 6. ad fi. ff. de conſti. prin. & in l. talis ſcri
ptura. col. fi. ff. de leg. 1. ¶ Sexto reſpondeo ſi illa verba conſtan.
inſtrumentis, referrentur ad præcedentia reſtrictiuè, reſultaret
abſurdum: quia donatio eſſet larga, & remuneratio tenuis, ergo
talis relatio habenda non eſt. Abb. in c. ecc. veſtra. 2. in 6. no. de
elec. Dec. in c. 2. requiris, col. 2. de app. & in conſi. 99. col. 4. in
conſ. 333. col. 2. ad fi. ¶ Septimo reſpondeo, quod in promiſſio
ne exprimitur cauſa debitorum in genere & ſine aliqua reſtri-
ctione ſcilicet pro pannis, ergo debet conſiderari iſta generali-
tas cauſæ potius quàm reſtrictio facti id eſt inſtrumēti, quia ſem
per inſpicitur cauſa facti potius quā ipſum factū. l. verū. 2. ff. de
furtis gl. in c. vniuerſitatis, in ver. ſubeſſet. de ſent. excōmu. in c.
& ſi Chriſtus, in ver. ex cauſa, de iureiur. cū ſimil. ¶ Octauo re-
ſpōdeo, ꝙ iſta etiā appoſitio cauſæ ampliat dictū ſeu promiſſio-
nē vt extēdatur ad omnia debita ex cauſa pannorū, ex quo iſta
cauſa fuit fin. ſine qua donatio facta non fuiſſet vt ſupra oſtēdi.
Bar. in l. pater filiū. §. fundū. ff. de leg. 3. pulchrè Soc. in cōſ. 249.
col. 20. in 3. q. lib. 2. & in conſ. 43. col. 3. lib. 3. Dec. in conſ. 291.
11 col. 3. poſt med. ¶ Poſtremo cōſidero, ꝙ † donatio inter virum
& vxorē ſine iuramēto nō valet niſi ſit reciproca & vicíſſitudi-
naria: immo illa reciprocatio ſeu vicíſſitudo debet eſſe æqualis,
quia in eo, ꝙ eſt inæqualis, nō dicitur reciproca, propterea nō
valet. Salic. in l. 1. C. de dona. an. nup. Soc. in conſil. 215. col. 2.
12 lib. 2. ¶ Deinde conſidero † ꝙ in dubio non præſumitur quis fa
cere velle quod eſt prohibitū & impoſſibile de iure. l. quāquā.
ff. de rit. nup. Bar. in l. ſi quis ſub conditione, in ff. de condi. inſtit.
Bal. in l. fin. §. in cōputatione. C. de iur. delib. facit tex. in ca. a no
bis, de ſent. excom. Ale. in conſ. 95. lib. 6. Pau. de Caſt. in cōſ. 316.
lib. 1. Iaſ. in l. filius a patre. §. fi. in 2. no. ff. de libe. & poſth. Sed re
ſtringendo promiſſionē de releuando ad quantitatē inſtrumēti
recognitionis, donatio nō eſſet æqualis, immo inæqualis valde:
ergo vt fiat reductio ad æqualitatem quatenus fieri poteſt & vt
donatio fiat reciproca, probandū eſt voluiſſe donatariū releuare
vxorē donātē etiā vltra illam quantitatē ſi amplior debeatur,
quia iura donata vt mihi narratur, erāt ampliora: aliàs oportet
dicere voluiſſe coniuges facere actū prohibitū & ipſis impoſſi-
bilē de iure. ¶ Quinimmo poſſunt hæredes Petrinæ irritare do-
nationē, ſi hæres donatarij noluit ſatisfacere omnibus creditori
bus, quatenus iura donata excedūt remunerationē per ſupra di
cta. ¶ Nec dicatur ꝙ donatio fuit confirmata morte, quia aut ma-
ritus præmortuus eſt, & reuocatus etiā ſi iuramēto eſſet firma-
ta. Dec. in conſ. 302. col. 4. verſ. 3. etiā fundamento, in conſ. 340.
col. 2. vbi clarius explicat in conſ. 536. col. 2. circa med. & in cōſ.
659. ad fi. licet illud dictū Dec. vbi eſt iuramētū, in præſentiarū
nō firmetur, quia aliàs vidi in dubiū reuocari per dominum Pur
pura. per Antonium de la Ripa. Pro Decio tamen allego Bald.
in terminis in conſ. 352. Donatio cauſa mortis. lib. 2. licet reſpō
deri poſſit ꝙ iſtud procedit retēta opinione ꝙ donatio inter vi
rum & vxorem non firmetur iuramento. ſed retenta opinione
cōmuni ꝙ firmetur, neſcio videre cur ad hæredes donatarij trāſ
mitti nō debeat. l. ſi pactū. ff. de prob. & ego contra Decium con
ſului vt patet in conſ. meo. 102. & ita ſecundum conſ. meum cō
tra Deciū iudicauit curia parlamēti Gratianopolis die 14. Au-
guſti. 1543. ¶ Aut maritus donatarius ſuperuixit & idem probā
dum eſt, quia vt morte confirmetur, neceſſaria eſt traditio vera
vel ficta. l. Papinian⁹. ff. de dona. inter vir & vxo. Dec. in cōſ. 308
col. 4. ante med. & in cōſ. 296. col. Iaſ. in l. ſi diuortio col. 3. ff. de
verb. obl. At hic nulla interuenit traditio ſaltē reſpectu bonorū
mobiliū aut immobiliū ſocietatis vera vel ficta, ergo &c. ¶ Neq;
13 obſtant verba † inſtrumenti dedit & tradidit, quia nō agunt tra-
ditionē quando res in conſpectu non erat, ſed tantum operetur
ꝙ liceat ingredi poſſeſſionē propria authoritate. Bart. in l. præ-
dia, in fi. ff. de acqui. poſ. & in l. 2. C. eo. tit. Bal. in rub. C. de con-
trahen. emp. in 19. q. cum ſim. vt tradit Ale in d. l. prædia. col. fi.
& in conſ. 10. lib. 4. Soc. in conſ. 205. col. fi. lib. 2. ¶ Quibus con-
ſequens eſt dicere, obligari hæredes donatarij ad releuandū hæ-
redes donantis indemnes ſaltem vſq; ad concurrentem quanti-
tatem iurium donatorum, aliàs donationem, quantenus excedit
releuationem, irritam fieri. Taurini 29. Iunij. 1535. ¶ Aymo
Crauetta ex Sauiliano. I. V. Doct. ſub correctione &c.

SVMMARIVM.

1 *Mora contrahitur ex implemento alterius partis, quādo agitur de intereſſe, non vbi agitur de pœna.*

2 *Contractus nominatus reſcinditur agendo ex capite implementi non ſecuti, quoties illud quod erat implendum, fuit cauſa finalis ipſius contractus.*

3 *Non tenetur contrahens ſtare contractui, niſi ſibi impleatur integraliter.*

4 *In correſpectiuis ſi vnum ceſſat, ceſſat & alterum.*

5 *Mora ſemel commiſſa nō purgatur quādo res deſiit eſſe integra.*

CONSILIVM. CCXLVI.

¶ Pro domino Iacobo Perroto.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Iacobus Per-
roti iniurioſe videtur inquietari, nam agentem im-
plere oportebat prius ab eo promiſſa. l. Iulianus. §. of
ferri. ff. de act. emp. cum ſim. Planè promiſit diuide-
re ſeu diuidi facere bona, quæ Iacobus communia obtinebat cū
Andrea Gayda, ſumptibus domini agentis, & ſic fuit cōtractus,
do vt facias, & etiā do vt tradas & reddas, ſi tenor inſtrumenti
animaduertatur: ſed dominus agens ad eum modum obligatus
ſine temporis præfinitione obligabatur ſtatim implere, etiā ſine
interpellatione. Bal. in c. 1. §. ad hæc, verſic. & nota ꝙ ſi quis, in
titulo hic finitur lex Fed. in vſib. feu. Ale. in cōſ. 857. col. 2. lib. 6.
& in conſ. 148 Aret. in cōſ. 142. Ex facto, col. 4. circa med. verſ.
venio igitur ad primum. Curt. iunior in conſ. 74. col. 4. Ripa in
l. 4. §. Cato, col. 23. nu. 59. ff. de verb. obl. vbi atteſtatur hanc eſſe
communem opi. eandem opi. dicit communem eſſe Gozadinus
in conſ. 27. col. 3. circa med. no. doc. in l. quod te, vbi Iaſ. col. 8.
verſi. 2. adduco. ff. ſi cer. pet. Ad idem adduco Cor. in conſ. 207.
col. 1. lib. 4. vbi dicit ꝙ in obligationibus facti, mora cōmittitur
ſtatim atq; fieri potuit, & factum non eſt, per l. ſi ita ſtipulatus
eſſem abs te. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obli. ¶ Et licet
Dec. in d. l. quod te, teneat contrariū, tamen opi. contra Dec. vi-
detur communior & verior, quam opi. contra Decium ego te-
neo & puto procedere quoties non agitur de pœna ſed de inte-
reſſe tantum. ex eo quod Soc. ſcribit in conſ. 133. col. 1. lib. 1. vbi
1 dicit ꝙ † mora contrahitur ex implemento alterius partis quan
do agitur de intereſſe, nō vbi agitur de pęna. & hanc diſtinctio-
nem circa dictum Bal. in d. §. ad hæc, reperi poſtea tenere Goza
dinum in d. conſ. 27. col. 3. circa med. ſed in caſu noſtro agitur
de intereſſe & ne reus conuentus damnum ferat: itaq; parti agē
ti obligatæ ad faciendum, ſolum intelligitur cōceſſum tempus
quo actus poſſet explicari. d. l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de ver. obl.
l. hæc conditio. ff. de condi. & demon. & l. eum qui calendis. §.
fi. ff. de verb. obl. late Dec. in regu. in omnibus obligationibus.
ff. de reg. iur. Et quod notabiliter ſcribit Anch. in conſil. 331. Vi
ſis diligenter col. 2. verſ. 3. aduertendum. vbi ſi aliquis promiſit
vendere aliquam rem Titio quandocūq; Titius ſolueret vel mu
tuaret ipſi promiſſori ducatos quinquaginta, non tenebitur ven
dere ſi Titius quam primum potuit non ſoluit, vel mutuauit il-
los ducatos quinquaginta: quæ deciſio videtur mirabilis, quum
fuerit promiſſum de vendendo quandocunq; ſoluerentur duca
ti quinquaginta, & ſic tempus videbatur remiſſum arbitrio par
tis, & ob id dictum Ancha. non videtur iniuſtum. Sed iſte actus pe
tendi diuiſionem ſtatim poterat inchoari & breui ſpatio tem-
poris impleri, nec probatur aliquod impedimētum ex aduerſo,
igitur eo non implente potuit conuentus non implere, & aduer
ſus agentē exceptionem opponere, Tu nō impleuiſti pro parte
tua. l. cum proponas, la. 2. C. de pac. maximè quando agitur de
contractu innominato iuxta no. in l. ſi pecuniam. ff. de cond. ob
cau. immo etiam in contractibus nominatis datur exceptio, Tu
non impleuiſti ad reſciſſionē contractus. Corn. in conſ. 121. ꝗꝗ
videatur. ad fi. lib. 1. in conſ. 290. ad fi. lib. 3. quinimmo etiā † cō-
2 tractus nominatus reſcinditur agendo ex capite implementi
nō ſecuti, quoties illud quod erat implendum, fuit cauſa finalis

ipſius

ipſius cõtractus.l.cũ te fundum.vbi do.C.de pact.inter emp.&
vend.& no.in l.ſi.ff.de condi.ob cau.Cor.in conſ.101.col.2.in
conſ.121.col.1.lib.1.& in cõſ.102.col.4.poſt med.lib.2.Bal.no
uell in tract.de dote.in 6.parte priuilegio.1.Soc.in cõſ. 26.col.
ſi.lib.3.quod procedit etiã in cõtractu,in quo agitur de plurib⁹
3 rebus ſeparatim:quia† nõ tenetur cõtrahens ſtare cõtractui ni-
ſi ſibi impleatur integraliter,qñ vno pretio res oẽs emptæ ſunt,
nec vnã ſine alijs empturus quis ſuiſſet.Imo.in cõſ.33. per tex.
in l.ſi duos.ff.de cõtrahen.emp.Sed iſta promiſſio trecentũ flo-
renorũ nõ fuit facta ob aliã cauſam niſi ob diuiſionẽ ſeruandã
dictorũ bonorũ,ſi videatur inſtrumentũ obligationis, ergo fuit
cauſa finalis,quia reſpicit cõmodũ & vtilitatẽ ipſius promiſſoris,
ex doct.Bar.in l.2.§.ſi.ff.de dona.pulchre Ang. in conſ.134.Io-
lus domini Dalmatij.col.pen.verſ.circa quo 1 conſidero.Soc.in
dicto conſ.26.col.fin.lib.3.Cor.in cõſ.c.col.pe.ad ſi.lib.1.Dec.
in conſ.238. ad ſi. Itẽ cũ iſta conuentio de diuidendo aut diuidi
faciendo facta fuerit incõtinenti & eodẽ cõtextu,cenſetur cor-
reſpectiua ad promiſſionẽ trecentũ florenorũ & vna facta pro-
pter alterã. Soc.in conſ.214.col pe.ver.3.reſpondeo,lib.2.poſt
Bal.in l.petens.C de pact.vbi dicit q̃ ea quæ ſunt incontinẽti,
cenſent correſpectiua.i.vnũ reſpectu alterius, in tantũ q̃ exclu
ſo illo reſpectu,factũ ſecutũ nõ fuiſſe.no.Cor.latè in conſ.vlti-
mo.lib 1.in conſ 10 col.3.poſt med.& in conſ.330.col.2. circa
med.lib.5. Dec.in conſ.245 col.3.in conſ.145.col.2. ver. tertio
4 aduertendũ,& in conſ.279.col. ſi. Sed † in correſpectiuis ſi vnũ
ceſſat,ceſſat & alterum.l.ſi filio.§ matri.l alumnæ. §. Seia. ff. de
adi.leg quæ iura ad hoc propoſitũ allegat Iaſ.in l.Lucius,col.7.
verſ.octauo facit.ff.de vulg.& in l.in teſtamẽto,col.pe. circa ſi.
C.de teſta.mili.tradit Ale.in cõſ. 101.col 3.ante med.lib.3.So-
ci.in conſ.150.col.18. verſ.ſed contra hanc reſponſionẽ lib.1.&
in conſ.27.col 5.lib.4.¶ Et ſi dicatur, agens paratus eſt imple-
re,ſed impeditur facto cõuenti,qui renũciauit,ergo imputandũ
videtur conuento.arg.l.iure ciuili. ff. de condi. & demon.cũ ſi-
mil.reſpondeo,etiã ſi conuentus liti nõ renunciaſſe, poſſet op-
ponere Tu non impleuiſti q̃ primũ potuiſti, neq; admitteretur
agens ad purgationem moræ primo propter iuramentũ. l. ſi quis
maior.C.de tranſac.vbi Dec. q̃ procedit etiam de æquitate ca-
nonica.Cor.in conſ.123.col.pe.lib.1.& in conſ.40.col.ſi. lib.4.
reprobando Bal.qui aliud voluit in l.qui crimen.C.qui accu.nõ
poſ licet Iaſ.in d.l ſi quis maior.col.pe.verſ.limita prædicta, ſi-
militer referat & ſequatur illud dictũ Bal.& idem Iaſ.in.§.item
ſi quis,il. 2.col 2.ad ſi inſtitu. de actio.& poſito q̃ dictũ Bal. eſ-
ſet verũ,illud procederet reſpectu pœnæ extrinſecæ ne quis pœ-
nã incurrat:nõ aũt procederet vt moroſo cõperat facultas im-
plendi ad effectũ vt iuuetur ex contractu cũ non tractet de fu-
giẽdo pœnã. Ita notabiliter declarat Dec. in conſ. 151. col. pe.
Immo propter periuriũ ſit indignus omni cõtractus cõpendio
d.l.ſi quis maior.Illud etiã dictũ Bal. ſolũ videtur procedere in
terris eccleſiæ.Ale.in cõſ.106.col.3.lib.3.Iaſ.in conſ. 10. col.3.
& in conſ.82.col.2.lib.1.Immo Gozadi.in cõſ.57.col.5. voluit
illud dictũ Bal.ſolũ procedere in foro pœnitẽtiali, & inter per-
5 ſonas eccleſiaſticas.¶ Secundo,† mora ſemel commiſſa nõ pur-
gatur qñ res deſijt eſſe integra.Ale.in conſ. 131. in cauſa & lite
vertente inter vniuerſitatẽ,col. 1.lib.4. hic autẽ res nõ eſt inte-
gra ob renunciationẽ litis.¶ Tertio,mora purgari nõ põt qñ ſe-
mel fuit oppoſitũ in iudicio de implemẽto nõ facto ſi quis velit
implere poſt oppoſitionẽ factã lite inchoata.Ale. in conſ. 537.
ad ſi.lib.6.Pau.de Caſt.in conſ 70.quia fruſtra col. 5. ad ſi. verſ.
nam ſufficit Regi Poloniæ.lib. 1. & in conſ. 337. Si prima duo
ſtatuta col. 2.circa med.verſi. ſed aduertẽdũ eſt diligeter, lib. 2.
Corn.in cõſ. 251.col.5. lib. 1.& in cõſ.99.col.2.poſt med. lib.4.
Bolognious addi.ad conſ.Io.de Ana. in conſ.l. col. 5. poſt med.
& hoc ſine dubio procedit ſtante iuramẽto quo ipſum impe-
dit purgationẽ moræ, vt habetur in d.l.ſi quis maior.C.de tran
ſactio. vnde cũ renunciatio litis facta fuerit poſt inchoatũ iudi-
ciũ, & eo tẽpore quo agens implere non poterat, agentis nihil
intereſt fuiſſe renunciatũ liti per conuentũ in fauorẽ illius An-
dreę Gaydæ,conſequenter culpa renũcianti imputari nõ poteſt
arg.tex.optim.in l.& in totũ, verſic.ita ſi ob id.ff.rer. amo. per
quẽ tex.dicit Pau.de Caſt.in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir.ff.ſol. mat.
quod marito culpa imputari non poteſt cur vxori infirmæ me-
dicũ non adhibuit,qñ ſi adhibuiſſet, vxori tamen profuturũ nõ
erat,quia morbus erat incurabilis.facit tex.in l.ſi alius, in verſi.
æquè perituris ædib⁹.ff.qđ vi aut clam.gl.in l.ſi ideo.ff. de euic.
quæ iura adducit Soci.in conſ.170.col.pe.ver.accedit in propo
ſito lib.1. alia ẽt ad cõfirmationẽ adducit idẽ Soc. in conſ. 178.
col.2.in conſ.283.col.pe.verſ.ſin præſupponit lib. 1. & in conſ.
305.col.ſi.lib.3.itaq; audiri non debet actor replicans de renũ-
ciatione litis,cũ ſua non interſit.lege 1.in prin.ff. quor. appell.
non recip.l.ille a quo.§.ſi de teſtamẽto,vbi Ale.ff. ad trebellia
nũ.capitulo cum inter 2.p.de electio. capitulo cl 2. de teſtibus
no.in c.his,de accuſatio. Rom.in conſ.347.& in cõſ.499.& ali-
bi ſæpe doc. Proinde imputandum eſt domino agenti,quare nõ
ſtatim fidem impleuerit promiſſorom.rurſus ipſe tractat de lu-
pac.& in l.Pomponius.§.cum quis.in 1.no.ff.de acquir. poſſ.Et generaliter verum eſt,vt quoties quis vtitur iure quæſito ex perſona alterius, vt vti oporteat cum oĩbus ſuis qualitatibus. Dec. in conſi.532.col 3.ſed in renuntiatione eſt pactum reſolutiuum renunciationis,quòd illa non valeat decedente fratre ſine filijs, igitur &c. ¶ Secundò etiam ſi non eſſet illud pactum reſolutiuũ,adhuc renunciatio nihil noceret extincta perſona cuius contemplatione facta eſt.Bald.in l.pactũ qđ dotali, in 4. q.C.de colla.& ibi Mod. Dec.in conſi.309.colum.3. in conſil. 270.colum. pe.ad fi.in conſi. 432. & alibi ſæpe. ¶ Rurſus eccleſiæ nullum ius competit ex ea renuntiatione facta ea abſente,pro qua nullus fuit ſtipulatus. §.alteri.inſti. de inut.ſtip & in renũtiatione no.doc. in l.ſi actionem.C.de pac.Pau de Caſt.in conſil.252. Viſo puncto,ſubſtituto & narratis in eo,col.pen.circa med. lib. 1. Cano. in c. veniens.de renuncia Et renũciatio facta cum vna perſona ad aliam non extenditur l.ſi vnus.§.ante oĩa. ff. de pac. Renuntiatio igitur facta in fauorẽ fratris,alij prodeſſe non debet,quia actus noſtri voluntarij non extenduntur vltra q̃ gerantur.l.1.§.Iulianus.ff.de iti.actuq; priua.l.volũtariè.C. de excu.tu.l.ſi.C.ne vxo.pro mari.l.tutori.C.de neg.geſt. l.tutores qui.C.de admi.tuto. c.manifeſta.12.q.1.bonus tex.in l.operis non poſitis.ff.de oper.lib. Renunciatio enim eſt ſtricti iuris.vt no.in l.emptor.§.Lucius.ff.de pac.in l.ſi ex pluribus.ff.de ſolutio.bonus text.in l.iubemus.C.ad Velle.& in renunciatione no. Pau. de Caſt.in conſil. 86.Dubitatio vertitur. colum.2 poſt med.lib. 2.Aret.in conſi.161.verũ eſt qđ.col.pen.verſic.;& hoc maximè videtur dicendũ.Soc.in conſil. 196.ad fi.lib. 2. immo dicuntur odioſæ renunciationes eiuſmodi. Bal.in conſil. 437. Quædam puella.col. 2. poſt med.lib. 1. Et in terminis noſtris tradit idem Bald.in conſi.181.Ad euidentiam.col. 2.poſt med. lib. 3. vbi ꝙ renunciatio facta circa emphyteoſim eccleſiæ ꝑ vnum emphyteotã fratri ſuo,eccleſiæ non prodeſt.allegat tex.in c fi.ſi de feu. defun. fue. contro. Idem voluit Fed. de Senis in conſil. 77. Factum ſic ſe habet.Quidã Abb.Bar.in conſ.58. Ex themate prædicto.in 3.dubio.Ripa in d.l. qui Romæ. §. duo fratres.col. 21. verſi.3.concluſio ff.de verb.obl.¶Neq; obſtat ſi dicatur, emphyteoſis eccleſiaſtica non tranſire in tranſuerſales, ſed in deſcendentes tantum : quia reſpondetur,ꝙ iſta filia non conſequitur bona tanq̃ comprehenſa in cõceſsione & inueſtitura, ſublata perſona fratris ex iure accreſcendi ſine repetitæ conceſsionis cõſiderata ſtipulatione patris.Bart.& doct.in l.ſi mihi.& Titio. ff.de verb. obl.& idẽ Bart.in conſil.58. Ex themate prędicto,eũ ſimi.quę Dec.colligit in conſil.263.colũ. 2.circa med.quinimmo cũ iſta emphyteoſis ſit paterna,in ea videtur eſſe locus iuri accreſcendi indiſtinctè etiam poſt ius quæſitum, ex his quæ Corn. latè ſcribit in conſi. 285. lib. 3. quod ius accreſcendi alteratũ non fuit ex illa renuntiatione ꝑ ſupradicta.¶Portò in caſu dubio habenda eſt interpretatio, ꝙ emphyteoſis duret,nõ etiã finita cenſeat arg.notatorũ per Alex.in conſil.157.col.1.lib.7.Dec in conſil. 168.col. 2.verſicu.& ex his cõcluſio ſuprafacta.Itẽ qa agit materia beneficij cõceſsi ab eccleſia citra pręiudiciũ tertij, qđ latè ẽ interpretandũ l.ſi ff.de conſti.princip.cum ibi not. per Mo dec. Dec.in c. ſuper eo.col. 4. circa med. de offi. deleg.Et ita de iure ſcribendum puto,ſaluo ſaniori iudicio. Taurini. quinta Augusti. 1535.Aymo Crauetta ex Sauiliano.I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Ex contractu negotiorum geſtoris,non quæritur ius domino ante ratificationem.*

2 *Dominus nõ poteſt ratificare appellationẽ interpoſitam a procuratore exacto & finito tempore appellandi.*

3 *In actibus inter viuos non cenſetur cogitatum de futuris.*

4 *Vna & eadem res non debet duplici iure cenſeri.*

CONSILIVM CCLII.

¶In cauſa D.Io.Antonij de Montiſmali.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Proponitur ꝙ Magnificus dominus Io.Antonius ex dñis Mõtiſmali Marchionatus Saluciarum, emit quædam prædia nomine dominæ Mentiæ eius matris, quæ ante dictã emptionẽ donauit certã quantitatẽ pecuniarum dñæ Iſabellæ eius nurui, vxori ipſius domini Io. Antonij ſuper eius bonis capiendã. Deinde ipſe dominus Io. Antonius emptor eadẽ bona alienauit Petro Rocapiliæ,qui ceſsit iura ſua nob.Ioanni Venæ Modo filij dñi Ioan.Antonij & Iſabellæ,eiuſdemq; Iſabellę hæredes iactant ius ſe obtinere in dictis bonis tanq̃ hæredes matris ex titu.donationis factæ per memoratã dñam Mẽtiam in dñam Iſabellam eorũ matrem, & volunt capere pecuniã donatam eorum matri ſuper iſtis bonis tanq̃ de bonis donatricis:quia dictũ fuit in donatione ꝙ caperetur pecunia ſuper bonis donatricis. Quærit quid iuris ? Breuiter, ſi domina Mentia,cuius nomine comparata fuerunt prædia,illã emptionem non ratificauit , nullũ fuit quæſitum ius in ipſis bonis ex quo nullũ præceſsit mandatum ad emendũ generale nec ſpe-
1 ciale , † quia ex contractu negotiorum geſtoris non quærit ius dño ante ratificationẽ gl & doc.in l ſi ego. ff.de neg.geſt.Bart. in cõſ. 306.Inter procuratorẽ.in prin.Sed ceſſante ratificatione quæ ſitũ fuit ius ex eo contractu ipſi dño Io. Anto. l. ſi abſentis.C. ſi cert.pet.Bar.in l.fundũ.ff.de act.emp. Alex. in cõſi. 24. col.3.verſ.& ipſemet Bar.li.5.Cor.in conſi.5n.col.3.lib. 1. Ideo poſt habita & ceſſante ratificatione matris, licuit domino Ioan. Antonio eadem bona alienare tanq̃ ſua propria . Et circa ratificationem aduertendũ eſt , ꝙ illa erat neceſſaria antequã fieret alienatio ꝑ ipſum dominum Ioan. Antonium. & ſic re integra adhuc exiſtente,quia poſt alienationẽ factam ꝑ dominum Ioã. Antonium fruſtra ſit ratificatio, quæ impeditur ex actu alienationis intermedio.l.bonorum.ff.rem ratã habe.l.neceſſaria.§.ꝙ
2 ſi pendente.ff.de peri.& cõmo.rei vend.Ideo dicimus ꝙ† dominus non poteſt ratificare appellationẽ interpoſitã a procuratore exacto & finito tẽpore appellandi.Cor.in conſi.292. colũ.2. lib.3.not.in l.ſi is qui pro emptore ff. de vſucap.Anch.in conſi. 409. Viſo.col. 1.Dec.in reg.ſemper ꝙ non prohibet. & in reg. contractus. ff. de reg. iur. & in conſil. 247. colũ.3.& alibi ſæpe doc.¶Aduertendum tamẽ videt ꝙ ſi notarius ſtipulatus eſt nomine ipſius dñę Mentię,tunc non videtur neceſſaria alia ratificatio ipſius dñæ Mentiæ,ſed ſine alia ratificatione videtur quęſitum ius irreuocabile eidem dominę Mẽtiæ ex ſola ſtipulatione notarij,quod tolli nõ potuit per ipſum do. Ioan. Antonium. Bal. in l.eum a ſocero.col.pen. in fi.verſi.& ideo in q. Bar. C de iure dotium.refert,ſequitur & cõprobat Alex. in conſi. 27. lib. 3.Areti.in conſil.84.colum.4.in 3.dubio.verſicu. ſed tamen his non obſtantibus.Idem clariſsimè voluit Soc.in conſi.137.colũ. pen.circa fi.verſic. 2.& vlti.loco.lib. 1.in conſi. 137. col. 12.verſ. 3. nam ex quo,lib.3. & idem voluit Soci. arguendo a contrario ſenſu.in conſil. 175.col.3.poſt med.verſic.præterea videmus.li. 4.Corn.in conſil.68.lib.3. Idem ſentit Corn. in cõſi. 2. colum.2. poſt med.lib. 4.dum dicit ꝙ ex ſtipulatione notarij ſtatim quæritur ius ſine ratificatione. Idem voluit Dec.in conſi 68.colum. 2.poſt med.in conſil. 239. colum. 4. in conſil. 292. colu. 2. poſt med.& in conſil. 507.colum. 4.circa.med.licèt idẽ Dec.in hoc paſſu variauerit in l.certi conditio, §. ſi nummos. col. 2.& in fi. §.fi.ff.ſi cert.pet.in l.contractus.& in l.quo tutela.§.fi.ff.de reg. iur.in l. 1.col.6 num.22. C.de pac.in conſi . 226. colum. 2.circa fi.in conſi.247. colum.3.in conſi.531.ad fin.in conſi. 598 circa fi & in conſil.661. colum.2.in fin.in quibus locis tenet Dec. ſtipulationem notarij ſolam non ſuſtinere vt quæratur ius irreuocabiliter , ſed neceſſariam eſſe ratificationem , ſequendo Paul.de Caſt. in conſil. 195. Viſis his quæ narrantur. colum.3. lib. 2.ſed de Decij auctoritate curandũ hic non eſt ob ſui cõtrarietatẽ. De Pau.etiã curandũ nõ eſt,quia cõtra eum eſt cõis opinio.& contra Pau.facit ratio,nam notarius poteſt alteri ſtipulari tanquam ſeruus publicus. c. q̃q̃, de uſur. lib.6.& dicit ꝑſona publica.c.ſi inſtrumẽta.ibi, ꝑ ꝑſonã publicã. de fide inſtr nota. Card.in cle.1.§.1.in 12.no. de excep.pręl.aliàs nulla differẽtia eſſet inter notariũ & aliũ priuatũ ſtipulantem noĩe alterius, qa ẽt ex ſtipulatione priuati quęrit ius ei ꝑ quo ſtipulat ſecuta ratihabitione. glo. & doc. in l. ſi ego. ff.de neg.geſt. Barto.in d.l. qui mihi donatũ. ff de donat. ¶Sed tamen in caſu noſtro etiam præſuppoſita ſtipulatione notarij , vel ratificatione ipſius dñæ Mentiæ intra debitũ tempus citra veritatis præiudiciũ,dña Ioã. Antonius præſumitur emiſſe illa bona de proprijs pecunijs.l.cũ proponas.& ibi Bal.C.pro ſocio idem Bal.in l. penul. C. ſi quis alte. vel ſibi. & in conſil. 416. Præmittendum eſt ad euidentiam.colum. 2.lib.2. Barto.in l.ſi patruus.C.cõmu.vtriuſq; iudi. Anch.in conſil.149.Plura dubia,ad fi. Alex.in conſil. 82. colũ. fi.verſi.& regulariter.lib.2.Cor.in conſil.98. colum. 4. verſicu. cenſetur enim.l.4.Dec.in conſi.21.col.fi.in conſil. 59. col. 1.in conſi.132.colum. fi. & in conſi.238.colum.fi.cir.med.Igit ſi hęredes

redes donatricis cogitãt recuperare ipſa bona, obligãtur ad reſtitutionẽ pretij quo fuerunt cõparata: quia filius emens vel cõtrahens noĩe mřis, & pecuniã ſoluens, nõ cẽſetur contraxiſſe & prciũ ſoluiſſe aĩo donãdi, ſed repetẽdi: qa titulus donationis ſolũ pſumitur, quoties aſcẽdẽs contrahit noĩe deſcẽdentis, non ẽt econtra. Bar. in l. quæ dotis. col. 3. verſi. quæro vlterius. ff. ſolu. mat. & ibi Ale. col. 6. & Iaſ. col. 5. poſt med. Et idẽ Iaſ. in l. frater. a fratre. col. 13. in princ. ff. de condi. indeb. Cor. in conſi. 144. in conſ. 185. col. 3. lib. 2. & in conſ. 199. col. fi. in 2. dub. lib. 3. Dec. in conſ. 21. col. fi. ante med. ❡ Simile videmus in fratribus cõiter viuentibus, vel in pluribus socijs ſi vnus eorum aliquid acquirit qđ veniat cõicandum, non aliter obligatur cõicare atq; reſtituto pretio ea parte fratris vel ſocij, quia præſumitur acquiſiuiſſe de pecunia propria. Alex. in conſ. 78. lib. 2. Soc. in conſ. 162. col. pen. & in conſ. 192. col. 5. lib. 2. Dec. in conſ. 628. col. 1. & in conſ. 651. & alibi ſæpe doct. ❡ Tertiò ex alio videntur excludi filij dñæ Iſabellæ, quia illa donatio certæ quantitatis facta in bonis donatricis non vř pertinere ad bona futura: quia in actibus inter viuos non cẽſetur cogitatũ de futuris. l. ſi mandauero. §. ſi cuius. ff. manda. & dicit Ale. in conſ. 170. col. 1. lib. 5. ꝙ diſpoſitio quæ põt verificari in tpe de præſenti: non refertur ad futura, ſiue ſit facta per tpſ præſens, ſiue ſine præfinitione tpis, dũmodò nõ vitietur ſi ad præſens tñ ipſ referatur. Ideo vidimus ꝙ donatio oĩum bonorũ nõ extenditur ad bona futura. Bart. & doc. in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta, vbi Ale. col. 5. ff. de verb. obl. not. in l. fi. C. de pact. faciunt not. in l. cum ſtipulamus. ff. de verb. obl. facit quod pulchrè Ang. ſcribit in conſ. 261. De cõtracte Piſarũ, quæ promiſit Ianuenſibus non receptare aliquos rebelles ipſorũ Ianuenſiũ duraturis annis quindecim: decidit ibi Ang. ꝙ reſtringitur illa promiſſio ad eos qui erant rebelles tpe promiſſionis, nec cõprehẽduntur facti rebelles poſt ꝓmiſſionẽ. ❡ Alibi ſcribit mirabilius Cor. in conſ. 293. ad fi. lib. 3. ꝙ laudum ꝑ qđ pronunciatur, vt habitantes, & incolæ talis loci poſſint lignare & paſturare in tali prædio, reſtringitur ad eos qui erant habitantes tẽpore laudi: cuius deciſio mirabilis eſt, ſi vera eſt, quam tñ non firmo hic, immo reprobo, quia in his quæ reſpiciunt vniuerſitatẽ, veniunt ẽt habitantes de nouo, quia ſemper dř eadem vniuerſitas. Ideo interdicto populo, cẽſent interdicti illi qui poſtea de illo populo facti ſunt, vel ꝑ natiuitatẽ, vel per tranſlationẽ domicilij: ideo ſi qui naſcãtur inde ad mille annos in populo illo, interdicto nõ ſublato, eſſent interdicti, vt not. ꝑ Io. And. in c. ſi ſnia, de ſent. excom. lib. 6. ꝑ Ioã. And. in nouella. Fed. de Senis in conſ. 32. col. 3. ante me. ver. & ſecus eſt qñ populus. & col. 4. circa me. vbi ẽt Fed. aſſignat rõnem: quia † vna & eadem res non debet duplici iure cenſeri. c. quia circa, de primle. & ibidem ꝙ hoc procedit licẽt oẽs ciues eſſent diſperſi ꝑꝑ perſecutionẽ, & ea ceſſante redirent ad habitandũ, quia rediret interdictũ in eos ẽt ſi redeuntes eſſent extranei, per l. grege. ff. de pign. Secus tñ vbi agitur de pluribus vniuerſitatibus, aut pluribus & diuerſis terris: quia diſpoſitio odioſa loquens de terris alicuius, non comprehendit terras futuras: puta interdictis terris alicuius dñi, nõ cẽſentur interdictæ terræ poſtea quæſitæ. Io. And. in d. ca. ſi ſnia, de ſent. excõ. lib. 6. Fede. in d. conſ. 32. col. 3. circa prin. Volui tñ allegare illud dictum Corn. in d. conſi. 293. in fi. lib. 3. vt ſupra reprobatũ, vt cognoſcatur qualis extẽdatur ad futura hoĩs diſpoſitio. ❡ Præterea, poſito ꝙ iſta bona poſſint dici comprehenſa in donatione, illud procederet contra ipſam donatricem, ſi ipſa poſſideret: ſed hic poſſidentur per tertium poſſeſſorem, contra quẽ agi nõ põt actione perſonali deſcendẽte ex donatione, qa obligatio perſonalis non ſequitur fundum l. quædã. §. is aũt. ff. de eden. l. ſi. §. fi. ff. de cõtrahen. empt. l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Treb. ❡ Amplius, ẽt ſi filijs dñi Io. Antonij actio realis cõpeteret ad iſta bona, qđ oĩno negatur, cũ eorũ dñium nullo modo in eos tranſlatũ dici poſſit ceſſante ſtipulatione notarij, aut ratificatione ipſius dñæ Mentiæ, tñ viuente adhuc eorũ patre venditore, vendicare illa non poſſunt l. quæcunq;. §. fi. C. de bo. quæ lib. Autẽ. niſi, vbi gl. C. de bo. mater. Patre aũt defuncto non eſt veriſimile ꝙ velint repudiare hrẽditatẽ eius non macrã pro iſtis bonis nõ ita magnis. tũ tanq̃ hæredes obligabunt ſeruare alienationẽ parentis, l. cũ a matre. C. de rei vend. regula ex qua perſona ff. de reg. iur. cũ ſim. & no. expreſſè gloſ. Bart. & doc. in l. fin. §. in cõputatione. C. de iure delib. & glo. in d. l. cũ a matre. ob id donatrix non cenſetur cogitaſſe de iſtis bonis quæ fuerunt quæſita poſt donationem. Et ita reſpondeo. Taurini. 7. Auguſti. 1535. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. D.

S V M M A R I V M.

1 *Iuris ambigui non eſt, matrimonium contractum metu, nullum fieri ipſo iure.*

2 *Factum conſiderari non debet, ſed cauſa facti.*

3 *In cauſa dotis tam principaliter, quàm incidenter iudex ſecularis eſt competens.*

4 *Ceſſat præſumptio metus ex ſola præſentia iudicis.*

5 *In impedito non videtur neceſſaria proteſtatio, dummodo conſtet de impedimento.*

6 *Ex metu commiſſo per tertium, diſpendium pati non debet is, in cuius fauorem actus eſt habitus, niſi metum intellexerit.*

7 *Vbi infertur metus per alium, reſcindi debet contractus.*

8 *Quando Princeps aliquid facit, ſemper præſumitur facere ex iuſta cauſa.*

9 *Præſentia Principis facit ceſſare omnem præſumptionem fraudis, aut deceptionis.*

10 *Maritus expellens vxorem, obligatur dotes reſtituere.*

C O N S I L I V M   C C L I I I.

❡ Diſſolutiones dubiorum pro Magnifica dña Anna de Ayans, contra Magnificum dominum Bonifacium de Salucijs.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Reſponſiones ad dubia propoſita per Magnificũ virũ dominum Albertum Gattũ Vicarium generalem Marchionatus Saluciarum in cauſa Magnificæ dominæ Annæ de Ayans cõtra Magnificum dominum Bonifacium de Salucijs. Duo principaliter videnda ſunt in cauſa prædicta. primò an quæſtio matrimonij quæ dř incidenter oppoſita, ſit remittẽda ad iudicẽ eccleſiaſticũ? Secũdò, an cauſa dotis ſit differenda ꝑꝑ cãm matrimonij, vt de cauſa dotis ſententia non dicaẽ ante impletã & finitam cãm matrimonij? ❡ Circa primũ dicendum vř, cauſam matrimonij non eſſe remittendã, qa non tractatur articulus iuris, an mřimonium metu contractũ efficax ſit, aut nõ: neq; tractatur quæſtio an matrimoniũ probet ex verbis dictis & prolatis inter partes circa dictũ matrimoniũ, qa fatetur cõuentus & ẽt teſtes examinati in eius fauorẽ ꝓbant contractũ fuiſſe matrimoniũ: tñ diſputatur, an adhibitus fuerit metus circa matrimoniũ: ita nulla agitur quæſtio iuris an
1 mřimoniũ contractũ metu conſtet nec ne. † Etenim iuris ambigui non eſt, matrimoniũ contractum metu, nullũ fieri ipſo iure. c. cũ locũ, de ſpõſa. l. ſi mulier. §. ſi duos metu. ff. qđ met. cau. cũ ſim. quæ Iaſ. no. in l. interpoſitas, in j. no. C. de tranſ. Ergo cũ diſputetẽ ſolũ an interuenerit metus, dř tractari quæſtio facti: nam metus eſt quædam paſſio cõſtans in animo: quæ aũt in aĩo verſantur, facti eſſe dñr, l. bonæ fidei. ff. de acqui. rer. domi. ibi, illud ad factũ pertinere. Iaſ. in l. 1. in princ. col. 7. verſic. ſecundo principaliter. ff. de acqui. poſſ. Ideo an quis ſuſtinuerit paſſionem metus, ꝓbatur ꝑ exteriora, & ex coniecturis, qa aĩus aliter colligi nõ põt: ita de probatione metus. no. in d. l. interpoſitas, in c. ſi iuſtus, de appell. vbi Deci. latẽ. & idẽ Dec. i reg. in oĩbus cauſis. ff. de reg. iu. & ſic metus dř eſſe quid facti duplici reſpectu. Primò ex parte patiẽtis metũ. Secũdò ex parte inferẽtis. Bene fateor ꝙ vbi metus probatus eſt, dř habere qõnem iuris, qa ius diſponit an ſit metus iuſtus, ex quo actus debeat irritari. Sed iſta quæſtio iuris non verſatur hic reſpectu mřimonij, ſed tñ reſpectu confeſſionis de dote recepta, an illa debeat reſcindi ꝑꝑ metũ, vt infra oſtendã. Planẽ cõſtat iudicẽ ſecularẽ poſſe cognoſcere ẽt de cauſa ſpirituali incidẽter, quoties facti agitur qõ. Bar. in l. 3. col. 2. verſ. iuxta prædicta, quæro. ff. de iuriſd. omn. iud. Idem Bart. & Alex. in l. Titia. ff. ſolu. mat. not. in l. quoties. C. de iudi. & nouiſſimè per Dec. in c. decernimus. colum. 18. extra de iud. In quibus locis ſi ꝑaccuratẽ conſiderentur dicta Doc. facilẽ oſtenditur qõnem matrimonij, de qua agitur, ad factum pertinere: qa vt diximus, non agitur hic de iure, ideſt an matrimonium valeat initũ metu, ſed de facto, ideſt an metus interuenerit: immo non ſolum incidenter, ſed etiam principaliter poteſt iudex ſecularis cognoſcere ſuper cauſa ſpirituali, quãdo facti vertitur quæſtio, putã ſi cõuentus ad decimas, opponat exceptionem ſolutionis, ita quòd non ſit quæſtio de iure decimarum. Federi. de Senis in conſil. 96. Apparet, circa fin. & in conſil. 245. Dño Andreæ. ❡ Confirmatur iſta ratio, quia iſta exceptio meticuloſi matrimonij nõ fuit oppoſita, vt ꝓnunciaretur ſuper nullitate matrimonij, ſed in hoc tantum, vt argueretur metus in cõfeſſione receptæ

ceptæ dotis, quaſi metus adhibitus circa contractũ matrimonij præſumatur durare etiam in confeſsione dotis facta non multo tempore poſt ea actuum vicinitate. Cald. in conſi. 2. in titu. extra quod met. cau. Iaſ. in l. ſi ob turpẽ. col. fin. ff. de condi. ob turpem cau. Et eſt generaliter verũ, vt durãte eadem cauſa metus, ſemper dicatur metus durare. c. 1. quod metus cau. vbi Inno. & doct. Cyn. Bar Bal. & doct. in l. 2. C. eod. tit. Bar. & doct. in d. l. ſi ob turpem. ff. de condi. ob cau. Soci. in conſi. 263. col. 5. verſi. ex quibus patet reſponſio. lib. 2. & plurima congerit Deci. in conſil. 219. col pen. in conſ. 468. col. 4. in conſ. 498 col. 3. poſt med. & in l. in omnibus cauſis, col. fin. ff. de reg. iur. Igitur ſi exceptio meticuloſi matrimonij oppoſita fuit ad hoc ſolum, vt probaretur metus in confeſsione receptæ dotis, nihil vr̃ dubitandum, iudicem laicum poſſe cognoſcere de iſto metu propter cauſam confeſsionis receptæ dotis. nec eſt attendenda cauſa matrimonij, ſed ipſa dotis confeſsio, propter quam opponitur metus matrimonij: ſemper enim ſpectãdum eſt, qua contẽplatione actus fiat, vt not. Bal per illum text. in l. ſi pater. §. qui duos. ff. de adoptio. cum ſimil. quæ ſcribit Deci. in cõſi. 283. col. 5. verſi. & hoc confirmatur. Ideo non inſpicimus ad quem verba dirigantur., ſed cuius contemplatione aliquid fiat. l. ſi cui. §. ſi Titio, & ibi Iaſ col. 2. ff. eod. titu Soc. in conſi. 85 col. 4. verſi. circa ſecundã difficultatem, lib. 1. Deci. in conſi. 279. col. 2. Non etiam debemus conſiderare verba ad corticem, ſed effectum propter quem prolata ſunt. l. 3. C. de inſtit. & ſubſt. l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quiſque iur. l. ſi filiusfamilias. §. 1. ff. quod cum eo. c. relatum, de cler. non reſid. Similiter factum conſiderari non debet,
a ſed cauſa facti. l. verum, la 2. ff. de furt. glo. in c. & ſi Chriſtus. in verſi. ex cauſa. de iureiu. & in c. intelligentia, in verſi. ex cauſis. de verb. ſign. cum ſimil. Et cum ſolum agatur an dñs conuentus habuerit pecunias, quas confeſſus eſt, & de validitate ipſius cõfeſsionis, non debet alterari iudicium ob qualitatem matrimonij, quod quidem matrimonium hic non conſideratur, nec de eo in cauſa iſta curatur, ex his quæ ſcribit Bal. in c. 1. in fi. de grad. ſucceſſ. in feu. vbi quod in ſucceſsione feudi frater cõſanguineus admittitur ſimul cum fratre vtrinq; coniuncto, nec attenditur duplex vinculum in altero fratre, quia qualitas ſeu vinculum cognationis non curatur, nec conſideratur in feudis. quod dictũ refert & ſequitur Crotus. in rep. l. filiusfamilias. §. diui. col. 2. ad fi. & col. 39. in 5. q. ff. de leg. 1. & in rep. l. re cõiuncti. in 3. not. ff. de leg 3. ſed vltra Crotum allego eundem Bal. in conſi. 170. col. 2. & in cõſ. 304. Donatio. in fi. lib. 2. Et profectò ſi ageretur cauſa matrimonij incidenter ob id tantum vt pronunciaretur de eius efficacia, fortè non iniurioſè peteretur remiſsio ad eccleſiam Cæterùm neutra partium deſiderat, vt dicatur iudiciũ de viribus matrimonij, tantum quærit Magnificus dña conuentus, vt probet adhibitum fuiſſe metum in confeſsione receptæ dotis, allegando metum matrimonij, qui in facto dr̃ conſiſtere, cuius facti quæſtio ad iudicem laicum ſine controuerſia pertinet. Et cum ſit capax iuriſdictionis circa eiuſmodi factum, incidens, an interuenerit metus in cõfeſsione receptæ dotis, vel nõ, poterit incidenter de hoc facto incidenti cognoſcere: licèt ſi opponens exceptionẽ metus in tali confeſsione principaliter ageret, quod matrimonium declaretur nullũ propter metũ, vt cõfeſsio etiam reſcindatur tanquam metu extorta, non poſſet iudex ſecularis cognoſcere Ange. in conſil. 260 Punctus eſt, col. fina.

¶ Sed dicet aliquis, Si iudex ſecularis poſſet de hac quæſtione incidẽter cognoſcere, fiet præiudicium in cauſa matrimonij, nã ſi pronuncietur cõfeſsionem validã non obſtante metu allegato, vr̃ inferri, quod matrimonium contractum ſit liberè, ſine metu: & econtra ſi pronuncietur cõfeſsionẽ meticuloſam, & etiã matrimonium contractũ ſit metu: ideo ratione præiudicij vr̃, quòd iudex ſecularis non poſsit cognoſcere, quia cauſa matrimonij eſt grauior. l. per minorẽ. ff. de iud. & l. ſi quis libertate. ff. de pet. hęred. & quia ſnĩa lata in vna cauſa poſſet in alia p̃iudicare. l. fundũ. & l. fundi. ff. de except. no. in l. edita. C. de eden. pulchrè Cor. in conſi. 30. col. 4. poſt med. lib. 3. Immo vbi cauſæ præiudiciali alia admiſcetur, dr̃ procedi contra iuris ordinẽ, & ſit intricatio proceſſuum, ob id poteſt appellari. Fed. de Senis in conſi. 71 ſatis vr̃. Rñdeo, quod immo iſta duo ſunt diuidua, ſcilicet matrimonium & confeſsio. nã potuiſſet interuenire metus in confeſsione, & non in matrimonio. & ecõtra potuiſſet confeſsio receptę dotis ſine metu fieri, quia pro veritate pecunia dotalis fuiſſet numerata, & tñ matrimoniũ metu fieri. Nonne videmus, quod interdũ cõtrahit, quis matrimoniũ per metũ, & tñ ſi pecunia pro dote numeratr̃ realiter, dotis confeſsio nõ erit meticuloſa, immo legitima? cũ teneatur quis fateri pecuniã quam recepit, immo & de recepto inſtrũm facere. l. diſſolutæ. C. de cõdi. ſine cauſa, l. ſi ſacut data. C. de li. cau. l. plures apochis C. de fid. inſtr. l. chirographis. ff. de admi. tut. quæ iura ad hoc propoſitum citat Bald. in conſ. 230. Quidã nobilis de Aſt. lib. 2. Idẽ ẽ not. gl. in l. 2. in prin. in verſi. ſuſpectũ. & ibi Iaſ. col. fi. ff. ſolu. mat. Soci. in conſi. 169. col. fi. verſ. confirmatur iſta concluſio. lib. 2. Itaq; cũ ſint ſeparata, non põt vnũ p̃iudicare alteri, quia ex ſeparatis argui nõ põt l. fi. ff. de calum. l. Papinianus exul. ff. de mino. l. naturaliter. § nihil cõe. ff de acqui. poſſ ¶ Secundò rñdeo, quod illud fortè procedere poſſet, ſi cauſa nullitatis matrimonij eſſet inſtãtata corã iudice eccleſiaſtico, nã tũc iudex ſecularis cognoſcere nõ poſſet, etiã ſine inhibitione iudicis eccleſiaſtici, ſed ſufficit ſola intimatio litis præiudicialis. Fed. de Senis in conſi. 126. in q. dñi Campioli, & in conſi. 135. Factum tale eſt, quidã exbannitus, col. 2. & vbi iudex eccleſiaſticus inhiberet cauſa præiudiciali pẽdente corã eo, non eſſet neceſſaria partis citatio. Lapus allega. 63. Ant. & doct. in c. tuam, de ordi. cogniti. Alex. in conſi. 75. col. 3. poſt med. verſi. Secundò ẽt non valuit ſententia. Secus vbi non penderet cauſa præiudicialis corã epiſcopo aut eccleſiaſtico, quia non poſſet inhibere parte nõ vocata Fed. de Senis in cõſi. 300. Anch. in conſi. 234. Caſus talis eſt, poſt præceptum. Alex. in conſi. 91. col. 3. verſi. tertiò moueor, lib. 2. & hoc niſi iudex eccleſiaſticus procederet ex officio ꝓꝑ periculũ animarũ, quia tũc poſſet inhibere parte nõ vocata, et non pendente cauſa corã eo, vt p Alex. in d. conſi. 91. col. 3. lib. 2. Sed hic ſuper metu & nullitate matrimonij nulla eſt propoſita lis, ideo cauſæ matrimonij non propoſitæ præiudiciũ inferri non poteſt: quia non entis nullæ ſunt qualitates. l. adeo. § quod ſi toto. ff. de acquir. rer domi. in l. 2 ff. de vſufru. l eius qui, verſi. quas verò ff. ſi cert. pet. ¶ Fortius voluit Bal. in l. 1. in fi. C. quomo. & quã. iudi. quod vbi accuſatur clericus corã epiſcopo, quod produxit falſos teſtes corã iudice ſeculari, nõ põt epiſcopus inhibere iudici ſeculari, ne ꝓcedat in cauſa, licèt quæſtio falſi pendens corã epiſcopo ſit præiudicialis ad cauſam pendentẽ corã iudice ſeculari, quia iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, & non recognoſcit iudex ſecularis iuriſdictionẽ ab epo, ideo dici põt, Diuiſum Imperiũ cum Ioue Cæſar habet, & refert Bald. Fed. Senis ita conſuluiſſe, qđ Bal. dictũ refert, & ſequitur Soci. in conſi. 237. lib. 2. & in conſi. 99. circa fi. lib. 3. Sed aduerte, quia non reperi iſtud dictũ inter conſi. Fed. impreſſa, quæ ipſa tñ ad integrũ legi & notaui, niſi tñ dictũ obliuioni, aut incuriæ traditum ſit. ſed fieri poteſt, quod Bal. haberet conſi. aliqua Fed quæ nõ habentur inter impreſſa. Plane ſi verũ ſit dictum hoc, ſequi vr̃ deſtructio illius cõis concluſionis, quod iudex eccleſiaſticus corã quo pendet quæſtio præiudicialis, põt inhibere iudici ſeculari, ne interim procedat in cauſa. ¶ Ideo ꝓ reſolutione iſtius difficultatis puto conſiderandum, quod aut quæſtio præiudicialis pendens corã eccleſiaſtico eſt ſpiritualis, ita quod corã laico tractari non põt principaliter, nec incidenter ad effectum, de quo agitur, & iſto caſu procedat cõis opi. quod fieri poſsit inhibitio: nã ſola ratio naturalis hoc dictat, ex quo quæſtio eſt p̃iudicialis & de ea laicus cognoſcere non põt. Aut laicus eſt capax cognitionis illius cauſæ præiudicialis, puta quãdo clericus produxit falſos teſtes corã nõ ſeculari, nã põt iudex ſecularis punire, extraordinariè clericũ falſum corã eo committentẽ, ita tñ, quod ſi executio habenda ſit in perſonam, illa reſeruetur epiſcopo: ſi verò ſit realis in bonis, illã faciet iudex ſecularis, vel deſtringendo eius fideiuſſores quos dedit. Cyn. in l. nullum. C. de teſtibus. ſequitur Fed. de Senis in conſi. 93. Factum quod proponitur, col. 3. circa med. vbi etiã allegat Arch. in c. presbyteri. 5. q. 6. & quod iudex ſecularis puniat clericũ, coram eo delinquentem tradit Imo. in conſ. 139. col. 3. ante med. Sed poſito, quod poſsit laicus punire clericũ de falſo, poteſt tñ cognoſcere, an teſtes falſũ depoſuerint, vt ſciat an fides habẽda ſit talibus teſtibus. Et iſto caſu cũ poſsit quæſtio præiudicialis tractari corã laico, nõ poſsit iudex eccleſiaſticus inhibere: quã declarationẽ puto veritati, & rationi amicã, licèt alibi ita declaratũ nõ inueniã ¶ Ex qua declaratione infertur, quod non bene vr̃ locutus Cor. in conſi. 31. in fi. lib. 3. vbi voluit, quod pendente cauſa abſolutionis a iure corã iudice eccleſiaſtico, non poſsit iudex eccleſiaſticus inhibere iudici ſeculari, ne procedat in cauſa, ſuper qua petitur abſolutio: nã immo vr̃ inhiberi poſſe, ex quo cauſa abſolutionis eſt p̃iudicialis, & de ea laicus cognoſcere non põt. ¶ Infertur etiã ex pręmiſſa declaratione quòd in caſu nr̃o põt ſine dubio, iudex laicus cognoſcere,

ſuper

3 ſuper iſta confeſsione dotis, quæ dr̃ meticuloſa, quia † in caſu
dotis tam principaliter q̃ incidenter iudex ſecularis eſt compe-
tens. Anch. in conſ. 21. col. fi. in 6. dubio. Facit ad præmiſſa, quod
in fortioribus terminis ſcribit Rom. in cõſ. 369. col. 7. in 10. du-
bio. vbi ſi clericus agat cõtra clericũ coram iudice ſeculari, licèt
iudex ſecularis ſit omnino incompetens, poteſt tñ declarare cle
ricum ita agentẽ eſſe priuatũ iure ſuo. ❡ Nũc videndũ eſt ante-
quã veniamus ad ſm dubiũ, an dicatur probatus iſte metus op-
poſitus. In quo cõcludendũ vr̃, nihil probatum fuiſſe, nã metus,
vt ſupra oſtendimus, probatur ex coniecturis & præſumptioni-
bus, putà per minas, armorũ terrorẽ. & de contrahẽte matrimo
nium per metũ qualiter probetur, ſcribit Alex. in conſ. 99. lib. 3.
Cor. in conſ. 41. vr̃ in hac conſultatione dicendũ, lib. 2. Sed n. ne
minimum quidẽ probatum fuit, egiſſe Illuſt. Margaritã de Fu-
xo, Saluciarũ Marchioniſſam quod metũ oñdat: tñ allegat me-
tus reuerentialis ob præſentiã Illuſtr. Marchioniſſæ: qui metus
ceſſare vr̃, quia non probatur quod dñs Boniſacius contraxerit
matrimoniũ ad preces Illuſt. Marchioniſſæ, ex his, quæ no. Inn.
in c. petitio. extra de iureiu. Iaſ. in d. §. quadrupli. col. 7. verſ. qũo
autẽ reſcindatur. inſtitu. de actio. Immo non ſufficeret probare
preces, neq; pręceptũ ſuperioris, niſi probaretur quod ſuperior
tyrannicè ageret contra inobediẽtes. Io. And. & doc. in c. inſi-
nuatè. cũ gl. in verbo. metu regio. qui clerici vel vouentes. Alex.
in conſ. 16. col. 3. poſt med. lib. 3. Soc. in conſi. 27 col. 4. verſ. nec
vr̃ obſtare, lib. 3. Deci. in d. reg. in omnibus cauſis, col. 2. verſ. &
ex prædictis infertur. ff. de reg. iu. nẽpe, oportet pceptũ ſuperio
ris eſſe pœnale, vt metũ iuſtũ inducat. l. fi. §. 1. ff. q met. cau. per
quẽ tex. ita dicit Bar. in l. creditor, in fi. ff. de ſolu. tradit Deci. in
conſ. 25. col. 3. in conſil. 42. col 4. in conſi. 468. & in conſi. 498.
❡ Neq; mutat pręſentia Illuſtriſ. Marchioniſſæ ipſam confeſsio-
nẽ, ſiue contractum matrimonij. quia ſolus metus reuerentialis
ſatis non eſt ad infirmationẽ actus, niſi alia cõcurrãt, putà minæ
vel verbera. Bart. in l. 1 §. q̃ onerandæ, ad fi. ff. qua. re. actio non
datur no. in l. ad inuidiã, & in l. ſi per impreſsionẽ. C. quod met.
cau. cũ ſimi. quæ Soc. ſcribit in conſ. 263 col. 4. lib. 2. Iaſ. in d. §.
quadrupli. col. 7. verſi. & circa proximè d. inſtit. de actio. Ripa
lib. 3. reſponſo. de dona. reuo. c. 15. nu. 8. not. in l. pactũ qđ do-
tali. C. de colla. ❡ In ſuperiore tñ non requirente minas vel ver-
bera, qñ præcederet rogatio, aut præceptũ, deinde ipſe præſens
adeſſet: ſed ex ſola pñtia Principis induci nõ vr̃ ſuſpitio metus,
immo excludi & tolli. nã † ceſſat pſumptio metus ex ſola præ-
ſentia iudicis. arg. l. tranſactionẽ, vbi not. C. de trãſa. l. 1. vbi Bar.
de prædijs decurio. lib. 10. cum ſimi. vt per Soci. in conſi. 59. in
prin. lib. 3. Iaſ. in l. pacta nouiſsima, in tertio not. C. de pac. & in
d. l. tranſactionem, in princ. Ergo a fortiori ceſſabit præſumptio
metus ex præſentia Principis: pro quo maior eſt præſumptio,
quàm pro vno iudice, quia dr̃ Princeps iudex iudicũ, vt nota. in
l. nemo iudex. C. de decurio. lib. 10 & dicit Princeps ordinarius
omniũ & legatus dei. Bal. in tit. de pace conſtan. circa prin. arg.
l. pen. ff. de offic. eius. refert & ſequitur Barba. in conſi. 34. lib. 2.
Curt. Senior in conſ. 50. col. 21. circa prin. & in conſ. 66. col. 7.
ante fin. & in Principe q tollatur oĩs metus, & ſuſpitio ex eius
præſentia, eſt tex. in l. 1. C. de his, qui pp metũ iudi. non appel.
vbi Bal. dicit, q vbi Princeps, ibi ſecuritas. Ad idẽ tex. in l. fi. ff.
quod metus cau. & in §. patrocinia, in authen. de man. princ. no.
Oldr. in conſ. 251. Nos regimus, col. 1. poſt med. Iaſ. in cõſ. 72.
col. 1. in fi. lib. 1. Nec eſt veriſimile quem pati violẽtiam in terra
iuſtitiæ. Inno. in c. 2. circa fi. de alien. iud. Iaſ in cõſi. 227. col. pe.
lib. 2. ❡ Rurſus non poteſt præſumi metus in dño Boniſacio, qui
nihil proteſtatus fuit de metu. Bald. in conſi. ſchiſmatis, poſito
ſub rub. C. ſi quis aliq. teſta. prohi. col. 12. verſ. ſed in contrariũ.
Alex. in conſi. 114. col. 2. poſt med. in cõſi. 146. col. pen. verſ. ac-
cedit ad confirmationem prædictorũ, lib. 5. & conſi. 69. col. pe.
in fin. & ſequen. lib. 7. Soci. in conſi. 45. col. 1. lib. 1. & hanc par-
tem, quòd proteſtatio ſit neceſſaria, dicit tutiorem in practica
Iaſ. in l. de pupillo. § ſi quis ipſi prætori, col. 4. ff. de operis noui
nuncia. Iaſ. in l. qui in aliena. §. Celſus, col. 5. verſi. adde ad iſtam
concluſionem. ff. de acquir. hæred. Quinimmo non ſufficeret ſi
clandeſtinè fuiſſet proteſtatus, niſi perueniſſet ꝓteſtatio in no-
titiam ipſius dominæ Annæ. Bart. & doct. in l. qui in aliena. §. fi.
ff. de acquir. hæred. Bald. in l. clari. in fi. C. de fideicom. Ange. in
conſi. 218. Viſa narratione, col. 3. verſi. tertiò, quia tempore cõ-
promiſsi. Alex. in conſi. 16. lib. 3. Deci. in l. omnibus cauſis. ff. de
regu. iur ❡ Sed ſuper hoc de proteſtatione non facio fundamen
tum, quia videtur neceſſaria proteſtatio, dummodò aliàs pro-
betur de metu. Alex. in d. l. qui in aliena. § fin. ff. de acquir. hære-
dita. Deci. in d. l. omnibus, num. 10. ff. de regulis iuris, in c. ſioz.
5 col. 3. de appella. & in conſi. 356. col. 2. in fi. Sic etiam † in im-
pedito non videtur neceſſaria proteſtatio, dummodò cõſtet de
impedimento. Alexan. in conſi. 92. col. penult. lib. 1. Iaſ. in l. 2.
§. quod diximus, colum. 3. de operis noui nuncia. in l. ad diem,
colum. 1. in fin. ff. de verbo. obligat. & in l. properandum. § fin
autem vtraque. C. de iudic. Gozadi. in conſil. 66. col. 3. & hanc
opin. ego ſoleo ſequi. & in caſibus in quibus doct. videntur re-
quirere proteſtationem, illud videtur procedere, vel qñ agitur
de probando impedimentum per ſolam proteſtationem, putà
quòd actor fuerit impeditus cauſam proſequi infra terminum,
cum aliter non probetur de impedimento iudicis. putà, q fue-
rit abſens aut infirmus: nam dici non poteſt, q ſteterit per iudi-
cem, & q actor fuerit impeditus facto iudicis, niſi probetur di-
ligentia in actore ſæpius inſtando & proteſtando apud iudicẽ:
vel quando agitur de probando metum ex ſola proteſtatione,
putà, quia proteſtatur quis in præſentia eius cum quo debet cõ-
trahere, q metu contracturus ſit. vel quando agitur de proban-
do, quòd ceſſante impedimento feciſſet quis quod ſibi incum-
bebat, putà iudice abſente abſuit & actor, nõ enim ſufficere vi-
detur abſentia iudicis data etiam actoris abſentia. quid enim ſi
iudex pſens eſſet, & actor abſens? ideo iſto caſu debet actor pro-
teſtari, aut declarare animum ſuum, quod ipſe non abeſſet, ſed
cauſam proſequeretur, ſi iudicis copiam haberet. ❡ Dici etiam
poſſet contra iſtum metum reuerentialem, quod videtur pur-
gatus ex iuramento præſtito per dñm Boniſacium. gl. in §. ſed
quod ſancitum, in verbo, neq; ſcriptum. in authen. de nuptijs.
quam gl. multum commendat Ang. ibi col. vlt. pro extenſione
authen. ſacramenta pub. C. ſi aduer. vend. Sed iſtud non placet,
immo metus vr̃ inficere & annullare ipſum iuramentum ſaltem
officio iudicis: non etiam videtur purgari metus, per iuramen-
tum. d. authen. ſacramenta puberum. vbi Iaſ. col. 17. poſt mediũ
verſic. item illud de metu C. ſi aduer. vend. Amplius, ſi iurans
in contractu implet promiſſa per plura tẽpora poſt, ex tali im-
plemento non videtur purgatus metus, immo ſecutum præſu-
mitur implementum metu periurij. Bar. & Bal. in l. 2. C. quod
metus cau. Aret. in conſi. 14. col 9. in 4. dubio. ❡ Deniq; etiam ſi
probatus eſſet iuſtus metus adhibitus per Illuſt. Marchioniſsã.
illæ dominæ Annæ agenti & metum ignoranti nihil nocere,
6 † quia ex metu commiſſo per tertium, diſpendium pati non de-
bet is, in cuius fauorem actus eſt habitus, niſi metum intellexe-
rit. l. non intereſt. C. quod met. cau. cum ſimi. quæ Iaſ. colligit in
l. 1. col. 2. verſic. prædicta etiam procedunt. C. ſi quis aliq. teſt.
prohib. vel niſi ex metu commodum acceperit. Ange. in l. me-
tum autem. §. fi. ff. q met. cau. Deci. Neapol. deciſ. 263 quod hic
non probatur. ideo inferendum eſſet iudicium ad intereſſe cõ-
tra metum inferentem. ❡ Sed aduertendum circa dictum Iaſ. in
d. l. 1. C. ſi quis aliq. teſt. prohi. quia illud non videtur verum. &
glo. in l. 2. C. eodem titulo ſuper qua Iaſ. ſe fundat, reprobatur
per Bart. & docto. in rubr. ff. eodem titu. ſi quis aliq. teſta. prohi.
poſt glo. ibi & contra glo. in d. l. 1. tenet. Corn. in conſi. 250. co-
lum. fina. lib. 2. nam actio quod metus cauſa, dicitur in rem ſcri-
pta, & competit contra tertium poſſeſſorem etiam ignorantem
& habentem cauſam oneroſam in ſubſidium, qñ metum inferẽs
ſoluendo non eſſet d. l. ſi cum exceptione. §. in hac. vbi gloſſ. in
verſi. lucrum. ff. quod metus cau. Itaq; quod dr̃, tertium igno-
rantem non teneri ex metu alterius, poſſet procedere, qñ metũ
patienti, & cum tertio contrahenti imputare poſſet, cur nihil
dixerit, aut proteſtatus fuerit de metu, qñ ceſſabat metus pro-
teſtandi. ❡ Hic tñ aduerte, quia Alex. in d. conſi. 16. lib. 3. voluit.
quòd etiam dato metu in proteſtatione, non tñ releuat proteſta
tio clandeſtina contra tertium. Puto dicendum, quòd aut quæri-
tur an competat actio, quòd metus cauſa, contra tertiũ, qui ha-
buit cauſam in re, ſuper qua metus cõmiſſus eſt poſt ipſum me-
tum illatum: & tunc dicerẽ, quòd ſic in ſubſidiũ. Aut quæritur,
an obſtet metus alterius tertio cõtrahenti cum metum paſſo &
ignorãti de metu, & dicendũ quòd non. Ratio diuerſitatis, quia
habens cauſam a metum inferente, habet rem a vitioſo, ſecus in
contrahente cum metũ paſſo ab alio. ❡ Sed hic etiam conſiderã-
7 dum † quòd vbi infertur metus per aliũ, reſcindi tñ debet con-
tractus. Pau. de Caſt. & Alex. in l. pe. C. quod metus cau. Deci. in
conſi. 41. col. 5. Ideo dicendũ eſt, qđ dictum Alex. in d. conſi. 21.
ſolum procedat, quando ageretur de præiudicio tertij, quia ipſe
eſſet in damno: ſecus ſi ſolum non ſentiat cõmodum cõtractus.

¶ Ex alio metus allegari non pôt, quia nô ſufficit probare metû
niſi probetur ꝙ peruenit vtilitas ad inferêtem metû. Bar. in l. ſi
cum exceptione. §. in hac, per illû tex. ff. qđ met. cau. vbi actorê
inſtruit ad libelli côceptionê. Sed iſtud dictû Bart. ꝓcedere qñ
nec ad inferentê, nec ad aliû priuatû vtilitas ea maiu peruenit,
ſecus ſi metû quis inferat ad vtilitatê priuati, qa reſcindit actus
metu geſtus. d. l. ſi C quod metus cauſa. Pau. & Alex. in d. l. pen.
C. eod. tit. vt ſupra proximê dictû eſt. Ex quibus apparet diffe-
rentiã eê, an vere probet illatus metus, qa tunc nocet metus êt
tertio, quò ad reſciſſionem côtractus: an verò ſolum probetur
metus ex proteſtatione clandeſtina, & illa tertio nô præiudicat
vt per Ale. in d. conſ. 16. lib. 3. ¶ Ex præmiſſis infertur exceptio-
nem matrimonij, meticuloſi calûnioſe oppoſitã fuiſſe, etenim
qui non probat, quod deducit etiam excipiendo, calumniari vi-
detur. c. calumniam. de pœnis. c. qui nô probauerit. 3. q. 4. l. 1. C.
de aduo. diuer. iud. latiſſimè & pulcherrimè. Soci. in conſ. 118.
col. 4. circa med. verſic. aut eſt dubium. & quatuor col. ſeq. lib. 1.
& in conſ 146. col. 6. verſic. præterea poſito, eod. lib. Propterea
iudex ſecularis non debet cauſam metus circa confeſſionem do-
tis remittere ad iudicem eccleſiaſticum, ex quo calumnioſe op
ponitur. Alex. in l. Titia, col. 3. ad ſi. verſic. 4. fallit. ff. ſolu. matri.
Dec. in d. c. decernimus, colum. 17. ad ſi. de iud. & regulariter
hoc iure vtitur, vt exceptio omnis calumnioſa ſit repellenda
vtcunq; agatur de præiudicio irreparabili. Feli. in c. de cætero,
col. 4. de re iudicata, cum infinitis ſimili. quæ ad materiam in ca
lumnioſæ exceptionis congerit Marſi. in pract. cau. crimi. §. op-
portunè. num. 85. cum plurib. ſequen. & quando iudex reijcit
exceptiones, præſumitur pro eo quod iuſtè faciat. Ant. de But.
in c. poſt electionem, de conceſ. præben. ſequitur Alex. in conſi.
41. col. 4. lib. 2. ¶ Rurſus iſta exceptio meticuloſi matrimonij vt
detur ratione carere, ꝙ Illuſtr. Marchioniſſa iuſtitiæ ſtudioſa, cu
ius animus conſtantior erat, q̃ vt forte aliqua corrumpi poſſet,
metum incuſſerit ad contrahandum matrimonium, aut dotes
agnoſcendum: etenim iuris præſumptio omnis irridet princip
bus. Cyn. in l. ſi. C. ſi contra ius, vel vtili. pub. Abb. in c. in cauſis,
in 2. not. extra de regu. iuris. not. Dec. in conſil. 125. col. 2. poſt
8 medium. verſi. & hoc præſertim. Ideo † quando Princeps aliqd
facit, ſemper præſumitur facere ex iuſta cauſa. Bald. in l. ſi teſta-
mentum. C. de teſtamen. Deci. in conſ. 592. colum. 3. in conſil.
307. colum. 3. in conſ. 39. in col. fin. in conſi. 341. colum. 2. & in
c. quæ in eccleſiarum, col. 13. de conſti. quod tamen non puta-
rem procedere, quando ageretur de auferendo dominium, aut
ius quæſitum de iure gêtium, licèt in hoc Doct. variauerint: ſed
hic locus ſuus non eſt. Ergo iſta exceptio contra Principem, &
quæ nihil probata fuit, abijcienda eſt tanquam vacans omni ra-
tione. c. ex parte, ij & ibi Dec. in 5. not. extra de offi. de leg. Neq;
enim veriſimile eſt, ꝙ iniuria & metus inde proceſſerit, vnde
iura naſci debent. l. meminerint. C. vnde vi. & ſi in priuato ꝓſu-
mitur in bonam partê l. merito. ff. pro ſocio. a fortiori in Princi-
pe. l. quantò magis. ff. de iureiu. facit dictum Inno. in c. 1. de cle
ri. peregr. de quo per Abb. in c. niſi eſſent. de præben. arguêdo a
fortiori. Quinimmo Archidiac. & Ioan. And. in c. 1. de pact. lib.
6. voluerunt quòd vbi interuenit autoritas Principis, nô poteſt
allegari, læſio nec peti reſtitutio in integrum. refert Ale. in côſ.
140. ad ſi. lib. 6. Et dicit Bal. in conſ. 395. pro domino Dinaldo
col. 1. ad fin. lib. 2. quòd præſumitur Princeps iuſtitiæ plenus.
Ad idem quod ſcribit Abb. in conſil. 36. colum. 2. circa mediû
9 lib. 2. † præſentia Principis facit ceſſare omnem præſumptio-
nem fraudis, aut deceptionis, & ob id quòd non requiritur inſi-
nuatio in donatione, quæ fit coram Principe. Ad idem adduco
Bal. in l. reſcripta, col. 2. C. de precibus imper. offer. vbi quod do
lus cômitti non pôt, vbi eſt Princeps. quod Bald. dictû refert &
ſequitur Iaſ. in conſil. 72. col. 1. in ſi. lib. 1. Ad idem adduco Soc.
in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis, col. pen. in fine verſic. 7. ſolet in-
ferri. ff. de leg. 1. vbi quòd coram Principe præſumitur ceſſare
oîs ſuſpicio, & machinatio, alibi ſcribit Calca. in conſi. 2. col. ſi.
ꝙ ad comparendum coram Principe metus allegari non poteſt
niſi in loco eſſet forſan exercitus, aut furor populi. ¶ Venio ad
ſecundum dubium, in quo videtur concludendum oportere ma
gnificum, Senatum Marchionalem pronunciare ſuper reſtitu-
tione dotium, etiam ſi exceptio matrimonij meticuloſi eſſet
remittêda citra veritatis præiudicium: quia ꝓpter cauſam per-
tinentê ad iuriſdictionem eccleſiaſticam non eſt impedienda iu
riſdictio iudicis laici. nam Diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar
habet. facit tex. in l. fina. cum ibi plenè notatis. ff. de iuriſdictio-
ne omnium iudicum. Secundò faciunt no. per Soc. in conſi. 12.
colû. 6. lib. 1. vbi ſi clericus & laicus ſint duo correi debendi, &
cauſa ſit diuidua & ſeparabilis, vnuſquiſq; conuenitur corã ſuo
iudice, videlicet laicus coram iudice laico, & clericus coram iu
dice eccleſiaſtico, vt tradit idem Soc. in conſi. 82. colum. ſi. ver-
ſic. noua concluſio. lib. 3. poſt Barto. in l. præcipimus. §. pen. C.
de appellationibus. Iaſ. in l. imperium, col. 3. poſt med. ff. de iu-
riſdictione omnium iudicum, & in l. ſi emancipati, colum. 4. C.
de collatio. Sed licèt dos eſſe nô poſsit ſine matrimonio, tamen
cognitio cauſæ dotis an fuerit numerata vel non, poteſt ſepara-
ri a cauſa matrimonij, nempe recuperari poteſt dos ſoluta côdi
tione ſine cauſa, licet matrimonium fuerit nullum propter me-
tum. Rurſus, ſi ꝓnuncietur matrimoniû conſtare ꝑ iudicê eccle
ſiaſticum, licebit iudici ſeculari vrgere maritum, vt reſtituat do
tes, & donationê ꝑꝑ nuptias, quoties vxorê affectu maritali nô
tractat, neque ad conſortium recipit, ex late notatis per dominû
conſultorem. Et vltra eum ꝙ vxor dicatur expulſa ex eo quòd
non admittitur, allego Cardinalem in clementina. 1. quæſtione
23. de foro compe. poſt glô. ibi in verb. expulſores. Ancha. in
conſil 127. Ad dubia elicita, ad ſi. Corn. in conſi. 203. colum. ſi.
lib. 2. & vltra allegata per dominum conſultorem circa articu-
10 lum ꝙ † maritus expellens vxorem obligetur dotes reſtituere,
addo Alexan. in conſil. 78. lib. 5. & in conſil. 59. lib. 6. Soci. in
conſil. 64. lib. 4. & dixi in conſi. 21. colum. 2. circa fin. ¶ Secundo
quòd iudex ſecularis poſsit cognoſcere & pronunciare de re-
ſtitutione dotium, probatur ex iuribus ex aduerſo allegatis, quę
retorquentur: in quibus clare oſtenditur iudicem prophanum
toties ceſſare oportere a cognitione cauſæ, quoties exceptio
pertinens ad forum eccleſiaſticum eſt præiudicialis ad cauſam
principalem. verbi gratia, ſi ago petitione hæreditatis tanquam
filius, & opponitur exceptio quòd nô ſum filius legitimus, quia
inter parentes meos matrimonium contrahi non poterat: iſta
exceptio matrimonij eſt præiudicialis ad petitionem hęredita-
tis, nam ſi iudex eccleſiaſticus pronûciet matrimonium non te
nuiſſe, ceſſat ius petitionis hæreditatis. ideo iudex laicus inter-
mittit iudicium petitionis hæreditatis quando finiatur quæſtio
matrimonij, & quia ſequi poſſet confuſio, & abſurdum ex con-
trarietate ſententiarum. Etenim finge iudicem ſecularem pro-
nunciare me eſſe hęredem tanquam filium, & iudicem eccleſia-
ſticum pronunciare matrimonium nô valuiſſe, impoſsibile red
ditur iudicium iudicis laici. l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. &
vbi ſunt duo côtraria, inuicem ſibi derogant, & neutri ſtandum
eſt. oppoſita enim inuicem ſe confundunt, nec alterum præpon
derat alteri, vt per Iaſ. in l. is poteſt. col. 7. verſic. item dum Bar.
tener. ff. de acquiren. hæred. facit Alex. in conſi. 590. colum. 3. li.
6. Dec. in regu. ſecundum naturam, num. 2. ff. de regulis iuris. &
latius in d. reg. vbi repugnantia. Et iſta eſt ratio confuſionis id
eſt peremptiones, reddita a ſummo Pontifice in c. tuam, de or-
din. cogni. & in c. lator, q filij ſint legit. Similiter ſi creditor agit
contra debitorem apud iudicem laicum & opponitur exceptio
vſurarum pertinês ad iudicem eccleſiaſticum, iudex laicus ideo
abſtinet a cognitione cauſæ principalis: quia exceptio vſurarum
eſt præiudicialis, & quia alias ſequi poſſet confuſio ſentêtiarum
ſupra conſiderata: nam ſi iudex eccleſiaſticus declararet contra
ctum vſurarium, ſtatim probatur debitorem non obligari no-
mine vſurarum: ideo ſi iudex laicus condemnaret debitorem ad
ſoluendum, fierent duo iudicia contraria, ꝙ debitor eſſet obli-
gatus ex ſententia, & quòd non eſſet obligatus. ¶ Quæ rationes
præiudicialitatis & côfuſionis hic omnino ceſſant, qa ſi magni
ficus Senatus Marchionalis côdemnet dominum Bonifacium
ad reſtitutionem dotium & donationis propter nuptias, & iu-
dex eccleſiaſticus declaret matrimonium nullum, non ſequitur
aliqua repugnantia, ſi quidê fieri poteſt vt matrimonium ſit nul
lum, & obligetur maritus ad reſtitutionem dotium côdictione
ſine cauſa. l. auunculo. & ibi no. ff. de cond. ſine cau. aut côditio-
ne ob cauſam l. dotis fructus. §. ſi. l. ſi ego. ff. de iniu. dot. l. quod
Seruius. ff. de cond. ob cau. vel ſi iudex eccleſiaſticus pronunciet
matrimoniû firmitate côſtare, æque erit côſonans & côcordans
iudicium Magnifici Senatus, quoniã tenetur maritus ad reſtitu-
tionem dotium ob vxoris expulſionem. Conſequêter argumen-
tatio magnifici Senatus in redditione dubiorû quæ ſumitur ab
illis iuribus in c. tuam, & c. lator, fit inefficax: quia rationes côſi
deratæ in illis capitulis non procedit in caſu noſtro, ſed impe-
ditur argumentum ob diuerſitatis rationê: quia ex diuerſa non
infertur. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. ſi. ff. de calum. tota eſt

materia

materia arguēdi de vno caſu ad alium, & extendi vnum caſum ad alterum, pendet ab idētitate rationis: quia ēt in materia fauorabili non fit extenſio de caſu, in quo militat maior ratio ad caſum, in quo militat minor ratio. l. cui pacto. ff. de ſer. expor. l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de rit. nup. cum ſimi. quæ tradit Soc. in conſi. 8. col. 2. ad fi. lib. 3. Alex. in conſi. 29. col. 1. ante med. lib. 6. Deci. in conſi. 261. col. 5. circa fi. Itē quia ceſſante ratione legis, ceſſat diſpoſitio, & pariter extenſio, q ſolum conſideratur ſubſtātiæ eadem ratione, gl. in c. fi. de elec. lib. 6. Dec. in conſi 514. col. 4. verſi. 2. q talis extenſio. Amplius correcta ratione legis, cenſet correcta & ipſa lex. gl. in l. 1. in prin. in verſ. prouidentia, & ibi Bart. ff. de legit. tut. quā gl. dicit ſingularem & cōiter approbatā Iaſ. in l. ſi conuenerit, col. 3. circa med. ff. de re iud. ¶ Poſtremò non omitto circa exceptionē nō numeratæ dotis, illam nihil nocere dñæ Agnæ, quia maritus ſiue dñs Bonifacius vſ confeſſus receptionem dotis ſub ſpe promiſsionis Illuſt. Marchioniſſæ, & accepiſſe inſolutū illā promiſsionē, ex doctr. Bart. in l. pen. §. ſi vir. ff. ſolu. matr. Panor. in conſ. 71. col. 2. lib. 1. Soci. in conſ. 64. col. pen. ad fi. lib. 3. & in conſi. 27. col. 5. lib. 4. Corn. in conſ. 52. lib. 1. Statim. n. atq; dñs Bonifacius confeſſus eſt recepiſſe dotes ab Illuſt. Marchioniſſa fuit quæſitum ius mulieri, q a Illuſt. Marchioniſſa cēſetur donaſſe. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. actio. not. per Bal. nouel. in tract. de dote in 6. parte priuilegio. 3. & priuilegio. 191. & alibi ſæpe doct. quòd ius quæſitum tolli non potuit ex recognitione dotis: poſtea ſecuta citra conſenſum dñę Annæ. l. ſi. ff. de pact. reg. ius verū. ff. de reg. iu. Quibus conſequens vſ pronūciatum oportere in gratiā dñę Annæ diſſolutis dubijs nō inſubtiliter redditis. Taurin. 7. Aug. 1535.

S V M M A R I V M.

1 *Quis non habetur pro confeſſo, niſi contumaciam admiſerit.*
2 *Trina citatio conuenit contumaci.*
3 *Vt contumax habeatur pro confeſſo, oportet eum perſonaliter moneri, nec ſatisfacit monitio in perſonam procuratoris.*
4 *Interpretantur ſtatutā ad modum, quo interpretatur voluntas teſtatoris.*
2 qm contra, col. 10. verſ. 3. ſm Abb.de proba. ¶ Similiter † diſpoſitio loquens ſuper facto notorio, intelligitur dummodo prius conſtet illud factum notorium. c.conſuluit.el 1. vbi Bal. in auc. ſed nouo iure. verſ.pune. q quis confitetur. C.de ſer. fug. Alex. in conſ. 19.col. 1.lib. 7. Cor. in conſ. 134. col. fi. lib. 4. Sed crimen furti probari non poteſt, niſi contractæ fuerint pecuniæ alienæ inuito dño, vt patet ex furti diffinitione, quæ diffinitio non côpetit contra inquiſitum: nam oportebat probari, q contractaſſet pecunias hæredum Antonij Boaij contra eorum voluntatê. Rurſus, q ipſe inquiſitus ſciret & intelligeret pecunias fuiſſe alienas: alias ignorans crimen non committit. l. generali. C. de tab. lib. 10. l. fin. ff de decre. ab ordi. faci. l. Methodum. ff. de pœnis. l. 1. circa fin. C.de ſal.mune. & l communitatem. §.dñs. ff.de pub. ideo verba ſtatuti vtcunq, generalia, ſunt reſtringéda, vt ne ignorans puniatur Aret.in conſ. 57.col 3. verſi. nec etiam dicere poſſumus. Soci.in conſ. 122.col. 2. lib. 1 quæ ignorantia regulariter præſumitur, niſi probetur ſcientia. l. verius. ff.de probat. regula, præſumitur ignorâtia, de reg. iur. lib. 6. Aut ſaltem iuramento probatur. c ſignificaſti, vbi gl. in ver. ſi ita eſt, de homicida. vt circa. iuxta fi.de elec. lib. 6. c. paſtoralis, de excep. Roma. in conſ. 54. col. 2. verſi. contrarium puto verius. Iaſ. in l. 3. §. iurari, in 3. no. ff.de iureiur. & in rep. l. admonendi, col. 1 tu. verſ. inter cæteros caſus. ff.eo. titu. maximè in facto alieno: nam inquiſitus ſcire non poterat pecunias acceptas ab Auguſtina ſorore, pertinere ad hęredes Antonij Boaij, niſi Auguſtina illud locuta fuiſſet: quia pecunia in dubio pſumitur dantis. l. & magis. ff.de ſolutio. Bar. in l. Titium & Mæuium altero. ff.de admini. tut. & in l. ſi patruus. C.commu. vtr. iud. aliàs fieri non poteſt, vt dicatur inquiſitus pecunias alienas contractaſſe, niſi ſciret eſſe alienas: nam poſt habita ſcientia, non poteſt conſiderari animus furâdi, quod eſt neceſſarium, vt furtum committatur. ¶ Amplius dico, q ſi inquiſitus ſimpliciter confeſſus eſſet ſe furtum commiſiſſe iſtius pecuniæ, adhuc talis confeſſio non noceret ſed primo probandum eſſet furtum in veritate commiſſum fuiſſe côtra hæredes Antonij Boaij. puta probandu, q iſta pecunia fuerat relicta in bonis & hæreditate dicti Antonij, & q ipſe inquiſitus eã côtractauit inuitis hæredibus ipſius Antonij. Bal. in d. auc. ſed nouo iure, col. 3. C.de ſer.fugi. Alex. in d.conſ. 19. col. 7. lib. 7. vbi dicit Alex. q nemo eſt dñs membrorum ſuorum. l.liber homo. ff.ad leg. Aquil. & propterea non eſt in facultate confitentis facere, q ſit delictum furti vbi non eſt. Tradit Rom. in conſi. 115. Pro deciſione, col. 2. verſi. quinimmo idem euidenter. pulchrè Ang in conſi. 22. de pœna, col. fin. vbi q ſicut non poteſt iudex per ſuam ſententiam facere delictum eſſe, vbi non eſt, ita et nô poteſt hoc pars per ſuam confeſſionem. tradit idem Ang in côſil. 403. Formata fuit ¶ Igitur ad probationem delicti oſtendendum erat & articulandum. q ipſe inquiſitus ſciebat maiorê pecuniarum numerû fuiſſe Antonij Boaij: puta, vel quia illud didicerat, ſeu intellexerat ab eius ſorore, vel præſens fuerat. qñ ſorori cômiſſa fuerat ea pecunia: nã arguitur reus, q pecunias nô reſtituerit hæredibus Antonij Boaij, tanq ad eos pertinêtes: ergo probandum erat prius, q ſciret pecunias eſſe ipſorum hæredum, quia non incurritur pœna ex facto negatiua, q quid quis non fecerit, niſi probetur ſciêtia: puta accuſator villæ, q malefactorem nô ceperit, prout tenebatur ex forma ſtatuti, debet deduci & articulari, q ſciens nô ceperit, & ſic q ſciret maleficiû eſſe commiſſum & etiam ipſum malefactorê intelligeret. Bal. in l. 1. col. 10. verſi. ſuper ſecundo puncto quę crimina. C.qui accu. non poſ. ſequitur Io.de Ana. in rub. de accu. in fi. tradit Deci. in c. 2 de exceptio & in conſi 328. col. 1. in fi. Iaſ. in côſi 46. col. 3. lib. 3 per gl. in l.ex maleficij. §. longe minus. ff. de actio. & oblig. quam dicit auream Bald. in d. l. 1. C qui accu non poſſ. ¶ Simile videmus, q ſi agitur contra emphyteotam ad priuationem iuris ſui ob alienationem rei ſine conſenſu domini, nam probari debet ſcientia, q ſciret rem eſſe emphyteoticam. Bal. in c. 1 §. ſi vaſallus feudum, in fin. titu. ſi de feu. fuer. contro inter domi. & agna. Dec. in d. conſ. 328. colum fin. ¶ Quinimmo ſi ab alia perſona intellexiſſet reus pecunias eſſe Antonij Boaij, aut eius hæredum, illud ſatis non erat, vt obligaretur pecunias reſtituere non probato iure hæredum Antonij Boaij. arg. l. qui accuſare. C.de eden. etenim præſuppoſito, q Auguſtina ſoror nô mandaſſet, vt pecunia reſtitueretur, illa pertinebat ad ipſum inquiſitum poſt mortem ſororis, veluti eius hæredem: vel ſi liberos hęredes reliquit, reſtituenda erat ipſis liberis hæredibus, neq; fidem habenda

habenda erit dicentibus pecuniam alienam eſſe citra probationem. gl. in l. 1. ff. ſi quadru. paupe. feci. dica. Et ſi ipſimet hæredes Antonij Boxij hoc dixiſſent, eis in cauſa propria credendũ non erat, niſi aliter probaſſent. l. omnibus. C. de teſtib. c. in omni negotio, extra eo. tit. aliàs imputari poterat ipſi inquiſito, cur pecunias temerè reſtituiſſet iniuſſu, & citra mandatum hæredũ ipſius Auguſtinæ, conſequenter eandem pecuniam bis reſtituere fuiſſet compulſus, contra regulam, bona fides non patitur. ff. de reg. iur. Facit quod dicimus,
3 † non eſſe credendum aſſerenti ſe procuratorem alicuius, niſi mãdatum doceatur. Bal. in l. qui abſentem. in 3. no. ff. de procu. & in l. de pupillo. §. qui procuratorio, col. 2. ff. de oper. no. nun. allegat. l. ſi quis inficiatus. ff. depoſiti. ſimmo credens aſſertioni eius, qui dicit ſe procuratorẽ veri, & propterea contrahens cũ eo tanquã cum procuratore; mandato aliter non probato, dr̃ eſſe in mala fide & dolo. l. fin. ff. pro empt. per quem tex. ita dicit Bart. in l. cũ vir, circa fi. ff. de vſucap. Alex. in conſi. 35. col. 2. verſi. alia ratione, lib. 7. Corn. in conſ. 266. col. 2. lib. 1. & 10 conſi. 275. col. 1. lib. 3. ¶ Facit, qđ ſcribit Pau. de Caſt. in conſi. 248. Viſis & ponderatis oĩbus, col. 2. lib. 2. q emens a prodigo non dr̃ in mala fide, eo, q fuerit dictũ fuiſſe ei interdictum adminiſtratione bonorum, niſi talis denunciatio facta ſit legitimè, puta per iudicẽ, aut oſtenſis actis. ¶ Fortius voluit Bald. in conſi. 295. Fama viciniæ, col. 1. lib. 1. q fama ſeu rumor viciniæ non inducit malam fidẽ, tenetur contrahens credere tali famæ aut rumori: quanto minus dr̃ inquiſitus in mala fide, cui denunciatũ non reperitur, & minus probatum q iſtæ pecuniæ eſſent alienæ? ¶ Amplius etiam Principi non vr̃ credẽdum in facto ſuo proprio, & ad eius vtilitatẽ, puta ſi dicat Caſtrũ ad ſe pertinere, niſi aliter doceatur. Oldra. in conſi. 270. in quæſt. propoſita, in 2. dubio, de quo latiſsimè dixi in conſi. 135. col. pen. poſt med. & col. fi. & in cõſ. 371. col. 3. verſi. poſtremò. ¶ Amplius ſola ſcientia, q illa pecunia fuiſſet remiſſa per Boxiũ Auguſtinæ, non vr̃ ſatisfacere, vt inquiſitus dicatur furtum cõtraxiſſe, nã illa pecunia fuerat ſine vitio apud Auguſtinam ex mandato Boxij eam cuſtodientẽ, vt dicit pars: ergo ſi Auguſtina eandẽ pecuniã remiſsit ipſi inquiſito; illa remittenti vel remittentis hæredibus erat reſtituenda: nec permittitur referre quæſtionem dñij etiã ſi deponens furto eandẽ ſubtraxiſſet. Bar. Bald. & Saly. in l. ſi quis. C. depo. Bertachi. in 1. parte reperto, in verbo Depoſitarius, verſi. 34. niſi & ſi Auguſtina mandaſſet pecuniã reſtitui hæredibus Boxij, conſequenter vltra probationẽ ſcientiæ, neceſſaria erat probatio mandati, id eſt, q Auguſtina mandaſſet ipſi inquiſito, vt reſtitueret pecuniam hæredibus Boxij, alioquin fieret abſurdũ, q ſi habeo rẽ alienam titulo cõmodati vel depoſiti a nõ dño, q ſtatim teneat eam reſtituere vero dño, aliàs furti reus efficiat. Planè, qñ cõmodans vel deponens rẽ alienam habet ex voluntate dñi, & eã bona fide alteri cõmittit, ceſſare vr̃ omnis furti ſuſpitio: nec ſecundus depoſitarius furti vr̃ obligari, niſi contra formã mandati ſi probetur, rem alienam apud ſe tenere præter voluntatẽ dñi, qm̃ tenetur reſtituere deponenti vel cõmodanti, niſi aliter a iudice præcipiatur, puta impleta probatione, q pecunia ſit alterius q̃ deponentis. iuxta no. in l. bona fides. ff. depo. & in auc. ſed iã cautum. & l. pe. C de po. maximè, quia licèt ſciam pecuniam eſſe alienam & deponenti ab alio commiſſam, tñ contingere multa potuerunt inter primum & ſm̃ deponentem, cur primo deponenti reſtitui eam nõ oporteat, ob id agendum videbatur ad reſtitutionem depoſiti, vel contra hæredes Auguſtinæ depoſitariæ, aut certè agendum ciuiliter tm̃ contra inquiſitum, & probandum quod pecuniæ remiſſæ ab Auguſtina ipſi inquiſito erant illæmet, quæ fuerant cõmiſſæ ad cuſtodiam ipſius Auguſtinæ per Boxium, vt latè probauimus in prioribus ſcriptis. cauſa autem criminalis omnis ſilere oportebat, ſi quidem furtum conſiderari non poteſt in ipſo inquiſito, in quẽ verba diffinitionis furti omnino nõ cõueniunt, ſed conſtat liberum hominem nõ torqueri de cauſa ciuili; quẽadmodum in conſilijs redditis latè notatũ fuit. ¶ Ex quibus conſequens vr̃ declarationem ad c. 1. extra de depoſ. eſſe omnino veram & neceſſariam, vt liber homo demum torqueatur in cauſa ciuili, cui incidit crimen, ſi probetur prius delicti ſubſtantia, nã
4 ſi † in cauſa merè criminali ad torturam non deſcenditur, niſi delictũ plenè conſtet ſupra notauimus, & tradit in terminis torturæ Marſi. in l. 1. in prin. nu. 5. & in l. ſi quis ne q̃ſtio. nu. 189. ff. de quæſtio. multo maximè idem probandũ eſt in cauſa ciuili, qñ crimen incidenter proponitur. Confirmatur hoc ratione naturali, nã quorſum attinet quærere per tormenta quantam pecuniam per furtum retineas, niſi probetur ante oĩa furtum eſſe cõmiſſum, tanquã fundamentũ & ſubſtantia totius cauſæ? Amplius dico, q confeſsio ſpõtanea ſuper delicto non noceret, niſi prius conſtet delictũ eſſe cõmiſſum, ideo nõ nocet cõfeſsio rei, q homicidiũ cõmiſerit, niſi cõſtet de ipſo homicidio, & de corpore occiſi: ſimiliter non nocet confeſsio ſuper furto, niſi prius conſtet furtũ eſſe cõmiſſum. Bald. in auct. ſed nouo iure, col. 2. verſi. ſed pone q quis confitetur. C. de ſeruis fugi. Ang. in l. certũ, in prin. ff. de confe. Alex. in cõſi. 19. col. 1. lib. 7. Marſ. in practi. conſ. crimi. §. principiũ, nu. 6. Furti aut nomine agi poſſet, & inquiſitus torqueri, vt pandat quantitatem pecuniarũ, ſi exercetetur iudicium accuſationis ab hæredibus Auguſtinæ deponentis contra inquiſitũ, ſiquidẽ verba diffinitionis furti cõpetere, tunc demũ viderentur: vel ſaltẽ ſi hæredes Auguſtinæ mandarent inquiſito, vt pecunias reſtitueret hæredibus Boxij, conſitendo ad eos illas pertinere, tunc demũ hæredes Boxij iudiciũ criminale furti nomine exequi poſſent, aliàs iuſta vr̃ excuſatio negantis reſtituere depoſitũ alteri, q̃ deponenti per ſupradicta. & prius omnibus declarandũ erat a iudice pecunias eſſe hæredũ Antonij Boxij, & ad eos pertinere & obligari inquiſitũ ad reſtituendum ipſius hæredibus. nã habita eiuſmodi declaratione tũc demũ vitioſa vr̃ retentio alienæ pecuniæ. ſed enim ante eiuſmodi declarationẽ, furti vitium non argui põt, arg. eorum q̃ ſcribit Cor. in cõſi. 296. col. 6. verſi. 2. rñderi poteſt, lib. 3. vbi iuſſus reſpondere poſitionibus, ſi dicat non eſſe reſpondendũ: ita demũ ſit contumax, & poſitiones pro confeſsis pronunciantur, ſi declaratum fuerit a iudice eſſe poſitionibus rñdendum, quia oportet prius conſtare ipſum fundamentũ, & antecedens neceſſariũ ſine quo conſequens aliquod eſſe non poteſt. Bald. in l. conuenticulam, col. 3. C. de epiſ. & cler. c. cum ea officij, de præſcrip. l. ſi homo mortuus. & ibi Iaſ. ff. de verb. obl. ¶ Amplius, licèt pœna cõmittatur ipſo iure propter delictum ſine alia ſententia declaratoria, requiritur tñ ſententia declaratoria ſuper ipſo delicto, per quam conſtet delictum eſſe cõmiſſum parte citata & cauſa cognita, clem. 1. iuncta gl. pe. de pœnis, cũ ſim. vt per Soc. inter conſi. Curtij Senioris in conſi. 20. col. 11. in fi. & col. 14. in prin. vbi etiam allegat bonum tex. in c. parrochianos, vbi Abb. de ſenten. excom. ¶ In propoſito inquiſitus cum dixerit pecunias Boxij non habere niſi ad modicam quantitatem, alias autem pecunias accepiſſe, tanq̃ proprias Auguſtinæ vel eius mariti, probandũ erat, q & aliæ pecuniæ omnes ad Boxium pertinebant, & ita a iudice declarandum & mandandum vt reſtituerentur: alias impoſsibile eſt ex regulis & rationibus iuris furtum committi. ſed nullus teſtium hoc dicit, nec iudex idem declarauit, qño nec declarare poterat citra præſtationem probationum: ergo furti cauſam omnino tacere oportet. ¶ Et præmiſſæ conſiderationes referri poſſunt ad ſingulas dubitationes, quia ſublato principali, id eſt, q furtum admitti non potuerit, nec illud conſiderari poſſit, ſequelæ omnes & omnia neceſſaria labeſcunt. regula, cum principalis. ff. de reg. iur. tñ in ſpecie ad ſingulas reſpondemus. Et primo ad teſtimonium Sebaſtiani Charanigli reſpondendo, dico q non eſt omni exceptione maior, quia eſt pauper, vilem artem exercens, quæ vilitas repellit a teſtimonio. l. ob carmen. §. 1. ff. de teſti. §. ſi verò ignoti, in auc. de hæredi. & falci. Fede. de Senis in cõſi. 220. Veritatis, col. 2. verſi. item Bartholomæus. Bar. in l. ex libero. ff de quæſt. Anch. in conſi. 64. in cauſa q̃ vertitur inter Philippũ, col. 3. circa med. in conſi. 227. Ad corroborationem, col. 3. ante med. Aret. in conſi. 71. ad fi. Deci. in conſil. 133. col. 3. ad fi. vel ſaltem detrahit vilitas perſonæ de fide teſtis, licèt omnino non repellat. Bal. in c. ſi qui teſtiũ, de teſtibus: vbi q non dr̃ teſtis omnino integer. ſequitur Alex. in conſi. 131. in conſi. 137. & in conſi. 176. col. 2. poſt med. lib 6. & hoc niſi vilitas procedat ex malis moribus, aut ex mala fama, quia tunc ſimpliciter vr̃ repelli. Bald. & Alex. in d. locis Anch. in d. conſi. 64. in d. conſi. 227 col. 3. Alex. in conſi 101. col. 3. verſi. nunc diſcutiendum, lib. 5. Deci. in conſi. 133. col. 3. in fi. Soci. in conſi. 17. col. pen. in fi. & licèt non procedat vilitas ex mala fama, minus tñ probaret teſtis vilis in cauſa criminali, aut ciuili ardua, quàm in alia. ¶ Paupertas etiam fidẽ diminuit, quia propter inopiam multi delinquerunt ſm̃ Eccleſiaſticũ, quem refert Anch. in cõſ. 137. Summæ prudentiæ, col. 2. ad fi. q maximè obtinet in cauſa ardua & criminali. Ancha. in conſi. 194. In cauſa & quæſtione Ioannis, col. fi. circa med. immo teſti pauperi non vr̃ credendũ in cauſa criminali, niſi cum tormentis, qñ paupertas eſt magna. Iaco. Butri. in l. 3. in prin. ff. de teſti. Alex. in cõſi. 131. in fi. & in conſi.

conſi.133.col.1. circa med. lib. 6, ſed hoc de tormentis non ad-
mitterē, niſi in paupere malæ famæ. & in teſtimonio valde pau-
peris rei perſonam inſpicerem, cuius ſit famæ & conditionis: nā
contra reum diffamatum pauperis teſtimonium alias. vitæ ho-
neſtioris admitterē: quæ ipſa res iudicis rectiſſimi arbitrio ferè
committitur. ¶ Tertiò iſte teſtis deponit alternatiue, ex quo teſti
monium eius ſit obſcurum & nullum. l. prætor edixit. §. quo au-
tem. ff. de iniur. c. in præſentia, de proba. Areti. in conſi. 122. In
præſenti conſultatione, col. 2. poſt med. verſi. Item quia alterna-
tiua. nam oportet teſtes firmiter & conſtanter deponere. Alex.
in conſi. 82. In cauſa & lite vertente inter prouidum mercato-
rem, col. 1. poſt med. lib. 4. ¶ Quartò teſtimonium eius delictum
aliquod non concludit, etenim non ſequitur, Inquiſitus accepit
maiorem pecuniaꝝ quātitatem ab Auguſtina ſorore: ergo ſcie-
bat omnes pecunias pertinere ad Boxium, quia nihil dicit mo-
nitum fuiſſe & certioratum inquiſitum, ꝙ pecuniæ eſſent alie-
næ, vel mandatum fuiſſe eas vt reſtitueret, qđ eſt neceſſariū furti
vt ſupra oſtendimus. ¶ Circa indicium variationis ſeu mendacij
ipſius inquiſiti, dupliciter fuit rñſum in alio conſi. ꝙ confeſſio-
nes ſeu reſponſiones ipſius inquiſiti non ſunt contrariæ, ſi ad re
5 ctum intelligantur & ad concordiā reduci poſſunt, † quod fieri
debet ſaltem, vt falſum vitetur. Iac. But. in l. cū de ætate. ff. de pro
ba. & in l. optimā. C. de cōtra. & cōmi. ſtipu. cum ſimi. quæ Alex.
ſcribit in conſi. 190 col. 1. lib. 7. quinimmo dictū vnius reducit
ad concordiam etiam vt probet, ſi contrarietas non ſit manife-
ſta. Alex. conſi. 133. viſo proceſſu, col. 2. verſi. quinimmo viden-
tur, lib. 1. ſed in dicto vnius teſtis, ꝙ non reducatur ad cōcordiā,
vt probet, licèt contrarietas nō ſit manifeſta, voluit idem Alex.
ſibi contrarius in conſi. 80. col. 3. ante med. verſi. nec reducitur
lib. 2. in conſi. 80. col. 1. poſt med. in conſil. 43. col. 4. lib. 4. & in
conſi. 29. col. 3. ante med. lib. 7. ¶ Secundò rñſum fuit, eiuſmodi
variationē non eſſe circa ſubſtantialia, ideo non nocere. Alex. in
conſi. 105. col. fi. verſic. item non obſtat ſi dicatur, lib. 2. Aret. in
conſ. 60. Excellentiſſime doctor, col. fi. Deci. in c. licèt cauſam,
col. 15. de proba. Iaſ. in l. ſi quis nec cauſam, col. 4. ff. ſi cer. pet. &
alibi ſæpiſſimè doct. Aduerte tñ, quia teſtibus variantibus circa
accidentalia aut nō ſubſtātialia, minus creditur. Bal. in l. ſi ex fal
ſis, col. fi. C. de tranſactio. Deci. in conſi. 105. col. pen. & hoc niſi
eſſet variatio circa verba, quia ſi tendant teſtes ad eundē finem
magis probant, q̄ ſi deponerēt per eadē verba. Alex. in cōſ. 105.
col. pen. in fi. lib. 4. Iaſ. in l. 2. col. 5. in fi. C. de bon. poſ. ſecun. tab.
6 ¶ Tertiò pōt rñderi, † ꝙ variatio conſideratur qñ eſt doloſa, nō
ēt ſi ſit erronea, pulchrè Anch. in cōſ. 361. Viſa plenè facti nar-
ratione, col. 2. ad fi. ſed pſumitur error etiā in facto proprio ob
tēporis diuturnitatē. l. peregrè. ff. de acq. poſſ. gl. in l. furtū. §. fin.
ff. de vſuca. vbi ꝙ index arbitrari poteſt inductā eſſe obliuionē
ēt ex minori tpe decē annorum. & illā gl. dicit cōmuniter approba-
ri Alber. de Roſa. in l. 1. C. de ſer. fug. Soci. in conſi. 3. ante med.
lib. 3. porrò inquiſitus interrogabatur de facto longioris tpis.
¶ Præterea iuuenis ipſe integri nominis, cauſarū criminaliū ne-
ſcius, horrore quodam ſtupebat, vt non mirū ſi variare dicat cir
ca aliquas circunſtantias. ¶ Quartò etiā rñſum fuit non fieri in-
diciū ad torturā ex ſola variatione. ¶ Quintò rñdeo, ex variatio-
ne indiciū ad torturā fieri nō poſſe, niſi prius conſtet cōmiſſum
eſſe flagitium furti, vt ſup. oſtendimus. ¶ Circa indicium famæ,
7 rñdeo primo, ꝙ probatio famæ non vr̄ impleta: primò † oportet
famam oriri ex cauſis probabilibus & veriſimilibus. Bal. in l. pro
prietatis. C. de proba. no. in c. veniens, el 1. de teſti. Aret. in cō-
ſil. 65. col. 4. ad fi. verſ. nec fama. ideo teſtis deponens ſuper fa-
ma, debet deponere de ipſis cauſis veriſimilibus, ex quibus fama
ortū habuit, aliàs non probat: nā debet fama ſubnixa eſſe aliqua
coniectura idonea, non leui & nuda. Bal. in conſi. 122. Vtrum di-
ctus proceſſus, col. 2. lib. 3. Iaſ. in conſi. 167. col. fi. lib. 4. fama. n.
probata ex ſola voce populi ſine aliqua præſumptione legitima,
ex qua originē traxerit, dr̄ vana vox populi, q̄ audienda non eſt.
l. decurionū. C. de pœnis. Bar. in l. de minore. §. plurium, col. fi.
ff. de quæſtio. Iaſ. in conſi. 2. col. 10. in fi. lib. 3. & ibidem Iaſ. ꝙ fa
ma ſola eſt quoddā ſomnium, & quidā rumor, qui ſæpe a veri-
tate diſcordat, ſm Bal. in c. vigilanti, col. 2. de præſcrip. & tradit
idem Iaſ. in conſi. 78. col. 4. lib. 3. planè orta eſt fama, propterea,
ꝙ fratres de Bechis erexerunt apothecas: quæ cauſa nō eſt pro-
babilis, qm̄ lucrari quilibet præſumitur de proprio, non etiā de
alieno. l. ſi defunctus. C. arbi. tule. & abunde notatū fuit alio cō-
ſilio. ¶ Rurſus ipſa fama dr̄ irrationabilis orta ex cauſa a iure im
probata. Aret. in conſi. 44. col. 2. verſic. eſt enim iſta conſuetudo

Secundò probādū erat iſtam famā originē habuiſſe a perſonis
fide dignis, & probanda qualitas fidei, id eſt, ꝙ tales perſonæ eſ-
ſent fide dignæ. Anch. in conſi. 253. In quæſt. presbyteri, col. 2.
Deci. in conſi. 575. col. 2. circa med. Alibi ſcribit Bal. in cōſ. 394.
In cauſa Ludouici Maſci, col. 2. lib. 2. ꝙ ſtante ſtatuto, probatio
per famā, vel vbi fama eſt, multum piudicialis, debet conſtare,
ꝙ originē habuerit a perſonis diſcretis, & non ſuſpectis ex cau
ſis veris & probabilibus. ¶ Tertiò rñdetur, neceſſarium eſſe ad
probationē famæ noiare perſonas, à quibus fama originē habue
rit, licèt teſtes interrogati non fuerint. Ang. in l. ſolā. C. de teſti-
bus. & in l. ea quidem, col. 3. C. qui accu. Deci. in conſ. 37. col. 3.
& in conſi. 57. circa med. & in conſ. 575. Quinimmo ſi teſtis in-
terrogatus a quibus dici audierit, nominet duas perſonas, dein-
de ſubdat, ꝙ dici audiuit a multis alijs, non probatur fama: quia
iſtud verbū, Multis alijs, verificari poteſt in duobus. Bal. in cō-
ſil. 447. Ad euidentiā pmittendū eſt, quis dicatur vſurarius ma-
nifeſtus, col. pen. lib. 5. qđ dictū pro notabili refert & ſequit Iaſ.
in l. licèt Imperator, col. 4. verſi. item adde in practica. de leg. 1.
Idem voluit Cor. in conſi. 127. col. fi. & in conſi. 176. col. 3. ad fi.
lib. 4. ¶ Quartò rñdeo, ꝙ erat probandum tp̄s famæ. i. quòd iſta
fama fuiſſet orta ante litē inchoatā, quia potuit ſtatim naſci iſta
fama poſt capturā ipſius inquiſiti ea eo, ꝙ fuit dictū & diuulga
tū, ꝙ fuerat captus pp pecunias Antonij Boxij; quo caſu facilè
eſt naſci rumorē in loco apud oēs quærentes de cauſa capturæ,
ita in materia delicti ad probationē famæ reſpondet Ancha. in
d. conſi. 253. col. 1. Alex. in conſi. 200. col. 2. ante med. verſ. & da
to quod aliquis, lib. 2. Aret. in conſi. 182. col. 1. Cor. in conſ. 198.
col. 5. lib. 2. in conſi. 175. col. 4. & in conſi. 315. col. fi. lib. 4. Ve-
8 ron. in conſi. 2. in fi. & in conſi. 31. col. 4. in fi. ¶ Nec ad proba-
tionē famæ deferri poteſt iuſm ſuppletiuū. Bar. in l. admonendi.
ff. de iureiu. Aret. in conſi. 82. col. 3. circa med & in conſi. 132.
col. 2. Deci. in conſi. 37. ad fi. ¶ Quintò rñdeo, famā non ſufficere
ſe ad torturā, veluti probatū fuit in conſilijs. Aret. in conſi. 13.
col. 7. ¶ Sextò rñdetur, ex iſta fama nihil inferri poſſe ad crimen
furti, quia nō ſequitur, Fratres de Bechia apothecas inſtruxerūt
de pecunijs Boxij, ergo furtū cōmiſerunt: quia deficiūt extrema
neceſſaria ad probationē furti, nā poſſunt diuites fieri per alie-
nā pecuniā, citra tñ vitiū furti, puta ſi ex fide bona ad me peruc-
nerit, & ceſſet furandi animus, vt hic oñdimus; cōcluderet aūt
fama furti flagitiū ſi fama eſſet Auguſtinā ſororē mandaſſe in-
quiſito pecunias, vt reſtitueret hæredibus Antonij Boxij, & ipſe
negaret ¶ Septimò rñdetur fruſtra tractari, an ea fama fiat in-
diciū ad torturā in crimine furti, niſi prius doceatur furti crimē
eſſe contractū ſeu cōmiſſum vt ſup. docuimus. ¶ Octauo rñde-
tur, licèt fama eſſet pecunias eſſe Antonij Boxij, non ob id cre-
dere oportebat eiuſmodi famæ, & ad eius rumorē pecunias reſti
tuere, niſi aliud probaretur ab hæredibus Boxij, vel niſi hæredes
Auguſtinæ, aut ipſa Auguſtina reſtitutionē fieri mandaſſet, ex
his, quæ ſupraſcripſimus. Et pro hac octaua rñſione faciūt, quæ
in propoſito famæ ſcribit Cor. in conſi. 35. col pen. & fi. lib. 1. &
in conſi. 50. circa fi. li. 2. Deci. Neapo. deciſ. 128. in 8. dub. quòd
non ſequitur, Fama eſt rē ad talē pertinere: ergo aē emendo vel
poſſidendo dicor eſſe in mala fide. puta ſi emo ab eo, qui habet
titulū. Et qa verbū Pertinere pōt intelligi diuerſis modis, vt ibi
no. in propoſito cū inquiſitus accepiſſet pecunias a ſorore, non
ita de facili debebat credere famæ, vt poneret ſe in diſcrimē bis
ſoluendi vel litigandi. ¶ Ad argumentum quod fit ex cōiter ac-
cidētibus, rñdeo, ꝙ Auguſtina confuſa perturbatione peſtis, nō
potuit ad plenū omnia explicare, arg. text. in l. hac conſultiſſi-
ma. §. at cum humana fragilitas. C. qui teſt. fac. poſſ. ¶ Secundò
rñdeo, ꝙ aſſignando ſeu dimittendo pecunias fratri ſimpliciter
citra expreſſionē cauſæ, ſatis vr̄ indicaſſe, quid de ea fieri vellet,
quia cenſetur tradita ex cauſa depoſiti non facta numeratione.
glo. Bart. & doct. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. Alex. in conſi. 28.
col. 1 verſi. tertio rñdeo, lib. 7. Deci. in l. 2. in prin. col. pen. ff. ſi
cert. pet ¶ Tertiò rñdeo, ꝙ Auguſtina mādauit ſaltē tacitè quid
fieri vellet de pecunia Antonij Boxij: nam loquendo & monen-
do illam partem pecuniæ fuiſſe Antonij Boxij, in diſcrimine
mortis ſatis videtur mādaſſe pecunias domino reſtitui. ¶ Quar
tò torquetur argumentum, nam ſi tradens pecunias a commu-
niter accidentibus conſueuit dicere, quid fieri de eis vellet: er-
go nihil aperiendo, ꝙ omnes pertinerent ad Antonium Boxij
vel eius hæredes, tacitè videtur intellexiſſe, ꝙ eſſent ipſius Au-
guſtinæ: nam ſi omnes fuiſſent Antonij Boxij, vtiq; de omnibus
dixiſſet, veluti dixit de parte earum. l. vni. §. ſin autem ad defi-
cientis.

cientis. C. de cadu.tollen.præſertim cum eſſet in diſcrimine vi
tæ, veriſimiliter memor ſalutis eternę, iuxta not.in l.ſi quis in
graui.§.ſi quis moriens.ff.ad Syllania.facit tex.in l.ſi.C. ad leg.
iul.repe.& l.merito.ff.pro ſocio. ſed nullus teſtium dicit Augu
ſtinam dixiſſe ꝙ pecuniæ eſſent alienæ vel ꝙ reſtituerentur alij
perſonæ: ergo arguendo ex communi cõſuetudine chriſtiana-
rum mortis periculo laborantium, præſumendum eſt memora
tas pecunias non fuiſſe omnes Antonij Boxij. ¶ Non obſtat ꝙ
fieri videtur indicium ſaltem ex omnibus ſimul iunctis, quæ cõ
iunctio fit etiam in criminalibus quò ad indicium ad torturã:
quia plures probationes ſemiplenæ etiam diuerſi generis cõiu
guntur vt fiat indicium ad torturam. Salic.in l.ea quidem, col.
pen.verſi. ſed fune.C.de accuſa. Soci.in conſil.54.colum.2.verſ.
tertio & vltimo.lib.3.Iaſ.in repe.l.admonendi.num.257.ff.de
iureiur quod etiam voluit Bar. in l.ſi. ff. de quæſtio.vbi Barto.
quòd in materia indiciorum vna præſumptio iuuat aliã. quod
Bar. dictũ ſequitur Alex.in conſil. 76.colum.ſi.li.1. Quia reſpõ
deo.ꝙ illud ꝓcederet qñ ſingula indicia eſſent perfecta in gene
re ſuo,& ſingula ad plenum probarentur.Bal.in l.ſi quis ex ar-
gentarijs.§.1.ff.de eden.Bar.& doc.in l.admonẽdi. ff.de iureiu.
Alex. in conſi.180.colum.3. lib. 2.Hippol.in prac.cau.crimina.
§.diligenter.nu.12.& §.qm̃, nu.31.ſed ſingula indicia ſi curio-
ſius animaduertauit & ſcripta in cauſa accuratè conſiderentur
nullum in genere ſuo eſt plenè probatum. ¶ Præterea a ſufficiẽ
ti partium enumeratione arguitur nõ eſſe locũ torturæ. Etenim
aut vis torquere vt manifeſtetur numerus pecuniarum: & iſtud
nihil releuat, quia nõ ſequitur, Accepit ampliorem pecuniã ab
Auguſtina ſorore, ergo furtum commiſit, cum eas acceperit
vt proprias ipſius Auguſtinæ: nec probetur ſcientia inquiſiti ꝙ
ſciret eſſe alienas, ex his quæ ſupra abunde notauimus, ergo ꝓ-
batio irreleuatoria per torturam quæri non debet. l.ad proba-
tionem. C.de proba. vbi probatio quæ non releuat, non admit-
titur. A fortiori qñ tractatur de ꝓbatione per tormẽta ad quæ
difficilius deſcenditur aut deſideras quæſtionem haberi vt intel
ligatur an pecuniæ acceptæ eſſent alienæ: & nihilo magis profu
tura ſunt aut releuatura tormenta, qm̃ de hoc an ſciret inquiſi-
tus pecunias eſſe alienas nulla omnino ſunt indicia, quinimmo
non iuſtificaretur tortura ex indicijs ſuperuenientibus. Bald.in
l.ſi. C. de accuſa.Bar.& doc.in l.maritus.ff. de quæſt. Alexan. in
conſil.52.col.2.poſt med lib.3.Hippol.in prac.cau.crimi.§.ſe-
cunda quęſtio. nu. 5. & 3. & in l. pen.nu.31.¶ Poſtremò in fa-
uorem inquiſiti non mediocriter facit, nam ſi velis affirmare
fuiſſe probatam famam ante tempus capturæ & inquiſitionis,
dico ꝙ fuit conuerſatus in loco Carmagnoliæ & in Marchio-
natu Saluciarum nihil obſtante aſſerto rumore circa pecunias
a ſorore acceptas, & ꝙ factus eſſet locupletior in pecunijs alie-
nis: & ſicut fuga præſumptionẽ aliquam fecit contra fugientẽ
ita per contrarium inducitur præſumptio excluſiua delicti qñ
quis non fugit, vt cõtrariorum eadem ſit diſciplina. inſti. de his
qui ſunt ſui vel alie.iur.l.quod in rerum §.ſi quid poſt. ff.de le-
ga. 1.c.hoſpitiolum. 32. di.l.& ſi contra. ff.de vulg. & vt idem
operetur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitũ in propoſito,
l.ſi.10 princ.ff.de lega.3.Immo facilius debet induci p̃ſumptio
in fauorẽ inquiſiti ex eo ꝙ non fuit ꝙ inducatur p̃ſumptio deli
cti propter fugam, cũ præualeant probationes ꝑ quas euitat̃ de
lictum & delicti ſuſpitio ceſſat: ideo teſtes deponẽtes de bonita
te alicuius, præferuntur teſtibus deponentibus contrariũ. Abb.
in c.cum. P. col. ſi. de accuſa.facit Bal.in c.io noſtra.in prin.de
teſtibus.not.Anch. in conſi.253.In qõne p̃sbyteri. circa ſi. Cor,
in conſi.279.col. ſi.lib.1.facit doc.Bar.in l.nõ ſolũ. §. ſed vt ꝓ-
bari.vbi Alexã.& Mod.ff.de ope.no.nuncia.cũ ſimi. ¶ Quibus
conſequens videtur nulla ratione habendã eſſe quæſtionẽ cõtra
inquiſitũ, cuius liberatio maiori ornamento futura eſt iudici q̃
condemnatio. Pau. de Caſt. in conſil. 399. Viſa inquiſitione.
ad ſi.li.2.niſi iudex eum ſe præſtet, in quem Anch. inuehitur in
conſil.24. Viſa inquiſitione.col.2.ante med. quod ipſum mini-
mè arbitramur. ¶ Ex quibus rõnibus & fundamentis abunde
opinor ſatiſum videt̃ ad ſubtilia dubia cõtra inquiſitũ proximè
reddita. Taurini.8. Februarij. 1536. ¶ Tortus tñ reus fuit ex
conſi. Rotæ Bononienſis, & purgata indicia omnia per torturã.
¶ Hic finiuntur reſponſa ꝑ clariſſimum & veridicum iuriſcon-
ſultum. d. Aymonem Crauettã a Sauiliano Taurini reddita, vbi
accedente inſanienteq; bello cum formidine militum prolixio-
re & lacrymoſo, nõ diutius agere licuit, ſed in arce delituit ſu-
pra biẽniũ. Illuſtriſsimi dñi Cardeti a Librie, a ſuis abſens ꝑ gra
uiſsimam temporis iacturam. ¶ Deinde cum res Pedemontiũ
diſperatas videret, in vrbem Grationopolis tranſmigrauit ſub
anno.1538. menſe Aprilis vbi annos ſeptem & dimidium egit
vſq; in tempus publicationis pacis: quæ ipſa tamen pondus nec
habuit. Aymo Crauetta ex Sauiliano.I.V.doc.

SVMMARIVM.

1 *Non ſolum curator ſed etiã extraneus poteſt acceptare ꝓ adul*
to: in extraneo aũt ꝓ abſẽte requiritur expreſſa acceptatio.
2 *Vbi eſt mandatum, ratificatio neceſſaria non eſt.*
3 *Efficacior eſt acceptatio curatoris quàm procuratoris.*
4 *Ratificatio delicti non inducitur ex eo quod occupata ad alium*
perueniat.
5 *Ex ſola ſcientia fit acceptatio donationis.*
6 *Qui emit a donatore poſt factam probibitionem ad mandatum*
principis, præſumitur in mala fide.

CONSILIVM CCLXI.

¶ Pro nobili domino Iaffredo Armitani Burgenſe Villæfran-
chæ artium & medicinæ ſcholari.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Probatur
mihi ſnĩa dñi Nicolai Gamberiæ collegę honorã
1 di, ad cuꝰ cõfirmationẽ ſubijcimus † nõ ſolũ cura-
torem poſſe acceptare pro adulto, verumetiã ex-
traneum: ideo confeſsio facta, abſente parte, cẽſet̃
facta ea p̃ſente, qñ tertius ꝓ ea acceptauit, dummodo ſequatur
ratificatio.Io. And. in addi.Spec.in tit.de confeſsio.§.nunc vi-
dendum.ver.quid ſi confiteor tuam eſſe.Ant.de But.in c.ſi cau-
tio, de fide inſtru.ſequitur Aret.in conſil.64. Diligenter, circa
prin. & in conſi. 83.quia multa, colum.6.verſi.quinimmo dixit
Ioan.And.Dec.in c.a1 ſi clerici, in prin.col.11.ante med. de iu-
di.licèt, Dec.Aret.non alleget.Idem tenet Iaſ.in l.idem in duo-
bus, quam legit ſimul cum l.ſi tibi.§.perſonale.col.2. poſt med.
verſi.tenendo communem.ff de pac.Addo Pau. de Caſt.in cõſi.
458. Quando creditor.colum.2.lib.1.vbi ꝙ liberatio debitoris
facta eo abſente, & alio ꝓ eo recipiẽte, prodeſt debitori poſtea
ratificanti. Ad idem adduco Abb.in conſi.55.col.ſi. verſi. itẽ &
ſecundo præſuppoſito, li.1. vbi ꝙ dominium acquiritur abſen
ti, tertio pro eo acceptãte ſecuta ratificatione ipſius abſentis,
licèt acceptans ſit oĩno extraneus, per tex.in l.ſi ego, & in l.pe.
ff de neg.geſt.allegat etiam Bart. in l. qui mihi donatum. ff. de
donatio. Requiritur tñ acceptio extranei pro abſente expreſ-
ſa: quia tacita acceptatio non ſufficeret, puta ex ſola præſentia,
etiam ꝙ talis tertius eſſet frater abſentis. ita Pau.de Caſt.in cõſ.
70. quia fruſtra, col. 3 circa med.lib.1. Itaq; ſi extraneus oĩno
poteſt acceptare pro abſente, & acceptãdo ei acquirit ſi cum ra
tificatione, ergo multo fortius idem probandum eſt in curato-
re qui acquirit adulto, etiam ſine ceſsione. iuxta no. in l.ſi pecu-
niam. ff.ſi cer.pet.quam d.conſulens allegauit.& in l.ſtipulatio.
§.ſi ſtipuler.ff de verb.ob.nam curator cenſetur habere manda
tum plenum & liberum. Bar.in l.neq; ad ſi. C. de procura. not.
in l.pactum curatoris.C.de pac.vbi Iaſ. ergo adultus ipſe cenſe
tur acceptaſſe quod curator acceptauerit vigore mandati. l.ita
autem.§.geſsiſſe.ff.de admi. tutor.cum ſimi. Et ſic acceptatio fa
cta per curatorem hoc amplius prodeſt q̃ acceptatio extranei:
quia qñ extraneus acceptat pro alio, neceſſaria videtur ratifica-
tio abſentis vt ius quæratur, vt ſupra dictũ eſt. Secus in accepta-
tione curatoris, ex quo vt dixi, cenſet̃ habere mandatum ple-
2 num & liberum, † vbi aũt eſt mandatum, ratificatio neceſſaria
non eſt, immo mandatum ſuperueniens inducit ratificationem
retro geſtorum. l.Iulianus, vbi doc.ff.qui ſatiſ.cogan. Alexã.in
3 conſi. 12. ad fin.lib.5. Rurſus † efficacior eſt acceptatio cura-
toris q̃ procuratoris habentis mandatum ab homine: quia cura
tor quærit minori ſine ceſsione, vt ſupra dictum eſt, procurator
autem mediãte ceſsione tantũ, vbi agitur de acquiſitione actio-
nis aut obligationis perſonalis.l.poſſeſsio.§.& ſi poſſeſsio.ff de
acqui.poſſ.ſed tenetur procurator cedere actiones dño.l. procu
ratorem.§.ſi.ff. manda.& hoc niſi acquiratur actio perſonalis
ex re domini, puta quia vendat procurator rem domini: nã ac-
quiretur actio dño ſine ceſsione.l.quod procurator ex re. ff. de
procura.l.Iulianus.§. ſi procurator.ff. de acti.empt.¶ Secundò
addo ꝙ iſta acceptatio fieri potuit non ſolum verbis, ſed etiam
facto ipſo deſcribendo bona donata ad inuentarium mino-
rum l.Paulus reſpondet non tantum verbis.ff. de rem rat. hab.

c. dilecti,el ſ. vbi Deci. in 2.not.de appel. ideo diſponens de re-
legata, cenſet legatum agnoſcere. l. ſi auia. C.de iure delib. Dec.
in conſi. 45. col. 3. ante med. Similiter ſi debitor hypothecauit
creditori rem alienam, deinde dñs rei fideiubeat pro debitore
apud illum creditorem, cenſetur hypothecam approbare. l. Pō-
ponius. §. fi. ff. in quib. cau. pig. vel hyp. taci. contraha. & petens
terminum ad ſoluendum, videtur approbare cōtractū præcedē
tem. Ang in l. eum te. C. quor met. cau. ſimiliter petens dilatio-
nē ad ſoluendum id in quo fuit condēnatus, cenſetur approba-
re ſententiam, vt amplius appellare nō poſſit. l. ad ſolutionem.
C. de re iudi. facit tex. in c. quò ad conſultationem, extra eo. tit.
talis enim præſumitur voluntas hominum, qualis ex factis col-
ligi poteſt. l. duo fratres. ff. de acqui. hæred. l. reprehendenda. C.
de inſti. & ſubſti. vbi gl. dicit q facto datur voluntas intelligi ēt
in animalibus brutis. §. ceruos. inſtit. de rerum diui. Alibi ſcribit
Inn. in c. bonæ. el 2 de poſtula. præla. quòd animus præſumitur
& iudicatur ex actuum qualitate. & magis in terminis facit tex.
in l. fi. C. arb. tu. vbi ſi tutor ponat in pupilli inuentario aliquam
rem, ex hoc arguitur dominiū pupilli in ea re in odium & dam
num ipſius tutoris, adeo q probatio in contrariū nō admittit
nnt. Soc. in conſ. 61. lib. 1. & in conſi. 190. in pri. li 2 Cor. in cōſ.
60. col. 2. circa fi. & in conſi 63. col. 2. li. 3. Simile videmus in eo
qui rem ſuam deſcribit in æſtimo alterius, quod in præiudiciū
deſcribentis probatur dominium in fauorem alterius. l. rura.
& ibi Bart. C. de omn. agro deſer. lib. 11. & idem Bart. in l. quæ
quiſquam. ff. de acq. rer. domi. Bal. in l. cenſualis. C. de do. ¶ Am-
plius in pœnalibus cēſetur quis ratificare delictum, ex eo quod
commodum ad eum peruenit ex tali delicto. Bar. in l. aut facta.
§. fi. ff de pœnis. Ant. de But. in c. cum ad ſedem. col. pe. de reſti.
ſpol. Pau. de Caſt. in conſ. 423. quia ſcio. col. 3. ante med. lib. 1.
Aret. in conſ. 163. colum. 11. Deciſio Neapo. deci. 82. nu. 6. ver-
ſic. item datur alia regula. qđ tñ intelligitur qñ vtilitas delicti
ad alium perueniret immediatè ab ipſo delinquente, ſecus ſi
per aliam manum, vt per Aret in d. conſ. 163. & ita intelligen-
do ceſſat quod in contrariū dicit Iaſ. in l. 1. §. item acquirimus,
col. 9. verſ. præterea nō eſt verum. ff. de acq. poſſ. vbi Iaſ. quòd
4 † ratificatio delicti nō inducitur ex eo q res occupata ad alium
perueniat, p tex. in l. ſi vi me. ff. de vi arma. ſed doc. ſupra alleg.
intelligunt illam. l. qñ res occupata immediatè non peruenit a
delinquente, aut ſpoliante: ergo a fortiori, cenſebitur ratificata
donatio ex tali deſcriptione per quā donatarius vtilitatē conſe
quitur. Ideo iſta bona deſcribi nō poterāt ad inuētariū minorū
tanquā eorum bona, niſi ex cauſa donationis, ergo ex illa cauſa
præſumuntur deſcripta. l. ſi cum dotē. §. ſi pater. ff. ſolu. ma. l. cū
te, a cōtrario ſenſu. C. ne vxo. p mari. facit quod vult Bald. in l.
fi. col. 1. verſ. ſed nunquid pſumetur. C. de ſen. quæ ſine cer. quā-
5 ti. & in l. nulla. C. de iur. dotium. Quinimmo † ſit acceptio do-
nationis ex ſola ſcientia, ex eo q quis ſcit bona ſibi donata, nec
contradicit. Bar. in l. quo enim § 1. ff. rem rat. habe. Dec. in cōſ.
58. col. 2. circa med. & in regula, ſemper qui nō prohiber. ff. de
reg. iur. per quā acceptationem quæſitū fuit ius donatarijs. Iaſ.
in l. eum qui. in prin. col 4. ante med. verſi. per hanc glo. ff. de iu
reiur. quod ius tolli poſtea nō potuit. reg. iur. l. fi. ff. de pac. cum
ſimi. ¶ Tertiò addo quòd poſt donationem & ius ac dominium
translatum in donatarios, non licuit donatori in alium transfer
re etiam ex pacto de retrouendendo: quia tēpore retrouēditio-
nis nihil iuris erat apud vendētem. regula, nemo plus. ff. de reg.
iur. nec pactum de retrouēdendo afficit tertium poſſeſſorē. Pa.
de Caſt. in conſ. 306 Quāquam longa ad fi. lib. 2. Ale. in cōſ. 10.
lib. 1. & in conſ. 222. col. fi poſt med. lib. 6. aliàs tñ conſului agi
poſſe ex pacto de reuendendo contra tertiū, ſed nō ſimpliciter
ex tali pacto ſolum, ſed ratione hypothecæ, quæ tribuit ius in
6 re. ¶ Quartò addo † q ille qui emit a donatore poſt factā pro-
hibitionem ad mandatum Principis, præſumitur in mala fide.
l. ſi fundum. C. de rei vendi. arguendo a fortiori. l. ait prætor. §.
ſi quis particeps, vbi Bar. & Ale. ff. de his quæ in frau. credi. fa-
cit regula, eum qui contra, de reg. iur. lib. 6. ¶ Confirmatur iſtud
fundamentum: nā tranſgreſſor legis dicitur in dolo. Bal. in cōſ.
35. Quæritur verū pactum. colum. 1. in fi. lib. 3. ergo multo ma-
gis arguitur dolus contra eum qui Principis mandatū trāſgre-
ditur: quia maior eſt inobedientia iudicis q̄ canonis. i. grauius
peccat nō obediens iudici q̄ legi. gl. in c. dolētes, de celebra. miſ.
Dec. in c. 1. col. 3. circa fi. in 19. nota. de poſtu. prælato. & iſtud
eſt quod dicitur mitius agi cum lege q̄ cum homine. l. Celſus, cū
gl. ff. de arbi. ob id ſtante malae fide fructuum habenda vr̄ ratio
ſm doc. Bar. in l. ex diuerſo. ff de rei vend. ergo eſt dicenda ſen
tentia in fauorē agentis aduerſus iſtos poſſeſſores bonorū, quæ
adulto. i. nobili Iaffredo Armitani donata fuerunt. Taurini. 9.
Februarij. 1536. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. doc.

S V M M A R I V M.

1 *Veniri non poteſt ad inquiſitionem, niſi præcedant indicia.*
2 *Oppoſitiones debent eſſe clara, certa, & ſpecifica.*
3 *Probatio generalis non releuat tanquam dubia & etiam in ci-
uilibus.*
4 *Confeſſio non poteſt facere delictum.*
5 *Ex nomine ſolo nō fit quis hæreticus, ſed ex operibus cōtra fidē.*
6 *Inquiſitio dicitur de iure ſpeciali.*
7 *Dolus & calumnia præſumitur in eo, qui propoſita & obiecta
non probat.*

CONSILIVM CCLXIII.

¶ Pro Oberto Raymondetto inquiſito.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Proteſtor
nolle cauſam agere alicuius hæretici, vbi crimen
intellexero. planè facultate cōceſſa & venia per-
miſſa, vt ſcribamus in defenſionē inquiſiti, probā
dū videtur proceſſū inquiſitionis fieri nullū cōtra
1 Obertū Raymondetti: nā veniri nō poteſt ad inquiſitionē † niſi
pcedant iudicia. c. qualiter & quando, el 2. de accuſa. l. iuſtiſſi-
mos. C. de off. recto. prouin. ſed aſſerti teſtes infames nō probāt
indicium, quia loquuntur generaliter non ſpecificando & non
exprimendo quomodo & qualiter credat ad eam ſectā, & quos
errores in ſpecie admiſerit circa eam ſectam: ſed crimē probari
oportet clarè, purè & ſpecificè certo & limitato modo, non etiā
in genere. & ratio eſt, quia aliàs poteſtas defendendi auferretur
reo inquiſito aut accuſato: etenim ſi teſtes dicant quē hæreticū,
nec reddant cauſas in ſpecie, non licet accuſato defendere inno
centiam. Planè, ſi dicant quia male dixit de eccleſiā, quia manda
ta pōtificum deſpexit, quia præcepta Quadrageſimæ nō imple
uit & cætera, poteſt reus probare contrarium, ideſt q viſus fue
rit obſeruare quadrageſimam, & auditus bene de eccleſia loqui.
Similiter ſi dicāt teſtes, Vidimus eum irridere talem barbā, ſeu
talem prædicaturem & tali tempore, poteſt probare q tempo-
re quo talis barba prædicabat, aberat longius & coarctare nega
tiuam: qua ratione voluerunt leges libellum in criminalibus cō
tinere locum & diem, ideſt, vt det facultas reo ſe defendēdi, quę
tollitur ſi libellus generalis admittitur. l. libellorum. ff. de accu
2 ſationibus. ¶ Similiter quando † opponitur cōtra teſtes q ſunt
criminoſi, non ſufficit opponere in genere eos eſſe criminoſos
vel infames, ſed oportet exprimi in quibus cauſis ſunt infames
quæ crimina in ſpecie contraxerint ſeu admiſerunt. c. præſen-
tium. §. teſtes de teſtibus. lib. 5. & 6. Roma. in conſil. 290. In ca-
ſu propoſitæ conſultationis breuiter dicendum dictum Franci
ſcum. col. 1. verſ. nec refragatur. Card. in cle. conſtitutione. §. cę
terum. de electio. Iaſ. in l. 1. col. 4. poſt med. C. de teſta. ſimiliter
teſtis deponens aliquem eſſe malæ famæ ſimpliciter & in gene
re, non probat, niſi in ſpecie dicat cauſas ex quibus ſit malæ fa-
mæ. Bal. in conſi. 77. colum. 2. & in conſi. 76. tex. colum. 5. poſt
3 med. lib. 3. ¶ Amplius † etiam in ciuilibus probatio generalis
non releuat tanquam dubia & obſcura. l. certum, in princ. ff. de
confeſ. c. in præſentia, de proba. nam generalitas parit obſcuri-
tatem. l. ita fidei, in prin. ff. de iure fiſci. l. prætor edixit, in princ.
ff. de iniur. & in probatione generali not. Gemin. in conſil. 48.
col. 5. poſt princ. Dec. in conſi. 20. col. 2 circa med. confirman-
tur præmiſſa: quando agitur de probatione culpæ, illa proban-
da eſt clarè, purè & in ſpecie certo & limitato modo. Bart. in
conſil. 193. Commune Lucignani. col. 2. verſi. ſuper tertio. Ale.
in conſil. 100. col. 2. ante med. li. 1. Iaſ. in l. domos. col. fi. ff. de le.
3. a fortiori limitata & certa debet eſſe probatio delicti in quo
agitur de maiori præiudicio. ¶ Quinimmo ſi Obertus inquiſi-
tus dixiſſet, Sum hæreticus, nō exprimēdo cauſas hęreſis, nō cō-
demnari poſſet ex confeſſione, ſicut pbatur in eo qui fatetur ho
micidium commiſiſſe niſi cōſtet de delicto. i. de corpore occiſi;
& ī eo q fatetur furtū, niſi probetur furtū eſſe cōmiſſum. An-
ge. in l. certū, in prin. ff. de cōſeſ. Bal. in auc. ſed nouo iure. co. 2.
verſi. ſed pone q quia confitetur. C. de ſeru. fugi. Marſil. in prac.
cauſ. crimi. §. principium. nu. 6. aliàs ſequeretur quem fieri dñm
membrorum ſuorum, contra. l. liber homo. ff. ad legem Aquil.

Ex alio non præiudicaret talis confeſsio, Sum hæreticus: quia di
citur incerta & obſcura tanquam nimium generalis ignoratis
cauſis ex quibus confitens hæreticus dicatur. ita Bal. in conſil.
98. Bethonus de Couo. lib. 1. quod eſt repetitum in conſi. 383.
lib. 5. vbi quòd non præiudicat confeſsio, Sum vſurarius, tan-
quam nimium generalis, incerta & obſcura. Rurſus, an quis ſit
hæreticus vel non aliquibus eius opinionibus, dictis, aut factis,
hoc in iure cóſiſtit. ſ. an tales opiniones, talia dicta aut facta ſa-
piant hæreſim ſuper quibus iura diſponunt: ſed in hijs quę ſunt
iuris, confeſsio non præiudicat. l. ornamentorum. ff. de auro &
argento lega. Ideo ſi aliquis fatetur ſe furtum commiſiſſe, & res
in qua dicit ſe furtum feciſſe, ſit propria ipſius confitentis, talis
4 confeſsio nó præiudicat: quia non poteſt † confeſsio facere de-
lictum, vbi de iure delictum ceſſat. Roma. in cóſi. 113. pro deciſ.
col. 2. verſi. quinimmo idem euidenter. Amplius etiá ſi nó appa
reret ꝙ talis res eſſet propria confitentis, adhuc confeſsio non
præiudicaret, quia debet prius apparere furtum in veritate eſſe
commiſſum. puta mittendo exploratores qui de eo inquirant.
Bal. in d. auc. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugi. Alex. in conſil. 19.
lib. 7. ¶ Similiter ſi quis fatetur oía cóienta in inquiſitione có-
tra eum formata eſſe vera, non nocet talis confeſsio, ſi aliter ita
eſſe delictum non conſtet, quia ſicut iudex non poteſt per ſenté
tiam ſuam iuris diſpoſitionem immutare, ita nec pars per ſuam
confeſsionem inducere delictum homicidij aut auxilij aut má
dati ad delictum, vbi vere nó eſt. pulchre Ang. in conſi. 25. De
pœna. col. ſi. ſimiliter ſiquis fatetur ſe publicum aut famoſum la
tronem aut ſtratarum aggreſſorem, talis confeſsio ſibi non præ
iudicat, quia in iure conſiſtit qñ quis dicatur publicus aut famo
ſus latro, vel ſtratarum aggreſſor, ſolum preiudicat cóſeſsio qñ
quis fatetur factum, puta feci tale & tale latrocinium aut talem
aggreſſuram. ita Ang. in conſi. 403. Formata fuit. eodé modo
ſi quis fateatur ſe hæreticum, nó nocet cóſeſsio, ſed neceſſe eſt
aliter apparere de hæreſi, puta, Ita dixi contra fidem, ita feci, ita
credidi, confitendo factum ex quo de iure arguitur hæreſis. & ſi
propria confeſsio non nocet, multo minus teſtes qui tm̃ debét
ſuper facto deponere in his quę percipiunt ſenſu corporeo,
iuxta not. in l. teſtium. C. de teſti. nec ad teſtes pertinet iudicare
quem eſſe hæreticum, ſed ad iudicem hoc ſpectat: teſtis auté iu
dicans videtur ſuſpectus. Bar. in l. qui teſtamento §. ſi. ff. de teſt.
Bal. in l. iuliam. col. 1. C. de teſti. & eſt dictum Inn. in c. cum cau
ſam. vbi Bal. col. 2. extra de teſtibus. tradit Bal. in l. 1. in ſi. C. de
vſuris. Alex. in conſ. 114. colum. 4. lib. 4 & in conſi. 132. colum.
6. lib. 5. Aret. in conſil. 38. colum. 2. verſi. nec obſtat præmiſsis,
cum ſimi. & in terminis de teſtibus iudicantibus in crimine hæ
reſis ꝙ repellantur tanquam ſuſpecti, tradit Oldr. in conſ. 210.
Regularis. col. 2. vbi fortius loquitur in teſtibus religioſis, & di
xi in conſi. 41. colú. 5. ¶ Neq; refert ꝙ dicunt aſſerti teſtes ſe pro
5 talib. nominaſſe & reputaſſe, † ná ex nominatione ſola nó ſit qs
hæreticus, ſed ex operibus contra fidem: nam quoties cóſitetur
quis aliquid quod a poteſtate eius non pendet, non præiudicat
confeſsio, vt ſupra dixi allegando Rom. in d. conſil. 113. Pro de-
ciſione. col. 2. verſi. quinimmo idem euidenter. facit idé Roma.
in conſil. 240. In propoſito caſu breuiter dicendum, do. Ioánem
verſi. nec præmiſsis refragatur: nam fieri poteſt vt quis hæreti-
cus ſit, qué putet ob aliquam cauſam ad hęreſim nó pertinenté.
& alias memini legiſſe confeſsioné vnius dicentis ſe hæreticum
ob aliqua quæ audierat & crediderat, quæ ipſa tñ ad hęreſim mi
nime pertinebant. ¶ Præterea aſſerti teſtes dum loquútur de re
putatione ꝙ Obertus Raimóderti ꝓ tali fuerit reputatus, nihil
oíno probant famam, ex notatis per Bar. & Mod. in l. de mino-
re. §. plurium. ff. de quæſtio. immo non probaretur fama etiam
ſi teſtes dicerét ꝙ ita fuerunt habiti & reputati publice, quia po
tuiſſet ita publice ab vno reputari, ſm Bar. in l. 3. §. eius quoq;.
in ſi. ff. de teſti. in d. l. de minore. §. pluriũ. col. 5. de quæſt. Ange.
in l. 3. ff. ad maced. Imo. in l. hæredes palam. in prin. ff. de teſta.
vbi atteſtatur hanc cóem opinioné Alex in conſil. 30. col. 6. li.
4. Cor. in conſil. 84. colum. ſi. lib. 1. in conſil. 48. colum. 1. & 2. li.
2. & in conſil. 304. colum. 6. circa med. lib. 3. vbi dicit ita ſe obti
nuiſſe cótra Capram in facto eius proprio: idé atteſtat ipſe Cor.
in conſil. 122. col. fin. lib. 4. vbi ampliat licet teſtis nominet vnũ
a quo publicè dici audiuit, & dicat, Et pluribus alijs, quia debet
dicere a maiori parte, & idem Corn. in conſil. 176. col. 3. ad ſi.
lib. 4. ꝙ non probatur fama qñ teſtis dicit publicè dici audiuiſ-
ſe. licèt dicat ꝙ a multis audiuit: hác etiá opi. ſequitur Roſellus
inter cóſilia Bal. in conſil. 455. Super ꝑdictis. colum. 1. ad ſi. li. 2.
Curt. Senior in cóſi. pe. in ſi. Aret. in conſ. 103. col. 5 in ſi in cóſ.
510. in quarto dubio. & in conſ. 122. col. 1. in ſi. verſ. eſt tñ altei-
catio. fortius voluit Bal in conſi. 447. Ad euidentiam præmittẽ
dum eſt, quis dicatur vſurarius manifeſtus. col. 3 in ſi. lib. 5. ꝙ nó
probatur fama per teſtem dicẽtem ꝙ audiuit dici a maiori par
te hominum habentium notitiam de eo: hanc etiam opi. ſequit
Dec. in c. 1. col. pen. de appel. & in conſi. 210. col. ſi. licèt idem
Dec. fuerit ſibi contrarius in conſi. 272. col. 3. dicens aliam opi-
nionem eſſe veriorem. Iaſ. aũt in l. non hoc, col. 3. C. vnde legi.
refert opiniones, nec decidit. ergo ſi indicia non fiunt ex teſti-
monijs aſſertorum teſtium, corruit inquiſitio iuris, ordine non
ſeruato: & de inquiſitione tradit Dec. in conſ. 170. col. 5. in con
ſil. 17. col. 2. in conſ. 189. col. ſi. Et generaliter verum eſt, omiſ-
ſionem ordinis iuris actum vitiare. iuxta not. in l. a diuo Pio. §.
in venditione, vbi Iaſ col. ſi. ff. de re iudi. & no. in d. c. qualiter,
& quando. el 2. de accuſa. ¶ Et præmiſſa vſque adeo procedunt
vt non liceat iudici inquirere ſine indicijs vtcunq; liberũ obti-
neat arbitriũ inquirendi in criminalibus. Bal. in c. 1. de offi. or-
di. per illum tex. Iaſ. in l. milites, ad ſi. C. de teſta. mili. In qua ip
6 ſa re aduertendum, ꝙ † inquiſitio dicitur deinde ſpecialis, ideo
facilius excluditur q̃ ius accuſandi. Bal. in conſ. 415. ꝙ procedit.
lib. 4. per gl. quam dicit not. in §. ſi. inſti. ſi quadru. pauper. ſe. di
ca. hinc videmus quod vbi prohibetur accuſatio, a fortiori pro-
hibita cenſetur inquiſitio. Bart. in conſil. 100. a dño Cyn col. 2.
verſ. preterea ex hoc arguitur ſic. Similiter ſublata accuſatione
per lapſum tpis, cenſet ſublata & inquiſitio. gl. & doc. in l. que-
rela. C. de falſis. Ale. in l. ita demum. col. ſi. & ibi Iaſ. col. 2. in 13.
limitatione. C. de procu. & oés exceptiones quæ pñt opponi có
tra accuſationé, opponi ét poſſunt contra iudicé inquirentem.
Ale. in conſ. 64. col. 5. lib. 1. quæ oía maximè procedũt, quia ab
ipſo litis exordio fuit oppoſitum contra inquiſitioné ex eo, qđ
ſcribit Bar. in extrauag. ad reprimen. in verb. per inquiſitioné,
quòd debet opponi defectus inquiſitionis ab initio: qa ſi poſtea
ꝓcederetur ſuper ea, & delictum probaretur, ſequi deberet con
demnatio, per text. in c. 1. de accuſa. lib. 6. not Cor. in conſ. 33. in
princ. lib. 4 ¶ Sed eſto proceſſum fuerit ad vlteriora non obſtá-
te oppoſitione, hoc non nocet: quia licèt procurator fiſci multa
in ſpecie propoſuerit & in articulis deduxerit, ea tñ non proba-
uit. ergo abſolui oportet inquiſitum. l. qui accuſare. C. de eden.
cum ſi. maxime in criminalibus, vbi oportet eſſe probationes lu
7 ce meridiana clariores. l. fin. C. de proba. quinimmo † dolus &
calumnia ꝑſumit in eo qui propoſita & obiecta nó ꝓbat. l. non
ꝓbaſſe. C. de calum. plenè no. í l. 1. ff. ad Turpil. Soc. in cóſ. 117.
col. 4. lib. 5. ¶ Poſtremò in re dubia promptiores eſſe oportet
ad liberationé. regula fauorabiliores. ff. de re. iu. & inuehit in iu
dices maleficiorũ auidos ad códénationé Fede de Sen. in conſil.
550. Veritatis. in ſi. inuehit ét Anch. in conſ. 54 Viſa inquiſitione.
col. 2. ante med. ergo inquiſitus, vel abſoluẽdus vr̃, vel admittẽ-
dus ad purgationem canonicam alio non probato. Taurini die
25. Februarij. 1536. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio diſcuſſionis dicitur de apicibus iuris.*
2 *Opponens excuſſionem ſimpliciter, cenſetur eam opponere omni modo & via ſibi vtiliori.*
3 *Excuſſio non cenſetur reiecta in cauſis, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, quando agitur hypothecaria contra tertium poſſeſſorem.*
4 *Exceptio diſcuſſionis licèt inuẽta a iure ciuili, tolli non põt, quia fundatur in iure naturali.*
5 *Exceptio poteſt opponi in vim dilatoriæ ante litem conteſtatã.*
6 *Exceptio iſta dicitur de natura actus aut iudicij.*
7 *Fiſcus tenetur creditoribus tanquam hæres.*

CONSILIVM CCLXIII.

¶ Pro vniuerſitate Caſtiglioliarum Marchionatus Saluciarum
contra Magnificum dominum Iacobum de Sancto Iuliano.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Agit Ma-
gnificus dñs Iacobus de Sancto Iuliano cótra vni
uerſitaté Caſtiglioliarum, aut particulares ab ea,
cám habentes tacita & legali hypothecaria ad có
ſecutioné legati ſcutorum bis mille derelictis ab
Illuſ. quondá Michaele Antonio Marchione Saluciarum, q bo-
na de quibus agitur, dicitur poſſediſſe ex cauſa & titulo dona-

tionis. Eacipitur, ꝙ prius cõueniri debet Illu. & modernus Mar
chio tãquam hæres ſui fratris teſtatoris. Quæritur quid iuris?
Et an cẽſeatur reiecta talis exceptio per reſcriptũ moderni Mar
chionis, quo mandatur cauſam diffiniri ſola facti veritate inſpe
cta? In propoſito caſu conſuluit ſocer quondam meus Purpu-
ratus, & deinde poſt eum dñs Baptiſta Cacia doctor Nonarieñſis
ac dñs Auguſtinus Molignatus doc. Verſellenſis, & in effectu cõ
1 cludunt ꝙ ſic tota diſſicultas conſiſtit in hoc, quia † exceptio
diſcuſsionis dicitur de apicibus iuris, vt per gl. in l. ſi mancipiũ
§. 1. ff. de euictio. ſed ea quæ dicuntur de apicibus iuris, cẽſentur
ſublata per clauſulam, Sola facti veritate inſpecta, vt ĩ terminis
excuſsionis tenet Alex. in conſ. 114. colum. fi. lib. 6. Soci. in conſ.
24. colũ. fi. lib. 1. Aret in conſi. 117. In cauſa dominæ Antoniæ,
in ſecundo dubio. ¶ Ad hanc difficultatem reſpondẽt memora-
ti patres & dñi, ꝙ ꝓcedunt præmiſſa reſpectu ordinis aut eius
præpoſterationis vt dicatur excuſsio de iuris apicibus: ſed qua-
tenus reſpicit diſcuſsio intereſſe partis aut tertij poſſeſſoris nõ
dicitur de apicibus iuris, ſed de æquitate, per text. in l. Mo-
ſchis. ff. de iure fiſci. ibi, ęquũ putauit. quem tex. ante eos ad hoc
citauit Crotus in repe. l. ſi cõſtante, col. 44. ff ſolut. mat. idẽ ꝙ
diſcuſsio dicat̃ introducta eſt ęquitate, volunt Corn. in conſil.
218. in princ. lib. 3. Paul. de Caſt. in conſil. 327. Clarum eſt &
dictus Iacob. col. 1. in fi. lib. 2. immo adeo fundatur in æquitate
iſta exceptio diſcuſsionis, ꝙ ea gaudet ẽt poſſeſſor fraudulẽtus.
Calc. in conſil. 29. col. 6. circa med. & pro hac diſtinctione alle-
gat Cor. in conſi. 55. col. 9. verſi. nec ẽt obſtat, lib. 4. ob id dñs
Cacia admonet aduocatũ partis reæ vt opponat exceptionem
diſcuſsionis ꝑ viam & modũ intereſſe, nõ ꝑ modũ præpoſtera-
tionis ordinis. ¶ Aliam ſolutionem tradit dñs Mollignatus ꝙ
clauſula, Sola facti veritate inſpecta, operet̃ vt ĩ cognitione di
ſcuſsionis procedat̃ ſola facti veritate inſpecta, & ſic tollant̃ ſo-
lẽnia diſcuſsionis, nõ ẽt ꝙ ipſa excuſsio cẽſeat̃ ſublata. Nec cre
dendũ eſt (dicit ipſe) ꝙ doc aliter intellexerint. ¶ Sed præmiſſa
dubita. viſa prima facie, & in primis illa diſtinctio ꝙ excuſ-
ſio dicat̃ ſublata ꝑ clauſulã, Sola facti veritate inſpecta, ſolũ qua
tenus reſpicit ordinẽ, nõ quatenus ꝑtinet ad intereſſe tertij poſ
ſeſſoris, eſt cauſa cur nõ cẽſeat̃ reiecta: ergo ordo iuris qd̃ prius
cõueniatur principalis, dicetur introductus rõne iſtius intereſſe
& ęquitatis, nõ rõne ſimplicis ſolẽnitatis, & conſequenter iſta
ſolennitas ordinis dicẽda eſt fundari in æquitate & ĩtereſſe ter-
tij nõ ſine cauſa, vt ſimpliciter citẽt aliam cauſã introducta fue
rit iſta ſolennitas ordinis: non enim inſpici debet iſte ordo di-
ſcuſsionis, ſed cauſa ipſius ordinis ſpectanda eſt, l. verum. 2. ff. de
furtis. l. eũ tale. §. fi. ff. de cond. & demon. glo. in c. intelligentia, ĩ
verſ. ea cauſa, de verb. ſignifi. Itaq; ſi cauſa iſtius ordinis eſt in-
tereſſe & æquitas, impoſsibilis videtur prẽmiſſa diſtinctio, quia
per eam ſeparatur factum ordinis a ſua cauſa, quod fieri nõ põt
cum ſtare nõ poſsit effectus ſine cauſa, immo ceſſante cauſa ceſ
ſat effectus. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patro. c. cũ ceſſante de
appella. cũ ſimi. Ideo attẽdenda nõ videtur præmiſſa diſtinctio
& interpretatio fundata in cortice verborũ potiuſquã in ratio-
ne Bal. in conſi. 77. Dominus Papa. col. 2. lib. 2. ꝑ l. ita autem, in
prin. ff. de admi. tuto. l. cũ pater. §. dulciſsimis. ff. de leg. 2. l. mili-
tes agrum. ff. de re mili. & no. in l. ſi is qui animo. ff. de acq. poſſ.
¶ Secundò quòd iſta diſtinctio nõ videat̃ procedere, oſtenditur:
quia ſi verũ ſit ꝙ excuſsio ſapiat æquitatẽ quatenus reſpicit in
tereſſe opponentis, & ꝙ tunc reiecta nõ cenſeatur, ergo nunquã
cenſebitur reiecta etiã ꝙ ſimpliciter opponat quis de diſcuſsio
2 ne, † qa opponens excuſsionẽ ſimpliciter, cenſetur eam oppo
nere omni modo & via ſibi vtiliori, nõ eo modo ꝑ quem diſcuſ
ſio cotrueret l. miles qui deſtinauerat. ff. de teſt. mili. facit text.
in l. quoties. ff. de verb. oblig. & in l. quoties. ff. de rebus dubijs.
¶ Similiter non videtur procedere reſponſio dñi Mollignati ꝙ
clauſula, Sola facti veritate inſpecta, ſolum tollat ſolẽnia diſcuſ-
ſionis, non eius ſubſtantiam, & ꝙ credendum non eſt doc. aliter
ſenſiſſe. nam parcat reuerentia ſua, quia deſtruit dictũ doc. nõ
autem interpretatur. doc. enim in contrarium alleg. clare loquũ-
tur, & dicunt excuſsionem non obſtare, & ꝙ opponi nõ poteſt.
ſed ſecundum interpretationem domini Mollignati obſtat &
opponi poteſt exceptio diſcuſsionis licẽt in eius probatione ad
veritatem tñ procedatur, itaq; dictum doc. clarum talem inter
pretationem admittere non poteſt. l. continuus. §. cum ita. ff. de
verb. obl. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. ¶ Quid tenẽ-
3 dum, placet mihi & ſemper placuit opinio ꝙ † reiecta non cen
ſeatur excuſsio etiam in cauſis in quibus proceditur ſola facti
veritate inſpecta quando agitur hypothecaria contra tertium
poſſeſſorem non obligatum, & qui ius hypothecæ ignorabat.
nam tunc negari non põt quin in tali poſſeſſore ignorante ſum
ma verſetur æquitas vt prius diſcutiatur principalis. Stante igi-
tur tãta æquitate, abſurdum eſſet dicere ꝙ clauſula, Sola facti ve
ritate inſpecta, tollat exceptionem in ſumma æquitate fundatã,
cum princeps legiſlator debeat æquitatis fautor eſſe. l. hac lege.
C. de pactis conuen. immo impropriantur verba, vt æquum ini
quo præferatur. l. ſcire oportet. §. aliud aũt, vbi Bar. & doc. ff. de
excuſa. tuto. Calca. in conſi. 120. col. 3. poſt med. & diſpoſitio
generalis reſtringitur, ne quid fiat contra æquitatẽ. Bal. in conſ.
434. Pactum inter locatorem. lib. 1. ¶ Soci. in conſil. 44. co-
lum. 4 in fin. verſi. & dicta verba lib. 1. Iaſ. in l. a diuo Pio. §. in vẽ
ditione. col. 3. ff de re iudi. & in l. ſi ſeruum Stichum. §. ſequitur
in ſecundo not. per illum tex. ff. de verb. obl. Amplius vbi libe-
rum arbitrium alicui conceditur, intelligitur æquitate tñ ſerua
ta. Bal. in conſil. 177. In eccleſia Regina. colũ. 2. poſt med. lib. 1.
¶ Secundò iſtam opi. ꝙ excuſsio in tertio poſſeſſore ſapiat æq-
tatem, & ꝙ reijci nõ debeat, etiã qñ proceditur ſola facti verita
te inſpecta, tenet Bal. in l. fi. §. ſed & quis. C. com. de lega. vbi ꝙ
arbitrator talem exceptionem diſcuſsionis reijcere non poteſt,
ſequitur Alex. in d. l. ſi conſtante, in prin. in vltima char. ff. ſolo.
mat. Dec. in d. l. fi. col. 4. ff. ſi cert. pet. in c. ex parte. 2. colum. 2.
verſi. quartus effectus, de offi. deleg. Et tamẽ conſtat ꝙ arbitra
tor procedit ex bono & æquo ſola facti veritate inſpecta, vt per
Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum colũ. 5. ff. pro ſocio, immo
arbitrator ſequi veritatem debet vndecunq; eam habere poſsit,
etiam per garritum auium. Hoſt. in c. quintauallis. de iureiurã.
Bal. in l. fi. C. de contrahen. emp. quod dictum refert & ſequitur
Iaſ. in conſi. 88. colum. 2. poſt med. lib. 1. Eandem opin. ꝙ clau
ſula, Sola facti veritate inſpecta, nõ tollat exceptionem diſcuſsio
nis fundatã in æquitate, tenet Crotus in d. l. conſtante. col. 44.
Dec. in d. l. fin. colum. 4. ff. ſi cert. pet. & in d. c. ex parte. de offi. de
leg. Cor. in d. conſil. 55. col fi. lib. 3. Feli. in c. 1. col. 18. verſi. & di
citur. de conſti. Geor. Nata. in repe. cle. ſæpe. de verb. ſignifi. quæ
Dec. allegat in d. c. ex parte. licẽt in hoc articulo Deci. variaue-
rit, & contrariũ tenuerit in conſi. 27. col. fi. verſi. 2. reſpondet̃.
hanc etiã opi. dicit cõem licẽt arguat in cõtrariũ Bal. nouel. in
trac. dotis, parte. 8. priuilegio penulti. vbi ꝙ in iudicio actio-
nis hypothecariæ circa dotem requirit̃ diſcuſsio, ſm doc. com-
muniter, cũ iudicium dotis ſit ſummarium & in eo procedatur
ex bono & æquo. & dicit Bal. nouel. ꝙ in deciſiuis nõ eſt recedẽ
dum ab hac cõi opi. & licẽt loquatur ſub dubio forte, tñ talis di
ctio nõ inducit dubitationem in d. doc. gl. in l. ſi duo. ff. de arb.
Imo. in conſil. 116. col. 3. ante med. Tertiò conſidero vltra alios
vnũ fundamentũ iudicio meo efficaciſsimũ. ſupra probatũ fuit
iſtã exceptionẽ diſcuſsionis fundatã eſſe in æquitate naturali re
ſpectu tertij poſſeſſoris hypothecã ignorãtis de tẽpore acquiſi
4 tionis rei. hoc ita ꝓpoſito dico † ꝙ licẽt exceptio diſcuſsionis
inuenta fuerit a iure ciuili, tñ quia fundatur iure naturali ſeu in
naturali æquitate, a principe tolli nõ poteſt. Abb. in c. q̃ in eccle
ſiarum, de conſti. & in c. per tuas. col. 10. de arbit. Calca. in conſ.
80. colum. 2. poſt med. Ripa in l. quominus. col. 3. ff. de flumini.
Si princeps talem exceptionẽ expreſſe tollere nõ poteſt, multo
minus dicendũ eſt, ꝙ tacite cenſeatur ſublata per clauſulam, So-
la facti veritate inſpecta l. qui ad certum. ff. loca. neq; generalis
diſpoſitio comprehendit quod impoſsibile eſt diſponenti. l. qa
nõ præſumitur quis in genere voluiſſe quod in ſpecie facere ꝓ
hibetur. l. quanquam. ff. de ritu nup. l. ſi pater. ff. de his q̃ in frau.
credi. l. Lucius. §. pen. ff ad municipa. c. a nobis, vbi Abb. in 3.
no. de ſenten. excom. c. tua. de decim. Bar. in l. ſi quia ſub condi-
5 tione, in fi. ff. de condit. inſti. ¶ Quartò † conſidero ꝙ iſta exce-
ptio diſcuſsionis poteſt opponi in vim dilatoriæ ante litem cõ-
teſtatam, poteſt etiam opponi poſt litem conteſtatam in vim
peremptoriæ. Signorol. de Homod. inter conſilia Bal. in conſi.
150. Caſus actualiter emergens. col. 1. lib. 5. Calca. in conſi. 29.
colum. 6. circa med. Guido Papæ q. 432. colum. 3. verſi. an hæc
exceptio. ſi poteſt opponi poſt litem conteſt. in vim perempto
riæ, ergo patet quòd nõ dicit̃ de apicibus iuris: quod ꝓbat̃, qa ſi
princeps, aut ſtatutũ tollat exceptiones, nõ tñ cẽſent̃ ſublatæ ex
ceptiones peremptoriæ, vt late ꝑ mod. in d. c. ex parte 2. de offi.
deleg. ſi ꝑ clauſulã Nõ obſtãte quacũq; exceptione, nõ cẽſet̃ ſub
lata exceptio perẽptoria, multo minus ꝑ clauſulã, ſola facti veri
tate iſpecta, q̃ nõ ita clare venit derogatiue ad exceptiões. ¶ Quin
6 tò conſidero † ꝙ exceptio diſcuſsionis dicitur de natura actio-

ſale

aut iudicij, ideo ſi fideiuſſor renunciat beneficio de fideiuſſori-
bus, opponere adhuc poterit exceptionē diſcuſſionis, quia ge-
neralis renunciatio nō trahitur ad ea quæ ſunt de naturā actus,
ita in excuſsione tradit Bar in l. 1. C. de côueni. fiſci debi. lib. 10.
Rom. in conſil. 24. Spectabilis col. 2. Idem in ſtatuto prohiben-
te aliquā exceptionem opponi, quod non cenſeatur tollere ex-
ceptionem diſcuſſionis, ea ratione ꝙ ſit natura actus, tenet Pa.
de Caſt. in conſil. 327. Clarū eſt col. 1. poſt med. lib. 2. Simili-
ter ſi promittit quis libere ſoluere & ſine aliqua exceptione, ad-
huc opponere poterit exceptionē diſcuſsionis eadem ratione:
quia eſt de natura actus, & quia talis exceptio friuola non dicit,
ita Rom. in conſi. 221. Allegationes. col. 2. verſi. ſed pro clariori,
ſequitur Feli. in c. cauſam q̃. verſi. nō obſtante. de reſcrip. ſi pars
renuncians exceptionibus & promittens libere ſoluere, nō cen-
ſetur renunciare excuſsioni: quia dicitur exceptio iuſta & rōna-
bilis ac de natura actus: ergo patet quòd nō dicitur de apicibus
iuris. Et ſi pars ita renunciando ſibi non pīudicat, multo minus
præiudicabit princeps, quia maiorē poteſtatē habet pars ī dero-
gando iuri ſuo quā princeps aut ſtatutū, nā poteſt quis donare
bona ſua & iuribus ſuis ad libitū renūciare, nō ſic pōt princeps
iura ſuū alij auferre, vt habetur in l. fi. C. ſi côtra ius vel vtil. pub.
& in c. q̃ in eccleſiarū, de côſt. ¶ Secūdò conſidero quod princeps
qui in reſcripto vſus ē clauſula, Sola facti veritate īſpecta, is eſt
qui tenetur ad legatū tanquā hæres (vt dicitur) legitimus, ideo
ſi intentio reſcribentis fuiſſet velle tollere diſcuſsionē, ſequeret
ꝙ voluerit recuſare ſolutionem debiti, & tertios poſſeſſores nō
obnoxios obligare. quod eſſet iniquum & ab omni rōne natu-
rali alienū. ſed nō eſt veriſimile quod princeps voluerit aliquid
iniquum, cum eius actus debeat eſſe ab oī malitia & diminu-
tione alienus. §. illud. in auc. conſti. q̃ de digni. Bal. in conſi. 24.
Ius abbatialis. lib. 2. & iniuria a principe maxime debet eſſe re-
mota. arg. l. ea facto ff. de vul. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot.
& æſti. l. meminerint. C. vnde vi. Iaſ. in côſil. 2. col. 7. poſt med.
lib. 2. & dicit Paulus Apoſt. ad Coloſſ. c. 4. principes quod iu-
ſtū eſt & æquū ſeruis præſtate, ſcientes ꝙ & vos Dn̄m habetis
in cœlis. Pīceps enim qui tenet ſupremā poteſtatē, debet ſerua-
re ſummā honeſtatē & ſummā æquitatem tanquā regulā, nā rō-
edi debet a capite Bal. in conſi. 19. Factū ſic proponitur. col. 3.
poſt med. lib. 4. ¶ Ex præmiſsis ſatis fundata probatur intētio
hominū Caſtiglioliarū, & ex eis côtraria ſublata. Ad q̃ tn̄ ſpecia-
lius reſpondeo quo fiat res clarior. Ad primū igitur quòd exce-
ptio diſcuſſionis bonorū dicitur de apicibus iuris & ꝙ ſublata
cenſetur ꝑ clauſulā, Sola facti ueritate inſpecta: rn̄deo, negando
quod dicatur de iuris apicibus, ſed de æquitate naturali vt ſupra
abunde probatū eſt. ¶ Secundò rn̄deo, quod poſset dici de apici-
bus iuris, qn̄ agitur côtra fideiuſſorē cui imputatur cur ſe obli-
gauerit pro alio, ſecus vbi agitur côtra tertiū poſſeſſorē ignorā-
tem ius hypothecæ & qui nullo modo ſe obligauit. argu. l. ſi fi-
deiuſſor. §. qui neceſſaria. ff. qui ſat. cog. ¶ Tertiò rn̄deo, quod
côtrariū nullo modo pōt procedere in caſu iſto, in quo apparet
ꝙ principalis eſt ſoluendo. apparet aūt ꝑ iuris ꝓſumptionē q̃ di-
citur probatio liquidiſsima. l. licet imperator. ff. de lega. 1. cū ibi
no. ius enim ꝓſumit quod princeps ſemper ſit ſoluendo. Bal. in
conſi. 363. Quæritur an ſi ꝑ officiales. col. 1. lib. 2. Iaſ. in l. ſcien-
dum, in prin. col. 5. ff. qui ſatiſd. cog ¶ Nō obſt authoritas Aret.
& Soc. ſupra in côtrariū alleg. quia de eis curandū nō eſt poſt-
quā rōnibus efficaciſsimis côuincunt. Præterea in caſu eorū plu-
ra côcurrebant ex quibus de excuſsione curandū nō erat, vt ēt
oſtendit Purpura. Similiter nō eſt curādū de authoritate Alex.
in d. conſil. 214. col. fi. lib. 6. quia arguitur ſibi contrarius ex his
q̃ ſcribit idē Alex. in d. l. côſtante. ¶ Neque curandū non eſt de
authoritate Rom. in conſil. 430. quem citat Dec. in d. l. fi. ff. ſi
cer. pet. addo eundē Roma. in conſil. 416. Pro dilucidatione,
in primo dubio. fundat ſe Roma. ꝙ exceptio diſcuſsionis dicit
de apicibus iuris & friuola: ſed idē Rom. in d conſil. 221, tenet
côtrariū, quod immo dicitur exceptio iuſta & rōnabilis de natu-
ra actus: & propterea quod nō includitur in generali renuncia-
tione exceptionū ēt quòd vltra renunciationē promittat quis
libere ſoluere. ¶ Iam côtra authoritatē doc. in côtrariū loquen-
tium: alij côſtāt doc. plures numero, pondere & arte pares, me-
lioribus efficacioribusq; rōnibus vtentes. ¶ Tangit etiā dn̄s Ca-
cia difficultatē, an diſcuſsio ſit neceſſaria qn̄ agitur hypotheca-
ria tacita legali pro legato: & concludit ꝙ ſic, poſt Bar. & doc.
in d. l. ſi conſtante, in ſecunda q. tertiæ q. princ. ff. ſolut. mat. Ad-
do Roma. in terminis legati in conſi. 189. Stante primo quæ-
ſito. ante fi. Sed vereor ne pars aduerſa alleget diſcuſſionem ne-
ceſſariam nō videri côtra fiſcū aut Principem, quam opi. videt
tenuiſſe Anch. in conſ. 294. Sed replicatur, ante fi. quod eſt repe-
titum in conſi. 317. Soc. in conſil. 46. col. 5. in fi. lib. 4. ¶ Sed præ-
miſsis nō obſtātibus contrariū puto de iure verius, quod immo
fiſcus diſcuti debeat, quia ēt quod fiſcus ſuccedat vniuerſaliter
7 alio titulo q̃ hæreditario, puta ex confiſcatione bonorū, ī tene-
tur tn̄ creditoribus: quia quaſi hæredes & hæredis loco hr̄. gl.
in l. non intelligit. §. cū ea cauſa, in verſi. pertinent. ff. de iure fi-
ſci. quā ꝑ ſingulari côme ndat Rom. in conſ. 73. Circa primum.
& in conſil. 93 Viſis. in quo conſi. 93. latè tenet diſcuſſionē con-
tra fiſcū eſſe neceſſariam. Idē tenet Bal. in conſil. 359. Quēad-
modum Imperator. col. 2. lib. 3. Pau. de Caſt. in d. conſi. 327. Cla-
rum eſt. col. 1. poſt med. lib. 1. Idē Pau. Rom. Ale. & Mod. in d. l.
fi. vbi Dec. col. 3. poſt med. ff. ſi cer. pet. Calca. in conſi. 68. col. 2.
ante med. ex quibus patet hanc opi. eſſe côem. ¶ Nec obſt. opi.
Anch. in d. conſi. 294. & in d. conſi. 317. quia Ancha. loquit con-
tra côem opi. præterea Anch. mutauit opin. & contrariū tenuit
in conſi. 322. Viſa dicti facti narratione. col. 2. poſt med. vbi di-
cit ſe mutare conſiliū exēplo beati Auguſtini in c. certe. 12. q. 1.
Eodem modo rn̄detur ad authoritatē Soc. in d. conſi. 46. col 5.
in fi. lib. 4. Aliter ēt rn̄deo ꝙ Anch. & Soc. loquuntur qn̄ fiſcus
non eſt hæres, ſed tn̄ poſſeſſor bonorū condemnati ex confi-
ſcatione bonorum. Sed quæſtio noſtra loquitur in alijs termi-
nis. i. in Principe hærede ſui prædeceſſoris, & ſic habente patri-
monium ſeparatū ab ærario fiſcali. Princeps enim habet duplex
patrimonium, priuatum, & fiſcale, iuxta no. in l. 1. & 2. C. ſi ad-
uer. fiſcum tradit Imol. in conſi. 35. col 6. circa fi. & col. 8. in fi.
Ale. in conſi. 6. col. 2. lib. 4. ¶ Ex alio etiam capite moleſtati non
poſſunt homines Caſtiglioliarum actione hypothecaria, qui tu-
ti ſunt præſcriptione decem annorum, & vltra, quæ ſufficit in
actione hypothecaria, vt latè per dn̄m Caciā. idem tenet Iaſ. in
§. item Seruiana. col. 20. in fi. nu. 1. 123. inſtit. de actio. Nec vr̄ cu-
randum de opin. Ale. in conſ. 55. col. fi. li. 5. vbi quod non currit
præſcriptio in hypothecaria ante factā diſcuſſionē, quia miran-
dum eſt qūo tantus doc. ita auſus ſit loqui, motus falſo funda-
mento, ꝙ ante diſcuſſionem agi non pōt hypothecaria, & ꝙ nō
valenti agere, non currit præſcriptio: nam argm̄ procederet ſi
ēt creditor non poſſet excuſſionē facere: ſed cū facere poſſit ex-
cuſſionē, & ea facta hypothecaria agere, non procedit dicta re-
gu. pro quo adduco Fel. in terminis. in c. ex tranſmiſſa, col. 1. de
præſcrib. vbi ꝙ reg. l. fin. C. de anna. excep. ꝙ non valenti agere,
non currit præſcriptio, non procedit in eo qui poterat impedi-
mentum amouere, & non amouit, ſed impedimentum excuſ-
ſionis non factæ amoueri poterat faciendo excuſſione, ergo &c.
Ideo Ale. rectè fecit mutando opi. ꝙ immo currat præſcriptio
hypothecaria ante factam diſcuſſionē. ita tenet Ale. in conſil.
220. in fin. lib. 6. ¶ Quinimmo cum homines Caſtiglioliarū cām
habeant a Principe, ſufficere vr̄ præſcriptio quatuor annorum,
iuxta l. bene a Zenone. C. de præſcrip. quæ lex locum habet etiā
in Ducibus, & Marchionibus. vt ꝑ Bal. in conſi. 359. Quemad-
modum Imperator. lib. 3. Rom. conſil. 59. ſequitur Iaſ. in conſil.
227. col. 10. lib. 2 addo Feli. in c. cū nobis. col. 2. verſi. tertia de-
claratio. de præſcrip. vbi ſequitur Rom. in d. conſil. 59. Addo ēt
Corn. in conſi. 219. col. pe. li. 1. & in conſi. 127. col. 1. in fi. verſi.
ꝙ & 2. vr̄ ex alio probari. lib. 2. vbi loquitur. Cor. in terminis.
d. l. bene a Zenone. & ſequitur Bal. & Rom. in d. conſ. Marchio
enim idem poteſt in ſuo Marchionatu, quod Imperator in ſuo
Imperio. vt dicit d. Cacia allegando Pau. de Caſt. Alexand. &
Decium. & ego aliās dixi in conſi. 135. col. 2. Addo Feli. in d. c.
cum nobis, col. 3. verſi. 3. declaratio. de ꝑſcrip. Curt. Iuniorē in
ſecunda parte trac. feud. char. 17. in 2. q. prin. Brunum Aſten. in
conſi. 45 col. pe. poſt med. Purpura. in rub. ff. de iuriſd. omn. iud.
col. 3. & in l. Imperium. nu. 151. & ſeq. eo. tit. & quod d. l. bene
a Zenone locū habeat in Marchione adduco Calc. in conſil. 26.
col. 4. in fi. vbi ꝙ ſicut inſtantiæ tp̄s non currit coram Papa, aut
Imperatore, ita nec corā alio Principe habente iura regalia ex
priuilegio aut conſuetudine, tanti temporis, cuius initij memo-
ria nō extat in côtrariū. & ſic vult ꝙ diſpoſita in Papa, aut Im-
peratore locum habeant etiam in alio inferiore habente iura re-
galia, ergo diſpoſitio. d. l. bene a Zenone, locum habebit etiā in
Marchione habente iura regalia. Quod maximè obtinet: quia,
quicquid ſit de iure, nō permittūt tales Principes inferiores di-
ſputari de poteſtate eorum: & ſi quis vellet diſputare eſſet renā-
gare mundum. ita Bald. in conſi. 262. Recolo. colum. 2. lib. 1, qd̄,

eſt repetitum in conſi. 456. lib. 5. ſatis eſt igitur ꝙ ita de facto
obſeruetur,& talis obſeruantia facti pro iure habetur. gl.fi.in l.
qui habebat.ff.de mann.teſta.cũ ſim.vt ꝑ Ale. in conſi. 107.col.
6.verſi.bene facit, li. 1. Dec.in l.1.in prin. col.4. ff.quod quiſq;
iuris.Curt.Iunior in conſi. 173.col.1.Ideo Bartol. in conſil.81.
Martinus Forniconis. col.1. dicit ſe nolle ſcribere de poteſtate
ſtatuenriũ:quia facti obſeruantia ſe habet, vt quod ciuitates faciunt,obſeruetur. Nec puto iudices ſaplẽriſſimos, qui huic ipſi
qõni præſunt,aliter iudiciũ dicturos,cũ in re etiam dubia poteſtatẽ Principis ampliatã eſſe oporteat, iuxta l. fi. ff. de conſtitu.
prin.cũ materia. ¶ Nõ ignoro quòd Iaſ.in hoc articulo fuit ſibi
cõtrarius:nã ꝙ d.l.bene a Zenone, ſolũ habeat locũ in Imperatore,voluit idẽ Iaſ. in conſil.167. col.2. lib.2.ſequendo Abb. in
conſi.3.q.17.li.1.vbi Abb.voluit nõ procedere illam l. in Rege
Franciæ. Abbatem ẽt ſequitur Dec in conſil. 357. col.pen.ad fi.
Cur.Iunior in conſi.142 col.fi.in conſil.174.col.pe.& in conſi.
vltimo.col.pe. Idem tenet Cur.Senior in conſ.51.col.pe. qđ eſt
conſi.Collegij.doc. Bononiæ. ſed magis placet præcedens opi.
¶Infertur ex præmiſſis, aſſertis poſitionibus reſpondendũ non
eſſe:quia obſtant duæ exceptiones impediẽtes litis ingreſſum.i.
diſcuſſionis,& ꝓſcriptionis,cuius probatio in promptu ſit & offerri poterit,iuxta not.per doc.in l.fratres. C.de tranſac.in l.fi.
vbi Dec in decimo no.C.de edic.diui Adri.tolleo.maximẽ,quia
hic duplex currit præſcriptio communis.ſ.annorum decem; &
ſpecialis altera, de qua i d.l.bene a Zenone,ob id geminata pręſcriptio fortius debet operari. l. Baliſta. ff. ad Trebel. cum ſim.
Sauiliani 6. Octob. 1545. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I.V.D

S V M M A R I V M.

1 *Diuiſio bonorum communium quare ſit introducta,*

2 *Læſio corporis præfertur læſioni pecuniarum.*

3 *Cauſa proxima & immediata magis influit, quàm remota, & mediata.*

4 *Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur.*

5 *In rebus nouis nouum eſt remedium & conſiliũ adhibendum.*

6 *Promiſſio de non offendendo aliquem,intelligitur niſi fiat offenſio ex cauſa de nouo ſuperuenienti.*

7 *Pro bono pacis licita eſt diuiſio iam facta retentari, & aliã de nouo haberi.*

8 *Diuiſio dicitur alienatio,licèt neceſſaria.*

9 *Decretum iudicis reſpiciens perſonam pupilli extenditur in conſequentiam ad bona ſita extra territorium.*

10 *Pro bono pacis, & ob publicam vtilitatem poteſt Princeps res priuatorum auferre.*

CONSILIVM CCLXIIII.

¶Pro quibuſdã magnificis dominis Marchionis Saluciarum.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Quidam
fratres magnifici diuiſerunt bona feudalia cõia;
deinde ea ſic diuiſæ diutius tenuerunt ac in ꝑſentiarũ tenent eorũ hẽdes: planè,quia ſingula caſtra
ſingulis fratribus adiudicata nõ ſunt, ſed ſingulis
caſtris ſinguli portionẽ habent, officialeſq; cões habent,& iuriſditionis vſus cõis eſt, licèt cõmoditas inter eos diſtribuatur;
odia & contentiones inter ipſos conſortes ferè conſtant,ob quã
ipſam rẽ ſubditorum res peſſimè agi dr ſimul cũ negocijs ipſorũ dñorũ.quæ cũ ita ſint,quæritur, an audiatur aliquis condominorũ deſiderans diuiſionẽ ex integro fieri ꝑ quã odij,& rixæ
oĩs ceſſet occaſio, petendo ſingula caſtra ſingulis adiudicari.
¶In præmiſſa cõnſultatione videretur prima fronte dicendũ;
diuiſionẽ ſemel factã reuocari non debere: quia contractus ab
initio ſunt voluntarij,ex pòſt neceſſarij,l.incõmodato. §. ſicut.
C.de actio.& oblig.& in l.diuiſionis.ff. de pactis,arguendo a cõtrarijs.Immo reiterari non debet diſpoſitio hominis,quę ſemel
validè facta eſt,ẽt ꝙ effectũ ſortita nõ ſit.Bal.in l.vnica in quarta.q.C.de his quæ pœnæ nomi.quod dictũ pro not.refert & ſequitur Soc.in l.hæc cõditio.j.in vlt.no.ff. de condi.& demõ.habetur in l.q per ſalutẽ.ff.de iurein. multo minus vr retractanda
diuiſio quæ nõ ſolũ validè & efficaciter habita eſt,ſed effectum
ẽt ſortita ſit & longo tpe obſeruata, ob quã obſeruantiã tanti
tpis difficilius debet reuocari.c.cõtingit, extra de tranſactio.facit reg.iur.li.6.¶Sed præmiſſis non obſtantibus, contrariũ puto de iure verius & æquius, ſi vera ſunt quæ in facto proponuntur,quòd ex tali diuiſione naſcantur per ſingulos dies odia, diſ-
ſenſiones, incommoda & pericula, tàm dominorum, ꝙ ſubdi-
1 torum. † nam diuiſio bonorum communium ad hoc inuenta
eſt,vt per eam ceſſent odia & diſcordiæ; quæ generari ſolẽt ex
communione.l.in re cõi.ff.de ſerui. vrba.præd.l.com pr. §.dulciſſimis.ff.de leg.2.l.ſancimus.§.ſin autem. ff.de dona. & qđ no.
in c.qui. de vita & hone.cler.ideo ſi ex diuiſione non modo nõ
ceſſent inuidiæ & diſcordiæ,ſed ex ea generentur, illa rata haberi non debet, vt idẽ operetur oppoſitum in oppoſito, quòd
propoſitũ in propoſito. l.fi. §.fi. ff.de lega.3. l.& ſi contra.ff.de
vulg.cum ſim. ¶ Secundò non eſt dubiũ quod ſi talis diuiſio cõtineret enormẽ læſionẽ vltra dimidiam iuſti pretij quod reuocari poſſet remedio.l.2.C.de reſcin.vend. maximẽ qñ læſio vltra dimidiam valde eſſet exceſſiua: quãto fortius reſcindi debet
talis diuiſio,qñ continet læſionẽ in anima & corpore ꝑꝑ odia;
diſcordias & rixas,quæ animas æque & corpora lædunt? de aĩa
quod lædatur ex odio, habetur Matthæi. c. 5. Audiſtis qꝛ dictũ
eſt antiquis, Non occides,qui autem occiderit,reus erit iudicio:
ego aũt dico vobis: qꝛ oĩs qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. & pſal 43. Saluaſti enim nos de affligẽtibus nos,& odientes nos cõfudiſti. De corpore quod lædatur ex diſcordijs clarius
patet experimento rerũ ꝙ vt probare oporteat: iã & bona ipſa
per diſcordiã decedũt, iuxta illud: Cõcordia paruæ res creſcũt,
diſcordia maximæ dilabuntur. Si ꝑꝑ læſionem in pecunia tãtũ
contractus reſcinditur,quanto fortius; vbi læſio accedat in anima,corpore,& bonis? Anima enim corpori præfertur & rebus
cunctis. l.fi.C.de ſacroſ. eccl.c.Matthæus,de ſimonia.c.niſi.in fi.
de renũcia.c.cũ infirmitas, de pœniten.& remiſ.c.præcipimus.
2 12.q.1. † ſimiliter ꝑfert læſio corporis læſioni pecuniariæ. l.in
ſeruorũ ff.de pęnis.¶Sed dicet aliquis,Iſta lęſio debet adeſſe de
tpe contractus, vt contractus reſcindatur ex capite læſionis. l.ſi
volũtate.C.de reſcin.vend.l.2.§.diui.ff.de iure fiſci. c.ad aures l.
vbi gl.fi.de rebus eccle.nõ alie.c.cũ dilecti, vbi gl. 2. de empt.&
vend.¶Rñdeo,quòd iſta læſio fuit cauſata tempore diuiſionis:
quia ille modus diuidendi fuit cauſa talis læſionis: ſi enim facta
eſſet diuiſio per adiudicationẽ ſingulorum caſtrorum ſingulis
dominis,læſio oĩs ceſſaret,ob id cum proceſſerit, & procedat læſio ex cauſa illius diuiſionis, cauſata dr læſio ex ipſa diuiſione
inſpiciendo cãm primam,prout inſpici debet: quia oĩs proceſſio eſt ex prima cauſa, & prima cauſa magis influit in cauſatum
ꝙ ſecunda: qꝛ ſecũdæ cauſæ ſubalternant primæ. Philoſo.5.metaphyſi.c. ſi cui,de præben.lib.6.c.& hic diximus. 16.q.7.c.ſic
itaq; de pœniten.diſtin.4.Cald.in conſil. 4. in tit. de locato.Iaſ.
in l.clam.poſſidere,in prin.in 5.no.ff.de acqui.poſ. ¶Et ſi dicatur,illa diuiſio non fuit cauſa læſionis, ſed occaſio, & ſic cauſa
remota: cauſa enim prima læſionis fuit diſcordia fratrũ & dñorũ, & ſic animorũ intemperies,quæ occaſio aut cauſa remota attendi non debet.l.ſociũ qui.in eo.ff.pro ſocio. l. pe.ff.de condit.
ob turpem cau.l.cũ de hoc.ff.de except.rei iudic. l. ſi mulier.ff.
3 rerũ amo Bar.in l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff de vulg. †Cauſa
enim proxima & immediata magis influit ꝙ remota, & immediata.l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg ideo potẽtior dicitur
cauſa immediata.Old.in conſ.25.Anch in cõſi.3 ... ¶Ad iſtud
reſpondeo, quod inſpicitur cauſa proxima tanquam dignior &
potentior,vt ab ea fiat denominatio, & vt actus attribuatur cauſæ proximæ, non tñ excluditur cauſa remota in materia damni
& læſionis, quin habeatur rõ læſionis prouenientis & ex cauſa
remota,vt probatur in l.qui domũ.ff.locati. in l.1.§.ex incẽdio.
ff.de incen.rui. nauſr. & in c. de cætero. de homicidio. & iſtud
4 eſt quod dr, ꝙ † qui occaſionẽ damni dat, damnum dediſſe vr.
l.qui occidit.§.pe. ff.ad legẽ Aqui.Nõ dico ꝙ diuidẽtes haberẽt
propoſitũ maliuolũ,cũ operã darent rei licitę, nec putarent futuros inter ſucceſſores odia & diſcordias exerceri.Dico tñ ex tali diuiſione re ipſa inductã læſionẽ ceſſante dolo; quæ læſio re
ipſa ęquiparatur lęſioni quę inducit ex ꝓpoſito, vt habet in l.
ſi quis cũ aliter.ff.de verb.obl. ¶Secundo tñ deo, ꝙ licèt talis læſio nõ ſubeſſet tpe diuiſionis, ſatis tñ vr ꝙ ſuperuenit ex poſt:
& regula ꝙ conſideratur tempus contractus,videtur procedere
in læſione pecuniaria tñ, & ipſorum contrahentium: ſecus in
lęſione quę pertinet non ſolum ad pecuniæ diſpendiũ,ſed animę & corporis periculũ reſpicit: nã tunc militat alia & fortior
5 regula,ꝙ ea ꝙ de nouo emergunt,nouo indigẽt auxilio. & † in
rebus nouis nouũ eſt remediũ & cõſiliũ adhibẽdũ. l.de ætate.§.
ex cauſa.ff. de interro.actio.cũ ſim. ibi in gl.alleg.facit text. in l.
planè,in fi.ff.vt in poſ.leg. vbi ſuperueniente inopia inopinata,
cautio quę remiſſa erat ꝑſtari debet. Ad idẽ tex.in l.contra.§.de ſi
cientium.

ciētium.ff. de munet.& hon.vbi pp paupertatē ſuperueniētem
muneta publica remittuntur. Similiter ex cauſa de nouo ſuper-
uenienti receditur a priuilegio licèt diutius obſeruato.c.ſugge
ſtum de decimis. Ex cauſa ēt de nouo ſuperuenienti receditur a
lege aut cōſtitutione q̄ tendit ad noxam.c.nō debet, de cōſang.
& afū.c.ſtatutū,de reſcr.lib.6. Recedit etiā a diſpoſitione teſta
toris ex cauſa de nouo ſuperuenienti, ſi cōtingat mutatio mo-
rum in deterius.l.in cōfirmando,cum l.ſeq.ff.de admi.tuto. l. ſi
plures.§.quāuis.ff.de admi. tuto. ¶Nec dicat, præmiſſa nō pce
dere in cōtractibus maximè iuratis, a quibus nō videt̄ recedēdū
ex cauſa de nouo ſuperuenienti, quaſi ius quæſitū ex contractu
videat̄ fortius,quod ēt a principe tolli non pōt, vt habet̄ in l.ſi.
C.ſi contra ius vel vtil.pub.& in ca. q̄ in eccleſiarū,de cōſti.quia
rūdeo idē eſſe in cōtractibus ēt iuratis,in quibus cauſa de nouo
ſuperueniens videt̄ excepta.l.ſi.ff.qui ſatiſ.cog.l.ſi.C.de ſpōſal.
c.breui,& c.quēadmodū,de iureiu.& in pac.& conuentionibus
eſt text.in l.tale pactū.§. ſi.ff.de pac.l.ſi cū Corn. ff.de ſolutio.l.
q ſeruū.ff.de verb. obl. q̄ iura ad hoc citat Anch. in conſi. 84.
Dn̄a Azolina. col. 2. Tradunt Alex. & Mod. in d. l. qui ſeruum,
6 vbi ‖ pmiſſio de non offendēdo aliquē, intelligit̄ niſi fiat offen-
ſio ex cauſa de nouo ſuperuenienti, puta ſi banniat̄ is cui pmiſ-
ſum ſit ſtante ſtatuto q̄ bannitus impune offendi poſſit. Ad idē
& magis in terminis adduco quod pulchrè ſcribit Anch. in con.
402. Pluribus rōnibus. vbi ſi quis conduxit gabellam cum ſuis
cōmodis & incommodis, & promiſit remiſſonē mercedis non
petere rōne alicuius damni emergentis, dicit Anch. q̄ ſi contin
gat damnū enorme, peti poterit remiſſio nō obſtante tali pro
miſſione, in qua non cenſet̄ cogitatū de dāno tam enormi. &
loquit̄ Anch. qn̄ Papa agebat in loco contractus, deinde ab eo
receſſit, ob cuius receſſum cōmodū gabellæ maxime fuit dimi-
nutū. Et q̄ contrauenire quis poſſit eius pmiſſioni ex cauſa iu-
ſta de nouo ſuperuenienti, tradit Soc. in conſi. 215. col. ſi. lib. 2.
Dec. in conſil. 335. colum. 2. circa primū. hoc ita præſuppoſito
quòd licitū ſit cōtrauenire pmiſſioni iuratæ ex cauſa de nouo
ſuperueniēti, & q̄ iuſta cauſa cōtraueniendi ſit damnū enorme
emergens ea mutatione tēporis, pſonarū vel rerū: cui dubiū q̄
in caſu iſta cauſa contraueniendi diuiſioni iam habitæ pluſquā
iuſta ſuperuenit, videlicet non ob damnū pecuniariū tm̄ fugien
dum, quod p'upponit̄ nō mediocre, verū vt animarū & corpo-
rū ſalus in diſcrimē nō vocetur, & ſubditorū quies in periculo
non fiat. Illud arbitror. ſi caſus iſte Anchara. aut doctori alicui
propoſitus eſſet, audacius & facilius cōſiliū dediſſet q̄ in caſu d.
conſi. 402. In qua te conſidero q̄ hic agitur de fauore pacis &
quietis tā ipſorū dn̄orū, quā ſubditorū, cuius pacis commodo
multū aduerſatur pluralitas dn̄orū in eiſdē caſtris. Immo mon-
ſtrū videtur q̄ in eodē caſtro plura ſint capita, ſicut videmus in
corpore humano. l. non ſunt liberi. ff. de ſtat. homi. vnde Dn̄s p
Ezechie. dicit, Seruus meus Danid rex ſup eos erit, & paſtor vn'
erit oīum illorū. Ponderandum eſt, paſtor vnus. & q̄ pluralitas
dn̄orū ſit pernicioſa in eodē caſtro aut in eadē adminiſtratione,
probatur in l. 2. §. deinde, quia difficile. ff. de orig. iur. & in l. 4.
§. apparet. ff. de ami. tut. pulchrè tradit Old. in conſi. 94. colū.
3. ſed videmus q̄ vbi agitur de fauore pacis receditur a reg. iu-
ris cōis. c. 2. de deſpon. impub. vbi quòd valet matrimoniū nō
obſtante impedimento ætatis fauore pacis, & multos caſus in
quibus relaxantur pcepta iuris fauore pacis, enumerat Rom. in
conſi. 335. in vltimo dubio. uidemus etiā q̄ fauore pacis, mi-
nor etiā læſus non reſtituitur in integrū aduerſus contractū pa
cis. Bal. in l. 1. ff. de integ. reſti. ſequitur Dec. in l. pactū curato-
ris, in ſi. C de pac. ergo vbi fauor pacis deſiderat reſtitutionem
aut reſciſſionē contractus concedi, illa concedi debet vbi alias
non concederet̄, vt contrariorū eadē ſit diſciplina. l. 1. ff. de his
qui ſunt ſui vel alie. iur. Et pfecto ſi receditur a pactis & conuē
tionibus ea cauſa iuſta de nouo ſuperuenienti, vt ſupra probatū
eſt; neſcio videre q̄ cauſa iuſtior ſit recedendi quàm fauor pacis.
¶Tertiò rn̄deo ad d. l. ſi voluntate. C. de reſcin. vend. & alia iu-
ra ſupra alleg. q̄ in eis ceſſat iuſta cauſa & æquitas reſcindendi
cōtractū ex læſione pecuniaria ſuperueniēti, qa poſt pfectū cō
tractū emptionis & venditionis aut aliū ſimilē, omne periculū
ſpectare debet ad emptorē, qa etiā cōmodū ad eū pertinet. §. cū
aūt. inſti. de emp. & ven. Quæ rō cōmodi & incommodi hic ceſ
ſat, quia agitur hic de cōmodo pacis animæ & corporis, in qua
re de cōmodo tm̄ diſputare nō licet, qa animæ & corporis ſalus
deſideranda eſt, nō ēt pernicies. Amplius in caſu Anch. in d. cōſ.
402. cōmodū gabellæ ſpectabat ad conductorē, & non incom-
modū illud tā enorme, qa de tali enormitate nō cenſetur cogi-
tatū: a fortiori in caſu noſtro nō vr̄ obſtare rō cōmodi: qa de in-
cōmodo loqui nō licet, cū (vt dictū eſt) nō agat̄ de re pecunia-
ria tm̄. ¶Quartò rn̄deo, q̄ dicta iura procedūt, qn̄ dominiū, aut
ius alicuius rei totaliter transfertur in aliū, & ob id periculum
omne ēt cenſetur tranſlatū: ſed hic iuriſdictio nō fuit in alium
trāſlata p diuiſionē, immo remanſit cōis & eius exercitium cōe
remanſit: qa officialis ius reddit nomine oīum, licèt cōmoditas
inde pueniēs diuidatur, & ea hac cōione iuriſditionis ſeu eius
exercitij, incōmoda & mala ſequuntur plurima, qbus non aliter
aut nō æquè cōmodè puideri & occurri pōt atq; facta diuiſio-
ne, p quā ſingula caſtra ſingulis adiudicent̄ cū eorū territorio
& iuriſditione. Quæ diuiſio ita ab initio habēda erat, vt in iure
pbatū eſt p Magnificū præſidē Ducalē dn̄m Nicolaum Balbū,
p tex. in §. familiæ. inſti. de offi. iu. ibi ſingulas res ſingulis hære
dibus adiudicare debet. & per tex. in l. 2. C. quan. & quib. quar.
pars. li. 10. vbi Bar. Io. de Pla. & Lucas de Penna. addo Alexan. in
conſ. 55. col. pe. verſ. pterea, in caſu. lib. 5. vbi qū ſunt plura ca-
ſtra cōia plurium dn̄orū, diuiſio iuriſditionis fieri debet, vt ſingu-
la caſtra ſingulis dn̄is adiudicentur cum ſua iuriſditione ſepa-
rata, nec tunc debent cogi, vt vtant̄ iuriſditione alternis annis.
7 ¶ †Ex pmiſſis plenè ſatis (opinor) fundata eſt intētio & conclu-
ſio, q̄ pro bono pacis licitū ſit diuiſionē iam factā retractari, &
aliā de nouo haberi. Solū reſtat ad cōtraria rn̄dere, ad quæ ſatis
ex pmiſſis tn̄ ſum apparet, tn̄ ad maiorē declarationē reſpōdeo
in ſpecie. Et ad primum, q̄ contractus diuiſionis ab initio ſit vo
luntarius ex poſt neceſſarius, & q̄ reuocari non pōt: fateor re-
bus & terminis ſtantibus prout erat de tpe diuiſionis, ita q̄ ma
lū nullū inde ſequatur: nā quęlibet diſpoſitio recipit tacitā īter-
pretationē rebus & terminis ita ſtantibus: ſecus ſi cōtingat mu-
tatio aliqua, p quā a tali diſpōne recedi oporteat. l. qđ Seruius.
ff. de cōdi. ob cau. l. quæro. §. inter locatorē. ff. locati. d. c. quead-
modum. de iureiu. cū ſim. vt p Mod. in d. l. quod Seruius. ſed hic
mutatio maxima ſecuta eſt. ſ. odia, inimicitiæ, & riæ inter ſo-
cios & cōſortes iuriſditionis, ex qbus & ipſorū cōſortū, & ſubdi
torū, quies nō mediocriter cōturbatur, & ſcādala iam interſue-
rint de qbus ēt grauioribus dubitet̄. Cōſtat aūt quòd vbi ſuſpi-
cio eſt ſcādali, recedit̄ a reg. iur. cōis. c. qm̄, de iure patr. Et rōne
ſcandali vitandi debet, quis abſolui a iuſo ēt licito. Old. in conſ.
95. col. pe. in ſi. p tex. in c. authoritate. 15. q. 6. Immo mala tole-
rant̄, vt ſcādala grauiora fugiant̄ hinc tolerant̄ meretrices. glo.
in c. inter opera, in gl. 1. de ſpōſ. Iaſ in l. 1. col. 12. C. de ſum. Tri.
& fide catholi. Et in terminis diuiſionis, q̄ permittat̄ rōne vitā-
di ſcandali, vbi aliàs nō permitteretur, tradit Alex. in d. conſ. 7.
col. 2. in ſi. verſ. 6. probatur, lib. 5. ¶Aliter ēt rn̄deo ad pmiſſa, &
dico q̄ per inſtra mihi exhibita non vidi habitā fuiſſe diuiſio-
nē aliquā circa iuriſditionē, ſed circa caſtra tm̄ reſpectu ædifi-
8 ciorū & aliorū corporaliū, † quæ diuiſio circa corporalia ad iu
riſditionē extendi nō pōt: qa diuiſio dr̄ alienatio, licèt neceſſa-
ria. l. Iulianus. §. idem Celſus. ff. de act. emp. l. ſi pupillorum. in
prin. ff. de rebus eorū. l. cū hi. §. ſed ſi pluribus. ff. de tranſa. Bart.
in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. obl. ſed in generali alie-
natione non venit iuriſditio, niſi dicatur. Bal. in conſ. 238. Factū
ſuper quo. lib. 4. & in conſ. ſeq. ſimiliter non venit iuriſditio in
gn̄ali conceſſione. Bar. in conſ. 59. Cōe Spoleti. col. 1. nec venit
iuriſditio appellatione bonorū rerū vel ſubſtantiæ. Bald. in l. da
ta opera. col. 17. C. qui accu. non poſ. quod Bal. dictum refert &
ſequitur Iaſ. in conſ. 146. col. 5. poſt med. lib. 2. & licèt videan-
tur diuiſi ſubditi p diuiſionem locorū ſeu contratarū, vt dici-
tur, in qbus habitant ſubditi, tū nō legitur diuiſum totū territo
rium ipſorū caſtrorū: iuriſditio aūt dicitur cohærere in toto ter-
ritorio nō in aliquibus locis particularibus tm̄, aut ī territorio
particulari. Iaſ. in conſil. 57. col. pen. lib. 3. ¶Hoc ita pſuppoſi-
to q̄ iuriſditio ſi dicat̄ adhuc indiuiſa, & cōis reſpectu vniuerſa
lis territorij, nō eſt dubiū quin peti poſſit illius diuiſio, quia ēt
iuriſditio eſt diuiſibilis reſpectu pprietatis in feudis inferiorib.
vt per Ale. latè in d. conſ. 55. lib. 5. ob id ſi iudex adhibitus ſuper
diuiſione nō videat cōmodè eā diuidi poſſe ad vtilitatē & quie
tē dn̄orum & ſubditorum, niſi ſinguli domini ſeparatim iuriſdi
tionem exerceant ſingulis caſtris, vr̄ quòd ipſa caſtra ad eū mo-
dū iure & æquitate magis approbatū, vt ſupra viſum eſt, poſſit
diuidere. ¶ Nec eo mō dr̄ principaliter contrauenire diuiſioni
iā factæ, ſed in cōſequētia diuiſionis iuriſditionis. multa aūt p-
mittunt̄ in ɔ̄ńam, q̄ principaliter & de p ſe fieri phibent̄. l. 1. ff.
de auto. tuto l. 1. §. illud. ff. de vi & vi arm. hinc videmus q̄ va-

let pactum iuratum de non ſuccedendo, licèt in conſequentiam
contineat pactum de ſuccedendo quo ad alios non renuncian-
tes, vt habetur in c. quamuis de pac. lib. 6. Deci. in conſil. 31.
9 col. 5 circa med ¶ Similiter decretum iudicis reſpiciens perſo
nam pupilli extenditur in cõſequentiam ad bona ſita extra ter-
ritorium. l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eorũ. l. propter litẽ. §.
licèt. ff. de excuſ. tut. Barto. in l. pupillo. ff. de tuto. & cura. da. ab
his. Roma. in conſi. 39. colũ. 2. Similiter Papa diſpenſando ſuꝑ
voto, in conſequentiam præiudicat tertio vbi principaliter præ
iudicare nõ poſſet. gl. Inn. & doc. in c. 2. per illum tex. de voto.
Dec. in c. quæ in eccleſiarũ. col. 12. verſ. præterea ſecundo, de cõ-
ſtit. Iaſ. in conſi. 93. in fin. lib. 1. Similiter videmus ꝙ inducta ad
vnũ effectum, operanẽ alium effectum venientem in cõſequẽtiã.
Imo. in conſil. 35. colũ. pen. circa med. ideo licèt fiat diuiſio ad
effectum iuriſdictionis tm̃, illa tñ operari poterit alium effectũ
diuiſionis caſtrorũ venientẽ in ꝯñam diuiſionis iuriſdictionis ſi
aliter cõmode iuriſdictio diuidi nõ poſsit. ¶ Nec dicaẽ diuiſam
videri iuriſdictionem ſaltẽ ex ꝑſcriptione longiſsimi tẽporis ꝑ
quod ipſi dñi iuriſdictione ſeparatim vſi ſunt, cõſtituẽdo officia
les ſeparatim alternis annis & percipiendo ſeparatas portiones
cõmodorũ peruenientium ex ipſa iuriſdictione: quia dico ꝙ ex
talibus actibus nõ inferẽ ad diuiſionẽ iuriſdictionis reſpectu ꝓ-
prietatis. patet, quia officiarij cõſtituti ꝑ alterũ ĩ ea dñis, iuriſ-
dictionẽ ſemper exercuerunt cõi nomine oium dñorũ qui vſus
nomine cõi aperte repugnat diuiſioni. ¶ Secundò rñdeo, ꝙ talis
diuiſio iuriſdictionis, ſi diuiſio dici poſsit ſolũ reſpicit vſum &
cõmoditatẽ iuriſdictionis, nõ eius ꝓprietatẽ, poſtquã alternis an
nis cõſtituerunt officiales: nã ſtante diuiſione in proprietate, nõ
poſſet vnus officiales coſtituere pro oibus caſtris, & in toto ter-
ritorio, ſed in parte tm̃ & licèt conſtituat quis officiales alternis
tm̃ annis, ſatis tñ eſt ꝙ eo anno quo cõſtituit, in ſolidum & quò
ad oĩa caſtra & territoria conſtituit. q̃ ipſa res apertiſsimè repu
gnat diuiſioni. Cõſuetudo igitur aut præſcriptio circa vſum, ad
proprietatẽ extendi non põt, cũ dicatur ꝑſcriptio ſtrictiſsimi iu
ris. l. j. §. Iulianus. vbi Bar. ff. de itin. actuq; priua. c. cum olim, de
præſ. c. cũ cõtingat, de decimis cũ ſim. Videmus in ſim. quòd vbi
plures fratres ſimul habitant & viuunt, licèt videanẽ cõmunica
re fructus bonorũ, non tñ eorũ proprietatẽ. l. cũ duobus. §. ſi fra
tres, vbi Sali. ff ꝓ ſocio. Salic. in l. ſi patruus, col. 7. C. com. vtr.
iud. Bar. in conſi. 22. col ſi. lib. 1. Præterea eſt impoſsibile ꝙ di-
catur præſcriptũ circa proprietatẽ, immo nec circa vſum iuriſ-
dictionis, quia vſus nõ fuit diuiſus, ſeu nõ fuit vſus in iuriſdictio-
ne diuiſa, ſed in tota iuriſdictione, licèt alternis annis. ¶ Et cũ ap
pareat iuriſdictionẽ cõem remãſiſſe, nõ ẽ dubiũ quin diuiſio pe
ti poſsit, cũ iure petendi diuiſionẽ ꝑſcribi nõ poſsit etiã ꝑ tẽpus
antiquiſsimũ. Bar & doc. in l. 1. §. ad hæc, reprobata gl. ibi. C. de
annali excep. Ang. in conſi. 55 in ſi. Iaſ. in l. ſi nõ fortẽ. §. ſi centũ
in 2. not. ff. de cõdi. indebi. & in §. quædã, nu. 31. inſti. de actio.
¶ Aduertendũ tñ ꝙ licèt ꝓprietas iuriſdictionis diuiſa nõ ſit, tñ
qñ diuiſio ꝓprietatis eſſet difficilis, modus aptior & laudabilior
diuidendi iuriſdictionẽ eſt ꝑ viã diuiſionis adminiſtrationis al-
ternis annis, q̃ diuiſio tenet ꝑinde ac ſi ꝓprietas ipſa diuiſa eẽt.
Abb. & doc. in c. prudentiã in priu. de offi. deleg. Ang. & doc. ĩ
l. 2. §. ex his. ff. de verb. obl. Alex. in conſi. 7. col. pen. verſi. confir
mo prædicta. lib. 5. Curt. Senior in conſi. 69. col. 5. quæ difficul
tas diuidendæ proprietatis hic quidem militat ſtante diuiſione
iam facta, ex qua argui videtur ꝙ voluerint dñi iuriſdictionem
diuidere reſpectu adminiſtrationis tm̃ alternis annis. Plane, ſi
fiat diuiſio ex integro ꝑ adiudicationẽ ſingulorũ caſtrorũ, com
modior erit diuiſio iuriſdictionis reſpectu ꝓprietatis. ¶ Modus
aũt deducẽdi rẽ ad iudicium is cõmodus viſus eſt, ſi inter dños
conſortes aliquis ſit vir mitis & mãſuetus, cuius culpa aut vitio
odia, rixæ aut ſcãdala nunquã cępta fuerint, is vt preces ad prin
cipem offerat & diuiſionẽ ex integro dicat ꝙ fieri deſiderat ob
cauſas memoratas. Rurſus iuriſdictionis adhuc non diuiſæ diui
ſionẽ vt poſtulet, quã ita fieri petat, vt ne ĩter eos tẽpus ciaę aut
ſcandali occaſio permiſſa ſit. Quod ipſum impleri ita demum
poſſe viſum fuerit, ſi in conſequentiã diuiſionis iuriſdictionis &
ipſa quoq; caſtra in diuiſionẽ legitimã veniant ſingula ſingulis
adiudicando. In qua ipſa re plurimũ poterit auctoritas eorum
qui iudicio diuiſorio eiuſmodi viri ſanè nõ vulgares ꝑfecti fue-
rint. ¶ Poſſent etiã in iudicio idẽ hoc deſiderare ſubditi ipſorũ
conſortũ, quorũ per maxime intereſt inter dños eorũ vt amice
cõueniãt. Quòd ſubditi poſtulare id poſsint, ĩ terminis hoc tra
dit Alex. in d. conſi. 7. col. pen. verſic. cõfirmo prædicta. & in d.
conſi. 25. colum. 2. verſi. vnde in propoſito dicit Ang. lib. 5. poſt
Ang. in l. 2. §. ex his. ff. de ver. obl ¶ Illud ẽs iure quæriẽ: finge, ꝙ
nõ poſsit vnus ex dominis deſiderare vt fiat ex integro diuiſio,
an ſaltem poterit princeps de plenitudine poteſtatis dños ipſos
& vaſallos cogere ad nouam diuiſionem ꝑ quam ſingula caſtra
ſingulis cõferãtur pro bono pacis & cõmodo vniuerſę reipub.
dñorum, & ſubditorũ? in qua ſanè qõne non arguendo ad par-
10 tes, quia rem clariſsimam puto, concludo breuiter ꝙ ſic. Nam
pro bono pacis & ob publicam vtilitatẽ poteſt princeps rẽ pri-
uatorum in totum auferre. l. Lucius. ff. de euictio. Bal. & Ang. in
l. bene a Zenone. C. de quadr. præſcri. vbi idem dicunt in ciuita-
te. & in ciuitate idem tradit Dec. in conſi. 169. col. 3. in conſil.
271. col. 2. in ſi. & in conſil. 286. colu. 3. in princ. & in termi-
nis pacis idẽ tradit Dec. in conſil. 352. col. 1. Alexan. in conſ. 94.
viſis. col. pen. verſi. ſed præmiſsis nõ obſtantibus. lib. 5. ſi ciuitas
hoc põt, quid in principe dicemus? ſimiliter videmus ꝙ ꝓ pace
habenda poteſt princeps remittere iniurias & damna illata ſub
ditis. c. in noſtra, de iniur. Bal. Ange. & Mod. in l. conuentionũ.
ff. de pac. Dec. conſi 620. colum. 1. ſimiliter licèt reſtitutio ban-
niti nõ trahaẽ ad bona alienata in tertiũ durante banno, vt ha-
betur in l. Gallus. §. & quid ſi tm̃. ꝑ Bar & doc. ff. de li. & poſth.
hoc tñ nõ ꝓcedit qñ fieret reſtitutio ex cauſa pacis: quia tũc cẽ
ſentur reſtituta etiã bona alienata. Bal. in tit. de pace cõſtan. col.
12. in verſi. priuilegia. Iaſ. poſt Aret. in d. §. & quid ſi tm̃. col. 53.
verſi. 2. limita, in ſecũda lectura. vbi tñ Iaſ. ꝙ hoc ꝓcedit qñ ali-
ter pax haberi nõ poſſet. ſequẽdo Anch. in reg. peccatũ, de regu.
ior. lib. 6. & idem dicit Soc in d. §. & quid ſi tm̃. colũ. 6. verſi. 3.
adde. Si princeps, aut ciuitas vices principis gerens, põt auferre
bona ſubditorũ, quanto fortius poterit princeps ꝓ bono pacis
diuiſionẽ iam factã retractare & aliã ex integro fieri mandare?
Ad quã rõnẽ non videtur quis priuari dominio rei ſuæ, nec res
auferri, qa loco vnius alia ſubrogabiẽ, q̃ cenſeẽ eadẽ res cũ pri
ma. l. ſi donare. § 1. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. filia. §. Titia. ff.
de cõdi. & demõ. l. imperator. §. ſi. cũ l. ſeq. ff. de leg. 2. Ideo ſi vi
deat princeps nõ aliter poſſe inter eius vaſallos conuenire, atq;
habita diuiſione noua: nõ dubito quin ꝓ bono pacis de plenitu
dine poteſtatis & ex certa ſcientia cogere partes poſsit ad nouã
diuiſionẽ, ꝑ quã ſingula caſtra ſingulis aſsignentur habita rõne
eorũ in qbus reperieẽ maior valor, vt in pecunia aut aliter cõpẽ
ſentur. & ita de iure rñdeo, ſaluo ſaniori iudicio. Sauiliano. 20.
Octobris. 1545. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. doc.

SVMMARIVM.

1 *Indefenſus quis dicitur, quando per perſonam minus legitimam defenſus eſt.*
2 *Nulla maior nullitas quàm ea quæ prouenit ex defectu legitimationis perſonarum.*
3 *Aſſertio iudicis, factum partium non probat.*
4 *In caſibus ĩ quibus iudex poteſt procedere ſine ſcriptis, creditur iudici de actis ordinarijs, non de probationibus quæ ſunt maioris præiudicij.*
5 *Probatio mandati ſpecialis debet eſſe clara, certa & neceſſario concludens.*
6 *Quando probatio ponitur in conditione, non eſt locus iuramẽto ſuppletiuo.*

CONSILIVM CCLXV.

¶ Pro vniuerſitatibus Brozaſchi, Venaſchæ, Melli, Fraxini cõtra vniuerſitatẽ & homines Sancti Petri Marchionatus Saluciarũ.

tatem ex teſtium ſingularitate arguit Alex. in conſ. 94. col. 2. cir
ca med. lib. 6. poſt Sal. in l. teſtium, in 9. q. C. de teſt. vbi propte-
rea, ꝙ tales teſtes ſingulares non coniunguntur etiam vt ſemi-
plenè probent. & ꝙ non coniungantur, tradit idem Alex. in cõ-
ſil. 35. in fin. lib. 1. & in conſ. 19. circa fi. in conſ. 21. col. 2. circa
med. lib. 4. & iſtud eſt quod dicitur, ꝙ vbi teſtes ſunt ſingulares,
minus probant mille, quàm vnus. Bal. in l. de quibus, col. antepe.
poſt med. verſ. ſed nunquid ſi teſtes. ff. de leg. & in l. iuriſiur. col. 3.
C. de teſt. Alex. in conſ. 34. col. 2. in fin. lib. 3. Deci. in conſil. 159.
col. 4. circa fi. & in conſ. 189. col. 4. circa med. Et ꝙ minus pro-
bent, apparet: quia vnus teſtis probat ſemiplenè qñ eſt integer,
vt habetur in l. admonendi. ff. de iureiuran. & tamen qñ ſunt plu
res teſtes ſingulares, non probant etiam ſemiplenè. Ratio, quia
per concurſum inuicem ſe impediunt & alij alios elidunt: & ſin
gularitas teſtium diuidit teſtimonia & lacerat ea, quia omne di-
uiſum laceratum eſt, ideo non probant aliquid: ita Bal. in cõſ. 25.
Punctus infraſcripti conſilij, col. 1. in fi. lib. 3. ¶ Sed præmiſsis ac
alijs ſimilibus quæ adduci poſſent non obſtantibus contrarium
puto de iure verius, ꝙ immo legitimè & ſufficienter dicat pro-
bata intentio actoris. Et primò legitimè probatur per duos pri-
mos teſtes Vincẽtium Soldani, & Ioan. Bartholomæum Cigla-
ni, qui depoſuerunt de confeſsione dicti quondã Franciſci Maſ-
ſerani debitoris præſente ipſo actore, ꝙ habebat pecunias agen-
1 tis apud ſe. quæ confeſsio facta † præſente parte. non eſt dubiũ
quin plenè probet. l. cum te. 2. C. de tranſac. l. generaliter. C. de
non num. pec. l. fi. C. de fideicom. c. per tuas, de probat. Imola in
conſ. 138. col. 1. poſt med. Alex. in conſi. 53. col. 1. in fi. verſic. &
idem in effectu, lib. 1. & in conſ. 76. in 2. dubio, lib. 6. ¶ Secundò,
vltra iſtos duos teſtes, adeſt teſtimoniũ venerandi fratris Geor
gij Bottæ ordinis Minorum obſeruantię cõfeſſoris dicti quon-
dam debitoris, qui depoſuit, ꝙ ſtatim audita cõfeſsione debito-
ris, interrogauit eum, ſi quid alicui deberet: qui reſpondit, ꝙ ſic
videlicet cuidam ſuo nepoti florenos terrẽtum & quinquagin-
ta. cuius religioſi teſtimonium non mediocriter eſt efficax exce-
dens teſtimonium laici. gloſſ. in c. monachus, in verſi. quorum,
2 77. diſt. vbi ꝙ † tantum valet teſtimonium quatuor clericorum,
quantum teſtimonium ſex laicorum. ſequitur Soci. in conſi. 28.
col. 3. ante med. verſ. ꝙ autẽ ſuper abſentia, lib. 3. Iaſ. in cõſi. 13.
col. 1. in fi. lib. 3. ¶ Nec obſt. ꝙ debitor huic teſti non expreſſerit
nomen illius nepotis. Quia reſpondeo; ꝙ die ſequenti ſacerdos
oſtendit infirmo actorem, dicendo, Ecce nepos veſter, cui infir-
mus rñdit ꝙ ſic. & ſic ex præcedentibus & ſequentibus videtur
declaratum ꝙ actor eſſet is nepos, cuius infirmus eſſet debitor,
iuxta l. ſi ſeruus plurium, in fi. ff. de leg. 1. ¶ Secundò reſpondeo,
ꝙ confeſsio infirmi citra nomẽ nepotis latis declaratur ex alijs
confeſsionibus eiuſdem debitoris, de quibus depoſuerant pri-
mus & ſecundus teſtes, coram quibus dixit ſe teneri erga ipſum
actorem: poteſt. n. vna confeſsio dubia per aliam declarari, etiã
factam ex interuallo, ſicut dicitur de ſcriptura dubia, ꝙ decla-
ratur per aliam etiam factam ex interuallo. l. vxori. §. fin. ff. de
leg. Pau. de Caſt. in conſi. 344. quia ex allegationibus, in fi. lib. 1.
Soci. in conſ. 126. col. 2. & circa med. lib. 3. & maximè declarari
debet iſta confeſsio infirmi coram ſacerdote ex confeſsione fa-
cta coram ſecundo teſte, qui deponit de eadem quantitate flo-
renorum. 350. ¶ Tertiò reſpondeo, ꝙ cõſtat iſtum actorem eſſe
nepotem debitoris, ꝙ probatur etiam ex teſtibus partis: ideo ſi
pars aduerſa velit dicere iſtum non eſſe nepotẽ, de quo debitor
confitendo ſenſit, tenetur probare eſſe aliũ nepotẽ, quia non pſu
mitur pluralitas nepotũ, ſicut nec proprij nominis. Bart. in l. ſi
ſeruum. §. ſi inter duos, poſt med. ff. de leg. 2. vbi ſi teſtator legat
quid Clarutię talis parochię & veniat vna Clarutia illius pa-
rochiæ, ſi hæres dicat teſtatorẽ ſenſiſſe de alia, tenetur probare
tradit Ant. adit But. in c. 2. col. 2. de libell. obla. Iaſ. in conſi. 114.
col. 5. circa med. li. 1. Sed de alio nepote nihil probatũ eſt: & vbi
probatũ eſſet de alio, nõ obſtaret, quia ex teſtimonijs primi & ſe
cundi teſtiũ apparet actorẽ eũ eſſe cui defunctus deberet flore-
nos 350. ¶ Tertio coadiuuat intentio actoris ex teſtimonio quar
ti teſtis. Io. Antonij Capellani, apud quẽ debitor dimiſit actorẽ
eius nepotẽ in diſciplinã cũ pacto ꝙ durante tẽpore diſciplinæ
dictus Capellanus frueretur pecunijs ipſius agentis exiſtentibus
apud ipſum debitorem, quas reſtitueret idẽ teſtis finita diſcipli-
na. & licèt talis confeſsio dicatur facta abſente parte, facit tamẽ
adminiculũ. licèt probetur per vnũ teſtẽ tñ. Alex. in conſi. 46.
col. fi. verſ. de mala fide etiam, lib. 3 ¶ Tota difficultas conſiſtit in
3 reſpondendo ad contraria. Pro quorũ reſolutione cõſidero † ꝙ
triplex eſt ſingularitas teſtium. vna dr̃ obſtatiua, qñ ponitur de
vnico actu tantũ in quo teſtes variant circa locũ aut tẽpus, pro-
ut in teſtibus Suſannæ: nã agebatur de vnico crimine adulterij,
quia illi ſenes non dicebant Suſannã pluries vidiſſe in adulte-
rio, & tamen variabant, quia vnus dixit ſub pinu, alter ſub ficu,
ex qua loci variatione inducitur obſtantia & contrarietas. Et in
iſta ſingularitate obſtatiua fateor, ꝙ teſtes ſingulares nihil om-
nino probant: immo neceſſe eſt ꝙ ſint falſi. & de illa ſingularita
te obſtatiua loquitur Bal. in l. de quibus, col. antepe. ff. de legib.
& in rub. de controuer. inueſti. col. 1. Veron. in cõſ. 3. col. pe. cir-
ca med. & alibi ſæpe doc. ¶ Secunda dr̃ ſingularitas diuerſifica-
tiua, quæ cõſideratur in actu reiterabili ex qua ſingularitate in-
ducitur neceſſario diuerſitas factorũ: verbi gratia, actor propo-
nit mutuũ de decẽ, vnus teſtis dicit, ꝙ vidit mutuari decẽ in pla
tea Sauiliani, alter ꝙ in vico plebis, alius ꝙ in vico marenarum:
vel vnus dicit, ꝙ vidit mutuari reo decẽ de menſe Maij, alter, ꝙ
de menſe Auguſti, alter de menſe Nouẽbris, iſti teſtes ſunt ſingu
lares in loco & in tpe, non tñ dñr contrarij, quia cũ agatur de
mutuo reiterabili, poterunt fieri plura mutua diuerſis locis &
tẽporib. & ſic ex tali ſingularitate diuerſificatiua neceſſario in-
ducit nouũ factũ, quia mutuũ factũ vno tpe & loco eſt mutuũ
diuerſum ab eo quod fit alio tpe & loco. & in tali ſingularitate
diuerſificatiua ſi quæras an teſtes ſingulares coniungantur, vt
probent plenè vel ſemiplenè, rñdeo ꝙ non. & ratio eſt euidens
& naturalis, nã cũ actor ſolũ petierit vnũ debitũ ex cauſa mu-
tui, & teſtes loquantur de pluribus & diuerſis mutuis, ignorat
iudex quod & quale ſit mutuũ petitum, & ſic ex tali diuerſitate
mutuorũ de quibus teſtes loquuntur, probatio actoris remanet
dubia & incerta, ideo non releuat. l. non hoc. C. vnde legiti. c. in
pñria, de proba. & ita incertitudinẽ ex tali ſingularitate teſtium
arguit Sal. in d. l. teſtiũ, in 9. q. C. de teſtibus, quẽ refert & ſeqtĩ
Alex. in d. conſ. 94. col. 2. lib. 6. & in iſta ſingularitate diuerſifica
tiua propriè procedunt quæ ſupra allegaui pro parte contraria,
4 † ꝙ vbi teſtes ſunt ſingulares, minus pbant mille quàm vnus, &
alij alios elidunt & debilitant. Ideo in talibus teſtibus nulla om
nino fit coniunctio ad plenã aut ſemiplenã probationẽ. & iſtę
duæ ſingularitates teſtiũ nullo modo pertinẽt ad caſum noſtrũ,
vt infra videbimus. ¶ Tertia & vltima eſt ſingularitas cumula-
tiua probationũ ſeu adminiculatiua, qñ ex teſtibus ſingularibus
nulla reſultat obſtantia aut repugnantia, nulla etiã reſultat di-
uerſitas factorũ, ſed immo talibus teſtibus coadiuuatur & com-
probatur intentio actoris, & omnes teſtes tendunt ad eundẽ rei
finẽ, id eſt ad probationẽ eius, quod petitur, licèt veniãt teſtes p
diuerſa media, verbi gratia, in caſu noſtro actor petit florenos
tercentũ & quinquaginta remiſſos quondã Franciſco Macera-
ni ex cauſa cuſtodiæ: teſtes dicunt audiuiſſe ab ipſo defuncto, ꝙ
habebat penes ſe pecunias actoris, & aliqui exprimunt ſummã,
aliqui nõ, licèt iſti teſtes ſint ſingulares in loco & tpe, omnes tñ
concordant in eadẽ facto idest in debito principali: nec ex diuer
ſitate loci aut tpis inducit diuerſitas facti principalis, immo il-
lud probatur, cum. n. dicant eũ confeſſum habere penes ſe pecu
niã actoris ad florenos. 350. non præſumuntur loqui de diuerſo
debito, cũ pluralitas debitorũ non præſumatur, vt hr̃ per gl. &
doc. in l. triticum. ff. de verb. obli. non loquuntur teſtes de pluri-
bus debitis & pecunijs, ſed de pluribus confeſsionibus vnius &
eiuſdẽ debiti, cũ poſsit quis idẽ debitũ pluries fateri coram di-
uerſis perſonis in diuerſis locis & tpibus: ſed vnũ debitũ non po
teſt contrahi in pluribus locis & tpibus, & ſic diuerſitas & plu
ralitas confeſsionũ non inducit pluralitatẽ debitorũ, nec ex di-
uerſitate & pluralitate confeſsionum inducitur aliqua dubietas
aut incertitudo circa probationẽ debiti petiti, immo ex tali plu
ralitate confeſsionũ probatio debiti fit clarior & certior. & ſic
vides ꝙ teſtes ſingulares in cõfeſsionibus dicuntur adminicula-
tiui

tlui & tendunt ad eundem finem. ¶ Idem qñ agitur de probando quid in genere, putà poſſeſsionẽ, & vnus teſtis dicit, ꝙ vidit arari, alter ꝙ vidit ſeminari, alius ꝙ vidit meſſes colligi, alius arbores putari: iſti teſtes ſunt ſingulares in actibus poſſeſsionis, tñ ex tali diuerſitate actuum poſſeſsionalium, non inducitur diuerſitas poſſeſsionis, immo tendunt omnes teſtes ad probationem vnius poſſeſsionis: cum enim poſſeſsio dicatur quid in genere & conſiſtat ex pluribus actibus in arando, ſeminando, mutendo, putando &c. deponendo teſtes ſuper ſpeciebus dicuntur deponere ſuper eodem genere, quod repræſentatur in qualiber ſui ſpecie, vt per Bal. in d. l. de quibus, col. pe. in fi. ff. de legibus, & dixit latè in conſi. 73. col. 8. poſt med. & col. ſeq. & licèt Mod. ibi relati voluerint contrarium, freti auctoritate Alex. in duobus aut tribus conſilijs: dico ꝙ auctoritas Alex. retorquetur contra eos. & contrarium, ꝙ immo admittantur teſtes ſingulares ad probandum quid in genere, tenuit idem Alex. in duodecim aut tredecim conſilijs, videlicet in conſil. 141. col. 2. poſt med. lib. 5. qđ eſt reperitum in conſi. 10. lib. 6. & idem tenet Alex. in conſi. 85. col. fi. verſ. præterea teſtes ſingulares. in cõſi. 86. col. 3. verſi. nec haberet obſtare. in conſi. 117. col. 2. verſi. item probatur per plures teſtes, in conſi. 172. col. 2. in fi. verſ. opponitur etiam contra dictos teſtes, lib. 2. in conſil. 41. Viſis & optimè diſcuſsis, col. 3. verſic. opponitur etiam contra dictos teſtes. in conſi. 112. In cauſa & lite, ante fi. lib. 4. in conſi. 92. col. 4. verſic. nec obſt. ſi dicatur, lib. 5. in conſi. 13. col. fi. & in conſi. 117. col. pen. in fi. lib. 7. in quibus locis teſtatur Alex. hanc opi. eſſe veriorem & magis communem. ¶ In iſta igitur ſingularitate adminiculatiua & cumulatiua quæ probationem probationi cu-
5 mulat, dico † ꝙ teſtes ſingulares coniungi debent vt plenè probent. & in terminis teſtium ſingularium deponentium de pluribus & diuerſis confeſsionibus ꝙ probent, adduco Pau. de Ca. in conſi. 380. Iudex, in fi. lib. 1. & in conſi. 159. Viſa petitione, col. 2. circa med. & in cõſi. 144. Viſo proceſſu & atteſtationibus, col. fi. lib. 2. Ioan. de Ana. in conſi. 55. in 2. dubio. Alex. in cõſ. 53. col. 2 circa med. verſi. ergo etiam præſuppoſito, lib. 1. Calca in conſi. 9. col. 5. poſt med. Deci. in conſi. 650. col. 2. poſt med. vbi refert & ſequitur illud cõſi. Pau. de Caſt. in cõſ. 380. Iudex, in fi. lib. 1. Idẽ tenet Curt. Iunior in cõſi. 168. col. 7. vbi Curtius voluit coniungi teſtes ſingulares ad probandum confeſsionem abſente parte: quod tamen dubium viſum eſt, qñ eſſent duo tantùm teſtes deponentes de duabus diuerſis confeſsionibus abſente parte cum vnaquæq; probatio ſit omnino imperfecta. ¶ Ad idem adduco Areti. in conſi. 65. In præſenti conſultatione, col. 2. poſt med. in ſecundo dubio. vbi ꝙ confeſsio abſente parte probata per duos teſtes, quæ inducit ſemiplenam probationem, coniungitur cum probatione famæ ad plenam probationem. ſi confeſsio coniungitur cum probatione famæ quæ eſt diuerſæ ſpeciei, a fortiori coniungi debet cum alia confeſsione eiuſdem ſpeciei, per ea quæ habentur in l. admonendi. ff. de iureiur. ¶ Et ꝙ coniungantur teſtes ſingulares, vt plenè probent, quando tendunt ad eundem rei finem, licet per diuerſa media, adduco Abb. & doc. in c. fi. de ſucceſ. ab inteſt. vbi qñ vnus teſtis deponit de veritate facti, alter de confeſsione, coniunguntur vt plenè probẽt. Idem voluit Alex. in conſ. 76. in 2. dubio. lib. 6. qđ dictum refert & ſequitur Ripa. in l. admonendi, col. 38. ff. de iureiu. addo Ancha. in conſi. 276. Viſa diligenter, col. 2. verſi. & ideo vnus teſtis. Corn. in conſi. 13. in prin. lib. 2. Idem voluit nouiſsime Gozadi. in conſi. 79. col. 3. vbi fortius voluit vnum, quod puto falſum, ꝙ vnus teſtis deponens de confeſsione abſente parte, coniungitur cum teſte de veritate facti, cum vnus teſtis deponens de confeſsione abſente parte ſemiplenè non probet. Item quòd teſtis deponens de veritate facti & alter de confeſsione cõiungantur ad plenam probationem, voluit Deci. in c. cum cauſam, col. fi. de proba. vbi quòd excepta cauſa mutui, & in alijs cõtractibus teſtis deponens de confeſsione coniungitur cum teſte de veritate facti. & in mutuo rationem diuerſitatis adducit, quia confeſsio non probat veram numerationem. Sed iſtud dictum intelligo qñ actum & capitulatum eſſet de numeratione de qua deponeret vnus teſtis, & alter de confeſsione: tunc non fieret coniunctio, quia teſtis deponẽs de confeſsione deponit extra articulũ: ſed vbi actum eſſet ex mutuo ſimpliciter & ſuper eo deponeret vnus teſtis de numeratione, alter de confeſsione, ſine dubio videntur teſtes probare, vt declarat Alex. in conſi. 25. col. 2. poſt med. lib. 2. ſi teſtes ſingulares coniunguntur qñ vnus deponit de veritate facti, alter de confeſsione, a fortiori coniungi debẽt teſtes ſingulares deponentes de diuerſis cõfeſsionibus: quia maior ſingularitas videtur qñ vnus deponit de facto alter de confeſsione, q̃ qñ vterq; de confeſsione. Et quod fieri debeat iſta cõiunctio, adduco Areti. in conſi. 65. In præſenti conſultatione, in 1. dubio. vbi ꝙ confeſsio abſente parte quæ inducit ſemiplenã probationem, ſi probatur per duos teſtes, coniũgitur cum probatione famæ ad plenam probationem. Soci. etiam in l. Gallus, §. ille caſus, col. fin. ff. de lib. & poſth. ꝙ vbi vnus teſtis deponit de veritate facti, alter de confeſsione, probant pluſquàm ſemiplenè, licèt nolit Soc. ꝙ perfectè probent. Fortius voluit Calca. in conſi. 110. ꝙ fiat iſta coniunctio etiã in criminalibus, ſi vnus teſtis deponat de delicto, alter de confeſsione delinquentis ad plenam probationem. ſed ſubſiſto circa dictum Calca. ¶ Confirmatur iſta concluſio, quia vbi debitor fatetur debitum, non eſt vis in loco aut tẽpore, & ſic tp̃s nõ eſt de ſubſtantia cõfeſsionis. quocunq; enim tempore aut loco confiteatur, probari vr̃ debitum: ſed vbi tempus aut locus non eſt de ſubſtantia, non nocet ſingularitas teſtium, quæ inducitur ex diuerſitate loci aut temporis. Bar. poſt gl. in l. ob carmen. §. fin. ff. de teſti. Roma. in conſi. 30. Viſo. Imo. in conſi. 102. col. 2. Cor. in conſi. 247. col. 9. verſi. dato autem ſine præiudicio, lib. 2 Guido Papæ. q. 544. vbi ꝙ ita pluries vidit determinari in curia Parlamenti. ¶ Præterea non video rationem diuerſitatis, quare magis credatur duobus teſtibus deponentibus de vna confeſsione coram eiſdem facta eiſdem loco & tempore q̃ ſi deponant de diuerſis confeſsionibus, modò ex tali diuerſitate nulla reſultet contrarietas aut diuerſitas facti, ſed idem ſemper reſultet effectus: & vr̃ abſurdum ꝙ ſola identitas loci aut tẽporis augeat fidem teſtiũ: data enim paritate legalitatis teſtium, æque eis vr̃ credendum ſiue ambo ſimul fuerint præſentes ſiue ſeparatim quid viderint aut audi-
6 uerint. ¶ Iam nos habemus, ꝙ † ſufficit teſtes eſſe concordes in facto principali, licèt diſcordent in aliquibus circunſtantijs. gl. in c. dudum, in verſi. ſubſtantia, de conuerſio. coniug. & in c. cũ eccleſia Sutrina, de cauſ. poſ. & proprie. plenè Io. An. in c. nihil obſtat. de verb ſign. Alex. in conſi. 24. col. pe. in fi. lib. 2. & in cõſil. 156. col. 3. lib. 5. a fortiori probare debent iſti teſtes, qui concordant in facto principali, nec diſcordant in aliquibus. & licèt loquantur de confeſsionibus factis diuerſis loco & tempore, nõ per hoc dñr ſibi contrariari, aut factũ principale diuerſificare. ¶ Poſtremò conſidero, quòd poteſt iudex, ſi ei videatur, plenam fidẽ adhibere teſtibus ſingularibus, vbi aliàs non probarent, ſi ex eis inducitur ad credulitatem, vt voluit Pau. de Caſt. in l. Lucius. ff. de in fam. & in l. admonendi, col. 7. ff. de iureiur. quod dictum pro elegãti refert & ſequitur Soci. in conſ. 262. col. 5 in fi. verſi. & pro certo, lib. 2. Vero. in conſi. 8. in fi. Curt. Iun. in conſil. 106. col. 1. poſt med. & col. 3. ante med. Hippol. in conſi. 39. col. 3. in fi. & in conſ. 73. col. 3. circa med. Et iuſta cauſa credendi eſt integritas & legalitas perſonæ, vt dicit Hippo. in d. conſi. & quòd iuſta cauſa credendi teſtibus qui aliàs non probarent, dicatur legalitas perſonæ, tradit Deci. in conſi. 463. in fin. Sed hic adeſt legalitas perſonarũ & maximè illius religioſi Ordinis Mẽdicantium Sancti Franciſci, eſt etiam legalitas in alijs teſtibus integris omni exceptione maioribus. Alia etiã cauſa iuſta credendi talibus teſtibus arguitur: quia dr̃ quòd in libro defuncti, vbi erat ſcripta ratio illius actoris nepotis defuncti, apparet de laceratione certi folij, ea qua laceratione dolus arguitur contra partem, in tñ quòd de contentis in inſtrumento lacerato ſtatur iuramento aduerſarij. Bal. in l. 1. verſi. ſed hic dubitatur. C. de fide inſtr. per l. ſi de poſſeſsione. C. de prob. etiam Bal. in l. qui accuſare, verſ. item dico. C. de eden. ſequitur Abb. in c. accepimus, de fide inſtr. Dec. in conſi. 521. col. fi. Ex quibus concludo in fauorem agentis. Saltẽ negari non poteſt, quin ſit locus iuramento ſuppletiuo. & ſi qua dubia oriantur, illis redditis clarè (vt arbitror) reſpondebimus, ſaluo ſaniori iudicio. Sauil. 21. Nouembris. 1545. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Non poſſe quis dicitur, quod honeſtè non poteſt.*
2 *Quod operatur exiſtentia actus, idem agit ſola eiuſdem actus ſuſpitio.*
3 *Vidua poteſt a priuignis recedere cauſa conſeruandi honeſtatẽ.*
4 *In pluribus adminiſtratoribus ſtatur maiori parti.*
5 *Quando hæredes lucrari debent fructus vxoris viduæ, & quomodo hoc fiat.*

CONSILIVM CCLXVIII.

¶ Pro nobili Maria relicta no. Catalini Gaſtandi ciuis Saluciarũ contra ven. dominũ Bartholomæum Gaſtandi eius priuignum.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Nob. Catalinus Gaſtãdi ciuis Saluciarũ de ann. 1545. & die ſexta mẽſis Septẽbris legauit no. Mariæ eius vxori caſu quo nõ poſſet ſtare & habitari cũ ſuis hæredibus vſumfructũ decẽ iornatarũ cãpi, & habitationẽ in domo ipſius teſtatoris cum vſufructu apothecæ ipſius domus eius vita durãte viuẽdo vidualiter & honeſtè. Mortuo viro dicta Maria ſe retraxit in domum ſui fratris grauida & cũ vno filio iã nato annorum duorum, idq; egit ea conſenſu tutorum liberorum teſtatoris ea 1. & 2. matrimonio, conſentiente etiam vno filio maiore annis 14. ea 1. matrimonio. Modò dominus Bartholomæus Gaſtandi filius dicti Catalini ex prima vxore, qui de tempore teſtamenti Romæ agebat, in patriam rediit, vult domum tenere cum familia & alimenta nouercæ præſtare in domo nec vult legatum vſusfructus extra domum præſtare. Quæritur quid iuris? ¶ Videretur dicendum prima fronte ꝙ à verbis legati recedi nõ debeat, & ꝙ legatũ vſusfructus extra domum præſtari non debeat, quia teſtator legatũ illud fecit caſu quo in domo vxor cum hæredibus habitare nõ poſſet quæ verba, Caſu quo, important conditionem perinde eſt ac ſi dixiſſet teſtator, Si habitare non poſſet: ea quo illa verba reſpiciũt futurum euentum, iuxta l. reſpiciendum, cum l. ſeq. ff. ſi cer. pet. Et in terminis de illis verbis tradunt Bal. in conſ. 241. Caſus talis eſt, videlicet. in lib. 3. Cor. in conſi. 14. col. 1. in conſi. 96. co. 2. in fi. lib. 1. in conſil. 187. col. 2. poſt med. verſic. iſta. n. verba, lib. 2. & in conſil. 143. col. 1. li. 3. Guido Papæ. q. 15. colũ. 1. Ideo anteq̃ legatũ vſusfructus debeatur extra domum, debet purificari & impleri conditio, ꝙ vxor legataria cum hæredibus ſtare & habitare non poſſit. l. cedere diem. ff. de verb. ſigni. cum ſimi. Teſtator. n. cenſetur minus grauare hæredem q̃ ſit poſſibile. l. vnũ ex familia. §. ſi rẽ. l. titia. §. qui inuita. ff. de leg. 2. l. nummis. ff. de leg. 3. cum ſimi. ſed minus oneroſum eſt hæredi præſtari alimenta in domo q̃ extra domum: ideo qñ teſtator mandat vxorem alimentari in domo, cenſetur id facere fauore hæredis, nec tenetur hæres extra domum illa præſtare, niſi ſtet per eum quo minus legatarius in domo cum eo poſſit habitare l. Caio. §. fi. vbi Bar. ff. de alim. lega. & idem Bar. in conſi. 211. in 3. dubio. Bald. in conſil. 484. Caſus talis eſt. quidam Simon. lib. 4. Paul. de Caſt. in conſil. 167. conſiderandum eſt, lib. 1. Alex. in conſil. 190. lib. 1. & in conſil. 3. lib. 4. Cor. in conſil. 318. in fi. lib. 3. Et onus probandi ꝙ legatarius in domo cum hæredibus habitare non poſſit, incumbit ipſi legatario vt in terminis tradit Anchara. in conſi. 254. Super 1. q̃ſtio non multum inſiſtendum vr: vbi conſulit mulieri ꝙ ſit bene præparata anteq̃ litiget cum hæredibus ne deficiat in probationibus, quia difficile eſt probare culpam hæredum. & illud conſi. Ancha. refert & ſequitur Iaſ. in l. diuortio. in prin. col. 7. ff. ſolut. matri. Et ꝙ onus probandi incumbat mulieri, tradit Alex. in d. conſi. c. lib. 1. Sed iſta vidua nõ videtur poſſe allegare aliquam cauſam cur cum hæredibus mariti ſtare non poſſit, cũ nunc tantũ cœperit domum erigere præfatus dñs Bartholomæus cum quo minimè habitauit, ideo non entis nullæ ſunt qualitates. l. ter. ff. de vſufruc. cum ſimi. ¶ Sed præmiſsis non obſtantibus, quæ verè non obſtant, contrariũ puto de iure verius, ꝙ immo debeatur legatũ vſusfructus huic viduę. & præmitto vnum quod in facto præſupponitur, ꝙ iſta vidua eſt mulier uirenti ac dulci ætate, forma conſpicua & facile, quę ipſa ad ſui ſpectationem iuuenes facilè attrahat. ¶ Rurſus ponitur in facto dominum Bartholomæum Gaſtandi in ætate calida & feruẽti eſſe. ¶ Quo præſuppoſito, dico ꝙ agere nouerca in domo priuigni non poſſet citra ſuſpitionem honeſtatis,
t quo caſu dicitur cum priuigno habitare non poſſe, quia † non poſſe quis dicitur, quod honeſtè non poteſt l. vulgò. ff. de ſtatu homi. l. ſi cũ dies. §. compromitto. ff. de arbitr. c. vt inata, de offi. ordi c. indecorũ, de æta. & quali. c. contingit, de arbitr. c. deniq;, in fi. 4. diſt. ¶ Secundo conſidero, ꝙ licèt culpa aliqua priuigno imputari non poſſit, cur nouerca cum eo non agere poſſit, licèt etiam probari non poſſit ꝙ ad veneris locos appellata non fuerit a priuigno, ſola tamẽ ſuſpitio ꝙ id fieri de facili poſſet ob teneram vtriuſq; ætatem in laſciuiam procliuiorem, vr
a ſufficere: nam † qđ operatur exiſtentia actus, idẽ agit ſola eiuſdẽ actus ſuſpitio, iuxta illud Horatij epiſt. 7. Quam mihi das ægro, dabis ægrotare timenti Mecænas veniam. ſimile videmus circa amiſſionem poſſeſſionis ciuilis ꝙ amittitur ex ſola ſuſpitione, ex eo ſolum ꝙ ſuſpicatur quis ſe poſſe repelli & priuari. l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. l. ſi id qđ. §. fi. ff. de acq. poſ. videmus etiam ꝙ ſi vicinus videns ortum incendium vicinas ædes interciderit, veritus, vt ne ædes ignis intercidens perderet, non tenetur lege Aquilia. licèt ignis antea fuerit extinctus quã perueniret ad ædes intercidentis: quia ſufficit ſola ſuſpitio ꝙ peruenire poſſet. l. ſi quis fumo. §. fi. ff. ad legem Aqui. qui text. vr decidere caſum noſtrum: nam vidua hæc metuẽs priuigni amoris incendio, vult habitationem communem intercidere. ¶ Ad idem text. in l. habitatores. §. fin. ff. locati. vbi ſi conductor domus aliò migrauerit propter aliquam ſuſpitionem iuſtam, remittitur merces, licèt periculum quod ſuſpicaretur, non euenerit: quia ſufficit iuſta ſuſpitionis cauſa. Vellem ꝙ diceret quis in ratione ſola naturali, ſi nouerca iuuenis & cupidinis apta blanditijs, cum priuigno, non ideo velit agere in domo eadem, ꝙ ſuſpicetur, ne quid turpius accidat pudicitiæ ſplendorem lędens, an non iuſtiſſima ſit eiuſmodi ſuſpitionis cauſa? Simile videmus paria eſſe ꝙ ſit bellum actualiter, vel ſola belli ſuſpitio, vt fiat remiſſio penſionis ob cauſam belli. Ancha. in conſi. 88. Præmiſſa facti ſerie. vbi refert dictum illud Senecæ in tragedijs. Peior eſt bello timor ipſe belli. refert & ſequitur Ale. in l. diuortio. in prin. col. 3. ff. ſolut. matri. Idem voluit Imo. in conſ. 7. col. 2. Deci. in l. 1. in prin. col. 20. nume. 67. ff. de offic. eius. Iaſ. in d. l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas, in 8. no. ff. de acqui. poſſ. & in l. cùm te proponas, col. 2. & ſeq. C. de tranſa. ¶ Tertiò dico non eſſe expectãdum, vt debeatur legatum vſusfructus extra domũ, ſi nouerca interpelletur de pudicitia a priuigno: ſed immo obuiandum eſt, vt ne ipſa expectatio periculum adducat: interim enim lædi poſſet caſtitatis ornamentum. melius eſt enim intactam cauſam ſeruare, q̃ poſt illatum vulnus remedium quærere. l. fi. C. in quibus cau. in integ. reſti. non eſt neceſ. l. 1. C. quan. lice. vnicui. ſine iud. ſe vẽn. Et ꝙ Terẽtius conſulit, Malo nos ante pſpicere, q̃ vlciſci accepta iniuria. Et qđ dicit Ouidius, Principijs obſta, ſerò medicina paratur, Cũ mala per longas conualuere moras. gl. in c. ad hæc, de reſcri. facit tex. in l. 2. C. de iuris & facti ignor. ibi, ſerè prece ſubueniri tibi deſideras. & qđ ſcribit beatus Hiero. Dũ paruus eſt hoſtis, cũ interfice. quẽ citat Bellamera in conſ. 40. col. 8. poſt med. ¶ Quartò, ꝙ vbi maritus legat alimenta ſiue vſumfructum extra domũ caſu quo mulier in domo ſtare non poſſit, ꝙ debeatur legatum ſi in domo honeſtè ſiue citra honeſtatis ſiniſtram ſuſpitionem ſtare nõ poſſit, adduco Bar. in d. l. diuortio, in princ. col. 2. ſolu. matr. & in d. l. Caio §. fi. ff. de alim leg. Bald. in conſ. 58. & in conſil. 92. lib. 2. Pau. de Caſt. in conſi. 428. in quinto dubio, lib. 2. Ange. in l. Titia. ff. de ſolutio. & in l. vnica. §. cum autem. C. de rei vxor. actio. Ang. Aret. in §. fuerat, nu. 16. Inſti. de actio. ¶ Sextò in terminis terminantibus in ſpecie & indiuiduo: quando ſit legatum nouercæ in domo teſtatoris, ꝙ illud debeatur extra domum, vbi adeſt priuignus iuuenis propter ſuſpitionem pudicitiæ, adduco Bald. in l. ſi ea. C. de condi. inſer. vbi Bal. fortius voluit, ꝙ ſi fiat legatum nouercæ ſub conditione ſi à priuignis non diſceſſerit, adhuc poteſt nouerca à priuignis recedere propter ſiniſtram ſuſpitionẽ euitandam, & nihilominus conſequitur legatum. & tamen in caſu noſtro teſtator non appoſuit iſtam conditionem, Si à priuignis non diſceſſerit: ſed ſolum caſu quo in domo cum hæredibus ſtare non poſſet. & ſic in caſu noſtro verba legati ſonant in libertatem recedendi à priuignis, in caſu ſũt Bal. ſonãt in vinculũ & obligationẽ ſtandi cum priuignis: ſi ſtante vinculo põt nouerca diſcedere, quantò fortius, vbi verba ſonãt in libertatẽ? Idẽ voluit Bal. in Auth. quod locũ, ante fi. C. ſi ſecun. nup. mulier. vbi ꝙ nouerca nõ cogitur manere cũ priuignis ob id ꝙ debentur ei alimenta extra domum, etiam alia rõne quàm timoris pudicitiæ, id eſt, quia ſit odium naturale inter nouercã & priuignos. allegat Iac. de Are. in l. pe. ff. vbi pup. edu. deb. vbi ẽt not. Bar. & Bal. refert & ſequitur Iaſ. in d. l. diuortio. in princ. col. 7.
3 ff. ſol. matri. ¶ † Septimò ex alio dico, ꝙ vidua hæc habet iuſtam cauſam recedendi a domo mariti, licèt fuerit legatũ caſu quo in domo habitare nõ poſſit: ꝙ vult ſeorſum habitare cũ filijs ſuis priuignis relictis, ex eo qđ ſcribit Io. de Ana. in cõſ. 54. vbi ꝙ iuſta cauſa nõ ſtãdi in domo mariti, eſt qñ maritus inſtituit extraneos

tiens & mulier vult ſeorsũ habitare cũ filijs: ſed priuigni dicunt
extranei reſpectu nouercæ, ergo &c. ¶ Octauò ꝓ hac opi. addu-
co Spec. in ti. qui filij ſint legit. num. 30. vbi ꝙ vxor cogitur per
cipere alimenta in domo mariti, qñ filius ẽ hrs. poſtea ſubdit ꝙ
ſiue filius ſiue alius ſit hæres, nõ cogitur in domo percipere qñ
honeſtè aut ſine cõtentione percipere nõ poteſt. Pondero ꝙ pri
mo loco ſolùm dicit eam cogendã in domo percipere, quando
filius eſt hęres: ergo videtur velle ꝙ vbi extraneus eſt hæres, nõ
cogatur in domo percipere, aliàs nulla eſſet differentia an filius
ſit hæres vel extraneus, quia etiã vbi filius eſt hæres nõ cogitur
cum eo in domo ſtare qñ ex cauſa non poſſet, putà propter con
tentionem & rixas: vt ergo ſit alia differentia quãdo filius eſt hę
res & quãdo extraneus, quam differentiã voluit Spec. conſtitue
re, dicendũ eſt, ꝙ vbi extraneus eſt hæres, domũ mariti habitãs,
indiſtinctè nõ cogatur vidua cum extraneo agere, quaſi cũ ex-
traneo non cõmode aut honeſte poſsit habitare. ¶ Nonò con-
ſidero ꝙ oẽs doc. in hac materia cõueniunt ꝙ ſola ſiniſtra ſuſpi
tio honeſtatis dicitur cauſa ſufficiens cur dicatur mulierem nõ
poſſe in domo mariti manere. iſtam ſolam ſuſpicionem adducit
Bal in l. 1. col. 5. circa med. verſi. ſed dubitatur quid ſi neuter. C.
de lega. in d. l. ſi ex. C. de conditio. inſer. Ang. in d. §. fuerat. in 6.
inſti. de actio. Modò iſta ſuſpitio conſiſtit in animo: timor enim
& ſuſpitio paſsiones ſunt animi: ſed ea quæ in animo cõſiſtunt,
videntur probari per iuramentum, iuxta gl. & doc. in §. ſed iſtæ.
inſti. de actio. vbi latè Moder. ob id ſtandũ videretur iuramẽto
ipſius nouercæ ꝙ vitricũ ſuſpectum habeat. quod maxime ob-
tinet, quia ſuſpitio eiuſmodi oriri ſolet ex varijs cauſis, quæ nec
in publico cõmitti ſolent nec explicari honeſte poſſunt. ¶ Deci
mo facit in fauorẽ viduæ, ꝙ mortuo viro ſtatim a domo receſ-
ſit ex cõſilio & conſenſu tutorum, & duorũ liberorum defuncti
mariti ex prima vxore, qui ipſi eidẽ viduæ conſtituerũt certũ
redditũ in alimenta loco derelicti vſusfructus. & licèt nunc dñs
Bartholomæus contradicat, non videtur de eo curandũ poſtq̃
4 maior pars in vnũ conſenſit, quia etiam † in pluribus admini-
ſtratoribus ſtatur maiori parti, vt habetur in l. 3. §. fi. ff. de admi.
tut. & declarat Bar. in l. quod maior. ff. ad munici. Quod maxi-
me procedit, quia ita dicit expedire liberis minoribus vtriuſq;
matrimonij, licèt domino Bartholomæo aliud viſum ſit: plu-
rium enim ſentẽtia debet pręualere. c. ſi tranſitus. 79. di. quod
aũt ſemel placuit, amplius diſplicere nõ debet, reg. qđ ſemel. li. 6.
¶ Ex præmiſsis apparent ſublata quæ ſupra in contrarium ad-
ducta ſunt: nam fateor ꝙ legatum vſusfructus non debet extra
domum, vbi vxor cum hæredibus mariti ſtare poteſt: ſed dico ꝙ
in caſu iſto ſtare non poteſt, quia honeſte ſtare nõ poſſet & ſine
ſiniſtra ſuſpicione pudicitiæ. Et in quantum dicitur ꝙ onus pro
bandi negatiuam incumbit vxori, ꝙ honeſte ſtare non poſsit
fateor, ſed dico ꝙ probatio vxoris eſt euidens per iuris pręſum
ptionem ex eo ꝙ ipſa vidua ſit formæ laudatiſsimæ, & amabili
in virenti ætate, & hæres priuignus in calida ac feruẽti iuuẽta,
adeo ꝙ iuris præſumptione non tuto ſimul poſſent cohabitare
& ſine ſiniſtra hominum ſuſpitione, vt ſupra oſtendimus per ra
tiones naturales & efficaces, ac per deciſionẽ in terminis. & ſic
probat vidua eius negatiuã ꝙ agere non poſsit in domo hære-
dum per iuris pręſumptionẽ, quæ dicitẽ probatio liquidiſsima.
l. licet imperator, cum ibi late no. ff. de leg. 1. late Moder. in rub.
5 extra, de prob. ¶ † Secundò principaliter dubitatur, quia mari-
tus deceſsit de menſe Septẽbris collecto iam grano & vinis pen
dentibus: an hæredes mariti lucrari debeant fructus bonorũ do
talium conſiſtentium in prædijs? Ad iſtud reſpondeo ꝙ inſpici
debet tempus contracti matrimonij & traditionis ipſorum bo-
norum, quia hæredes mariti lucrãtur fructus pro rata anni quo
durauit matrimonium & ſubſtinuit maritus onera matrimonij.
verbi gratia: contractũ eſt matrimoniũ & tradita dos de menſe
Maij, & ſic onera matrimonij ſubſtinuit maritus pro tertia parte
vltimi anni, & diuidi debẽt fructus vltimi anni in tres partes, &
tertiam partẽ percipiant hæredes. l. de diuiſione, vbi late ſcribẽ.
ff. ſol. mat. ideo videndũ eſt de tempore cõtracti matrimonij &
traditionis bonorum dotaliũ, & præmiſſa procedunt tam in fru
ctibus perceptis q̃ pendentibus de tempore ſoluti matrimonij.
¶ Et hic aduertendum, ꝙ ſi mulier feciſſet aliquas expenſas in
bonis iſtis dotalibus in primo anno cõtracti matrimonij, tales
expenſæ detrahi poſſunt de fructibus vltimi anni. iuxta. l. fru-
ctus, cum ibi no. ff. ſol. matri. ¶ Tertio dubitatur, an pro liberis
pupillis dictæ viduæ peti poſsit diuiſio bonorum cõmunium
cum liberis prioris matrimonij? Breuiter, ſi verũ ſit qđ ponitur
in facto. i. ꝙ iſta diuiſio ſit futura vtilis ipſis pupillis, & doceat
de tali vtilitate, puto diuiſionẽ peti poſſe: nam licèt minor pro
uocare non poſsit ad diuiſionem regulariter. l. ſi pupillorum. ff.
de rebus eorum. hoc tamen non procedit quando expedit pu-
pillo diuiſionẽ fieri gl. & Bart. in l. iubemus nulli. C. de ſacroſã.
eccle. cum ſimil. vt per Alex. in conſi. 7. in fi. lib. 5. vtilitas autẽ
non breuis proponitur, quia dominus Bartholomæus vult do-
mum tenere cum ſumptu non modico viuendo de bonis com-
munibus. Plane ſi pupilli eorum redditus ſeparatò habeant, ve-
ctigal magnum in parſimonia conſequentur. Laus Deo, Virgi-
ni, ac diuo Ioanni Euangeliſtæ, ac vniuerſæ cæleſtium curiæ.
Sauiliani, die 26. Nouembris. 1545.

¶ Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. Doc.

SVMMARIVM.

1 *Dominium pecuniæ numeratæ non eſt difficilis probationis.*
2 *Deferens pecunias, pſumitur dominus earum ex ſola delatione & poſſeſſione.*
3 *Identitas perſonæ facilius probatur quàm identitas rerum.*
4 *Veriſimilitudo dicitur cognata naturæ.*
5 *Falſa demonſtratio non vitiat, ſi aliæ plures veræ ſint.*
6 *In caſibus in quibus agens tenetur probare de dominio, et in quibus dominium eſt difficilis probationis, ſatis eſt actori ſi ꝓbet qualitatem rei.*
7 *Cautio debet præſtari per eum, qui tenetur ad aliquid ſoluendũ vel reſtituendum.*
8 *De futura petitione tertij ratio haberi non debet.*

CONSILIVM CCLXIX.

¶ Pro cõmẽdabili Philippo Solegli mercatore Leualdixij diſtri-
ctus Saluiani cõtra Iioardum Helenę, & Ioannã vxorẽ Poncij
Borrelli ex loco Cõueyraſij patrię Brianzoneſij in Delphinatu.

DIVTNO ſubſidio ex corde poſtulato. Cõmenda-
bilis mercator Philippus de Soleglis loci Leual-
diaij diſtrictus & mãdamenti Saluiani, amiſit ſac
culũ pecunię, in quo erãt ſcuti centũ quadragin-
ta & ſeptẽ cũ dimidio, ſolis & Italiæ, prope locũ
Cheyraſij, accedẽdo ad nundinas Brianzoni. deinde cõtinuo vt
amiſsionẽ cognitã habuit cõqueſtus eſt apud plurimos particu
lares quærens inuentorẽ, cui præmium aureorũ 50. donare vo-
lebat, querelam etiã obtulit ad caſtellanũ dicti loci Cheyraſij.
Rurſus obtinuit monitorias a iudice eccleſiaſtico, duæ perſonæ
declarauerunt inueniſſe ſacculũ vnum pecuniarũ in quo eſſent
ſcuti 125. tam ſolis q̃ Italiæ. Propoſita eſt actio cõtra inuento-
res in curia bailiuatus Brianzoni. Quærit, an probata dicat in-
tentio ipſius Philippi, vt ei pecunię inuẽtæ reſtitui debeãt: & an
teneatur ad cautionẽ aliquam de reſtituendo, ſi quis alius appa
reat dominus pecuniarũ. ¶ Breuiter, non arguendo ad partes,
dico pecunias eſſe reſtituẽdas ipſi Philippo. & cõſidero pro fun
1 damento † ꝙ dominiũ pecuniæ numeratę non vr̃ difficilis pro-
bationis, immo facilis: quia probatur dominiũ pecuniæ ex ſola
eius poſſeſsione, in tantum ꝙ dominium pecuniæ a poſſeſsione
eius ſeparari nõ poteſt, ideo accipiens pecuniã alienã mutuo a
non dño, fit dominus illius pecuniæ ex ſola cõmixtione illius
pecuniæ cũ ſuis proprijs. l. ſi alieni. ff. de ſolutio. ita tradit Card.
in cle. exiui de Paradiſo. §. quia propter, de verb. ſig. Videmus ẽt
ꝙ licèt ex ſimplici traditione alicuius rei ſine cauſa nõ transfe-
ratur dominiũ. l. nunq̃ nuda. ff. de acq. rer. dom. ſecus tamen in
ſimplici traditione pecuniæ ad numerũ, quia ex ea transfert do
minium. l. in naue Saufeii, verſi. idẽ iuris. ff. locati. Bar. & doct.
in l. eius qui, verſi. quas vero, vbi Iaſ. col. 4. ff. ſi cert. pet. habetur
in l. 2. §. mutui datio. eo. tit. His ita præſuppoſitis & cõſideratis;
2 dico ꝙ † deferrens pecunias præſumit dñs earum ex ſola dela-
tione & poſſeſsione, cum dominiũ pecuniæ ab eius poſſeſsione
ſeparari nõ poſsit vt ſupra dictũ eſt. Itẽ in dubio lex præſumit ꝙ
pecunia ſit propria deferẽtis aut poſsidentis eam, nõ aliena. l. 2.
C. pro ſocio. vbi Bar. per illũ tex. quòd hoc procedit, licèt emat
quis rem ſuo & alterius nomine, adhuc pręſumitur emere de pe
cunijs proprijs. tradit idem Bar. in l. ſi patruus. C. com. vtr. iud.
Bald. in l. pe. C. ſi quis alteri vel ſibi. Abb. in conſi. 46. in tertio
dubio. lib. 1. Itaq; ſi probari poſsit ꝙ iſte Philippus agena ſit il-
lemet qui pecunias illas deferebat, dico ꝙ abundè & legitimè
probatum dicitur pecunias fuiſſe ſuas & ad eum pertinuiſſe.

¶ Quòd autē agens ille dicatur, qui pecunias inuentas deferret,
3 Probatur ea multis; in qua re cóſidero, ꝙ † idētitas perſonæ fa
cilius probatur ꝗ identitas rerum, ex eo, quod Bar. ſcribit in l. ſi
quis ſeruum. §. ſi inter duos. ff. de leg. 2. vbi ſi teſtator qđ legat
Clarutiæ talis parochiæ, ſi veniat aliqua mulier illius parochiæ
noīe Clarutię, illi debetur legatū, nec auditur hæres ſi dicat, Tu
non es illa Clarutia, probes te eſſe illā: ſequitur Iaſ. in conſi. 94.
col. 5, circa med lib. 1. Et tamen vbi agitur de identita rerū, illa
probanda eſt ſaltem per duas demonſtrationes, vt habetur in l.
demonſtra. ff. de condi. & dem. in c. auditis, de pſcrip. Et iſtud eſt
quod voluit Bald. in conſi. 70. Cùm appareat. lib. 4. vbi quòd nō
præſumitur pluralitas nominum ob id ꝙ præſumitur identi-
tas corporis probata identitate nominis. dico igitur cùm pro-
batum ſit & appareat iſtum actorem illum eſſe, qui querelā pro
poſuit amiſſæ pecunię, nec pars doceat de alio querelante, is eē
præſumitur, qui pecunias amiſit, non alius. Quòd aūt actor quę
relam propoſuerit, apparet ex denunciatione euangelica ſeu ex
monitorijs. ¶ Secundo quòd agens is ſit q pecunias deferret, &
amiſit, probatur agendo a veriſimili, quæ probatio dicitur for-
4 tiſſima & naturalis: quia † veriſimilitudo dicitur cognata natu-
ræ. Bal. in conſi. 158. Mortuo filio. lib. 3. & habetur veriſimilitu-
do pro lege. Oldr. in conſi. 13. Cùm quæſtio, in fi. nec dubia di-
citur res de qua conſtat per veriſimilitudinem. l. vbi eſt verbo-
rum, vbi Soc. in tertio not. ff. de reb. dub. hinc videmus ꝙ ſtatur
teſtibus paucioribus numero quando deponunt veriſimiliora.
l. ob carmen. §. fi. ff. de teſti. ca. in noſtra. extra eod. tit. Bald. in l.
teſtium. colum. pen. C. de teſtib. cum ſimil. Sed pluſquam veriſi-
mile eſt ꝙ iſte agens & non alius pecunias amiſerit: quia ſolus
ipſe de perditione querimoniam inſtituit. obſecro ſi quis alius
tantam quantitatem amiſſam haberet, an non querelā inſtituiſ-
ſet? an non aliquis ſaltem rumor de alio qui amiſiſſet, diuerſus
haberetur? ¶ Tertiò arguo fortiſsimè, nos habemus, quòd ſi dñs
rei commodatæ, aut mutuatæ, nuncium deſtinet ad commoda-
tarium, qui nuncius ſigna idonea & ſufficientia reddat, ex qui-
bus probetur & arguatur eum verè eſſe nunciū domini rei cō-
modatæ: ſi tali nuncio credat cōmodatarius, & ei reſtituat rem,
excuſatur commodatarius. Pa. de Caſt in conſ. 179. Conſiderā-
dum eſt. & in conſi. ſeq. lib. 2. tradit Bertachi. in 3. parte reper-
to. in verbo, Cōmodatarius, verſ. 1. Sed iſte agens abundè ſigni
ficauit indicia & interſignia denotantia pecunias inuentas ad
eum pertinere. Primò quia dixit illas amiſiſſe in quoddam ſac-
culo telæ nouæ. Secundò quia expreſſit locum amiſſionis. Ter-
tiò quia declarauit qualitatem pecunię amiſſæ ꝙ eſſet in aureis
ſolis, Italiæ, & alijs. Quartò quia declarauit tempus amiſsionis.
In quibus ſignis & indicijs conueniunt reſponſiones & reuela-
tiones ipſorum reorum, qui pecunias inuenerunt: cui dubium
ꝙ quatuor iſtæ demonſtrationes ſint pluſquàm ſufficientes, cū
duæ ſufficerent? l. forma. ff. de cenſibus. Bart. in l. demonſtratio
falſa. ff. de conditio. & demonſtratio. & ſi danda eſt fides nūcio
ob eius interſignia, quantò fortius vero domino fides habenda
eſt? nā in nuncio fraus & falſitas committi pōt, ex parte com-
modatarij, ſi nunciū ipſe ſupponat cū inſtructione interſignio-
rū: quæ falſitas aut fraus in caſu iſto committi non pōt. Quod
fundamentū iudicio meo videtur inexpugnabile. ¶ Nec obſtat
ꝙ non videtur datum interſignium quantitatis pecuniarū, cùm
dicat agens de ſcutis 147. cum dimidio, & fateantur rei de cen-
tum & quindecim: quia reſpondeo, ꝙ præſumptio iuris eſt con
tra reos: nam inuenta pecunia ſi ignorabant amiſſorem, conſi-
gnare eam debebant Epiſcopo loci, aut eius Vicario. Bal. in l. 1.
colum. 1. ff. de rer. diuiſ. cum ſimil. vt per Iaſ. poſt Alex. in l. rem
quæ nobis, columna ſexta poſt med verſic. circa primum mem-
brum. ff de acquir poſſ. Retinendo igitur eam pecuniam, & in
vſus ſuos conuertendo, furtum commiſerunt, cap. ſi quid in-
ueniſti, 14. quæſtione quinta. Itaque non eſt credendum aſſer-
tioni ipſorum inuentorum in dolo exiſtentium, immo iuramē-
to potius ipſius actoris, per ea quæ habentur in l. in actionis. ff.
de in litem iurando. ¶ Si enim ſtatur iuramento in litem: a for
tiori, iuramēto veritatis. Et maximè, cū ipſe agens det quatuor
inſignia verificata ex confeſſione reorum: ipſi autem rei ſolùm
dant vnam difformitatem in quantitate pecuniæ. ¶ Ex alio ar-
guitur dolus contra reos: quia variant in modo diſtributionis
pecuniarum: quia mulier dicit dediſſe dimidiam ſociæ itineris,
quę negat de dimidia. ¶ Aliter etiam & ſecundò reſpondeo ad
argumentum, ꝙ ex quo conueniunt quatuor demonſtrationes
& indicia, iſtud videt̄ ſufficere, licèt non conueniat interſigniū

quantitatis. Bar. in l. demonſtratio, in 6. quæſtione. ff. de condi.
5 & demon. Soc. in l. in teſtamento. 1. col. 2. ff. eod. tit. † vbi ꝙ falſa
demōſtratio non viciat, ſi aliæ plures veræ ſint. ¶ Tertiò reſpon
deo ꝙ argumentum poſſet colorem habere, ſi rei ſponte decla-
raſſent habere pecunias aut eas inueniſſe, & proclama fieri feciſ
ſent de reſtituendo danti interſignia: quia tunc præſumptio eſ-
ſet pro eis, ꝙ nollēt aliena retinere: ſed iſti diu tacuerūt nec ſpō
te declarauerunt pecunias inueniſſe, immo coactè metu cēſura-
rum, ob id nullo modo eſt ſtandum eorum aſſertioni ꝙ ſcutos
centum & quindecim tantùm inuenerint, ſed potius credendū
eſt aſſertioni actoris veriſimili ob tot ſigna ab eo expreſſa & ve
rificata: videmus in ſimili ꝙ ſtatur aſſertioni iudicis, vbi aliàs
non ſtaretur, quando illa eſt veriſimilis. Anchar. in conſil. 377.
Ex pdicta facti narratione. col. fi qđ eſt repetitum in conſ. 439.
¶ Videmus ēt ꝙ liber rationum probat in fauorem ſcribentis,
vbi aliàs non probaret, quando continet veriſimilia ſaltem cum
iuramento ipſius ſcribentis. Bal. in rub. C. de fide inſtrum. Corn.
in conſi. 219. col. 10. verſ. & hic eſt. lib. 3. Dec. in l. 1. col. 1. in fi.
C. de eden. in c. 2. col. 5. de fide inſtrum. in conſ. 410. col. 1. circa
med. & in conſ. 596. col. 2. poſt med. ¶ Et ſi dicas poſtq̄ declara-
uerunt metu cenſurarum, veriſimile eſt ꝙ ad veritatem decla-
rauerint, aliàs omnino tacuiſſent. Reſpōdeo ꝙ declarauerunt
veriti ab alijs manifeſtari & furti accuſari, quia veriſimile eſt
ꝙ aliquibus reuelaſſent de pecunijs inuentis, vel ꝙ aliqui cōtra
eos ſuſpicarentur, videntes eos pecunias habere contra ſolitum
in tanta quantitate. Et ꝙ declarauerint per metum iudicij tem-
poralis nō ſpiritualis, arguitur: quia in eorum declarationibus
ſibi ipſis contrariantur: nam Ioanna vxor Pontij Borreli dicit
diſtribuiſſe dimidiā pecuniam Iſoardo Helenæ, filio germani, &
tamen Iſoardus negat de dimidia, & ex hoc alteruter ipſorum
declarantiū neceſſariò mentit̄: apparet igitur ꝙ non ex fide ita
declarauerunt. ¶ Quartò reſideo ꝙ ſtandū eſt dicto ipſius actoris
verificantis pecunias ad ſe pertinere per quatuor interſignia, ex
quo nullus alius apparuit, neque apparet qui de ipſis pecunijs
quæſtionē mouerit: probatio enim ſufficiens habetur, quæ aliàs
non ſufficeret, qñ non apparet de iure alterius, c. 1. de religio.
domi. Ideo licèt non probetur de tpe neceſſario ad præſcriben
dum, hoc tñ non nocet actori vel reo, quando non apparet de
aliqua poſſeſſione alterius: quia tunc præſumitur pro eo, qui p
bat de poſſeſſione alicuius temporis. Abb. in conſ. 52. col. fi. li. 2.
per tex. in d. c. 1. vbi Inno. de relig. dom. tradit idem Abb. in cōſ.
54. col. 2. in fi. verſ. a. ad idē optimè facit. & in conſ. 82. col. 3. in
fin. verſ. ad prædicta. lib. 1. In propoſito noſtro, rei non præten
dunt ius in dictis pecunijs: tertius nunquam apparuit qui de per-
ditione pecuniarū verbū fecerit, qui tñ veriſimiliter feciſſet, ſi
perdidiſſet. arg. l. cùm de indebito, ff. de pbatio. Quis igitur in
naturali rōne viuens, nō credet pecunias ad actorem pertinere,
qui ipſe ſolus conqueſtus eſt & lamētatur, q ipſe tot probatio-
nes præſtitit per tot argumēta ſupra cōmemorata? ¶ Quintò re
ſpondeo ꝙ niſi credat̄ actori, qui docuit de tot interſignijs pp
declarationes reorū, qui ſolum dixerunt de ſcutis 115. ſemper
eſſet in poteſtate inuenientiū res alienas, defraudandi dños re-
bus pditis dicētes plus vel minus inueniſſe, vel aliter diuerſifi-
cando qualitatē aut quantitatē rerum inuentarū. Sed fugienda
eſt interpretatio p quā eſſet in poteſtate partis aliū eludere aut
iure ſuo defraudare, vel per quā altera pars remaneret in dāno
aut decepta. l. 1. §. 1. ff. de arb. l. ſed ſi pupillus. ff ſed & alias. ff. de
inſtito. l. 1. §. magiſtrū ff. de exercito. l. ſi idē. cū eod. verſi. ne in
poteſtate. ff. de iuriſdi. om. iud. l. ſi quis in cōſcribēdo. circa med.
C. de pactis. quæ iura ad hoc propoſitū citat Pa. de Ca, in conſi.
205. Ego Paulus, in fi. in conſi. 285. Viſis & ponderatis omni-
bus ſupraſcriptis. colum. 3. circa med. & in conſil. 317. Viſo &
examinato. col. pe. poſt me. li. 1. & in pulchro caſu tradit Calde.
in conſ. vlt. col. 1. poſt med. verſi. item, quia ſi teneremus. in tit.
6 de donatio. ¶ Sextò & vltimo ac peremptoriè † ꝙ in caſibus in
quibus agens tenetur probare de dominio, & in quibus domi-
nium eſt difficilis probationis, ſatis tamen eſt actori ſi probet
qualitatem rei & eam demonſtret per duas demonſtrationes. l.
ſi in rem. ff. de rei vend. l. forma. iuncta gl. in verſic. vicinos ff. de
cenſibus. quāto magis in caſu iſto ſufficiēt quatuor demonſtra-
tiones in quo probatio dñij eſt facillima, vt ſupra oſtendimus?
¶ Circa cautionem an cogatur agens cauere de reſtituendo ſi
alius apparet dominus pecuniarum: breuiter concludo ꝙ non,
ſequentibus fundamentis. Primo, quia cautio petitur quando
aliàs quis fieret in damno, puta quia cōueniatur duplici iudicio

l. is a quo. ff. de rei vendica. ſed hic nullum verſatur periculum reorum nec in præſenti nec in futurum, qa a nemioe moleſtantur nec moleſtari potuerũt ſi pecunias reſtituãt tradenti interſignia iuris ſui, per ea quę ſuprà diximus de commodatario re-
7 ſtituenti tem nuntio portanti interſignia. ¶ Secundò † cautio debet præſtari per eum qui tenetur ad aliquid ſoluẽdum vel reſtituendum. l. in omnibus. ff. de iudic. & in titu. ff. vt leg. ſeu fid. ſer. cau. ſed agens ſi recuperet pecunias ſuas, non tenetur eas reſtituere. & quòd ad eum pertineant, apparet ex præmiſsis. Aliàs ſequeretur ꝙ omnis qui agit ad rei perſecutionem actione reali vel perſonali aut alia, quę ex delicto deſcendit, ſi obtineat, tenet cauere ꝙ ſi alius ſuperueniat ius prętendens, de ei reſtituendo: quod eſt abſurdum, poſtquam docuit de iure ſuo. ¶ Tertiò dicere ꝙ actor teneatur cauere, eſt opponere de iure tertij, de quo nullo modo apparet, nec aliqua veriſimilitudo dictat ꝙ apparere poſsit. modò dico ꝙ etiam ſi appareret de iure tertij, illud opponi non poſſet quando non eſt excluſiuum iuris agentis ipſo iure, vt per Bart. in l. 2. ff. de exce. rei iudic. Bald. in l. cum ſeruum. C. de ſeruis fugi. cum ſimi. quantò minus opponi hic poterit de iure tertij de quo nullo modo apparet nec ſpes eſt ꝙ apparere poſsit? ¶ Quartò iſta cautio peti non poteſt niſi in euentum ꝙ in futurum appatere poſſet ius prętendens: ſed iudex nõ habet quærere de tractu futuri temporis, ſed rebus ſic ſtantibus iudicandum eſt, l. non quemadmodum. ff. de iudic. ¶ Quintò ꝙ cautio præſtari nõ debeat, adduco Rotam deci. 310. Si reus, in nouis. vbi ꝙ inſpicitur quod euenire poteſt quando illud non habet ſpem in aliquo vero de præſenti in iure fundato, p l. ſciẽdum. § pe. ff. qui ſat. cog. l. 1. ff. de litem iur. l. Iulianus. ff. ex quib. cau. maio. c. in noſtra, de iniur. ſed ꝙ tertius poſsit ſuperuenire qui ius prætẽdat in iſtis pecunijs, non habet aliquam ſpem fundatam in pſenti ſtatu, immo præſens ſtatus omnino repugnat, quia vt ſuprà dictũ eſt, ſi tertius alius pecunias perdidiſſet, pluſquam veriſimile eſt ꝙ de hoc querimonia aliqua habita eſſet. Ad idem adduco quod ſcribit Pau. de Caſt. in conſil. 182. In cauſa quæ vertitur Lucæ. in fi. lib. 1. vbi ꝙ nõ inſpicit quod euenire poteſt quando adhuc non ſunt aliquę coniecturæ ꝙ eueniat, per l. Iulianus. ff. qui & a quibus. ſed hic nullæ omnino ſunt coniecturæ, ꝙ tertio alij poſsit ius competere, vel ꝙ alius tertius ſit
8 deſideraturus iſtas pecunias, † ergo de futura petitione tertij ratio haberi non debet. Et poſito, citra præiudiciũ veritatis ꝙ aliqnia tertius poſſet agentem excludere, talis tamen futuræ excluſionis de qua dubium ſit, ratio haberi non debet, vt per Pau. de Caſt. in dicto conſil. 182. allegat Bart. in repet. l. Iulianus. in fi. ff. de condit. indebiti. ¶ Sextò conſidero, ꝙ tertius nullus venire poteſt, qui poſsit ius prætẽdere in iſtis pecunijs, nam actor abũdè & legitimè pbauit de iure ſuo per vera interſignia, in quibus dolus aut malitia conſiderari non poteſt. ¶ Pone ꝙ ſurgat tertius aliquis, quæſo, quę ſigna oſtendere poſsit ea quibus pecunię ſibi debeantur poſtquam agens prior ſigna dedit? ¶ Profectò re manifeſtata per actorem, & deinde reos, quorum demonſtrationes conueniunt demonſtrationibus actoris præcedentibus, ridiculũ eſſet dicere ꝙ fides habeatur alij tertio in ſignis manifeſtis & notorijs: equidem, ſi id fieri poſſet, q̃ non pauci inuenirentur ad pecunias inuentas concurrentes? ¶ Poſtremò conſidero ꝙ in omnem euentum vbi iudex vellet actorem cogere ad cauendum, ſtandum eſſet iuratoriæ eius cautioni, cum ſit foreſis nec fideiuſſorem valeat inuenire, ſuper quo ſtandum videtur eius iuramento, vel ſaltem remittendus eſſet ad cauẽdũ in loco domicilij, vt per ſcriben. in l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. vbi Iaſ. col. pen. Simile videmus in terminis auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. impera. offer. ꝙ ſtatur iuratoriæ cautioni quando non reperitur cautio. Guido Papæ quæſtione 50. circa fi. & quæſtio. 289. ¶ Ex quibus concludo in fauorem actoris ꝙ pecuniæ reſtitui debent ſine cautione, vel certè ſtari debet cautioni eius iuratoriæ, aut ad locum domicilij remittenda eſt cautio, ſaluo ſaniori iudicio. Sauiliani die penul. Nouembris. 1545.

¶ Aymo Crauetta ex Sauiliano I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia currit etiam in cauſis ſummarijs.*
2 *Impedimentum probari debet per eum, qui illud allegat.*
3 *Culpa imputatur ei, qui potuit impedimentum amouere, & illud non amouit.*
4 *Non datur reſtitutio aduerſus lapſum primæ inſtantiæ ex cauſa impedimenti.*
5 *Inſtantia dicitur perire culpa partis, non iudicis.*
6 *Argumentum valet a communiter accidentibus.*
7 *Sententia lata poſt inſtantiam peremptam, nulla eſt, nec reformari, nec confirmari poteſt.*

CONSILIVM CCLXX.

¶ Pro Vniuerſitate Vallis Macræ contra communitatem & homines Villarij Sancti Conſtantij Marchionatus Saluciarum.

DIVRNO ſubſidio ex corde poſtulato. In cauſa cõmunitatis & hominũ Villarij ſancti Conſtãtij, dubitatur de pluribus. & primò, an currat inſtãtia ĩ ipſa cauſa ĩ qua procedit ſummariè & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij? Secundò ſi currat, an inſtãtia dicatur perempta culpa partis agentis vel iudicis? Tertiò, ſi culpa iudicis, an ſententia lata poſt peremptã inſtantiam dicatur nulla? Quartò, an talis ſententia ſaltem poſsit re-
1 formari? ¶ † Circa primum dubiũ breuiter concludo, currere inſtantiam etiã in cauſis ſummarijs, quã opi. tenet Abb. in c. pe. col. fi. de iud. Ale. in conſi. 50. col. 3. circa med. verſi. præterea, & fortius d. li. a ſequitur Iaſ. in l. properandum. in prin. colum. 3. circa med. verſi. 2. quæritur. C. de iud. Addo Rom. in conſ. 174. Amplıſsime doc. in prin. Feli. in c. venerabilis, col. pen. in fin. de iudi. Natta in cle. ſæpe. §. quæ omnia. col. 31. cum tribus. col. ſeq. de verb. ſig. ¶ Circa ſecũdũ dubium, reſpondeo, ꝙ iſta inſtantia perijt culpa partis agentis, non iudicis: ſi. n. dicat pars ſe impeditam fuiſſe per iudicẽ quo minus cauſa finiretur intra ſuũ tempus, tenetur probare impedimentum. quia illud conſiſtit in facto, quod non præſumitur niſi probetur. l. quæcunq; § j. ff. de publi. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtli. reuerſ. cum ſimil. & cũ fundamentum partis ſit ſuper impedimento iudicis, illud probandum eſt, l. ei qui. ff. de probat. l. qui accuſare. C. de eden.
2 l. actor. C. de proba. cum ſimil. † & in terminis impedimenti, ꝙ probari debeat per eũ qui illud allegat, tradit Inno. in c. ea tranſmiſſa, de præſcri. quem refert & ſequitur Dec. in c. ſi pro debilitate, col. 4. poſt med. verſi. ad prædicta quærunt Mod. de offi. delega. ſed ꝙ impedita fuerit pars agẽs per iudicem, nihil pbat. ¶ Nec obſtat ꝙ cauſa eſſet inſtructa ad ius dicendũ, & ſic ꝙ non videatur ſtetiſſe per partem, ſed per iudicem: quia reſpõdeo nõ ſatis eſſe ꝙ cauſa inſtruatur ad ius, niſi proceſſus ad iudicem deferatur pro dicenda ſententia: nec dicitur ſtetiſſe per iudicẽ antequam proceſſus habeat ſuper quibus ius reddat. culpa igitur imputanda eſt parti agenti quæ non curauit vt acta ad iudicem portarentur: ita enim conſuetudo habet vt curent partes acta ad iudices deferri. nõ facere igitur qđ fieri conſuetum eſt, culpa dicitur, immo ſpecies latæ culpæ. Bald. in conſil. 463. Statuto communis Papiæ. colum. 1. lib. 3. quod eſt repetitum in conſ. 436. lib. 5. vbi ꝙ ſpecies latę culpæ dicitur, non inquirere de eo quod inquiri conſueuit, per tex. in l. doli mali. §. fi. ff. de nouatio. Immo ſi iudex ſpõte peteret acta ad eum ferri, diceretur ſuſpectus. l. quæ omnia. ff. de procura. Ideo dicitur ꝙ iudex non debet vltrò iudicare, ſed demum partibus inſtantibus & requirentibus, aliàs ſententia dicitur nulla. Bart. & doct. in l. vni. C. vt quæ deſunt aduo. cum ſimil. vt per Iaſ. in l. properandum. §. & ſi quidem. colum. 1. poſt med. verſic. 2. infertur. C. de iudi.
¶ Secundò ꝙ inſtantia dicatur perijſſe culpa partis agentis, pro-
3 batur. nam culpa † imputatur ei, qui potuit impedimentum amouere, & illud non amouit. l. ſed & ſi per prætorem. §. 1. vbi. Bald. ff. ex quibus cau. maio l. quibus diebus, in princ. vbi Bald. ff. de conditio. & demonſtratio. c. fin. vbi tex. not. de electi. quæ iura ad hoc citat Deci. in l. 1. colum. 3. poſt med. C. de bon. poſ. ſecund. tab. Sed pars agens potuit amouere impedimentum faciendo deferri acta iudici & illa diffiniri: ergo illud non faciendo, dici non poteſt in culpa non fuiſſe.
¶ Tertiò dico non poſſe partem agentem, culpam in iudicem transferre, & dicere ꝙ fuit impedita facto iudicis quominus cauſam diffiniri faceret intra tempus inſtantiæ: quia impedimẽtũ non excuſat niſi probet impeditus ꝙ fecit omnem diligentiam & omnem conatum vt impedimentum ceſſaret: & iſtud eſt generale in omni impedimento. Innoc. & doct. in c. ex tranſmiſſa. de præſcrip. vbi quòd non ſufficit allegare impedimentum niſi doceatur de diligentia adhibita vt impedimentum non eueniret: aliàs volens dicitur quis impedimentum pati, per tex.

tex. in l. s.C. ne ſacrum baptiſ. idem dicit Bal. in l. fi. in fi. per il-
lum tex. C. de adulter. ideo videmus ꝙ lapſo termino ad proban
dum, non excuſatur quis tanq̃ impeditus ea eo ꝙ teſtes citari
fecerit, ſed illi noluerunt comparere, niſi inſteterit ꝙ cogerent
comparere mulcta indicta & captis pignoribus, & ſi fecerit oẽm
conatum vt impedimentum ceſſaret. ita Bal. Pau. de Caſt. Imo.
& Soc. in d. l. quibus diebus. in princ. ff. de condi. & demon. & ꝙ
impedimentum non excuſet, niſi doceat impeditus ſe feciſſe om
nem conatum, vt ipſum impedimentum ceſſaret, tradit Felin. in
d. c. venerabilis. col. 3. ver. tertio limita, de indicijs. Sed pars agẽs
non docet de aliqua eius diligentia & conatu, ꝙ curauerit acta
ad iudicem deferri, & eis delatis ꝙ fecerit omnem conatum, vt
cauſa intra tempus expediretur. ¶ Quartò, in terminis primæ in
ſtantiæ ꝙ non excuſetur actor a lapſu inſtantiæ niſi ſi fecerit
omnem conatum, vt cauſa expediretur intra tempus ipſius in-
ſtantiæ, etiam proteſtando contra ipſum iudicem nolentem aut
differentem expedire, tradunt Bal. Alex. & Iaſ. in d. l. properan-
dum. §. ſin autem vtraque. C. de iudi. vbi Iaſ. ꝙ durum & diffici-
le eſſet in practica aliter obtinere. Et aduertendum quia licèt
Iaſ. ibi arguat contra, argumenta eius ſolum reſpiciunt neceſ-
ſitatem proteſtandi, ꝙ non ſit neceſſe proteſtari ꝙ non ſtet per
ipſum actorem, quando conſtat ꝙ ſtat per iudicem: ſed non ne-
gat Iaſ. quin ſit neceſſe apparere ꝙ ſtet per iudicem, & ꝙ actor
debeat facere omnẽ diligentiam, & præſtare omnem conatum,
vt cauſa expediatur intra tẽpus. & ſi Iaſ. aliter diceret, peſsimè
& contra omnes loqueretur. ſed ſolum vult Iaſ ꝙ præſuppoſita
diligentia actoris, & præſuppoſito omni eius conatu in expedi-
ri faciendo, ad quem modum probatur impedimentum, non ſit
neceſſaria alia proteſtatio impedimenti. Aliud eſt enim quære-
re, an impedimẽtum debeat probari, aliud an impeditus debeat
proteſtari ꝙ per eum nõ ſtat ſed per iudicem. Iaſ. autem fatetur
neceſſariam eſſe probationem impedimenti: ſed impedimentũ
probari non poteſt niſi doceat impeditus ſe feciſſe quicquid po
tuit, vt illud ceſſaret: & in hoc doct. omnes conueniunt nemine
diſcrepante, Nec diſcrepare quis poſſet, quia iura de hoc ſunt ex
preſſa allegata ſupra ſecundo & tertio fundamentis: & ad idem
eſt regula iuris, qui poteſt facere. ff. de reg. iur. vbi latè Dec. Fel.
in c. 1. col. 5. ver. dum dicit Abb. de præſcriptio. Cor. in conſ. 55.
col fi. circa med. ver. nec obſtat ſupradictis. lib. 3. Soc. in conſil.
321. col 6. ante med. lib. 4. Dec. in c. cum inter. colum. 8. verſic.
prædicta concluſio limitatur. de exceptio. ¶ Quintò nos vide-
mus in inſtantia cauſæ appellationis ꝙ non excuſatur appellans
aduerſus lapſum fatalium, niſi adhibuerit omnem diligentiam,
vt cauſa expediretur intra tempus fatalium, vt probatur in l. fi.
§. illud. C. de tẽpo. appel. c. cũ ſit Romana. in prin. de appel. cum
ſimi. vt per Ale. in conſ. 19. col. 2. lib. 1. Dec. in conſ 678. col. 2.
circa medium. Si iſtud eſt in cauſa appellationis, a fortiori in pri
ma inſtãtia: quia difficilius ſuccurritur aduerſus lapſum primæ
5 inſtantiæ q̃ ſecundæ. patet: quia † non datur reſtitutio aduerſus
lapſum primæ inſtantiæ ea cauſa impedimenti, vt habetur in l.
arbitrio. §. dolo. ff. de dolo. & in autenti. item ſi appellatione. C.
de temp. appel. & dicam infra in tertio dubio. Itaque ſi appellãs
cui facilius ſuccurritur, tenetur tamen ad omnem diligentiam,
quanto fortius tenebitur actor in prima inſtantia? ¶ Præterea
ꝙ idem videatur in prima inſtantia quod in ſecunda, probatur
ex iuribus alleg. per docto. in hac materia. nam ſi videatur Dec.
in c. cum ſit Romana. in 3. not. de appel. & in dicto conſi. 677.
col. 2. allegat iura & doctrinas Docto. quæ loquuntur etiam in
alia materia q̃ in cauſa appellationis: iam maioritas rationis
hoc dictat, vbi ceſſarent iura & authoritates doc. ꝙ idem eſſe de
beat in prima inſtantia. quia lapſus primæ inſtantiæ eſt modici
præiudicij, cum poſſit noua inſtantia inchoari: ſecus in lapſu
fatalium: quia perempta inſtantia appellationis, perit ius par-
tis, vt dicemus in tertio dubio. itaq; ſi in fatalibus cauſæ appel-
lationis requiritur tanta & tam extrema appellantis diligentia
vt ei ſubueniatur, quanto fortius eadem erit diligentia neceſ-
ſaria in prima inſtantia vbi de modico præiudicio tractatur, vt
actori ſubueniatur? vellem ꝙ reſponderet aliquis ad iſtud argu-
mentum iudicio meo efficaciſſimum & naturale. licèt Bart. &
aliqui alij doct. velint ſufficere vnicam interpellationem, vt in-
fra dicam in octauo fundamento. niſi dicas ꝙ in primæ inſtan-
tia lex noluit actorem grauare ad tantam diligẽtiam ex quo ipſi
profutura non eſt, vt reſtituatur aduerſus lapſum inſtantię: &
ſolum quęritur in prima inſtantia, an lapſa ſit culpa partis vel
iudicis ad ſciendum an agi poſſit ad intereſſe contra eum cuius

culpa lapſa ſit: & in hoc vt dicatur perempta, culpa iudicis, non
videntur neceſſariæ tot interpellationes, ſed vnica vt ſuffice-
re: quæ rõ ceſſat in ſecunda inſtantia in qua datur reſtitutio.
¶ Sextò in terminis ꝙ inſtantia dicat̃ perire culpa partis non iu
dicis, adduco Feli. in d. c. venerabilis, col. 6. circa med. verſic. &
not ꝙ iudex non interpellatus, de iud. vbi ꝙ iudex non incurrit
pœnam impoſitam iudici non expedienti cauſam intra certum
tempus, niſi fuerit interpellatus a parte, vt cauſam expediret: al
legat oẽs doc. in d. c. venerabilis. & in alijs locis, vt ibi per eum.
Idẽ voluit Alex. in conſ. 59 col. 2. circa med. ver. accedat quod
no. Car. lib. 4. Ecce ꝙ eſt neceſſarium, vt iudex interpellet̃ pro
expeditione cauſæ ſaltem vnica interpellatione. itaq; non ſuffi-
cit inſtructa cauſa ad ius dicendum niſi interpelletur iudex, vt
cauſam ita inſtructã expediat. & doct. dicentes, iudicẽ interpel-
lari debere ad cauſam expediendam, præſupponunt eam ita in-
ſtructam eſſe vt expediri poſſit, aliàs fruſtra tractaret̃ de inter-
pellatione ad expediendũ. Quoties enim diſputatur de aliquo
præſupponitur habilitas ex alio capite, Ideo qñ quæritur an le-
gatarius poſſit eſſe teſtis in teſtamẽto, præſupponitur ꝙ aliũde
ſit habilis extra cauſam legati: aliàs ſi ceſſante cõmodo legati eſ
ſet inhabilis, fruſtra tractaretur an repellatur ob cauſam legati.
iſte eſt tex. in l. qui teſtamento. ff. de teſt. Ad idem tex. in c. 1. de
æta. & quali. ibi, ſi aliud nõ obſtat. in c. q̃ diligẽtia, de electio.
l. furioſum. in fi. C. q. teſta. fac. poſ. De qua reg. feſtum ſæpe facit
Dec. in c. cũ oẽs, col. 1. de cõſti. in ſecunda lectu. in c. quæ in ec-
cleſiarũ, in prin. eo. ti. in c. 1. col. 9. de iud. & alibi ſæpiſſimè. ¶ Se
6 primò † valet argumentũ a cõiter accidentibus. glo. & doc in
l. neq; Natales. C. de probatio. no. in c. 1. de cler. non reſiden. qđ
pcedit ẽt qñ agitur de crimine ciuiliter. Abb. in conſ. 113. col. 1.
lib. 2. Sed a cõiter accidentibus in curia marchionali qñ cauſa in
ſtructa eſt ad ius dicendum, & eius expeditio procuratur per
alterutrã partiũ, non conſueuit differri expeditio ipſa in tẽpus
tã longũ: itaq; veriſimile eſt ꝙ ita diu in ſuſpenſo cauſa fuerit
ob deſidiã & negligentiã partis agẽtis, maximè quia maior præ
ſumptio eſt pro diligentia vnius iudicis q̃ priuatarũ perſonarũ.
l. 2. C. de offi. ciui iud. c. iã noſtræ, de procura. c. in præſentia, de
renuncia. c. accepimus, vbi Io. And. de ætate & qualita. Rurſus,
pſumptio iuris eſt ꝙ diligens ſit quilibet in officio ſuo. c. niſi, de
præben. c. ad audientiã, de pſcrip. c. deputati. de appel. ideo præ
ſumptio eſt ꝙ ſi iudex fuiſſet requiſitus ad cauſæ expeditionem
& fuiſſent acta ad eũ delata, cauſam ipſam expediuiſſet. Et in cõ
munitate præſumit̃ negligentia, iuxta illud, Quod cõe eſt, negli
gitur. l. 2. C. qñ & quibus quar. pars. lib. 10. licèt Ale. in conſ. 42.
col. 3. in fi. lib. 3. voluerit ꝙ præſumat̃ perire inſtantia culpa iu-
dicis. ¶ Octauò iſta quæſtio videtur decidi ex dictis Ant. de Bu.
in c. 1. per illum tex. de ſupplen. negl. præla. vbi ad hoc vt infe-
rior cõſtituat ſuperiorẽ ĩ mora, requirit̃ trina interpellatio. tra
dit idẽ Anto. in c. ex literis, de conſtitu. & in c. cum cauſam, de
offi. dele. cum alijs, vt per Feli in d. c. ex literis, col. 5. in j. fallen-
tia. & licèt Feli. multos referat tenentes contrariũ, ꝙ vnica ſuf-
ficiat interpellatio, tñ non audet firmare, ſed relinquit cogitan-
dum. in hac etiam opin. videtur inclinare Berta. in verbo, Prote
ſtatio. verſi. 37. Sed ponamus ꝙ vnica ſufficiat interpellatio cõ-
tra iudicem, vt cauſam expediat, quam opin. tanq̃ vnicam tenet
Dec. in c. cũ cauſa, in fi. de offi. deleg. dico ꝙ non apparet de ali-
qua interpellatione contra iudicem. Præterea talis interpella-
tio videtur facienda iudice ſedente pro tribunali. Roma. in con
ſil. 48. in fin. ¶ Ex præmiſſis abunde ſatis probatũ apparet perem-
ptam eſſe inſtantiam culpa partis agentis, quæ non curauit acta
deferri ad iudicem, nec eum interpellauit cauſam vt expediret.
illud ſaltem negari non poteſt, quin fuerit in culpa pars agens
non obtinendo literas a principe prorogationis inſtantiæ, quas
literas conſueuit princeps de facili concedere, & quotidie cõce-
dit. ita culpam arguit Rom. in conſi. 335. Quoad primum. col. 2.
per tex. in l. 1. §. penul. ff. de aqua quoti. & æſti. in l. 3. §. quid er-
go. ff. de contra. iudi. tute. tradunt Ale. Aret. & Moder. in l. apud
Iulianum. §. fi. ff. de leg. 1. Dec. in c. 1. in j. not. de poſtu. præla.
¶ Deſcendendum eſt nunc ad tertiũ dubium. finge, citra præiudi
cium veritatis, perempta ſit inſtantia culpa iudicis, an tempus
inſtantiæ dicatur curriſſe parti agenti, quæ in culpa nõ fuit; ſed
iudex? Breuiter omiſſis multis quę adduci poſſent, communis
doct. reſolutio eſt, ꝙ ſic. glo. in §. hoc quoque. in Authen. vt
ſponſ. larg. Cyn. Ray. Iacob. But. Sali. Raph. Alexand & Moder.
in d. l. properandum. § ſin autem vtraq;, vbi Iaſ. in ſecundo not.
C. de iudic. Addo Bald. in conſilio 291. In primis eſt viden-
dum

dum, lib. 4. vbi ꝙ currit tempus inſtantiæ etiam impedito facto iudicis, nec datur reſtitutio in integrum, quod eſt remediũ extraordinarium, cum ſit conſultum remedio extraordinario per inchoationẽ nouæ inſtãtiæ, per tex. in d. l. arbitrio. §. dolo. ff. de dolo. & gl. in d. authẽ. item ſi appellatione, in verſ. immo. C. de tempo. appel. & dicit Bal. in d. conſil. 291. ꝙ ſi feratur ſententia poſt lapſam inſtantiam, eſt ipſo iure nulla, non obſtante tali impedimento. idem voluit Pan. de Caſt. in conſil. 91. In cauſa appellationis col. 2. in princ. verſi. ſed in tempore primæ inſtantiæ. lib. 1. Roma. in d. conſil. 174. Ampliſſime doctor. col. 5. circa med. verſi. ex quibus omnibus. Feli. in d. c. venerabilis. col. 2. verſi. 2. concluſio. de iudi. vbi idem videtur Fel. velle licèt impedimẽtum iudicis eſſet iuſtum: quia impeditus multitudine cauſarum. licèt relinquat cogitandum. Sed iſta diſputatio hic non eſt neceſſaria, cum non appareat de aliquo impedimento iudicis iuſto vel iniuſto. ¶ Præterea, fruſtrà hic tractatur de reſtitutione in integrum aduerſus lapſum inſtantiæ ob iuſtum iudicis impedimentum, cùm iam ſit lata ſententia poſt inſtan-
7 tiam peremptam. ¶ Itaque concludo in hoc tertio dubio † ſententiam latam poſt inſtantiam peremptam, nullam eſſe ipſo iure, licèt periJſſet inſtantia iudicis culpa, quę ipſa tamen omnino ceſſat. & perempta inſtantia, partes iudicis ſunt pronunciare ſuper eius peremptione, & partem in expenſis condemnare. l. j. & 2. C. vt infra certum tempus. cum ſimi. vt per Alexan. in conſi. 136. colum. 1. lib. 1. ¶ Venio nunc ad quartum & vltimum dubium, an talis ſententia nulla, lata poſt peremptã inſtantiã, poſſit reformari? Videretur prima fronte dicendum quòd ſic, etiã per primum iudicem qui pronunciauit nulliter poſt litem mortuam aut inſtantiam peremptam: quia per ſententiam nullã nõ expirat officium & poteſtas iudicis quo minus ex integro poſſit pronunciari. l. iudex poſteaquam. ff. de re iudi. ſiue loquamur in iudice appellationis, ſiue non: nam etiam nullitas deuoluit totam cauſam ad iudicem appellationis, & facit quòd iudex appellationis videns ſententiam eſſe nullam, poteſt cognoſcere & pronunciare ſuper meritis cauſæ ſeu ſuper negocio principali ſententiam confirmando aut reformando. dictum eſt Innocen. in c. cum contingat, de offic. delega. quod dictum pro notabili & menti tenendo refert & ſequitur Bar. in l. ſi vt proponis. 1. C. quomod. & quand. iud. dicens nunquam audiuiſti a me tale verbum. tradit idem Bar. in l. 1. col. fin. verſi. quæro quid ſi datur libellus. C. quan. prouo. non eſt neceſſ. Alex. in l. finita. in princ. col. fin. ff. de dam. inſe. & in l. iudex. col. 5. ff. de re iudi. Corn. in conſil. 323. colum. fin. lib. 1. ¶ Sed præmiſſis non obſtantibus, quæ verè non obſtant, contrarium puto de iure verius, quòd immo talis ſententia lata poſt inſtantiam peremptam neq; confirmari poſſit, neque reformari ex eiſdem actis: nam lite mortua aut inſtantia perempta acta iudicij corruunt. l. 2. ff. iudic. ſolui. Bart. & doct. in l. 2. C. de eden. Itaque ſi acta ſiunt nulla, perempta inſtantia, impoſſibile eſt quòd confirmetur aut reformetur ſententia ex eiſdem actis, quia ſic reperietur iudicatum ſine actis, contra l. prolatam. C. de ſenten. & pro hoc adduco doctri. Bart. in l. cum quærebatur. ff. de re iud. & in d. l. ſi vt proponis. 1. C. quomodo, & quando iudex. in quibus locis concludit Bart. ꝙ vbi nullitas ſentẽtiæ reſpicit omnia acta vniformiter, putà quia lata contra maiorem indefenſum, aut lite non conteſtata, non poteſt reformari talis ſententia nulla ex eiſdem actis inualidis, quia ſic reperiretur lata ſine actis. ſi verò nullitas non reſpiciat omnia acta, quia acta quidem ſint valida, ſed ſolùm reſpiciat actum ipſum ſententiæ, vt quia ſit lata die feriata vel contra dominum, cum ferri deberet contra procuratorem, ita quòd ſolus actus ſententiæ ſit nullus, & tunc poteſt ſentẽtia nulla reformari ex eiſdem actis. idem uoluit Bald. in conſil. 298. Præmittendum eſt ad euidentiã, in ſi. lib. 3. Alex. in conſil. 79. lib. 2. Cor. in conſil. 324. col. ſi. lib. 1. Sed nullitas reſultans ex peremptione inſtantiæ reſpicit omnia acta vniformiter, quia vt dictum eſt, perempta inſtantia, corruunt acta omnia nedum actus ſententiæ, ergo impoſſibile eſt reformari ſententia ſuper eiſdem actis inualidis. ¶ Secundò ſententia nulla reformari nõ poteſt, quando nullitas, quæ erat in prima inſtantia non ceſſat in ſecunda. Alex. in d. conſil. 79. colum. 2. in conſi. 122. circa fin. lib. 2. & in conſi. 53. colũ. 3. poſt med. lib. 5. ſed nullitas quę erat in prima inſtantia propter eius peremptionem, durat ſemper, adeò vt neceſſe ſit aliam inſtantiam de nouo inchoari, ergo &c. ¶ Tertiò ꝙ talis ſententia nulla propter peremptionem inſtantiæ reformari non poſſit, probatur ex no. per Bar. & docto. in d. l. properandum, in prin. col. 2. C. de iudi. & per Feli. in d. c. venerabilis, col. 4. verſicu. 4. declaratio. de iudi. vbi quando inſtantia eſt perempta, debent omnia acta de nouo repeti, aliàs ſententia ferri non poteſt: ſi repetitio actorum eſt neceſſaria, ergo apparet ꝙ ex eiſdem actis reformari non poteſt ſententia lata poſt inſtantiam peremptam, ſed opus eſt vt acta repetantur. ¶ Quartò in terminis & in indiuiduo ꝙ ſententia lata poſt inſtantiam peremptam confirmari aut reformari non poſſit, tradit Bal. in dicto conſi. 298. Præmittendum eſt ad euidentiam, in fin. lib. 3. vbi Bald. rationem aſſignat quia poſt lapſum tempus inſtantiæ iudex in ea cauſa iuriſdictionem non habet, ſed habetur vt priuatus: conſtat autem confirmari non poſſe ſententiam priuati hominis. Pro hoc adduco Roma. in conſil. 308. colum. 2. circa med. verſi. ſoli enim principi. vbi Roma. concludit, ſententiam nullam ex defectu iuriſdictionis quia lata a iudice nõ ſuo, a ſolo principe poſſe confirmari: ſed ſententia lata poſt inſtantiam peremptam eſt huiuſmodi, ergo &c. Ad idem in terminis quòd ſententia lata poſt peremptam inſtantiam confirmari aut reformari non poſſit ex eiſdem actis aut antiquis, adduco Alex. expreſſè iſtud firmantem poſt Sali. & Imo. in d. l. iudex, colũ. .. verſi. ex quo infert no. ff. de re iud. Itaque dubitandum non eſt de hac concluſione fundata ſuper fundamentis æneis & ſolidiſſimis ac deciſionibus doc. in terminis. Ex præmiſſis patet, quòd aut malè, aut nimium generaliter locutus eſt Alexan. in conſil. 73. colum. fin. verſicul. 2. reſpondeo, lib. 6. vbi ſimpliciter voluit confirmari poſſe ſententiam nullam tanquam latam poſt tẽpus decreti: nam aut intelligi debet poſſe confirmari ex nouis actis ſeu facta repetitione antiquorum actorum, aut peſſimè locutus eſt ſi aliud ſenſit. ¶ Quintò, poſito & non conceſſo, quòd reformari poſſet ſententia lata poſt inſtantiam peremptã ex actis antiquis, quod eſt impoſſibile: dico tamen ꝙ ante omnia pronunciari debet ſuper nullitate quando hoc principaliter petitur. Barto. in d. l. cum quęrebatur, in ſi. ff. de re iudic. & in dicta. l. ſi vt proponis. i. in fin. C. quomo. & quan. iudex. Per hæc abundè videtur reſponſum ad omnia dubia, ad laudem omnipotentis Dei ac totius curiæ triumphantis. Sauiliani. 8. Decembris. 1545. Aymo Crauetta a Sauiliano Iuriſc.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum loquens in perſonam, nõ comprehendit forenſem, etiã pro bonis ſitis in territorio ſtatuentium.*
2 *Ratione bonorum, forenſis non efficitur ſubditus ſtatuentium.*
3 *In ſtatutis verba proprie intelligi debent.*
4 *In reſpicientibus formam aut ſolennitatẽ actus, inſpicitur locus vbi fit actus, non locus ſtatuti, originis, aut domicilij.*
5 *Omne tempus præſcriptionis introductæ per ſtatutũ aut ius ciuile, dicitur eſſe continuum, niſi in caſibus, in quibus contrarium expreſſe deciditur.*
6 *Iudex ſuper non petitis iudicare non poteſt.*
7 *In odioſis non datur reſtitutio in integrum.*
8 *Actori ſubueniri non debet ex capite ignorantiæ.*

CONSILIVM CCLXXI.

¶ Pro nob. Antonio Lenini Burgenſi Sauiliani, contra nobilem Andream Gaurene ex eodem.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Verba ſtatuti Sauiliani ita habẽt: Itẽ ſtatuerunt & ordinauerũt ꝙ quilibet de Sauiliano vel diſtrictu volẽs vẽdere aliquã rẽ immobilem exiſtentem in dicta iuriſdictione loco & finibus Sauiliani, teneatur ipſam proferre proximioribus parẽtibus, & ipſis nolentibus emere, teneatur ipſam offerre propinquiori conſortio pro pretio quo re vera aliquis alius proferret ſe daturum, & mediante eius iuramento, aliàs contractus ſit ipſo iure nullus, & poſſit propinquior attinens illam redimere infra ſex menſes: & caſu quo propinquior attinens non redimeret, poſſit conſors hoc facere infra dictum terminum ſex menſiũ, verbis ſtatuti ita poſitis. Spectab. domina Bona Gaurene, vxor Magnifici domini Hieronymi Coſtæ condomini Arignani & Polungheriæ ac filia quondam ſpec. domini Manuelis Gaurene, artium & medicinæ doctoris non obſcuri, à Sauiliano, vendidit vnam domũ ſitam Sauiliani quõdam no. Ioanni Ferrarij ex loco Caburri, deinde eo mortuo eius hæredes eandẽ domum vendiderunt do. Antonio

Lenini burgenſi Sauillani. poſtea do. Ioannes Iacobus Gaurena
perijt dictam domum à dicto Lenini vigore ſtatuti memorati
oblato & depoſito pretio ſcutorum ducentum ſolis, lapſo iam
termino ſtatuti per multos menſes, allegando ignorantiam di-
ctarum venditionum: ſed liti, cauſæ & inſtantiæ poſtea ceſſit.
demum do. Andreas Gaurena eius frater videns ceſſionem &
remiſſionem prædictam, cauſam ipſam ad ſe recepit, repetendo
depoſitum ſui fratris, & nouum faciendo, dicendo geſta ſui fra-
tris eidem prodeſſe cum viuant cõmuniter & indiuiſi. quæritur
quid iuris? Videretur dicendum prima fronte actorem iuſtitiã
præ ſe ferre: nam licèt præfata domina Bona venditrix non ſit
de Sauiliano tanquam ibi non nata, tamen ſatis videtur ꝙ pa-
ter eius eſſet oriundus Sauiliani, cuius originem filia ſequitur.
l. aſſumptio. §. ſi filius, vbi Bar. ff. ad munici. Nec videtur obſta-
re ꝙ iſta filia alibi nupſerit, quo caſu ſequitur domicilium ma-
riti & perdit originem propriam, vt habetur in l. penul. ff. de iu
riſd. omn. iud. quia iſtud procedit in his quæ retrahi poſſet a ſer
uitijs mariti, ſi propriam originem retineat, in alijs verò non
perdit originem. Bar. in l. fi. §. item reſcripſerunt. ff. ad munici.
ſequitur Alex. in d. l. pen col. 2. & in cõſi. 100. col. 1. verſi. bene-
facit. lib. 3. Cor. in conſi. 201. col. 2. in cõſi. 541. col. 2. circa me.
lib. 2. & in conſi. 177. in fi. lib. 4. Dec. in conſ. 253. colum. 2. verſ.
3. non obſtat. Curtius Iunior in conſi. 5. col. pe. poſt med. verſi.
2. reſpondetur. Ideo cùm per vinculum talis ſtatuti non retra-
hatur mulier a viri obſequijs, dicendum videtur eam includi
ſub ſtatuto. ¶ Secundò, poſito ꝙ talis mulier alibi nupta dica-
tur forenſis, adhuc forenſes videntur includi ſub ſtatuto quò ad
bona quæ ſunt in territorio ſtatuentiũ, prout eſt domus de qua
agitur: nam videmus ꝙ iudex dat curatorem non ſubdito pro
bonis quæ ſunt in iuriſdictione ipſius iudicis. l. 1. vbi Bal. C. vbi
tut. vel cura. pet. tradit Bar. in l. pupillo. ff. de tuto. & cura. da. ab
his. Simile videmus ꝙ ratione rei ſitæ in territorio, habet iuriſ-
dictionem in forenſem dominum illius rei, & forenſis ratione
ipſius rei cogitur reſpondere in alieno territorio. l. fi. C. vbi in
rem actio. c. lanè. & c. fin. de foro compe. quoties enim eſt quæ-
ſtio de aliqua re, attendi debet ſtatutum loci vbi ſita eſt res. arg.
l. an in totum. C. de ædifi. priua. Bar. in l. 1. in 4. q. C. de ſum. Tri.
& fide catho. Similiter videmus ꝙ in alienatione rei immobilis
minoris, iudex loci vbi ſita eſt res, interponit decretum, licèt
minor oriundus ſit alibi. l. prædium. C. de præd. mio. Idem in
alienatione rei immobilis eccleſiæ in qua interponitur decretũ
per epiſcopum in cuius diœceſi eſt res. glo. ord. in c. hoc ius por
rectum. 12. q. 2. tradit Ro. in conſi. 450. Horum bonorum. vide-
mus etiam valere ſtatutum ne alienentur bona in forenſes: quia
ſit ſtatutum ſuper bonis quæ ſunt in territorio ſtatuentium. Pa.
de Caſt. in conſil. 89. Poſſet quis dicere. lib. 2. Corn. in conſi. 78.
lib. 1. Similiter valet ſtatutum per quod forenſibus imponũtur
collecta pro bonis ſitis in territorio ſtatuentium. Bald. in l. 1.
col. 7. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. in conſi. 228. in cauſa
iſta in fi. lib. 5. Pau. de Caſt. in l. inter debitorem. ff. de pact. & in
conſi. 329 Viſis & conſideratis omnibus. col. 3. circa med. verſi.
& poſito. & colum. ſequen. poſt med. verſic. item poſito. lib. 1.
Alexan. in conſi. 68. colum. 5. lib. 2. & in conſil. 148. in prin. li. 6.
& alibi ſæpe doct. ¶ Similitèr non videtur actori nocere ꝙ la-
pſum ſit tempus ad redimendum rem venditam contra formã
ſtatuti: quia allegat actor ꝙ ignorauit ipſam venditionem, quæ
etiam ignorantia in dubio præſumitur in facto alieno. l. fi. in fi.
ff. pro ſuo. l. verius. ff. de proba. reg. præſumitur, lib. 6. præſup-
poſita igitur ignorantia, non videtur currere tempus ſtatuti cõ
tra ignorantem. l. quãdiu C. qui admitti. §. qui autem, inſtit. de
execu. tut. l. quinquaginta. ff. eod. tit. Qui enim allegat ignoran-
tiam, allegat impedimentum cùm ignorans redimere non poſ-
ſit. l. quarto. ff. de eo. qui pro tut. ſed impedito tempus non con-
currit. l. 1. in fi. & l. vt perfectius. C. de anna. exceptio. cũ ſimil.
vt per Ro. in conſi. 218. Pro plena. colum. 1. ¶ Nec videtur ob-
ſtare renunciatio litis facta per Ioan. Iacobum fratrem dicti An
dreæ: quia factum vnius, alteri præiudicare non debet. l. non de-
bet alteri. ff. de reg. iu. nec poteſt frater iuri alterius fratris præ-
iudicare. l. 3. §. ſed & ſi fortè, vbi Bar. ff. iudi. ſolui. l. 1. C. quibus
res iud. non nocet. Rota deciſ. 142. in addit. in fi. in nouis. ¶ Sed
præmiſſis non obſtantibus, quæ verè non obſtant, contrarium
puto de iure verius, ꝙ agens obtinere nullo modo poſſit, ſequẽ-
tibus fundamentis 1 & primò conſidero quòd iſta domina Bo-
na alibi nupta perdidit forum originis paternæ, & ſecuta eſt fo
rum viri. l. fi. §. item reſcripſerunt. ff. de muner. & honor. d. l. pe.
ff. de iuriſd. omn. iu. gl. in l. pe. C. de munic. & orig. lib. 10. hoc
1 præſuppoſito, ꝙ dicatur forenſis, dico ꝙ ſtatutum loquens † in
perſonam, non cõprehendit forenſem, & pro bonis ſitis in terri
torio ſtatuentium. Bar. in l. 1. col. 16. verſ. ſed poſſet dubitari.
C. de ſum. Tri. & fide cath. pro quo facit tex. in l. reſcripto. §. fi.
ff. de mun. & hono. & in l. 1. C. de mune. & in quo loco. quæ iura
ad hoc citat Alex. in conſi. 16. col. 1. lib. 1. tradit idem Alexan. in
conſi. 44. col. 4. lib. 5. Soc. in conſi. 288. col. 1. verſi. iſta concluſio
eſt manifeſtè de mente Bart. in conſi. 292. col. 2. verſ. iſta conclu
ſio. lib. 2. in conſi. 71. nu. 11. & in conſi. 128. colum. 1. poſt med.
verſ. 2. reſpondeo, lib. 4 Cor. in conſil. 152. col. 2. circa med. ver
ſic confert etiam. lib. 1. & in conſ. 99 col. 2. poſt med. verſicul.
ſed ꝙ inhabitatio perſonæ, lib. 2. tradit Innoc. in c. poſtulaſti, de
foro compet. quem refert & ſequitur Ang. in l. hæres abſens.
§. 1. col. pen. in fi. verſi. circa iſtum articulũ. ff. de iud. Bertachi.
in tertia parte ſui Repertorij in verbo ſtatutorum effectus, ver
ſic. 91. ſed ſtatutum Sauiliani loquit in perſonã, Quòd quilibet
de Sauiliano &c. ¶ Secundò dico ꝙ doct. multi tenent ꝙ etiam
ſi ſtatutum loquatur in rem, adhuc non ligetur forenſis pro
2 re, quam poſſidet in territorio ſtatuentium: † quia ratione bo-
norum forenſis non efficitur ſubditus ſtatuentium. l. libertus.
§. ſola ff. ad munic. l. reſcripto. §. fi. ff. de muner. & hono. & doc.
Ita tenentes refert Brunus in trac. de ſtatu. exclu. fœm. art. ſexto
in primo caſu. col. 4. in fi. verſic. ſed pro opinione ꝙ forenſes,
char. 12. ¶ Tertiò dico ꝙ etiam tenendo opi. eorum qui volunt
forenſem comprehẽdi ſub ſtatuto loquente in perſonã quò ad
bona ſita in territorio ſtatuentium, quam opi. tenet Brunus vbi
ſuprà & quã opi. dicit magis cõem Alex. in conſi. 19. col. 2. li. 6.
& quam opi. ſolitus ſum firmare rationibus & authoritatibus:
adhuc in caſu noſtro forenſis ligari non videtur: quia in caſi-
bus in quibus ſtatutum loquens in perſonã, includit forenſem,
non tamen includit, vt perſonam forenſis afficiat, ſed ſolùm af-
ficiuntur ipſa bona, putà ſi fiat ſtatutum ꝙ forenſis teneatur ad
collectas pro bonis, quæ poſſidet in territorio ſtatuentium, non
enim per tale ſtatutum obligatur forẽſis vt perſona eius diſtrin
gi poſſit, ſed afficiuntur bona: quia nolente forenſe ſoluere, bo-
na capiuntur: ita declarat Pau. de Caſt. in l. inter debitorem. ff.
de pact. & in d. conſi. 359. col. 4. poſt med. verſi. item poſito. li. 1.
& ꝙ perſona diſtringi non poſſit tali aut ſimili ſtatuto, tradit
Soc. in conſi. 71. in fi. lib. 4. Sed in caſu iſto ſtatutũ aſtringit per-
ſonã forenſis, & annullat contractum non ſeruata forma ſtatu-
ti, quod eſt impoſſibile ſtatuentibus annullare contractus foren
ſium. ¶ Quartò dico, ꝙ nos ſumus extra difficultatem doc. an
ſtatutũ loquens in rem, vel in perſonã cõprehendat perſonam
forenſis pro bonis ſitis in territorio ſtatuentium: quia verba cla
ra ſtatuti tollunt hãc dubitationem, cùm ſtatutum ſolùm liget
& includat perſonas de Sauiliano aut de diſtrictu, quæ verba ſi-
gnificant originẽ & ſolũ cõprehendunt oriundos Sauiliani, aut
in eius diſtrictu. Bar. in l. 1. col. fi. ff. ad municip. & in l. prouin-
ciales. ff. de verb. ſig. no. ſcrib. in rub. ff. ſolu. matr. Alex. in conſil.
41. col. fi. lib. 5. quod eſt repetitum in conſi. 116. lib. 6. Ideo ſta-
tutũ iſtud nõ videtur cõprehendere ſubditos ratione domicilij
3 † cùm in ſtatutis verba propriè intelligi debeant. Bart. & doct.
in l. oẽs populi, in 6. q. prin. ff. de iuſt. & iu. Et in materia ſtricta
verba intelligi debent in caſu magis proprio. c. Rodulphus, de
reſcrip. Soc. in l. non ſolùm, col. 2. in fi. ff. ſolu. matri. ſuper quo
tamẽ ſi caſus occurreret, latius vellẽ cogitare: ſed diſputare hic
non expedit: quia memorata domina Bona nunquam fuit nec
domiciliata Sauiliani. ¶ Non obſtat modò argu. ſuprà adductũ
in contrarium, ꝙ domina Bona non perdidit aut mutauit ori-
ginem paternam in totum, ſed ſolùm quatenus per ſtatuta Sa-
uiliani retrahi poſſet ab obſequijs viri: quia reſpondeo, ꝙ iſtud
fuit introductum in fauorem ipſius mulieris nuptę, ne priuetur
beneficijs ſtatutorũ originis: ideo dicit Bart. in d. l. fin. §. item re
ſcripſerunt. ff. ad munic. ꝙ mulier alibi nupta poterit acquirere
in loco originis, non obſtante ſtatuto ꝙ forenſis non poſſit ac-
quirere: & ob id introductũ in eius fauorẽ nõ debet retorqueri
in eius odium. l. nulla. ff. de legibus. l. quod fauore. C. de legibus.
Pro hoc adduco Bald. in conſi. 408. Super primo puncto ſcien-
dum eſt, lib. 4. vbi quòd mulier alibi nupta non comprehen-
ditur ſub ſtatuto inhabilitante perſonã, tanquam forenſis, & ta
men per talem inhabilitationem non retrahitur a ſeruitijs viri.
Ad idẽ adduco Pau. de Caſt. in conſil. 89. Poſſet quis dicere, col.
2. verſic. 3. poſſet dici. lib. 2. Dec. in conſi. 276. colum. 3. poſt
med. verſi. 1. ad dictum ſtatutum. vbi Dec. quòd filia alibi nupta
non

non excluditur a ſucceſsione propter maſculos vigore ſtatuti
excluſiui fœminarum, tanq̃ forenſis quæ ſtatuto nõ ligatur. Sed
tamen firmare nõ audeo, ꝙ filia alibi nupta non ligetur ſtatutis
loci originis, ex quibus non retrahitur a viri obſequijs, maximè
pro bonis ſitis in territorio ſtatuentium: ſed alia conſtant funda
menta hic abunde ſufficientia ad victoriã. ¶ Quintò igitur vbi
præmiſſa ceſſarent circa præiudiciũ veritatis, ex alio nõ poteſt
actor obtinere, quia omnes venditiones prædictæ factæ fuerunt
per tempus belli extra locum & territorium Sauiliani. in qua re
conſidero ꝙ ſtatutũ Sauiliani non inhabilitat ſimpliciter & ab
ſolutè perſonam venditoris prohibendo venditionem aut alie-
nationem, ſed ſolũ dat certam formam aut qualitatem ipſi con-
tractui ꝙ volens vendere rem, prius offerat proximioribus pa-
rẽtibus, & eis emere recuſantibus, propinquioribus cõſortibus,
quos teneatur expectare per ſex menſes, quo caſu q̃ñ ſtatutum
nõ purè, ſimpliciter aut abſolutè prohibet actum fieri, aut inha
bilitat perſonã, ſed ſolùm introducit certũ modũ aut certã for-
mam ſub quibus fieri actus debeat, nõ trahitur ſtatutũ ad actum
4 qui fieret extra territorium ſtatuentium: quia† in reſpiciẽtibus
formam aut ſolẽnitatem actus, inſpicitur locus vbi fit actus, nõ
locus ſtatuti originis aut domicilij. l. ſi fundus. ff. de euictio. l. ſi
non ſpeciali, & l. fi. C. de teſt. l. 1. C. de emãcipa. libe. Bar. in d. l. 1.
in 6. q. prin. C. de ſum. Tri. & fide catho. Ang. in conſi. 133. Pun
ctus eſt, quædam domina Margarita. colum. 2. poſt med. verſic. &
capio primum ſtatutum. Aret. in conſil. 54. col. 2. poſt med. verſ.
tertia ratio principalis. & in conſi. 73. colum. 4. verſi. his ergo
præmiſsis. Capra in conſi. 144. colum. 2. poſt med. Soc. in conſi.
176. colum. 4. verſ. adhuc etiã magis ſtringo. li. 2. qđ eſt repetitũ
in conſil. 103. lib. 4. & tradit idem Soc. in conſil. 239. colum. 2.
verſi. ſecundum probatur. lib. 2. & in conſi. 131. col. 2. ante med.
verſi. ſecundum probatur. lib. 4. Corn. in conſi. 141. col. 2. verſi.
his tamen non obſtantibus. lib. 2. ¶ Et in terminis ac in indiui-
duo talis ſtatuti, per quod venditor cogitur alijs prius offerre,
ꝙ non trahatur ad venditionẽ, quæ fieret extra territoriũ, tradit
Iaſ. in conſi. 194. col. 1. lib. 2. vbi Iaſ. ꝙ tale ſtatutum dicit odio-
ſum & cõtra ius cõmune, ob id ꝙ non ligat forenſes nec exten-
ditur ad bona ſita extra territoriũ ſtatuentium, nec ad contractũ
qui fieret extra territorium: ex quo Iaſ. conſilio habetur deciſio
in terminis ad caſum noſtrũ, & maximè q̃a hic cõcurrunt duo,
quorum alterũ per ſe ſufficeret. i. ꝙ perſona venditrix eſt foren
ſis: ſecundũ, ꝙ contractus eſt celebratus extra territoriũ ſtatuẽ-
tium: ideo iſta duplicitas vinculi fortius debet operari, authen.
ceſſante. C. de legiti. here. authẽ. itaq;. C. com. de ſucceſſ. l. cũ in
adoptiuis, in prin. vbi Bal. C. de adoptio. c. ex tuarũ, de autor. &
vſu pallij. cũ ſimilibus. Secus eſſet vbi ſtatutũ ſimpliciter loquit̃
aut diſponit reſpectu rei, prohibendo ſimpliciter rem alienare,
quia tunc afficit rem vbicunq; fiat contractus aut alienatio et
extra territoriũ ſtatuentium. Bart. in d. l. 1. in ſexta. q. prin. C. de
ſum. Tri. & fide catho. Soc. in conſil. 176. colum. 4. verſi. ſed di-
cet quiſpiam, lib. 2. quod eſt repetitũ in conſil. 103, lib. 4. Cor. in
conſi. 241. colũ. 1. lib. 2. Capra in conſi. 144. colum. fi. circa med.
¶ Sextò vbi præmiſſa ceſſarent, quæ fortiſsimè tamẽ vrgent, ex
alio admitti agens non poteſt ad iſtud ius retractus ſeu accurri
menti: quia lapſum eſt tẽpus retrahẽdi, aut accurrendi, quod eſt
ſex mẽſium per ſtatutũ limitatum, quod tempus appoſitum in
5 ſtatuto intelligitur eſſe continuũ, † cùm omne tempus præſcri-
ptionis introductæ per ſtatutũ aut ius ciuile, dicatur eſſe conti-
nuum, niſi in caſibus in quibus contrarium expreſſe deciditur.
gl. & Bar. in rub. ff. de diuer. & temp. præſcrip. gloſſ. in l. 1. in fi.
ff. eod. tit. pro quo tex. in l. nunq̃. §. in vſucapionibus. ff. de vſuc.
vbi Bart. ad idem tex. in l. ſi patrem. §. fi. ff. quemad. ſeruit. amit.
l. fin. vbi latè Alex. C. de dolo. l. fi. C. de præſcr. longi tẽpor. Pau.
de Caſt. in conſi. 220. Ego Paulus, col. 1. in fi. li. 2. Soc. in conſi.
118. col. 3. ante med. verſic. 9. reperio, lib. 4. & in tempore ſta-
tuti tradit Calc. in conſil. 63. colum. 4. in fi. ¶ Itaq; cũ iſtud tem-
pus ſtatuti dicatur continuum, illud currit etiam ignoranti aut
aliter impedito. l. generaliter, vbi Bart. in 1. no. & Bald. in 2. no. ff. de
infamibus. dicta l. fi. vbi Ale. C. de dolo. & d. l. fi. C. de præſcrip.
longi tpis. Pau. de Caſt. in d. conſi. 220. col. 2. in prin. lib. 2. ad-
ditio ad Rotam deciſ. 240. Pro iniurijs, in nouis. ¶ Sed dicet ali
quis, Licèt tempus a ſtatuto præfixum in dubio continuum eſſe
intelligatur, & currat ignoranti, tamen concedi debet reſtitutio
in integrum aduerſus lapſum temporis ob talem ignorantiam.
Bar. & doct. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. obl. latè Moder.
in c. vigilanti, de præſcrip. ¶ Ad iſtud reſpondeo ꝙ talis reſtitu
6 tio in integrum petita non fuit, ideo† ſuper non petitis iudicare
iudex non poteſt. l. fin. C. de fideicõ. liber. vbi ꝙ fatuus eſt iudex
ſuper non petitis ius reddẽs. nec iudex ſupplere poteſt ſuper ta
li reſtitutione non petita, vt in terminis reſtitutionis in integrũ
ꝙ ſuper ea iudex non ſuppleat, eſt tex. in l. fi. §. fi. vbi Iaſ. in ſecũ
do no. ff. de condi. indeb. ¶ Secundò reſpondeo ꝙ iſtud ſtatutũ
eſt odioſum & contra ius cõmune, vt latè per Iaſ. in dicto cõſi.
7 194. colum. 1. lib. 2. Sed in † iſtis odioſis non datur reſtitutio in
integrum. Ang. in l. fi. ff. ſi quis teſt. li. eſſe iuſſus fuer. vbi ꝙ poſt
lapſum tempus ad accuſandum vel inquirendum, non datur
reſtitutio in integrum, quia illud eſt odioſum & pœnale. ſequit̃
Ale. in d. l. fin. colum. 2. C. de dolo. Soci. in d. conſil. 108. colum.
tertia circa med. lib. 4. ¶ Tertiò reſpondeo ꝙ reſtitutio in in-
tegrum non datur, ceſſante æquitate cur concedi debeat. Bar. in
l. ciendum. ff. ex quibus cau. maio. & ibidem Bartol. ꝙ non da-
tur reſtitutio ad lucrum cum iactura alterius, ſequitur Deci. in
conſil. 161. colum. pen. in fi. verſic. poſtremò concluſioni ſupra
factæ. ſed hic ceſſat æquitas omnis reſtitutionis, & tractat agens
de lucro cum damno rei, qui domum emit per tẽpus belli, quo
tempore de pretio domus potuiſſet emere prædia egregiæ quã
titatis & lõgè maioris redditus. Ad hęc in diſcrimine ſe poſuit
emptor deferendo pecunias pretij extra locum Sauiliani mi-
litibus inſanientibus vſquequaq;, a quibus ſi interceptus fuiſſet
non obſcurum eſt dãna quanta ſuſtinuiſſet. Ex alio ceſſat æqui
tas reſtitutionis, & adeſt iniquitas ſumma ſi concederetur: nam
egens propoſuit in libello ꝙ eſt frater indiuiſus dicti Ioãnis Ia
cobi dicti primi actoris, ob id pluſquã veriſimile eſt ꝙ notitiã
habuerit de renunciatione litis facta per eius fratrẽ & ꝙ reperit
cõmodũ ex pecunijs acceptis per dictum eius fratrem. Rurſus
ꝙ nõ ceſſerit frater litis ſine cõſenſu ſui fratris, q̃ nũc agit, adeò
ꝙ non vacat ſuſpicione colluſionis præſens iudiciũ. ¶ Quartò
8 reſpondeo, † ꝙ ſubueni actioni non debet ex capite ignorãtiæ,
cum tractet de lucro, ita Alex. in conſi. 7. ante fi. verſi. præterea
dictus Bonutius. lib. 7. per tex. in l. ſi quis in graui. §. verũ. ff. ad
Sylla. & no. per Bar. in d. l. generaliter. ff. de infa. Ad idẽ adduco qđ
ſcribit Ang. Areti. in §. ſi quis agens, col. 8. verſi. aduertas tamẽ,
inſtit. de actio. vbi ꝙ illud quod dicitur cauſari, aut induci obli-
uionem vel ignorantiã ex lapſu longi temporis, procedit quan
do agitur de vitando damno, ſecus ſi agatur de lucro captãdo.
allegat Bar. in l. qui fundum. §. ſeruus meus. ff. pro emptore. qđ
dictum commendat Ange. prin. ſin. admonens ne vnquam exeat
mentem tuam. ſequitur Curtius Iunior in conſil. 120. colum. 4.
circa med. ¶ Quintò reſpondeo, vbi reſtitutio in integrum pe-
tita eſſet, adhuc concedi non deberet, niſi probata læſione: ita in
terminis eſt text. in c. conſtitutus, extra de reſti. in integ. ſed hic
læſio nulla allegata eſt neq; probata, nec illa probari poſſet. nã
conſiderandum eſt ꝙ in caſu dicto cap. conſtitutus, petens reſti
tutionem erat minor, quo caſu poſſet prætendere læſionem re-
ſpectu lucri, quia domus plus valeret, cum minoribus ſuccurra-
tur etiã in lucro. l. quamuis. C. de iuris & facti ignor. ſed maior
læſionem pretendere non poteſt reſpectu lucri, cùm non ſubue
niatur maioribus in lucro. l. iuris ignorantia. 2. l. regula, in prin.
ff. de iuris & facti igno. & l. 2. C. eodem titu. Nam poſito & non
cõceſſo ꝙ maioribus in lucro ſubueniretur, læſio ratione lucri
conſiderari deberet de tempore contractus. l. ſi venditione. C.
de reſcin. vend. l. & ſi ſine. §. quæſitum. ff. de minor. quod proce
dit etiam in eccleſia dicente ſe læſam in contractu. c. ad aures,
vbi gloſſ. fi. de rebus eccle. non alie. ſed de tempore contractus
domus non plus valebat propter bellum, immo nec emptor in-
ueniebatur. ¶ Sextò reſpondeo ꝙ de conſuetudine Franciæ in
terminis dicti c. conſtitutus, de reſti. in integ. non datur reſtitu
tio in integrum aduerſus lapſum temporis ad retrahendũ con-
ſtituti, quam conſuetudinem atteſtatur Boerius in ſuis deciſio-
nibus Burdegalenſibus. q. 140. colum. 1. non dico ꝙ conſuetudo
Franciæ hic locum habeat, ſed conſidero ꝙ durum & iniquum
Gallis viſum eſt concedi reſtitutionem in caſu odioſo, vbi de
damno non agitur. nec puto ꝙ ille tex. loquens in minore ex-
tendatur ad maiorem, quia (vt dixi) vult text. læſionem proba-
ri, quæ læſio non videtur conſiderabilis niſi reſpectu lucri i quo
maioribus minimè ſuccurritur. ¶ Septimò reſpondeo, poſito
& non conceſſo, quòd concedendo eſſet maiori reſtitutio in in-
tegrum ex capite ignorantiæ aduerſus lapſum temporis ad re-
trahendum conſtituti, dico ꝙ ceſſat hic cauſa ignorantiæ, quia
dictus Andreas ſciuit iuris præſumptione venditionem factam
per dominam Bonam dicto quondã Ioanni Ferrerij. nam pro-

batur ſcientia ex conuerſatione in loco: ideo forenſis ſolitus in loco diu conuerſari, non poteſt prætendere ignorantiam ſtatutorum aut conſuetudinis loci in quo conuerſatur. Bar. & doct. in l. 1. in ſecunda q. prin. C. de ſum. Trin. & fide catho. Alex. in conſ. 165. col. 1. lib. 6. latè Iaſ. in conſ. 83. col. 1. & 2. lib. 1. vbi ꝙ ſufficit mora vnius anni. & de frequentatione locũ ꝙ præſumatur ſcire, quæ fiunt in ipſo loco, tradit Alex. in conſi. 81. col. 2. poſt med. lib. 4. Sed probatum fuit de longa & ſolita conuerſatione partis in loco Sauiliani, ergo &c. ¶ Secundò, arguitur ſciẽtia ex vicinitate loci, quia pars aduerſa rus colit proximum Sauiliano, ex qua vicinitate ſcientia arguitur in his, quæ fiunt in loco vicino. l. dñi horreorum. ff. locati. c. quoſdam, de præſumptio. Bart. & doct. in l. 1. ff. ſi cer. pet. Bal. in conſ. 295. Petrus Lombardi, col. 1. poſt med. lib. 3. Rom. in conſi. 59. in 3. dubio, verſ. 4. quia. ¶ Tertiò, arguitur ſcientia ratione coniunctionis ſanguinis, quia coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti. l. octaui. ff. vn de cog. l. de tutela. C. de in inte. reſtit. mino. Bar. & doct. in d. l. 1. ff. ſi cert. pet. Bal. in d. cõſi. 295. col. 1. lib. 3. & profectò ſi videmus ipſa rerum experientia ꝙ vbi coniunctus vendit aliqua bona immobilia notabilis valoris, quod non ſolum coniuncti id ſciunt, ſed etiam amici & alij de loco. ¶ Quartò, arguitur ſcientia ex qualitate facti, quãdo ex ea tale factum ſolet in notitiam deuenire. c. quanto, de transla. præla. c. illud, de cleri. excõ. Cor. in conſ. 268. col. 2. ad fin. lib. 4. ſed actus venditionis vnius domus boni pretij ſicæ in loco inſigni in vico non obſcuro, venire ſolet ad notitiam omnium de loco, nedum ad notitiam coniunctorum, maximè qñ videtur habitari domũ per extraneum emptorem. Hinc videmus, ꝙ licèt in facto proprio toleret̃ ignorantia propter diuturnitatẽ aut longinquitatem temporis. Bar. in l. non fatetur. ff. de confeſſ. & in l. ſi res obligata. ff. de leg. 1. iſtud tñ non procedit, qñ factum eſt notabile, quod ſolet in notitiã deuenire: quia in eo non præſumitur ignorantia aut obliuio ex lapſu tẽporis. c. non eſt nobis, de ſponſal. c. cùm illorũ, in fi. de ſenten. excom. vbi Ant. & plenius in c. ab excõ. de reſcript. Rom. in conſi. 481. col. 1. in fin. ¶ Quintò, præſumitur ſcientia, quia ſecunda venditio facta fuit publicè præcedentibus proclamationibus & ſubhaſtationibus: ſed in his, ꝗ publicè fiunt, ignorantia allegari non poteſt. l. 1. C. qui aduer. quos. c. 1. de poſtula. præla. c. quod dicit, vbi glo. no. in verſ. regionibus. 16. diſt. hr̃ in clem. 1. de iudi. Rom. in conſi. 59. in 3. dubio. Immo quilibet de prouincia præſumitur ſcire illud, quod publicè factũ eſt in parte prouinciæ. Abb. in d. c. 1. per illũ tex. iuncta glo. 3. de poſtula. præla. ſequitur Iaſ. in conſi. 150. col. pen. circa med. lib. 2. ¶ Sextò, qñ requiritur ſcientia alicuius, ſufficit ꝙ illud ſit notum in loco, puta Epiſcopo non currit tempus ad conferendum beneficia antequam ſciat de vacatione eorum. c. licèt, de ſupplen. negli. præla. certè ſufficit ꝙ ſit notũ in loco beneficia vacare. cle. 1. in fi. de conceſſ. præb. Anto. de Butr. in d. c. licèt, in prima oppo. Dec. in conſi. 135. in fi. Iaſ. in l. is poteſt, col. 11. verſi. extra iſtas fallentias. ff. de acq. hær. ¶ Septimò, egens reaſſumpſit cauſam & acta Iacobi eius fratris, illa producendo contra ipſum Leulni reum: ergo præſumitur, ꝙ de eis notitiã habuerit: immo ex eo ſolum ꝙ mentionẽ quis facit de aliquo inſtrumento, præſumitur illius notitiam habuiſſe. Bal. in c. 1. col. pen. in titu. Impera. Lotharius. Ang. in l. qui Romæ. §. duo fratres, in ſecũda q. ff. de verb. obl. ſequitur Alex. in conſi. 39. col. 2. in fi. lib. 2. in cõſ. 113. col. 3. poſt med. lib. 6. & in conſ. 118. col. 2. in fi. lib. 7. Soci. in cõſil. 63. col. 4. in fi. lib. 3. Similiter quando maritus facit mentionẽ de dote vxoris, ꝓſumitur ꝙ ſciret conditionẽ adiectã legato ipſius dotis. Pau. de Caſt. in conſ. 59. Pro pleniori tñſione, col. 2. in 3. dub. lib. 1. Itaq; cum ſciret litigari ſuper iure retractus, & paſſus fuerit labi tp̃s non põt aliquo modo ſe tueri ab aſſerta ignorantia venditionis. ¶ Octauò, ipſi fratres ſunt indiuiſi cõitet & ſimul habitantes, ideo non põt agens prætendere ignorantiam litigij, quod alter eius frater ageret & tractaret: nã præſumitur ſcientia ratione ſolius conuerſationis ex eo, ꝙ aliqui inuicẽ & ſimul conuerſantur, vt no. in c. poſquã, de electio. Bal. in d. cõſil. 295. Petrus Lombardi, col. 1. poſt med. lib. 3. Pau. de Caſt. in conſ. 424. Ad primum quæſitũ rñdetur, ꝙ ſtatutum, col. 2. ante med. lib. 2. vbi pro hoc allegat tex. in l. fi. ff. de decre. ab ordi. fac. idem tradit Cor. in conſ. 311. col. pe. lib. 1. quantò fortius præſumetur ſciẽtia ratione cõionis victus & ſimultaneæ habitationis? Pro hoc tex. in l. cõſenſu. § ſerui. C. de repud. ideo vxor cohabitans cum marito ꝓſumitur ſcire qualitatem bonorũ mariti, ꝙ ſint emphyteotica, quando maritus canonem pro eis ſoluit, vt

emphyteoticia, adeò ꝙ nõ excuſatur vxor hæres mariti à pœna commiſſi in non ſoluendo canonẽ ex capite ignorantiæ. Cor. in conſi. 165. col. 5. in fi. lib. 2. ſi ex cohabitatione præſumitur ſcientia in muliere vt bonis priuetur, quantò fortius ꝓſumetur in maſculo vt lucrum non faciat? & ꝙ præſumat̃ ſcientia inter cohabitantes tradit Bald. in d. conſi. 295. col. 1. lib. 3. Ancharan. in conſi. 170. Principaliter contra iſtos legatarios, col. fi. Aret. in conſi. 29. col. 4. verſ. aliquando tutor conuenitur. Soc. in conſil. 264. col. 6. lib. 2. ¶ Nonò, præſumitur ſcientia ex his quæ cõmuniter fieri ſolent. Soc. in conſi. 76. col 6. lib. 1. quod eſt generale in qualibet præſumptione, vt colligatur præſumptio ab his quæ cõiter fieri ſolent. efficax. n. eſt arg. a communiter accidentibus. gl. & doc. in l. neq; Natales. C. de prob. not. in c. in præſentia, de proba. Sed obſecro, dicat mihi aliquis ad rationem naturalem viuens, quando ſunt duo fratres indiuiſi, ſimul habitãtes, ſi vnus moueat litem altero ignorante, & ſi moueat, an litem proſequatur altero inſcio? Ruſus dicat mihi aliquis, quando coniunctus vendit vnam domum magni valoris, an coniuncti in loco quotidie conuerſantes & vicini ipſum hoc ſoleant ignorare? Ex ꝓmiſſis infert̃ ꝙ ſuper aſſerta ignorãtia allegata iuſiurandum deferri non debet actori, contra quem tot & tantæ laborant iuria præſumptiones & ipſæ efficaciſſimæ: quia probabilis aut veriſimilis eſſe debet ignorantiã, vt probetur iuramento. Bart. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furtis. Ancha. in d. conſi. 170. col. fi. Rom. in d. conſi. 481. præſentis. col. fina. Rota deciſ. 444. extra rotam, col. 3. in nouis. Dec. in c. paſtoralis, col. 3. de except. & alibi ſæpe doct. Infertur etiã ex præmiſſis, ꝙ vbi ipſi Andreæ agenti competijſſet aliquod ius retrahendi aut accurendi, quod ipſum tamen minimè conceditur; a tali tamen iure excluſus eſt patiendo illud ius peti per eius fratrem inſolidum & ſuo nõie: poterat. n. prohibere ne frater eius ius illud inſolidum perſequeretur, cùm ipſe Andreas eſſet in pari gradu, & poſſet prohibere ne frater eius de iure ipſius experiretur: ſocius enim patiẽdo quid fieri in re communi, ſibi præiudicat. Veronen. in conſi. 31. col. 5. per l. Sabinus. ff. com. diuid. Rurſus preiudicat patientia quando habens ius in re patitur rem ipſam pleno iure alienari, putà qñ dñs directus videt rem alienari per emphyteotã pleno iure, ið neceſſe habet dñs proteſtari de iure ſuo. Pet. Cy. Alber. Ang. & doct. in l. fi. C. de iure emph. vbi Iaſ. col. pe. q. 23. per l. ſi fideiuſſor. §. pater. ff. de pigno. Itaq; cũ ꝓtenderet agens ius in cauſa retractus aut accurrimẽti & paſſus fuerit ius illud pleno iure deduci in iudiciũ, ſine dubio ſibi ꝓiudicauit. Ad idẽ regu. l. ſæpe. ff. de re iud. ꝙ res inter alios acta alij ſcienti & patiẽti ꝓiudicat, q alium agentẽ ꝓhibere poterat: ſed agens poterat agentẽ fratrẽ ꝓhibere reſpectu dimidiæ, ergo ſibi ꝓiudicauit. Ex qb. concludo in fauorẽ rei ꝙ abſolui debeat cũ victoria expenſarum, ſaluo ſaniori iudicio: in qua re & iuris & æquitatis rõnes rei ipſius conuenti cãm fortiſſimè defendunt. Ad allegata in contrarium patet reſponſio ex præmiſſis. Sauiliani die 12. Decembris. 1545. Aymo Crauetta a Sauiliano. Iuriſconſultus.

S V M M A R I V M.

1 *Licèt cautio de iudicatum ſoluendo contineat cauſam defenſionis quod fideiuſſor teneatur defendere reum, tamen nõ poteſt conueniri antequam reus conueniatur.*

2 *Fideiuſſor quando ſimpliciter ſe obligat aut fideiubet, cẽſetur ſe obligare ĩ oẽm caſum et cãm, quæ ex natura negocij ꝓcedit.*

3 *Fideiuſſor eſt in loco ſui principalis, ideo tenetur.*

4 *Actus in dubio intelligitur factus ob cauſam neceſſariam.*

5 *Fideiuſſor cẽſet̃ ſe obligare ĩ oẽm caſũ ĩ quo prĩcipalis tenetur.*

6 *Per rei ſequeſtratæ exhibitionem aut præſentationem cõſulitur indemnitati creditoris.*

7 *Qualibet diſpoſitio quantũuis ſtricti iuris ita ĩterpretari debet, vt aliquid operetur, & ne ſuperfluo facta cenſeatur.*

8 *In taxatione expenſarum non requiritur citatio fideiuſſoris de iudicatum ſoluendo.*

9 *Multa facta tenent, quæ fieri prohibentur.*

10 *Non ꝓſumitur impedimentũ niſi probetur, cũ in facto cõſiſtat.*

11 *Obligatio defuncti tranſit ad hæredes actiuè & paßiuè.*

12 *Promittens factum alienum, excuſatur, ſi fecit quicquid potuit vt illud fieret.*

Promiſſio

13 *Promiſſio facti alieni omnino obligat.*
14 *Sequeſtra regulariter ſunt de iure prohibita.*
15 *Actus cautionis non recipit diem neque conditionem.*
16 *Confeſſio facta coram negotiorum geſtore, dicitur facta præſen te parte.*
17 *In caſibus in quibus traditio requiritur, ſufficit ꝙ interueniat traditio vera vel ficta.*
18 *Vbi confeſſio eſt geminata, ceſſat exceptio rei non traditæ.*
19 *Pretio nõ probato infertur nullitas aut inualiditas cõtractus venditionis, quia ſine pretio venditio conſtare non poteſt.*
20 *De contentis in teſtamento tranſactio fieri non poteſt, niſi viſis verbis teſtamenti.*

CONSILIVM CCLXXII.

¶ Pro nobili Federico Vacha ciue Saluciarum contra Bernardinum Ghiezium Mercatorem & ciuem etiam Saluciarum conſilium legentibus commodiſſimum.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Nobilis Bernardinus Ghiezius ciuis Saluciarũ fideiuſsit pro mag. d. Ioanne Iacobo Barba ciue Nouatienſi, in cuius odium ſequeſtrum factum erat ad inſtantiã no domini Federici Vachæ: in qua fideiuſſione ꝓmiſit ſe facturum & curaturum ꝙ præfatus dominus Ioan. Iacobus Barba iuri ſtabit & iudicatum omne ſoluet prætextu omnium & quorumcunq; pro quibus ſequeſtrum factũ eſt, ſe principalem conſtituendo, cum renunciatione legis de principali prius conueniendo, & beneficij nouæ conſtitutionis de fideiuſſoribus cum iuramento &c. Deinde memoratus dominus Federicus iudicium propoſuit aduerſus fideiuſſorem prædictum coram magnifico Conſilio Excellentiæ Marchionalis, concludendo ad ſatisfactionẽ ſaccorũ quingentorum grani ſiue frumenti quos memorato d. Ioan. Iacobo Barbæ remiſiſſet cum pacto ꝙ idẽ dñs Barba, vel dictum granum reſtitueret in termino cõuento, vel eius valorem ſolueret. Modo excipit fideiuſſor conuentus ꝙ agi debebat vt principalem debitorem in iudicio ſiſteret, aut ꝙ iuri ſtaret & ꝙ principali condemnato cogi poſſet ad ſolutionẽ iudicati ſed non antea. Quæritur quid iuris? In fauorẽ fideiuſſoris ſcripſerunt in iure ſpectabiles domini Nicolaus Gãboria & Dauid Sani, cõcludentes non potuiſſe ita agi aduerſus fideiuſſorẽ, quia non cauit fideiuſſor pro aliqua ſumma certa, ſed ſolum ꝙ debitor principalis iuri ſtabit. quę fideiuſsio de iuri ſtãdo extinguiť per mortẽ ipſius principalis, per tex. in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cogã. ſimiliter non tenetur fideiuſſor ex clauſula De iudicatum ſoluendo: quia illa cautio nõ cõmittiť anteq̃ fuerit iudicatũ cõtra principalẽ, & ſecuto iudicato adhuc datur fideiuſſori terminus ad ſoluẽdũ, qui cõperit cõdemnato. l. 1. & l.
a cũ apud. ff. de iud. ſolui. ¶ Similiter licèt cautio de iudicatũ ſoluendo cõtineat cauſam defenſionis, ꝙ fideiuſſor teneatur defendere reum & ꝙ ab eo dolus malus abſit. l. iudicatũ ſolui. ff. eod. titu. tamen ex tali capite fideiuſſor cõueniri non poteſt anteq̃ reus conueniať, quia ceſſante cõuẽtione defendi nõ poteſt, cum nõ entis nullæ ſint qualitates. l. ſi ſeruum. §. ſi modus. ff. de actio. empt. ¶ Rurſus, vbi fideiuſſor conueniri potuiſſet, nõ poterat teneri niſi de faciendo quatenus in ſe eſt, cũ promiſerit factũ alienũ, vt per Bar. in conſi. 236 Anto. de But. & docto. in c. Gemma, de ſponſa. col. 3. Aret. in conſil. 143. col. 4. Dec. in reg. impoſsibilium. ff. de reg. iuris ob id mortuo reo principali extincta videtur cautio, cũ ſit impoſsibile mortuũ ſiſtere & defendere. ¶ Ad clauſulam fideiuſsionis, qua fideiuſſor cõſtituit ſe principalem, reſpõdent, ꝙ intelligi debet ſecundum naturam fideiuſsionis de iudicatum ſoluendo, id eſt ꝙ ſecuta condemnatione iudicatum ſoluet tanq̃ principalis, iuxta not. in rub. ff. de verbo. obliga. & in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. & maximè ne aliàs inducatur contrarietas, cum ſolum voluerit ſe obligare ad faciendum & curandum &c. ¶ Circa merita negocij principalis, poſito ꝙ fideiuſſor prius conueniri poſſet, etiam arguunt, ipſum non teneri, vtendo exceptione competenti ipſi principali, q̃ & ipſe non teneretur, quia non conſtat de aliqua traditione & mẽſuratione grani: ſiue ſimus in mutuo ſiue in vẽditione, in qua ẽt nõ conſtat de aliquo certo pretio, ſiue ſimus in contractu innominato do vt des, vel facio vt facias, non reperitur probatum ꝙ ipſe agens impleuerit ex parte ſua, & ꝙ granum tradiderit, nã dicit cõueniſſe cũ debitore aut reo principali ꝙ ei remittebat il-
los 400. ſaccos grani exiſtẽtes in turre Sancti Georgij, ſeu quantitatẽ grani ibi exiſtentẽ pro tãta quãta erat periculo ipſius rei cũ pacto reddẽdi tantundem grani de menſe Aprilis proximo aut eius valorẽ. Iſta ſunt in effectu argumenta ſubſtantialia quibus mouebantur præfati dñi aduocati in fauorẽ fideiuſſoris. Alia ẽt dubia reperio tradita ꝙ fideiuſſor cauit vbi ita cauendũ eſſet, aliàs ꝙ haberetur cautio ꝓ nõ tradita, & ꝙ nõ apparet de cauſis ſequeſtri cur ita cautũ oportuerit. Sed præmiſsis non obſtantibus quæ vere obſtare non arbitror, contrariũ puto de iure veriùs, ꝙ immo agi potuerit aduerſus fideiuſſorẽ prout actũ legitur, & ꝙ probata videať intentio dñi actoris ſequentibus fundamentis. ¶ Et primo conſidero ꝙ iſte fideiuſſor conſtituit ſe debitorẽ principalẽ generaliter pro omnibus quorũ cauſa ſequeſtrũ proceſſerat, ergo generaliter debet intelligi eiꝰ fideiuſsio. vulg. l. de pretio ff. de public. l. in vẽditione. §. de tẽpore. ff. de bonis auto. iud. poſſ. cũ ſimil. itaq; ſicut reus principalis conueniri poterat ad ſatisfactionẽ grani, quod in termino non reſtituiſſet, pariter dicendum videtur potuiſſe conueniri ipſum fideiuſſorem
a ita generaliter promittentẽ. ¶ Secũdò † qñ fideiuſſor ſimpliciter ſe obligat aut fideiubet, cenſeť ſe obligare in omnẽ caſu & cauſam, quæ ex natura negocij procedit. l. ſi ſeruũ §. nũc videamus. & l. mora rei ff. de verb. obli. ideo fideiuſſor dotis ſoluendæ, cuius declaratio commiſſa eſt arbitrio tertij, tenet qñ receditur a perſona tertij & recurritur ad iudicẽ pro quãtitate a iudice poſtea declarata. Pau. de Caſt. in conſil. 13. Solet aromaium, col. 3. in fi. lib. 1. ſed debitor principalis tenebať ex pacto vel granũ reddere in termino, vel pretium eius ſoluere, & ob eã cauſam ſequeſtrũ factũ eſt, ergo in eam cauſam cenſetur fideiuſſor ſe obli-
3 gaſſe vbi de pacto apparet. ¶ Tertiò † verba conditionis ſunt clara ꝙ fideiuſſor conſtituit ſe principalẽ & renunciauit beneficio de conueniendo prius principalẽ: ergo cũ ſe poſuerit in locũ principalis, videť teneri in omni caſu in quo principalis teneť, vt ſubrogatũ ſapiat naturã eius in cuius locũ ſubrogať. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff ſi quis cau. cum ibi plene not. ¶ Quartò, iſta renunciatio beneficij de conueniendo prius principalem eſt generalis ad oẽm cõuentionẽ & ad oẽ tẽpus, nec limitatur tempus poſt condemnationem, ergo de omni tempore debet intelligi, ſiue ante condemnationem ſiue poſt. d. l. in vẽditione. §. de tempore. ff. de bonis autor. iud. poſsi. nec reſtringi debent verba generalia non interueniẽte ratione reſtringẽdi. l. emptor §. Lucius. C. de pactis. l. Aurelius. §. Titius teſtamento. ff. de libe. leg. l. ſi actione. C. de tranſac. ita Bal. per illa iura in conſi. 48. quia verba lib. 4. ¶ Quintò prius q̃ cõdemnetur quis, oportet ꝙ citetur & conueniať, & ꝙ cauſa cognita cõtra eũ procedať. l. prolatam. C. de ſentẽ. l. ſecũda. & l. fi. C de ſentẽ. ex peri. reci. l 4. C. de accuſa l. meminerint C. vnde vi. l. fi. C. ſi per vim uel alio modo. ergo illa renunciatio de principali prius cõueniendo, debet referri ad conuentionẽ quæ primo loco fit ante condemnationẽ, nõ quæ poſt: quia verba debent intelligi per prius, & non ꝑ poſterius. Ideo verba, Quiſqs mihi hæres erit, intelliguť de filijs aut ſeruis ſcriptis hæredibus, non de patre aut dño, qui ſiũt hæredes ꝑ filiũ aut ſeruũ: quia intelligi debent verba, de ipſis hẽdibus ꝑ prius. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. ſimiliter conditio de dando hæredi, non verificatur nec impletur dando dño, cuius ſeruus ſit hæres: quia dare debet ſeruo tanq̃ hæredi ꝑ prius, dominus autem dicitur hæres per poſterius. l. qui hæred. in prin. vbi Soc. in 4. not. ff. de cond & demon. tradit Bald. in l. ſi aniç. C. de ſucceſſ. edic. ¶ Sextò cum ſit neceſſe reum conueniri, citari facere, & cauſa cognita cõtra eũ procedere antequã conuenietur, vt ſupra dictum eſt, illa renunciatio de principali prius conueniendo, debet intelligi de conuentione magis neceſſaria. l. 1. §. quid ergo. ff. de vẽtre inſpi. l quod Labeo ff. de carb. edic. per quæ iura ita arguit Bald. in conſi. 3 : Pater filio. co-
4 lum. 1. lib. 2. † Eſt enim generaliter verũ ꝙ actus in dubio intelligitur factus ob cauſam neceſſariã. l. fina. C. de alimen. pup. pſt: glo. 1. in l. ſed ſi vir. ff. de dona. int. vir. & vxo. Bar. & doct. in l. cum ſeruus, & in l. triticum. ff. de uerb. obliga. Abb. in conſ. 1. 16. in fi. lib. 2. ¶ Septimò fideiuſſor promiſit ſe facturum & curaturum ꝙ reus ſtabit iuri & ꝙ iudicatũ ſoluet: deinde conſtituit ſe principalem debitorem & renunciauit beneficio de principali prius conueniendo. iſta conſtitutio principalis & renunciatio de principali prius conueniendo, referrur ad omnia promiſſa ꝑ ipſum fideiuſſorẽ. i. tam reſpectu ſtandi iuri aut in iudicio q̃ iudicati ſoluendi. & ſic res videtur pluſq̃ clara ꝙ teneať fideiuſſor ſtare iuri tãq̃ principalis, nec reſtringi debet renũciatio de prin-

cipali

cipali prius cõueniendo, ad cauſam iudicati ſoluendi, cum non
ſit dare rationẽ diuerſitatis, cur fieri debeat relatio ad vnũ ma-
gis q̃ ad alterũ. Nã iſta cõſtitutio principalis debitoris & renũ-
ciatio de principali prius cõueniẽdo, ponitur in oratione prin-
cipali & ꝑ ſe, nec venit ad qualificationẽ alicuius capituli præce
dentis, ideo talis renunciatio referri debet ad omnia præceden-
tia. l. fi. ff. de reb. dub. l. 1. C. de lib. præteri. Præterea, non eſt du-
biũ, quin reus principalis teneretur ſtare iuri, & ſic ꝙ fideiuſſio
ſimpliciter facta non intelligatur de ſtando iuri, & vt dixi ſupra
5 in ſecundo fundamento. † fideiuſſor cẽſetur ſe obligare in oẽm
caſum in quo principalis tenetur renunciando: igitur beneficio
de principali prius conueniendo, cenſetur renunciare pro omni
& toto eo quod promiſit, & ad quod principalis tenet, & ſic ꝙ
poſſet primo loco cõueniri, & ꝙ teneretur ſtare iuri prout prin
cipalis tenebatur. ¶ Octauò, poſito & non conceſſo, ꝙ non pro-
miſiſſet fideiuſſor de ſtando iuri, nec ſe principalem debitorem
conſtituiſſet de iuri ſtando, ſed tñ de iudicatũ ſoluendo; adhuc
potuiſſet primo loco conueniri tanquàm debitor principalis ad
ſatisfactionẽ grani: quia clã de iudicatũ ſoluendo, continet cau-
ſam defenſionis, ꝙ fideiuſſor teneatur reũ defendere. d. l. iudi-
catum ſolui. ff. iudic. ſolui. modo cũ fideiuſſor cõſtituerit ſe prin
cipalem de iudicatum ſoluendo, renunciando beneficio de prin
cipali prius cõueniendo, non vr̃ dubium ꝙ tanquã principalis
teneat cauſam defendere, & ꝙ prius potuerit conueniri quàm
principalis. & vellem ꝙ dñi aduocati partis aduerſæ, qui ſuper
clã, Iudicatum ſolui, m̃ ſe fundant, reſponderent ad iſtud argu-
mentum. Sed vide quomodo ęquiuocauerunt dicentes quòd clã
Cõſtituendo ſe principalẽ debitorẽ & renunciando legi de prin
cipali prius conueniendo; ſolũ refertur ad promiſsionem de iu-
dicatum ſoluendo poſt condemnationẽ, ita ꝙ condemnato reo
principali teneatur fideiuſſor ad ſolutionem iudicati. & qñ dr̃
ꝙ clauſula de iudicatum ſoluendo continet defenſionem, dicũt
ꝙ intelligitur de defendendo reum, & ꝙ reus defendi non po-
teſt, niſi ipſe prius citetur & cõueniatur: nam iſtud procederet
ſi quia ſimpliciter fideiuberet de iudicatum ſoluendo, non con-
ſtituendo ſe principalem debitorem, & non renunciãdo legi de
principali prius conueniendo. ſed vbi promittens pro alio de iu
dicatum ſoluendo, aut de eum defendendo, conſtituit ſe princi-
palem debitorẽ & renunciat legi de principali prius conueniẽ-
do, dico ꝙ verba ſunt clara ꝙ ipſe promittens tenet principali-
ter cauſam defendere, quia in defenſione conſtituit ſe principa-
lem & voluit poſſe prius cõueniri. finge ꝙ principalis ipſe pro-
miſiſſet de iudicatũ ſoluendo, nullo dato fideiuſſore, nemo ne-
gabit quin teneatur promittẽs ſeipſum defendere: cur nõ æque
tenebitur fideiuſſor qui in defenſione conſtituit ſe principalem
& renunciauit legi de principali prius conueniendo? Profectò
qui aliter interpretari ſtudent, mihi vr̃r in re clara interpreta-
tionem adhibere. Immo dñi aduocati partis ſibi ipſis apertè cõ
trariantur, nam primo dicunt ꝙ clã de iudicatũ ſoluendo, im-
portat cauſam defenſionis, & ob id quod primo vocandus erat
ad iudicium debitor principalis quẽ fideiuſſor tenebatur defen-
dere. poſtea dum dr̃ ꝙ fideiuſſor conſtituit ſe principalẽ, dicunt
ꝙ iſtud refertur ad ſolutionẽ iudicati condemnato reo & debi-
tore principali: & ſic ita rñdendo volunt ſcindere clauſulam iu-
dicatum ſoluendo, & ꝙ in ea parte non importet cauſam defen
ſionis. ¶ Nonò, dñi aduocati partis concedunt, ꝙ reo principa-
li condemnato teneatur fideiuſſor ſoluere iudicatum, tanquàm
principalis & prius ipſe exigi poſsit: modò dico, ꝙ qua ratione
prius exigi fideiuſſor põt in præſtatione iudicati, eadẽ prius cõ-
ueniri poteſt, vt cauſam defendat tanquam principalis, cũ clau-
ſula de iudicatum ſoluendo illud importet, ꝙ teneatur fideiuſ-
ſor defendere. Itaq; infertur, ꝙ aut fideiubens de iudicatũ ſoluẽ
do non renũciat iuri de principali prius cõueniendo, & tunc fa-
teor ꝙ prius conueniri debet principalis, quẽ poſtea fideiuſſor
tenetur defendere. Aut fideiubens de iudicatũ ſoluendo, conſti-
tuit ſe principalẽ & renunciat iuri de principali prius cõueniẽ-
do; & tũc prius conueniri poteſt fideiuſſor, vt cauſam defendat
tanquã principalis. & iſta vr̃ mihi pura veritas in hac materia.
¶ Decimò, vbi verba cautionis dubia eſſent, quæ tñ clariſsima
ſunt, in dubio interpretari debet cautio ſm eius naturam etiam
verba impropriando. l. ſi tibi pecuniam. ff. ſi cer. pet. l. ſi vno. in
prin. ff. loca. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. l. eas cauſas. ff. de condi. &
demõ. l. dãni. verſ. & quod in ſtipulatione. ff. de damno infecto.
ſed natura cautionis q̃ pſtat ob ſequeſtrũ tollendũ, eſt vt per eã
cautũ ſit creditori ad cuius inſtãtiã ſit ſequeſtrũ, ita ꝙ ſequeſtro
ſublato, cauſa ipſius creditoris in tuto ſit, nõ minus atq; ſi cõſta-
6 ret ſequeſtrũ. † ideo fideiuſſor rei ſequeſtratæ duo tenet ꝓmit-
tere, rei ſequeſtratę repręſentationẽ, & de re non baratanda. gl.
in l. fideiuſſor. §. fin ff. qui ſatiſd. cog. Imo in conſ. 50. col. 1 per
rei enim ſequeſtratæ exhibitionem aut præſentationẽ conſulit
indemnitati creditoris. Modo ſi cautio præſtita interpretetur
ad modum cogitatum per dominos aduocatos fideiuſſoris, ap-
paret non eſſe conſultum creditoris indemnitati: nã factum eſt
ſequeſtrum contra eum veluti fugitiuũ & valde ſuſpectũ, ob id
noluit creditor cogi cauſam contra eũ inſtituere, ſed cõtra fide-
iuſſorẽ tãq̃ pricipalẽ: ideo illa verba, Cõſtituẽdo ſe principalẽ,
nõ interpretari debent, vt per ea nõ plenè dicat cõſultũ & cau-
tũ indẽnitati ipſius creditoris. ¶ Vndecimò quælibet diſpoſitio
7 quantumuis † ſtricti iuris ita interpretari debet vt aliquid ope-
retur, & ne ſuperfluo facta cenſeat. l. ſtillicidij. ff. quẽadmo. ſer.
amit. quẽ tex. ad hoc in materia renũciationis citat Iaſ. in conſi.
98. col. fi. lib. 1. & in materia renunciationis tradit Corn. in cõſ.
51. col. 3. circa fi. li. 2. idẽ in materia diſpenſationis tradit Cald.
in conſ. 6. in fi. in tit. qui filij ſint legiti. Alibi ſcribit idẽ Cald. in
conſ. 1. col. 2. circa med. ver. nõ obſtat quia diſpenſationes, in ti.
de cler. nõ reſiden. ꝙ ẽt in materia odioſa verba aliquid debent
operari. Hinc videmus ꝙ ſumit argumentum a contrario ſenſu
ẽt ad correctionẽ iuris cõis, vt verba aliquid operentur. Auth.
ex teſtamẽto, vbi Rom. Fulgo. & Mod. C. de colla. iuncta l. 2. C.
eo. tit. Cur. in conſil. 91. col. 5. lib. 2. Dec. in conſi. 626. col. 2. poſt
med. Hoc ita pręſuppoſito, dico ꝙ niſi fideiuſſor cõueniri prius
poſſit tanq̃ principalis, vt cauſam ipſe defendat aut debitum
ſoluat, illa verba, Cõſtituẽdo ſe principalẽ & renunciando legi
de principali prius cõueniẽdo, de nihilo operabunt: quia reſpe-
ctu ſolutionis iudicati poſt condẽnatũ principalẽ ſtatim cõue-
niri poteſt fideiuſſor de iudicatũ ſoluendo, contra quẽ ſtatim fit
executio ſine alio proceſſu, & ſine alia diſcuſſione principalis
debitoris condemnati. l. fi. C. de vſur. rei iud. Bartol. in l. 1. ff. iud.
8 ſolui. idem in taxatione expenſarũ † nõ requirit citatio fideiuſ-
ſoris de iudicatum ſoluendo. Bal. in conſ. 46. Notandũ, lib. 3. &
ꝙ beneficiũ excuſſionis nõ cõpetat fideiuſſori de iudicatum ſol
uendo, tradit Benedic. de Bara. in tract. guarenti. q. 24. in 2. par-
te. Dicemus ne igit ſine cauſa & ſine miniſterio voluiſſe credi-
torẽ ꝙ fideiuſſor cõſtitueret ſe principalẽ debitorẽ, & renũcia-
ret iuri de principali prius conueniendo, cũ talis conſtitutio &
renũciatio ſint de principalioribus & magis ſubſtãtialibus, quæ
deſiderari ſoleãt in cautionib. & fideiuſſoribus? ¶ Duodecimò,
poſito & nõ conceſſo, ꝙ fideiuſſor non cõſtituiſſet ſe principa-
lẽ debitorẽ nec renũciaſſet beneficio aut iuri de pricipali prius
conueniendo, adhuc dico, non poſſet fideiuſſor ſe tueri ꝙ prius
agendũ erat contra debitorẽ & ꝙ ipſe ſolũ tenebatur debitorẽ
defendere: q̃a licèt fideiuſſor de iudicatũ ſoluẽdo, non teneatur
cãm principaliter defendere & litem ſuſcipere, poteſt tñ defen
dere ſi velit, & iudicium ſolus ſuſcipere. l. iã tamen. §. 1. & ipſe
§. ſi ea fideiuſſoribus. ff. iudica. ſolui. ſed iſte fideiuſſor litẽ ſuſce-
pit & cãm ipſe defendit, paſſus eſt teſtes examinari, dici igitur
9 põt contra eum, ꝙ † multa facta tenent, quæ fieri prohibent. l.
pře furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris, videmus. n. ꝙ li-
cèt tpe feriarũ in cauſa procedi non poſſit, valet tamen proceſ-
ſus factus tempore feriato parte non opponente. l. 2. §. 1. ff. de
ferijs. Imol. in conſil. 85. ſimiliter parte non opponente admit-
titur accuſatio poſt lapſum temporis ad accuſandũ conſtituti. l.
ſi maritus. §. præſcriptione. ff. de adulter. Bart. in l. abſentem, in
fi. ff. de pœnis. Soc. in l. 1. § ſublato. col. 2. cir. med. ff. ad Trebell.
¶ Itaq; fideiuſſor paſſus eſt procedi contra eũ, ſuccedit diſpoſi-
tio l. de qua re. ff. de iudi. ꝙ iudex debet pronunciare ſuper eo
de quo cognouit: ſed cognouit iudex contra fideiuſſorem de
meritis cauſæ, ergo ſuper eis debet pronunciare. ¶ Decimoter-
tio, poſito & non conceſſo, ꝙ iſte fideiuſſor nõ cõſtituiſſet ſe de
bitorẽ principalẽ, nec renunciaſſet iuri de principali prius cõue
niendo, adhuc non poſſet obijcere ꝙ agendum prius eſſet con-
tra principalem debitorem, quẽ ſolũ tenebatur defendere, niſi
doceat ꝙ ſi principalis fuiſſet prior vocatus in iudicium, ipſum
defendiſſet & oſtendiſſet cauſas cur principalis condẽnari non
deberet, & conſequenter nec ipſe fideiuſſor teneret ad iudicatũ
ſoluendũ: aliàs. n. niſi ita doceat & oſtendat, ſua non intereſt ita
opponere, ex quo debitor principalis omnino erat condẽnan-
dus, & cogendus fideiuſſor iudicatũ vt ſolueret. qđ probat ex
d. Ale. in l. nõ ſolũ. §. morte, col. fi. ff. de oper no. nuncia. vbi qđ
contra fideiuſſorem opponentem de diſcuſſione nõ facta, repli-
cari

cati pôt, ꝙ ſua nõ intereſt ita opponere, ex quo debitor non eſt
ſoluẽdo. qđ dictũ perpetuo notãdũ dicit Iaſ. in l. ſi tibi. §. in his,
ad fi. ff. de pactis. ¶ Addo eundẽ Alex. in conſi. 138. col. 2. lib. 2.
& quod ſcribunt Soci. & Ripa in l. 2. §. voluntatẽ. ff. ſol. mat. cir-
ca illũ articulũ, an emptor qui non denũciauit, agat de euictio-
ne ſi venditor non doceat ꝙ cauſam defendiſſet ſi lis fuiſſet de-
nunciata. ¶ Eodẽ modo replicari pôt contra iſtũ fideiuſſorẽ, Tua
non intereſt opponere, ꝙ debitor principalis prius vocandus
erat, quia ſi vocatus eſſet, nihil validi potuiſſet excipere quomi
nus condemnaref ſtantibus probationibus factis cõtra eũ in ne-
gocio principali, de quibus infra dicetur. ¶ Decimoquartò, dñi
aduocati fideiuſſoris concedunt & fatentur, ꝙ ſi fideiuſſor fuiſ-
ſet in mora faciendi & curandi, quòd debitor principalis iuri ſta
ret, teneref fideiuſſor ex eo, ꝙ illud nõ fecerit nec curauerit, &
ꝙ ſtante mora agi potuiſſet cõtra eũ ad intereſſe: itaq; ſi oſtẽde-
rimus moram cõmiſſam eſſe per fideiuſſorem, res clara vr̃ etiam
ex confeſsione partis: ſed ꝙ fideiuſſor fuerit in mora probatur:
nam obligatus erat ad factum. i. ad faciendũ & curandum ꝙ de-
bitor principalis iuri ſtaret: obligatus autem ad factũ, morã cõ-
mittit ſtatim atq; facere quid potuit & non fecit. l. ſi ita ſtipula
tus eſſem abs te, & l. continuus. §. cũ ita. ff. de verb. oblig. Bar. in
l. ſtipulationes nõ diuiduntur, in prin. in 5. q. ff. de verb. obl. Cor. in
conſi. 207. col. 1. lib. 4. Sed nõ apparet de aliquo impedimẽto fi-
deiuſſoris, quominus poſt eius promiſsionẽ facere potuerit, vt
10 iuri ſtaret debitor principalis. † nec præſumif impedimentũ ni-
ſi probetur, cũ in facto cõſiſtat. l. quęcunq;. §. 1. ff. de pub. l. in bello.
§. factæ. ff. de capt. l. 1. C. de manda. princi. c. cũ in iure peritus,
de offi. deleg. cum ſimi. Et qñ quis promittit ſe facturum & cu-
raturum aliquid, nõ eſt neceſſaria interpellatio, vt in mora con
ſtituatur, immo tenetur facere & curare ſine alia interpellatio-
ne. Bal. in c. dño guerrã. §. ad hæc, in tit. hic finitur lex Corrad.
quod dictũ pro notabili refert & ſequitur Ale. in cõſ. 157. circa
prin. lib. 6. & in conſ. 148. lib. 7. Aret. in cõſ. 142. Ex facto, col. 4.
verſ. venio igitur ad primum. Iaſ. in l. quod te, col. 8. verſ. 2. ad-
duco. ff. ſi cer. pet. Cur. Iun. in conſi. 74. col. 4. Alex. in conſ. 152.
in fi. Et hanc opin. dicit cõem Ripa in l. 4. §. Cato, col. 13. nu. 59.
ff. de verb. obl. Gozadinus in conſi. 27. col. 3. circa med. Itaq; fal-
ſum eſt præſuppoſitum dominorum Conſulentium, ꝙ fideiuſ-
ſor non fuerit, nec ſit in mora. Nec obſtat ꝙ debitor principalis
mortuus ſit, & ꝙ per eius mortem extincta ſit fideiuſsio de iu-
dicio ſiſti. quia rñdetur multipliciter. Primò, ꝙ iſtud procedit
ante moram fideiuſſoris, vt hr̃ in d. l. ſi deceſſerit. ſed hic appa-
ret de mora fideiuſſoris, qui non docet de aliqua diligentia in fa
ciendo & curando, ꝙ debitor principalis iuri ſtaret, nec de ali-
quo impedimento cur facere non potuerit, q̃ omnia cum ſint fa
cti non præſumuntur. ¶ Secundò rñdeo, ꝙ tex. in d. l. ſi deceſſe-
rit, loquitur in fideiuſſore de iudicio ſiſti, qui promiſit aliquem
in iudicio repræſentare ꝙ liberatur mortuo eo, qui repræſenta-
ri debeat, ne teneaf ad impoſsibile ceſſante mora: ſed nos loqui-
mur in eo qui promiſit ꝙ alius iuri ſtaret, qui licèt iuri ſtare nõ
11 poſsit, eius tñ hæres ſtare poterit: † uã obligatio defuncti tran-
ſit ad hæredes actiuè & paſsiuè. C. vt actio ab hære. & cõtra hę-
red. Ideo fideiuſsio cenſetur præſtita ſecundũ naturam actus ſu-
per quo interpoſita eſt, vt ſupra dictũ eſt. & ſicut hæres debito-
ris tenebatur pro obligatione defuncti, pariter fideiuſſor cenſe-
tur promiſiſſe de perſona hæredis ſm naturã obligationis: & cẽ
ſetur fideiuſſor promiſiſſe in oẽm cauſam ꝓ qua debitor & eius
hæres erãt obligati. arguere igitur de fideiuſſore de iudicio ſiſti
ad fideiuſſorẽ de ſtando iuri, eſſet arguere a diuerſis habentibus
rationẽ diuerſam & ſeparatã, contra l. ſi. ff. de calũ. l. Papinianus
exuli. ff. de minor. l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acq. poſſ. cum
ſimil. ¶ Tertiò rñdeo ꝙ non conſtat ex actis de morte debitoris
nec intellexi eum adhuc mortuum. ¶ Quartò rñdeo, ꝙ tex. in d.
l. ſi deceſſerit, non loquif in fideiuſſore de iudicatum ſoluendo
qui tenetur reum pro quo fideiuſsit defendere, in quo ceſſat ra-
tio impoſsibilitas, quia poterit defendere hæredẽ debitoris aut
curatorem datum bonis vel hæreditati iacenti. ¶ Non obſtat, ꝙ
iſte fideiuſſor promiſit factum alienũ, & ꝙ promiſsio facti alie-
ni non obligat data impoſsibilitate faciẽdi. & impoſsibilitas hic
arguitur mortuo debitore, cuius factũ promiſſum erat: quia re-
ſpondeo, ꝙ illud procedere poſſet eueniẽte impoſsibilitate an-
te morã promiſſoris, ſed hic apparet de mora vt ſupra probatũ
12 fuit. † excuſatur. n. promittens factũ alienũ ſi fecit quicquid po
tuit, vt illud fieret vt hr̃ per doc. in d. c. Gẽma, de ſponſ. & tra-
dit Dec. in conſi. 330. col. 2. ſed iſte fideiuſſor nõ fecit quicquid
potuit, immo nihil fecit oĩnò negligens & morã cõmiſit. Et ꝙ
teneaf promiſſor facti alieni data mora ipſius promittentis, tra
dit Dec. in conſ. 313. col. 1. in verſ. Sed iſti prædictis non obſtanti
13 bus. ¶ Secundò rñdeo, ꝙ † promiſsio facti alieni oĩnò obligat:
nec excuſaf promiſſor, licèt fecerit quicquid potuerit, qñ vlte-
rius promiſit de ſuo ſoluere, ſi illud non fieret. Aret. in l. ſi ita ſti
pulatus. §. poſſum. ff. de verb. obl. Soc. in conſi. 388. in 5. q. lib. 2.
Dec. in conſi. 325. in conſi. 345. in fi. & in conſi. 459. in fin & in
conſi. 688. in 4. dub. Sed iſte fideiuſſor promiſit de ſuo ſoluere
iudicatũ, conſtituendo ſe principalẽ & renunciando iuri de prin
cipali prius conueniendo. ¶ Tertiò rñdeo, ꝙ hic non ſumus in
promiſsione facti alieni, immo in promiſsione facti proprij, ex
quo promittẽs fecit caſum ſuum propriũ, conſtituendo ſe prin-
cipalẽ debitorẽ, & renunciando iuri de principali prius coone-
niendo, & ſic voluit poſſe primo loco conueniri & condemna-
ri, & ꝙ poſſet cogi ad iudicatũ ſoluendũ: quo caſu perinde eſt,
ac ſi ipſe ſolus principalis eſſet. ¶ Nõ obſtat modo vnũ motiuũ
aut dubiũ datiuũ in cauſa, ꝙ iſte fideiuſſor cauit ſub conditione
caſu quo teneref cauere, & ꝙ cautio haberef pro non data, vbi
cauendũ non eſſet q̃ cõditio vr̃ impleta, quia nõ apparet de cau
ſa aliqua ſequeſtri, cũ ſint ſequeſtra regulariter de iure ꝓhibita.
Et de fideiuſsione ſic cõditionaliter p̃ſtita, ꝙ nõ arcet vbi p̃ſtãda
nõ erat, in terminis tradit Alex. in conſ. 37. col. 3. poſt med. li. 2.
14 † Ad iſtud rñdeo, ꝙ immo cautio fuit purè & ſimpliciter præ-
ſtita & illa conditio fuit q̃dã proteſtatio partis facta in tractatu
ipſius cautionis, q̃ proteſtatio nõ reperitur admiſſa per iudicẽ:
ideo non releuat. Guido Papæ. q. 364. ¶ Secundò rñdeo, ꝙ non
releuat proteſtatio in his, quæ a poteſtate proteſtantis non de-
pendent. l. alimenta. C. de neg. geſt. Bald. in conſi. 326. Actutus,
col. 5. lib. 2. Pau. de Caſt. in conſ. 247. In cauſa quę vertitur ſanè,
col. 3. ante med. lib. 1. Sed cautio nõ pẽdebat a poteſtate partis,
immo ſi volebat ſequeſtrum tolli, tenebatur cauere, & ſi præ-
tendebat ſequeſtrum nullum, poterat experiri iudicio nullita-
15 tis. ¶ Tertiò rñdeo, † ꝙ actus cautionis non recipit diem neq;
conditionem. l. actus legitimi. ff. de reg. iur. & maximè quia (vt
dictũ eſt) in ipſa præſtatione cautionis nulla fuit appoſita dies
neq; conditio, ſed tñ legitur proteſtatum per cauentẽ. ¶ Quar-
tò rñdeo, ꝙ immo cauſæ ſequeſtrandi iuſtiſsimæ erant propter
fugam notoriam debitoris principalis bona non poſsidentis in
Marchionatu Saluciarũ, & cum timor eſſet dilapidationis aut
tranſmutationis bonorum ſequeſtratorum. l. Imperatores, in fi.
ff. de appella. l. ſi cum dotem. §. ſin autem, cum gl. in verſ. ſeque-
ſtrari. ff. ſol. mat. Rom. in conſi. 241. Spectab. dñi, col. 3. verſi. 3.
principaliter. ¶ Non obſtat etiam aliud motiuum ꝙ mandatum
ad cauendum erat limitatum apud ordinariũ ciuitatis Salucia-
rũ, & ꝙ præſtita eſt cautio corã magnifico conſilio. quia breui-
ter rñdetur, omiſsis multis quę dici poſſent, ꝙ iſtud poſſet con-
ſiderari qñ fideiuſſor ageret contra principalẽ actione mandati
ad repetitionẽ ſoluti, qui exciperet principalis Tu exceſsiſti fi-
nes mandati: ſed ad creditorẽ nihil pertinet iſta obiectio, cui ſa-
tis eſt ꝙ fideiuſſor efficaciter ſe obligauerit. ¶ Ex quibus appa-
ret cauſam creditoris clariſsimã factã eſſe per fundamenta plu
rima, q̃ ipſa non iuris tantum poſitiui ꝗ naturalis & æquitatis
rationibus confirmantur, ad integrum & radicitus ſublatis om-
nibus quæ in contrarium adducerentur. ¶ Venio nũc ad merita
cauſæ, an probata dicaf intentio dñi actoris. In qua difficultate
videretur prima fronte dicendũ ꝙ non: oã actor in eius ſuppli-
catione narrat ſe dediſſe & remiſiſſe granũ reſtituendum certo
termino, aliàs ꝙ fieret ſolutio ad verum eius valorẽ. ſed nullus
teſtiũ depoſuit de tali pacto alternatiuo, tñ loquuntur teſtes de
venditione ipſius grani. ob id cum actũ fuerit ex vna cauſa, non
vr̃ ꝙ obtinere actor poſsit cauſa illa non probata, licèt probet
de alia. l. nõ poſſumus. ff ſi pars hære. peta. l. habebat. ff. de inſti-
toria. l. Beblius. ff. de pactis dota. cã. Abbate, de re iud. lib. 6. Bar.
& doc. in l. 1. in prin. ff. de edendo. Alex. in conſi. 121. col. 2. ver-
ſic. inſuper comprobatur, lib. 1. & in conſi. 56. in prin. lib. 2. Alia
etiam argumenta adducunt aduocati partis aduerſæ, de quibus
ſupra dictum eſt. ¶ Quibus tamen non obſtantibus puto inten-
tionem actoris legitimè eſſe iuſtificatam. & in primis pro eo de-
poſuerunt clarè & concludenter duo teſtes conteſtes deponen-
tes de confeſsione debitoris principalis, videlicet Vincentius Iu
riani & Baptiſta de Petra, qui ambo deponunt ꝙ præſentatis li-
teris miſsiuis ipſi debitori ex parte actoris, reſpondit actor ꝙ
acceptauerat ipſum granum ſuo periculo, & ꝙ illud ſibi perdi-
tum eſſet, & cauerat actor, vt ne aliter diſponeret de ipſo gra-
no.

no.quæ confeſsio dr̃ facta præſente parte; quia facta coram nun
cio.i.coram dicto Vincentio Iuriano nuncio deſtinato per acto
rem ad ipſum debitorem cum literis miſsiuis. Nam confeſsio dr̃
facta præſente parte, qñ fit coram eo, per quem parti acquiri po
teſt actio aut exceptio: ideo cōfeſsio facta coram fideiuſſore, dr̃
facta præſente parte, quia per fideiuſſorem acquiritur exceptio
doli principali.l.idem in duobus. §.fina.ff.de pactis.ita Bald. in
conſil. 395. In primis videndum eſt in ſecundo puncto: libr. 3.
16 † Similiter confeſsio facta coram neg. geſtore dr̃ facta præſen-
te parte, quia per neg.geſtorem acquiritur dño ratum habenti,
cum neg. geſtor teneatur actiones cedere. l.huiuſmodi, in prin.
ff.de leg. 1. Bar.in l.ſtipulatio iſta.§. ſi ſtipuler.ff.de verb.obl. Ita
in confeſsione facta corā neg.geſt.tradit Aret. in conſ.64. col. 1.
verſi.ſecundum pater. Et ſi confeſsio facta coram neg.geſt.dr̃ fa
cta præſente parte, a fortiori, qñ fit confeſsio coram nuncio ex-
preſsè deſtinato: quia per nuncium immediatè quæritur vtilis
actio, ſed in neg. geſt.requirit̃ ceſsio. Immo magis vr̃ facta præ-
ſente parte confeſsio, quæ fit coram nuncio, quàm quæ fit corā
procuratore: nam videmus ꝙ confeſsio procuratoris in vno iu-
dicio, dño non nocet in alio iudicio: & tñ ſecus in confeſsione
nuncij, quia factum a nuncio vr̃ propriè factum a dño. ita Deci.
in l.à.col.ſi C.de eden.quis autem dubitat, ꝙ ſi fieret confeſsio
coram procuratore, illa facta diceretur præſente parte? Conſtat
autem ꝙ confeſsio facta præſente parte plenè probat, ſi probe-
tur per duos teſtes aut per inſtrumentum.l.cū de indebito, in fi.
ff.de probat.l.cum teſt. 2. C.de tranſac. Imo.in conſi. 138. col. 1.
poſt med. Alex.in conſi.53.col. 1.in fin. verſ.& idem in effectu,
lib. 1. Hinc videmus ꝙ confeſsio facta parte præſente & proba-
ta per vnum teſtem, ſemiplene probat. Pa. de Caſt. in conſ. 143.
Viſo proceſſu & atteſtationibus, col. 5. poſt med. verſi. modo hic
adſunt vehementiſsimæ coniecturæ. lib. 2. Et maximè iſtud pro-
cedit, quia talis confeſsio fuit acceptata per partem, quæ acce-
ptatio inducitur ex eo, ꝙ ad eius petitionē aut inſtantiam facta
eſt, mittendo literas & nuncium. Sal.in l.generaliter, in ſexta q.
C.de non nu.pec.& in l.iubemus.C.de lib.cau. Alex.in cōſ.1 ta.
col. 4.verſ.præterea iſta confeſsio. lib. 3. licèt ego teneā, ꝙ præ-
iudicet confeſsio facta præſente parte, licèt expreſsè non acce-
ptetur: ſed iſta diſputatio hic nō cadit, cum dicatur acceptata ad
modum memoratum. ¶ Secundò probatur intentio actoris ex
teſtimonio Illuſt. Marchionis, quòd ſanè teſtimonium plus va-
let ꝗ teſtimonium vnius notarij in ſuo inſtrumento. Andr. de
Yſer. in c.ſancimus, ad fi.princip. quo temp. miles. Immo verbū
Principis hr̃ pro lege. Bal.in c.cęterum, col. 6. de iud. Refert iſta
duo dicta, & ſequitur Iaſ.in conſi. 65. col. pe. circa med. & ad fi.
col. lib. 3. Depoſuit.n. Marchio, ꝙ acceptauit debitor principa-
lis ſuo periculo & onere titulo venditionis quantitatem grano-
rum, quam agēs haberet in loco Turris Sancti Georgij: & ꝙ niſi
ita acceptaſſet, volebat agens conduci facere ad locum Muretæ,
ideo ſolius Principis teſtimonium ſatis eſſet ad victoriam cau-
ſæ. ¶ Tertiò, probatur intentio actoris teſtimonio Reuerendiſ-
ſimi domini Iacobi de Sancto Iuliano, Epiſcopi Erieñſis, qui de-
ponit debitorem confeſſum eſſe in præſentia partis inſtantis fa
ctam eſſe venditionem granorum & ſe acceptaſſe ſuo onere ſac-
cos grani quingentos. Amplius ſubdit dñs Epiſcopus, ꝙ credit
fuiſſe præſentem ipſi venditioni. Circa hoc teſtimonium conſi-
dero dictum glo. in c. Monachus, in verſic. quorum. 92. diſt. vbi
ꝙ tantum valet dictum aut teſtimonium quatuor clericorum
quantum valet teſtimonium ſex laicorum. ſequitur Soci. in cō-
ſil. 58. col. 3. ante med. verſi. ꝙ autem ſuper abſentia, lib. 3. Iaſ.in
cōſi. 13. col. 1. in fi. lib. 3. Quid dicemus in teſtimonio vnius Epi-
ſcopi qui ſuſtinet vices Apoſtolorum? c. in nouo. 21. diſt. c. quo-
rum vices. 63. diſtinct. c. vnico, de ſacra vnctio. gl. in c. legimus,
in verſic. poſtea. 93. diſtinct. Et hic conſidero in his duobus te-
ſtibus, ꝙ vnus deponit de facto principali, videlicet Marchio,
alter Epiſcopus deponit de confeſsione præſente parte, quo ca-
ſu coniungi debent ad plenam probationem. c.fin. de ſucceſſ. ab
inteſt. Bald.in conſil. 240. Donatio lib. 1. Ancha.in conſil. 276.
Viſa diligenter narratione, col. 2. verſ.& ideo vnus teſtis. Areti.
in conſi. 65. col. 2. poſt med. in 2. dub. Alex.in conſ. 76. in 2. dub.
lib. 6. Ripa in l.admonendi, col. 38. ff. de iureiur. vbi tamen Ri-
pa ſolum allegat illud conſi. Alex. 76. Immo nonnulli ſunt qui
eiuſmodi coniunctionem fieri voluerunt etiam quando vnus te
ſtis deponit de confeſsione abſente parte, alter de facto princi-
pali, vt Curt. Iunior in conſi. 68. colum. 7. Gozad.in conſil. 79.
colum. 3. Curtius tamen loquitur quando duo teſtes deponunt
de confeſſione abſente parte: Gozadin. verò ſatis temerè quan-
do vnus tantum, & dubito de vtriuſque dicto & Cur. & Gozadi
ni, & dictum quidem Gozad. puto falſiſsimum. ¶ Conſtāt etiam
alia teſtimonia, ex quibus intentio actoris pluſꝗ abunde proba-
ta legitur. Tota difficultas conſiſtit in reſpondendo ad contra-
ria, ad quæ reſpondeo. Et ad primum, ꝙ non conſtat de tradi-
tione grani: Rñdeo ꝙ immo dicitur traditum granum, ex eo ꝙ
emptor illud acceptauit ſuo periculo tanquam eſſet apud eum.
l.quædam mulier. ff.de rei vend. l.qua ratione. §.interdum, in ſt.
17 de rerum diui. † In caſibus enim in quibus traditio requiritur,
ſufficit quòd interueniat traditio vera vel ficta. l. 2. C. de dote
cau.non nu.l.quiſquis.C.de dona.c.2.de conſue. Soc. in conſ. 6.
col. 3. circa med. lib. 4. Pro hoc multum in terminis quod ſcribit
Pau.de Caſt.in conſi. 378. Primo videndum eſt, vtrum recogni
tio. col. 1. lib. 1. vbi quando maritus recognoſcit ſe habuiſſe ab
vxore dimidiam partem bonorum ſuorum ex cauſa dotis, talis
recognitio habet vim traditionis: quia primo cenſetur maritus
bona vxori tradidiſſe, & ab ea breui manu recepiſſe, & ſic con-
firmatur donatio morte mariti. ¶ Secundò reſpondeo quòd hic
apparet de vera traditione grani ex confeſſione ipſius debito-
ris, qui confeſſus eſt ipſum actorem granum illud ſibi remiſiſſe
& ſe illud acceptaſſe: ex qua confeſſione traditio probatur. Bar.
in l.Papinianus.ff.de don. inter vir. & vxor. & ibi latè in apoſtil.
¶ Non ob. ꝙ non videatur conſtare de aliqua menſuratione il-
lius grani: quia dico ꝙ immo probatur menſura per confeſſio-
nem ipſius debitoris, qui confeſſus eſt ſe acceptaſſe ſuo onere
ſaccos grani quingentos, vt deponit dñs Epiſcopus Erienſis, &
de quantitate grani deponūt teſtes alij plures. ¶ Secundò reſpō
deo, ꝙ aut opponitur de menſura ex eo ꝙ ante menſuram gra-
num non dicatur traditum, nec contractus perfectus. iuxta l.qđ
ſæpe. §.in his.ff.de contrahen.emp.l. ſi venditione. §. 1. ff.de pe-
ri.& cōm.rei vend.& non obſt. oppoſitio: quia apparet ex con-
feſſione partis ꝙ cōtractus fuit perfectus, & ꝙ ipſe d.guberna-
tor debitor illum habuit pro perfecto, & pariter grani traditio-
nem confeſſus eſt. Aut opponitur de menſura, quia ante menſu
rationem periculum ſit venditoris. d.l. ſi in venditione. & non
ob. oppoſitio, quia pars granum acceptauit periculo ſuo ſimpli-
citer & indiſtinctè. Præterea nō docetur hic de aliqua perditio-
ne grani. Aut opponitur de menſura ex eo ꝙ aliquid defuerit
aut deſit de quantitate ſaccorum quingentorum: & de hoc ſimi
liter non docetur. Iam de menſura ſolum opponitur ad effectū
demonſtrandi ꝙ granum nunꝗ fuerit traditum: quia non appa-
ret de eius menſuratione, ſed (vt dictum eſt) de traditione pro-
batum eſt legitimè. Et ſi velit pars dicere, granum non fuiſſe tradi-
tūm, non tenetur probare negatiuam, cū lapſum ſit tempus op-
ponendi exceptionem rei non traditæ, iuxta not. per glo. & do.
in l.in contractibus.in princ.C.de non num.pec. Iaſ.in l.3.§.iu-
rari, col. 2. in fi. ver. dicunt tamen. & in rep. l. admonēdi. colum.
183. ver. tu diligentius aduerte. & in l.manifeſtę, colum. 4. in fi.
ver. hinc ſumpta occaſione. ff.de iurein. Amplius dico, ꝙ nō au-
diretur pars opponens exceptionem grani non traditi, cum ſæ-
pius fuerit cōfeſſa illud ſibi remiſſum eſſe, & ſe illud acceptaſ-
18 ſe ad eius onus: vbi.n. confeſſio eſt geminata, † ceſſat exceptio
rei non traditæ, vt habetur in l.cum fidem. C.de non num. pec.
Fel.in c. ſi cautio, de fide inſtru. ¶ Non ob. ꝙ teſtes oēs videātur
deponere, ipſum reum principalem confeſſum eſſe granū acce-
ptaſſe ſuo onere titulo venditionis, ſed ꝙ venditio non videtur
probata, nō conſtito de pretio ipſius venditionis. §.pretiū, inſt.
de emp. & ven. Ale.in d. l. quod ſæpe. §. 1. ff.de contrahen. emp.
in addi. ad Bar.in conſi. 18. colum. 1. lib. 1. in conſi. 58. colum. 2.
verſi.& ad hoc ēt facit lib. 2. Dec.in conſi. 57. col. 3. in fi. verſ.&
19 ad hoc facit. Ad iſtud reſpondeo, ꝙ † pretio non probato infert̃
nullitas aut inualiditas contractus venditionis. quia ſine pretio
vēditio conſtare aut valere non poteſt: & ob id cogi non poſſet
debitor ad ſolutionē pretij, ſed tñ nō infertur quin ſaltē teneat̃
ad reſtitutionē grani, quod dixit ſe acceptaſſe periculo ſuo, & il-
lud ſibi remiſſum fuiſſe ꝑ actorem: eſſet.n. iniquū ꝙ ſi res mea
ſit apud te ſine cauſa, non tenearis ad eius reſtitutionē, ne aliàs
fias locupletior cum iactura mea. hic enim militat æquitas illa
non tā naturalis, ꝗ diuina, de qua in l. ſi & me & Titiū. ff. ſi cert.
peta. videmus.n. ꝙ vbi contractus annullatur, puta, quia forma
aut ſolennitas iuris non fuerit ſeruata in re fortè eccleſiæ vel mi
noris, emptori tñ qui ꝓtiū ſoluit, illud reſtitui debet ſaltē ab ip
ſo prælato, qui minus ſolenniter contraxit, licèt eccleſia ipſa nō
teneatur, niſi quatenus in eius vtilitatē cōuerſa ſit, vt hr̃ in l. iu-
bemus.

bemus. 2.§.ſinè.C.de ſacroſãc. eccle. Alex.in conſi.4.col.1.in fi. lib.3. Feli.latè in c.cum cauſæ, de re iud. vbi amplius q tenetur venditor ad reſtitutionem pretij, licèt emptor fuerit in malæ fide non fauore emptoris, ſed odio alienantis. in alio autem non priuilegiato nulla videtur dubiratio quin teneatur ad reſtitutionẽ eius, quod accepit ex contractu, quem petit annullari. Videmus etiam q vbi reſcinditur contractus remedio reſtitutionis in integrum reſtitui omnia debent, quæ quis percepit ex cõtractu. l. q ſi minor.§. reſtitutio.l.mera vtile. ff.de mino.l. cũ te fundũ. C.de pactis inter emp.& vend.l.1. C.de reſcin. ven. & maximè hoc obtinet quia reus principalis, habitis & lectis literis miſsiuis ipſius actoris ab illo Vincentio Iuriani nuncio expreſsè deſtinato, dixit q caueret agens, vt ne duplicem contractum de grano illo haberet, & q illud dimitteret periculo ipſius debitoris, & q ſibi perditum eſſet, vbi periret. Quibus verbis ceſſantibus, actor ipſe granum illud conductum curaſſet ad locum Moretæ, vt apparet ex teſtimonio Illuſt. Marchionis. An nõ iniquũ eſſet, q me prohibeas, vt ne de grano diſponam tanq̃ a te empto, & q non tenearis vel ad grani aut ad pretij reſtitutionem ſeu ſolutionem? Aliter etiam rñdeo ad argũ, q licèt agens non probauerit de certo pretio, ſuper eo tñ, aut ſuper æſtimatione & valore grani põt & debet iudex ſe informare ex officio. Bar. in l.ſi quod ex Pamphila. ff.de leg. 2. Alex. in l.4.§. hoc autem iudicium, col.5.verſi.item ſupplet iudex æſtimando. ff.de damno infecto. ¶ Non obſt. q actor egerit ex vna cauſa, ideſt pacto illo alternatiuo de reſtituendo granum, vel ſoluendo pretium, & q tale pactum alternatiuum non probauerit, ſed ſimpliciter probauerit venditionem aut acceptationem grani & titulo venditionis ſine alia declaratione pretij: quia rñdeo duobus modis. Primò, q hic non fuit probata cauſa diuerſa, immo eadem: nam fuit propoſita cauſa venditionis lapſo mẽſo Aprilis anno 1539. quia reus tenebatur reſtituere granum intra illum menſem, eo autem lapſo tenebatur pretiũ eius ſoluere: & ſic propoſita fuit venditio conditionalis grani, ſi non illud reſtitutum eſſet per totum menſem Aprilis. actor autem ſimpliciter probauit venditionem ſine illa conditione & ſine declaratione pretij & ſic minus probauit q̃ deduxerit, nihil tamen diuerſum probauit ſicut actor peteret ducentum & ſolum probaret de centum: nam obtinere debet in centum, quia non probatur diuerſitas cauſæ. ita in terminis declarat & reſpondet Ang.in conſi.123. Viſo libello. ¶ Secundò rñdeo, q illa regula iuris, quòd agens ex vna cauſa ſuccumbit ſi probet de alia, non procedit quando proceditur ſola facti veritate inſpecta, ꝑut hic ex forma reſcripti Marchionalis. Alex.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus. ff de verb. oblig. & in conſi. 114.col. 2.verſi. præterea ſumus in cauſa.lib. 6.Soci. in conſi.146.col.6. poſt med.verſ.ſed quid plura, lib. 1. & in cõſil.160.col.pe.in fi.verſ.quarto & vltimo hoc idem probo, li. 2. Dec. in c.dilecti filij, col.3. de iud. Satis eſt igitur in veritate & æquitate probatum eſſe, q agẽs granum remiſerit reo, & q reus illud periculo ſuo acceptauerit, nec voluerit agentẽ de illo amplius poſſe diſponere. ¶ Ex præmiſsis puto actoris cauſam abũdè & legitimè eſſe iuſtificatam, quatenus ex actis colligere licèt. Reliqua quæ ad conſcientiam pertinent, partium iudicio relinquemus. & ita de iure reſcribendum putaui ſecundum ea, quæ proponuntur ſaluo ſaniori iudicio Sauiliani.14. Nouembris.1545. ¶ Poſt ſcripta, pars aduerſa produxit vnum ſtatutum ciuitatis Saluciarum, per quod prohibetur fideiuſſor renunciare beneficio de fideiuſſoribus, & q non obſtante tali renunciatione cõueniri prius debeat principalis. & ſuper hoc (vt audio) ſit maximum fundamentum. ſed ad illud ſtatutum rñdeo clariſſimè duobus modis. Primò, q non habet locum in renunciatione iurata, prout hic: nam videmus q lex Iulia prohibet alienationem fundi dotalis, toto tit.ff.& C. de fundo do. Inſtit. quibus alie.lib.vel non. & tamen valet alienatio ſi fiat cum iuramẽto.c.cum contingat, de iureiur. c.2. eod.tit. lib.6. ſimiliter mulier prohibetur pro alio intercedere aut fideiubere, & tñ valet fideiuſsio cum iuramento.c. ex reſcripto. de iureiur. ¶ Idem in minore, qui prohibetur alienare immobilia ſine certis ſolennitatibus, toto tit.ff.de rebus eorũ, maximè in l.magis puto. §. nõ paſsim. ff.de rebus eor. & to.tit. C.de præd. mino. & tamen valet alienatio cũ iuramento ſine illis ſolennitatibus. authen. ſa-
20 cramenta puberum.C.ſi aduer. vend. & † Similiter de contentis in teſtamento tranſactio fieri non poteſt, niſi viſis verbis teſtamenti.l.de his.ff.de tranſactione. & tamen iſtud nõ procedit in tranſactione iurata, vt ibi per Iaſ.col. pen. tradit Alex. in l.ſi conſtante.§. quoties.ff.ſol.mat. Cor.in conſi.140.col.pen. poſt med.lib. 2. ¶ Amplius prohibitio legis aut ſtatuti non extenditur ad actum iuratum, licèt ſit prohibitio in odium prohibiti, vt probatur in c.ſignificante, de pigno.tradit Alex. in d.l.ſi conſtante.§.quoties, col.3 Soc.in conſi.77.col.7. lib.1. quanto magis idem erit, vbi tendet prohibitio in fauorem prohibiti prout hic, cui fauori licitum eſt vnicuique renunciare? l.pen. C.de pactis cum ſimil. ¶ Fortius reſpondendo dico, q ſi ſtatutum Saluciarum expreſſè prohiberet talẽ renunciationem etiam iuratam, adhuc non valeret ſtatutum, & eo non obſtante, teneret renunciatio iurata: quia non poteſt ſtatutum laicorum tollere aut reprobare vires iuramenti Bar.in l. omnes populi, in 3 q. prin. col.8.in fi.verſi.ecce alia ff.de iuſti. & iure. Imo.in d.c. cum contingat, in tertio membro.de iureiur. cum ſimil. vt per Alex. in conſi.27.col.pen.in fi.verſ.10.probatur in conſi.59.col 3. circa med. verſi.iſtam opin.lib.1.in conſi.37.col.7.lib. 2.in conſi.38. col.4.in fi.verſ. fortius dicendũ videtur in conſi.53.col.5. verſ. aut non interuenit, lib.3.in conſi.39. Viſo ſtatuto, col. 2. verſ. 2. moneor, in conſi.102.Cum ſtatutum, col. 2.lib.4 & in conſi.18. col. 2.lib.6. Aret.in conſi.8.in prin.in conſi.22. Diligẽter, col. 2. in fi.in 2.dub.latè Calca in conſil.80. Deci in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, col.16.in fi. verſ. limitatur tamen iſta concluſio. de conſtitu.& in cõſi.352.col.fi. circa med. Iaſ.poſt Pau.de Caſt. in l. fi. col.fi.ff.qui ſatiſd.cog.& in dicta authen. ſacramenta puberum, col.19.& ſeq.C.ſi aduer.vend. ¶ Secundò principaliter reſpondeo, q dictum ſtatutum debet intelligi ſecundum ius commune, vt illud minus corrigat, quàm ſit poſsibile. l. 2. C de noxal. c.cum dilectus, de conſue.gl. & doc. in l.fi. § in computatione. C.de iure delib. & ſic intelligi debet ſtatutum, q fideiuſſor non poſsit cõueniri ante principalem, licèt renunciauerit beneficio de fideiuſſoribus eo caſu, quo ceſſante renunciatione prius conueniri fideiuſſor non potuiſſet: intentio enim ſtatuti fuit, q non noceat renunciatio, ſed q excuſsio principalis fieri debet, prout ius diſponit: & ſic voluit ſtatutum reducere rem ad merum ius commune tollendo obſtaculum renunciationis. Sed dico, q etiam ſi fideiuſſor hic non conſtituiſſet ſe principalem debitorem, nec renunciaſſet beneficio fideiuſſoris, adhuc excuſsio aliæ non eſſet neceſſaria, attenta fuga & abſentia notoria principalis debitoris: nam ſequeſtrum factum eſt ob ipſam abſentiam & fugam. de abſentia etiam apparet ex mandato in quo procurator conſtitutus eſt ad cauendum. conſtat autem q ex ſola abſentia debitoris principalis a territorio, non eſt neceſſaria aliæ excuſsio, vt no.in authen.hoc ſi debitor. C.de pigno. Bal.in conſ. 160. Libellus, col. 2.lib. 2.Abb.in conſi.29. col.2. poſt med.verſic.3. poteſt adduci, lib. 2. Bellameta in conſi.39. col.7. circa fin. Deciua in l.ſi.in princip.col.4.ff.ſi cert.petat. Impleta eſt additio. Sauiliani, die 21.Decembris.1545. Aymo Crauetta a Sauiliano. Iuriſconſultus.

SVMMARIVM.

1 *Poſt latam ſententiam diffinitiuam, non requiritur alia cauſæ cognitio.*
2 *Interlocutoria mixta, quomodo iudicari debet.*
3 *In diffinitiua procedi debet, cauſa cognita.*
4 *Interlocutoria vim habens diffinitiuæ, tunc iudicatur, vt diffinitiua.*
5 *Iudex appellationis non poteſt incidenter cognoſcere ſuper nullitate interlocutoriæ.*
6 *Appellans teneatur fidem facere de grauamine.*
7 *In cauſa appellationis libellus mutari, aut emendari nõ poteſt.*
8 *In verbis Franchiſiæ claris, ceſſare debent cauillationes aduocatorum.*
9 *Natura conditionis eſt, vt actum ſuſpendat, & ſtet actus in pendenti, antequam conditio eueniat.*
10 *Videbitur, ideſt, videri debuerit.*
11 *Verba Franchiſiæ conditionaliter, nihil operantur.*
12 *Beneficium Principis latiſſimè eſt interpretandum.*
13 *Non eſt quis pro parte filius familias, et ꝑ parte emãcipatus.*
14 *Ab interlocutoria de exequendo non poteſt appellari.*

CONSILIVM CCLXXIII.

¶ Cõſilium deciſiuum in cauſa communitatis & hominum Raconixij contra hoſpites eiuſdem loci.

Diuino

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Nobilis dñe Cõmiſſarie, vidi acta cauſæ appellationis hoſpitã Raconixij nominatorũ in conſtitutione per eos facta, die 17. Februarij. 1545. appellantium a pronũcia de exequendo quoddã ordinamentũ facta per Caſtellanum loci Raconixij die 28. Septemb. 1542. contra Syndicos & homines Raconixij, in qua cauſa appellationis de pluribus contingit dubitari. Primò, an appellatio dicatur deſerta, ſuper qua deſertione fuit petitũ pronunciari? Secundò, an pars appellans dicatur feciſſe fidem legitimè de grauamine, quia die 26. Ianuarij. 1545. pars appellata petijt partẽ appellantẽ pro nõ appellante pronunciari, quia non conſtat de grauamine? Tertiò, an recipi debeat petitio partis appellatæ facta in cauſa iſta app. die 15. Maij. 1545. Cõcludendo in poſſeſſorio retinendæ ſuper impoſitione aut taxatione gabellæ? Quartò, an cõitas Raconixij appellata dicatur probaſſe eius intentionẽ. Quintò, an examinatio Philippi Ferrerij requiſita per appellantes, fieri debeat? ¶ Circa primum, quoad appellationẽ, puto quòd ſit deſerta, quia fuit appellatũ die 28. Septẽbris. 1542. quo tempore incipit currere tp̃s proſequendæ appellationis. clem. ſicut, de re iud. Bar. in l. fi. §. illud. in vltimo no. C de tempo app. & ſolùm facta eſt proſecutio vſq; ad vltimũ diẽ Octobris incluſiue: deinde reaſſumpta fuit cauſa per cõitatẽ appellatã die 12. Ianuarij. 1545. Et ſic lapſum eſt bienniũ integrũ, quo lapſo, de iure cõi notoriè dr̃ apparere de deſertione appellationis. Bart. in l. 1. in fin. ff. nil nou. app. pen. Bal. in l. eos, col. 2. C. de appel. Rota deciſ. 98. licèt appellatio, in addi. in fi. in nouis. Fel. in c. ex parte. 5. col. 5. poſt med. verſ. & ideo Pet. de Anch. & col. 6. in fi. de reſcr. Appellatione autẽ deſerta non põt procedi in cauſa ſuper negocio principali, quia expirat iuriſdictio iudicis appellationis. cle. ſi appellationẽ, de appel. vbi hr̃, ꝙ hoc procedit etiã ſi appellatus proſequaẽ cauſam poſt lapſa fatalia, tradit Alex. in conſ. 59 Viſo titulo qõnis, col. 2. poſt med. verſ. nec iſta particula ſtatuti, lib. 4. in conſ. 104 col. 1. & in cõſ. 114. col. 2. lib. 5. Et licet Abb. in c. ex parte 5. de reſcr. in c. perſonas, & in c. ſæpe, de appel. velit, ꝙ appellatus poſſit proſequi, & ꝙ eius diligentia proſit appellanti, & in hoc ſint opi. qa Imo. cõtradicit in d. c. ex parte 5. tñ opin. Abb. & ſequaciũ ſolũ procedit, qñ appellatus fuiſſet diligens in termino fataliũ aut ſaltẽ appropinquante termino fataliũ, vt p Abb. in d. locis. & per Fel. in d. c. ex parte 5. col. 4. circa prin. verſic. & dr̃ ꝙ nõ ſufficit. & eadẽ col. poſt med. verſ. conſidera bene tria, & col. 5. in prin. verſ. p̃terea pro cõi. Sed hic durante biennio vterq; fuit negligẽs & appellãs & appellat⁹: nec appellatus aliquid egit ante lapſum biẽnij. Itaq; deſerta appellatione partes iudicis appellationis videnẽ in pronũciãdo appellationẽ deſertã abſoluẽdo partẽ appellatã ab obſeruatione iudicij cũ victoria expẽſarũ. Bar. in l. eos, col fi. C. de app. Fel. in d. c. ex par. 5. col. 5. circa med. verſ. limitaẽ ẽt. & col. 6. circa med. verſ. nec prædictis obſtat, & ibi Dec. col. pe. poſt med. de reſcr. Immo ex eo ſolũ ꝙ pronũciaẽ appellatio deſerta, cẽſeẽ appellatus abſolutus ab obſeruatione iudicij in effectu. Corn. in conſ. 38. col. 2. lib. 4. Eſt tñ dubiũ apud doc. an delegatus cui eſt cõmiſſa cauſa appellationis, poſſit pronũciare ſuper eius deſertione. & licèt Feli. in d. c. ex par. 5. col. 5. poſt me. ver. & ideo Pet. de Anc. & ver. addatis multa vtilia. & col. 6. ante med. verſ. 2. declara. & col. 7. ante med. verſ. & dicit Rota ibidẽ. teneat ꝙ ſic & referat Anch. in d. c. ex parte 5. dicentẽ ſe ita in facto obtinuiſſe: in contrariũ tñ ꝙ iudex delegatus hoc facere nõ poſſit adduco Frãn. de Rãpo. inter cõſilia Cald. in conſ. 9. in tit. de appel. Idẽ vr̃ velle Rota deciſ. 599. licèt index. & deci. 818. in antiq. vbi Rota ꝙ auditor datus in cauſa appellationis non iudicat ſuper deſertione ſine ſpeciali cõmiſſione. iſtud tractare volui de iudice delegato, qa vertiẽ hic cauſa appellationis corã iudice delegato. ¶ Sed dicet aliquis, Inſtantia cauſæ appellationis vr̃ deſerta, tñ fuit ẽt propoſita nullitas in ſupplicatione appellantiũ: ſimiliter in actu appellationis habita eſt proteſtatio de nullitate, & in reſcripto delegationis cauſæ fuit ẽt cõmiſſa cauſa nullitatis, ſuper qua nullitate fuit petitum pronũciari in cauſa appellationis die vltima Octobris 1542. modò deſerta appellatione non vr̃ deſerta nullitas, quominus poſſit pronunciari ſuper nullitate principaliter intẽtata, ẽt reſpectu inſtãtiæ ipſius nullitatis. Inn. in c. ſæpe, de app. Bal. in l. tale pactũ. § qui prouocauit, col. 7. q. 13 ff. de pactis. In l. qui teſtamẽto, ante fi. ff. de excuſ. tut. in l. 1. col. 3. in fin. q. 3. C. quan. prouoc non eſt neceſſ. & in conſi. 492. In cauſa vertente inter Blaſiũ, col. fi. lib. 3. Soc. in cõſ. 10. col. fin. lib. 4. Deci. in c. cũ ſit Romana. col. 7. in fi. de appel. Et licèt Inno. & Bal. velint, ꝙ vbi appellatio & nullitas ſimul cumulanẽ, deſerta appellatione, dicatur deſerta nullitas reſpectu inſtantiæ, licèt nõ reſpectu cauſæ aut litis, quominus in alia inſtantia de nullitate dici poſſit aut principaliter aut incidenter. quod ẽc voluit Pau. de Ca. in conſ. 288. Ad primum rñdetur in 2. dub. lib. 1. tñ mouentur Inn. & ſequaces malo fundamento: qa nullitas deducta ſimul cũ appellatione dicaẽ venire incidẽter & non principaliter: quia eo caſu quo principaliter venit, fatenẽ oẽs ꝙ deſerta appellatione non cenſetur deſerta nullitas, ẽt quo ad inſtantiã: & ſic diſcordãt doct. ſolũ reſpectu modi, nõ effectus. nã oẽs cõueniũt ꝙ eo caſu quo venit nullitas principaliter, non deſeraẽ eius inſtantia pp deſertionẽ appellationis diſcordantẽ in mõ, qñ dicaẽ venire nullitas principaliter vel incidenter. ¶ Sed circa modum dico ꝙ magis cõis opinio eſt & verior quã tenent Bart. & Imo. in l. ſi expreſſim. ff. de appel. ꝙ vbi nullitas expreſsè deduciẽ, licèt ſimul cũ appellatione, dicatur principaliter venire: quam opin. defendit & dicit veriorẽ & magis cõem. Ale. in conſ. 2. col. 3. in fi. & ſeq. lib. 3. quem refert, & ſequitur Dec. in c. dilecto. circa fi. de appe. Sed vltra Dec. addo Ale. in conſ. 225. colum. pen. circa med. lib. 6. Aret. in conſ. 75. col. 4. in fin. Soc. in d. conſi. 10. in fi. lib. 4. Ial. in l. 1. col. 4. circa med. ver. vltimo circa iſtam copulã. ff. de iuſti. & iure, & in l. 1. col. 3. verſ. 3. & vltimo limita. C. de bo. poſ. ſec. tab. Hoc ita præſuppoſito ꝙ nullitas de qua ſit mentio expreſſe, dicatur principaliter intentata, dico ꝙ deſerta appellatione nõ cenſetur deſerta nullitas, nec reſpectu cauſæ nec reſpectu inſtantiæ: immo reſpectu cauſæ aut litis non cenſetur deſerta nullitas etiam incidenter aut tacite propoſita, vt per Inno. & Bal. in d. locis. Card. in clem. ſi appellationem, in fi. de appe. Ale. in d. conſi. 225. col. pen. in fi. lib. 6. Ex quibus videtur ꝙ iudex appellationis deſerte poſſit adhuc pronunciare ſuper nullitate ſententiæ principaliter deducta. ¶ Nec præmiſſis vr̃ obſtare ꝙ dicta ſententia de exequendo dicatur interlocutoria, vt per Rom. & Aret. in l. 5. in prin. ff. de verbor. obliga. Aretin. in conſi. 75. col. 4. poſt med. verſ. quinimmo etiam ex alio capite, latè Feli. in c. quod ad conſultationem. col. 8. in fi. de re iudic. Sed de nullitate interlocutoriæ non cognoſcit ſuperior, ſed tñ iudex primus qui iudicauit, Inn. & Doct. in c. dilecto, de appel. Bal. in l. 3. in princ. C. ſi aduer. rem iud. Alex. in l. iudex poſteaquam, col 4. verſi. ſed ſi interlocutoria. ff. de re iudic. Feli. in ca. in literis, col. pen. poſt med. ver. & tamen. de offi. delega. Dec. in conſi. 125. in vltimis verbis. ¶ Quia ad iſtud poteſt reſponderi, quòd non videtur procedere in interlocutoria habente vim diffinitiuæ, quæ regulatur ad inſtar diffinitiuę, & ẽm iura loquẽtia de diffinitiua. Bal. & Doc. in l. minoribus. C. de his quibus. vt indigna. Ioan. And. & doct. in c. peruenit. 2. de appell. Sed de nullitate diffinitiuæ agi poteſt coram ſuperiore, vt habetur per Bar. & doc. in d. l. ſi expreſsim. ff de appellat. Bald. in d. l. 3. C. ſi aduerſus rem iud. doc. in d. c. dilecta. de appel. Alexan. in d. l. iudex. ff. de re iud. ¶ Quòd autem ſententia de exequendo a qua fuit appellatum, videatur nulla, apparet: quia lata fuit ex abrupto ſine cauſæ cognitione & ſtatim in prima comparitione nullis præcedentibus aſſignationibus ad opponendum. Conſtat autem requiri cauſæ cognitionem, etiam in interlocutoria. l. a pcedente. C. de dilatio. Bartol. in l. nec quicquam. §. vbi decretũ. ff. de offi. procon. & in l. quod iuſsit. colum. penul. ff. de re iud. Alexand. in conſi. 33 col. fi lib. 1. Calca. in conſi. 125. colum. 1. in fi. ¶ Sed præmiſſis non obſtantibus contrarium puto de iure verius, quòd immo iudex appellationis non poſſit hic pronunciare ſuper nullitate ſequentibus fundamentis. & primo, quia ſententia de qua agitur, non videtur nulla. & conſidero ꝙ ordinamentum aut ſtatutum ciuitatis vel oppidi præſuppoſita eius validitate, dicitur habere vim ſententiæ diffinitiuæ. l. cum quaſi. § fina. cum glo ff. de fideicom. liber. Bald. in l. programma. in prin. C. commina. vel epiſ. Brun. in tract. de ſtatu. excluden. fœmi. articu. 8. q. 25. col. 3. ante fi. car. 41. Itaq; † poſt latam ſententiam diffinitiuam non requiritur alia cauſæ cognitio: quia ſufficit ſemel fuiſſe cognitum & pronunciatum. toto titu. C. de executione rei iudi. ¶ Secũdò ꝙ in tali pronuncia de exequendo non videatur neceſſaria cauſæ cognitio probatur, quia per talem pronunciam pars aduerſa non fuit grauata: ſed grauamẽ omne ſi quod ſit, dependet ab ordinamento aut ſtatuto ſuper cuius executione fuit pronũciatum. tex. eſt in c. literis. de reſcr. & iſta eſt ratio cur ab executore non appellatur, niſi modum excedat, quia executor ipſe non grauat, ſed attribuitur grauamen

primò iodici, qui pronũciauit. c. nouit. de appel. Bal. in cõſ. 368.
Nunc venio, col. 1. in fi. lib. 1 Aut. de But. in conſ. 74. Viſis ſta-
tutis, col. 2 in fi. Ideo ſi pars prætendebat ſe grauari ex illo ordi
namento tanquam facto in præiudicium reipublicæ, aut aliquo-
rum particularium, ab eo debebat appellare, vel querelã pro-
ponere, vel doli exceptionem opponere, iuxta no. per Barto. &
doct. in l. oẽs populi, in 5. q. ff. de iuſtit. & iure. Abb. & Mod. in c.
conſuluit. 3. de appel. Iaſ. in l. 1. ff. de legi. & in l. ciuitas, col. 4.
ff. ſi cer. pet. ¶ Tertiò, poſito & non conceſſo, ꝙ talis pronuncia
de exequendo, nulla eſſet, adhuc dico non poſſe iudicem appel
lationis desertæ cognoſcere de nullitate. & quidem res clara eſ-
ſet, tenẽdo opi. Inn. in d. c. ſæpe, de appel. & Bal. Pau. de Caſt. &
ſequacium volentiũ ꝙ deſerta appellatione dicat̃ deſerta nulli-
tas reſpectu inſtantię, qñ appellatio & nullitas ſimul cumulant̃,
quia ſemper nullitas vr̃ incidenter deducta. ſed quia ſupra tenui
contrariũ, & allegaui cõem opi. eſſe in contrariũ, ꝙ immo deſer
ta appellatione non dicat̃ deſerta inſtantia nullitatis principali-
ter intentatæ; dico, ꝙ hic iudex ex alio de tali nullitate, vbi nul
litas eſſet, cognoſcere non põt, quia hic agit̃ de mera interlocu
toria, cuius nullitas ad ſuperiorem principaliter deuolui nõ po
teſt, vt ſupra oſtendimus. ¶ Nec obſtat ꝙ talis interlocutoria vi-
deatur mixta vim habens ſniæ diffinitiuæ, cum aliam ſententiã
poſt ſe non expectet, & præiudicium irreparabile contineat: qa
dico, ꝙ immo vr̃ mera interlocutoria, cum nullum paret præiu-
dicium: nam (vt dixi) ex iſta pronuncia ſnię aut ſententia de
exequendo pars non grauatur, ſed grauamen omne (ſi quod ſit)
ordinamento prædicto attribuitur tanquam primæ cauſæ, qua
ratione introductum eſt, vt non appelletur ab executore. Pro-
fectò ſi talis ſententia grauaret irreparabiliter, non remedium
appellãdi iura denegarent, nec defenſionem tollerent naturalẽ.
Et in terminis ꝙ talis ſnĩa de exequendo dicatur mera interlo-
cutoria, tradit Aret. in d. l. 5. in prio ff. de verb. obl. & in d. con-
ſil. 75. col. 4. poſt med. verſ. quinimmo etiã ex alio capite ſequi-
tur Fel. in d. c. quòd ad conſultationem, col. 12. verſ. & iſta oia be
ne no. de re iud. ¶ Quartò, poſito & non conceſſo, ꝙ talis ſnĩa
de exequendo diceret̃ interlocutoria mixta & vim habere diſ-
2 finitiuæ, non tñ regularetur vt diffinitiua, † ſed in iſta miſtura
debet iudicari ſm naturã interlocutoriæ vel diffinitiuæ, de qua
magis participat: ita in terminis interlocutoriæ mixtæ tradit
Alex. in d. l. 5. in prin col. 2. ff. de verb. obl. per l. quæritur. ff. de
ſtatu hom. ſequitur Dec. in d c. peruenit. 2. de appell. col. fi. Sed
iſta pronuncia de exequendo magis participat de mera interlo
cutoria, q̃ de diffinitiua. quod patet, qa natura diffinitiuæ eſt, ꝙ
diffiniat negocium, & faciat præiudicium irreparabile. ſed iſta
ſnĩa de exequendo ipſa non diffinit negocium, nec patat graua-
men aliquod, immo fit diffinitio & præiudicium per ordinamẽ
tum aut ſtatutum, de cuius executione agitur, vt ſupra dictum
3 eſt. † Rurſus in diffinitiua procedi debet cauſa cognita, ſecus in
iſta de exequendo, cum ordinamentum aut ſtatutũ oppidi vim
habeat diffinitiuæ ſententiæ, vt ſola executione ſit opus, vt ſu-
pra dictum eſt. & maximè quia agitur de exactione gabellæ, &
ſic oneris publici; in quo onere publico aut eius exactione exe-
cutioẽ proceditur. §. coges. in authen. de manda. princ. Itaque
cũ iſta ſententia de exequendo magis participet de natura me-
ræ interlocutoriæ quàm mixtæ, de ea iudicandum vr̃ prout de
mera interlocutoria, & conſequenter ꝙ de eius nullitate ſupe-
rior non cognoſcat, ſed primus iudex tantum, per ſupradicta.
4 ¶ Quintò, pro reſponſione conſidero, † ꝙ interlocutoria vim
habens diffinitiuę, tunc iudicatur vt diffinitiua, qñ eſt talis inter
locutoria quæ de ſui natura requirit ſolennitatem, aut cauſæ co
gnitionem: aliàs ſecus. Ideo licèt præceptum de ſoluendo vim
habeat diffinitiuæ, reuocari tñ poteſt contra naturam diffiniti-
uæ, qñ ſit tale præceptum, & fieri poteſt citra aliam ſolennita-
tem. Ang. in l. ſi debitori. ff. de iud. Dec. in c. cum ceſſante, col. 3.
de appel. ſed iſta ſententia de exequẽdo vr̃ eiuſmodi, quia in ea
non vr̃ neceſſaria alia ſolẽnitas aut cauſæ cognitio, vt ſupra ꝓ-
batum eſt. ¶ Ex præmiſsis inferuntur duo correlaria. Primum, ꝙ
dicta ſententia de exequendo non vr̃ nulla: ſed poſito & non cõ
ceſſo, quòd nulla eſſet, tñ de tali nullitate principaliter agi non
potuit coram ſuperiore aut iudice appellationis: incidenter au-
5 tem cognoſcere non poteſt † iudex appellationis ſuper nullita
te interlocutoriæ deſerta appellatione, cuius deſertio afficit ẽt
inſtantiam nullitatis incidenter venientis, ſm doc. cõiter vt ſu-
pra probatum eſt. ¶ Venio nunc ad ſm dubium, an pars appel-
lans de grauamine, fidem legitimè fecerit. In qua re illud præ-
mittendum eſt, teneri appellantem ad probationem grauami-
nis. Cy. in l. per hanc, in 2. q. in fi. C. de temp. appel. Ang. in con-
ſil. 294. in 3. dub. Alex. in conſ. 101. col. 1. poſt med. verſ. quarta
ratione, lib. 2. Dec. in c. cum in eccleſia, in 5. not. de appella. & in
conſi. 296. col. 1. poſt med. idem tenet Veronenſis in conſi. 35.
col. 3. verſ. 2. principaliter. vbi Veron. rationem aſsignat, quia
aliàs diceret̃ iudex appellationis pronunciare ſine actis. ſed aliã
rationem ego colligo ex dictis Bar. in l. ſi appellationem. C. de
appel. nam appellans petit reuocari aut reſcindi grauamen: ſed
quomodo reuocabitur grauamen de quo non apparet? & cum 8
grauamen ſit fundamentũ ſuæ intentionis vt reuocetur, ergo il-
lud ab eo probari debet. l. ei qui dicit. ff. de proba. l. actor. C. eod.
tit. Et ꝙ appellans teneat̃ fidem facere de grauamine, tenet Gui.
Papæ. q. 20. quicquid aliter voluerit diſtinguere idẽ Gui. Papæ.
q. 439. col. 2. in 1. q. & quicquid aliter dixerit Aufrer. in deciſi.
Tho. q. 341. §. 3. vbi voluit ſatis eſſe appellanti, ꝙ fidem faciat
de ſententia, licèt acta non producat: nam talis probatio graua
minis vr̃ imperfecta: & qñ poterit iudex appellationis cogno-
ſcere an grauatus fuerit appellans non viſis actis ſuper quibus
fuit iudicatum? Nec obſtat motiuum Aufre. quòd vr̃ probatum
grauamen ex ſola ſententia, cum nõ præſumatur pro iudice re-
ſpectu auctorũ & proceſſus: quia illud procedit, qñ victor qui
obtinuit ſententiam, fundaret ſe ſuper ea agendo contra condẽ-
natum, nam poſſet condemnatus opponere contra ſententiam
de iniuſtitia aut nullitate, niſi victor illam iuſtificet per acta: ſe-
cus qñ victus appellauit & vult eam reſcindi facere tanq̃ ini-
quam, quia non poteſt reſcindi tanq̃ iniqua niſi de tali iniqui-
6 tate apparet ex actis. ¶ His ita præmiſsis † ꝙ teneatur appellans
fidem facere de grauamine, dico quòd non vr̃ facta fides legiti-
mè de ipſo grauamine: nam ſententia a qua fuit appellatũ, fun-
datur ſuper ordinamento producto & ad illud refertur: itaque
non ſatis erat fidem facere de ſententia & actis niſi productum
eſſet & illud ordinamentum relatum in ſententia, quia ipſum
ordinamentum relatum dr̃ pars ipſius ſententiæ referentis, im-
mo eatenus diſponit ſententia referens, quatenus in ordinamen
to relato continetur. argu. l. ſi teſtamento. 5. ff. de cond. & de-
mon. Deci. in rub. de conſti. col. fi. verſ. confirmatur hoc, in pri-
ma lectura, ergo ſi ordinamentum relatum in ſentẽtia non ap-
paret, impoſsibile eſt apparere de aliquo grauamine, quia vt di- 9
ctum eſt, ſententia de exequendo non grauat, ſed ipſum ordina
mentum, quod exequendum eſſe pronunciatur. Pro quo in ter-
minis adduco Rom. in conſ. 105. Quoad ſeptimum, in vltimo
dubio, vbi quòd non ſufficit producere ſcripturam quæ ad aliã
ſcripturam ſe refert, niſi etiam producatur ſcriptura relata, quia
ſine ea ſcriptura referens nihil probat, ſed dr̃ productio imper-
fecta. idem voluit Aret. in conſi. 68. col. 1. & 2. Non igitur ſatis
eſt producere ſententiam ſe referentem ad ordinamentum, niſi
& ipſius ordinamenti fides fiat, ſine cuius ordinamenti produ-
ctione de grauamine aliquo apparere non poteſt. ¶ Ex premiſsis
infertur, quòd pars appellans non videtur iuſtificaſſe aliquod
grauamen, quo caſu habenda videtur pro non appellante, & ab-
ſoluenda pars appellata ab obſeruatione iudicij, per ea, quæ de
actore non probante habentur in l. admonendi. ff. de iureiuran-
do. ¶ Circa tertium dubium, an recipi debeat petitio partis ap-
pellatæ in cauſa appellationis ſuper poſſeſſorio retinendæ? bre-
7 uiter puto quòd non, duplici ratione. Prima, † quia in cauſa ap-
pellationis libellus mutari aut emendari non poteſt, vt latè Ro-
ma. tradit in conſil. 381. quem refert & ſequitur Iaſ. in l. edita,
col. 9. in fi. verſi. item adde. C. de edendo. ſi libellus datus in pri-
ma inſtantia emendari aut mutari non poteſt in cauſa appella-
tionis, multominus dari poterit nouus libellus; cum facilius
quid reficiatur, quàm de nouo fiat. Deci. in c. cum acceſsiſſent.
circa fin. de conſtitu. ſimiliter renouatur quid facilius q̃ de no-
uo inducatur. Alexan. in conſi. 128. in fi. lib. 6. ¶ Secunda ratio,
quia iudex appellationis ſolum habet iuriſdictionem circa ea,
quæ in prima inſtantia vertuntur, & non in alijs. Bald. in l. per
hanc, col. 6. C. de tempo. appel. Sed in prima inſtantia non fuit
aliquid dictum, neq; tractatum de interdicto retinendę: ergo de
eo agi non poteſt in cauſa appellationis. Et pro hoc in termi-
nis adduco deciſ. Neapol. deciſ. 155. vbi ꝙ in cauſa appellatio-
nis non poſſunt cumulari remedia, quæ in prima inſtantia po- 10
terant cumulari. Sed pars appellata hic vult cumulare in cauſa
iſta appellationis remedium retinendæ, quod in prima inſtan-
tiam propoſitum non fuerat, ergo &c. Circa quartum dubium,
an cõmunitas Raconixij probauerit eius intentionem. breuiter
puto

puto concludendũ ꝙ ſic, ex verbis franchixiæ conceſſæ cõitati
Raconixij ſuper facto gabellæ eã augẽdo, diminuendo, ſubtra-
hendo & in totũ tollendo, prout ei videbitur, tã in gabellis im
poſitis q̃ imponendis, quæ verba ſunt clara ideo non eſt dubi-
tandũ. l. ille aut ille. §. cũ in verbis. ff. de leg. 3. l. continua. §. cũ
ita. ff. de verb. obli. & dici põt de hoc caſu franchiaiæ, ſicut dici-
tur de caſu legis. l. ancillæ. C. de furtis. & quando diſpoſitio eſt
clara, dici põt ꝙ nõ indigemus gl. q̃a ea. habemus. ita Old. in
conſi. 258. Inno. colũ. 2. Bald. in conſil. 343. Examinanda ſunt.
8 col. 2. circa fin. lib. 1. ¶ †Et in verbis franchiaiæ claris ceſſare de
bent cauillationes aduocatorũ. Bald. in conſi. 174. Caſus eſt talis
quoddam ſenile. in fi. lib. 2. ¶ Nec obſtant verba, ſequentia fran
chiaiæ, Videlicet ꝙ ſi & prout & inquãtum nobis tanquã ſupe
riori dño & ſucceſſoribus noſtris in eodẽ videbitur & placuerit
& nõ aliter. ſuper quibus verbis pars aduerſa facit totum funda
mentum, dicens ꝙ iſta verba faciunt cõditionem ſi dño placue
rit, ita ꝙ non poſsit augeri gabella niſi prius obtineatur licẽtia
a principe. Nec obſtat ſm eã, ꝙ aliàs franchiaia de nihilo opera
bitur: quia reſpondetur ꝙ immo operabitur, quia poterit quidẽ
augeri gabella impune, ſed tamen opus erit confirmatione, ſed
ceſſante tali franchiaia non poſſet impune augeri. ¶ Sed puto
ꝙ iſta interpretatio nullo modo ſit admittenda tanquam inimi
ca & verbis & menti franchiaiæ; & conſidero pro fundamento
ꝙ natura conditionis eſt, ꝙ prius verificetur conditio q̃ diſpoſi
tio locũ habeat. l. qui hæredi. in fi. l. quæ legata. ff. de condi. & de
mõ. l. cedere diẽ. ff. de verb. ſig. ideo verba importantia modũ,
reſoluunt in cõditionẽ, qñ actũ fuit, ꝙ ille modus prius ĩplere
tur. l. Thays. §. Stichus ff. de fideicõ. libe. l. in conditionibus. §. j.
& l. quæſitũ. §. 1. ff. de cond. & dem. Bar. in l. quibus dieb. §. Ter
milius verſ. quid ſi teſtator expreſſe voluit ante impleri. ff. de cõ
di. & dem. Bald. in conſ. 219. lib. 2. Alex. in conſi. 119. col. 1. poſt
med. lib. 1. & alibi ſæpe. Sed in caſu iſto daẽ poteſtas amplisſima
hominibus Raconixij capitulandi circa factũ gabellæ, nec ei in
iungiẽ vt aliquid petant a principe concedẽte aut aliud quid an
tea impleant, licẽt poſsit prĩceps, ſi velit, talẽ poteſtatẽ reuoca
re aut moderari prout ei placuerit: ergo illa verba, Videlicet ꝙ
ſi &c. conditionẽ importare nullo modo poſſunt. ¶ Secundò ꝙ
illa verba conditionem aliquam non importent, arguitur: quia
9 natura †conditionis eſt, vt actũ ſuſpendat, & ſtet actus in pẽdẽti
antequã cõditio eueniat. l. reſpiciẽdũ. & l. cũ ad præſens. ff. ſi cer.
pe. ſed iſta verba franchiaiæ, Videlicet &c. nõ ſunt aliquo mo-
do ſuſpenſiua, ſed modificatiua & reſtrictiua. & in primis de illa
dictione, Videlicet, quod ſit limitatiua aut reſtrictiua, ẽ tex. ĩ l.
videlicet. ff. de pactis. l. ſi. in ſi C. in quib. cau. in inte. reſti. nõ eſt
neceſſ Bar. in l. 5. ff. ad leg. Aquil. & in l. quæ ſitũ. §. ſi quis fundũ.
col. antepe. ff. de fundo inſtru. vbi loquitur de eo qui legat ſupel
lectilia, videlicet lectum &c. tradit Bal. in l. cũ mulier. ff. ſol. mat.
Iaſ. in l. ſi plurib. ff. de leg. 1. ſimiliter illa dictio, Prout, eſt limi-
tatiua & reſtrictiua. Bar. in extrauag. ad reprimendum, in verſi.
prout. & in l. edita. co. pe. C. de edẽ. Limitatur enim & reſtringi
tur iſta poteſtas augendi gabellam ad beneplacitum principis
concedentis prout ipſi placuerit. ſimiliter illa dictio, Inquantũ,
eſt apertẽ reſtrictiua & limitatiua, quia prĩceps noluit ꝙ liberũ
eſſet communitati Raconiaij augere gabellam ad liberam vo-
luntatem citra reſecationem eius, ſed inquãtum principi viſum
fuerit: & ſic voluit princeps tale augmentũ gabellæ poſſe refræ
nare. ex quibus apparet ſenſum illorũ verborum eſſe ꝙ noluit
princeps ſuſpendere poteſtatem conceſſam in aliquem euentũ
nec cogere homines Raconiaij ad petendum confirmationem
eius, quod eſſet conſtitutum circa factũ & augmẽtum gabellæ,
ſed verba & mens principis ſonant ꝙ ſi forte augmẽtum gabel-
læ eſſet exceſsiuum, voluit princeps illud poſſe reſtringere, limi
tare & moderare & gabellam taxare inquantum ei placuerit &
viſum fuerit. ¶ Tertiò ꝙ iſte ſit verus ſenſus illorũ verborũ, et ꝙ
intentio principis fuerit vt poſſet gabellã moderare & refræna
re, nõ eius impoſitionem ſuſpendere, probatur: quia cõceſſa fuit
poteſtas augendi & minuendi per verba, importãtia arbitrium
boni viri, prout eis videbiẽ, q̃ verba ſignificãt arbitriũ viri. Ol.
in conſi. 323. circa primum in 2. dubio. Bar. in l. creditor. §. Lu-
cius. ff. man. & in l. ſi ſit. in prin. ff. de le. 1. exponitur enim verbũ
10 †Videbitur, ideſt videri debuerit, ſm Oldra. in d. conſi. 323. &
ſic apparet ꝙ illa verba, Videlicet ꝙ ſi &c. ſtare debeñt limitati
uẽ & reſtrictiuẽ, vt princeps poſſet gabellã moderari caſo quo
impoſita aut aucta eſſet exceſsiuẽ, non ex arbitrio boni viri, per
præcedentia enim ſequentia declarantur. l. ſi ſeruus plurium. §.
ſin. ff. de leg. l. peo. C. de inſt. & ſubſti. cum ſimi. ¶ Quartò cum
noluerit princeps imponi aut augeri gabellã poſſe, niſi arbitrio
boni viri, non eſt veriſimile ꝙ voluerit licentiam ipſius princi-
pis in tali impoſitione aut augmento eſſe neceſſariam, ſed inten
tio principis fuit ꝙ vbi aliqui lamentarentur de exceſſu liberũ,
eſſet ipſi principi tale augmentũ moderare: iſta igitur interpre
tatio tanquam veriſimilis admitti debet l. ſemper. in ſtipulatio-
11 nibus. ff. de reg. iu. ¶ Quintò dico † quod ſi illa verba frãchixiæ
ſtent conditionaliter, nihil operabuntur, contra l. ſi quando. in
prin. ff. de leg. 1. c. ſi Papa. de priui. lib. 6. Nec obſtat ꝙ ſatis ope-
rabuntur ſi poſſit augeri gabella, licẽt neceſſe ſit confirmationẽ
petere: quia aliàs ſine tali conceſſione augeri non poterat im-
pune: quia dico ꝙ ſi petitio confirmationis ſit neceſſaria, de ni-
hilo ſeruiet franchiaia, ex quo talis impoſitio effectum non ha
bet, ſed inutilis ſit ſine cõfirmatione: nihil enim, & inutile, æqui
parantur. l. quoties. ff. qui ſat. cog. l. 1. §. pen. ff. quod cuiuſq; vni.
no. l. elegãter. §. qui reprobos. ff. de pig. act. l. Paulus. ff. de verb.
ſig. c. extirpandæ. de p̃b. c. 2. de transla. præl. latẽ Iaſ. in l. manda-
tam. ff de offi. eius in l. more. col. 12. circa me. ff. de iuriſdi. omn.
iud. & in l. 1. §. ſed & ſi mihi. in 3. no. ff. de verb. obligatio. con-
ceſſio igitur franchiaiæ circa gabellam debet intelligi, vt ſit ef-
fectualis. l. tertia. § 1. ff. quod quiſq; iuris. l. pen. §. docere. ff. ne
quis eũ qui. l. 3. ff. de teſta. milit. l. 2. in ſi. C. commu. de leg. ¶ Nec
ob. ꝙ immo operabitur, quia licẽt confirmatio ſit neceſſaria, tñ
poterit augeri gabella impune, vbi aliàs non potuiſſet: quia di-
co ꝙ ẽt ſine tali conceſſione poterit impune augeri ſub condi-
tione, ſi dño placuerit & non aliter, ſicut dicitur de vaſallo aut
emphyteuta alienante rem feudalem, aut emphyteoticam ſine
conſenſu dñi ſub conditione, ſi dño placuerit, & non aliter, ꝙ
pœnam non incurrit, Bal. in c. 1 §. 1. ĩ ſi. quæ fuer. pri. cau. bene-
amit. doc. in c. ſi extra, de feudis. Ale. in conſ. 111. in ſi. li. 6. Cur-
tius Senior in conſ. 8. Deci. in conſ. 18. colum. 3. poſt med. ver-
nam in caſu iſto ſtatutum, & in conſ. 61. col 2. poſt med. verſi.
& illa clauſula non aliter. & alibi ſæpe Doc. ¶ Secundo reſpon-
deo ꝙ in conceſſione franchiaiæ non agebatur de priuilegio in
vitanda pœna, ſed priuilegio effectuali augendæ & imponendæ
gabellæ. ¶ Tertiò dico ꝙ iſta interpretatio eſt contra naturam
12 beneficij † principis, quod latiſſimẽ eſt interpretandum. l. fina.
ff. de conſtitutionibus prin. per talem autem interpretationem
illud reſtringitur contra verba & mentem ipſius principis con-
cedentis. ¶ Quartò dico ꝙ illa conceſsio imponendi & augendi
gabellam facta fuit pro commodo & vtilitate ipſius loci Raco-
niaij: ita cantant verba conceſſionis: ſed in his quæ ſunt intro-
ducta pro communi vtilitate, verba late debent intelligi ſine re
ſtrictione aliqua. vt not. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure.
Veronenſis in con. 48. colum. 2. circa medium. Itaque illa verba,
Videlicet ꝙ ſi &c. intelligi debẽt, vt minus reſtringant conceſ
ſionem q̃ ſit poſſibile. ¶ Quintò dico ꝙ iſta conceſſio principis
ita intelligi debet, ne contineat aliquam impoſſibilitatem. l. im-
poſſibilium. ff de reg. iur. ca. ſciſcitatus. de reſcrip. Sed concede-
re facultatem imponendi & augendi gabellam, ita ꝙ eius con-
firmatio a principe obtineatur, in effectu eſt concedere rem im
poſſibilem, cum impoſſibile reputetur quod a principis arbi-
trio dependet. l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de legatis primo.
vbi latẽ Doctores. Immo paria ſunt non poſſe rem habere, vel
habere quidem, ſed cum magna difficultate. l. naturalem. ff. de
acquiren. rerum domi. §. 1. in autbẽti. de fideiuſſor. Et profecto
nihil opus erat talem facultatem obtinere, ſi principis cõfirma-
tio fuiſſet neceſſaria. ¶ Sextò, dicere ꝙ facultas imponendi aut
augendi gabellam ſit pura, & fieri id poſſit ſine licentia princi-
pis ſed ſit conditionalis reſpectu confirmationis, ſi confirmatio
a principe obtineaẽ, nihil aliud eſt q̃ vnum & eundem actũ di-
uerſificare, contra reg. l. eũ qui ædes. ff. de vſucapio. vbi vnus &
idem actus diuerſo iure cenſeri nõ debet: pro quo etiam eſt tex.
in l. ſi ſine. ff. de condi. & demon. c. cum in tua de decimis. c. co-
gnouimus. 12. q. 2. clem. 1. de elect. Et abſurdũ videretur ꝙ vnus
& idem actus pro parte ſit purus, & pro parte conditionalis, ſi-
cut non poteſt quis pro parte eſſe liber, & pro parte ſeruus. l. ſi
pariter. in ſi. ff. de lib. cau. l. 1. § 1. C. de lati. liber. tol. Sicut etiam
nõ poteſt, quis ꝓ parte eſſe legitimus, & pro parte illegitimus.
13 glo. ſi. in c. ſi. de clan. de. deſpon. ſic † etiam non poteſt quis pro
parte eſſe filiusfamiliàs, & pro parte emãcipatus. Soci. in l. 1. §.
cũ filij. in 3. not. ff. ad Treb. ¶ Septimò pro reſponſione dico &
conſidero ꝙ illa verba, Videlicet ꝙ ſi & prout & inquantũ no-
bis tanquam ſuperiori domino & ſucceſſoribus nñis in eodem
vide-

videbitur & placuerit & non aliter: idem videntur ſignificare
quod illa verba, Ad beneplacitum noſtrum: quæ tamē verba, Ad
beneplacitum, conditionem non importāt, ita quod diſpoſitio
ſtatim ſit pura, licèt aliter voluntas diſponentis non declaretur,
licèt reſoluatur diſpoſitio voluntate ceſſante: ideo quando iu-
dex ponit aliquem ad confinia ad eius beneplacitum, ille ſtatim
dicitur confinatus licèt aliter non declaret iudex ſe id velle. Ra
pha. Imo. Alex. & Mod. in l. centeſimis. §. fi. ff. de ver. ob. Dec. in
conſi. 108. col. 2. circa med. & dicit Iaſ. in d. §. fi. col. 6. verſi. ſecū
do limita. q̄ eſſet abſurdus & contrarius ſenſus, pono te ad con
finia de præſenti, ſi voluero de futuro. ſic etiā videtur abſurdus
& contrarius ſenſus, do tibi facultatem gabellas nouas leuandi,
imponendi, & impoſitas augendi, tollendi & ſubtrahendi, ſi vo
luero in futurum & ſi huiuſce rei confirmationem obtinueris.
immo pluſquam abſurdus videtur ille intellectus. non ſonās in
auribus vulgi. ¶ Itaq; verus ſenſus & intellectus illorum verbo-
rū, videlicet q̄ ſi & prout &c. videtur q̄ illa verba, referantur,
vel ad durationem conceſſionis vel ad eius limitationem aut
moderationem, i. q̄ tandiu cōitas Raconixij habeat facultatem
ita faciendi, quandiu principi placitū erit, vel quod poſsit prin
ceps gabellæ impoſitionem aut augmentum limitare aut mode
rare vbi exceſſus cōmiſſus ſit. ¶ Poſtremò vbi ambiguitas aliqua
eſſe poſſet circa iſta verba, licèt rē clariſsimā arbitrer, talis ta-
men ambiguitas eſſet declarata per obſeruantiā ſubſecutā & ſe
cūdū id quod obſeruatum reperitur. l. minimè. l. ſi de interpreta
tione. ff. de legib. c. cum dilectus, de conſuet. ſcientia enim & pa
tientia eius qui ſcit & patitur ita obſeruari maximè longo tēpo
re, declarationem tacitè præcedentis voluntatis inducit. l. cum
poſt. ff. de iure doti. l. qui in aliena. verſ. ſed ſi non adierit. ff. de ac
q. hære. l. ſi filius. C. de peti. hæred. & ita ab obſeruātia ſubſecu-
ta, arguit Ro. in conſi. 271. Vis tota. col. 2. ver. 3. non eſt dubiū.
quin immo non requiritur obſeruātia lōgi tēporis quia nō re-
quiritur q̄ ſit p̄ſcripta talis obſeruantia interpretatiua. Pau. de
Ca. in cōſi. 347. quia circa donationem. col. fi. lib. 1. Are. in conſ.
31. col. 3. verſ. ſed tū ex ſuperabundāti. Soc. in cōſ. 111. col. fi. ver.
ſed certe poſſumus dicere, lib. 1. Cor. in cōſ. 188. col. fi. lib. 4. De-
ci. poſt Are. in c. cū M. col. 2. poſt med. ver. & ex ſupra dictis in-
fertur, de cōſti. & in conſ. 356. col. fi. ſed ex teſtibus examinatis
ēt ad inſtantiā. partis appellantis apparet ſemꝑ obſeruatū fuiſ-
ſe vt cōitas augeret gabellam ad libitum. ¶ Circa quintum du-
bium an fieri debeat examinatio Philippi Ferrerij, breuiter pu-
to q̄ non, quia etiam ſi examinatus deponeret pro hoſpitibus
appellantibus, eius tamen teſtimonium nō poſſet elidere tot te
ſtimonia ipſius communitatis in cuius etiam fauorem dixerūt
teſtes appellantium, ob id admitti non debet teſtimonium di-
cti Ferrerij, quod futurum ſit omnino irreuelatorium. l. ad pro-
bationem. 1. C. de probatio. c. cum contingat. de offi. deleg. cum
ſim. Ex præmiſsis apparet q̄ arguēdo a ſufficienti partium enu
meratione, omnino pronunciandum eſt in fauorem communi-
tatis appellatæ. Primò, quia pars appellans non videtur feciſſe
fidem de grauamine ſufficienter non producto ordinamēto re-
lato in ſententia a qua fuit appellatū. Secundò quia vbi de gra-
uamine fides facta eſſet, tamen appellatio eſt deſerta. Tertiò vbi
appellatio deſerta non eſſet. adhuc in meritis iuſtificata abunde
videtur intentio cōmunitatis tam per inſtrumentum frāchiziæ
q̄ per eius teſtes, immo & per teſtes appellātium: ideo puto pro
nunciandum appellationem eſſe deſertam, & communitatē ap
pellatam abſoluendam ab obſeruatione iudicij cauſæ huius ap-
pellationis, & cauſam remittendam ad iudicem a quo pro exe-
14 cutione facienda. ¶ Omitto illum articulum q̄ † ab interlocuto
ria de exequendo non poteſt appellari, ſecundum magis cōmu-
nem opi. vt per Alex. in conſi. 95. Viſis proceſſibus. lib. 2. Fel. in
d. c. quod ad conſultationem. col. 9. de re iud. Dec. in d. ca. no-
uit, in 4. no. de appellatio. quia de hoc non fuit oppoſitū, parte
enim non opponente tenet appellatio aliàs de iure prohibita,
puta ſi appelletur a ſententia poſſeſſorij. Ale. in conſi. 2. col. pe.
lib. 3. Deci. in l. 1. col. 2. circa fi. C. de bon. poſſeſſ. ſecun. tab. ſimi-
liter parte nō opponēte appellari poteſt ad ſuperiorem omiſſo
medio. cap. dilecti. 31. vbi Præpoſi. in 3. notab. de appellatio,
Calder. in conſ. 5. in ti. de appellatio. & ita conſulo ſaluo ſanio-
ri iudicio. Sauiliani, die 27. Decēbris 1545. Qua die feſtum co-
litur ſancti Ioannis Euangeliſtæ patroni mei. Quem ipſum hu-
militer obſecro pro ipſo me vt preces dignetur offerre ad Chri-
ſtum crucifixum ac Trinitatem indiuiduam, Chriſtique matrē
Virginem vt ſimul intercedant.

Sequitur tenor ſententiæ.

Quia comperimus lapſam inſtantiam appellationis, ideo pro-
nunciamus appellationem deſertam, cauſam remittentes iudi
ci a quo. Communitatem Raconixij appellatam abſoluimus ab
obſeruatione iudicij cauſę huius appellationis. Expenſis com-
penſatis ex cauſis nos mouētibus. Nullas alias eſſe partes no-
ſtras in reliquas requiſitis extra fatalium tempora declaran-
tes, ſaluo iure appellantibus ſibi prouidēdi prout iuris eſt, ſi ſua
intereſſe putauerint. In triplici caſu victorię electa fuit cauſa de
ſertionis tanquam præiudicialis. compenſatæ ſunt expenſæ q̄a
pars appellata fruſtra ingreſſa eſt merita deſerta appellatione &
ex cauſis alijs quæ ex præmiſsis colligi poſſunt.

Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. D.

S V M M A R I V M.

1 *Mortuo delegante antequam delegatus partes citauerit, expi-
rat delegati iuriſdictio.*
2 *Partes conſentire non poſſunt quòd procedat delegatus mortuo
delegante re integra.*
3 *Cauſa iuris videtur deleganti reſeruata.*
4 *Inſtrumenta defectuoſa mortuis notarijs a quibus recepta ſunt,
probant ſemiplene.*
5 *Longitudo dierum præſtat fidem inſtrumentis.*
6 *Scriptura priuata inuenta in Archiuio antiquiſſimo videtur
probare.*
7 *Defectus ſcripturæ ſuppletur per obſeruantiam ſubſecutam.*
8 *Inſtrumentum aliquando facit plenā fidem non obſtante omiſ-
ſione menſis & diei.*
9 *In mandato mens magis diſponentis inſpici debet quàm verba.*
10 *In mandato valet argumentum a maioritate rationis.*
11 *In ſtatutis potius attenditur mens ſtatuentium quàm verba.*
12 *In fauorabilibus cenſetur quis loqui de ſeipſo potiuſquā de alio.*
13 *Inſtrumentū debet ſcribi & ſubſcribi per eundem notarium.*
14 *Notariatus præſumitur p ropter antiquitatē tēporis vltra an-
nos centum.*

CONSILIVM CCLXXIIII.

¶ Pro monaſterio Riuifrigidi contra dominos Canonicos Re-
uelli Marchionatus Saluciarum.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. In hac cauſa
monaſterii Riuifrigidi cōtra dños Canonicos Re
uelli primo quæritur, an delegatio facta ꝑ reuerē
dum dñm Ioannē Mohedoni Epiſcopū Reuellen
ſem & Auditorē cauſarū ſacri palatii apoſtolici
reuerēdo dño Guidio Florētino archipresbytero Tuſculano &
Vicario generali epiſcopatus Saluciarū dicatur finita ꝑ aſſeriū
1 obitū dñi delegantis? † Breuiter ſi verū ſit q̄ pars aduerſa oppo-
ſuit, i. mortuum eſſe delegantē re integra antequam dñs Vicari⁹
& idē delegatus partes citauerit, puto q̄ expirauerit ei⁹ iuriſdi
ctio. l. & quia. vbi Bar. & doct. ff. de iuriſd. om. iud. quod proce-
dit, licèt delegatus ignoret mortem delegantis ſm Bar. & doct.
2 ibi. Abb. & Mod. in c. gratū. de off. dele. nec poſſunt † partes con
ſentire quòd procedat delegatus mortuo delegante re integra.
glo in c. cum veniſſent. in ver. egerit, de teſtibus. Dec. in d. c. gra
tum. col. 3. ſuper glo. 2. Iaſ. in d. l. more. in quarto not. ideo vi-
dendum eſt ſi vera ſit oppoſitio de morte delegantis antequam
delegatus cœperit vti iurſdictione ſibi commiſſa, ne fiant acta
nulla. ¶ Secundo quæritur, an iudex delegatus poſsit pronun-
ciare inſtrumenta ſolennia & authentica quæ ipſa careant men-
ſe & die? Iſta qō habet duo dubia, primum, an talis pronuncia-
tio fieri poſsit per ipſum delegatum, ſecundum an talia inſtru-
menta ſint ſollennia aut fidem faciant. Circa primum videndā
eſſet forma delegationis quam reperire non potui in actis. Sed
non puto in dubio q̄ delegatus facere poſsit talem pronuncia-
tionem quæ videtur habere efficaciam ſententiæ diffinitiuę, cū
ipſi delegato illud tātum commiſſum putē, vt deſcribat ſtatum
iurium & inſtrumentorū. an habeant ſolennia requiſita a iure
vel de conſuetudine patriæ, & ſic facti potius cauſa videtur cō
miſſa qūo & qualiter illa iura ſe habeant q̄ iuris vt iudicet an ꝓ
3 bent vel non, † cauſa enim iuris videtur deleganti reſeruata, qui
ipſe viſis actis viſitationis inſtrumentorū, iudicium facturus ſit
de fide eorum. & ſi delegatus vltra formam mādati procede &
ac pronunciatione iurū pro publicis & authenticis, redderet ſe

ſuſpectū ſicut dicitur de teſte aſſumente partes iudicis, ꝙ reddi
tur ſuſpectus cum teſtificare factum debeat, non iudicare. Bart.
in l. qui teſtamento §. ſi ff. de teſta. Bal. in l. ſolam. col. 1. C. de te
ſtibus. in conſ. 81. In cauſa iſta lib. 3. Inn. & doct. in c. cum cau-
ſam. de teſtib. cum ſimi. Itaq; niſi poteſtas ita pronunciandi da
ta ſit, non conſulere aliter pronunciari. Bene eſſem opinionis ꝙ
reciperentur teſtes notarij & periti, immo iuriſcōſulti ſi fieri poſ-
ſit, qui teſtentur de ſtatu inſtrumentorum, & quod illa videntur
ſolennia, tā de iure q̄ de conſuetudine antiquiſſima totius pa-
triæ, ſuper quibus teſtimonijs iudex cauſæ principalis fundamē
tum poſtea faciet. Circa ſecundum an talia inſtrumenta dicant
4 ſolennia & fidem facere. Breuiter inſtrumenta † defectuoſa mor
tuis notarijs a quibus recepta ſunt probant ſemiplenè. Barto. &
doct. in l. admonendi. col. 8. poſt med. ver. quæro quid ſi in in-
ſtrumento. ff. de iureiur. Alex. in l. de pupillo. §. qui nunciat. col.
2. ff. de ope. no. nun. in conſ. 59. lib. 2. & in conſi. 187. li. 7. Cor.
in conſi. 22. col. 3. li. 3. ſimile videmus in ſcriptura priuata quā-
do fortius probat mortuo ſcribente. Bar. in d. l. admonendi. col.
7. ver. circa ſecundum Bal. in l. comparationes. col. 7. ver. Cyn.
firmat. C. de fide inſtr. & in l. inter chartulas. C. de conuen. fiſci
debi. lib. 10. Soc. in conſ. 161. col. 2. ver. nec obſtat ſi dicatur. &
in conſ. 295. col. 2. poſt med. ver. 3. principaliter. li. 2. Iam vide-
mus quòd mors vim obtinet iuramenti. Ideo vbi ad ſupplendā
fidem ſcripturæ neceſſarium eſt iuramentū ſcribentis: illud tn̄
neceſſarium non eſt mortuo ſcribente. Pau. de Ca. in conſ. 301.
Ad bene examinandū, in tertio dubio. li. 1. Dec. in l. 1. in 2. not.
C. de eden. & in c. 2. col. 5. circa med. ver. eo. modo de fide inſtr.
5 ¶ Sed † hic vltra mortē notarij cōcurrit & aliud adiuuandam fi-
dem inſtrumenti, i. antiquitas temporis annorū quaſi tercētū,
ex qua temporis antiquitate fides plena videtur dāda tali inſtru
mēto: nā videmus quòd ſcriptura omnino priuata probat ſemi
plenè in antiquis. Spec. in tit. de inſtr. editio. §. nūc dicendū. col.
pen. ver. regulariter ergo. ſequitur Ant. de But. in c. 2. col. 3. ver.
tertius caſus. & ibi Fel. col. 3. in tertia limitatione de fide inſtru.
Soc. in conſ. 186. col. 5. in fi. ver. multū etiam operatur antiqui-
tas. lib. 1. Dec. in c. cum cauſam, col. 2. poſt med. ver. ſecundo li-
mitatur. de prob. Iaſ. in repe. d. l. admonendi. col. 86. verſ. confir-
mo vtrunque dictum. & ibi Ripa col. pen. & idem Iaſ. in l. cum
aliquis. col. fi. C. de iure delib. & maximè debet probare tale in-
ſtrumentū antiquum, q̄a non eſt defectuoſum in ſubſcriptione
aut ſigno notarij, ſed tm̄ in t̄pe, de quo t̄pe quæſtio non eſt. Pro
hoc quod dicitur non eſſe curandū de ſingularitate teſtium cir
Cor in conſ.82. col.2. lib.1. ¶ Ex quib. infertur, quòd arguendo
a ſufficienti partiū enumeratione, nō pōt cōitas Caballarij ma
ioris tranſactioni prædictæ cōtrauenire. ¶ Sed dicet aliquis vr quod
tranſactio non habeat locū in iſtis onerib. adeò inſolitis propter bel
lū, maximè ſtante edicto regio, quod tn̄ non vidi. Ad iſtud re-
ſponſum eſt per D. cōſulentē quod procederet i priuilegio exēptionis
gratuito. ſed hic ſumus in exēptione cōceſſa per pactū. cōſiderat
ēt quod hic nulla eſt exēptio: Immo grauameo in dn̄is Motironi
qui ſe obligauit ad onus annuū cū in nihilo teneret. Cōſiderat
ēt quod in tranſactione ſunt verba prægnantia quæ ad caſum iſtum
belli extendi poſſint. ¶ Pro cōfirmatione cōſidero, quòd vbi agit
7 de priuilegio, † illud a principe reuocari pōt de plenitudine po
teſtatis ēt ſine cā. l. qui fundus. C. de omni agro deſerto. li. 11.
glo. in capitulo decet. de regul. iuris lib.6 Bald. in conſ.439. Am
plius. col.3. circa med. lib.3 & in cōſ.300. Ad euidētiā præmitto,
col.1. li.5. Ang. in l. Antiochenſium. ff. de priuil. credi. Alex. in
conſ.155. col. fi. lib.6. Secus in iure quæſito ex cōtractu, cui iuri nō
pōt princeps derogare ēt de plenitudine poteſtatis ſine cā. c.1.
de probatio. vbi latè Moder. hr in l. fi. C. ſi contra ius vel vtil. pub.
& in c. quæ in eccleſiarū, de conſtitu. cauſam aūt derogandi iuri
quæſito ex contractu aut aliter de iure gētium oportet quod reſpi
ciat vtilitatē publicā principaliter. Bar. in l. quæcunque, in fi. C. de
fide inſtr. li.10. Pa. de Ca. in conſi.178. Donatio prædicta. in conſi.
229. Viſis & ponderatis. col.2. poſt mediū. & in conſ. 287. Pri-
mū dubiū. col.1. in fi. lib.1. Deci. in conſi.361 col. pen. verſi. ſe-
cūdò videtur, & alibi ſæpe doc. ¶ Et ſi dicatur, Iſta cauſa reſpi-
cit vtilitatē publicā propter onera armigerorū. Reſpondeo quod vtili-
tati publicæ prouideri nō debet cū iactura alterius, ideo quando prin-
ceps ex cauſa publicæ vtilitatis auſert rē alterius, tenet pretium
ſoluere illius rei, aut aliter cōpenſare. l.2. vbi Bald. C. quibus ex
cau. ſer. pro premio lib. acci. Bar. & doc. in l. fi. §.3. ff. de pig. actio.
Alex. in conſ.151. in ſecūdo dubio lib.6. Iaſ. in l. Barbarius, col.8.
verſ. inuenio tn̄ de offi. præto. in conſ.1. col.6 poſt medium. lib.1.
in conſ.233. col.8. circa mediū lib.2. in conſ.16. col.4. lib.4. De-
ciſio Neapoli. deci.320. col. pen. nu.16. in quibus locis idem
voluerunt Iaſ. & Dec. Neapoli. ēt quando auferatur dn̄ium per viā le
gis gn̄alis, licèt hoc vltimū difficultate nō careat. Itaque cum do-
mini Motironi nō prætendant ſe obligatos ad olera talearū, & tā-
dē in caſu valde dubio deuentū fuerit ad tranſactionē, nō eſt ve
riſimile quod princeps in ſuo edicto gn̄ali intēderit voluiſſe proui-
dere vtilitati publicæ Caballarij maioris cum incommodo &
præiudicio tertij, & quod voluerit derogare iuri tertio cōpetenti ex
tranſactione. Hinc videmus quod diſpoſitio cōcernēs vtilitatē pu-
blicā reſtringitur quando agitur de præiudicio tertij. Soc. in conſil.
275. col.5. verſ. nā licèt aliàs, li.2. per tex. in l.2. in fine. ff. ad mu-
nicip. iuncta l. Lucius. ff. de admi. tuto. ¶ Secundò rñdeo quod tunc
demum pōt princeps ius alterius auferre ex cauſa publicæ vtili
tatis, quando ipſi vtilitati publicæ aliter prouideri non pōt. Inno. &
doc. in c. in noſtra. de iniurijs. vbi quod princeps in capitulis pacis
non pōt remittere bona & iura priuatorū, & tamē pertinet pax
ad publicā vtilitatē quod dicūt procedere quando aliter pax haberi
pōt: ſecus vbi ſine tali remiſſione haberi pax nō poſſet. quia tunc
licita eſt remiſſio. Ancha. in reg. peccatū, de reg. iur. li 6. ſequit
Soc. in l. Gallus. §. & quid ſi tantū, col 6. & ibi Iaſ. col.103. verſ.
3. limita. in 2. lectu. ff. de li. & po. ſed dubitandū nō eſt potuiſſe
& poſſe vniuerſitatē Caballarij maioris vtilitati publicæ proui
dere ſine incommodo & derogatione iurium Illu. domini Raco-
nixij dn̄i Motironi, ergo &c. ¶ Quartò reſpondeo quod edictū ge-
nerale principis pertinere nō poteſt ad cauſam huius trāſactio-
nis iuratæ, quod voluerit derogare iuri cōpetenti ex tranſactione
iurata. gl. in c. cum non deceat. de electio. lib.5. per hoc text. in c.
8 cōſtitutus. de reſcrip. Ideo † gn̄alis caſſatio ſtatutorū facta per
principē non trahitur ad ſtatuta iurata. Ang. in l.3. §. quæ one-
randæ. ff. quarum rerum actio non da. ſequitur Alex. in conſ.27.
col. fin. in cōſ.35. col pen. in fi. lib.3. & in conſ.102. col.2. lib.4.
In qua re conſidero quod ſtatuta habent robur à principe qui po-
teſtatem dedit populis ſtatuendi ob id appellantur ſtatuta ius
ciuile. l. oēs populi. ff. de iuſti. & iure. ideo poteſt princeps dero-
gare ſtatutis municipalibus ad libitū & ſine cauſa de plenitudi-
ne poteſtatis: quia princeps eſt ſupra ius ciuile. ita Bal. in conſ.
163. In cauſa præſenti, col.2. poſt med. verſ. ſed quid ponamus,
lib.2. tamen generalis caſſatio aut derogatio ſtatutorum nō tra
hitur ad ſtatuta iurata, licèt poſſit princeps qui ipſe nō iurauit,
derogare, quātò minus gn̄alis caſſatio aut ſuſpenſio exemptio-

num & immunitatũ facta per edictũ gñale, trahi debet ad exẽptioẽ competentẽ ex tranſactione iurata: & ſic ex cõtractu de iure gentiũ, quod ius non põt princeps tollere ſine cauſa vt ſupra probatum eſt. & p̃miſſa ſp intelligo præſuppoſito q verba tranſactionis ſint adeo ampla, vt pertineãt ad caſum iſtius belli. An aũt verba tranſactionis ſint ita ampla nou poſſum ſcribere: quia inſtrũm tranſactionis minimè vidi neq; legi. ¶Quintò reſpondeo q edictum principis, vt audio, ſolum locũ habet in bonis allodialibus, & ſic quæ verè & ſine dubio aliquo conſtat eſſe allodialia: ſed bona de quibus agitur videntur mixtæ cuiuſdam naturæ: nã quatenus ſoluiẽ annuum onus quinq; florenorũ participant da natura allodialiũ: ſed quatenus illa nõ regiſtrantur inter allodialia, quatenus non grauantur alijs oneribus ruſticalibus, quatenus dñr recognita inter bona feudalia, quatenus poſſeſſa fuerunt & poſſidentur vt feudalia, quatenus inueſtituræ p̃ eis dñr obtentæ, participant de feudalibus. in hac igiẽ mixtura iudicari debet de his ſm̃ qualitatem potẽtiorẽ. l. quæritur. ff. de ſtatu homi. tradit Geminia. in c. ſi duo. per illum tex. de offi. deleg. lib. 6. facit tex. in c. quod in dubijs. vbi Abb. in 2. no. de conſecra. eccl. vel altar. Hinc videmus, q vbi ẽ ius patronatus clerici & laici, iudicatur vt clericale in totũ: q̃a qualitas clericalis eſt dignior & potẽtior. Rota deciſ. 232. Noia q Papa. in antiq. ſed qualitas feudalis eſt potentior & dignior qualitate allodiali: q̃a feudum ſine dubio, allodio dignius eſt. Rurſus ſunt plures qualitates arguentes feudum q̃ allodium, ergo debẽt vincere. ſicut dicitur q cæteris paribus ſtatur teſtibus pluribus numero. c. cũ nobis. c. licẽt ex quadam. & c. licẽt vniuerſis, de teſtibus. Specu. in titu. de teſte. §. poſtq̃, verſi. fina. & plura vincula ſunt fortiora vno. § ſi verò pater. inſti. de adoptio. authen. ceſſante. & authen. itaq;. C. cõmu. de ſucceſ. ſemper enim quod plus eſt vincere cõſueuit. Bal. in conſi. 360. Tres ſunt caſus. col. 2. circa med. lib. 3. ¶Rurſus in hac mixtura bonorum participantium de feudo & de allodio, illud attendi debet quod domino ipſorum bonorum fauorabilius eſt. Oldr. in conſi. 265. Orta materia. colum. 5. in fi. per tex. in l. qui habet. §. 1. ff. de tutelis. & not. in l. non rectè. ff. ex quibus cau. maio. ſed dño Raconixij proculdubio fauorabilius, eſt q iſta bona dicantur feudalia, cum etiã ceſſantibus ipſis bonis, aliunde ſit vaſallus. ¶Iã cauſa collectarum dicitur odioſa. Abb. in conſi. 220. col. 5. lib. 2. Cor. in conſil. 181. col. 4. lib. 1. & in conſil. 264. ſed in odioſis diſpoſitio loquens in caſu ſimplici, non trahitur ad caſum mixtum l. vim paſſam. §. præſcriptione. ff de adult. Bald. & doct. in l. 2. in princ. ff. de verbo. oblig. Rom. in conſil. 264. hæc confeſſio. col. 2. poſt med. Imo. in conſ. 305. col. 3. ante med. & in conſil. 165. col. 3. ante med. Alexan. in conſ. 67. col. 3. lib. 5. Dec. in conſ. 213. col. 1. in fi. verſ. 2. quia iſte eſt caſus mixtus. Iaſ. in conſil. 64. in prin. lib. 3. Ideo edictum regiũ loquens in bonis allodialibus, trahi non debet ad bona quæ negantur allodialia: ſed dicuntur feudalia, aut ſaltem mixtæ ſunt naturæ. Et ita de iure reſpondeo, ſaluo ſaniori iudicio: quia acta non vidi. Saulliani 2. Februarij. 1546.

S V M M A R I V M.

1 *Literæ priuilegij principis debent eſſe ſubſcriptæ manu ipſius principis.*

2 *Ex obſeruãtia ſubſecuta iuuatur donatio, vbi plenè p̃bata nõ ẽ.*

CONSILIVM CCLXXVII.

¶Pro filijs & hæredibus. no. Ioannis Caſanoti ciuis Saluciarum, & Theſaurarij Marchionalis, dum viueret, contra nobilem Catherinam Cauaciæ ex Carmagnolia.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. In hac cauſa hæredum no. quõdam Ioannis Caſanoti ciuis Saluciarum, & Theſaurarij Marchionalis, conuentorum cõtra nob. Catherinam Cauaciæ agentem corã Magnifico conſilio Marchionali, duo principaliter videnda ſunt. Primum, an ipſa Catherina agens probauerit eius intentionẽ? Secundũ, an vbi probaſſe, illa dicaẽ eliſa p̃ exceptiones reorũ? ¶Circa primum ipſa agit tanq̃ hæres quondã ſpec. domini Pauli de Claris ciuis Papiẽſis, ſed cum ſit ſpuria, patri eius ab inteſtato non ſuccedit, nec ex teſtamẽto. Auth. licẽt, in fi. C. de natu. liber. Authen. ex complexu. C. de ince. nup. & poſito q eſſet naturalis, non poſſet ſuccedere ab inteſtato niſi in duabus vncijs nõ extãte ſobole legitima. dicta authẽ. licẽt. ſed ipſa agens poſſidet totam hæreditatem paternam, vt teſtes eius dixerunt; & ſic longe vltra duas vncias. Rurſus contra reos vbi duas vncias cõſecuta non eſſet, ſolũ poſſet agere pro duab. vncijs de duodecim & non ad totam vineam & nemus, ergo &c. ¶Nec obſt. q dicatur legitimata ad inſtantiam patris: quia non apparet de poteſtate aſſerti Comitis palatini, qui legitimauit in forma fidem faciente: nam literæ priuilegij principis debẽt eſſe ſubſcriptæ manu ipſius principis l. ſacri, vbi Bal. & Sal. C. de diuer. reſcript. ¶Secundò in priuilegio principis Cæſarei requiriẽ ſignum inſcriptum literis aureis. Ang. in l. bene a Zenone. col. 2. circa prin. C. de quadrien. præſcrip. & dicit Bal. in l. 3. C. de diuer. reſcrip. quod in priuilegio principis requiriẽ Bulla, ſine qua originale priuilegij cõſiderari non põt, quæ Bald. & Ang. dicta refert & ſequitur Alex. in cõſ. 150. col. 1. ver. hoc præſuppoſito, li. 6. ſed in aſſerto priuilegio inſerto in aſſerta lẽtimatione, nihil apparet de aliqua bulla, neq; de aliquo ſigno legitimo, ſed tantũ dicitur mandatum illud muniri appenſione ſigilli Regalis maieſtatis; ſed non ſequitur, ergo poſtea appenſum fuit Regale ſigillũ. Tertiò non fuit productũ aliquod priuilegium originale poteſtatis legitimandi, ſed tñ in aſſerta legitimatione reperitur inſerta quædam copia ipſius aſſerti priuilegij, quæ copia fidem non facit. Auth. ſi quis in aliquo documento. vbi latè ſcribẽ. C. de edendo. Nec releuat q inſerta ſit copia in ipſa lẽtimatione, etiã q ipſum originale priuilegium eſſet deperditum, niſi facta ſit in ſeruitio de conſenſu reorum, aut eis vocatis, de quorum præiudicio agiẽ: vt habetur in c. venerabilis, vbi Dec. col. fi. de confir. vtili vel inutili. ideo probare non videtur aſſertum priuilegiũ, contra qđ merito oppoſitũ fuit de ſcriptura priuata incedula incipiẽte, Ex teſtibus examinatis &c. ¶Quartò, poſito & non conceſſo, q aſſertum priuilegium fidẽ faceret, ex alio non obſtet aſſerta legitimatio tanquam facta per Comitem palatinum creatum a rege Romanorũ, quæ legitimatio effectum operari non poteſt extra territorium & iuriſdictionẽ Romani Imperij. cap. per venerabilem, qui filij ſint legit. Bar. in l. 1. col. 55. verſic. ſed inſurgit forte dubium. C. de ſum. Trin. & fi. cath. & in Authen. ex complexu, in fi. C. de inceſtis nup. ſequitur Ancha. in conſi. 320. Primum dubium, col. 2. poſt med. verſic. poſtremò in caſu econuerſo. Paulus de Caſtro in conſil. 34. Super primo dubio videtur dicendum q legitimatio. colum. 1. circa med. & in conſi. penul. colum. 4. circa med. verſicu. vnde dicebat Innocen. & colum. 8. in fin. verſicu. his ſic pro vtraque parte allegatis. lib. 1. Soc. in conſi. 65. colum. 2. ante medium lib. 3. Corn. in conſi. 9. colum. fina. lib. 4. ſed bona de quibus agitur, ſunt in Marchionatu Saluciarum, qui non ſubijciẽ Imperio, &c. ¶Ex præmiſſis remanet abſolutum primum dubium, quòd non probauit agens ad integrum intentionem ſuam. Et conſequenter ſuperfluum videtur ſecundum dubium, an intentio agentis dicatur eliſa per exceptiones reorum: tamen ad maiorem declarationem quo ſplẽdidior fiat reorum cauſa: dico q vbi agentis intentio plenè eſſet iuſtificata, illa omnino probatur eliſa per exceptiones reorum. & pro fundamento conſidero, quòd agens intentauit poſſeſſorium adipiſcendæ tanquã hæres ſui patris qđ remediũ dicitur interdictum quorum bo quia non habet hæres aliud poſſeſſorium adipiſcendæ q̃ interdictum quorum bonorum. tex. eſt clarus in §. adipiſcendæ, inſtit. de interdictis. to. tit. ff. & C. quorũ bonorũ. hoc ita præſuppoſito q intentatum fuerit interdictũ quorũ bonorum, dico illud non competere ex pluribus. ¶Primò; quia remediũ poſſeſſorium adipiſcendæ nõ poteſt amplius durare quàm petitoriũ, vt in terminis iſtius interdicti quorũ bonorum tradit Bar. in l. 1. in princ. col. 1. verſic. tenẽdo illam ſolutionem ff. quorum bonorũ. per tex. in l. hæreditatis. C. de peti. hæredi. ſed in caſibus in quibus competit petitio hæreditatis contra titulo poſſidentem ſufficit præſcriptio lõgi tp̃is 10. annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes. gloſſ. in l. hæreditatem. C. in quibus cau. ceſ. longi temp. præ. Bart. in l. Iulianus. ff. de quibus cau. maio. in l. 1. ff. quorum bon. vbi quia titulus qui inducitur ex iuſto errore, nõ excludit petitionem hæreditatis, operatur circa præſcriptionem; vt ſufficiat p̃ſc riptio longi temporis. ſimiliter, quia titulus habitus poſt mortem defuncti de cuius hæreditate agitur, non excludit petitionẽ hæreditatis. Bald. in l. edicto. in noua, decima & vndecima oppoſitio. C. de edi. diui Adria. tollen. operatur q poſsidens cum tali titulo præſcribit longo tempore. ita Pau. de Caſtro in conſil. 324. Quæritur primò in vltimo dubio. & in conſil. 393. Pro euidentia dicendorum, columna ſecunda circa med. lib. 2.

ſi enim

ſi enim titulus excluderet petitionẽ hæreditatis fruſtrà tractaretur de eius pręſcriptione. & iſta eſt ratio quare in pręſcriptione petitionis hæreditatis requiratur tẽpus longiſsimũ triginta annorum: quia non daẽ contra titulo poſsidentẽ: ſine titulo autem præſcribi non pôt niſi tẽpore longiſsimo, cum præſcriptio longi tẽporis requirat titulum & bonã fidem. l. diutina. C. de pſcri. longi tẽpo. Ita gl. declarat in l hæreditatis. C. de peti. hæredita. ¶ His ita declaratis dico, ꝙ cum rei & eorum pater poſſederint ex iuſto titulo donationis, aut ille titulus habitus a defuncto eſt validus, & habeo intentũ. quia excludit petitionẽ hæreditatis aut nõ eſt potẽs iſte titulus ad excludendũ petionẽ hęreditatis: & interdictũ quorum bonorũ, & hinc ex quo agi pôt contra titulo poſsidẽtẽ, dico ꝙ ſufficit præſcriptio longi tẽporis, id eſt 10. annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes: ſed probatũ fuit ꝙ pr̃ reorũ ſtati cępit poſsidere vineã & nemus poſt mortẽ donatoris dñi Petri de Cella, & ſic poſsiderũt vltra 20. annos ante litem motã: quia deceſsit donator de anno. 1523. vt deponit octauus teſtis partis agẽtis, no. Ant. Bazanẽ, de quo etiã poſſeſſorio 20. annorum deponunt teſtes reorũ videlicet primus teſtis. Rurſus ſecũdus, tertius, quartus, quintus, &, ſextus teſtes reorum deponũt ꝙ mortuo domino Petro de Cella donatore no. quondam D. Ioãnetus Caſanoti ſtatim cœpit poſsideri ipſa bona & ſucceſsiue rei eius filij, & ſic iſti teſtes optimè cõcludũt de poſſeſſorio vltra annos 20. iuncto teſtimonio octaui teſtis partis agẽtis, qui deponit de morte ipſius de Cella ſub anno 1523. de qua etiam morte deponit Rolandus de Vexino ſeptimus teſtis reorum. Iam de tempore mortis apparere poterit per librũ fratrum diui Auguſtini ciuitatis Saluciarum, in quorũ templo ſepultum dicitur cadauer donatoris Sed hic ſufficere debet præſcriptio 10. annorum: quia pars dicit quòd dominus Thomas de Cella fuit hęres domini Petri, q dominus Thomas habitabat Salucijs: & ſic agitur de præſcriptione decennaria inter præſentes. ¶ Quòd aũt iſte titulus donationis dicaẽ ſufficiens ad præſcribendum contra petitionem hæreditatis, poſito ꝙ illam non excluderet prout excludit, & etiam interdictũ quorum bonorũ, vt infra oſtẽdemus; apparet, qa ſolus iuſtus error inducit titulũ ad præſcribendum cõtra petitionẽ hæreditaria vt ſupradictum eſt ſed hic error plusq̃ iuſtus reorum & quõdam eorum patris cur putarent iſta bona petita ad eos pertinere, inducit ex donatione D. Petri de Cella, de qua teſtes deponũt vt infra dicam. nã error iuſtus & cauſa iuſta credendi inducit ex aſſertione vnius viri notabilis. gl. in l. Titio fundus. ff. de cond. & demon. Bald. in l. iudicia. in 4. q. de rei vendi Feli. in c. de quanta, colum. 7. poſt med. de præſcrip. immo ex aſſertione alterius in facto alieno inducitur error iuſtiſsimus ad præſcribendũ. l. quod vulgo. ff. pro empto. l. fin. ff. pro ſuo. Bar. in l. Celſus. col. 1. ff. de vſucapio. vbi fortius hoc voluit Bar. etiam ſi aſſerens ſit pater aut auus qui aſſerat & teſtificetur in facto proprio, & ad propriam vtilitatẽ: licèt enim talis aſſertio patris ipſi non proſit, quia eſſet error ĩ facto proprio, in filijs tamen dicitur error iuſtiſsimus. & Bar. ſequitur Bald. in d. l iudicia. in 4. q. Itaq; ſi error inducit iuſtum titulum ad præſcribẽdum, quantò fortius veritas facti id eſt donationis verè factæ? de qua donatione deponunt duo teſtes inſtrumentarij magiſter Auguſtinus de Panchalerio, & Rolandus de Vexino. cuius etiam probatio confirmatur per teſtes deponentes de auditu, de quo auditu deponũt primus, tertius, & quintus teſtes reorum, qui teſtes de auditu alieno inducunt pręſumptionem & probant cum alijs adminiculis. Arch. in c. hoc videtur 22. q. 5. per text. in c. præterea. de teſtibus & in c. cum dilectus. de ſucceſſ. ab inteſta not. docto. in c. tam literis, de teſtibus Alexand. in conſi. 136 in fin. lib. 6. & tanta inducitur præſumptio ex teſtimonio de auditu, vt transferat onus probandi contrarium in aduerſarium. Bald. in conſi. 219. Teſtes. col. 2. verſic. præterea ſaltem tale dictum. lib. 4. Archid. in d. c. hoc videtur. quod Archid. dictum pro mirabili refert & ſequitur Rom. ſing. 341. Teſtimonium de auditu. Soci. in conſi. 295. colum. 2. circa med. verſi. Secundò principaliter. lib. 2. Dec. in conſi. 272. col. 2. circa med. & in conſil. 595. colum. 1. in fin. vbi tamen Rom. Soc. & Dec. de Bal. conſilio mentionem non faciunt. Si teſtimonium de auditu inducit præſumptionem, & iunctum cum alijs adminiculis, plenè probat, quantò fortius inducetur plena pbatio in caſu noſtro, vbi teſtimonium de auditu iungitur cum teſtibus duobus deponentibus de veritate facti? ¶ Cõfirmatur etiã probatio iſtius donationis: quia teſtes inſtrumentarij examinati conuenerunt in perſona notarij, qui dicitur rogatus de inſtrumento donationis, id eſt, not. Franciſci Arnandi. ſimiliter primus teſtis reorum deponit dici audiuiſſe a memorato Arnandi eius patre quod receperat ipſum inſtrumentũ donationis Rurſus dominus Antonius Durandi dicit extraxiſſe ipſum inſtrumentum donationis. ¶ Tertius etiam teſtis reorum Gulielmus Murator alias de puteo dicit audiuiſſe ꝙ dictus Arnandi receperat ipſum inſtrumẽtum donationis. ¶ Ex quibus infero ꝙ etiam ceſſantibus teſtibus inſtrumentarijs examinatis plenè videtur probata intentio reorum: nam teſtes eorum de auditu inducunt præſumptionem, quę probat plenè iuncta cum alijs adminiculis: ſed hic efficaciſsima ſunt adminicula ſurgentia ex teſtimonijs domini Durãdi, qui atteſtatur de facto proprio ſine eius intereſſe, id eſt ꝙ ipſe extraxit inſtrumentum donationis, quo caſu fortius probat. Inno. in c. inquiſitione, de accuſa. Ant. de But. in c. cum cauſam. de teſtibus. Pau. Caſt. in conſil. 186. In cauſa quæ vertitur Piſis. col. 3. & in conſi. 331. In cauſa Syluestri. colum. 3. circa fi. lib. 1. Aret. in conſi. 71. Diligenter & maturè. col. 2. verſi. ſecundò conuincitur. Similiter adeſt teſtimonium filij notarij, ꝙ audiuit a patre de donatione: adeſt etiam teſtimonium tertij teſtis circa perſonam notarij q donationem recipit. Quibus omnibus ſimul iunctis negari non pôt plenè eſſe probatam intẽtionẽ reorum, etiã ceſſantibus teſtibus inſtrumentarijs. & ex pluribus indicijs & pręſumptionibus plena fit probatio l. indicia l. ſuper. C. de rei vend. c. ad noſtrã, de emp. & vend. c. illo vos. de pigno. c. in diœceſi. de vſuris. gl. in l. 3. §. einſdem. ff. de teſtibus. in l. 2. §. 1. ff. de excuſat. tut. in l. inſtrumenta. C. de probat in c. accedens, vt lite non conteſt. in c. cũ cauſam, de proba. in c. cum dilectus, de ſucceſ. ab inteſt. Roman. in conſil. 7. & 8. Imo. in conſil. 138 colum. 1. circa med. Calc. in conſil. 77 colum. 1. in fin. & col. ſeq. Barba. in conſil. 59. col 6. verſicu. nec obſt. lib. 3. ſtãtibus autem illis teſtibus duob. inſtrumẽtarijs, poſita videtur res extra omnem cõtrouerſiam. ¶ Vltra teſtes inſtrumentarios, vltra teſtes de auditu ipſius donationis, vltra teſtes deponentes de notario, qui inſtrumẽtum recepit, vltra teſtimonium D. Durandi, q ipſe inſtrumentum extraxit, cõcurrit & aliud fortiſsimum ad implendã probationem ipſius donationis, id eſt obſeruãtia ſubſecuta ad formã donationis: nam teſtes dicunt de donatione vineæ cũ nemore facta patri reorum p tempus infirmitatis donatoris. Deinde probaẽ ꝙ mortuo donatore, illico donatarius cœpit bona donata poſsidere: in qua poſſeſsione ſemper continuatũ eſt vltra annos 20. & continuatur p ipſos reos. quæ poſſeſsio præſumitur ſubſecuta ex titulo donationis præcedentis. l. quædam mulier. ff. de rei vend. l. 2. C. de acquir. poſſ. a primordio enim tituli poſterior formatur euẽtus l. vni. cir fi. C. de impo. lucra. deſcri. lib. 10. quæ præſumptio ideo fit qa aliàs præſumereẽ delictũ in poſsidente ꝙ malafide & ſine iure rem alienã poſſederit: delictum aũt præſumi non debet l. meritò. ff. pro ſoc. Bar & doc. in l. non ſolũ §. ſed vt probari. ff. de ope no. nũ. & profectò veriſimile non eſt, ꝙ vnus Theſaurarius Marchionalis vir nominis integerrimi auſus fuerit occupare de facto unam uineam cum nemore in loco iam publico & proximo ciuitati, immo & uineæ Illuſt. Dñi Marchionis. ¶ Et ꝙ ex obſeruantia ſubſecuta, id eſt ex poſſeſsione bonorum donatorũ ad formam donationis, ſuppleatur probatio donationis ubi, aliàs ad integrũ & plenè probata nõ eſſet, prout eſt, probatur p tex. in l. j. 2. & l. ſi ueritas. C. de fideicom. ubi ſi hæres obſeruat relicta in uoluntate minus ſolenni, præſtando legata aut relicta, ex tali obſeruantia approbatur uoluntas minus ſolẽnis, nec repeti poteſt quod præſtitũ ſit. eodem modo cũ probatum ſit, donatariũ & eius hæredes tanto tẽpore poſſediſſe bona quæ dicuntur donata & paſſus fuerit. D. Thomas de Cella hæres donatoris bona poſsideri: ex tali obſeruantia approbata cenſetur ipſa donatio. Et maximè iſtud pcedit, quia allegari nõ poteſt ꝙ ignoraret hæres bona donata pertinuiſſe ad donatorẽ, cum eſſent fratres ſimul habitãtes & bona donata ſint propè ciuitatem vt depoſuerunt teſtes agentis. Plusq̃ igitur uериſimile eſt ꝙ ideo d. Thomas de Cella hęres paſſus fuerit poſsideri bona p donatarium & eius hæredes, quia ſciret de ipſa donatione, de qua etiã ſcientia deponit quintus teſtis reorũ
a ¶ † Pro hoc ꝙ ex obſeruantia ſubſecuta iuuetur probatio donationis ubi plenè probata non eſſet, prout eſt, adduco dictũ Cy. in allegationibus ſuis inter cõſilia Bal. poſt conſ. 400. Super primo puncto. col. 1. lib. 4. ubi ꝙ inſtrumentum minus ſolenne probat quãdo ſecundum illius tenorem fuit obſeruatum. Idem uoluit Bar. in conſ. 402. Quæritur an per ſolam diffamationem, in fin. lib. 5. Iaſ. in conſi. 162. colum. 4. in princi. lib. 2. ubi tamen

Iaſ.

Iaſ.præmiſſa non adducit. nec requiritur obſeruãtia præſcripta lõgi aut lõgiſsimi tẽporis: Immo ſufficit aliquãdo ita fuiſſe obſeruatum, vt dixi in conſi.c.colum.fi. Quid hic dicemus, vbi reperitur obſeruantia præſcripta vltra annos viginti? ¶ Ex præmiſsis infertur ꝙ probatus fuit titulus donationis nõ ſolũ ſufficiens ad præſcribendũ longo tempore cõtra petitionẽ hæreditatis, ſed etiã ad excludendũ ipſam petitionẽ hæreditatis, quę nõ cõpetit contra poſsidentẽ titulo habito ante mortẽ defuncti. d. l. regulariter. ff. de peti. hære. & d. l. hæreditatis, vbi glo. C. eodẽ titu. & ſi titulꝰ habitus à tertio nõ domino ante mortẽ defuncti excludit petitionẽ hæreditatis, quãto fortius titulꝰ habitus à defuncto prout hic? quia defunctus donauit per quam donationẽ bona donata nõ poſſunt dici hæreditaria, cũ exierint patrimonium defuncti per eius donationẽ: ergo nullo modo competere poteſt hæreditatis petitio, in qua oportet probare bona fuiſſe hæreditaria aut inuẽta in hæreditate. l. nõ tantũ, in princ. vbi gl. & doc. ff. de peti. hære. ¶ Sed dicet aliquis, tu loqueris in petitione hęreditatis, ſed hic actũ fuit interdicto quorũ bonorũ. Reſpõdeo ꝙ etiam interdictũ quorũ bonorũ, non datur contra titulo poſsidentem. l. 1. in prin. vbi gloſ. & Barto. ff. quorũ bonorum. Ang. de Arc. in §. quadrupli. col. 10. in fi. verſi. & datur iſtud remediũ. inſti. de actio. Rurſus, etiã in interdicto quorũ bonorũ, neceſſe eſt ꝓbari rẽ fuiſſe in bonis defuncti, licẽt ſufficiat ſummaria ꝓbatio. d. l. 1. in prin. ff. quorũ bonorũ. Bar. in l. 1. circa fi. C. eo. titu. Ange. in d. §. quadrupli. col. 2. poſt mediũ. verſi. quæro ꝓ quibus rebus. inſti. de actio. Sed facta donatione ꝑ defunctum, dici non poteſt res petitas fuiſſe in eius bonis tempore mortis. Itaq; concluditur nullo modo agi potuiſſe neq; petitione hęreditatis, neq; interdicto quorum bonorum. ¶ Nõ ob. modò vnũ motiuum ex aduerſo oppoſito, ꝙ ex quo duo teſtes inſtrumẽtarij dicunt factam eſſe donationẽ ab infirmo, præſumit̃ donatio cauſa mortis, q̃ requirit quinq; teſtes: quia reſpõdeo multis modis. Et primò ꝙ facta eſt donatio ꝑ iuriſconſultũ q nõ ignorabat ꝙ teſtes eſſent neceſſarij in donatione cã mortis, ob id veriſimile ẽ ꝙ plures teſtes adhibuiſſet, ſi donare voluiſſet cauſa mortis, cũ nõ ꝑſumit̃ quis actũ velle inualidũ facere. l. 3. ff. de teſt. mili. ¶ Secundò reſpõdeo ꝙ etiã ſi facta eſſet donatio à ruſtico corã tribus teſtibus, in dubio præſumi debet inter viuos ad quẽ modum valere poteſt, nõ cauſa mortis ꝑ quẽ modũ nõ valeret: & idẽ ecõtra: quia iudicat̃ potius cã mortis q̃ñ valere non poteſt vt inter viuos. Bal. in conſi. 108. Domina Ioanna. colũ. fina. poſt medium, verſiculo. item vt ſuperius dixi. lib. 3. Paulus de Caſt. in conſi. 75. Notandum ꝙ præfatum ſtatutũ. lib. 2. Soc. in conſil. 130. col. penult. & in conſi. 137. colũ. 2. lib. 1. Cor. in conſ. 259. colũ. 3. lib. 4. & ſic ſemper fit interpretatio ꝙ valeat donatio ꝓut melius de iure valere poteſt ¶ Tertiò reſpondeo ꝙ ex quo ſolũ interuenerunt tres teſtes, in dubio pręſumendum eſt ꝙ fuerit donatio inter viuos, quia qualitas & numerus teſtium cõſideratur in cognoſcẽdo qualitatẽ donationis. Socin. in d. conſilio. 137. colum. 2. li. 1. qđ eſt repetitum in conſil. 232. libro ſecundo. Corn. in conſil. 126. colum. 1. in fi. verſi. tertiò quia fuerunt adhibiti quinq; teſtes. lib. 1. & in conſi. 154. colum 1. circa med. lib. 4. Deci. in conſi. 305. in fi. Iaſ. in conſi. 6. colum. 4. circa fi. & in conſil. 60. colũ. 4 poſt med lib. 3 & põdero ꝙ Iaſ. in d. ꝯſi. 6. voluit hoc ꝓcedere, licẽt fiat mẽtio donationis inter viuos: q̃a ſi ſit numerus quinq; teſtiũ, dicit̃ cauſæ mortis. ¶ Nec obſtat ꝙ donator eſſet infirmus & ob id videat̃ donatio cã mortis: quia ſola ratio infirmitatis nõ facit ꝑſumi donationẽ cã mortis, etiã ꝙ in extremis cõſtitutus quis donet: quia non cã mortis cauſa quã moriẽs dr̃ donare, niſi aliud dicat̃. tex. eſt clarus in l. Seia. §. fi. ff. de dona. cau. mortis, vbi Bart. in ſummario. Iaſ. in l. quæ dotis col. ſexta circa med. verſi. amplia iſtã concluſionẽ ff. ſolu. matr. ¶ Secũdò reſpõdeo arguẽdo à fortiori: donatio in dubio iudicat̃ cauſa mortis, quãdo ẽ ca. fit mẽtio mortis. d. l. Seia. in fi. ff. de dona cau. mor l. Seia, cũ glo. ff. de dote prælega. glo. in l. mortis cauſa capimus. § Titia. ff. de dona. cau. mor. Bar. & doc. in l. quæ dotis. ff. ſolu. matr. Rom. in conſi. 229. Pro declaratione, in primo dubio. Alex. in conſi. 14. lib. 1. & tamẽ iſtud nõ ꝓcedit q̃ñ iudicãdo eã cauſam mortis donatio nõ valeret. vt quia facta corã minus legitimo numero teſtiũ. Ita Petr. & Cy. in l. licẽt inter priuatos. C. de pactis, ſequit̃ Soc. in d. conſi. 137. col. 1. poſt med. lib. 1. Corn in conſi. 124. col. 1. circa med. & in conſi. 259 col. 4. verſic. aduertẽdũ tamẽ eſt, lib. 4. Iaſ. poſt Alex. in d. l. quæ dotis col. 9. verſ. ſeptimò limitat. ff. ſolu. matr. Quintò fortius iudicabit̃ inter viuos donatio, de qua agit̃, facta ab infirmo quæ de ſui natura in dubio ꝑſumitur inter viuos, & quæ niſi inter viuos iudicetur, inualida remaneret: nam vt valeat donatio illa pręſumitur inter viuos quę in dubio pręſumitur cauſa mortis: a fortiori vt valeat donatio illa, intelligitur vt inter viuos ſecundum naturam ſuam. Sauiliani. 14. Februarij. 1546.

S V M M A R I V M.

1 *Pater poteſt appellare pro filio.*

2 *Acceptatio debet fieri cum omnibus ſuis qualitatibus.*

C O N S I L I V M CCLXXVIII.

¶ Pro vniuerſitatibus Venaſchę, Broaaſchi, Melli, & Fraaini cõtra homines & cõmunitatẽ Sãcti Petri Marchionatus Saluciarũ.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Dubium oritur in cauſa communitatũ Broaaſchæ, Venaſchi, Melli, & Fraaini appellantium contra communitatem & homines Sancti Petri marchionatus Saluciarum: quia dicitur appellatum per non habentes poteſtatem appellandi, ob id nulla videtur appellatio, cũ nõ fuerit ratificata intra decẽ dies. Oldr. in conſil. 329. Has allegationes. col fi. ver. præterea ratihabitio. Spec. in tit. de appella. §. 1. verſ. potiò. Bar. poſt Dy. in l. 1. ff. de appella. recipien. Alex. in cõſi. 135. col. 2 poſt med. verſi & eò magis. lib. 2. Soci. in conſi. 45. col. 4. circa med. verſi. quinimmo probatur. lib. 1. Nec obſtat quòd ſententia dicat̃ nulla, quia cauſa appellationis ita demũ deuoluit nullitatẽ corã iudice appellationis, quando legitimè fuit appellatũ, aliàs ſecus. Bal. in l. 1. circa prin. C. de ſententia ex peri. reci. Inno. & doc. in c. dilecto. per illũ tex. de appell. quod dictũ ꝓ notabili refert & ſequit̃. Areti. in conſi. 65. colũ. 4. in fi. verſi. ergo à commiſsione. Sed præmiſsis nõ obſtantibus puto appellationẽ legitimè eſſe interpoſitã & eã virtutibus omnino cõſtare, & cõſequẽter deuolutã eſſe cauſam iniquitatis & nullitatis ad iudicẽ appellationis ſequẽtibus fundamentis. ¶ Et primò incõtinẽti poſt latã ſententiã appellatũ fuit per agẽtes ꝓ ipſis communitatibus Venaſchi, Broaaſchi, Melli & Fraaini, & dicitur ꝙ interuenientes ꝓ cõmunitatibus Brozaſchi & Fraaini erãt ſyndici & cõſiliarij & ꝙ apparet ex ſyndicatu eorũ, quo caſu nõ eſt dubiũ quin ſyndicus cõmunitatis habeat poteſtatẽ appellãdi: nã ſyndicus vniuerſitatis creatꝰ ab ipſa vniuerſitate habet maiorẽ poteſtatẽ q̃ vnus procurator priuatę perſonę. patet, q̃a talis ſyndicus cenſet̃ habere mãdatũ cũ libera. glo. in l. mãdato generali. in glo. fi. ff. de ꝓcura. ideo talis ꝓcurator poteſt omnia in q̃bus requirit̃ ſpeciale mãdatũ: nã poteſt deferre iuramẽtũ. l. iuſiurandũ & ad pecunias. §. defenſor. ff. de iureiurã. rurſus poteſt tranſigere de re dubia. l. præſes. C. de tranſactio. ſimiliter poteſt petere reſtitutionẽ ĩ integrũ. Bal. poſt Iacob. de Are. in l. vni. C. etiã ꝑ ꝓcu. cau. reſt. in integ. agi poſſe. & tamẽ in deferẽdo iuramentũ, in trãſigẽdo, & ĩ petẽdo reſtitutionẽ in integrũ, mandatũ ſpeciale requirit̃, vt habet̃ in d. locis & no. Iaſ. in d. l. pręſes. col. 3. Ita quòd cũ officiũ ſyndici ſit publicũ, & dicatur ſyndicus legitimus adminiſtrator habẽs mandatũ cũ libera, nõ eſt dubiũ quin poſsit & debeat appellare ꝓ vniuerſitate, cũ iſtud ꝑmiſſum ſit ſimplici ꝓcuratori tantã poteſtatẽ non obtinenti: et teneat̃ ꝓcurator appellare, licet nõ ꝓſequi, vt habet̃ in l. inuitus. C. de ꝓcura. immo põt ꝓcurator vnicus q litẽ conteſtatus eſt, aliũ procuratorẽ cõſtituere ad appellãdũ. l. ab executore. § fi. ff. de appella ¶ Iam ſyndicus æquiparatur patri legitimo adminiſtratori & tutori aut curatori, vt habet̃ in d. l. præſes, no. Deci. 1 in conſi. 297. poſt prin. † ſed nõ eſt dubiũ quin pater poſsit appellare pro filio, & tutor ꝓ pupillo, nã filius poteſt appellare ꝓ patre. l. ex cõſenſu. §. filiuſfamilias. ff. de appella. à fortiori poterit pater ꝓ filio, cũ maiorẽ poteſtatẽ habeat pater in perſona & bonis filij, quã econtrà. & in pr̃ qđ poſsit appellare ꝓ filio, non videt̃ dubiũ cum omnes actiones filij actiuè & paſsiuè ad patrẽ pertineãt, vt habet̃ in l. fi. C. de bonis quæ lib. l. 1. C. de bonis mater. in tutore ꝙ appellet, habet̃ in l. negociorũ, in prin. & in l. tutor. ff. de appella l ſecunda. l. ſi tutor. vel cura. appella. Itaque nullo modo videtur dubitandum ſyndicum adminiſtratorẽ legitimũ & mandatũ generale habentẽ cũ libera appellare poſſe. Immo teneri ad appellandũ & ꝓſequendũ, ſicut dicit̃ de tutore & curatore, l. tutor. ff. de appel Spec. in titu. de appel. §. primo verſi. tutores quoque. Iaſ. in l. inuitus, colũ. prima verſic. 3. fallit. C. de procura. Sed dicet aliquis, Vniuerſitas Brozaſchi & Fraxini habebat ſuum procuratorẽ aut ſyndicum ad iudicia: ergo

videtur

videtur q ius appellandi, pertineret ad ipſum procuratorē: reſpondeo q poteſtas non competit procuratori ad appellandū priuatiuè ad dominū ſed cumulatiuè, ideo ſi procurator nō appellet, poteſt dominus appellare. l. ab executore. §. 1. ff. de appel. Spec. in tit. de appell. §. 1. verſ. item ſi procurator victus non appellat. pro hoc etiam tex. in c. nō iniuſtè, in fi. de procur. Ale. in conſi. 95. col. 3. poſt med. verſ. præterea reperio. lib. 2. no. in l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. ſed ſyndicus habetur ꝓ domino in cauſis vniuerſitatis. ſicut dicitur de tutore. l. interdum. §. qui tutelā. ff. de furtis. nec alios dominos habere dicitur vniuerſitas qui cauſas & negocia eius agunt, q̄ ſyndicos: ergo &c. Hoc ita præſuppoſito quod ſyndicus vniuerſitatis pro ea appellare potuerit & debuerit, dico q talis appellatio ꝓdeſt alijs vniuerſitatibus ēt quæ nullo modo appellaſſent, ea quo omnes cōitates cauſam ſimul defenderunt, & eadē eſt cauſa defenſionis omnium & idem negocium. text. eſt clarus in l. ſi qui ſeparatim. §. fi. ff. de appell. in l. 1. C. ſi vnus ex pluribus appell. & in c. pe. extra, de appell. Fortius dico, quod ēt ſi tertius qui non interueniſſet in cauſa, appellaſſet, adhuc eius appellatio prodeſſet victo nō appellāti qñ eadem eſſet cauſa defenſionis vtriuſq; Bart. in l. a ſnia, in prin. col. 1. poſt med. ver. ſi verò victus. ff. de appel. pro quo vltra Bar. addo tex. in d. l. ab executore. §. 1. ff. de appel. vbi emptore condēnato & non appellāte, autor eius pōt appellare & prodeſt eius appellatio emptori, licèt autor in cā nō interuenerit. ratio, quia eſt idē negociū & eadē eſt cauſa defenſionis vtriuſq;. Secundò principaliter dico qđ ea alio ēt ceſſante ſyndicatu ꝑdicto, appellatio prędicta eſt valida & ſolēnis: nam appellare pōt quilibet tertius cuius intereſt ēt ratione qualiſqualis ꝑiudicij d. l. a ſnia in prin. ff. de appel. vbi Bart. & doc. ſed ſingulorū particulariū dictarū vniuerſitatū, qui appellauerunt intererat & intereſt ita iudicatū non fuiſſe, q͠a ſi vniuerſitates cogant id præſtare in quo fuerunt condēnatæ, hoc damno cedit ipſorū particularium propter taleas, quas maiores imponi cōtinget, ergo dici nō pōt interpoſitā appellationē per non habentes ptātem, quia immo ptātem habebant ita appellandi cū ipſorū intereſſet & interſit. itaq; cōſiderato tali intereſſe, qđ eſt fortius illo intereſſe qđ cōſideratur in tertio rōne qualiſqualis ꝑiudicij, non eſt dubiū tenere & viribus cōſtare appellationem interpoſitā noīe vniuerſitatū: quia intererat & intereſt ipſorū appellantium ipſas cōitates non eſſe ad eū modū condemnatas. & ſi appellatio vnius tertij interpoſita nomini ipſius tertij prodeſt victo non appellanti neq; appellationem proſequenti qñ eadē eſt cauſa defenſionis vtriuſq; quantò fortius proderit ipſis vniuerſitatib. appellatio interpoſita earū noīe per particulares quorum etiam particulariter intererat & intereſt. Tertiò, q teneat dicta appellatio, adduco text. in d. l. ex conſenſu. §. filiusfamilias. ff. de appel. vbi filius poteſt appellare pro patre. & dicit Guido Papæ q. 23. q ſicut poteſt filius appellare, ita & appellationē introducere: nam ſi coniunctus poteſt agere & proſequi pro coniuncto. l. exigēdi. C. de procur. pariter videt quod poſsit appellare & cauſam appellationis proſequi ex generalitate illius. l. & identitate rationis: ergo idem videtur in ſubdito q poſſit appellare pro ſua vniuerſitate. argu. l. veluti. ff de inſti. & iure. l. de iure. ff. ad municipa. l. 1. §. & generaliter. ff. de ventre in poſ. mitten. ¶ Quartò dico, poſito & non cōceſſo, quod appellatum fuiſſet per tertiū aut extraneum cuius non intereſſet ſine aliquo mādato, adhuc valida eſſet appellatio etiā quod ratificata non fuerit intra decem dies: quia iſtud tēpus ratificādi appellationē non currit niſi a die ſcientiæ ex quo dominus ſciuit appellationē interpoſitā vel grauamē illatū, ita notabiliter tradit Oldr. in conſi. 130. Omiſſa prolixitate. col. fina. in tertio dubio: nam ſicut tempus appellandi nō currit niſi a die ſciētiæ ita, nec tempus ratificandi appellationē interpoſitam per alium debet currere niſi a die ſciētiæ. quod ipſum dicit Oldr. tenere Cōpo. in c. ſtatuimus. de elect. in gl. qualiter probationes &c. Idē etiā dicit probari ex coniunctione duarum legū. l. ſi quis alicui, in fi. ff. de acq. hæred. & in l. ſi §. tali. C. de cura. furio. idē qđ Oldradus tenet Spec. in tit. de appell. §. 1. verſi. porrò, vbi aliano noīe: ſed ſcientia debet probari per aduerſarios, cū ignorantia præſumatur. l. verius. ff. de probat. reg. præſumitur. lib. 6. ¶ Quintò dico quod vbi probaretur ſcientia ipſarū vniuerſitatum, adhuc dicitur ratificata appellatio intra decem dies: nam ſententia fuit pronunciata die quarta menſis Iulij 1541. Die aūt decima eiuſdem menſis procurator ipſarū cōmunitatū cum ſyndicis, nuncijs & cōſiliarijs earum cōparuit coram dominis iudicibus petendo reſpōderi ſuper appellatione interpoſita: per quam petitionem apoſtolorū ſine dubio procurator & ſyndici cenſentur ratificaſſe ipſam appellationē in neceſſarium antecedens: ſicut qui petit terminū ad ſoluendum iudicatum in neceſſarium antecedens cenſetur approbare ſententia. l. ad ſolutionem. C. de re iudic. ſimiliter qui petit terminum ad ſoluendū promiſſa in cōtractu, cenſetur ipſum contractū præcedētem approbare Ang. in l. cūm te, in princ. C. quod metus cauſa. ſimiliter qui aliquid petit vigore alicuius teſtamēti, cenſet ipſum teſtamentū approbare l. ſi pars. §. illud. l. pe. §. fi & l. fi. ff. de inoffi teſta gl. & doct. in l. alia. C. de his quibus vt indign. ſed hic petitū quid fuit vigore appellationis interpoſitæ. i. q illa admitteretur ſiue q ei deferretur & ſic in effectu petiti fuerūt apoſtoli virtute ipſius appellationis, ergo dici nō poteſt non approbata ipſa appellatio.

¶ Sed dicet aliquis, fuit facta ratificatio ꝑ procuratorē, non per ipſas vniuerſitates: reſpōdeo q immo interuenerūt ſyndici Prozaichi & cōſiliarius Fraxini, in quo loco Fraxini dicitur cōſiliarios ſuſtinere vicē ſyndicorum nec alios ſyndicos ibi eſſe quàm conſiliarios: ſyndicus aūt tanquam legitimus adminiſtrator & mādatum habens cū libera, ſicut poteſt & tenetur appellare vt ſupra probatū eſt, ita & appellationem interpoſitā ratificare: q enim pōt actum facere, poteſt & ratificare, ſicut econtrà qui nō pōt actum gerere non pōt ratificare. Bar. in l. ſi tutor. ante fin. C. in quibus cau. in inte. reſt. nō eſt neceſ. Pau. de Caſt. in conſil. 117. videtur dicendū q dictus Luiſius, col. 2. li. 1. & profectò neſcio videre rōnē diuerſitatis, quare no. Tyberga non ita potuerit ratificare appellationē interpoſitā noīe cōitatum pro quibus interueniebat ſicut poterat & appellare pro ipſis communitatibus. ¶ Sed iterū dicet aliquis, Tu videris cōtrarius in hoc quinto fundamēto iunctis ſcriptis in prioribus allegationibus: nam in prioribus allegationibus dictū eſt q not. Tiberga non erat procurator rite & legitimè cōſtitutus, & modò vis qđ potuerit ratificare appellationē interpoſitā. Rñdeo, q nulla eſt cōtrarietas, ſed dico q geſta per procuratorem minus legitimum proſunt quidē vniuerſitati ad cuius vtilitatē pertinent, ſed nocere non pñt, & ſic iſto caſu iudiciū claudicat nec ſeruaē æqualitas. l. non eo minus. C. de proc. & licèt ille tex. loquatur in minore, idē tamen in alijs gaudentibus priuilegio minori prout in eccleſia, vt ibi per Iaſ. ſed vniuerſitas gaudet iure minoris & minori ęquiparatur. l. nihil. ff. ad municipa. l. reſpublica, vbi glo & doc C. ex quibus cau. maio. l. rempublicam. C. de iure reipub. li. 10. ca. 1. de reſt. in integ. li. 6. Bar. in l. nulli. ff. qđ cuiuſq; vniuerſi. ſed magis in terminis adduco gl. in l. fi. in gl. fi. C. de tuto. vel cura. qui nō ſatiſde. vbi licèt tutor ante ſatiſdationē adminiſtrare tutelam non poſſit, hoc tñ nō procedit in his quæ eſſent vtilia pupillo idē tradit Soc. in conſi. 153. col. 2. poſt med. verſ. & ſi dicatur Bar. lib. 2. vbi allegat Cy. in l. 2. C. de eo qui ꝓ tuto. ſed vltra Soc. addo etiam gl. in l. pe. in gl. 2. C. in quibus cau. in integ. reſt. nō eſt neceſſ. vbi doc. idē tenet Guido Papæ. q. 330. vel ſi aduertendū. tamen malè allegat Bar. & tex. in l. tutor. qui repertorium. Sed ſyndicus æquiparatē tutori vt ſupra dictū eſt, ergo &c. ¶ Sed adhuc inſtari poteſt, ſi vis q geſta per ſyndicum minus legitimè cōſtitutum valeant in fauorē ipſius cōmunitatis, ergo talia geſta in totū debent acceptari, nō pro parte tantū: a quia † acceptatio debet in totū fieri cū omnibus ſuis qualitatibus. l. ſi nauicē. ff de pactis. l. Publia, in fi. ff. depoſiti. l. Pōponius. §. cūm quid. ff. de acqui. poſ. l. cūm quæritur. ff. de admini. tuto. Reſpōdeo, argumentum procedere in indiuiduis aut connexis, ſecus in omnino ſeparatis: quia in ſeparatis poteſt vnū acceptari et aliud impugnari: ideo liber rationum pōt in parte acceptari, & in parte nō, in capitulis ſeparatis. Bar. in l. quędā. §. nūmularios. verſ. vnde puto. ff. de edendo. Abb. in conſi. 36. col. fi. li. 2. & in c. 2 de fide inſtru. Rom. in conſi. 346. col. 1. ſed actus appellationis interponendæ aut interpoſitæ ratificādæ nihil cōmune habet cū actis primę inſtātię, ergo &c. Et in terminis qđ poſsit fieri iſta acceptatio in parte quando capitula ſunt diuiſa & ſeparata, tradit Iaſ. poſt Alberi. in d. l. non eo minus, colū. 1. verſic. tertiò extende. C. de procu. ¶ Sextò q teneat iſta appellatio interpoſita etiam per ſolos particulares ipſarum vniuerſitatum, adduco quod ſcribit Rota deci. prima citatis, in titu. de dolo & contuma. poſt deciſ. antiquas, vbi q procurator vniuerſitatis poteſt appellare pro ſingularibus de vniuerſitate qui fuerūt grauati ex facto aut occaſione ipſius vniuerſitatis, Si vniuerſitas aut eius procurator poteſt appellare pro particularibus ipſius vniuerſitatis, grauatis occaſione ipſius vniuerſitatis, a fortiori

tiori poterunt appellare particulares pro ipſa vniuerſitate: q̄a ſi vniuerſitas ſuccumbit, damnū recidit ad ipſos particulares; q̄a ipſi grauabuntur plus ſolito in oneribus ſuſtinendis, ſecus econtra, quia ſi grauētur aliqui particulares ea hoc nihil infertur ad vniuerſum. Itaq; magis intereſt particularū appellare pro vniuerſitate, quàm vniuerſitatis appellare pro aliquibus particularibus. Cōſequenter ſi permittitur vniuerſitati aut eius ꝓcuratori appellare pro particularibus grauatis ex facto aut occaſione ipſius vniuerſitatis, a fortiori permitti debet particularibus appellare pro vniuerſitate, q̄ñ aliàs recideret damnū ad ipſos particulares & ex facto aut occaſione ipſius vniuerſitatis cōdēnatę ipſi particulares damnū ſuſtinerēt. Nec iſto caſu, q̄ñ vniuerſitas appellat pro particularibus aut particulares ꝓ vniuerſitate, requiritur ratificatio eorū pro quibus appellatur infra terminum appellādi, qui aliàs nulla eſſet ſpecialitas. & illa ratificatio intra terminū appellandi ſolùm vr̄ neceſſaria, q̄ñ extraneus appellaret pro extraneo ſine mandato. & in caſibus in quibus dr̄ vnum poſſe appellare pro alio, dicēdum vr̄ quod etiam proſequi poſſit ſaltē, q̄ñ etiam ipſius appellantis intereſt cum etiam appellatio tertij ꝓ intereſſe ſuo proſit victo nō appellanti, q̄ñ vtriuſq; eadē eſt cauſa defenſionis, vt ſuprà dictū eſt. ¶ Septimò, vbi res dubia eſſet, quā ex præmiſsis clariſsimam arbitramus, in dubio iudicandū eſt appellationem eſſe validā. l. quoties. ff. de verbo. oblig. l. quoties. ff. de rebus dub. iſta.n. interpretatio vt actus valeat, benigna eſt. l. cū in teſtamento, iuncta gl. & ibi Soc. in ſecūdo no. ff. de rebus dub. Ideo vt actus valeat præſumitur præceſſiſſe, quod in ordine literæ poſterius reperitur, putà ſi in inſtrumento dr̄ quod pater donauit filio, & q̄ eū emancipauit: nam præſumitur prius facta emancipatio, vt valeat donatio. Bald. in l. cum in teſtamento. §. hæc verba. ff. de hæred. inſti. Alex. in l. 2. §. ſi prius. ff. de vulg. Dec. in l. ſi donatione, col. 3. C. de colla. & impropriantur verba, vt actus valeat. l. ſi olei. vbi Bart. C. loca. c. conſtitutus, vbi gl. in verſi. rata. de religio. dom. cap. ſi ſententia, de ſent. excommu. lib. 5. Immo intelliguntur verba, Fictè vt actus valeat. l. filiofamilias, vbi Soc. in primo no. ff. de condi. & demon. Et fit interpretatio pro validitate actus licèt verba, Multùm videantur repugnare. Rota deciſ. 316. ſi poſſeſſor, in nouis, interpretationes.n. ad hoc inuentæ ſunt, vt actus roboretur & valeat, non vt perimatur. Bal. in conſil. 46. Verba inſtitutionis, col. 5. in ſi. lib. 1. per text. in l. ſi. ff. de manumiſ. teſta. & crudelis dr̄ interpretatio per quā actus corruit & ſubuertitur. Bal. in cōſil. 129. Domina Franciſca, col. 2. poſt med. lib. 1. & adeò fauorabilis eſt interpretatio validitatis actus, vt præferatur fauori dotis. Bal. in conſi. 179. Ad euidentiam eſt præmittendum q̄ extraneus, lib. 2. vbi extraneus dotans mulierem & ſtipulans dotē ſibi reddi, præſumitur incontinenti ſtipulatus, vt valeat ſtipulatio. Similiter admittitur interpretatio etiam cōtra pauperes & piā cauſam: ideo, vt actus valeat, cenſetur reuocata mortis cauſa capio facta in fauorē pauperū, q̄ñ ſine tali reuocatione actus non valeret. Bald. in conſi. 377. Quædam mulier, lib. 5. & iſta interpretatio q̄ actus valeat, fit etiam in pœnalibus. Bart. in l. 1. exercitum. ff. de infamibus. ſequitur Soc. in l. cùm ſenatus, col. 2. in princ. ff. de rebus dubijs. Cætera id genus infinita colligere poſſem quæ omitto. ¶ Octauò in caſu dubio (qui ipſe tamen clariſsimus eſt) eligere debet iudex partē quæ minus præiudicialis aut oneroſa ſit vtriq; litiganti. Pau. de Caſt. in l. 1. in fin. ff. ſi quis cautio. Bal. in conſi. 192. Proponitur, quod in quadam ciuitate, col. fin. lib. 2. Ideo iudex in dubio pronunciat appellationē eſſe admittendam. Inn. in c. dilectus, 2. de reſcrip. cum ſimil. vt per Deci. in c. de priore, col. 1. & in c. vt debitus, col. 7. de appel. Similiter in dubio pronunciat iudex appellationem non eſſe deſertam. Pau. de Caſt. in d. l. 1. ff. ſi quis cau. Deci. in locis ſtatim alleg. ergo in dubio pronunciari debet appellationem interpoſitam per ſyndicos & conſiliarios ipſarum vniuerſitatum & ratificatam per ipſum procuratorem eſſe legitimam & validam. Nonò & vltimò proponitur, q̄ procurator ipſarum vniuerſitatum, id eſt no. Tiberga, erat præſens prolationi ſententiæ & appellationi ab ea interpoſitæ, quod etiā eſt pluſquam veriſimile, licèt notarius actorū omiſerit id ſcribere. quo ꝓſuppoſito etiam videtur res ſine dubio, nam cum teneatur procurator appellationem interponere, licèt non proſequi, eius præſentia & taciturnitas habetur perinde ac ſi ipſe appellaſſet. l. ſi a te. ff. ſi ſerui. vendi. Iaſ. in l. quæ dotis, col. 13. in ſi. verſ. octauus caſus. ff. ſolu. mat. potuit aūt appellare, licèt eius mandatū non eſſet legitimū cum iſtud pertineat ad vtilitatem ipſarū vniuerſitatū. d. l. nō eo minus. C. de proc. & ſupra dictū eſt. ¶ Ex ꝓmiſſis abundè arbitror iuſtificatā & cōfirmatam cauſam validitatis appellationis interpoſitæ quicquid ex diuerſo conet pars vt eam infirmet: & aliàs obtinui in ſimili caſu apud curiā Parlamenti Grationopolis in cauſa vniuerſitatis & hominū S. Andreæ Vallis Benchanę contra dominos eiuſdem loci: nam facta erat quædam executio in fauorem dn̄orum contra ſubditos pro certis tachijs, cenſibus & ſeruitijs, a qua executione multi particulares appellauerunt ad curiā Parlamēti: deinde introducta fuit appellatio ex parte cōitatis, dn̄s Carolus Chamoſſi aduocatus cōſiſtorialis dictæ curiæ opponebat de nullitate appellationis prout modò audio opponi, ſed curia parlamenti proceſſit in cauſa reijciendo dictā oppoſitionē in qua cauſa allegauit dicta iura, id eſt l. ſi qui ſeparatim. § ſi. ff. de appel. l. 1. C. ſi vnus ex pluri. appel. & c. pe. de appell. Sed finge citra præiudicium veritatis, q̄ non eſſet appellatum, aut nulliter. Adhuc dico poſſe iudicem appellationis pronunciare ſuper nullitate, & præſuppono q̄ nullitas ſn̄iæ diffinitiuæ proponi poteſt corā ſuperiore. vt habet̄ in c. dilecto. de appel. Bal. in l. aduerſus, in prin. C. ſi aduer. rem iudi. conſidero ēt q̄ de nullitate cenſet̄ principaliter actū quoties de ea fit mentio in cauſa appellationis. Bar. ī l. ſi expreſſim, col. 3. ff. de appell. cuius opin. latè defendit, & dicit veriorem & magis cōem Ale. in conſi. 2. col. 3. in ſi. & ſeq. lib. 3. & in conſi. 225. col. penul. circa med. lib. 6. Aret. in conſi. 75. colum. 4. in fin. Soc. in conſi. 10. in ſi. lib. 4. Dec. in d. c. dilecto, circa ſi. de appel. Iaſ. in l. 1. col. 4. verſ. vlt. circa iſtam copulā. ff. de iuſt. & iure. & in l. 1. col. 3. ver. tertiò & vltimò limita. C. de bon. poſ. ſecun. tab. ¶ Hoc ita præſuppoſito, dico q̄ iudex appellationis poteſt & debet cognoſcere de nullitate corā eo oppoſita, licèt appellatio eſſet nulla: quia nullitas appellationis non conſideratur nec impedit deuolui nullitatē principaliter propoſitā ſimul cū appellatione: ita Are. in d. conſ. 75. col. 4. in ſi. verſ. & illa cōcluſio procederet. & licèt Aret. ibi loquatur quando quis dicit ſn̄iam nullā, & ſi qua ſit appella. idem tamen quoties fit mentio de nullitate, vt dicat̄ tunc nullitas principaliter intentata: & ſatis eſt q̄ in cauſa appellationis nullitatem quia proſequatur. Bar. in d. l. ſi expreſſim. col. 2. in ſi. verſi. videndū eſt in caſibus. ff. de appell. Ale. in d. conſi. 2. colum. 3. in ſi. & ſeq. lib. 3. & in d. conſi. 225. col. pe. circa med. lib. 5. ſed de nullitate principaliter actū eſt in cauſa appellationis & in cedula incipiente aſſerta ſententia producta die 22. Auguſt. 1545. vbi q̄ ſententia a qua eſt appellatum, dicitur nulla ipſo iure, & ī ſpecie deducunt̄ cauſæ nullitatis nō pactū multæ. ¶ Et ſi dicatur, in dicta cedula nō concluſum fuit ſuper nullitate neq; ſuper ea pronunciari, ſed tātùm petitū fuit pronunciari bene appellatū & malè iudicatum. Reſponden, cùm cauſa appellationis deuoluat etiā nullitatem de qua nihil dictū ſit. l. quędam mulier. ff. famil. erciſ. l. ſi. ff. de iure patro. no. in l. 1. C. quādo prouo. non eſt neceſ. petēdo pronunciari bene appellatum, cenſetur etiā petitum pronunciari ſuper nullitate de qua dictū fuerat. ſi.n. non facta mentione nullitatis petendo pronunciari ſuper appellatione, cenſetur etiam petitum pronūciari ſuꝑ nullitate incidēter, a fortiori q̄ñ propoſita fuit nullitas & adductę cauſæ nullitatis petendo pronunciari bene appellatum, cēſetur petitum pronūciari ēt ſuꝑ nullitate principaliter de qua in ſpecie dictū fuerat. ¶ Secundò reſpondeo, poſito & nō conceſſo, q̄ cauſa appellationis includeret cauſam nullitatis, tñ ex quo narrata fuit nullitas euidēs ipſo iure, deinde in fine cedulæ eſt adiecta clauſula, ius & iuſtitiā miniſtrari, virtute illius clauſulæ pōt & debet iudex pronūciare ēt ſuper narratis tantū, ſuper quibus concluſum in ſpecie non eſſet, quia per iſtā clauſulā intelligitur agens deduxiſſe & intentaſſe oē ius ſibi competens qđ ex narratis colligi poſſit licèt ſuper alio iure non cōpetenti cōcluſum fuerit. c. 2. vbi Ioan. Calder. Abb. & doc. & de ordi. cogni. Ange. de Aret. in §. omniū, col. 7. in prin. & ibi Iaſ. colū. 20. in num. 147. inſti. de acti. Alex. in conſi. 38. colum. 2. lib. 3. vbi Alexan. quod virtute iſtius clauſulæ intelligitur concluſum ſuper quolibet narratorum & in petitione deductorū. Et dicit idem Alex. in conſil. 43. col. 1. lib. 4. & q̄ intelligatur eſſe concluſum ſuper omnibus narratis qualiſcunq; ſit cōcluſio ſpecialis, tradit etiam Soc. in conſi. 109. col. pen. poſt med. verſi. tertiò hoc idē probat. lib. 2. Immo ſtante iſta clauſula, Satis eſt quod probetur actio apta deſcendens ex narratis licèt concluſio ſit inepta: q̄a tollit iſta clauſula, Omnē ineptitudinem concluſionis dummodò ex narratis eliciatur ius libellantis, vt habetur in d. c. 2. de ordi. cogni. Soc. in conſi. 146. col. 2. in fin. verſ. ad idem etiam ſatis eſt

lib.

lib. 1. Iaſ. in d. §. omnium, col. 51. inſti. de acti. & in l. petēs, col. 3. C. de pactis. Itaq; cùm narrata fuerit nullitas & ea probata per plores cauſas & rationes, & ſubiecta cſt Ius & iuſtitiā miniſtrari, ſine dubio cenſetur concluſum etiā ſuper nullitate expreſsè narrata, & eo magis ius dici debet ſuper nullitate, quia cōcluſio non repugnat nullitati, immo illi adaptaſ nec ineptitudo aliqua in concluſione deprehenditur cùm etiā ſtante ineptitudine & diſconuenientia cōcluſionis ius reddi debeat ſuper narratorum aptitudine per ſupradicta. & aliud etiā hic concurrit, ꝙ in appellatione includitur nullitas, vt ſuprà dictum eſt. ¶ Ex quibus apparet, ꝙ arguendo a ſufficienti partium enumeratione nō poteſt non ius reddi ſuper nullitate & iniquitate euidenti aſſertæ ſententiæ. Sed pone citra præiudicium veritatis, quod nullitas proponi hic non poſſet per actores, dico, ꝙ taltē iudex ea officio deberet ſuper ea ſupplere, nec exequi debet iudex ſententiā nullā. Bal. in conſ. 21. Proceſſus. lib. 5. Ancha. in conſi. 108. Iudex de iure, col. 3. circa prin. verſ. ſtatutum autem. Alex. in conſil. 77. col. 4. poſt med. verſi. Secundò, reſpondeo, lib. 3. Et ita de iure reſpondeo, ſaluo ſaniori iudicio. Sauiliani die 19. Februarij. 1546. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Quando conſiderari poſſit vitium litigioſi ſuper poſſeſſorio.*
2 *Error iuris dubij æquiparatur errori facti & cauſat bonam fidem quo ad præſcribendum.*
3 *Quando contrauenitur iuri merè poſitiuo, contrauenien non incidit in pœnam ſi actus palam fit.*
4 *Quibus competat probatio dominij.*
5 *Cum eſt concluſum in poſſeſſorio, non poteſt haberi ratio alicuius petitorij.*

CONSILIVM CCLXXIX.

¶ Pro Nicolao Lerde notario & cauſidico Coſtigloliarum contra fiſcum dicti loci.

Divino ſubſidio ex corde poſtulato. Scripſi aliàs pro Nicolao Lerde cauſidico Coſtigloliarum ꝙ vitiū litigioſi non cōmiſit permutando bona cum Maria vxore Antonij Martinæ: ſed poſtea ſcriptū fuit in fauorē fiſci per alios dominos aduocatos, quorū ſcripta tñ nihil me retrahunt a priore ſententia. & primò conſidero, ꝙ dicta Maria primò propoſuit interdictū adipiſcendæ, poſtea obtinuit reſcriptum tendens ad actionem perſonalem, quā etiam actionem perſonalem neceſſario præſupponunt interrogatoria agentis contra conuentos an ſint hæredes dicti Antonij Martinæ. quæ interrogatoria ſunt inepta in poſſeſſorio, & ſolùm poſſunt referri ad actionē perſonalem, vt ſoluere teneantur dotes, tanquam hæredes. Hoc ita præſuppoſito,
1 ꝙ ſit receſſum a poſſeſſorio & actio perſonalis † intentata, non poteſt conſiderari vitium litigioſi ſuper poſſeſſorio extincto a quo receſſum fuit, ideo litigioſa res dici non poteſt, qñ ſuit renunciatum cauſæ liti & inſtantiæ. Bar. & doc. in l. cum muta. C. de tranſac. Dec. in l. 2. col. 11. C. de eden. Eadem ratione ceſſat vitium litigioſi lata ſententia, quia per eam extinguitur lis. Bald. in conſ. 391. Apparet, in fi. lib. 3. quod procedit, licèt adhuc contendatur ſuper executione, modò a ſententia non ſit appellatū. Alberi. de Roſa in l. 1. col. 3. verſi. remaneat ergo ſolutum dubiū, C. ne liceat poten. Ideo extincto & ſopito iudicio poſſeſſorio per receſſum ab eo factum, abſurdum eſſet dicere, litigioſū eſſe poſſeſſorium. Amplius dico, quod perempta ſola inſtantia, perimitur etiam vitium litigioſi quatenus attinet ad ipſam rē, vt alienari poſsit. Bar. in l. 1. §. fi. ff. de litigio. & in l. fin. vbi Sali. C. eod. tit. ſequitur Iaſ. in l. 2. col. pen. C. de eden. Guido Papæ, q. 337. multò magis perimetur vitium litigioſi vbi receditur ab actione intentata. ¶ Non obſtat modo fundamentum partis, ꝙ licèt fuerit propoſita actio perſonalis, tñ res ipſa efficitur litigioſa. vt per Iaſ. in conſ. 43. in ſecundo dubio, lib. 1. Nam miror de Iaſ. ꝙ auſus fuerit illud loqui contra cōem in fauorem fiſci, cū potius inſurgere doctores oporteat contra fiſcum vbi non agitur de naturaliter prohibitis, & vbi reſpublica non læditur in his, quæ ſunt de genere prohibitorum, iuxta l. non puto. ff. de iure fiſci. Et profectò plurima Iaſ. perperā ſcripſit in ſuis conſilijs contra cōmunes veras & æquiſsimas ſententias, vt planius aliquando oſtendemus. Quod autē in actione perſonali res ipſa litigioſa non fiat, ſed ſolum ipſa actio lite conteſta. in iudicijs particularibus, adducitur text. in l. 1. ff. de litigio. l. 2. C. eod. tit. l. 1. vbi Bal. C. communi diuidun. l. 1. C. de præſcript. longi tempo. Inno. in cap. cum. n. de conſt. & in c. dilectæ, de except. Bart. in conſil. 40. Maritus, col. 2. lib. 1. & in conſi. 332. Statuto ciuitatis Vincentiæ, in fi. lib. 3. Rom. in conſ. 270. Pro decitione, in ſecundo dubio. Bertachi. in prima parte ſui repertorij, in verbo Alienatio, verſic. 199. & ſeq gl. pragmaticæ in tit. de pacifi. poſſ. §. lis autem in verbo, Hoc caſu, char. 137. Fortius voluit Guido Papæ. q. 479. ꝙ in actione perſonali nec res nec actio vtilis ſit litigioſa, ſed tantum actio directa. & hanc opi. quod in actione perſonali non efficiatur res litigioſa dicit communem Feli. in dicto cap. dilectæ, col. pen. in fi. de except. & licèt videatur Feli. tenere contrarium, tñ propter eum a communi opin. non videtur recedendum. Et vbi quis vellet tenere contra communē, illud poſſet procedere quo ad alios effectus reſultantes ex vitio litigioſi, non reſpectu pœnæ. ¶ Sed poſito citra præiudicium veritatis, ꝙ ſuſtineri poſſet opinio, ꝙ in actione perſonali res fiat litigioſa, tamen negari non poteſt, quin articulus iuris ſit du-
2 bius, quo caſu † error iuris dubij dicitur probabilis & æquiparatur errori facti & cauſat bonam fidem etiam quo ad præſcribēdum. l. Celſus. ff. de vſucapio. cap. cum dilectus, ſecundum vnam lecturam, de conſuetudi. Imo. in conſi. 98. circa fi. Soc. in rubr. ff. de rebus dub. in fi. ſi error iuris dubij aut obſcuri prodeſt ad præſcribendum & acquirendum, multo magis prodeſſe debet, vt excuſetur quis a pœna. ¶ Conſidero etiam, ꝙ contrahere ſuper re litigioſa non eſt prohibitum de iure diuino, naturali, aut gentium, ſed tantum de iure Cæſareo, & merè poſitiuo, quo ca-
3 ſu † quando contrauenitur iuri merè poſitiuo, contrauenien non incidit in pœnam ſi actus palam fiat. l. fin. ff. de ritu nupt. per quem tex. ita decidit Bart. in l. ſi adulterium cum inceſtu, col. pen. in fin. verſicu. aut dubitatur verum ſcinerit. ff. de adulte. & in l. auunculo. ff. de condi. ſine cau. Bald. in conſ. 119. Verba matrimonij, lib. 1. Bal. nouel. in trac. dotis in 11. parte, col. 14. verſi. ſed poteſt dici, ꝙ licèt ignorantia, ſed iſte contractus permutationis celebratus fuit palam & publicè & bona fide, ergo pœnæ locus eſſe non debet. ¶ Præſuppoſito etiam ſine præiudicio veritatis, ꝙ non eſſet receſſum a primo iudicio poſſeſſorio, ſcripſi, ꝙ propter litem in poſſeſſorio res non efficitur litigioſa ſed poſſeſsio tantum, vt habetur in c. 1. de confir. vtili vel inutili. ¶ Sed obijcitur ex aduerſo quod iſtud poſſeſſoriū adipiſcendæ habet admixtam naturam proprietatis propter productionem tituli. l. 2. §. quædam. ff. de interdi. vbi poſſeſſorium in quo requiritur probatio dominij, dicitur habere mixtā cauſam proprietatis. ¶ Sed reſpondeo ad obiectum negando, ꝙ ad probationem poſſeſſorij intentati requiratur probatio dominij: nec ſequitur, agens producit titulum, ergo tenetur probare dominium, immo ſatis videtur probare de poſſeſsione auctoris, qui dedit inſolutum ex quo nihil opponitur de potiori iure rei: ſucceſſor enim particularis in re pōt ſe fundare in poſſeſſorio ſui auctoris, prout videmus in ſaluiano interdicto quod cōpetit ad auncandum poſſeſsionem pignoris, & dicitur poſſeſſorium adi-
4 piſcēdæ. d. l. 2. §. ſaluianum. ff. de interdictis. ¶ † Probatio autem dominij requiritur in his, in quibus ſola poſſeſsio tribuere ius non poteſt, prout videmus in beneficio eccleſiaſtico, in quo ius competere non poteſt ex ſola poſſeſsione ſine titulo. c. ex frequentibus, de teſti. ſpol. c. 1. de reg. iuris. lib. 6. Idem in locis ſacris & religioſis. d. l. 2. §. quædam. ff. de interdic. ſed bona petita. & data in ſolutum poſſunt obtineri in ſolo poſſeſſorio ſine probatione dominij cum non ſint bona publica, ſacra aut religioſa. & ſic vr̄ D. aduocatus æquiuocaſſe in hac materia dum arguit poſſeſſorium habere mixtam cauſam proprietatis ex eo, ꝙ producitur tituli productio, nam nihil facit, ſed natura rei an talis ſit res in qua poſſeſsionis ius competere & conſiderari poſsit ſeorſum a proprietate. Itaq; cum in bonis inſolutum datis conſiderari poſsit poſſeſsio ſeparatim a proprietate & ſine proprietatis probatione, nullo modo dici poteſt tale poſſeſſoriū mixtam habere cauſam proprietatis. ¶ Iam poſito & non conceſſo, ꝙ petitorium deductum dici poſſet, tamen ſuper eo concluſum non fuit, ſed ſuper poſſeſſorio tantum: quæ concluſio attendi debet. c. ex parte ſecũda. de foro competen. Barto. & Modern. in l. certi conditio, in princ. ff. ſi cert. pet. Deci. in c. ex parte quinta, colum. 1. de reſcrip. & alibi ſæpiſsimè, † ideo cum ſolum cō-
5 cluſum fuerit in poſſeſſorio, non poteſt haberi ratio alicuius petitorij.

petitorij.quod maximè obtinet,vt ceſſet delictū.l.meritò.ff.pro
ſocio.Bar.& doc.in l.nō ſolūm.§.ſed vt ꝓbari. ff.de ope. no.nū.
Hinc videmus,ꝙ ſit cōpenſatio ipſo iure,vt ceſſet pęna. l.ſi cō-
ſtat.C.de cōpenſa. Similiter in dubio contractus præſumitur cē
ſualis nō emphyteoticus, vt ceſſet pœna caducitatis ob ceſſa-
tionē ſolutionis. gl.& doc.in c. conſtitutus, de relig.domi. pro
quo facit tex.in l.non dubito. ff.de iure fiſci. ¶Ex quibus cōclu-
do, prout in prioribus ſcripſi,ſaluo ſaniori iudicio. Sauiliani.
30.Martij. 1546. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Quando vna cauſa dicatur præiudicialis ad alteram.*
2 *Cauſa dominij præiudicialis ad cauſam plagij.*
3 *Quando tractatur de cauſa criminali & ciuili, ſi vna eſt præ-
iudicialis, præponitur cum diſtinctione.*

CONSILIVM CCLXXX.

¶Pro hominibus Arpeaſchi Marchionatus Saluciarum contra
fiſcum Marchionalem.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Inquietātur
plures particulares Arpeaſchi Marchionatus Sa-
luciarū per dñm procuratorem fiſcalē Marchio-
nalem, ꝙ decimas non ſoluerint dño præpoſito
ipſius loci Arpeaſchi ad rationē trigeſimæ partis,
in quibus ipſis decimis ius obtinet etiā excellentia Marchiona-
lis. Ipſi particulares opponunt non eſſe procedendū contra eos
criminaliter, quia ipſi nunq̄ recuſauerūt, neq; recuſant decimas
ipſas ſoluere, immo ſemper ſoluunt, ſed non ad eam quotam: pe
tunt ſe admitti ad cauſam ciuilem, in qua ſunt parati docere de
eorū conſuetudine præſtandi decimas ad minorem quotā. quæ-
ritur quid iuris? ¶Breuiter non arguendo ad partes, puto non
poſſe procedi criminaliter, ſed ciuiliter prius agendum eſſe tā-
1 quàm ciuilis cauſa præiudicialis ſit ad criminalē. † & conſidero
pro fundamento, quòd vna cauſa dr̄ præiudicialis ad alterā ra-
tione excluſionis, quia vna ſit excluſiua alterius, & ſententia la-
ta in vna pariat præiudiciū in altera: puta agit quis tanq̄ hæres
petitione hæreditatis, opponitur ei, ꝙ prohibuit defunctū teſta
ri & ob id quod priuandus venit hæreditate: certè prius cogno
ſci debet de iſta prohibitione teſtādi & interim ſilere debet cau
ſa petitionis hæreditatis ratione præiudicialitatis: quia ſi probe
tur prohibitio teſtandi, fruſtrà tractatur de petitione hæredita-
tis. l.1.C.ſi quis ali.teſt.prohi. Similiter ſi agēti petitione hære-
ditatis moueaẽ quęſtio libertatis, prius tractatur cauſa libertatis
& interim ſuperſedeẽ in petitione hæreditatis: ratio, quia ſnīa
lata ſuper libertate parit præiudicium in cauſa hæreditatis. l.ſi
quis libertatē.ff.de petitio. hæred. Similiter ſi accuſatus de ho-
micidio cōtra quē teſtes depoſuerunt, velit arguere teſtes de fal
ſo, quæſtio falſi facit ſilere cauſam homicidij, quia ſi pronuncie
tur teſtes falſum depoſuiſſe, in conſequens neceſſarium pronū-
ciatur accuſatū reum homicidij non eſſe. & idē in alia cauſa, qū
in ea incipit quæſtio falſi. l.ſi.C.de fide inſtru.vbi Bal.Cy.in l.1.
C.qui accuſa.nō poſſ. Deciſ. Neapo.deciſ.103. Similiter ſi vxor
agit ad alimenta cōtra virum corā iudice ſeculari, & vir agat cō
tra vxorē ad ſeparationem thori coram iudice eccleſiaſtico, iſta
quæſtio ſeparationis thori facit ſuperſederi in cauſa alimento-
rum ratione excluſionis & præiudicialitatis, quia ſi pronuncie-
tur ſuper ſeparatione thorum eſſe ſeparandū, fruſtrà quæritur
de alimētis.c.ruā, de ordin.cognitio. Rurſus, ſi agaẽ de crimine
contra aliquē, de cuius ſtatu dubiteẽ, an ſit liber vel ſeruus, prius
cognoſcitur de cauſa ſtatus tanquā præiudiciali ad cauſam cri-
minalem, cùm aliter puniatur liber, aliter ſeruus. l.ſi crimen, &
l.cùm ſtatus.C. de ord.cogni. Simili modo ſi accuſatur quis per
maritū de adulterio cōmiſſo cū vxore ipſius mariti, & accuſa-
tus excipiat de lenocinio accuſatoris quòd maritus habitauit
cū vxore poſt cōmiſſum adulteriū, & maritus replicet, ꝙ accu-
ſatus eſt ſeruus ob id, ꝙ exceptionē lenocinij obijcere nō pōt,
prius cognoſcendū eſt de cauſa ciuili ſtatus incidenter mota ꝑ
replicationē ratione præiudicialitatis, quia ſi pronūcietur accu-
ſatum ſeruū eſſe, fruſtrà diſputaẽ de lenocinio, quod ſeruus op
ponere nō pōt. l.qm̄ Alexandrū. C.de adulter. Aequè ſi agat q̄s
contra aliquem tanquā plagiarium ꝙ ſeruū agentis ſubtraxerit
vel corruperit, & reus accuſatus dicat ſeruū eſſe ipſius accuſati,
prius cognoſcendum eſt de dominio ſerui, q̄ de crimine plagij
2 †quia cauſa dominij eſt pręiudicialis ad cauſam plagij criminis,
quod ceſſat in re propria. l.præſes. C ad legē flauiā. de plagia.
¶Ex quibus iuribus probatur ꝙ ſi cauſa criminalis ſit præiudi-
cialis ad ciuilem, prius cognoſciẽ de cauſa criminali & interim
ſuperſedeẽ in ciuili. econtra ſi cauſa ciuilis eſt præiudicialis ad
criminalē, prius tractanda eſt cauſa ciuilis, & interea ſuperſeden
dum in criminali. ¶Idē ſi vtraq; cauſa ſit ciuilis aut criminalis:
quia de præiudiciali prius ſemper cognoſcitur & illa prius ab-
ſolui debet, & in cauſa ciuili præiudiciali ad criminalē qđ ſilere
faciat ipſam cauſam criminalē loquunẽ dicta duo iura in l.præ-
ſes.C. de plagia. & in l.quoniam Alexandrum. C. de adulter. Et
quod cauſa ꝑiudicialis ante oīa diſcuti debeat, tradit Anchara.
in conſi.62.duplici reſpectu. ¶Et adeò prius cognoſci debet de
cauſa præiudiciali ſiue illa principaliter moueatur, ſiue per mo
dum incidentis aut emergentis: quod ſi aliter fiat ſnīa, redditur
nulla. Bal.in conſi.275. Præmiſſo ſtatuto cōis Veronæ.li.5. Pau.
de Caſt.in conſil.281. In cauſa iſta quinq; col.5. lib.1. Et his ita
præmiſſis & præſuppoſitis, dico, ꝙ exceptio oppoſita per iſtos
particulares Arpeaſchi contra inciuiliſſimum fiſci deſiderium,
dicitur omnino præiudicialis ad cauſam criminalem & eā ex-
cludit neceſſariò. etenim ſi pronunciẽ non deberi decimas ad
rationē trigeſimæ ſed ad quotā allegatā ꝑ inquiſitos aut reos,
fruſtrà quæritur de crimine obiecto ꝙ non ſoluerint decimas
ad quotā trigeſimæ, ex quo ad illā quotā non tenentur. Itaque
cum exceptio oppoſita ciuiliter contra fiſci querelam, notoriè
ſit præiudicialis ad ipſam querelam. vtiq; talem querelam ſile-
re omnino oportet, & in ea debet ſuperſederi donec cognita &
diffinita ſit quæſtio ciuilis, ad quā quotam decimæ debeantur.
3 Et iſta quęſtio † & difficultas apertè decidi videtur per text. in
d.l.præſes.C. de plagia. & in d.l qm̄ Alexandrum. C.de adulte.
nam in d. l. præſes, quæſtio ciuilis præiudicialis ad criminalem
opponebatur per viam exceptionis, in d. verò. l. quoniam Ale-
xandrum, per modū replicationis: & tamen ſemper ſilere facit
cauſam criminalem. ¶Facit ad præmiſſa quod Bald. ſcribit in cō
ſil.177. Ad euidentiā eſt præmittendum, ꝙ quando iudex. poſt
princ.lib.3. vbi antequam emphyteota qui cecidit a iure ſuo, ex-
pellatur de poſſeſſione, conſtare debeat ꝙ res ſit emphyteotica
& ꝙ agens ſit dominus. In propoſito noſtro, antequam agi poſ-
ſit criminaliter contra aliquos ꝙ decimas non ſoluerint ad cer
tam quotam, conſtare prius debet de cauſa ciuili.i. ꝙ debeantur
decimæ ad eam quotā, interim igitur ſilere oportet moleſtiam
criminalem, & citationes perſonales concedi non debent. ¶Ad
idem adduco quod ſcribit Bar.in conſ.113. proceſſum eſt. vbi
quia actio rerum amotarū non datur niſi contra illam quę vxor
fuit, conſtare prius debet ꝙ eſſet vxor, per l.concubinā, in prin.
ff.rerum amo. Eodē modo cùm delictum conſiderari non poſſit
in particularibus Arpeaſchi ob decimas non ſolutas ad rationē
trigeſimæ partis, niſi debeantur ad eam quotam, conſtare prius
debet ꝙ debeātur ad eam rationem: iſta autem quæſtio ad quā
rationem aut quotam debeantur non pertinet ad cauſam crimi
nalem, ſed ciuilem, ob id ciuiliter prius omnibus agendum eſt.
¶Ad idem adduco quod tradit idē Bart. in conſi.185. Deo Da-
uid, in ſi. vbi quando quis conuenitur in aliquo loco ratione cō-
tractus ita ꝙ ſortiatur ibi forum ratione illius contractus, con-
ſtare prius debet de ipſo contractu in illo loco, aliàs reſponde-
re non cogere, in cap. Romana. §.quod ſi verò, de foro compe.
lib.6. Eodem modo non tenentur particulares Arpeaſchi reſpō
dere in cauſa criminali ꝙ decimas non ſoluerint ad quotam de-
ſideratam per fiſcum, niſi conſtet prius ciuiliter deberi decimas
ad eam quotam. Et iſtud vnicum fundamentum videtur po-
nere falcem ad radicē, & ſolum per ſe ſufficere. Ad idē adduco
qđ ſcribit Bal.in conſ.104. Longum thema. colum.2. circa ſi.li.
3. vbi quando agitur de pœna contractus, requiritur prius de-
claratio an illud quod petitur ex contractu, ſit debitum vel nō:
eodem modo antequā agatur ad pęnam ob decimas non ſolu-
tas, declarari prius debet an decimæ debeantur ad quotā prætē
ſam vel nō, quæ declaratio eſt omnino diuerſa & ſeparata a cau
ſa criminali. ¶Ex quibus fundamētis ſæpiſſime aliàs de iure re-
ſpondi in fauorē accuſatorum de turbata poſſeſſione, ꝙ accuſa-
ti non poſſunt nec criminaliter moleſtari, quādo dicunt ſe eſſe
in poſſeſſione ita faciendi & iure id facere: nam tunc ciuiliter
inter partes agendū eſt de cauſa poſſeſſoria. Ideo puto ſine du-
bio ꝙ fiſcus audiri non debet allegantibus particularibus Ar-
peaſchi ſe eſſe in poſſeſſione & conſuetudine antiquiſſima ſol-
uēdi decimas vini aliter atq; petitū fuerit: nā tali caſu agi prius
debet

debet inter partes ſuper tali poſſeſsione & cõſuetudine: etenim cauſa mixta merè ciuilis eſt ad partes ſpectãs, nec paſsim indulgendum eſt fiſcalium procuratorũ audita, qui ipſi omnia ſibi licere exiſtimant. Sed finge, citra præiudiciũ veritatis, q̃ præmiſſa ceſſarent, quæ iudicio meo fortiſsimè vrgent; ex alio dico nõ poſſe procedi criminaliter contra non ſoluentes decimas: quia delictũ cõſiderari poſſet, qñ quis negaret decimas eſſe ſoluẽdas ſimpliciter & abſolutè propter malã vitam clericorum: nã talis negatio ad hæreſim pertinet. Io. de Ana. in c. præterea, col. fi. de hæreti. ſequit̃ Dec. in c. 1. col. 11. verſ. in quarto caſu principali. de offi. deleg. Sed qñ quis non negat ſoluendas eſſe decimas, immo eas ſoluit, ſed ad certã quotam ad quã prætendit ſe teneri & non vltra, recuſando amplius ſoluere, talis recuſatio ad crimen omnino non pertinet, cũ valeat cõſuetudo ſuper quota decimarũ, vt h̃r in c. in aliquibus, de decimis. & in c. ſtatuimus. de tranſac. Cardi. in conſi. 146 Motum Feli. in c. cum ex officij, col. 5. in prima limitatione, de preſcrip. Similiter valet conſuetudo circa res de quibus ſolui decima debeat, ita q̃ non ſoluatur de omnibus, de quibus ſolui debet de iure cõi. Pau. de Caſt. in cõſi. 17. In cauſa decimali, col. 5. lib. 2. Itaq; ſi valet conſuetudo circa quotam decimarum, non poſſunt non excuſari ſoluẽtes ad formã ipſius conſuetudinis. cùm etiam conſuetudo iniqua & inualida excuſet a pœna, gl. & doc. in c. cùm venerabilis. de conſuetu. glo. in c. deniq;. in verſi. conſuetudine, 4. diſt. ¶ Immo non ſolùm conſuetudo antiqua aut præſcripta excuſat a pœna, ſed etiam ſola poſſeſsio ſeu quaſi excuſat a crimine accedente bonafide: puta inquiritur contra aliquẽ q̃ exercet iura regalia ſine titulo colligendo pedagiũ vel paſſagiũ, ſi inquiſitus ſit in quaſi poſſeſsione ita exercendi cum bona fide, quia ſucceſsit in locum alterius qui exercebat, puniri non debet, ſed illud ſolùm per iudicẽ cognoſci debet an ei cõperat tale ius colligendi pedagium aut paſſagium vel non. Bal. in conſi. 289. quia conſuetudo, col. 2 lib. 3. Sed iſti particulares Arpeaſchi ſunt in quaſi poſſeſsione ſoluendi decimas vini, prout ipſi contendunt, in qua ipſa etiam quaſi poſſeſsione authores eorum inuenerunt, & ſic cum bona fide: ergo criminaliter contra eos procedi non debet nec poteſt, ſed illud tantùm ciuiliter videndum eſt, an releuet eos talis poſſeſsio, ſeu quaſi: quòd ipſum vltra iuris rationes ab ipſa etiam naturali æquitate abhorrere non v̄r. ¶ Poſtremò conſidero, & in omnem euentum quòd licèt dñs præpoſitus Arpeaſchi eſſet in poſſeſsione ſeu quaſi percipiendi decimas ad votũ eius, nõ propterea criminaliter inquietari debent nõ ſoluentes decimas ad quotã petitam, ſed ciuiliter contra eos agendum, eſt vt ſoluant, nã actio criminalis ceſſat quoties actione ex contractu aut aliàs ciuili agi poteſt. Bal. in conſ. 15. Ad euidentiã, lib. 1. vbi q̃ actio de dolo ceſſat vbicunq; purgari dolus poteſt actione ex contractu per l. eleganter. in prin. ff. de dolo. idem tradit Pau. de Caſt. in conſ. 431. Viſo facto & dubijs, col. 2 circa med. lib. 1. Sed dolus non ſoluentium decimas ad quotã petitã aliter purgari poteſt, q̃ per actionẽ criminalem, quia cogi poſſunt parochiani ad ſolutionẽ decimarum per viam excõicationis. c. tua. 2. de decimis. Rurſus pro decimis cõpetit rei vẽdicatio ſaltẽ ſeparatis fructib⁹ a fundo, aut ſeparata decima de alijs fructibus, gl. in c. moderamine, 16. q. 5. & in c. tua. 2. de decimis. vbi Ioan. Andr. poſt Hoſt. Et no. Inn. in c. parochianos. eo. tit. ſequit̃ Gemin. in conſil. 72 col. 5. poſt med. ergo ceſſare debet proceſſus criminalis. ¶ Pro quo melius facit quod Abb. ſcribit in conſ. 68. ante fi. li. 1. vbi q̃ puniri non põt quis ex eo, q̃ aliquid non fecerit, qñ cogi poteſt, vt illud faciat: quia tunc cogi debet, vt faciat, nõ etiã puniri ſi non fecerit; ſed parochiani cogi poſſunt vt decimas ſoluant, ergo per viã coactionis procedi contra eos debet, non etiã criminaliter inquietari debent ſi nõ ſoluerint, modò non negẽt ſolui eas debere: aliàs ſequeretur, q̃ pro oĩbus cenſibus aut tributis eccleſiæ debitis, procedi poſſet criminaliter contra nõ ſoluentes, quo quid abſurdius? defectus. n. ſoluẽdo potius reſpicit delictum & peccatum in conſcientia q̃ crimen tẽporale, non. n. voluit lex pro omni deficientia delictum inducere, ſed demum in his, quæ per ſe ſimpliciter & abſolutè ſunt prohibita omni iure, prout eſt occidere, furari, fornicari &c. id genus, in quibus nulla cadit excuſatio: ſecus in his, quæ de ſui natura non ſonant in malum aut prohibitionem prout eſt dicere, ſe non teneri ad quotam decimarũ petitã, ſed ad aliam, hoc. n. non eſt de genere prohibitorũ immo permiſſorum. ¶ Conſidero etiã, q̃ pœna imponi non debet niſi lex expreſsè dicat. §. cùm igitur. in auct. de non elign. ſecun. nub. gl. in c. fi. vbi Abb. de iure patro. cũ ſimil. vt per Moder. in l. 1. col. pe. C. de tranſac. facit tex. in l. illã. C. de colla. q̃ erubeſcimus ſine lege loqui. & quod nõ eſt expreſsè ſanctũ, ſuperſtitioſis non eſt inuentionibus fiſcaliũ præſumendum c. conſuluiſti. 2. q. 5. & contra cõmiſſarium fiſcalẽ dici poteſt, Legẽ pone mihi dñe, vt in ſimili dicit Bal. in cõſ. 340. & præmitto, in fi. lib. 3. Et quod lege non cauet̃, in practica iudicando non ſeruatur. Bal. in c. nihil, col. fi. de elect. & paria ſunt quid fieri ſine lege & contra legẽ. Bal. iuxta in Gene. fi. col. fin. de electio refert Iaſ. in conſ. 36. col. 3. poſt med. lib. 3. Idem alibi iraſcitur Bal contra loquentẽ ſine lege, in conſ. 184. Municipali lege, col. 1. lib. 5. vbi clamat non eſſe legẽ ſub cęlo q̃ hoc dicat: alibi ſcribit idem Bal. in conſ 341. lib. 3. & in conſ. 440. Secundũ ea, col. 1. lib. 5. q̃ qui legẽ allegat, tenet̃ probare ſiue ſe fundet in affirmatiua ſiue negatiua. Ideo vellem oſtendi legẽ ciuilẽ aut canonicã, qua ipſa cautum ſit procedi poſſe criminaliter contra non negantes decimas, neq; earũ ſolutionem recuſantes, ſed tñ contendentes ſe non teneri ad quotã petitã & volentes probare de contrario in iudicio ciuili. Et aduertere debet Princeps ad dictum illius Imperatoris optimi dicentis, q̃ fiſcus ſimilis eſt lieni: fiſco. n. tumeſcente, neceſſe eſt, vt reliqua reipublicæ membra ſicut corporis humani marceſcãt & putreſcãt & cõtabeſcant: ob id dicere ſolebat, qđ iuuat cernere ærariũ ſilẽs & quietũ. quod dictũ refert & cõmendat Plinius in ſuo panegyrico, & aliqua ſcripſi in conſil. meo. 6. in fi. Ex quib⁹ cõcludo nõ eẽ locũ iudicio criminali in hac cauſa, ſaluo ſaniori iudicio. Gemi. tñ in d. cõſ. 52. col. 2. in fi. vult delictũ cõmitti ex non ſolutione decimarum, & ob id non ſoluentes puniri poſſe, quia veniunt contra præceptum diuinũ cùm dicantur decimę de iure diuino: quod dictum videtur procedere, qñ quis recuſat ſoluere nulla allegata excuſatione non ſoluendi. Aymo Cranetta ex Sauiliano. I. V. D.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa matrimonij dicitur fauorabilis.*
2 *Dos eſt medium perueniendi ad matrimonium.*
3 *In cauſa ſpirituali confeſsio abſentis, eſt vti præſentis.*
4 *Ratione affectionis teſtis eſt ſuſpectus & repellitur.*
5 *Solicitator cauſarum repellitur propter affectionem.*
6 *Dictum non veriſimile non attenditur.*

CONSILIVM CCLXXXI.

¶ Pro Thoma Griglati de Villafrancha contra Bertulinam Bayone de eodem loco. Conſilium in cauſa matrimoniali legentibus commodiſsimum.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. In hac cauſa matrimoniali Thomę Griglati de Villafrãcha rei conuenti, cõtra Bertulinam Bayone agentem, videretur dicendum prima fronte intentione dictæ Bertulinæ iuſtificatã eſſe ſaltem pluſquã ſemiplenè. Primò, ex teſtimonio Antonij Melicę deponentis de confeſſione ipſius Bertulinæ ſuper contractu & veritate matrimonij ipſo Thoma præſente & audire valente nec contradicente. quo
1 caſu ex tali taciturnitate v̄r conſentire fauore matrimonij. † nã cauſa matrimonij dr̃ fauorabilis. c. fin. de re iudic. c. videtur, in fi. qui matr. accu. poſſ. c. directæ, de appel. cum ſimil. Sed in cauſis fauorabilibus tacens v̄r conſentire, licèt agatur de præiudicio ipſius tacentis, Ideo in fauorem pupilli tacens videtur conſentire l. cùm oſtendimus. §. fin. ff. de fideiuſſ. tuto. Similiter tacens v̄r conſentire fauore reipub. l. 5. ff. ad munici pa. l. honores. §. fin. ff. de decurio. Similiter tacens cenſetur conſentire fauore piæ cauſæ. auc. ſi ſeruus ſciente. vbi Bal. C. de epiſ. & cleri. c. ſi ſeruus ſciente. 54. diſt. Roma. in conſ. 311. col. 2. Soc. in conſ. 291. col. 8. lib. 2. Ratio præmiſſorum eſt, quia cauſæ reipublicæ, piæ cauſæ, pupilli, & ſimiles dõr fauorabiles: ergo idẽ in cauſa matrimonij, quæ magis v̄r fauorabilis. Nam in cauſa matrimonij præfertur opinio vnius doct. licèt multi doct. teneant contrarium Hoſt. in cap. ſuper eo. de cogna. ſpiri. Abb. in conſi. 74. colum. 3. lib. 2. Iam fauore dotis tacens videtur conſentire. Bart. in l quæ dotis, col. 3. ff. ſol. matr. Soci. in d. conſi. 291 col. 8. lib. 2. Dec. in conſi. 66. col. pen. poſt med. Ergo multò magis cenſebitur conſentire tacens fauore matrimonij, cum fauor dotis conſideretur pp ipſum matrimonium quo facilius mulieres contrahant ma-
2 trimonia l. 1. & ibi no. ff. ſolu. matr. ¶ † Dos. n. dicitur quoddam mediũ perueniendi ad matrimoniũ, & ſic matrimonium conſi-

deatur

deratur vt finis, dos vt mediū perueniendi ad ipſum finem. Sed abſurdum eſſet plus fauorabilis tribui medio q̃ fini, cùm finis ſit dignior eo, quod ordinatur ad ipſum finem. l. & ſi nō ſint. §. perueniſmus. ff de auro & arg. lega. & in matrimonio q tacens cenſeatur conſentire, vt̄ tea. in c. 1. §. porrò, de deſpon. impub. lib. 6. quē ad hoc citat Alex. in l. liberta, col. 2. ff. ſolu. matr. Itaq; præſuppoſito cōſenſu ipſius Griglati tali cōfeſſione Bertulinæ, perinde vt̄ ac ſi ipſe Griglati ita cōfeſſus eſſet, ſed ſi ipſe Griglati confeſſus eſſet præſente parte & coram vno teſte, non eſt dubium, quod talis confeſſio præſente parte & probata per vnum teſtem, inducit ſemiplenam probationem. Pau. de Caſt. in conſil. 109. Viſa petitione, col. 2. circa med. in conſ. 143. Viſo proceſſu & atteſtationibus, col. 5. poſt med. verſ. modò hic adſunt vehementiſſimæ coniecturæ. lib. 5. Alex. in conſil. 76. in 2. dub. lib. 6. Cor. in conſi. 288. col. 5. verſ. & propterea. Io. de Imo. li. 3. Ripa in l. admonendi, col. 38. ff. de iureiur. ¶ Secundò, vltra confeſſionem præſente parte probatam per vnum teſtem, adeſt cōfeſſio eiuſdem Griglati abſente parte probata per Antoniū Rebuſi, quæ confeſſio abſente parte probata per vnum teſtem ſaltem inducit præſumptionem ant iudicium. Alex. in conſil. 46.
3 col. fi. verſi. de malafide etiā, lib. 3. † Immo in cauſa matrimoniali & ſpirituali ita vt̄ probare confeſſio abſente parte, ſicut parte præſente. Feli. in c. ſi cautio, col. 7. ſecunda fallentia, de fide inſtru. ſequitur Dec. in conſ. 163 col. 2. Cur. Iunior in conſil. 168. col. 4. Et ſic vt̄ probatum matrimonium per duas probationes ſemiplenas, quæ videntur coniungendæ ad faciendū vnā plenā probationem iuxta no. per Bart. & doc. in l. admonendi, col. 12. verſic. his præmiſsis quæro. ff. de iureiur. ſaltem negari non poſſe vt̄ quin probatū ſit matrimoniū pluſquā ſemiplenè, quo caſu vt̄ locus iuramento ſuppletiuo non obſtante grauitate cauſæ. vt h̄r in c. multi. de iureiur. Alex. & Iaſ. in l. 3. in prin. ff. de iureiur. & idem Iaſ. in repe. d. l. admonendi, col. 101. Bal. in conſil. 125. & in conſil. ſeq. lib. v. ¶ Sed præmiſsis non obſtantibus contrarium puto de iure verius, q immo nō dicatur probatum matrimonium ſemiplenè & minus pluſquàm ſemiplenè. & pro fundamento conſidero, q ad hoc vt vnus teſtis inducat ſemiplenā probationē, oportet quòd ſit omni exceptione maior. Bar. in d. l. admonendi, col. 9. verſi. venio ad tertium. & ibi Iaſ. col. 21. in prima lectura, & in ſecunda lectu. col 69. nume. 146. Immo modicus defectus impedit ſemiplenam probationem vnius teſtis. Bal. in c. ſacramentum, de conſue. recti feudi. ſequitur Alex. in conſi. 32. col. 1. verſ. bene facit, lib. 1. Sed Ant. Melica primus teſtis nō eſt omni exceptione maior, cui nulla macula imputari poſsit, immo multùm maculatus & ſuſpectus redditur ex eius depoſitione in qua demonſtrat magnam eius affectionem erga ipſam Bertulinā: quia ipſe teſtis quærebat modum quo tale matrimonium contrahi poſſet, dicendo in domo Mauritij Rebuſi q vocaretur ipſa Bertulina, vt veniret in dictam domū vbi erat ipſe Griglati. Rurſus ducendo ipſam Bertulinā ad domum Guliermi Cerruti, vbi erat ipſe Cerruti ad finem contrahendi matrimoniū. Amplius ipſe teſtis redarguit ipſam Bertulinam cur non ſecum tuliſſet anulū pro deſponſatione, quem anulum ipſe teſtis ſecum portabat & dedit eidem Bertulinæ. ¶ Similiter rediit ipſe teſtis ad domū dicti Cerruti interrogando ipſam Bertulinam ſi quid egiſſet adhuc: qua r̄ndente q non receſsit, deinde iterum rediit, eandem Bertulinā vocando & interrogando ſi quid adhuc actū eſſet, & audita r̄nſione ipſius Bertulinæ q habita eſſet deſponſatio, ſtatim acceſsit ad matrē ipſius Bertulinæ eidē dicendo, Nuncio vobis bona noua. Ex quibus actibus & verbis non obſcurè probatur q̃ vehementer affectaret & deſideraret iſte teſtis matrimoniū illud vt contraheretur. Ex alio arguit maxima iſtius teſtis affectio, nam cū audiuiſſet a Mauricio Rebuſi q Michael Bellina auunculus dicti Griglati eſſet in via & ludū feciſſet, r̄ndit ipſe Melica, Dimitte ſibi facere quid voluerit, ipſam deſpōſauit. Et deinde adhuc reuerſus eſt ipſe teſtis cū dicto Mauritio ad domū dicti Cerruti vocādo ipſos Griglati & Bertulinā & quos cooperiri p̄miſit Clamide aut mātello ipſius teſtis admonēdo ipſos ne cui releuarēt etiā ſi interrogati eſſent. Deinde in mane diei ſequentis interrogauit idem teſtis eandem Bertulinā ſi matrimonium cōſummaſſet, quæ omnia affectionē non modicā arguunt ipſius teſtis ad dictum matrimonium. Iſta etiam affectio eiuſdem Melicæ arguitur ex teſtimonio Mauricij Rebuſi dum deponit ipſum Melicā dixiſſe Dicat Michael Bellina quid velit, res acta eſt. † Sed ratione affectionis teſtis nō dicitur omni exceptione maior, immo eſt adeò ſuſpectus q repel-
6 litur in totū. l. fi. ff. de teſtibus. Abb. in c. videtur. in fi. qui matri. accu. poſ. Idē voluit Bar. in d. l. admonendi. col. 9. verſic. venio ad tertiū. vbi q vnus teſtis conſanguineus aut multùm amicus repellitur, vt ſemiplenè nō p̄bet, quod ex alio non ſit niſi rōne affectionis p̄ſumptæ. ſi affectio præſumpta teſtē repellit, multò magis affectio vera & exp̄ſſa, de qua verè cōſtat ex depoſitione ipſiuſmet teſtis, cùm veritas ſit fortior p̄ſumptione. l. nuptura, in fi. ff. de iure dotium. l. fi. ff. quod metus cau. c. is qui fidē. de ſponſal. c. quicūq;. 80. di. Et q teſtis affectus parti pro qua deponit, repellatur, voluit Anch. in conſ. 227. Ad corroborationem. col. fi. ſequitur Ale. in conſi. 146. col. pen. poſt med. verſi. & vbicunque apparet lib. 5. & in conſi. 152. colum. 3. verſi. diminuit ēt, li. 7. Ideo ratione affectionis repelluntur a teſtimonio aduocatus & procurator licèt cauſa principalis ad eos nō pertineat nec cōmodum ſperent. gl. & Bar. in l. deferre. §. idē decreuerūt. ff. de iure fiſci. Bar. in l. omnibus. C. de teſtibus. īmo qui fuit procurator in cauſa principali, nō poteſt eſſe teſtis in cauſa appellationis ratione præſumptæ affectionis. c. Romana. de teſtib. li. 6. Inn. & doc. in c. inſuper. de teſtibus. & de aduocato q repellat̄, no. gl. in c. ſtatuendum, in verſic. cognitor. 2. q. ſimiliter ratione affectionis repellitur proxeneta ēt ſi nullum ſalarium ſit percepturus. Inn. & doc. in c. dilectorum. de teſti. cog. Ale. in conſ. 13. li. 1. Nec dicatur admitti teſtem affectionatū in cauſa matrimoniali fauore matrimonij, quia repellit affectio teſtem etiā in criminalibus exceptis prout in cauſa læſæ maieſtatis. Old. in conſ. 210. Regularis, col. 2. vbi loquitur in crimine hæreſis in quo teſtis repellitur propter affectionē. Et in cauſa matrimoniali tradit Abb. in d. c. videtur, in fi. qui matri. accu. poſ. Alex. in conſil. 153. col. 2. in fi. ver. alia ratione ēt lib. 5. ſequitur Dec. in conſil. 133. col. 3. in fi. verſ. confirmatur hoc quia patet & in conſ. 310. col. 2. in prin. Addo Aret. in conſi. 13. col. 3. verſi. his præmiſsis. ¶ Sed ultra affectionē probatam ex teſtimonio ipſiuſmet teſtis ex dicto illius Mauritij Rebuſi, probatur etiam clariſsimè & magis efficaciter affectio iſtius teſtis, quia fuit & eſt ſolicitator huius cauſæ prout teſtes ipſius Griglati clariſſimè depoſuerūt,
5 qui ſolicitator etiam repellitur propter affectionem. Imola in conſ. 135. col. 2. vbi loquitur etiam in non ſalariato. tradit Rota deciſ. 154. in nouis. & in cauſa matrimoniali q ſolicitator repellatur, tradit Ale. in dicto conſil. 153. col. 2. in fi. & in conſi. 154. col. 1. eo. li. 5. Deci. in d. conſi. 133. colum. 3. in fi. & in dicto conſi. 310. colum. 2. Ex quibus apparet dictum iſtius teſtis nihil oīno probare ratione ſuſpitionis ex eius affectione procedētis. ¶ Non ēt probat Mauritius Rebuſi, quia laborat eodem morbo affectionis, tam ex ſolicitatione cauſæ q̃ ex verbis per eū prolatis, de quibus loquuntur teſtes ipſius Griglati plures numero. Præterea iſte teſtis in pluribus variat his quæ depoſuit Anton. Melica prout pōderatū fuit per dominos patronos cauſę Aymonem Marinum & Aymarium de Bagnolio. ¶ Secundò r̄ndeo ad iſtos teſtes q̄d nō deponunt de aliqua cōfeſsione ipſius Griglati, ſed ipſius Bertolinæ, cui in cauſa propria credendū nō eſt. l. omnibus. C. de teſtibus. Nec obſtat q Griglati eſſet p̄ſens, q̄a teſtes nō dicūt q eſſet pręſens, ſed q prope erat: & pōt quis eſſe prope aliū & tñ nō intelligere aut aduertere q̄d ille alius dicat. quinimmo etiā ſi teſtis ſimpliciter dicat de aliquo præſēte & aſſiſtente aliquibus verbis, non tñ intelligitur de præſentia cū intellectu, quia pōt quis adeſſe & tñ nō intelligere vel aduertere. l. 1. §. fi. vbi Bar. ff. de autori. tu. gl. Bal. & doc. in l. 2. §. fi. ff. ſol. mat. & probat̄ in l. hæredes palàm. in princ. ff. de teſtam. vbi Bal. & Ang. tradit Alex. in conſ. 180. col. 2. in prin. verſi. & licet ipſe teſtis lib. 2. & in conſi. 112. col. 3. in fi. verſ. præterea nō apparet, li. 3. & maximè hoc procedit in caſu noſtro in quo Anto. Melica dicit ſe ignorare an Griglati audierit talia verba vel nō, licèt audire potuerit. Mauritiꝰ aūt Rebuſi dicit ſe audiuiſſe talia verba Bertulina in exitu ab angulo quo tunc Griglati erat caligis diſſolutis: & ſic ex facto illo inuerecundo ſatis veriſimile eſt q non aduerteret ipſe Griglati ad illa verba. Tertiò reſpondeo q in hoc iſti teſtes deponunt nō veriſimilia: nam Mauritius Rebuſi deponit de cōfeſſione Bertulinæ facta ī p̄ſentia ipſius Melicæ de qua Melica nō deponit, & tñ pluſquā veriſimile eſt q Melica tātopere affectionatus de illa cōfeſſione depoſuiſſet vt eam geminatā redderet. ſimiliter nō ē veriſimile dictū iſtorū teſtiū, quia ſi Bertulina ita dixiſſet intelligente ipſo Griglati, pluſquā veriſimile eſt q ipſi teſtes adeo affecti in gratiā ipſius Bertulinæ ipſum Griglati interrogaſſent de veritate ipſius matrimonij
6 aut cū eo congratulati fuiſſent. † Dictum igitur iſtorū teſtium

non

non veriſimilia loquentiũ attendi non dẽt tanquam ſuſpectũ de falſo. Abb. in c. quia veriſimile. circa fin. verſi. no. ꝙ ↄtra teſte. de præſumpt. Imo. in conſ. 134. in fin. Dec. in c. licet cauſam, col. 7. in 21. no. de probat. & conſ. 94. col. 5. Iaſ. in l. ſi extraneus, in quarto not. ff. de condi. ob cauſ. ¶ Quarto rñdeo, poſito & non conceſſo, ꝙ Griglati præſens eſſet tali confeſſioni Bertulinæ & eam intelligeret, non tñ ſequitur, ergo perinde eſt ac ſi ipſe Griglati ita confeſſus eſſet, quia aliud eſt confiteri aliud confitenti conſentire. l. aliud eſt vendere. ff. de ver. ſig. poterat n. conſentire tali cõfeſſioni ad effectũ vt cũ amica facilius veneris ſolennia celebraret. & ſic iſta probatio non concludit, conſenſi vt aliquis ita confiteretur, ergo ego confeſſus ſum vel veritas ita ſe habet. ¶ Similiter non ob. teſtimoniũ Antonii Rebuſi quia loquitur de quadam cõfeſſione extraiudiciali, quæ non probat ẽt in cã matrimoniali, vt per Alex. in d. conſ. 154. col. pen. lib. 5. idem tenet Pau. de Caſt. in conſ. 155. lo cã quæ vertitur coram dño Vicario. col. j. in fi. ver. 2. non proficiunt. lib. 2. ¶ Nec obſt. quod probat confeſſio de æquitate canonica abſente parte, quia in contrarium dicit eſſe cõem opin. Alex. in conſ. 180. col. 3. lib. 2. vbi ẽt dicit ꝙ contrarium poſſet procedere in foro pœnitentiali aut ſpirituali puta qñ ageret per viam denunciationis euangelicæ. ¶ Secundò rñdeo & hic diligenter aduertatur ꝙ iſte Griglati matrimoniũ cũ alia contraxit & ſic agitur de infringendo matrimonium aliud, quo caſu cã matrimonialis æquiparatur cauſæ criminali, nec iſto caſu admittuntur teſtes coniuncti ad probationẽ matrimonii, qui alias admitterentur data paritate viri & mulieris. c. j. ubi Ant. de Butr. de conſang. & affi. Alex. in conſ. 143. col. 2. verſ. præterea ẽt. li. 5. Soc. in conſ. 17. col. 4. verſ. quinimmo vult Bar. de Sali. lib. j. Dec. in cõſi. 133. col. 2. & iſto caſu procedit dictũ Veron. in conſ. 5. col. j. & col. 6. verſi 4. præſumptio, vbi ꝙ teſtes in probando matrimonio debent eſſe omni exceptione maiores. hoc ita præſuppoſito ꝙ iſta cauſa matrimonialis æquiparetur criminali, dico ꝙ in cauſa criminali confeſſio extraiudicialis abſente parte non probat, ẽt de æquitate canonica. c. q̃ ſit graue. vbi not. de exceſ. prælat. Alex. in d. conſ. 180. col. 3. ver. item dato. lib. 2. Similiter in cauſa criminali iſte teſtis Ant. Rebuſi non eſt idoneus, quia minor annũ 25. ẽs 25. vt ipſe aſſeruit. ff. de teſtib. Old. in conſ. 192. col. 2. circa med. Alex. in conſ. 64. lib. j. quod eſt repetitum in conſ. 176. lib. 5. ¶ Nec dicatur iſtos teſtes coniungi debere & defectus ipſorum inuicẽ per alios ſuppleri, quia ea quo oẽs ſunt defectuoſi, non põt vnus defectuoſus aliũ ẽt defectuoſum iuuare, quia cæcus cæco ducatũ nõ præſtat: & impoſſibile videtur ꝙ teſtis vnus inhabilis aliũ idoneum & habilẽ faciat. l. traditio. ff. de acq. rerum domi. l. nemo plus. ff. de reg. iur. & qđ requiratur vt vnus teſtis ſit oĩno idoneus, vt ſuppleat defectum alterius, voluit Bal. in conſ. 151. Plura tanguntur. lib. j. & in conſ. 10. In q̃one quæ vertitur inter Philippum. col. j. lib. 5. Alex. in conſ. 93. col. 3. verſ. nec põt dici. li. 6. Cor. in conſ. 172. col. pen. num. 20. lib. 2. Dec. in c. cauſam quæ, col. j. de offi. deleg. & in conſ. 133. col. 3. ante med. verſ. nec prædictę concluſioni obſtat. Et ꝙ teſtium defectus non ſuppleatur per numerum qñ oĩno repelluntur, tradit Alex. in conſ. 57. col. pe. in conſ. 177. col. fi. & in conſ. 185. col. pen. lib. 7. Cor. in conſ. 333. col. 7. in fi. verſ. item ſunt multi ibi non aũt dico. li. j. quod ſine dubio procedit in cauſa graui & ardua, in qua numerus teſtiũ non ſupplet, licet teſtes non oĩno repellantur. Bal. in c. ad noſtrã. de teſti. Iaſ. in l. prætor. §. cogetur, col. 2. ff. de eden. ¶ Secũdo rñdeo ꝙ hic tractari non põt de fide ſupplenda cum iſti teſtes non deponant de eodẽ actu, ſed diuerſis, ideo q̃uo poteſt vnus teſtis ſupplere fidẽ alterius teſtis circa confeſſionem de qua teſtis ipſe ſupplẽs nihil loquitur? iſto. n. caſu vbi teſtes diuerſa dicunt, tractatur de cõiunctione probationum an coniungi debeant potius quam de ſuppletione. ¶ Similiter non poſſunt coniungi teſtimonia iſtorũ triũ ex quo ſingula de per ſe ſunt oĩno imperfecta & vnumquodque per ſe nihil põt operari. l. ſpadonem. §. qui iura multa. ff. de excuſa. tut. l. j. cum gl. C. qui numero tut. Bal. in l. ſi quis ea argẽtarius. §. j. ff. de eden. Plura enim imperfecta vnum perfectum conſtituere non poſſunt, ſicut plures cæci unũ videntem non conſtituunt, nec plures claudi vnum rectum. c. tam literis, in prin. c. de teſti. c. inter dilectos. de fide inſtru. c. dum ſanctum, de pœniten. di. 1. 1. quæ iura ad hoc citat Cald. in conſ. 5. in fi. in tit. de regular. & in probationibus ita imperfectis q̃ non coniungantur, tradit Bald. in l. ſi quis ex argentariis. §. j. ff. de eden. vbi qñ fama nõ eſt bene probata nunquam coniungitur cum vno teſte deponente de veritate. tradunt doct. in d. l. admonendi, vbi Iaſ. colum. 89. Dec. in conſ. 57. col. 3. in fin. verſ. nec obſt. quòd vnus teſtis. ¶ Non obſt. quòd hic agitur de matrimonio clandeſtino, in quo probationes leuiores videntur ſufficere. l. conſenſu. C. de repud. Bartol. in l. ſi quis ea argentarius. §. pe. ff. de eden. Cald. in conſi. 4. titu. de probat. cum ſimil. quia iſtud procedit in his quæ de ſui natura ſunt difficilis probationis, ſecus quando difficultas probationis procedit facto & culpa partis quæ poterat teſtes adhibere, prout in matrimonio quod publice contrahi poteſt & debet. ita in terminis matrimonii clandeſtini reſpondet Alex. in d. conſi. 155. col. 3. poſt med. verſi. non obſt. etiam ſi dicatur. lib. 5. Soc. in d. conſilio 17. col. 2. verſi. nec obſt. l. conſenſu. lib. 1. Dec. in d. conſi. 133. col. fi. verſi. vltimo non obſt. & in d. conſi. 310. col. 2. verſi. & in iſto caſu. Non obſt. quòd intentio Bertulinæ ſaltẽ videtur probata pluſquam ſemiplene ob id ꝙ locus videtur iuramento ſuppletiuo etiã in cauſa matrimoniali, vt per Alex. & Moder. in l. 3. in princ. ff. de iureiuran. Bald. in conſi. 252. & in conſil. ſequ. lib. 2. Quia reſpondeo ꝙ non fuit probatum pluſquam ſemiplene immo ne quidẽ ſemiplene per aſſertos teſtes ſingulares & affectionatos, teſtes enim ſingulares non coniunguntur vt ſemiplene probent. Alex. in conſi. 128. column. 2. verſi. & dicti duo teſtes. lib. 2. Deci. in d. conſilio 133. colum. 3. circa med. Et iſtud eſt quod dicitur plures teſtes ſingulares minus probare quàm vnum. Bal. in l. de quibus, col. antepenult. ff. de legib. & in l. iuſiurandi, col. 3. C. de teſtibus. Deci. in conſil. 159. colum. 4. circa fin & in conſi. 189. col. 4. Et licet iſtud dictum non ſoleam ita paſſim approbare in qualibet teſtium ſingularitate de qua Deo duce latius ac clarius quandoq; dicemus nodos ſingularitatis teſtium diſſoluendo & ad veram claramque doctrinam reducendo, tamen ſequor in caſu iſto ſtante tanta iſtorum teſtium affectione & non veriſimilitudine dictorum eorum. ¶ Sed finge probatam eſſe pluſquam ſemiplene citra præiudicium veritatis, dico nullo modo locum eſſe iuramẽto ſuppletiuo, immo ꝙ etiam ſi Griglati reus ſponte confiteretur ſe contraxiſſe primum matrimonium clandeſtinum, adhuc non ſtaretur tali confeſſioni, ideo fruſtra quæritur de iuramento ſuppletiuo, quod etiam ſi præſtitum ſit nihilo minus proficeret, etiam accedente confeſſione ſpõtanea ipſius Griglati, quod probatur ex no. per cano. in c. 2. de clande. deſpon. vbi ſi probetur primum matrimonium clandeſtinum per vnum teſtem & famam & confeſſionem coniugum, ſecundum vero matrimonium probatur publice contractum in faciem ſanctæ matris Eccleſię per veras probationes puta per duos teſtes, præualet probatio ſecundi matrimonii in odium clandeſtine contrahentium. ſequitur Soci. in conſi. 570. col. 2. in fi. verſi. iſta concluſio probatur. lib. n. & in conſi. 119. circa med. lib. 3. Capel. Toloſa. q. 172. Gozadi. in conſi. 77. col. 2. in fin. Ideo Paul. de Caſtr. in conſi. 45. licet per ſuprascriptum eximium conſultorem, col. fin. lib. j. ſimpliciter & indiſtincte uoluit non eſſe locum iuramento ſuppletiuo quando agitur de infringendo aliud ſecundum matrimonium. idem voluit Alexand. in d. conſi. 143. col. 2. lib. 2. Ita enim cauſa matrimonii dicitur capitalis quãdo agitur de duplici matrimonio ſi probetur ipſum Griglati matrimonium duplex contraxiſſe. l. eum qui duas. C. de adult. in cauſa autem capitali ſine dubio ceſſat iuramentum ſuppletiuum. ita arguit Soc. in d. conſ. 17. col. 4. verſ. quinimmo uult Bartholomæus de Sali. lib. j. Et miror ꝙ non fuerit deductum & probatum de ſecundo matrimonio publice contracto per iſtum Griglati in faciem ſanctæ matris Eccleſiæ, quam probationem omnibus modis fieri conſulo ad tollendum omnem ſuſpitionem & dubitationem.

¶ Addo etiã ultra præmiſſa quæ pulchre & copioſe tradit Geminia. in conſi. 27. Super dubijs. ubi quando eſt quæſtio de diuerſis matrimoniis, illud præualet quod plenius & fortius probatur, per tex. in c. iuraui. ſecundum ultimam lecturam glo. de probatio. per tex. in ca. ſicut. & c. præterea. de teſtibus. in c. lator. ubi glo. in uerſi. ſuberraſſe. & in c. conſanguinei. de re iud. & no. per doct. in c. illud. de præſump. ubi non attẽditur probatio præſumptiua aut minus plena matrimonii in præiudicium alterius matrimonii, quod plene probatur. Sed in caſu noſtro ſecundum matrimonium plenè probatur, ergo &c.

¶ Ex præmiſſis cõcludo male & peſſime iudicatũ per d. iudicem aut Vicarium Caburri, ſanctiſſimeq; appellatum ad curiã metropolitanã Taurini. Sed partes primi iudicis erant in tradendis dubiis & motiuis, ex quorũ diſſolutione & explicatione ſatiſfactum fuiſſet iuſtitia cum honore ipſius iudicantis. Planè non parũ multi hodie iudices aut aſſeſſores agũt, qui ipſi iura omnia putant habere in ſcrinio pectoris, etiam ſi puram ignorantiam teneant ſed & illud maximi eſſe ducunt ſi contra peritiorũ opi-

nlones aut ſententias ipſis abſentibus & inanditis ſententias iaculentur, illud veriti ne inſcitia eorum palam fiat dubiis redditis aut ipſis auditis. Non itidem præſtitit dominus Clemens Boglanus officialis Taurini apud quē ipſum cauſa hæc agitur, etenim illud maluit vt dubia traderet, licet pro eius prudentia longe maiora per ſeipſum eſſet præſtaturus. Cui ipſi cauſa commēdo pro veritate & iuſtitia, non omittendo rationem habendam eſſe iuramenti deciſiui præſtiti per ipsū Griglati ſuper altare & reliquiis ſancti Antonii, nemo enim immemor præſumitur ſalutis æternę. l.fi.C.ad legem Iul.rep.c.ſancimus.j.q.7.cum ſim. Sauiliani, die 18.Maii 1546. Ad formam cōſilii fuit pronunciatum per memoratum dominum Clementem Boglanum Iuriſconſultum minime obſcurum & olim diſcipulum meum perſpicacisſimum.

Aymo Crauetta ex Sauiliano. I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Propter diuerſitatem ſummarum, diuerſitas præſumitur obligationis, & ambæ ſummæ dicantur debitæ cum ſint diuerſæ.*

2 *Ex diuerſitate perſonarum diuerſitas præſumitur obligationum.*

3 *Ex diuerſitate ſcripturarum arguitur diuerſitas voluntatū.*

4 *Tertij abſentis conditionem meliorem facere poſſumus, deteriorem uero minime.*

5 *In generali diſpoſitione non ueniunt ea per quæ animæ periculum incurritur.*

6 *Vna præſumptio tollit alteram, & fortior uincit debiliorem.*

7 *An quitatio reſcindi debeat ex capite læſionis & doli.*

8 *Dolus arguitur non ſolum ex taciturnitate, ſed etiam ex falſa expresſione.*

9 *Doli præſumptio ceſſat ex præſentia propinquorum & amicorum.*

CONSILIVM CCLXXXII.

¶Pro nobili Magdalena vxore Nobilis Laurentii Canzoni de Sauiliano contra nobilem Siruphinum Monforti de Raconiſio.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. De tribus videndum eſt in hac cauſa nobilis Magdalenæ relictæ quondam no. Lazari Monforti contra no. Siruphinum Monforti de Raconiſio. Primò an p ſecundum inſtrumentum conſtitutionis dotium factæ per dominum Baſilium Abbatem Caramaniæ de anno 1531. & die 15. Octobris dicatur receſſum a priore conſtitutione dotium facta de anno 1528. & die 15. Februarii, ita q quitatio producta per dictum Monforti de contentis in poſteriore inſtrumento extendatur etiam ad contenta in primo? ¶Secundo uidendum eſt an dicta quitatio reuocari aut reſcindi debeat ex cā doli & læſionis, attenta maximè ætate ipſius Magdalenæ? ¶Tertio an obſtet exceptio dotis non numeratæ oppoſita contra primum inſtrumentum dotis? ¶Aggredior primum dubium. In quo dicendum videretur per ſecundam dotis recognitionem receſſum videri a prima. quia poſterior conuentio derogat priori. l. pacta nouisſima. cum ibi no. C. de pact. Secūdò, quia nō videtur veriſimile quòd memoratus dominus Baſilius voluerit duplici onere conſtitutionis dotium ſe grauare. l. nauis. §. cū autem. ff. ad legem Rho. de iactu. l. incola. & l. fi. §. item reſcripſerunt. ff. ad municipa. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matr. l. Titia. §. qui inuita. ff. de lega. 2. l. qui dotem. ff. de dote prælega. Ideo in dubio fit interpretatio vt minus quis obligetur quàm ſit poſſibile. l. quicquid aſtringendę. ff. de verb. obl. l. ſemper in obſcuris. ff. de reg. iur. cum ſim. Accedit qualitas meriti dictæ Magdalenæ non digni tāta dote ſi dotem multiplicatam dicimus, cuius qualitatis ratio videtur habenda. l. quæro. ff. de iure dotium. ¶Concurrit etiam communis curſus & obſeruantia quia non ſolēt homines dotes bis conſtituere. valet autem argumentum a cōmuniter accidentibus. gl. & doct. in l. neque natales. C. de probat. & ex communi curſu inducitur præſumptio. Bal. in conſ. 352. Ioannes & Federicus. col. 2. ante med. li. 5. Immo valet argumentum a communiter accidentibus etiam quando de crimine ciuiliter agitur. Abb. in conſ. 113. col. 3. lib. 2. ¶Rurſus videtur res clara ex declaratione ipſius domini Baſilii, qui atteſtatus eſt de vna tantum dote cogitatum fuiſſe, cuius declarationi videtur ſtandum, ſicut dicitur de confitente quòd poteſt confesſionem ſuam dubiam declarare. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. c. cum dilecti. de accuſa. Bal. in conſ. 247. Ad euidentiam. col. 2. libr. 5. Ant. de But. in c. ex literis. el j. in fi. de ſponſal. Alex. in conſ. 183. col. 2. lib. 5. cum ſi. Poſtremo agitur de conſtitutione dotium facta per clericos & prælatos, quorum genus dicitur auarisſimum. glo. in c. ſi pluribus. in verſ. m[...]ori, de præb. & in c. nonnulli. de cle. non reſid. Ideo vbi agitur de ſolutione temporalium fit interpretatio contra clericos, vt in eis ſolutum præſumatur, quia non eſt veriſimile pro magna eorum auaritia, quod negligentiam in exigendo commiſerint. Abb. in c. j. de decimis. & de auaritia clericorū tradit Soc. in conſ. 15. col. 6. lib. j. quòd auaritia maxime pręſumitur in clericis: ideo propter auaritiā clericorum periit lex de ſacerdote, & viſio de propheta. c. diaconi ſunt. §. nunc autē 93. diſt. Quomodo igitur veriſimile eſt quod clericus ſtrictisſimi iuris duplici dotis onere grauatum ſe eſſe voluerit, arg. l. cum de indebito. ff. de probat.

¶Sed præmisſis non obſtantibus, contrarium puto de iure verius, q immo duplex dos dicatur conſtituta & recognita proba-
1 tur iſta concluſio ex regula iuris, quæ habet, † q propter diuerſitatem ſummarum diuerſitas præſumitur obligationis, & ambæ ſummæ dicuntur debitæ cum ſint diuerſæ. l. ſi ita qui ducenta. in princ. vbi glo. ff. de rebus dubiis. Bart. in l. cum centum. in princ. ff. de verb. obl. Alex. in conſ. 4. col. j. in verſ. ſed præmisſis non obſtantibus. lib. j. Iaſ. in conſ. 87. col. j. lib. 3. in l. ſcire debemus. in fi. prin. ff. de verb. obli. Sed iſta duo inſtrumenta continent diuerſas ſummas, nam primum loquitur de ſcutis mille recognitis p dote, & ſcutis centum ex cauſa donationis propter nuptias, ſecundum vero loquitur de ſcutis ducentum ſupra mille ex cauſa dotis, & de ſcutis tercentum ex cauſa donationis propter nuptias. ſtante igitur tanta ſummarum diſparitate, identitas obligationis præſumi non poteſt.

¶Secundò, amplius conſidero q licet ambo inſtrumenta continerent eandem ſummam & ex eadem cauſa, adhuc cenſeri deberent diuerſæ obligationes vt ambæ ſummæ debeantur. l. quinquaginta. cum gl. ff. de proba. Bar. in l. triticū. ff. de ver. obli. Alex. in l. qui bis idem, in fi. ff. eod. tit. & in d. conſ. 4. col. 2. verſi. accedit deciſio. lib. j. Iaſ. in d. conſ. 87. col. j. lib. 2.

¶Tertio iſta duo inſtrumenta vltra diuerſitatem quantitatum continent etiam diuerſitatem perſonarum, quia in primo inſtrumento no. Michael Monforti confitetur habuiſſe dotes a dominis Clemente & Baſilio. in ſecundo vero inſtrumento a Baſilio
2 tantum, ideo † ex diuerſitate perſonarum diuerſitas etiam præſumitur obligationum. Bar. in l. ſi Stichum. §. fi. ff. de ſolutio. ſequitur Iaſ. in d. conſ. 87. col. j. poſt med. lib. 3.

¶Quartò cōcurrit diuerſitas temporum, quia primum inſtrumentum rogatum eſt de anno 1528. ſecundū vero de anno 1531. ex qua temporum diuerſitate diuerſitas etiam præſumitur obligationum, licet ſit identitas rei. Bald. in l. ſeruo. §. ſi a primo. ff. de leg. j. in l. Sempronius, in ſecundo not. ff. de lega. 2. & in l. ne caſu. C. de diſcuſ. lib. 10. ſequitur Alex. in d. conſ. 4. col. j. in fi. uerſic. ſed præmisſis non obſtantibus. lib. j. Iaſ. in d. conſ. 87. col. j. in fi. li. 3. & in l. planè. j. §. j. col. 4. ſuper gl. in verbo oſtendatur. ff. de lega. j. Addo Soc. in l. j. in prin. col. 5. poſt medium. ff. de vulga. vbi quòd ex diuerſitate loci temporis inducitur diuerſitas facti. allegat no. in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. Addo etiam Alex. in conſ. 3. col. 2. in fi. verſ. aliud etiam vehementer obſtat. lib. 2. in conſ. 188. in fi. lib. 7. ſed hic plura concurrunt, quia vltra diuerſitatem loci & temporis concurrit etiam diuerſitas perſonæ & ſummarum, ergo &c.

¶Quinto vltra Alex. & Modern. iſtam quæſtionem in terminis decidit Bal. in conſ. 218. Viſo inſtrumento. lib. 5. vbi ſi maritus in vno inſtrumento confitetur habuiſſe ducentum pro dotibus, in alio vero inſtrumento confitetur habuiſſe [...], dos erit quingentorum & ſic vtraque dos vxori reſtitui debet. Idem in effectu voluit Bar. in d. l. Sempronius Proculo. ff. de leg. 2. in prima
3 oppo. vbi quòd † ex diuerſitate ſcripturarum arguitur diuerſitas voluntatum, per d. l. quinquaginta. ff. de probatio. alia igitur fuit voluntas diſponentium in primo inſtrumento alia in ſecundo, & ſic ex vtroque inſtrumento agi poteſt. ¶Sextò confirmantur præmiſſa, nam prima dos conſtituta fuit a duobus Clemente & Baſilio, ſecunda a Baſilio ſi dicimus ſecundam conſtitutionem primam includere aut ſub ſecunda includi primam, ſequitur

neceſſario

neceſſario nouatio quæ in dubio non præſumitur niſi expreſſe agatur.l.fi.C.de nouatio.not.in l.ſingularis.ff.ſi cert.peta. & in l.qui vſumfructum.ff.de verb.obl.

¶Septimò ex alio dico priorem dotis recognitionem nouatā dici non poſſe, nam ex prima recognitione erat quæſitū ius Magdalenæ, quia ſocer promiſerat eidem reſtituere dotes notario pro ea ſtipulante, ex qua promiſſione de reſtituendo ſocer erat obligatus licèt re vera dotes non recepiſſet, & poterat ſocer agere cōtra promiſſores ad ſolutionem non obſtante q; poſt ſoceri confeſſionem illi domini Clemens & Baſilius promiſiſſent dotes illas ſoluere, non obſtante illa ſoceri confeſſione quia ſocer videtur acceptaſſe talem promiſſionem loco ſolutionis & illa promiſſio eſt periculo ipſius ſoceri confitentis, vxori autem quæſitū eſt ius ex promiſſione de reſtituendo. ita Bar. & Pau. de Caſt. in l.pe. §.pen.ff.ſolut.mat. ſequitur Alex.in conſ.36.col.j.lib.2.& in conſi.148.col.j.lib.5.Soc.in conſ.179.col.4.ver. confirmantur poſtremo præmiſſa.lib.2.& in conſi.88.col.penul.in fin.lib.4.Corne.in conſ.151.in 2.dubio.lib.j.in conſ.209.col.fi.lib.3.& in conſ.109.lib.4.Bald.nouel.in trac.de dote in 8.parte priuilegio.24. & ſeq. Neuiza.in ſylua nuptiali.char.43. col.fin.ſecundum paruam impreſſionem, vbi quòd ita obtinuit coram regio Senatu Mediolani.Addo Bal.in conſ.324.Vir fuit confeſſus.lib.5. licet contrariū iſte teneat Curt.ſenior in conſ.55.poſt Roman.in conſ.445. hoc ita præſuppoſito quòd do.Magdalenæ eſſet quæſitum ius in reſtitutione totius dotis licet non ſolutæ contra ſocerum aut eius hæredes, dico quòd prima dotis recognitio etiam ſi partes voluiſſent, & ita intellexiſſent, nouari non potuit in præiudicium ipſius Magdalenæ quia in poſteriori recognitione aut in promiſſione incontinenti facta per dominum Baſilium conuentum fuit quòd ſocer non tenetur ad reſtitutionem dotium niſi quatenus ſolutæ eſſent, quod pactum valde erat & eſt damnoſum ipſi Magdalenæ, quæ agere poterat ex primo inſtrumento etiam non facta ſolutione dotium, ſed non potuerūt dominus Baſilius & ſocer nouare priorem dotis contractum in præiudicium ipſius Magdalenæ abſentis & non conſentientis & eidem auferre ius quæſitū. l.fi.de pactis.l.ſi defenſor, in princ.ff.de interroga.actio.l.non debet.ff.de reg.iur.c.non debet, eo.tit.lib.6,

5 ¶ † Tertij enim abſentis conditionem meliorem facere poſſumus, deteriorem vero minime.l.ſoluendo.ff.de neg.geſt. Poſito igitur quòd voluntas contrahentium in poſteriore inſtrumento talis fuerit, qualis per partem prætenditur, quid prodeſt talis voluntas ſine poteſtate.l.nolle.vbi Bar.ff.de acqui.hæred.l.cum te. vbi Bar.C.de donatio.ante nuptias.c.cum ſuper abbatia, de offi.deleg.Bal.in conſ.326.Rex Romanorum, col.5.ante med.lib.j.& in conſ.300.Ad euidentiam præmitto.col.2.lib.5.

¶Octauo conſidero q; ex primo inſtrumento duo erant obligati, Clemens & Baſilius, ſi dicimus per ſecundam conuentionē factam eſſe nouationē Clemens reperietur liberatus, & totum onus ſoluendo pertinebit ad Baſilium, ſed iſtud non videtur veriſimile q; Baſilius voluerit nouationem facere in fauorē alterius, & alterum eximere a vinculo obligationis, vt ipſe nouans inſolidum obligetur, in dubio enim non cenſetur quis velle ſeipſum ligare pro alio.l.ſi peculium.§.ſicut autem.ff.de pecul.lega.l.qui inſulam.§.fin.ff.locati.l.ſi miles.ff.de teſtam.mili.Oldr.in conſi.244.Factum tale eſt rectores.col.2. ¶Non per primam recognitionem dotis ſocer ſimpliciter ſe obligauit ad reſtituendum dotem Magdalenæ non diſtinguendo an eſſet ſoluta vel non, quia ſi ſoluta nō eſſet, poterat agere cōtra promiſſores, vt ā dictum eſt in 7.fundamēto. modo ſi per ſecundam recognitionem dotiū dicimus fuiſſe a prima receſſum, ſocer incidit in periurium, quia per ſecundam recognitionem aut pactū incontinenti appoſitum in alio inſtrō, ſolum voluit obligari ſocer ad reſtituendum quatenus recepiſſet & ſic per ſm inſtrm reuocaſſet ſocer promiſſionē factam in primo inſtrumento ſimpliciter, quæ reuocatio fieri non poterat citra periurij reatum: ſed in dubio non eſt præſumēdum quòd voluerit quis illud facere per quod in periurium incideret, nec cenſetur quis velle derogare diſpoſitioni iuratæ. gl.in c.cum non deceat.de electio.lib.6.cum ſim. vt per Felin. in c.conſtitutus.col.3.de reſcrip.Ieſ.in conſ.239.col.2.poſt med. libr.2. † nec in generali diſpoſitione veniunt ea per quæ animæ periculum incurritur, ideo quitatio generalis ad vſuras non extenditur. Abb. in conſ.314.col.3.in tertio dubio.lib. 2. Iam non poterant contrahentes per ſecundā conuentionē derogare iuri quæſito Magdalenæ ex prima, ſi in ſpecie talis derogatio fieri non poterat, multo minus dicendū eſt q; per ſecundā conuentionem generalem de prima nihil loquentem voluerint primæ derogare, cum non cenſeatur quis velle in genere, quod in ſpecie prohibetur.l.quamquā.ff.de ritu nup.l.ſi pater.ff.de his quæ in frau.credi.l.Lucius.§.pe.ff.ad municip.c.a nobis, vbi Abb.in 3.no.de ſent.ex co. cum ſimi. ¶ Decimò per diſpoſitionem ſecundo loco factā cenſetur priori derogatum niſi quatenus reperitur repugnans a prima, ita q; ambæ diſpoſitiones ſimul ſtare aut cōpati nō poſſint, etiā q; ſecunda diſpoſitio ſit derogatoria generalis.Bar.in extrauag. ad reprimendum.in verſi.non obſtantibus.Rom.in cōſ.58. Alex.in conſ.122.col.j.lib.4.& & in conſi.193.lib.6.cum ſim.ſed ſecunda recognitio dotium non aduerſatur aut repugnat primę cum ambę ſimul ſtare poſſint, ergo &c. Ex præmiſſis abunde (vt arbitror) comprobata videtur intentio ipſius Magdalenæ. ¶ Illud ſupereſt vt reſpondeamus ad cōtraria, ex quorū cōfutatione ſplēdidior fiat res. Itaq; non obſt. primū argumentū, quod poſterior cōuentio derogat priori.l.pacta nouiſſima. C.de pac. quia illud procedit qñ poſterior conuentio eſt contraria primæ & illi repugnat vt inuicem compati non poſſint, vt per Decium in d.l.pacta nouiſſima, col.j.in fi. & dictū ſupra in decimo fundamento facto ipſius Magdalenæ. ¶ Non obſt. ſm argumentū, q; non eſt veriſimile q; dñs Baſilius voluerit ſe grauare duplici onere pręſtationis dotium: quia reſpōdetur, q; immo eſt veriſimile ex quo ſecundā dotiū cōſtitutionē fecit diſparis quantitatis in diuerſis tempore & loco. ſi enim duplicē dotē conſtituere noluiſſet, non ſecundā cōſtitutionē feciſſet, ſed ſolum donaſſet ipſi Magdalenæ ſcutos ducētū, faciendo aūt duplicē conſtitutionē dotium, iura præſumunt q; onere duplici grauare ſe voluerit, maxime ſtante diſparitate ſummarum, diuerſitate perſonæ, loci & tēporis, per latè ſupra adducta. ¶ Secundò reſpōdeo q; hic concurrūt ratio coniunctionis ſanguinis & fauor dotis, ex quibus de facili donatio præſumitur, vt per Bar. & doc.in l.quæ dotis.ff.ſolut.mat. ¶ Tertiò reſpondeo q; attento iſto argumento loqueretur correctio iuriū & concluſionis doc. q; vbi bis promittitur eadē ſumma vel diuerſa in diuerſis ſcripturis, diuerſis tēpore & loco, vtrunq; debetur, q2 nūquā vtrunq; deberetur. ſequeretur etiā correctio iuris q; nouatio nō præſumitur niſi expreſſe agatur, nā immo pręſumeretur nouatio ne onere duplici aliquis pgrauetur. & cū in terminis habeamus claras iuriū & doctorū deciſiones, non eſt curandū de alijs coniecturis.l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff de lega.3.l.cōtinuus.§.cū ita.ff.de verb.obl.nec curamus de gloſſis & interpretationibus quando textus habemus & veras ac cōmunes doc.cōcluſiones.Bal.in conſi.343.Examinda ſunt, col.2.circa fi.lib.j. ¶ Quar-

6 tò reſpondeo † q; vna præſumptio tollit alteram, & fortior vincit debiliorem. l. non ſolum.ff.de ritu nup.l. diuus.ff.de in integ.reſti.l. qui duos. §.ſi Lucius. vbi Socin. in quarto not.ff.de rebus dubijs.c.tranſmiſſæ, qui filij ſunt legi.c.literas, de præſumptio. cum ſimil. Sed hic in terminis noſtris habemus plures & fortiores præſumptiones iuris ex quibus moti ſunt legiſlatores ad ſanciendum & conſtituendum ex pluralitate promiſſionum pluralitatem induci obligationum vt ex vtraque promiſſione agi poſſit, & alias etiam coniecturas & præſumptiones ipſi addidimus ergo &c. Rurſus præſumptio de qua in argumento contrario eſt vnica tantum, ſed hic plures concurrunt, ſed plures pręſumptiones numero vnicam debent vincere, l.3. §. eiuſdem.ff. de teſta.cap.cum nobis.c.licet ex quadam.& cap.licèt vniuerſis. extra eodem titu.plura enim vincula fortius ligant. §.ſi vero pater.inſtitu.de adoptio.l.re coniuncti.ff.de leg.3.cum ſimi. ¶ Non obſtat tertium argumentum de qualitate mariti, quod dote tam grandi non dignus eſſet, quia procederet argumentum ante factum, id eſt ante conſtitutionem dotium ſi ageretur de dote arbitranda aut taxanda, ſed poſtquam placuit dotem promiſſam conſtituere, illi ſtandum eſt l.ſicut.C.de actio.& oblig. Secundò reſpondeo quod immo perſona mariti dote tam magna digna erat conſiderato quod duxit vxorem puellam extraneam & incognitam ſine acceſſione affinitatis mortuis conſtituentibus clericis & prælatis. & dici poteſt iſto caſu contractū fuiſſe matrimoniū ſub nomine dotis, in qua ipſa re ſatis ſit cum viris prudētiſſimis verba facere, quorū acerrimum iudicium non prolixiore ſuaſione opus habeat, ¶ Tertiò reſpondeo q; iſta ſecunda promiſſio aut conſtitutio dotium facta eſt ex interuallo & poſt cōtractum matrimonium per virum eccleſiaſticum tunc opulentum qui vnam ipſam Magdalenā in patria coniūctam haberet, quid mirum videri debet ſi liberalitatis titulum in eam conferre voluerit. hic enim non mariti qualitas conſideranda, ſed dantis & eius cui datur. Datur ab eccleſiaſtico ditiſſimo non ſuſtinente

onera laicorum datur mulieri coniunctæ pro dotibus, non datur marito. Immo fit datio per modum non grauē permittendo fructus percipi vnius membri tantum abbatiæ alijs exuberantibus redditibus. Quartò reſpōdeo ꝙ iſta præſumptio ſumpta ex qualitate mariti nihil agit, poſtquam bis dos conſtituta eſt diſparia quantitatis, diuerſis tempore & loco, adiecta diuerſitate perſonæ quo caſu iura conſtituunt duplicem dotē promiſſam cenſeri nulla habita ratione perſonæ mariti in cuius gratiam dos non datur ſed mulieris, & ſatis præſupponunt iura mulierem in paupertate eſſe. Non obſt. quartum argumentū a cōmuni curſu aut a cōiter accidentibus, quia illud procedit in re dubia, ſed hic ſumus in caſu claro in quo ius clare determinat dotē duplicē cēſeri conſtitutā & vtranque deberi per ſupradicta. ¶ Secūdò reſpōdeo retorquēdo fundamentū qđ à cōiter accidentibus & ſecundū cōmunē curſum qui ſcđo loco quid promittunt, ſi ſemel tantū aut ad vnum tm̄ volunt obligari, illud exprimunt, vel qñ quis dotem tm̄ augere intendit non de nouo conſtituere, illud declarat. Itaque ſi intentio partiū erat dotem tm̄ augere non nouā conſtituere, loqui id eas oportebat, alias imputatur eis cur legē apertius non dixerint. l. veteribus. ff. de pact. & ſatis eſt Magdalenæ quod habeat regulam iuris pro ſe, probet reus ſuam exceptionem a regula, & tea. aut cōem aliquam concluſionem adducat ad probādum eius exceptionem gl. in l. oīs diffinitio. ff. de regu. iur. Bar. in l. quoties. ff. ſi quis cautio. & in l. 2. in prin. col. j. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. ¶ Non ob. quintum argm̄ ꝙ dn̄s Baſilius ita declarauerit eius intentionē, quia rñdeo ꝙ ſtari non debet tali declarationi in cā ſua propria & ad eius vtilitatem. trac. n. dn̄s Baſilius de ſe exonerando ne teneatur ad duplicem dotem. l. oībus. C. de teſti. Bar. in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fiſci. ¶ Scđo rñdeo qđ non admittitur talis declaratio ex interuallo poſt ius quæſitū ipſi Magdalenæ. Ang. in conſ. 209. vbi ꝙ pater qui dotem pro filia promiſit, non pōt ex interuallo declarare ſe illā promiſiſſe de bonis maternis in præiudicium filiæ cui ius quæſitum eſt ex ſimplici dotis promiſſione. quæ Ang. deciſio non propius ad caſum noſtrum poſſet pertingere. nec valet proteſtatio facta interuallo poſt ius quæſitum. l. ex morte. in fin. C. de pactis conuen. Bal. in conſ. 20. Decreto. lib. j. Corn. in conſ. 165. col. penult. circa med. lib. j. ¶ Tertio rñdeo ꝙ hic non agitur de aliqua declaratione ſed de noua diſpoſitione, declaratio. n. conſideratur qñ verba eſſent ambigua, ſecus vbi verba ſunt clara, licet agatur de interpretatione voluntatis, quia vbi verba ſunt clara non ſtatur declarationi alterius etiam principis in ꝑiudicium tertii. Pau. de Caſt. in l. hæredes palam. §. j. ff. de teſta. Aneba. in conſ. 398. præmitto, col. 2. verſ. ſed videndum eſt. Soc. in conſ. 260. col. 10. verſ. ex quibus infero. lib. 2. Corne. in conſ. 67. col. 2. circa med. libr. 3. Dec. in conſ. 114. col. fi. & in conſ. 299. Itaque cum verba iſtius ſecundæ conſtitutionis dotium ſint clara, nō videtur ſtandum declarationi domini Baſilii, maximè quia non obſcura eſt viri conſtantia.

¶ Non ob. ſextum & vltimum argm̄ de auaritia clericorum, quia ceſſat hic præſumptio auaritiæ vbi conſtat de liberalitate. ¶ Secūdo rñdeo quod non præſumuntur clerici auari circa nepotes & nepotes, iuxta illud pontificis, Cupiunt ſummi grādireq; nepotes. & ipſum hoc videmus ipſa rerum experientia quæ dicitur veritatis lumen. l. per hanc. in fi. vbi Sal. C. de tempor. appell. & dicitur experientia rerum magiſtra. §. fi. inſti. de ſatiſda. c. quàm ſit. de electio. lib. 6. & valet argm̄ ab experientia. l. ſi chorus. §. his verbis. ff. de lega. 3. ¶ Tertio reſpondeo quod præſumptio auaritiæ ceſſat in domino Baſilio notorie pluſquam liberali. vt aiunt. ¶ Ex præmiſſis abunde & efficaciter explicatum habemus primum conſultationis articulum, in quo ipſo prolixior fui atque arbitrarer, ob rei magnitudinem & articuli nodum ac difficultatē, ſed

7 breuior in ſequentibus fiam. ¶ Capio ſecundum dubiū, † an quitatio reſcindi debeat ex capite læſionis & doli? In quo dubio breuiter puto concludendum quod ſic & ꝙ in tali quitatione dolus vterque interuenerit. i. ex propoſito & re ipſa. Dolus ex propoſito arguitur quia inducta fuit ipſa Magdalena tenellam ætatem a . ens ad quitandum iura ſibi competentia ex ſecunda conſtitutione dotium nulla facta lectura inſtrumenti ipſius ſecundæ recognitionis nec primæ, nec fuit ſibi declaratum ius ſuum facto & in iure, quod ex prima recognitione competeret ſibi ius ad teſtitutionem dotium licet ſolutæ non eſſent, iuxta doctr. Bart. in d. l. pe. §. ſi vir. ff. ſolut. mat. cum aliis ſupra adductis in ſeptimo fundamento. Sed ſimpliciter narratum fuit quòd dos recognita per ſocerum conſtante inſtrumento recepto per eg. Iacobū de Merma, in totum ſoluta non fuerat ipſi ſocero, & ob id inducta fuit ipſa Magdalena ad quitandum quaſi teneretur quitare quatenus dos ſoluta non eſſet. Profecto ſi narratum & expreſſum fuiſſet quod erat alia & prior recognitio dotis ex qua ius quæſitum erat ipſi Magdalenæ etiam ſi dos ſoluta non eſſet, non eſt veriſimile quòd ipſa Magdalena ius ſuum remittere voluiſſet. l. cum de indebito. ff. de proba. quæ lex maximè procedit in mulieribus quarum genus dicitur auariſſimum, & facit mulier contra naturam quoties donat. l. ſi ego. cum gloſſ. ff. ad velleia. l. ſi ſtipulata. §. j. ff. de donat. inter vir. & vxor. & raro accidit quòd mulier remittat ius ſuum. l. ſi a ſponſo. §. quòd ſi ſponſa. C. de dona. ante nuptias. Solum enim fuit narratum inſtrumentum Mermæ & allegatum quòd dos tota ſoluta non eſſet, quia virtute illius inſtrumenti ſeu alterius per eundem Mermam incontinenti recepti coram eiſdem teſtibus ſolum tenebatur ſocer dotem reſtituere quatenus ſoluta eſſet, ideo ex taciturnitate alterius prioris inſtrumenti & ſuppreſſione iuris competentis ipſi Magdalenæ virtute prioris recognitionis dolus ex propoſito arguitur in ipſo ſocero tacente. ita ex taciturnitate dolum arguit t. a. in l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edic. Tradit Paul. de Caſtr. in conſ. 411. Viſo facto, col. j. in fi. lib. j. vbi quòd præſumitur dolus in tacente veritatem vt aliquid extorqueat. quod dictum non poſſet magis propriua accedere ad terminos noſtros, nam tacuit ſocer iura ſuæ nurus quò facilius quitationem extorqueret & ibidem dicit Pau. quòd præſumitur dolus contra eum qui non certiorat alium de beneficio ſibi competenti prout hic, vbi ſocer non certiorauit nurum tenellæ ætatis de iuribus ſibi competentibus ex prima recognitione. Alibi ſcribit idem Pau. in conſ. 465. Viſo compromiſſo. col. pen. poſt med. lib. j. quòd præſumitur dolus in arbitris qui faciūt ratificari laudum antequam illud legatur, & ſic tacito eius renore. alibi ſcribunt Inn. & doct. in c. cum dilecta, de præſcrip. quòd in dolo dicuntur qui generalibus verbis vtuntur apud principē, ipſum in ſpecie non certiorando de omnibus. Similiter tacens veritatē facti in reſcripti impetratione præſumitur in dolo. Bal. in conſ. 335. Statuto cauetur quòd nullus. colum. j. in fin. libr. 3. quod eſt repetitum in conſil. 426. libr. 5. Idem dicit Bald. in conſil. 306. Proponitur quòd quidam Antoniolus. ante fin. libr. 5. Abb. in conſil. 109. in ſecundo dubio. libro ſecundo. Alibi ſcribit idem Abb. in conſil. 68. col. j. libr. j. quòd præſumitur fraus in tacente verum ad ſui commodum & deceptionem alterius. Dolū etiam ex taciturnitate arguit Alex. in conſ. 14. col. fin. & in conſil. 95. libr. 5. Cor. in conſ. 190. col. 6. ver. tamen in caſu noſtro. libr. 2. & in conſ. 12. colum. fin. & in conſil. 81. lib. 3. Iaſ. in l. paciſc. ff. de pactis.

¶ Et pro hoc facit nam ita peccat qui verū tacet, ſicut qui falſum loquitur. c. quiſquis. 11. q. 3. c. j. vbi Abb. de crimin. falſi. Bal. in l. præsbyteri. C. de epiſcop. & cler. ſed in committento aut loquente falſum, non eſt dubium quod euidens & verus arguitur dolus. l. ſi quis affirmauerit. ff. de dolo. auth. item poſſeſſor. C. qui potio. in pig. ha. Bar. in l. procurator qui pro euictione. circa fi. ff. de procura. omne enim male factum prauè & doloſe præſumitur actum. l. diuus. ff. de ſicar. l. ſi non conuicii. C. de iniur. c. j. de

8 præſumpt. cum ſimil. ¶ Secundò † arguitur dolus non ſolum ex taciturnitate veri ſed etiam ex falſa expreſſione, quia veritas eſt quòd ſoluta fuit dos, & illud negari non poteſt quin ſocer perceperit fructus illius membri Abbatiæ Caramaniæ quod dicitur ſancti Georgii per annos duodecim, qui redditus aſcendunt ad ſcutos centum & quinquaginta in ſingulos annos, ita retulit mihi Magdalena agens a qua facti veritatem in conſcientia volui intelligere, & affirmauit quòd in foro animę tenebatur in ſcutis ter mille, quia ſocer adminiſtrauerat integros redditus totius abbatiæ per triennium, deinde percepit fructus illius membri ſancti Georgii annis duodecim vt ſupra. & amplius quòd receperat in pecunia præſenti ſcutos quingentos, & de perceptione fructuum membri ſancti Georgii per annos duodecim, quod eſt ſatis notorium & faciliime probabitur. quod ipſum cum ita ſit, non obſcure apparet de falſa expreſſione ſoceri aſſerentis dotes totas ſolutas non eſſe, ex mendacio autem & falſa aſſertione nō eſt dubium dolum præſumi. d. l. ſi quis affirmauerit. ff. de dolo. d. authen. item poſſeſſor. C. qui potio. in pig. hab. Anchar. in conſilio 226. Legitur in canone. col. 2. verſicu. & bene aduertendum. Paul. de Caſtr. in conſil. 136. Viſis & conſideratis omnibus ſuperius enarratis. circa fin. libr. j. Alexand. in conſil. 41. col. 3. in fi. libr. 3. & alibi ſæpe. ¶ Tertio arguitur dolus in ſocero ex malo effectu ſecuto quia dixit ſe dare inſolutum certas tornatas quas ipſe & eius hæredes ſemper poſſederunt, intantum ꝙ ipſa Mag-

dal.na

d alens facta eſt vidua indotata ſine adiutorio, ex effectu autem malo ſubſecuto arguitur dolus, q. a cuius effectus malus eſt, quoque intentio mala præſumitur. Bald. in l.j. circa fi. C. ſi quis omiſſa cau. teſta. & dici poteſt de Magdalena agente quod ſcribitur Pſal. 77. Et viduæ eorum non plorabantur. ſed Deus ipſe omnipotens iudex eſt viduarum iniurias earum vleiſcens. Pſal. 67. Turbabuntur a facie eius patris orphanorum & iudicis viduarum.

¶ Quarto arguitur dolus in ſocero, quia extorſit iſtam quitationem mediante quadam ſolutione verbali in tot mobilibus & iocalibus, de quibus nunquã apparuit neque apparere poteſt, q fuerit, & nouit Deus quæ mobilia & qualia iocalia inſolutũ fuerint data, ita ex verbali ſolutione dolum arguit Paul. de Caſtr. in conſ. 342. Conſiderandum eſt primo. col. 2. ante med. Iſtius col. fi. circa med. & in conſ. 385. Siue dicamus. col. 2. lib. j. quòd præſumitur dolus in tutore extorquente quitationem ab olim pupillo aſſerendo ſe computum reddidiſſe & reliqua ſoluiſſe. Idem tradit Anch. in cõſ. 330. Viſis facti narratione, & copiis. Soc. in conſ. 259. col. 3. lib. 2. & in conſ. 92. col. 4. circa med. lib. 4. Iaſ. in conſil. 219. col. 2. poſt med. lib. 2. & in conſ. 14. col. 3. lib. 3. Addo Bald. in conſ. 78. Conſiderandum eſt. lib. 5. vbi quòd iuramentum minoris ſuper liberatione tutoris qui reliqua non reſtituit, debet relaxari tanquàm captioſum. Quinto arguitur dolus verus & ex propoſito ex læſione non enormi ipſius Magdalenæ ſed enormiſſima, quia ex tali quitatione facta eſt & remanet in dotata cum ex dote egregia parum aut nihil reperiatur habere, & ſic videtur læſio non vltra dimidiam ſed in toto. quo caſu ex læſione tam exceſſiua dolus arguitur ex propoſito nedum reipſa, quia nõ ſit veriſimile quòd paſſus quis fuerit tantam læſionem ſine minis, perſuaſionibus aut aliis inſidiis ad dolum paratis, ita dolum ex propoſito ex tanta læſione tanquam exceſſiua arguit Bal. in l.j. §. itẽ ſacramenta. de pace iura. fir. vbi quòd ex enormitate facti præſumitur malum conſilium. quod Bar. dictum refert & ſequitur Barba. inter conſ. Calca. in conſ. 28. col. 6. Addo Bal. in conſ. 213. Punctus talis eſt, a, b, c, & libr. j. vbi quando enormitas læſionis eſt in propatulo, ibi præſumitur dolus. Idem tradit Ant. de But. in conſil. 45. Domina Orabilis, col. 2. poſt med. vbi quòd de facili præſumitur contra immoderata geſta, etiam quòd de valore certificatus quis fuerit, quid hic dicemus vbi iſta puella non fuit certificata de iuribus ſuis? & quòd arguatur dolus verus & ex propoſito ex læſione adeo enormi & exceſſiua, late deduxi in conſ. 142. col. 5. poſt med. verſ. 11. arguitur fraus, & col. ſeq.

¶ Sextò arguitur dolus, nam dolo fieri dicitur quicquid fit cõtra bonam fidem. l. dolo. C. de reſcin. vend. quem tex. ad hoc citat Pau. de Caſt. in con. 311. Viſo facto & dubiis. col. j. in fi. libr. j. Sed huic quæſito conuenit ne fidei bonæ nurum minorem induceret ad quitandum dotem egregiam pro ſolutione quadam verbali, illi ipſi perſuadendo quòd dos tota ſoluta non eſſet & iura ipſi puellæ competentia reticendo.

¶ Septimo ad probationem doli adduco dictum Bal. in conſi. 312. Si ita eſt. lib. 2. vbi quod ſagacitas quæ contra minorem committitur fragilis ætatis & conſilii, ſpecies eſt doli mali: ſed quis illud negabit inductam fuiſſe puellam ad ita quitandum per ſoceri ſagacitatem euidentem? immo per caliditatem notorium, ſi enim prætendebat ſocer dotem totam ſolutam non eſſe, cur non egit contra promiſſores vt ſoluerẽt quòd honeſtiſſimum fuerat potiuſquam nurum minorem induceret ad ita quitãdum? planè adeo contra promiſſores litem non intulit aut inferre nõ maluit, quòd ſolutionem dotis non ignoraret.

¶ Octanò arguitur dolus ex qualitate perſonę renũciantis aut quitantis, quia minor ſuppoſita multis captionibus. ita dolum arguit Anch. in conſ. 375. In ſupradicta quitatione, col. j. poſt med. Pau. de Caſt. in conſ. 174. contra ſuperius cõſulta. col. j. poſt med. verſ. qualitas etiam perſonæ. libr. j. minor enim ætas multis inſidiis & captionibus expoſita eſt, & infirmum eius cõſilium, ideo naturalis æquitas ſuadet talibus ſubueniri. l. i. ff. de minor. Accedit hic qualitas ſexus fœminini, quam conſiderat Pau. de Caſtr. in d. conſ. 174. per l. 2. §. verba. ff. ad velleia. ¶ Nonò dolus in eo arguitur, quia id facit quod de iure non licet. Bart. in l. propter veneni. §. nepotis. ff. ad Sylla. refert & ſequitur Dec. in l. ſi idem cum eodem. §. j. in fin. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Proh Deum immortalem iure ne permittitur quitationem eiuſmodi a puello minore indefenſa & extranea, coniunctorum fiducia orbata, extortã habere? ¶ Decimò ad probationem doli arguitur ſic, doli præ-
9 ſumptio † ceſſat ex præſentia propinquorum & amicorum. gloſſ. Bal. & doc. in l. Polla. C. de his quibus vt indign. Bart. & doct. in l. tranſactionem, C. de tranſactio. ergo ceſſante præſentia propinquorum & amicorum arguitur dolus & fraus, vt contrariorum eadem ſit diſciplina. l. j. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. l. & ſi contra. ff. de vulga. cum ſimi. Et hac ratione videmus, quòd in pluribus locis ſunt ſtatuta quòd non valeant contractus minorum & mulierum ſine præſentia propinquorum aut conſanguineorum. quæ ſtatuta ſolum fiunt propter dolos & fraudes contrahentium cum ipſis minoribus & mulieribus. Conſiderandũ eſt etiam quòd ceſſat hic authoritas iudicis cuius præſentia ſi adhibita eſſet, non talem quitationem veriſimiliter approbaſſet. Et dicere poteſt iſta mulier qđ habetur pſal. 37. & dolos tota die meditabantur. & pſal 51. Tota die in iuſtitiam cogitauit lingua tua ſicut nouacula acuta feciſti dolum. & Pſalm. 49. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. ¶ Stante dolo ex propoſito multipliciter comprobato, infertur quòd iſta quitatio nulla eſt nec viribus conſtat. l. eleganter. ff. de dolo. cũ ſimi. vt dixi in d. conſi. 142. colum. penulti. Quod ſine dubio procedit in minore, quia iuramentum minoris dolo extortum eſt ipſo iure nullum. glo. not. quam ibi multum commendat Bal. in l. j. C. ſi aduer. vend. Iaſ. in cõſilio 160. col. fi. lib. 2. Et præmiſſa circa quitationẽ ſcripta ſunt, præſuppoſito citra præiudicium veritatis quòd vnica tantum dos conſtituta ſit, & quòd per ſecundam recognitionem dotium prima fuerit nouata, quia adhuc non nocet quitatio tanquam doloſa. præſuppoſito autem quòd duplex dos dicatur conſtituta, & vtraq; debeatur, videtur res extra omnem dubitationem, quia quitatio facta pro contentis in ſecunda recognitione extendi non poteſt ad primam recognitionem. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbor. obliga. Renunciatio enim eſt ſtricti iuris etiam quòd fiat verbis generalibus. Bald. in conſilio 437. Quædam puella. colum. 2. circa fin. lib. j. Angel. in conſilio 52. dominus Gilius. Aret. in l. Paulus. in princi. ff. de acqui. hæred. & in conſilio 161. Verum eſt quòd Comicus. colũ. pen. circa med. & alibi ſæpe doc. & q renuncians vni iuri, non cenſeatur renunciare alteri, eſt tex. in l. ſi domus. vbi Bart. ff. de ſerui. vrba. prædio. not. in l. quoties duplici iure. ff. de reg. iur. & in l. ſuum. C. de iure delib. tradit Anch. in conſi. 291. ſuper pluribus articulis. col. 2. circa med. verſi. infertur etiam q reciproca donatio. Ad idem eſt tex. in l. necis. § j. vbi. Iaſ. in j. no. cõcor. allegat. ff. de acqui. hæredi. ¶ Ideo cauſa ipſius Magdalenæ videtur in tuto ſiue dicamus duplicem dotem conſtitutam eſſe, ſiue vnicam tantum: & q iſta quitatio non nocet arguendo a ſufficienti partium enumeratione. ¶ Secundò principaliter ex alio præiudicare non debet iſta quitatio ratione metus reuerentialis, qui præſumitur in nuru reſpectu ſoceri, cum eadem ſit reuerẽtia in ſocero quæ in marito. l. rei iudicatæ. §. ſi. cum l. ſequen. ff. ſolu. mat. per quæ iura ita dicit Aret. in conſi. 14. col. 2. in ſecundo dubio. ſtante autem metu reuerentiali cum læſione enormi, immo enormiſſima de qua ſupra, quitatio reſcindi debet, etiam q non præceſſerint minæ vel verbera. Pau. de Caſt. in conſi. 174. Contra ſuperius conſulta. colum. 2. circa med. lib. j. Soci. in conſilio 263. colum. 3. & ſeq. lib. 2. Aret. in d. conſi. 24. colum. 2. poſt med. verſicu. contrarium vltra allegata. Corn. in conſilio. 140. in fin. lib. 3. Deci. in l. pactum quod dotali. colum. 3. in fi. C. de colla. & in c. cauſam matrimonij, colum. 3. verſi. & concluſio ſupra facta de offic. delega. Curt. Iunior in conſi. 141. col. 2. in fin. Ripa lib. 3. reſpon. de dona. reuocan. rñ. 15. nu. 8. Quod vnicum fundamẽtum videtur ſufficere ad retractationem dictæ quitationis, etiam præſuppoſito quòd quitatio extenderetur ad primam recognitionẽ dotis citra præiudicium veritatis, quia contrarium ſupra abunde probatum eſt. Ex præmiſſis abſolutum & explicatum habemus ſecundum dubium, quod ipſum etiam clarius fiet ex videndis in tertio dubio, quia ſi exceptio dotis non numeratæ opponi non poteſt neque poterat de tempore quitationis, clariſſime probatur de læſione Magdalenæ, quitauit enim quaſi dos ſoluta tota non eſſet, & ſic quaſi exceptio non numeratæ dotis opponi poſſet. ¶ Videndum eſt igitur de tertio dubio, an opponi poſſit exceptio dotis non ſolutæ? ſuper quo dubio breuiter concludendum videtur, opponi non poſſe, cum lapſa ſint tempora opponendi, nã vbi matrimonium durat vltra bienniũ vſque ad decẽnium debet opponi exceptio intra tres mẽſes a morte mulieris vel mariti, vbi vero durat matrimoniũ vltra decennium omnino denegatur exceptio. auc. quod locum. C. de dote cau. non numer. Secundò opponi non poteſt talis exceptio, quia renũciauit ſocer cum iuramẽto tali exceptione in prima recognitione ex qua agitur nã tenet talis renunciatio iurata licet incontinenti fiat renun

ciatio.Bar.& Ang.in l.fi.C.de non num.pec.Bal.nouel.io trac.de dote in 10.parte.col.3.poſt med.verſ.& hoc niſi cum dicto iuramento.Soc.in conſ.80.col.9. uerſ.nec obſtat quartum argumentum.lib.j.& in conſ.27.col.5.in fi.lib.4. Iaſ.in §.fuerat,col.16.nu. 82.inſtit.de actio.Capella Tholoſa. q.374. Et licet ſocer ſit mortuus,effectus tamen iuramenti tranſit ad hæredes,licet non uinculum periurii,ut habetur in c.ueritatis,de iureiur.Bal.in conſi. 398.quæſtio talis uertitur.& in conſ.444.Quędam ſcriptura.col. a.circa med.lib.i.Cald.in conſ.j.io fi.in tit. de donatio. Veron.in conſ.8.col.4.in coo(.338.col.3.in fi.& in conſ.ultimo.col.6. in fi. Iaſ.io conſ.86.col.j.lib.j.Curt.Iun.in conſ.110 col 8. circa med. ¶ Tertio,poſito & non conceſſo q opponi poſſet exceptio dotis non ſolutæ,iſtud procederet contra dominos Clementem & Baſilium dotis promiſſores , ſecus contra ipſam Magdalenam cui jus quæſitum eſt,iuxta doctri.Bar.in d.l.pen.§.pen.ff.ſolut. matr. de qua ſupra abunde uidimus in primo dubio,in ſeptimo fundamēto. ¶Quarto dico q ubi eſſemus in caſu in quo talis exceptio dotis non ſolutæ opponi poſſet,prout minime ſumus,adhuc nō audiretur ipſe reus opponens niſi probaret negatiuam , quòd ſoluta dos non fuit, & hoc in odium mendacii quia auſus fuit ſocer inficiari primam dotis recognitionem & inſtrumentum de ea receptum,deinde conuictus fuit apertiſſimis argumentis , q per mendacium & calumnioſe id negauit quod a facto ſuo proprio dependebat:ſed vbi quis conuictus eſt de mendacio ſuper uno negato,præſumitur contra eum ſuper alio negato niſi probet de contrario,& ſic ratione mendacii pars contra quam commiſſum illud eſt,releuatur ab onere probandi.l.cum de indebito,poſt prin.ff.de prob.Per quem tex.ita tradit Pau.de Caſt.in cōſi.331.In cauſa Syluestri.col.2.in fi. lib.j.in conſ.87. quantum ad contenta.col.2.& in conſ.302.Ego Pau.libr.2.pro quo facit reg. ſemel malus.lib.6.¶ Quintò de calumnia partis opponentis exceptionem dotis non ſolutę apparet ex tranſactione producta & recepta de anno 1531.& die 4.Maii. per quam apparet de ſolutione ducatorum 250. reſtantem uero ſummam promiſerunt ſoluere per ſolutiones annuas . & non ignorat pars quòd perceperit redditus illius membri. ſ. Georgii excedentes illam ſummā, de qua remiſſione redditũum dicti membri apparet ex inſtrumētis receptis per quondam Mermam & ex confeſſione ipſius ſoceri in allerto inſtrumento quitationis,ut mirandum ſit oppoſitam fuiſſe talem exceptionem. Profecto cū dominus Baſilius adhuc teneat illud membrum.ſ.Georgii,ſi ſocer nō percepiſſet eius redditus uſque ad complementum dotis , uerisimiliter egiſſet contra ipſum Baſilium ex inſtrumento publico, & contra quem agēdum erat,non etiam contra ipſam Magdalenā oppoſita excep. dotis nō numeratæ ut ſupra dictum eſt in primo dubio in 7.fundamento.& iſtud eſt quod ſcribit Abb.in conſ.73.col.3.libr.2. q ubi præcedit confeſſio receptæ dotis , deinde ſequitur promiſſio,prout hic,non opponitur exceptio dotis non ſolutæ.Ex præmiſſis apparet abunde & clare reſponſum ad omnia dubia,& q intentio ipſius Magdalenæ efficaciter uidetur fundata ſaltē quo ad contenta in prima recognitione , pro qua etiam in dubio uidetur pronunciandum fauore dotis ne remaneat indotata. l.in ambiguis.ff.de regu. iur. late ſcriben.in l.j.ff.ſolut.matr.& Moder.in tract.de dote per totum.Et ita de iure reſpondeo ſaluo ſaniori iudicio reſpectu primi inſtrumenti recognitionis dotis & quo ad forum animæ.quo uero ad ſecundum iura quidem & docto.ita uidentur loqui , conſcientia autem ſecūdum iura uidetur conſideranda,ſed partis eſt ſuæ ipſius ſaluti proſpicere quomodo habeat ueritas , quia apud Deum manifeſta ſunt omnia Hebræorum quarto.Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius.& Pſal. 18.Delicta quis intelligit.q.d.Deo illa ſunt clara.& Pſal.68.Deus tu ſcis inſipientiam meam,& delicta mea a te non ſunt abſcondita.Deus enim ſcrutabatur corda & renes.Pſal.7.& Pſal.37.dicitur Domine ante te omne deſiderium meum.& Pſal.43. Nonne Deus requiret iſta,ipſe enim nouit abſcondita cordis.licèt aliter exiſtiment ſtulti,ut Pſal.63.Dixerunt quis uidebit eos. & Pſal. 58.Quoniam quis audiuit.Quam ob rem ipſam Magdalenam interrogatam eſſe uolui quid ſciret de duplici dotis recognitione, quæ ipſa reſpondit ſe non compungi & peccatum contra eam non eſſe,& optimum habere teſtimonium cōſcientię ſuæ. uideat igitur ſi dicere poſſit cum Propheta.Pſal.88.Beatus populus qui ſcit iubilationem ideſt qui in candida conſcientia gaudet. Sauiliani 24.Maii 1546.

Aymo Crauetta ex Sauiliano.I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *An compendioſa ſubſtitutio contineat uulgarem.*

CONSILIVM CCLXXXIII.

¶ In cauſa Ioannis Ruferii a Pinarolio.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. De anno 1498.& die 6. Septembris Ioanninus Ruferii a Pinarolio inſtituit hæredem Luciam eius neptē ex fratre Mauritio præmortuo & uxorem Iacobi Sabaudi,& ea quandocunque decedente ſeu deficiente ſubſtituit filios maſculos ipſius Luciæ,tam natos q naſcituros,& filios maſculos ipſorū filiorum,& ipſis deficientibus ſuperſtitibus filiabus dictæ Luciæ eaſdē filias ſubſtituit in dimidia parte bonorū ſuorum,& in alia dimidia dictum Iacobum Sabaudi.& ipſo Iacobo quandocunq; decedente ſeu deficiente ſine liberis maſculis , uoluit ſuam hæreditatem peruenire Franciſco de Alaxio alias de Iacobineta cōſanguineo ipſius teſtatoris, & ipſo Franciſco deficiente ad filios maſculos ipſius Franciſci. Mortuo teſtatore deceſſerunt memorati Iacob' Sabaudi relicto unò filio Mathæo profeſſo religionem fratrum minorum conuentualium , poſtea defuncto dicto Franciſco de Alaxia relictis filiis maſculis poſtea defunctis excepto Ioanne. Deinde moritur d.Lucia hæres inſtituta relicta Gulielmina eius filia ac etiam relicto dicto Ioanne de Alaxia filio dicti Franciſci. qui Ioannes agit ad fideicommiſſum dicti Ioannini teſtatoris p dimidia corā ordinario Pinarolij.Quæritur quid iuris ? ¶ In hac difficultate uidi conſilia doctorū inuicem contendentiū,ſed pro maiori declaratione arguemus ad partes uiam ferro aperiendo, & aromatum naturam ſectando, quæ dulcius & efficacius odoreſcunt quo fortius contenduntur. Videretur itaque dicendū prima fronte non eſſe locū ſubſtitutioni in fauorem dicti Ioānis de Alaxia filij Franciſci,quia Franciſcus & deinde eius liberi fuerūt uocati caſu quo Iacobus Sabaudi decederet ſine liberis maſculis, ſed deceſſit Iacobus relicto uno filio Mathæo , ideo defecit conditio.l.non eſt ſine liberis.ff.de uerb.ſign.l.pater Seuerinam. §.ita fideicommiſſo.ff.de condi.& dem.l.j. C.de cond.inſer.l.iubemus §.ſin autem. C.ad Trebell. in quibus iuribus probatur q diſpoſitio facta de filiis in numero plurali uerificatur,in uno quotiens agitur de eorum fauore & commodo;tradit Alex.in conſi. 21.in princ.lib.3. Dec.in l.j.col.3.C.de pactis.in conſ.50.& alibi ſæpiſſime.cū igitur defecerit conditio per exiſtentiam dicti filii, illa non uidetur reuiuiſcere mortuo poſtea ipſo Mathæo ſine liberis.l.hæredibus.ff.ad Trebell.l.cum uxori. C.quando dies leg. ce.Oldr.in conſ.21.Thema tale eſt.Pau.de Caſt.in conſ.324.Super 2.puncto.col.2.poſt med.lib.j.& in conſ. 92. Ne in propriis. lib.2.late mod.in l.in ſubſtitutione.ff.de uul. & in l. cum quis.C. de inſtit.& ſubſti.Soc.in conſ.250.col.4. lib.2. Dec.in conſ.63.in primo dubio.& alibi ſæpiſſime. ¶ Neque uidetur obſtare , q ubi teſtator facit plures gradus ſubſtitutionum fideicommiſſariarū, primis gradibus deficientibus uidetur locus ultimo. Barto.in l. quamdiu,ultima.in fi.ff.de acqui.hæred.quem ibi doct. communiter ſequuntur.tradit Soc.in conſ.55.col.pen.lib.j.& idem Soci. inter conſilia Corn.in conſ.398.libr.2. cui conſ.ſe ſubſcripſerunt Caecialup.& Corn.ut ibi patet.tradit Dec.in conſ.398. in primo dubio.in conſ.318.col.2.poſt med.& in conſ. 427. ¶ Quia præmiſſa uidentur procedere dummodo purificetur conditio, ſub qua uocatus eſt ultimo ſubſtitutus,per tex.in l.pen.ff.de uul. Oldra.in conſ.177.teſtator.Alex.in conſ.j.col.5.uer.3.probatur.lib. j.Corn.in conſ.299.col.2.uerſ.ſed licet prædicta uera ſint. libr.3. Pro quo facit,nam licet rupto teſtamento ex cauſa præteritionis aut exhæredationis conſeruetur fideicommiſſum uniuerſale, ut habetur in authen.ex cauſa.C.de libe.præteri. Iſtud tamen intelligitur ſub eadem qualitate & conditione ſub qua relictum erat fideicommiſſum, ideo ſi hæres grauatus erat ſub cōditione ſi deceſſerit ſine liberis,filius præteritus,aut exhæredatus non tenetur ad fideicommiſſum , niſi hæres inſtitutus decedat ſine liberis, & ſic remanet fideicommiſſum apud filium præteritum aut exhæredatum cum ſuo onere & cum ſua conditione. Bar.in l.periculum.§.fi.in l.cū pater.§.ab inſtituto.in fin.ff.de leg.2.& in d. auth.ex cā,col.antep.ver.ſed circa hoc dubitatur. C.de lib.præt. ubi doc.ſequunt.Eodē mō deficiētibus primis gradib' ſubſtitutionū licet fideicōmiſſum remaneat apud hæredē cū onere reſti

uendi vltimo ſubſtituto, remanet tamen cum ſua conditione & qualitate ſub qua vltimo ſubſtitutus vocatus eſt. Et iſtud fundamentum inclinauit in hanc partem duos dominos aduocatos Taurini agentes licet non explicent, & vnus ex eis ſatis obſcure & confuſe loquatur. ¶ Sed præmiſſis non obſtantibus contraria opinio vr̃ de iure verior. Et conſidero ꝙ gradus ſubſtitutionũ de quibus agitur omnes vñr compẽdioſi: teſtator.n. ſimpliciter ſubſtituit in caſum mortis inſtitutæ & ſubſtitutorum, quo caſu ſubſtitutio dr̃ compendioſa. Bar. & docto. in l. Centurio. col. 12. ff. de vul. in l. precibus. vbi Dec. col. 8. C. de impub. & alibi ſæpe doct.
3 ¶ Compendioſa aũt ſubſtitutio, non eſt dubium, ꝙ ooo continet vulgarem ſubſtitutionem. Cy. & doc. in d. l. precibus. Bart. in cõſ. 5. Viſa quadam petitione. col. 2. & in conſ. 40. ſuper eodem teſtamento. Bal. in conſ. 428. quia in ſubſtitutione. lib. 4. Quod procedit licèt fiat ſubſtitutio compẽdioſa per verba cõia. Pau. de Caſt. in conſ. 152. Præſens dubium. col. 2 in fi. lib. j. Et qñ ſubſtitutio cõpẽdioſa reſoluta eſt in vulgarem, quia caſus vulgaris euenit, idẽ de ea iudicatur ꝙ de vulgari. Bart. in l. hæredes mei. §. cũ ita. col. fi. ff. ad Trebel. Alex. in conſ. j. col. pen. poſt med. lib. j. Hoc ita præſuppoſito ꝙ oẽs iſtæ ſubſtitutiones dicantur compendioſæ & ꝙ euenerit caſus vulgaris, dico ꝙ vbi ſiunt plures gradus ſubſtitutionum compendioſarum, aut vulgariũ, deficiẽtibus primis gradibus ſit locus vltimo, & iſte caſus minorem habet dubitationẽ ꝙ vbi ſit multiplex gradus ſubſtitutionum fideicommiſſariarum & de hoc eſt tex. in l. ſi Titius. & in l. cohæredi. in prin. ff. de vulg. tradit Bal. in conſ. 162. Quidam fuit ſubſtitutus. li. j. & in d. conſ. 428. Quia in ſubſtitutione. li. 4. Soc. in l. j. col. 67. ver. circa primã q. Bar. ff. de vulg. & in d. conſ. 52. col. pen. li. j. ¶ Sed in caſu noſtro iſtæ ſubſtitutiones compendioſæ reſpectu ſubſtitutorum reſolutæ ſunt in vulgarem per mortem ſubſtitutorum ante hæredẽ inſtitutam, nõ dico ꝙ ſint vulgares reſpectu inſtitutæ, quia quò ad eam ſubſtitutio vulgaris defecit adita hęreditate. l. poſt aditam. C. de impu. ſed eſt locus vulgari reſpectu ſubſtitutorum præcedentium, qui hæredes eſſe non potuerunt pp mortem ante hęredẽ, & ita ſubſtitutionẽ vulgarem reſpectu ſubſtitutorum conſiderat Bar. in d. l. quandiu. ult. ff. de acq. hære. ideo mortuis præcedẽtibus ſubſtitutis locus vr̃ ſubſtitutis vltimo loco. quæ concluſio videtur ſine dubio procedere, niſi eſſent ꝯria ſupra adducta, ex quorum ſolutione & confutatione clariſſima fiet difficultas. Ita que non vr̃ obſtare ꝙ vltimo ſubſtituti fuerint vocati ſi Iacobus Sabaudi decederet ſine liberis maſculis, & quòd illa conditio defecit mortuo Iacobo relicto Matheo filio. quia reſpõdetur, ꝙ virtute ſubſtitutionis vulgaris quæ cõſideratur inter ipſos ſubſtitutos, filii Franciſci de Alaxia ſubrogantur in locum ipſius Iacobi Sabaudi, & perinde eſt, ac ſi loco ipſius Iacobi vocati fuiſſent in gradu ipſius Iacobi, qui ſimpliciter fuit ſubſtitutus ſine illa cõditione ſi ſine liberis. cum enim defecerit gradus ſubſtitutionis in quo Iacobus vocatus fuerat, non videtur conſideranda conditio appoſita ſequenti gradui ſi Iacobus deceſſerit ſine liberis maſculis, quia talis conditio fuit appoſita prę ſuppoſito caſu ꝙ Iacobus ſuccederet & admitteretur ad ſubſtitutionẽ, eo aũt non admiſſo admitti uidetur ſequens gradus in locum eius non habito reſpectu ꝙ Iacobus maſculum reliquerit. Ita in terminis reſpondet Pau. de Caſt. in conſ. 152. Præſens dubium. col. 2. in fin. & ſeq. lib. j. Idem ſentit Dec. in conſ. 416. col. pen. in fin. verſ. vltimo non obſtat. ¶ Sed dicet aliquis, quæ eſt ratio diuerſitatis quòd vbi vltimo ſubſtitutus admittitur per fideicommiſſariam deficientibus prioribus gradibus, inſpicitur conditio adiecta, vltimo ſubſtituta, ſecus vbi admittitur ea vulgari. reſpondeo quod in fideicommiſſaria non intẽdit teſtator vocare vltimo ſubſtitutum niſi ſub conditione ipſa appoſita, quia cogitauit teſtator ꝙ præcedẽs gradus admitteretur nec voluit præcedenti gradui grauamen imponere niſi ſubſtitutus in eo decederet ſine liberis, ſed in vulgari cogitauit teſtator quòd præcedentes gradus poſſent deficere ex capite voluntatis aut impotentiæ ideo in vulgari dicitur teſtator ſubrogare vltimo ſubſtitutum loco præcedentis ſubſtituti, conſequenter ſolum inſpicitur conditio appoſita ipſi ſubſtituto præcedẽti. ¶ Sed pro maiori declaratione adhuc inſtatur, quia videtur quòd etiam in vulgari attendi debeat conditio appoſita in ipſa vulgari vt non ſufficiat hæredem inſtitutum non adire ex capite voluntatis aut impotentiæ niſi etiam verificetur conditio ipſi ſubſtitutioni vulgari appoſita puta quandocunq; hæres inſtitutus deceſſerit ſine liberis, ſubſtituto Titium. pone ꝙ decedat hæres viuo teſtatore relictis liberis, certe nõ erit locus vulgari licèt euenerit caſus impotẽtiæ mortuo hærede in vita teſtatoris, ex quo reliqt hæres liberos, & ſic cõditio defecit. Ita Old. in conſ. 141. Thema tale eſt dñs G. cuius verba tacito autore transplantauit Io. And. in addi. Spec. in tit. de teſta. §. j. in vltima addi. Sequitur Soci. in l. j. col. 13. verſ. & per prædicta his diebus cõſului. ff. de uulg. & ita conſuluit in conſ. 76. col. fi. lib. 3. tradit idem Soci. in l. cum auus. col. 8. ff. de condi. & dem. Cur. Iunior in cõſi. 33. col. 2. verſ. ſtantibus præmiſſis. Rubeus Alex. in conſ. 26. ¶ Reſpondeo ꝙ intelliguntur præmiſſa in conditione appoſita in eo gradu, ex quo ſubſtitutus vulgaris admittitur, ideo ſi in caſu noſtro facta eſſet ſubſtitutio Luciæ hæredi inſtitutæ ſi deceſſerit ſine liberis, & ipſa reliquiſſet liberos, nõ eſſet locus vulgari. ſed in caſu noſtro ſubſtitutus vltimus non admittitur ex vltimo gradu cui conditio appoſita eſt, ſed admittitur ex præcedenti in quo Iacobus Subaudi vocatus erat virtute ſubrogationis, quia ſubrogatur in gradum in quo Iacobus fuerat vocatus, in quo gradu ceſſat talis cõditio, quæ ſubrogatio intelligitur facta ſub eiſdẽ qualitatibus ſub qbus ipſe Iacobus vocatus erat. Secundò principaliter reſpõdeo ad argumentũ ꝙ immo Iacobus Sabaudi videtur deceſſiſſe ſine liberis maſculis ex quo Mathæus erat profeſſus religionem Fratrum minorum, qui habentur pro omnino mortuis & extinctis, nec faciunt deficere fideicommiſſum. Bar. in l. ſi bus ſa. §. cum quis, in fi. ff. de leg. j Bal. in l. cum accutiſſimi, col. fi. ver. item nunquid frater minor. C. de fideicõ. Deci. in c. in præſentia. col. 30. verſ. 7. iuxta ordinem & de proba. niſi dicamus iſtud non procedere in fratribus minoribus conuentualibus, qui ſaltem in cõmuni ſunt capaces bonorũ ex priuilegio. ¶ Ex præmiſſis apparet q̃ ſit difficilis iſta materia, in qua in iudicando magis eligerẽ iſtam partẽ in fauorem ſubſtituti tanquam magis conſonã volũtati teſtatoris, ſaluo ſaniori iudicio. Sauiliani. 12. Iunii. 1546.

¶ Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. Doc.

SVMMARIVM.

1 *Cui pertineat ius commendandi.*
2 *Quis intelligatur commendator.*
3 *Extenſio non ſit ad caſum in quo non militat eadem ratio.*
4 *Verbum prouidemus, quomodo poteſt intelligi.*
5 *Commendæ quando impropriari debent.*
6 *Actus qui ſequitur, præſumitur fieri ex titulo & cauſa præcedenti.*

CONSILIVM CCLXXXIIII.

¶ Pro domino Eme ex Brianzono contra magiſtrum Thomam Molaris præsbyterum ſecularem Gratianopolis.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. In hac cauſa beneficiali inter dñm Franciſcũ Eme & venerabilem dñm Thomã Molaris tria dubia diſcutienda ſunt. Primũ, an Vicarius domini præpoſiti & capituli Vlciẽſis potuerit prioratũ de quo agitur cõmendare præd cto Molaris ad ſex menſes. Secundũ, an dicatur idẽ Vicarius cõmendaſſe per verba illa, tibi authoritate apoſtolica legitime diſpenſato conferimus & prouidemus. Tertiũ, an talis cõmẽda dicatur ſublata ꝑ ipſum dñm prępoſitũ cũ capitulo in collatione facta ꝑdicto dño Eme poſt ꝓuiſionẽ Vicarii, & an talis ꝓuiſio Vicarii tolli potuerit ꝑ ipſũ dñm prępoſitũ cũ capitulo. ¶ Circa primũ dubiũ non arguẽdo ad partes videtur breuiter cõcludendũ talem cõmendã per Vicarium
1 fieri non potuiſſe duplici fundamento. † Primò, quia ius cõmendandi ad eum tñ pertinet qui conferre poteſt de iure cõmuni, ſecus ſi conferendi ius cõpetat de iure ſpeciali, ideo capitulum licèt epiſcopo negligente conferre poſſit beneficia. c. 2. de conceſ. præben. cõmendare tamen nõ põt. Gemi. in c. nemo deinceps. in fin. de electio. lib 6. ſequitur Feli. in c. cum olim. col. pen. verſi. ad 21. q. de maiori. & obedien. & in c. auditis, col. 6. verſi. ſimiliter vidimus. de præſcrip. Sed Vicarius epiſcopi aut alterius prælati de iure cõi beneficia conferre non põt, niſi ei ſpecialiter cõcedatur. c. fi. de offi. vica. lib. 6. ergo licèt in mandato vicariatus concedaẽ poteſtas conferendi, nõ tamen videtur cõprehendi poteſtas cõmendandi niſi ſpecialiter hoc exprimatur, cũ mãdatum dicatur ſtricti iuris. l. diligenter. ff. man. c. cũ dilecta. de reſcri. cum ſim. ¶ Secundò conſidero ꝙ ius commendandi dicitur odioſum propter incommoda maxima ex tali commendatione prouenien-

gla, experientia.n.docuit occaſione commendatum diuinũ cul-
tum plurimum minui, animarũ curam eis, quibus imminet, ne-
gligi, hoſpitalitatem conſuetam & debitam non ſeruari, ruinis
ædificia ſupponi, ipſorumq; iura in ſpiritualibus & temporalib⁹
labefactari &c. vt habetur in extrauag. Inno. ſexti, vbi tale genus
prouidendi per viam commendæ ppea reprobatur: eadem ẽt &
alia peiora incommoda commendarum refert Clemẽs quintus
in extrauag. ex ſuperne, poſita in tit. de præb. hoc ita præſuppoſi
to ꝙ prouiſio p viam commendæ dicatur odioſa, dico ꝙ in gene
rali poteſtate conferendi beneficia conceſſa Vicario non cenſet
comprehenſa poteſtas commendandi, cum in generali diſpoſi-
tione odioſa non veniant. l. Lucius. §. Lucius Titius. ff. de leg. 2. l.
idem. §. ſi tibi. verſ. ſed ſi ipſe. ff. de condi. ob turpem cau. c. alma.
de ſent. excom. lib. 6. quæ iura ad hoc citat Anch. in conſ. 211. de
iure cõi. col. 2. poſt prin. Cal. in conſ. 8. col. 2. circa med. in titu. de
ſent. & re iudi. vbi facit mentionem de d. conſ. Ancha. tradit Soc.
in conſ. 37. col. 2. li. 3. Dec. in conſ. 286. col. 2. & in conſ. 361. col. 3.
in fi. Rurſus in generali mandaro Vicarii non poteſt dici venire
ius commendandi temporaliter per quod eccleſię præiudicium
tam graue infertur, iuxta no. per Bar. & doct. in l. cum aquiliana.
ff. de tranſactio. vbi ꝙ in generali & ampla poteſtate conceſſa ar
bitris non venit ius cogendi partes ad faciendum generalẽ qui-
tationem, quia per eam præiudicium nimis graue inferretur par
tibus, quanto magis iſtud conſiderandum eſt in caſu noſtro, vbi
agitur de præiudicio eccleſiæ & cultus diuini. ¶ Tertiò iſta cõclu
ſio videtur probari ex eo quod nouiſſime ſcribit Gomeſius in re
gula cancella. de triennali poſſeſſore. q. 5. vbi late diſputat an cõ
menda dicatur verus & legitimus titulus & an diſpoſita in mate
ria collationis locum habeant in commenda. & tandem conclu
dit ꝙ vbi datur commenda in perpetuum & cum plena poteſta-
te dicitur commenda verus & legitimus titulus, & tunc diſpoſi-
ta in prælaro habente ius collationis, locum habent in tali com
mendatario perpetuo. & ibi reſpondet Gomeſ. ad ea quæ in con
trarium adducebantur ꝙ procedunt in commeoda temporali,
quia illa non dicitur verus nec proprius titulus, & talis commẽ-
2 datarius temporalis ſolum videtur † quidam cuſtos ſeu admini
ſtrator habens legitimam adminiſtrationem. de quo late p Ro-
ma. in conſ. 350. & ſic clare vult Gomeſ. ꝙ appellatione collatio
nis non veniat commenda temporalis, & ꝙ diſpoſita in habentẽ
titulum collationis locum non habeant in commendatario tem
porali. Idẽ clariſſime voluit Rom. in d. conſ. 350. col. 2. poſt med.
Itaq; licet in mandaro Vicarii detur poteſtas conferendi benefi
cia quæcunq; ſecularia & regularia, non tñ venit poteſtas com-
mendandi, quia aliud eſt conferre, aliud commendare. ¶ Et ſi di
catur, commenda temporalis videtur minus odioſa q̃ perpetua.
d. c. nemo. de electio. li. 6. reſpondeo ꝙ argũ procedit in cõmen
da proprie per quam plenè non prouidetur beneficio, & qua ſtã
te beneficium ſemper dicitur vacare, ſecus in commenda perpe
tua habente vim tituli & collationis, quia illa eſt fauorabilior tẽ
porali, cum per eam ceſſat vacatio. ¶ Amplius dico, ſi in manda-
to Vicariatus data eſſet poteſtas prouidendi & diſponẽdi de be
neficiis, adhuc non veniret ius commendandi, quia intelligi de-
bent illa verba de prouiſione & diſpuratione plenaria, nõ de cõ-
menda per quam temporaliter tñ prouidetur, ita Rom. in d. cõ
ſi. 350. col. 2. poſt med. ¶ Itaq; aut vult iſte Vicarius potuiſſe com
mendare prioratum de quo agitur ex diſpoſitione iuris commu
nis, & non poteſt, quia de iure communi diſpoſitio beneficiorũ
voluntaria ad eum nullo modo pertinet. d. c. ſi. de offic. Vica. lib.
6. Aut prætendit id ſibi licere ex forma mandati Vicariatus, &
non poteſt commendare niſi de commendando expreſſe dictũ
ſit, quia diuerſa ſunt conferre & commendare. Aut prætenditur
ius commendandi per modum extenſionis quaſi ius conferen-
di extendatur ad ius commendandi, & ſimiliter non poteſt, quia
3 † extenſio non fit ad caſum in quo non militat eadẽ ratio. l. illud.
ff. ad legem aquil. l. a Titio. ff. de verb. obl. l. Iulia. §. hoc capite. ff.
de ritu nup. c. ſi. de tranſla. præla. cum ſi. ſed non eſt eadem ratio
in commendando quæ eſt in conferendo, quia ius commendãdi
dicitur odioſum & præiudiciale eccleſiæ vt ſupra probauimus,
ius vero conferendi dicitur fauorabile ne vacẽt eccleſiæ. c. q̃ ſit,
de electio. li. 6. ſed de fauore ad odium non valet argũ nec fieri
extenſio poteſt. l. cum quidam. ff. de lib. & poſth. reg. odioſa. li. 6.
& ibi reperitur extenſionem fieri de collatione ad commẽdam,
illud eſt in commenda perpetua & plenaria, per quam idem ef-
fectus reſultat atque ex collatione, ſecus in commenda tempora
li, vbi cauſatur pernicio eccleſiis vt ſupra viſum eſt. ¶ Infertur ex
præmiſſis quòd Floriti nullum iũs habuit uirtute aſſertę commẽ
dæ ob id ex iure Floriti Molaris venire non poteſt. ¶ Videamus
modo de ſecundo dubio, poſito & non conceſſo commenda Flo
riti per ſex menſes teneret, an teneat prouiſio facta Molaris per
reſignationem ipſius Floriti per illa verba, conferimus & proui-
demus. Breuiter puto ꝙ ſic, quia Molaris erat diſpenſatus ad cõ
mendas perpetuas in beneficiis regularibus, ſed vbi agitur de
commenda perpetua, appellatione prouiſionis venit commẽda,
quia appellatione prouiſionis venit oĩs modus per quem de iu-
re prouiſio eccleſiæ fieri poteſt. gl. in cle. conceſſa, in verbo proui
ſioni, de electio. ſed per commendam prouidetur eccleſiæ, er-
go &c. Sed dicet aliquis, vbi fit mẽtio de prouiſione debet intelli
gi de prouiſione plena, ſed per commendam non plenè prouide
tur eccleſiæ, ergo &c. Et ita arguit Rom. in d. conſ. 350. col. 2. poſt
med. & licèt Rom. nihil alleget, bene facit text. in l. ſi te ſolum. ff.
de hæred. inſti. vbi ꝙ præualet diſpoſitio quæ plenior eſt. Ad idẽ
facit tex. in §. ſed quoties. inſti. de iure natu. gen. & ciui. vbi quòd
verba debent intelligi de potentiori, verbum igitur prouidem⁹,
videtur intelligendum de prouiſione pleniori & potentiori, nõ
in commenda. ¶ Ad iſtud reſpondeo multis modis. Primo, quòd
4 immo verbum † prouidemus, debet intelligi de prouiſione mi-
nus plena per viam commendæ vt aliquid operetur, quia de ple
na prouiſione iam dictum fuerat in verbo conferimus. argu. l. ſi
qñ. ff. de leg. j. & qđ not. Bal. in rub. C. de contrah. emp. in noua. q.
¶ Secundò rñdeo ꝙ argũ procederet in commenda tpali p quã
beneficio non plenè prouidetur, ſecus in ppetua per quã fit ple-
na prouiſio. & ita voluit Gomeſ. in d. reg. cancell. de triennali. in
5. q. pag. 690. & pag. 695. in fi. poſt Mod. in tracta. reſeruationis in
3. q. prin. ¶ Tertiò rñdeo ꝙ in iſta collatione refertur diſpenſatio
ipſius Molaris, & ſic collatio & prouiſio ipſi Molaris authorita-
te apoſtolica diſpenſato, ergo intelligitur facta collatio & proui
ſio ſecundum naturam ipſius diſpenſationis. l. ſi vno, in prin. ff. lo
cati. l. ſi olei. C. eo. tit. cum ſi. ſimiliter cum in collatione & proui
ſione fiat mentio diſpenſationis cenſetur facta collatio & proui
ſio ſm formam ipſius diſpenſationis & ſic in commendam. l. pe.
vbi Bar. C. de iure deliber. vbi qñ in diſpoſitione fit mentio alicu
ius qualitatis, cenſetur actus factus tanquam ex illa qualitate &
illius contemplatione puta, ſi in relicto filii fit mentio patrię po-
teſtatis, cenſetur relictum contemplatione patris ſimiliter ſi actũ
faciens faciat mentionẽ ꝙ eſt hæres, cenſetur facere tanquã hæ-
res, ita Abb. in conſ. 125. col. 2. li. 2. ſimiliter qui ꝯtrahit cum hære
de, vr̃ contrahere eo reſpectu & ea contemplatione ꝙ ſit hæres.
l. ſi proponas. §. j. ff. de inoff. teſta. ¶ Quartò reſpondeo, poſito ci-
tra præiudicium veritatis, illa verba conferimus & prouidemus
5 de propria ſignificatione † non conuenirent commendæ perpe-
tuæ tñ improptiari debent vt actus ſubſtineatur. d. l. ſi vno, in prin.
ff. loca. d. l. ſi olei. C. eo. tit. l. ſi ſtipulatus. in prin. ff. de vſuris. l. inſu
lam. ff. de præſcrip. verbis. c. conſtitutus, vbi gl. in ver. rata. de reli
gio. domib. Alex. in conſ. 42. Viſis & ponderatis, col. 5. verſi. item
dato. ꝙ inſtrumentum. lib. 4. & in conſ. 53. col. 2. verſ. & plus eſt,
quia etiam verba. lib. 7. Soc. in l. 2. col. 8. verſ. 2. concluſio. ff. de vul
ga. Dec. in rub. extra de probatio. col. 2. in fi. Quod procedit etiã
in materia odioſa & ſtricti iuris in qua toleratur impropriatio-
ne actus corruat. l. ſi ſtipulatus fuero per te. ff. de verb. oblig. c. ſi
ſententia. de ſenten. excom. lib. 6. Abb. in conſ. 86. col. 5. li. 2. ideo
fit impropriatio in verbis ſententiæ ne illa corruat. gl. in l. & pu-
to. §. j. ff. fam. erciſ. quam dicit ſing. Bal. in c. cum contingit, de do
lo & contu. in c. licèt, de tranſla. præla. & in conſ. 516. Caſus talis
eſt, cum quidam Lanfranchus. in fi. lib. 5. Soc. in l. quoties. 2. ff. de
rebus dubiis. immo intelligi debent verba largiſſimo modo &
omni meliori modo quo fieri poteſt vt actus valeat. Abb. in con-
ſil. 63. col. 6. libr. 2. & infinita id genus ſimilia cumulare poſſem,
ſed non expedit, ideo deberent verba illa conferimus & prouide
mus, intelligi. ſ. per viam commendæ vt actus ſubſtineatur, nec
dicendum eſt ꝙ intentio prouidentis fuerit conferre & prouide
re per viam alterius tituli ex quo actus vitiaretur. l. miles qui de-
ſtinauerat. ff. de teſta. mil.

¶ Quintò rñdeo, negari nõ põt quin multi ſint modi per quos
prouideri põt de beneficio puta uiã collationis, inſtitutionis, ele
ctionis, cõmẽdationis &c. mõ qñ actus q geritur põt plurib. mo-
dis conuenire, ſubſtinet ea eo capite ex quo ſubſtineri põt. qñ. n.
ſimpliciter quid agitur, nec reſtringit quis ſe ad certum modum
aut caput, valet actus prout valere põt, qa nemo cẽſ. ẽ eligere viã
ad impugnandum eius iudicium. ita Bald. in conſ. 284. Dominus Raynutius. circa fin. lib. 3. Corn. in conſ. 202. col. 1. poſt med.

lib.

lib.4.dummodo enim non reſtringat ſe quis ad certam cauſam ſubſtinetur actus ex cauſa ex qua ſubſtineri poteſt. Pau. de Caſt. in conſi.84. Viſa dicti facti narratione, & his quæ copioſè.colu. 3.circa med. verſi. aduertendum tamen eſt. & in conſi. 93. Viſo dicto teſtamento.colum.3. verſi.ſed in caſu noſtro.li.j.Sed in caſu noſtro vicarius non ſe reſtrinait ad certum modum prouidendi,immo ſimpliciter dixit, côferimus,& prouidemus,ergo intelligi debent nerba de illa prouiſione ex qua actus ſubſtineri poſſit, & ſine dubio iſtud videtur procedere faciendo mentionem de diſpenſatione,quia videtur voluiſſe prouidere ſecundum formam ipſius diſpenſationis per ſupra dicta:aliàs quorſum attine
2 bat de tali diſpenſatione mentionem habere? ¶† Sextò reſpondeo ꝙ actus qui ſequitur,præſumitur fieri ex titulo & cauſa præcedenti.l.quædã mulier.ff.de rei vendica. l.2. C.de ac.poſ.à primordio enim tituli poſterior formatur euentus l.j.circa fi. C. de impo.lucra.deſcrip.lib.10.Et iſtud eſt ꝙ dicitur talia eſſe ſubiecta qualia prædicata demonſtrant.l.ſi defenſor. ff. de interroga. actio.l.3. vbi Bar.ff.de fundo inſtr.c.inter dilectos,verſi. cæterũ, de fide inſtrumen.modo cum Molaris capax non eſſet beneficij regularis,cum ob id diſpenſationem obtinuerit per viam commendæ,& de ea mentio habita ſit in eius prouiſione, præſumitur facta prouiſio ex cauſa ipſius diſpenſationis præcedentis, &, ſic ex cauſa commendæ,non ex alia.Aliis etiam rationibus,& argumentis côprobari poſſet iſta concluſio,ſed non expedit.¶ Venio ad tertium dubium,an talis commenda potuerit reuocari p prælatum & capitulum.videretur dicẽdum prima fronte ꝙ ſic. nam commendatarius debet curare diligenter, vt monaſterium legitimum ſibi prælatum eligat ꝙ ſi per annum in commenda perſauerans hoc non egerit,iure commendæ priuatur c.conſtitutiſ.7.q.j.c.obitum.& c.Cathanienſis.61.diſt. profectò ſi commendatarius reuocari non poſſet,fruſtra ageretur de electione facienda per prælatum,ſatis.n.eſſet de prælato commẽdatario. ¶Secundò ꝙ commendatarius reuocari poſſit etiam inuitus, & non vocatus,tradit Lapus in c.nemo deinceps.de elect.lib.6.ubi ſi capitulum ſede vacante deputet commendatariũ,poterit nouus epiſcopus talem commendatarium reuocare eo inuito, & non uocato.ſequitur Fely.in c.cum olim.col. pe.& de maiori. & obedien.¶Sed præmiſſis non obſtantibus contrarium puto de iure uerius,& quidem in caſu noſtro in quo agitur de commendatario perpetuo res uidetur ſine dubio, quia talis commendatarius perpetuus dicitur verus prælatus habens titulum, & in eo habent locum diſpoſita in uero prælato: ergo ſicut prælatus uerus reuocari non poteſt ſine cauſa ſaltem per inferiorem a Papa ut habetur in c.quæ in eccleſiam,de conſtitu.ita nec talis commendatarius. ¶Secundò etiam ꝙ ageretur de commendatario temporali,adhuc idem videtur ꝙ reuocari non poſſit. glo. in d. c.nemo.de electio.lib.6.Gemin.in conſi.8.col. 3. ¶Solum ſupereſt ad contraria,ut reſpondeamus,ex quorum côfutatione clariſſima fiat quęſtio.Itaq; non obſtat primum argumẽtum ꝙ durante commenda prælatus eligi poteſt,& debet, & ꝙ talem electionem commendatarius ipſe debet diligenter procurare,quia reſpondeo,ꝙ procedit argumentum in commendatario qui deputatur ſolum ad utilitatem eccleſię pro eius cuſtodia, & cura quandiu prouideatur de vero & titularo prælato,& qui cômendatarius non facit fructus ſuos, ſed dicitur ſimplex cuſtos, & depoſitarius,ut habetur per Ioan.in c.ſi côſtiterit.de accuſa. Roma.latè in d.conſi.350.nimirum ſi ad libitum commẽdanti poteſt reuocari ad inſtar depoſiti,& cuſtodiæ: ſecus in commendatario deputato etiam ad vtilitatem ipſius commendatarij,ut faciat fructus ſuos,uel ut inde uiuat,quia talis reuocari nó poteſt. Ita declarat Roma.in d.conſi.350.col.j.in fi.Cor.in conſi.66. colum.fi.lib.3.ſed iſte Molaris fuit prouiſus de commenda ad utilitatem ipſius Molaris,ergo &c. Amplius gl.in d.c.nemo, de ele. lib.6.loquitur in commendatario qui non facit fructus ſuos, & tamen uult ꝙ reuocari non poſſit.¶Non obſtat ꝙ commendatarius deputatus per capitulum ſede uacante poteſt reuocare p nouum epiſcopum,quia reſpondeo eodem modo ꝙ illa commẽda fit per capitulum per modum prouiſionis quandiu ſedes uacat,& citra præiudicium iuriũ futuri epiſcopi, ideo creato epiſcopo poteſt per ipſum epiſcopum reuocari,cuius iuribus capitulum derogare noluit neque potuit.Ita loquitur Lapus in d. c. nemo.& Fely.in d.c.cum olim.col.pe.de maior.& obed.Sed nõ ſumus in caſu diuerſo habẽte rationem diuerſam, quia facta eſt commenda non per modum prouiſionis nec ſolum ad utilitatẽ & prouiſionem eccleſiæ,ſed etiam ob cauſam ipſius commendatarii.¶Ex præmiſſis apparet cauſam domini Emæ ſolũ defendi,& fundari ex dictis in primo dubio.& ita de iure reſpondeo ſaluo ſaniori iudicio.Sauiliani.27.Iunii.1546.

Aymo Crauetta ex Sauiliano I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Bona alienata vendicari nõ poſſunt viuẽte matre quæ alienauit.*
2 *Euentus ſuperueniens infirmare non debet actum, qui effectum ſortitus ſit.*
3 *Verba legis permittentis uẽdicationinem bonorum liberis primi matrimonij debent intelligi de uendicatione perpetua & effectuali, quæ reuocari non poſſit.*

CONSILIVM CCLXXXV.

¶Pro ſpec.artium & medicinæ doctore domino Dominico Bucij Carmagnolia contra Spec.domin.Margaritam de Bondonis vxorem Spec.domini Aymonis Marini iuriſconſulti ex loco Villæ franchæ.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Scripſi ante bellum pro ſpec. d.Dominico Bucij a Carmagnolia artium & medicinæ doctore contra ſpec. dominam Margaritam de Bondonis ſuper materia l.fœminæ.C.de ſecun.nup. an dicta domina Margarita filia not. dñę Annæ de Buneis ex primo matrimonio,potuerit vendicare bona relicta eidem. dñæ Annæ per no.dñm Ioannem de Bondonis eius primũ maritum contra memoratum dñm Dominicum Bucium emptorem dictorum bonorum viuente adhuc ipſa dña Anna.Quę ipſa etiam cã fuit publicè acta,& diſputata coram magnifico quondam præſide Purpurato per cauſæ patronos, ideſt per magnificum quondam dñm Ludouicum Vicomeratum, & me pro parte dicti domini Dominici, & per magnificum quondam dñm Bernardinũ Coruum vicariũ Marchionalem ſecum aſſiſtente ſpec.dño Aymone Marino viro dictæ dñæ Margaritę,& tandem pronunciata fuit ſententia abſolutoria in fauorem ante relati dñi Dominici. Planè dicit in dubium reuocari iuſtitiam dictæ ſententię.Conſultus igitur ut animi iudicium ſcriptis commẽdem, nihil diſcedo a priori ſnia ſed.n. quò clarior & ſplendidior fiat res, arguemus ad patres.Diſputando.n.& opponendo veritas clarius oſtenditur.l.fi.§.mita.ff.de mune.& hon.l.2.§.ex legibus.ff.de ori. iuris. l.diui.ff.de iure patro.l.Oſilius.ff.de leg.3. & veritas ſæpius excogitata magis ſplẽdeſcit.c.fi.35.q.9.c.inter dilectos,de fide inſtru.argumentis.n.& collationibus frequenter latens veritas aperitur in eatraua.Ioan.22.quia nonnunquam,& ferro viam aperit qui per contraria tranſit.Bal.in l.precibus.col.6. verſic.veniamus modo per contraria.C.de impub.Sal.in l.ſi pecuniam.colu. 2.C. de cond. ob cau. ¶Iam ſicut aromata magis redolent quo fortius conteruntur,ſic ueritas quantò magis cõteritur, & oppugnatur,tãto clarior expulſis nebulis in lucem progreditur.Paul. de Caſt.in conſi.23. Solet armorum.in princ.libr.j. ſic oppoſita iuxta ſe poſita clarius eluceſcunt ſm philoſophum.Pau. de Caſ. in conſi.444.In cauſa quę vertitur inter communitatem. colum. 2.l.j. Corn.in conſi.5.in prin.lib. 3. ¶Videretur igitur dicendum prima fronte locum eſſe vendicationi bonorũ etiam ante mortem matris quæ ad ſecunda vota tranſiuit,prout in terminis voluit Bal.in d.l.fœminæ,in prin.col.j.in fi.& in l. generaliter. §. in his.C.de ſecund.nup.mouetur Bald.quia hodie de iure authenticorũ mulier de proprietaria efficitur vſufructuaria, & dñium talium bonorũ transfertur in liberos primi matrimonij, ergo ſi mulier vſufructuaria alienet vſumfructũ finitur ius vſusfructus, & conſolidatur cum proprietate.§.finitur, inſti. de vſufru. & cũ dominiũ ſit apud liberos primi matrimonii,ſtatim poterunt vẽdicare.quod Bal.dictum ſimpliciter refert & ſequitur Capra in conſi.27.in fi.latius idem Capra.in conſi.46.col.2.poſt med. verſi.& cum poſtea ipſe Venantius.vbi ꝙ hoc maximè procedit qñ alienans ſoluendo nõ eſſet,quia tunc agitur contra poſſeſſorem bonorum.Illud etiam dictum Bal.ſequitur idem Capra in conſilio 93.col.2.in fi. ¶Sed pręmiſſis nõ obſtantibus quę verè obſtare non arbitror.contrarium puto de iure verius, ꝙ immo talia
1 †bona alienata vendicari non poſſint viuente matre quæ alienauit.& iſta concluſio clariſſime probatur per tex in d.l.generaliter.

ter. §.itaque defuncto.C.de ſecund. nup. vbi Bal. & cum de hoc
ſit caſus.l.non eſt dubitandum l.ancillæ.C.de furtis.& ceſſare de
bent gloſſationes Bal.vbi tex.habemos in contrarium. l. conti-
nuus.§.cum ita.ff.de verb. obli.l.ille aut ille.§. cum in uerbis ff.
de leg.3.gl.in l.ſed licet.ff.de offi.præſi. Bal.in conſi.345.Dicebã
lib.3. ¶Vniuerſa difficultas conſiſtit in reſpondendo ad argu-
mentum Bal. ꝙ ille tex.in d.l generaliter.§.itaque defuncto,pro
cedit de iure codicis,ſecus hodie de iure authenticorum. Quia
reſpondeo , ꝙ argumentum poſſet procedere quando de iure
authenticorum dñium talium bonorum purè,& ſimpliciter trãſ
feratur in liberos primi matrimonij ſolo vſufructu remanente
apud vxorem tranſeuntem ad ſecunda vota,ſed ita non eſt quia
dñium non omnino & ſimpliciter transfertur ad liberos primi
matrimonii,ſed conditionaliter ſi ipſi ſuperuiuant matri,quia ip
ſis præmorientibus mater remanet proprietaria.§.qm̃ infirmás.
in Auth. de nup. Itaq; cum liberi primi matrimonij nõ habeant
dominiũ taliũ bonorũ niſi ſub cõditione ſi mater præmoriatur,
ſine dubio ante euentum conditionis matre adhuc viuente age-
re non poſſunt, l.cedere diem.ff. de verb. ſigni.l.hæc venditio.in
prin.ff.de contra.emp.l.legata.& l.qui hæredi.in fi.de condi. &
demon.¶Quod autem tale dñium liberorum primi matrimonii
ſit conditionale,probatur,quia non ſit ipſorum liberorũ niſi præ
moriatur parens tranſiens ad ſecunda uota.d.§. qm̃ infirmans,
ſed tempus mortis importat conditionem qñ aliquid debetur
alicui,vel ad eum pertinet in tempus mortis alterius:quia intel-
ligitur deberi,uel pertinere ſi ille moriatur.l.heres meus.ff.de cõ
di.& demon.l.quocunq; non ſolum,vbi Iaſ.in j.no.ff. de verbo.
obli.l.cum hæres.ff.quã. dies leg.ced.¶Secundo contra Bal. ad-
duco,nam prohibitio legis & teſtatoris æquiparantur.§. diſpo-
nat.in Authen.de nup.latè ſcriben.in l.filiusfamilias.§.diui.ff.de
lega.j.ſed in diſpoſitione teſtatoris quando prohibitio alienan-
di eſt conditionalis,ſi fiat alienatio pendente conditione, tenet
alienatio nec bona poſſunt vendicari pendente conditione.l.j.§.
ſin autem ſub conditione.C.com.de leg.ergo idem in prohibitio
ne legis. ¶Tertiò contra Bal.adduco tex.in §. ſi vero expectet. in
Authen.de nup. vbi ꝙ pœnæ tranſeuntium ad ſecunda uota ceſ
ſant non extantibus liberis primi matrimonii.quod procedit ſi-
ue non extent liberi de tempore ſecundi matrimonij, ſiue poſt
deſinant eſſe. auth. ſed & ſi quis.C.de ſecun.nup.In quo tex.dici
tur ꝙ liberis præmorientibus confirmatur alienatio: ſi alienatio
confirmatur,ergo præſupponitur ꝙ alienatio reuocari non de-
bet quando uiuit parens tranſiens ad ſecũda uota & alienans,
quia ſi reuocari poſſet,iam non confirmaretur alienatio quæ re
uocata ſit,ſed magis diceret tex.ꝙ reuocatio facta retractari de-
bet.¶Quarto contra Bal.adduco argm̃ ab abſurdo,ſi uera ſit opi
nio Bal.oportet neceſſariò dicere ꝙ præmortuis liberis ante ma
trem tranſeuntem ad ſecunda uota, neceſſe ſit matri agere ad
retractationem uendicaturum per filios, ex quo mortuis liberis
confirmatur alienatio,ſed hoc videtur abſurdum ꝙ lex voluerit
permittere filiis primi matrimonii uendicationem bonorum re
tractabilem ipſis filijs præmortuis,cũ reuocari nõ debeat quod
2 ab initio legitimè geſtum eſt † Euentus.n.ſuperueniens infirma
re non debet actum qui effectum ſortitus ſit l.nec.n.ff.de iti.actu
que pri.l.ſancimus.C.de admi.tuto.l.donationes.C.de dona.in-
ter uirũ & uxo.l.qui furere, ubi Barto.ff.de ſtatu homi.l.qui in po
teſtate.§.fi.ff.de teſta.cum ſimi. Immo magis honeſtium & iuri-
dicum eſt,ꝙ ſtet in ſuſpenſo alienatio quam ꝙ ſtatim retractetur
& deinde poſt retractationem ad firmitatem iterum redeat.
¶Quintò cõtra Bal.pondero iterum tex.in d.aucten.ſed & ſi qs,
dum dicit ꝙ liberis præmortuis confirmatur alienatio. qui tex.
loquitur per uerba præſentis temporis:ergo ipſo iure firma ſit
alienatio , uerba enim præſentis temporis important ipſo iure.
gl.in l.in criminale.C.de iuriſd.om.iu.Bar.in l. iubemus. §. ſanè.
C.de ſacroſan.eccl.Iaſ.in l.manifeſte.col.fi.ff.de iureiuran. ſed ſi
alienatio poſſet reuocari in uita alienantis , liberis præmortuis
non fieret confirmatio ipſo iure in mo neceſſe eſſet agere con-
tra liberos primi matrimonij aut habentes cauſam ab eis,& ne-
ceſſaria eſſet ſententia,itaque dum confirmat lex talem aliena-
tionem,neceſſariò præſupponit ꝙ interim reuocari non poſſit
alienatio.¶Sexto cõtra Bal.tertio locũ pondero illud uerbum cõ
firmatur.ſi.n.in uita parentis alienatio reuocari poſſet per libe-
ros primi matrimonij,eis mortuis ante parẽtẽ alienantem,iã nõ
confirmaretur alienatio,ſed de nouo alienata transferrentur in
parentem aut habentes cauſam ab eo.diuerſa enim ſunt confir-
mare,& de nouo dare,vt habetur l.& quia.ff.de iuriſdi.omn. iu

di.natura enim confirmationis non eſt aliquid de nouo dare.ca.
inter dilectos§.porro.de fide inſtru.Old.in conſi.54. Viſo priui-
legio.in fi.¶Septimò ſub authoritate legis decipi nemo debet.l.
fi.C.de his qui veniã ætã.impe.ſed ſi vendicari poſſent bona in
vita parentis alienantis,emptores qui illa emiſſent a liberis pri-
mi matrimonij,eis præmortuis remanerent decepti, & cogeren
3 tur bona reſtituere.¶†Octauò verba legis permittentis vendica-
tionem talium bonorum liberis primi matrimonij debent intel
ligi de vendicatione perpetua,& effectuali quæ reuocari nõ poſ
ſit. Abba.in conſi.69.col.j.poſt med.lib.j.vbi ꝙ diſpoſitio legis,
vel ſtatuti intelligi debet,vt habeat effectum permanentem, per
tex.in l.j.§.2.vbi Dec.ff.quod quiſque iuris c.Melchion.j.q.j.hæc
autem verba.de pœnité.diſt.j.ſed intelligendo ꝙ vendicari poſ-
ſit bona in vita parentis alienantis,talis vendicatio non erit per
petua nec effectum habebit permanentem cũ reuocari poſſit fi-
lijs præmortuis.itaq; vt intelligatur tex. de vendicatione effectua
li perpetua,& permanente,neceſſario dicendum eſt ꝙ vendica-
ri poſſint bona poſt mortem alienantis,& non ante.quod ipſum
vnicum fundamentum videtur mihi naturale , reale, & plenum
æquitatis ſolum ſufficiens ad victoriam cauſæ . ¶Nonò contra
Bal.qui ſe fundat ſuper iure authen.ꝙ ius codicis videatur corre
ctum per ius authenticorum,dico ꝙ correctio induci non de-
bet niſi expreſſe dicatur.l.ſancimus.C.de teſta.l. præcipimus. in
fi.C.de appe.vbi Bar.§.tribus.in Auth.quibus mo. natu. effi. ſui.
nec induci debet correctio per ſubauditos intellectus.glo.in ca.
cupientes.§.ꝙ ſi per viginti,de elect.in.lib.6.ſed nullus tex. inue-
nitur in authenticis dicens expreſſe ꝙ vendicari poſſint talia bo
na in vita parentis alienantis,ergo &c.¶Decimò hic agitur ma-
teria pœnalis & priuationis ꝙ mulier priuetur iuribus ſuis ſeu
iure ꝙ habet in bonis relictis a primo viro,omnis. n. priuatio di
citur pœna.l.j.C.de his quæ pœnæ nomi.Iaſ.in l.ſi inſulam , col.
11.ff.de verbo.obli.& in l.venia.col.4.C.de in ius vocan.ſed pœ
na priuationis imponi non debet niſi lex expreſſe dicat. §. cũ igi
tur.in Authen. de nõ elig. ſecun.nup.gl.in c.fi.de iure patro.cum
ſimi.vt per Mod.in l.j.col.pe.C.de tranſac.& alibi ſæpiſſime do-
cto.ſed nulla lex inuenitur aut allegatur per Bal.etiam iuris no-
uiſſimi, quæ dicat reuocari poſſe talem alienationem etiam in
vita parentis alienantis,ergo &c.¶Vndecimò contra Bal. vide-
tur tex.clariſſimus authenticorum in d.§.qm̃ infirmas. in Auth.
de nup.qui tex.uenit ad declarationem præcedentium & ſic de-
clarat tex.in d.§.ſi vero expectet,& diſtinguit ꝙ aut liberi ſuper
ſunt prioris matrimonii,& tunc infirma omnino manet alienatio,
aut præmoritur & rata ſit. Poſtea in fi.ſubdit tex ꝙ alienatio
manet in ſuſpenſo ſequentibus committenda fortunis aut perfe
cte ab initio infirmanda alienatione aut perfecte valente.Quæ ip
ſa verba iudicio meo eſſe clariora non poſſent,& vellem ꝙ Bal.
qui ex capite ſuo multas,& ipſas ſubitas deciſiones audacter ni-
mium affirmauit, reſpondiſſet ad illum tex. non etiam in re tam
graui ita leuiter decidere auſus ſit,arguendo ex generalibus , o-
miſſis particularibus, immo & ipſa generalia non ad integrum
conſiderando.¶Et hic proprie verificatur dictum Ant. de But.in
c.conſultationibus.col.11.de iure patro.vbi ꝙ Bal.aliqñ locutus
eſt ex ſuo capite ſine intellectu ſic etiam Cur.Iunior in conſi. 72.
2.col 2.circa med.referendo illud dictum Anto. de But. dicit ꝙ
Bal. ſæpe numero loquitur ex ſuo capite ſine iure.Idem dicit De
ci.in conſi 610.col.3.poſt med. Vincent.Paliotus inter conſ. Cur
tij ſenioris in conſi.17.col.3.ante med.Cerebrum enim Bal.con-
tinue voluebatur ſicut auis in aere, ſm Pau.de Caſt.ſocium Bal.
quem refert & ſequitur Alex.in conſi.133.Vere crudebs. colu.2.
in fi.lib.4.ideo in quocunque difficili articulo ſolet Bal.varius re
periri.Iaſ.in l.fi. col.16. nu 40. C. de iure emphy. ¶Duodecimò
vbi quiſpiam authoritate mouetur magis q̃ ratione,ne ſolũ Bal-
dum reprobare videar,eandem opi. contra Bal.tenet Soc.in con
ſi.34.col.8.in fi.in 6.q.lib.j.poſt Sal.in l.ſi quis prioris.§.nullo.C.
de ſecun.nup. Idem tenet Ripa in d.l fœminæ. nu.fi.C.de ſecun.
nup.per tex.in §. ſed ꝙ ſancitum.& in Authen.de nup.ponderan
do verba uendicabunt,& tale erit &c. quæ ſunt futuri tẽporis ,
quaſi dicat non ſtatim vendicabunt,ſed demum præmortuo pa
rente.Eandem opi.ſenſit Cor.in conſi.319.col.fi.lib.3. dum di-
cit ꝙ ſi mulier det in dotem talia bona,alienatio eſt nulla reſpe-
ctu ꝓprietatis,ergo ſentit reſpectu vſusfructus,& ſic uult & ſen-
tit Cor.ꝙ viuente vxore filij agere non poſſint.Immo fortius vo
lunt Rom.in conſi. 182. ꝙ adeo valet talis alienatio, vt emptor
moleſtari non poſſit etiam mortua vxore aut matre , ſed emen-
dari debeat damnum filiis alienantis ex ſubſtantia eiuſdem alie
nantis,

nantis.quod tamen Roma.dictum non indiſtinctè placet immo vĩ ꝙ bona immobilia uendicari poſſint mortuo alienante. ¶ Ex præmiſſis apparet hanc partem contra Bal. firmatam eſſe,& cõprobatam optimis efficaciſſimiſque rationibus, & authoritatibus,& ita iudicarem ſi cauſa mihi decidenda eſſet:eſt. n. humanior, & æquior opinio. ¶ Poſtremo conſidero ꝙ hic ſumus extra terminos d.l.fœminæ.quæ non procedit in his quæ habuiſſet cõiunx titulo oneroſo. Bal.in auth.in donatione, in fi.C. de ſecun. nup. & in l.hac edictali.§. his illud.in verſicu.deuolutas, eo. tit. ſequitur Roma.in conſi. 219.col. 2.verſi.ultimo pars iſta. Dec.in l.j.colu.6.in 12.not.C.de ſecun.nup. ſed iſtam grangiam habuit uxor ex cauſa oneroſa,& pro dotibus ſuis ſcutorum ſexcentum & pro omnibus alijs iuribus quæ petere poterat a marito aut eius hæredibus.¶ Nec ob. ꝙ ſolum ſoluti fuerint ſcuti tercentũ, & ꝙ pater uxoris recognouerit ſe debitorem de ſcutis tercentũ, quia talis recognitio non nocet vxori cui ius quæſitum eſt ex cõfeſſione mariti,& prouiſione de reſtituendo.Bar. & Pau.de Caſtro in l.penul.§.ſi uir.ff.ſolut. matr.Alex.in conſi.36.col.j. lib. 2. & in conſi.148.col.j.lib.5.Soc.in conſi.179.col.4.verſi.confirmatur poſtremo præmiſſa.lib.2.& in conſi.88.col.pe.in fi.lib.4.Cor. in conſi.151.in 2.dubio lib.j.in conſilio 209.colum.fi.lib.3. & in conſi.160.lib.4.Bal.nouellus in tract. dotis in 8. parte priuileg. 24.& ſequitur Neuiza.in ſylua nuptia.char.43.col. fi. ſecundum paruam impreſſionem. ubi ꝙ ita obtinuit coram regio Senatu Mediolani.addo Bald.in conſi. 224. uir. lib. 5.Nec ob. reſponſio partis ꝙ doctr. Barto. in d.l.penul.§.ſi uir.non procedit in dote profectitia cuius actio eſt communis patris & filiæ, & in qua nõ poteſt filia agere ſine conſenſu patris. Quia iſtud non procedit quando promiſſio de reſtituendo eſt facta ipſi filiæ, quia tunc actio eſt ſolius filiæ.Bar.& doc.in l.poſt dotem.col.6.uerſi.4. quæro.ff.ſolu.matr.Cur.iuni. in conſi.152.col.2.ubi ꝙ doctri. Barto. communiter approbatur,ideo cum maritus promiſerit dotem uxori reſtituere, illa recognitio patris filiæ non nocet conſequenter dicitur uxor habere iſtud legatum ex cauſa dotis oneroſa.

¶ Similiter curandum non eſt ꝙ dicat pars,uxoré non feciſſe fructus ſuos propter cautionem non præſtitã de utendo & fruendo arbitrio boni uiri,,& ꝙ petitio cautionis non eſſet neceſſaria quia mater tutrix tenebatur a ſeipſa petere quia non puto ꝙ mater ſecundo nubens eſſet tutrix.¶ Secundo reſpondeo ꝙ iſta cautio nõ uidetur neceſſaria in uſufructu iſto legali, & improprio. quod patet quia præmorientibus liberis remanent bona apud matrẽ pleno iure,quod non accidit in uero & proprio uſufructu, ideo dicta in uſufructu de cautione præſtanda,extendi non debẽt ad uſumfructum improprium.l.ſi uero.§.de uiro.ff.ſolo.matri.maxime in hac materia pœnali,& odioſa.l.cum quidam. ubi late Mod.ff.de libe.& poſt.¶ Tertiò ꝙ talis cautio non ſit neceſſaria, probatur,quia talia bona alienari poſſunt nec reuocatur alienatio in uita ui alienantis,ut ſupra abunde probauimus , quod nõ eſſet ſimplex uſusfructus. & præterea abſurdũ eſſet dicere ꝙ emptores talium bonorum tenerentur cauere. Quarto dico ꝙ ex iſto capite agi debebat contra dominam Annam matrem, non contra dominum Dominicum tertium poſſeſſorem.l.j.§.ſi hæres. ff. ad trebel.vbi late ſcriben.¶ Quinto dico ꝙ in omnẽ euentum ẽt ſi ageretur contra ipſam dominam Annam, eidem ſuccurreretur erranti in iure,ut in terminis tradit Pau.de Caſtr. in conſilio 353. Ad primum dicendum ꝙ eum frequenter.circa fi.lib.2.ubi ꝙ mulier uſufructuaria quæ cautionem omiſit per errorem iuris,non ſolum lucratur fructus perceptos,ſed etiam poteſt petere fructus quos percepit proprietarius. ¶ Reliqua, quæ opponuntur,uidentur mera ſomnia,ideo concludo in fauorem ipſius domini Dominici rei conuenti,pro quo etiam in dubio iudicandũ. reg.fauorabiliores.ff.de reg.iur.licèt careat res omni dubitatione.Sauiliani 16. Iulij 1546.

Aymo Crauetta ex Sauiliano.I.V.doc.Sub correctione.

S V M M A R I V M.

1 *Patruus negotiatus de pecunijs communibus,tutor nepotum tenetur cõmunicare lucra ex tali negociatione.*

2 *Poſſunt pupilli poſt finitam ætatẽ pupillarẽ ſocietatẽ ratificare.*

CONSILIVM CCLXXXVI.

¶ Pro filijs & heredibus Ludouici de Papia ex Pinerolio contra Marchiotum de Papia eorum patruum.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulatõ. Ludouicus & Marchiotus de Papia fratres ex Pinerolio ſimul habitabant,& communiter negociabantur omnia cõmunicando ex negociatione prouenientia,deinde mortuo Ludouico. Marchiotus tutor filiorum eiuſdem Ludouici in pecunijs,& mercibus cõmunibus negociatus eſt,& communiter vixit cum eis uſque in tempus præſens.modo volunt partes venire ad diuiſionẽ bonorum communium,in qua diuiſione de pluribus dubitatur.

¶ Et primo,an dictus Marchiotus teneatur communicare lucra obuenta ex negociatione prædicta mortuo Ludouico filiis ipſius Ludouici.In quo dubio videretur dicẽdum prima fronte ꝙ non,quia inter dictos filios, & Marchiotum eorũ patruum nulla proponitur ſocietas in ipſa negociatione quia non apparet ꝙ dictus Marchiotus fuerit negociatus cõi noĩe.In dubio aũt præſumitur ꝙ proprio nomine fuerit negociatus.l.& magis.ff. de ſoluti.l.titium & Mæuium.§.perfectus. ubi Bart.ff.de admi.tut.ubi probatur hoc procedere etiam ſi negocians eſſet tutor pupilli. tradit Bar.in d.l.Titium & Meuium.§. altero, & in l.ſi patruus. C.com.vtr.iudi. Alex.in conſi.132.col.3.in prin.verſi.quinimmo præſupponi poteſt.lib.5. Dec.in conſi.21.ante fi. ſecundo licèt Marchiotus negociatus eſſet communi nomine,adhuc nõ videretur ſocietas contracta inter eum & nepotes pupillos,quia pupillus ſocietatem expreſſe contrahere non poteſt ſine autoritate tutoris.l.vt in conductionibus.ff.pro ſocio . ergo multominus tacite ne plus operetur tacitum quàm expreſſum.l.qui ad centum. ff.locati.& in terminis tradit Bar.in d.l.Titium & Mæuium.§.altero. & in d.l.ſi patruus.Alex.in conſi. 149.col.j.lib.j. Itaque ceſſante ſocietate tacita,vel expreſſa,non videtur tractandum de aliqua cõicatione lucrorum.¶ Nec ob. ꝙ dictus Marchiotus eſſet tutor nepotum, quia non potuit ualidare contractum tacitæ ſocietatis præſtando autoritatem in facto proprio.l.j.in prin.ff.de auto. tutor.& in terminis tradit Petr.de Vbal.in ſocie. in 3.parte colu. 3. quem refert & ſequitur Dec.in conſil.341. col.2.poſt med. ¶ Sed præmiſſis non obſtantibus contrarium puto de iure verius, ꝙ immo dictus Marchiotus teneatur ad communitatẽ talium lucrorum.Primo,quia dicta negociatio poſt mortem Ludouici videtur continuata communi nomine ipſius Marchioti,& eius nepotum ſicut fuerat communiter inchoata,ex quo mortuo Ludouico communiter & ſimul habitauerunt,& bona communia indiuiſa poſſederunt prout in uita ipſius Ludouici,ita Bal.in d.l.ſi patruus,colum.3.C.com.ver.iud.arg.l.nam & ſeruius.§.ſi viuo. ff.de nego.ge.& quia a primordio tituli poſterior formatur euẽtus.l.j.circa fi.C.de impo.lucra.deſcrip. lib. 10.ſequitur Alexan. in d.conſi. 132.col.4.lib.5.¶ Secundò dico ꝙ ex quo iſte Marchio-

1 tus † patruus negociatus eſt de pecuniis communibus,& erat tutor nepotum ſine dolo tenetur communicare lucra ex tali negociatione prouenientia.l.2.ff.quan.ex facto tutor.l.curator.C. arb. tute.Bar.& Bal.in d.l.ſi patruus.col.2.C.communia vtri. iud. Deci.in l.ſi pecuniam.in 2.no.ff.ſi cer.pe.& in conſi. 21. ante fi.

¶ Tertiò niſi dicamus Marchiotum negociatum communi nomine etiam ad utilitatem minorum , argueretur in eo delictum ꝙ voluerit negociari de pecuniis alienis, & pecunias alienas in vſus ſuos conuertere,nam committitur furtum etiam iuri communi.l.rei communis.l.merito.ff.pro ſocio.l. ſi ſocius. ff. de furtis.ideo ne præſumatur ſocium voluiſſe delinquere, pecuniam communem inſolidum ſibi appropriando,& traficando,dicendum eſt ꝙ intellexerit negociari communi nomine, & iſtud voluit Alex.in d.cõſi.132.col.3.in prin.lib.5.vbi ꝙ præſumitur quis negociari proprio nomine non communi quando nomine ſuo legitime actum facere poteſt & ſic ſine ſuſpitione delicti , ſecus ergo vult quando negociari legitime non poſſet ſuo nomine prout in caſu noſtro facit tex.in l.5.ff.de dona.inter vir.& vxo.vbi vxor præſumitur acquirere de pecunia mariti quando alias legitime & ſine ſuſpitione adulterii præſumi non poteſt ꝙ acquiſierit de pecunia propria. ¶ Quartò iſta quæſtio eſſet extra omnem dubitationem ſi apparere poſſet de aliquibus ſcripturis ipſius Marchioti circa cauſam negociationis in quibus appareret ꝙ ẽt nepotum nomine negociaretur.l.Neſennius.ff.de neg.geſt.Bar.in d.l.ſi patruus. col.2.¶ Ex quibus apparet intentionem nepotum abunde eſſe iuſtificatam:ſolum ſupereſt ad contraria reſpondere.Ad quæ ſatis quidem ex præmiſſis reſponſum apparet , ſed tamen reſpondeo in ſpecie.Et ad primum ꝙ Marchiotus præſumatur negociatus nomine proprio nõ communi,Reſpondeo ꝙ argumentum procederet quando cœpiſſet Marchiotus negotiari mortuo Ludouico

fratre

fratre & ſgeretur de præſumenda noua ſocietate, ſed in caſu noſtro agitur de continuatione aut renouatione ſocietatis iam contracta viuo Ludouico communi nomine, ideo mortuo Ludouico præſumitur ſocietas cõtinuata aut renouata eo nomine quo fuerit contracta. quia renouatio præſumitur facta cum eiſdem qualitatibus. l. item queritur. §. qui impleto. ff. locati. & in renouatione ſocietatis tradit Bal. in d. l. ſi patruus, col. 1. in d. l. mãdatum in tertia oppo. C. manda. Abb. in conſi. 87. lib. 2. Iaſ. in conſi. 3. col. 11. lib. 3. & iſtud eſt quod dictum fuit ſupra in primo fundamento pro parte nepotum q præſumitur continuata ſocietas iuxta eius primordium. ¶ Secundò reſpondeo, q argumentum procederet, qñ præſumẽdo factam negociationem nomine proprio ipſius Marchioti, ceſſaret præſumptio delicti, hic argueretur delictum in Marchioto ſi pecunias communes dicatur exercuiſſe ad commodum proprium & maximè arguitur delictum cum eſſet Marchiotus tutor nepotum quia prædo dicitur pecunias pupillares in proprios vſus conuertendo. Ang. Imo. & doc. in l. Pomponius. §. ex facto, per illum tex. ff. de acq. poſſ. Roma. in d. l. Pomponius. §. ſed ſi legatario. Alex. in l. ſi ex ſtipulatione. ff. eod. titu. de acq. poſ. ad idẽ tex. in l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro emptore. l. qui fine. ff. de neg. geſt. l. tutor qui repertorium. §. qui autem. & l. non exiſtimo. ff. de admi. tutor. l. j. C. de vſur. pupilla. tradit Ang. in conſi. 90. Pro deciſione, col. j. in fi. verſi. 2. præmitto. vbi q omni iure prohibitum eſt adminiſtratoribus in eorum vſus conuertere pecunias dominorum, & ideo conuertentes puniuntur, ſunt. n. neceſſario in dolo aut culpa. tradit etiam Soci. in conſi. 159. col. 2. & 3. ver. 4. deprehenditur. & in conſi. 190. colum. 5. verſi. 4. quia ex ſimatione. lib. 5. Deci. in conſi. 195. in fi. Immo talis adminiſtrator conuertens pecunias domini ad vſus proprios tenetur in duplum actione de rationibus diſtrahendis. l. actione. §. fi. ff. de tute. & ratio. diſtrahen. per quẽ tex. ita dicit Cor. in conſi. j. col. 2. in fi. lib. j. Itaque ſi dicat Marchiotus ſe negociatum de pecuniis pupillaribus nomine proprio. & ad eius vtilitatem tenebatur in duplum minoribus & vlterius puniri poterit extraordinarie per fiſcum ratione doli & fraudis. ¶ Tertiò reſpondeo, poſito & nõ conceſſo, q nomine proprio negociatus eſſet, & de hoc verè appareret, adhuc iſtud non noceret quominus teneatur communicare facta de pecuniis, & bonis communibus, ex quo erat tutor aut adminiſtrator ipſorum nepotum d. l. 2. ff. quan. ex facto tuto & dictum eſt ſupra in ſecundo fundamento facto in fauorem nepotum. ¶ Non obſtat argumentum q nõ potuit Marchiotus negociari communi nomine ſuo & nepotum, ex quo nepotes erant pupilli cum quibus ſocietas contrahi non poterat expreſſè nec tacitè, quia reſpondeo multis modis, & pri-
1 mo q potuerunt † & poſſunt ipſi pupilli poſt finitam ætatem pupillarem talem ſocietatem ratificare. Bal. in additio. ad Barto. in trac. de duobus fratri. per tex. in l. ſi pupilli. ff. de nona. ſequitur Alex. in conſi. 49. col. 2. verſi. ſed præmiſſis non obſtantibus, & colum. 3. in fi. verſicu. & per prædicta. lib. j. ¶ Secundò reſpondeo q talis defectus ætatis in contrahenda ſocietate expreſſa, uel tacita ſolum allegari poſſet per ipſos nepotes minores non etiam per ipſum Marchiotum, quia poteſt pupillus dicere, volo tenere contractum licèt minus legitimè geſtum in mei fauorem, & ſic contractus iſto caſu claudicare poteſt. l. Iulianus. §. ſi quis a pupillo. ff. de actio. empti. Ita in terminis reſpondet Soc. in conſi. 87. colum. 6. uerſi. nec videtur conſiderabilis ætas. lib. j. ¶ Tertiò reſpondeo q licèt contractus tacitæ ſocietatis non teneret, tamen ſatis eſt q Marchiotus eſſet tutor aut curator, vel adminiſtrator nepotum, & lucratus fuerit de pecuniis communibus, quo caſu talia lucra debent communicari, vt no. in terminis Bar. & Bald. in d. l. ſi patruus. col. 5. & dictum eſt ſupra in ſecundo fundamento facto in fauorem nepotum. ¶ Quartò reſpondeo q ſi neget Marchiotus ſe negociatum communi nomine, & dicat contractum ſocietatis cum pupillis non tenere, allegat turpitudinem ſuam, & puniri debet tam publicè erga fiſcum quàm priuatim in duplum actione de rationibus diſtrahendis ut ſupra dictum eſt. Ex quibus apparet diſſolutum primum dubium. ¶ Secundò dubitatur de bonis acquiſitis per Marchiotum ſuo nomine, an debeãt communicari. breuiter iſta quæſtio plus facti habet quàm iuris, ſi enim dicatur & probetur Marchiotum acquiſiuiſſe de pecuniis communibus tenebit communicare nepotibus ex quo erat eorum tutor aut adminiſtrator. d. l. 2. ff. quan. ex fac. tut. l. curator. C. arb. tut. Bar. & Bal. in d. l. ſi patruus. C. com. vtr. iud. & idẽ Bar. in l. ſi vt proponis. C. de rei uendica. Abb in conſi. 94. col. j. ſi uero dictum palatium. lib. 2. Cor. in conſi. 213. col. 2. circa med. verſi. nec empta ea pecunia pupilli. lib. 3. Deci. in l. ſi pecuniam. in 5. no. ff. ſi cer. pet. & in conſi. 92. circa fi. ¶ Tertiò dubitatur de melioramẽtis factis in domo acquiſita per ipſum Marchiotum. Iſtud dubium dependet a ſecundo, & venit acceſſorie ex eo, ſi. n. domus dicatur acquiſita & meliorata de pecuniis communibus pertinet cum ſuis melioramentis ad nepotes pro dimidia: ſi vero dicatur acquiſita, & meliorata de pecuniis propriis ipſius Marchioti, inſolidum pertinet ad ipſum Marchiotum cum non proponatur ſocietas tacita vniuerſalis omnium bonorum, ſed in bonis communibus & negociatione illa tantum. ¶ Quartò dubitatur de bonis mobilibus deſcriptis in inuentario dicti Marchioti quæ ipſe Marchiotus allegat periiſſe & fuiſſe combuſta. Reſpõdeo q ipſe Marchiotus tenetur pro eis rationem reddere. l. j. §. officio. ff. de tute. & ratio. diſtrahen. & ſi alleget combuſtionem aut incendium ipſorum bonorum, tenetur probare, q illa bona eſſent in domo combuſta. probatio enim debet concludere de neceſſitate. l. non hoc. C. unde leg. cum ſimi. ſed non ſequitur; tàlis domus fuit incendio cunſumpta, ergo bona mobilia deſcripta in inuentario erant in ipſa domo. Præterea dicitur q probabitur de facili per ipſos nepotes q talia mobilia non erant in ipſa domo. ¶ Quintò dubitatur de quadam petia alienata per ipſũ Marchiotum. Breuiter tenetur de ea rationem reddere, & docere de neceſſitate alienandi, & quid egerit de eius precio, alias poſſet iurari in litem contra eum, iuxta no. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. immo puniri poteſt extraordinarie tutor alienans bona pupillaria ſine cauſa. l. in ea. ff. de tut. Anch. in conſil. 330. col. fi. circa med. Iaſ. in conſi. 54. col. 4. poſt med. lib. 3. Sauiliani 5. Auguſti 1546.

Aymo Crauetta ex Sauiliano I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor non poteſt condẽnari de iudicatum ſoluendo ubi principalis condemnari non poteſt.*
2 *Non uenitur ad torturam ubi ſunt aliæ probationes delicti.*
3 *Quando tortura ſit locus.*
4 *Tortura purgat non ſolum indicia ſed etiam probationes.*
5 *Sine probatione furti ſtare non poteſt iuramentum in litem.*
6 *Tortura adhiberi debet cum moderamine.*
7 *Semel tortus repeti ad torturã nõ debet, niſi ex nouis indiciis.*

CONSILIVM CCLXXXVII.

¶ Pro fideiuſſoribus quondam Ghigloni Becchi ex Carmagnolia contra Michaelem Bozii ea eodem loco conſilium optatiſſimum in materia iuramenti in litem, & torturæ.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Nobilis Nicola Ternanaarij, egregij Dominicus Texij, Petrus Becchi, & Antonius de Barra Burgẽſes Carmagnolię cauerunt pro Ghiglono Becchi detẽto in arce Carmagnolię pro aſſerto crimine furti de iuri ſtando, iudicio ſiſti, & omne iudicatũ ſoluendo quotieſcunque, ſicunque qualitercunque, & qñcunq; fuerit iudicatum tam per ipſum no. Ioannẽ de Cuneo Marchionalem commiſſarium q per alium iudicem etiam appellationis, & ipſum Ghiglonum repræſentare totiens quotiens &c. Deinde proceſſum fuit ad torturam contra dictum Ghiglonum Becchi qui eam conſtanter ſubſtinuit. Qua tortura ita illata inſtetit reus accuſatus ſe abſolui cum reſtitutione expenſarum, damnorum & intereſſe, & fuit commiſſa cauſa per Excellentiam marchionalem domino Antonio Durandi. Deinde moritur Ghiglonus, quo mortuo Michael Bozij pars ciuilis cauſam renouat per ſupplicationem oblatam Illu. marchioni petendo iuramentum in litem ſibi deferri contra fideiuſſores aut eorum hæredes. Quæritur quid iuris. ſ. an ſit locus iuramento in litem deſiderãto? ¶ Io præmiſſa conſultatione non arguendo ad partes, ſed facti, & iuris veritatem realiter attingendo puto non eſſe locum tali iuramen-
1 to, & pro fundamento conſidero, non eſſe dubium † nõ poſſe cõdemnari fideiuſſorem iudicatum ſoluendo ubi reus principalis condemnari non poſſet. l. vir bonus. ff. iudi. ſolui. ubi qñ reus nõ cogitur iudicium ſuſcipere, fideiuſſor etiam non tenetur. Et hoc probatur neceſſario nam clauſula iudicatum ſolui continet triplicem

obligationem

obligationem defendendi, ſolutionem indicari, & dolum malũ
abeſſe. l. iudicatum ſolui. i. ff. eo. tit. & ſic virtute huius fideiuſſio-
nis tenetur fideiuſſor reum defendere ſine aliquo dolo, ergo ſi
reum defendat, & oſtendat eum non teneri, non tenebitur fide-
iuſſor. Quorſum. n. attinet reum defendere, ſi defenſio profutu-
ra non ſit, lex enim & natura nihil fruſtra operantur. l. non cogé
dum. §. Sabinus. ff. de procurator. l. qui his idem. ff. de verb. obl.
l. hęc ſtipulatio. §. dinus. ff. vt leg. not. canea. glo. not. in clemen. c.
in verbo vnigenitũ. de ſum. Tri. & fide catho. Hinc videmus ꝙ
lata abſolutoria pro reo principali, non tenetur fideiuſſor de iu
dicatum ſoluendo. l. pe. & ibi Ang. ff. iudi. ſolui. Soc. in conſ. 91. in
prin. lib. 4. ¶ Iam aut vult pars agens experiri contra fideiuſſorea
de iudicatum ſoluendo ex capite defenſionis, & ſumus extra dif
ficultatem, quia fideiuſſores aut hæredes eorũ cauſam defende-
runt, & defendunt, dicentes, & probantes non eſſe locum iura-
mento in litem, de quo infra latius dicemus. Aut vult experiri cõ
tra fideiuſſores ex capite ſolutionis iudicati, & hic expectandũ
eſt tempus ipſius futuri iudicati, & ſic neceſſario videndũ eſt an
reus condemnari debeat, vel non l. iudicatum ſolui. 2. ff. iudic.
ſolui. & profecto abſurdum eſſet dicere exceptiones competen-
tes principali non prodeſſe fideiuſſori, & poſſe cõdemnari fide-
iuſſorem ubi principalis condemnari non poſſet. l. omnes. ff. de
exceptio. l. conſtitutionibus. C. de vſuris cum ſimi. immo fideiuſ
ſori repetenti qđ ſoluit pro reo, imputatur, ſi nõ ſe defendit nec
oppoſuit exceptiones reo competentes. l. ſi fideiuſſor. ff. manda.
Bar. in l. at qui natura. §. cum me abſente. ff. de neg. geſt. ¶ Hoc ita
præſuppoſito ꝙ exceptiones competentes reo competant, & fi-
deiuſſori. Dico ꝙ ſi Ghiglonus Becchi reus principalis iter viuos
ageret, non eſſet locus iuramento in litem contra eum. Quod ip
ſum ita probatur. nam iuramentũ non defertur contra aliquem
vt delinquentem, niſi prius conſtet de delicto. tex. eſt in terminis
iuramenti in litem in l. ſi qñ, in verbo patefacta. vbi Ial. in 4. not.
C. vnde vi. & in c. ſi. extra ꝙ metus cau. modo aut vis dicere pro-
batum eſſe furtum contra ipſum reum aut non: ſi dicis probatũ
eſſe furtum aut furti ſubſtantiam, ſed quia plene non probatur
quantitas pecuniæ ſubtractæ, ſuper ea ſtari debeat iuramẽto par
tis ciuilis iuxta d. l. ſi qñ. & d. c. ſi. quod metus cau. & duo ſunt ꝗ
apertisſime confundunt partis deſiderium. Primum ꝙ ſententia
torturę lata contra reum & confirmata per Collegium Rotæ Bo
noniensis fuit & eſt iniuſtisſima. Etenim ſi probatum erat reum
furtũ cõmiſiſſe, ſed ignorabatur quantitas pecuniæ ſubtractæ
non erat procedendum ad torturam pro quantitate pecuniæ iu-
dicanda, ſed præſtandum erat iuramentum in litem ſuper tali
quantitate, per tex. in d. l. ſi qñ. & d. c. ſi. quod metus cau. Conſtat
enim ꝙ vbi alio remedio ſubueniri alicui poteſt contra reum, nõ
venitur contra eum ad torturam, quæ dicitur remedium ſubſi-
diarium, † nec uenitur ad torturam ubi ſunt alię probationes de
2 licti l. diuus Pius. & l. edictum. ff. de quæſtio. & l. quoties. C. eo. tit.
Cy. in l. 2. C. quor. appellation. recip. Ang. in l. & ſi certus. ff. ad
ſylla. cum ſimi. ¶ Sed dicet aliquis illud ꝙ primum conſideras,
videtur contra tex. in c. j. extra depoſi. vbi ſm intellectum Purpu
ræ, quem dedit in hac cauſa, conſtabat de delicto; quia proba-
tur depoſitum licèt reus negaret, & tamen torquetur reus, vt in-
dicet quantitatem pecuniarum, & ſic non ceſſat tortura licèt iu-
ramento in litem locus eſſe poſſit, ſed ſalua reuerẽtia ſoceri mei
Purpuræ iſte intellectus videtur contra iura quæ volunt, non ve-
niri ad torturam niſi in ſubſidium, ſed vbi reus negat depoſitum
& conuincitur per teſtes, vr̃ eſſe locus iuramento in litem, non
torturæ ſuper quantitate pecuniæ depoſitæ in odiũ doloſi, & ne
gantis, negando. n. depoſitum committit furtum, negans. n. ſimi
lis eſt fraudatori & furtum cõmittit. l. hæreditatem. §. ſi. ff. ad le-
gem falci. vbi paria ſunt negare bona eſſe hæreditaria, & ſubtra
here, tradit Bal. in conſi. 33. Statuto ſeu c. col. 2. poſt med. lib. 5. ne
gans. n. rem depoſitam retinet, & contractat rem alienã inuito
dño, ergo furtum committit. § j. inſt. de obli. quæ ex delic. na. &
in negante depoſitum animo occultandi, & lucrandi ꝙ furtum
cõmittat, eſt tex. in l. j. §. ſola. et in l. inficiando. ff. de furtis. per de
negationẽ. n. depoſiti iuncta retentione aut contractatione illius
non eſt dubium furtum committi, ut per glo. & doc. in l. rem quę
nobis. ff. de acq. poſſ. ad idem tex. in l. ſi is cui. & in l. ſi ſeruum. C.
de iu. ſtante igitur probatione furti, non eſt dubium locum eſ-
ſe iuramento in litem ſuper probatione quãtitatis rerum ſubtra
ctarũ, quia diſpoſitio d. l. ſi qñ. C. vnde vi. d. c. ſi. quod metus cau.
loquens in violentia, locum habet & in furto. Bal. in l. hac edicta
§. ſi iniuria, de pace iura. ſir. quod dictum pro eleganti refert, &
ſequitur Io. de Ana. in conſi. 55. quia dubia. in vltimo dubio. Ita-
que iſte intellectus ad d. c. j. extra depoſiti, ꝙ ibi plene conſtaret
de delicto furti, per negationem & retentionem depoſiti, & ꝙ p
mittatur tortura ad indicationem quantitatis pecuniarum non
videtur de iure procedere quia probata furti ſubſtantia ſup quã
titate rerũ ſubtractarum, ſtandum vr̃ iuramento in litem ceſſan-
te tortura ſubſidiaria. Sed dicet aliquis, ergo tu vis ꝙ in d. c. j. ex-
tra depoſiti. non conſtaret de delicto, ſed vbi delictum non con
ſtat, impoſſibile videtur ꝙ veniatur ad torturam. quia anteqͣ̃
procedatur contra aliquem criminaliter, etiam ad ſolam captu-
ram, neceſſarium vr̃ ꝙ conſtet de delicto, puto homicidium aut
furtum eſſe commiſſum. l. j. §. item illud & l. neceſſarios. §. non
alias. ff. ad ſylla. l. ſi is qui. §. ſi Titiũ. ff. de fur. Bar. in l. ſi. col. j ff. de
quęſtio. Bal. & Pau. de Caſt. in authen. ſed nouo iure. C. de fur-
tis. Ang. Imo. & Alex. in l. qui bona. ff. de damno infec. ¶ Iſtud ar
gumentum valde turbauit ſpiritus dñorum auditorum Rotæ Bo
noniensis in hac cauſa, & mihi videtur ſalua eorum pace & re-
uerentia ꝙ ad iuris veritatem non attingent. Reſpondeo igitur
ad tex. in d. c. j. de depoſito. altero de duobus modis. Primo ꝙ ó
ibi non fuit locus iuramento in litem præſuppoſito ꝙ conſtaret
de delicto, quia non erat perſona certa de facto, cui tale iuramẽ-
tum deferri poſſet, vel quia reus ſoluendo non erat, quo caſu fru
ſtra agitur de præſtando iuramentum in litem. l. nam is. ff. de do
lo. & ſic ſm hanc primam reſponſionem etiam tenendo intelle
ctum Purpuræ ꝙ in d. c. j. conſtaret de delicto, non tamen eius in
tellectus procedit in ſua illatione, ꝙ conſtito de delicto ſit locus
torturæ ſimpliciter & indiſtincte, immo regulariter nõ ſit locus,
ſed hoc fallat qñ reus alias ſoluendo non ſit vel actor non ſit cer
tus de facto, quia tunc ne remaneat actor in damno ex dolo rei,
3 permittatur tortura, vt indicet reus quid actũ ſit de pecuniis † ſi
forte eas occultas teneat aut alii remiſerit. plane vbi reus ſoluen
do ſit & actor de facto informatus non videtur torturæ locus,
& ſic remedio ſubſidiario, ſed iuramento in litẽ introducto ꝯ do
loſos. ¶ Secundo rñdeo tenẽdo ꝙ immo in d. c. j. de depoſito ple
ne non conſtaret de delicto, ſed ſolum per indicia aut præſum-
ptiones, ꝙ quædam ſunt delicta conſiderabilia de per ſe ſeorſũ
à perſona delinquẽtis etiam ꝙ ignoretur perſona ipſius delin-
quentis puta homicidium quãdo reperitur homo occiſus con-
ſtat. n. de homicidio licèt neſciatur quis occiderit. idem in furto
qñ reperitur domus fracta, & archa fracta in qua erant pecuniæ
conſtat. n. de fractura domus & archæ licèt ignoretur quis id fe
cerit. Idem ſi reperiatur vinea de nocte vindemiata licèt ignore-
tur per quos. Et in iſtis delictis quę de per ſe conſtare poſſunt li-
cèt ignoretur perſona delinquentis, fateor ꝙ ante omnia con-
ſtare debet de delicto. Etenim iniquum & abſurdum eſſet cape
re aliquem tanquam homicidam non apparẽte de corpore oc
ciſi: capere aliquem tanq̃ fractorẽ domus, & archæ non conſtito
de tali fractura: capere aliquem tanquam vindemiatorẽ vineæ
alienę non apparente de tali uindemiatione. Quędã vero ſunt
delicta quæ de per ſe conſiderari non poſſunt ſtante incertitudi
ne perſonæ delinquentis, puta, ſi dico me depoſuiſſe pecuniam
apud Titium, quam modo negat reſtituere, non enim conſtare
poteſt de furto ex negatione Titij niſi probetur fuiſſe apud eum
pecuniam depoſitam, & in iſtis delictis ſatis videtur ꝙ de eis cõ
ſtet per indicia aut coniecturas, vt procedi poſſit contra aliquẽ
ad capturam & torturam. Alias ſequeretur ꝙ nunquam in tali-
bus delictis torturæ locus eſſe poſſet, quia ſi plene conſtaret de
delicto fruſtra tractaretur de tortura cũ aliter cõſtare nõ poſſit
niſi conſtito de perſona delinquentis & qua rõne in delictis cõ-
ſiderabilius de per ſe non obſtante incertitudine perſonæ circa
certificationem perſonæ uenitur ad torturam ex indiciis, & con
iecturis, eadem rõne ad verificandũ delictũ per ſe non conſide-
rabile ſine certitudine perſonæ delinquentis vr̃ ꝙ procedi poſſit
ad capturam, & torturam ex indicijs & pręſumptionibus, & iſtã
declarationem arbitror eſſe puram ueritatem ſi diligenter con-
ſideretur. & ſm eam intellectus. d. c. j. de depoſito, vr̃ planus, ꝙ
ibi non conſtaret de delicto depoſitarij niſi per indicia, & idcir-
co permittitur tortura ex indiciis ad manifeſtandum pecunias
depoſitas, & ipſum depoſitum. ſi. n. conſtitiſſet de depoſito, &
reus ſoluendo eſſet, & actor talis cui iuramentũ in litem deferre
poſſet, fruſtra tractaretur de tortura cum eſſet locus iuramento
in litem circa indicationem & verificationem quantitatis pecu-
niarum. ¶ Ex præmiſſis infertur ad probationem eius quod pri-
mo loco cõſideraui, ꝙ ſi in cauſa iſta contra Ghiglonum Becchi
ante torturam plene conſtitiſſet de delicto furti licèt neſciretur

quantitas

quantitas pecuniæ ſubtractæ, peſſime fuiſſet ordinatum ipſum
reum torquendum eſſe & peſſime confirmata ordinatio per Col
legium Rotæ Bononienſis, quia iſto caſu probata ſubſtantia fur-
ti, circa quantitatẽ pecuniæ ſtandũ erat iuramento in litem. ¶Se
cundũ quod conſidero in hoc caſu, ideſt, ſi velis dicere locum eſ
ſe iuramento in litem, quia plenè conſtet de crimine furti cõtra
Ghiglonũ Becchi ad verificationem quantitatis pecuniæ furto
ſubtractæ iuxta diſpoſitionem d. l. ſi qñ. C. vnde vi. & d. c. ſi. quod
metus cau. quæ iura procedunt etiam in ſimplici furto ſine uiolẽ
tia, vt ſupra dictũ eſt. nam iſto caſu tali iuramento in litem locus
eſſe non poteſt, quia etiam ſi probatum eſſet crimen furti pleniſ-
ſimè per teſtes, ſine qua probatione iuramento in litẽ locus eſſe
non põt. d. l. ſi qñ. & d. c. ſi. talis tamen probationis efficacia, &
vis ſublata eſſet per torturam rei quia tortura purgat non ſolum
4 indicia, ſed etiam probationes.† quia uirtus probationum præ-
cedentium debilitatur per torturam rei, & eius perſeuerantiam
ut ex eis amplius condemnari non poſſit. Albe. de Roſa. in l. edi
ctum. per gl. ibi. ff. de quæſtio. ſequitur Veronẽſis in conſi. 35. Qui
dam ruſtici. col. pe. Deci. in conſi. 343. in vltimis uerbis. Marſi. in
pract. cauſarum crimi. §. qñ. nu. 41. & in §. nunc videndum. num.
26. & in d. l. edictum. nu. 3. ff. de quæſtionibus. idem nouiſſime te
net Boeri. in ſuis deciſionibus burdegalenſibus quæſtio. 163. co-
lum. 4. & 5. & aduertendum eſt quia Boerius fuit conſiliarius in
magno conſilio regio, & deinde præſes in curia parlamenti Bur
degalen. & ſemper ita uidit obſeruari, ꝙ non poteſt reus con-
demnari ex probationibus plenis præcedentibus debilitatis per
torturam. & ibidem Boeri. col. 5. in ſi. reſpondet ad dictum Alex.
in l. vnius. §. j. ff. de quęſtio. in addi. ad Bar. quia Alex. ſe refert ad
dicta per eum in l. qui ſententiam. C. de pœnis. in addi. ad Bald.
vbi Alex. nihil dicit. Præterea Alex. mouetur per tex. nihil omni-
no facit cum aliquid non dicat de tortura criminoſi, & vltra Boe
rium conſidero ꝙ dũ Alex. in d. l. vnius. § j. ſe remittit ad dicta ꝑ
eum in d. l. qui ſententiam. uerisimile eſt quod ibi ſcripta reuo-
cauerit, uidens ꝙ male loquebatur, & ꝙ ille tex. nihil faciebat ꝓ
eo. ¶ Ex præmiſſis duo inferuntur. Primum, ꝙ ſi uelis dicere fur-
ti crimen probatum eſſe licèt ignoretur quantitas pecuniæ ſub-
tractę, quam modo pars quærit probare per iuramentũ in litẽ,
ſequitur ꝙ iudices qui pronunciauerũt ſuper tortura, in iure no
torio errauerint mandando torqueri reum in plena probatione
delicti, & ubi iuramento in litem locus eſſe poterat, ſed pars ad-
uerſa non audebit allegare turpitudinem ſuam ꝙ primi iudices
uiri non obſcuri, & deinde Collegium Rotæ Bononienſis erraue
rint ita ſupine. Secundum infertur correlarium, quia poſt torturã
illatã tales probationes plenæ ſic fuerunt debilitatæ, ut reus ex
eis condemnari non poſſit de furto aliquo magno, vel paruo. ceſ
ſante autem probatione furtis ceſſat & neceſſario iuramẽtum in
litem contra furem,† cum ſine probatione furti ſtare non poſſit
5 iuramentũ in litem, ut ſupra dictum eſt, per d. l. ſi qñ. C. vnde vi.
& d. c. ſi. quod metus cau. Et ſi non poteſt reus de furto condem
nari & ſic debilitatur probatio ſubſtantiæ furti, impoſſibile eſt
ſtare poſſe qualitatem ſine ſubiecto. i. ꝙ præſtetur iuramentum
in litem fundatum ſuper furti ſubſtantia, fundamento. n. ſubla-
to omnia corruunt. l. hactenus. in ſi. cum l. ſeq. ff. de aqua plu. ar.
l. nam origo. ff. ꝙ vi aut clam. l. eg. ff. de exceptio. rei iudicatæ. c.
cum Paulus. j. q. j. cum ſimi. ¶ Aut volumus dicere probationes
furti obiecti ad plenũ factas non eſſe, ſed ſolum per indicia, &
præſumptiones: quod ipſum conceduut & præſupponunt tã Ro
ta Bononienſis ꝗ omnes doc. qui ſcripſerunt pro parte aduerſa,
& iudices qui pronunciauerunt quæſtioni locum eſſe. Et iſto ca-
ſu res eſt vndequaque clariſſima uenitue diſcrepante ꝙ per tortu-
ram rei ſuſtinentis negatiuam purgantur omnia indicia præce-
dentia utcunque vehementia & efficacia, & hoc concedit etiam
Alex. in d. l. unius. §. j. ff. de quæſtio. in addi. ad Bar. Itaque ſi pur-
gantur indicia vehementia, immo etiam probationes pręceden
tes per torturam rei, quomodo fieri poteſt, ut deferatur iuramẽ-
tum in litem contra aliquem ut furem cum tale iuramentum nõ
deferatur niſi furto probato ad plenum. ¶ Ex pręmiſſis apparet
non eſſe locum iuramento in litem, arguendo a ſufficienti par-
tium enumeratione: ſiue dicamus probatum eſſe furtum plenę
ſiue per indicia tantum, quia tortura ſubſecuta omnia purgat tã
probationes quam indicia, dico tñ probationes aliquas factas
non eſſe per aſſerta teſtimonia partis aduerſæ. Ad quæ ſingula-
tim reſponſum fuit per do. Purpura. in ſuis copioſis allegationi-
bus, idẽ hoc confeſſi, & iudices & docti, qui cõſuluerũt pro par
te aduerſa torturę locum eſſe, maxime Rota Bononiẽſis, qui oẽs
ſi vidiſſent plene probatum eſſe crimen furti, ſuper torturã non
verisimiliter conſuluiſſent ſtante remedio ordinario iuramenti
in litem introducto contra violentos fures, & doloſos, & ſi pars
capitoſius inſtaret allegando turpitudinem, & iudicum patrono
rum cauſæ quod pronunciauerint ſuper tortura in crimine claro
& probato teſtibus, dico quod tenerentur iudices in ſyndicatu
pro iniuria, & intereſſe rei, ut per Marſi. in d. pract. cau. crimi. §
nunc videndum. & §. qñ. in l. j. nu. 10. ff. de quæſtio. & in d. l. edi-
ctum. eo. ti. Similiter pro tortura iniuſta tenetur pars denuncians
actione iniuriarum, in qua venit omne damnum, & intereſſe to
ti. l. item apud. §. ſi quis libello. & l. iniuriarum actio. §. ſi quis per
iniuriam. ff. de iniur. Alex. in conſi. 11. col. j. in 2. dubio. lib. j. videa
mus mõ iniuria, & damnum perſonale indebite torti æquipollet
aſſerto damno pecuniario partis cum pœna quælibet corpora-
lis etiam minima damnum pecuniarium excedat. l. in ſeruorum,
in ſi. ff. de pœnis, vbi tex. dicit ꝙ ſolus ictus fuſtium grauior eſt
damnatione pecuniaria, quanto magis idem dicẽdum eſt in tor
tura, quæ dicitur grauior abſciſſione vtriuſque manus. §. pe. in au
then. vt nulli iudi. Dec. in l. imperium. col. 8. in ſi. ff. de iuriſd. om.
iud. De qua iniuria proteſtatus eſt reus poſt torturam, & in cau-
ſa commiſſa memorato domino Durandi, coram quo etiam pe-
titio facta eſt damnorum & intereſſe ipſius Becchi. ¶ Secundo
principaliter cõſidero ꝙ Ghiglonus Becchi fuit tortus ſuper ma
iori quantitate pecuniarum ꝗ ipſe fuerit confeſſus, non enim ſu
per omnibus torqueri poterat, quia partem fuerat confeſſus ha-
buiſſe, licèt tñ & publice, citra omne vitium furti, ſed pars prætẽ
dens maiorem quantitatem ad eum perueniſſe, torqueri eum fe
cit, ipſe autem tormenta vtcunque acerrima paſſus eſt conſtan-
tiſſime, per quam tormentorum patiẽtiam purgauit omnia in-
dicia, & omnes probationes pręcedentes ꝙ ampliores pecu-
niæ ad eum non perueniſſent. Itaque per torturæ tolerantiam pro
bauit exceptionem innocentiæ. quod ipſum cum ita ſit, quomo
do fieri poteſt ut ſit locus iuramento in litem ad probãdum ma
iorem pecuniæ quantitatem ad eum perueniſſe, cum probaue-
rit nihil amplius ad eum perueniſſe? Ad qđ ipſum fundamentũ,
ſummopere aduertendum puto. ¶ Sed dicet aliquis, illud quod
dicitur purgari indicia, & probationes per torturam, videtur ꝓce-
dere qñ ſufficienter quis tortus eſt, ſecus ubi minus competen
ter aut ſufficiẽter, quia iſto caſu permittitur torturę repetitio ubi
indicia ſunt vrgentia & crimen atrox. Bal. in l. j. col. 6. C. de con-
feſ. & in l. 2. col. 2. circa med. C. quorum appella. non recip. ſequi
tur Marſi. in l. repeti. col. 2. & 3. de quæſtio. Si permittitur repeti-
tio torturæ minus ſufficienter allatæ, ergo apparet ꝙ ex prima
tortura non purgantur indicia, ſi enim purgarentur non permit-
teretur repetitio, immo purgatis indicijs abſolui reus debet tan
quam probatum. Bar. in l. ſi. col. j. ff. de quæſtio, Rom. in cõſi. 45 t.
in ſi. quod tamen eſt conſi. Bal. vt patet inter conſi. Bal. in conſil.
27. lib. 5. ꝙ etiam probatur ex qualitate ſtyli. Sed in caſu iſto dici
tur reum minus ſufficienter fuiſſe tortum, ob id petita eſt tortu-
ræ repetitio, ergo &c. ¶ Ad iſtud argumentũ reſpondeo ꝙ immo
6 ſupra modum tortus fuit reus.† In qua re conſideru ꝙ tortura
adhiberi debet cum moderamine. l. de minore. §. tormenta. ff. de
quæſtio. ne alias feruor iudicis conuertatur in fauorem. Bal. in d.
conſi. 457. col. ſi. lib. 5. quod refertur inter conſi. Roma. in conſil.
451. Illud autem moderamen torturæ relinquitur arbitrio iudi-
cis. l. quæſtionis modum. ff. de quæſtio. In quo arbitrio iudex con
ſiderare debet complexionem & qualitatem rei accuſati, an ſit
debilis, vel robuſtus, aut ferox, nobilis, vel plebeius, ciuis vel ru-
ſticus. rurſus conſiderare debet qualitatem criminis, an ſit leue,
aut graue, vel atrox: Ita Dyn. in trac. de quæſt. ver. ſi. qualiter dẽat.
ſequitur Ang. de maleſi. in verſi. ꝙ fama publica præcedente. q.
7. & ibi in addi. Marſi. in prac. cau. cri. §. expedita. nu. 85. ubi etiã
Marſi. ꝙ in tali arbitrio iudex debet vti benignitate potius quam
atrocitate. Sed quis iudex ita durus, ferus, ſeuerus, immitis, bar-
barus, toruus, iniquus, violentus, immanis, inclemens, ſanguina
rius, aut plagoſus non arbitrabitur crudeliſſime cũ reo actũ in
mõ quæſtionis habita ratione complexionis corporis non ita for
tis, qualitatis perſonæ quia mercator, ciuiliter non ruſtice educa
tus, ſimiliter conſiderando qualitatem criminis furti, quæ nõ dẽ
de atrocibus, criminis. n. grauitas cognoſcitur ex grauitate pœ-
næ. quia pœna, & delictum ſibi inuicem correſpondẽt, & pœna
delicto commenſurari debet l. ſi re. vbi Bar. C. de infami. & deli-
ctum illud dr̃ maius ꝙ grauius reperitur vindicatum. c. non afſe
ramus. 23. q. j. c. quia tua. l. di. gl. 2. i c. ſi. de ſtatu monacho. no. Bal.
& Alex. in l. j. ff. ne quis eum qui. Cur. ſen. in conſi. 59. col. 19. in ſi.

Deci.in authen.caſſa.col.3.poſt med.C.de ſacroſan. eccleſ. & alibi ſæpe.¶Sed pro furto de iure communi non imponitur pœna mortis auth.ſed nouo iure.C.de ſeruis fug.ergo apparet ꝙ delictum furti non dicitur de atrocibus licèt graue & magnum ſit. ¶Sed pone ꝙ ageretur de crimine aliquo atrociſſimo puta homicidio doloſe commiſſo, & de tempore nocturno, adhuc Ghiglonus Becchi diceretur ſufficienter tortus, quia ſuſtinuit primũ dictum cordæ aut torturæ eleuatus vſque ad tagliolam cum magno clamore, & dolore ac ſudore in facie. Deinde ſecundo loco fuit eleuatus prope tagliolam cum pondere vnius bombardellę ferreæ librarum triginta ad pedes, licèt paulatim demiſſus fuerit ſine quaſſatione. ¶Poſtea ſuſtinuit tertium ictum violentũ eleuatus uſque ad tagliolam cum quaſſatione, quæ omnia iudex cõſiderans arbitratus eſt reum ſufficienter tortum, quem diſſolui iuſſit, & ad ignem adduci ubi remedia oportuna adhiberentur & membra enodata ad ſua loca reſtituerentur. Ecce, ſi tortura fuit ſufficiens membris enodatis & diſſolutis. ¶Iam illud quod dicitur reum non ſufficienter tortum ex integro torqueri poſſe, procedit quando prima tortura fuit leuis, quia leuis tortura, tortura non dicitur, Bal.in d.l.2.C.quorum appella.non recip. Marſi. in d.l.repeti.col.2.& 3.ff.de quæſtio.ſed leuis tortura dici non poteſt ad modum memoratum. ¶Præterea Bal.in d.conſi.515.in fi. lib.5.dicit ſufficienter tortum eum, qui ſemel tortus ſit etiam in crimine atrociſſimo homicidij nocturni, quod hic dicemus ubi ſolum agitur de furto pro quo pœna mortis non imponitur.

¶Et ꝙ ſufficienter tortus quis dicatur licèt ſemel tortus fuerit in quocunq; crimine vtcunque atrociſſimo, probatur: nam iura &
7 doc.† dicunt quod ſemel tortus repeti ad torturam nõ debet nisi ex nouis indicijs de nouo ſuperuenientibus.d.l.repeti. ff.de quæſt.Bar.in l.vnius.ff.eo.tit.no.in l.ſi.C.eod.tit. Alex. in conſilio 80.col.3.in fi.lib.2.immo non ſufficerent noua indicia niſi illa ſint fortiora primis indicijs, & diuerſis generis. Baldus in conſilio 77.tex.ante fin.lib.3.Fran.Brunus in trac. de indi. & tortura in materia torturæ.col.26.verſi.ſed ponamus ꝙ tortus neget. Sequitur Marſi.in ſua practi.§.quoniam.nu.9.& in d.l.repeti.nu. 10.ff. de quæſtio.& ibidem nu.5.dicit ꝙ iſta opinio eſt æquior ſuſtentabilior, & magis conſona iuri, & quod ſeruatur in practica. Addo vltra eum quod idem tenet Car.ſen.conſi.60. col.8.poſt med.Ita quod tortura repeti non poteſt ſine nouis indiciis, & ipſis fortioribus primis, ergo neceſſario ſequitur, ꝙ ſufficit quem ſemel torqueri in quocunque crimine dummodo competenter torqueatur, ſed neſcio quomodo acrius aut durius agi potuiſſet cũ Ghiglono Becchi circa modum torquendi, quam actum fuerit conſiderata qualitate eius perſonæ, & criminis, nam iudex delegatus aſſumptus ad inſtantiam partis maiorem ſæuitiam in torquẽdo ſuſtinere non potuit. ¶Poſtremò cum modus, & moderamen quæſtioni relinquatur arbitrio iudicis, & iudex expreſſe ita fuerit arbitratus, animaduertens ad clamorem, ſudorem & dolorẽ accerimum ipſius torti, vlterius dubitandum non videtur an fuerit reus ſufficienter tortus, quia iudex in arbitrarijs de eo ꝙ fecit redargui non poteſt. ita in terminis torturæ tenet Pau.de Caſtro in conſi.599.Viſa inquiſitione.col.fi.lib.2. ¶Secundo reſpondeo ad argumẽtũ, millies ſine præiudicio veritatis ꝙ reus minus ſufficienter tortus fuiſſet, adhuc tamen non eſſet locus iuramento in litem deſiderato: quia poſtquam petitum fuit torturam repeti, ergo in neceſſarium antecedens præſupponitur quod non eſſet nec ſint plenæ probationes contra reum, quia ſtãtibus plenis probationibus non eſt tractandum de tortura quę non infertur niſi in ſubſidium vt ſupra dictum eſt, ceſſantibus autem plenis probationibus ceſſare oportet & iuramentum in litem, quod non defertur niſi conſtito plene de delicto d.l.ſi quando. C. vnde vi. & d.c.ſi.ꝙ metus cau. Et ſi non erãt plenę probationes ante torturam multò minus poſt eam illatam, quia illa patientia torturæ debilitauit, & ſuſtulit pręſumptiones laborantes contra reũ immo & probationes per ſupradicta. ¶Et licèt tortura minus ſufficiens nõ purget omnino indicia, negari tamen non poteſt quin ex ea fiat aliqua præſumptio pro reo torto contra partem, quæ præſumptio impedit delationẽ iuramenti. gl.in l.j.C.qui & aduerſ.quos.vbi quod non eſt locus iuramento ſuppletiuo ex probatione ſemiplena quando contra talem probationem militat aliqua præſumptio.ſequitur Bald.in conſi.j.ante fi.lib.4. Roma. in conſi.91.col.pe. ¶Tertiò reſpondeo, poſito & non conceſſo, ꝙ tortus fuiſſet reus minus ſufficienter adhuc tamen purgata eſſent omnia indicia exiſtentia contra eum immo & probationes, quia ipſe reus mortuus eſt in illa negatiua ꝙ ad eum plures pecuniæ non peruenerunt, nam veriſimile eſt ꝙ ſi plures pecunię alienę ad eum perueniſſent, illas manifeſtaſſet in tempore mortis cum non præſumatur quis immemor ſalutis æternæ.l.ſi.C. ad legem iul.repe.c.ſancimus.j.q.7.c.literas, de præſumptio.c ſignificauit, de homicidio.nemo enim pręſumitur mori cũ mẽdacio, & peccato. Bal. in conſi.476.Teſtamenta.lib.5.vbi ex hac ratione concludit ꝙ confeſſio damnati ad mortem ſuper extorſione vſurarum fiſco præiudicat. Similiter dicit Calderi.in conſi. 25.in titu. de teſtam. ꝙ creditur confeſſioni rogati de reſtituendo incapaci, quando ita confitetur in ultima voluntate, quia non præſumitur quis mentiri in vltima voluntate. Alibi ſcribit idem Calder. in conſil. 15.in ti.de vſur.ꝙ non eſt præſumendum quem mentiri in articulo mortis. Eadem ratione videmus ꝙ ſcriptura mortui probat vbi viuentis non probaret, quia non eſt ueriſimile ꝙ moriens talem ſcripturam dimiſiſſet, ſi non vera eſſet. Bar. in l. admonendi. col.7.ver. circa fin.ff.de iureiuran. Bal.in l.comparationes. col. 7.verſi.Cinus firmat.C.de fide inſtr.& in l.inter chartulas. C. de conue.fiſci debi.li.10.Deciſio Neapoli.deciſ.40.in fi. Et adeo maior fides habetur ſcripturæ mortui ꝙ eo caſu in quo iuramentũ requiritur ad fidem ſcripturæ, illud tamen neceſſarium non ſit mortuo ſcribente quia mors vim habet iuramenti. Pau.de Caſt. in conſi.301.col.j.in 3.dubio lib.j.Dec.in l.j.col.2.C.de edẽ.& in c.2.col.5.circa med.verſi.eodem modo, de fide inſtru. Similiter videmus ꝙ inſtrumentum notarii defuncti carens aliquibus ſolennitatibus, ſemiplene probat, quod viuente notario nihil omnino probaret. Bar.in d.l.admonendi.col.6. verſi. quæro, quid ſi in inſtrumento reperitur defectus.& ibi Iaſ.col.19.verſi.quartus & vltimus caſus.& in repe.col.63.verſi. 4.& vlti. quęrit Barto. tradit Alex.in conſi.59.col.2.in fi.verſi.nec prædictis etiam obſtat.lib.2. & in conſi.187.lib.7.Cor.in conſi.22.col.3.lib.3. in fi. Eodem modo dicamus ꝙ licèt illa tortura de per ſe indicia præcedentia omnino non purgaret tanquam minus ſufficienter illata, cuius contrarium tamen ſupra abunde probauimus, tamen ea quo reus tortus mortuus eſt in illa negatiua quã in tortura ſuſtinuit, probatio negatiuæ omnino ſuppleatur ea morte, quia veriſimile non ſit reum cum peccato furti mori voluiſſe. ¶Ex præmiſſis ad mortem rei torti reſpicientibus infertur etiam probationem acerbitatis torturæ ꝙ non ſolum ſufficienter tortus fuerit reus immo pluſquam ſufficienter & durius ac acerbius, quia poſt illatam torturam dicitur quod nunquam potuit conualeſcere, ſed languit ſemper vſque ad mortem, euentus.n.ſecutę mortis declarat qualis fuerit tortura pręcedens, quia exitus acta probat.l.qui res.primo ſecundo & tertio reſpon.ff. de ſolutio. l. aut facta.§.euentus.ff.de ſolutio.l.quædã.ff.de rebus dub.l.rem non nouam.§.fi.C.de iud.l.e.iure noſtro.§.fi.ff.de teſta. tute. & prima conſtitutio.Digeſtorum.in fi.Sic ab euentu ſecundo arguit Rota deciſ.1na.fatalia.in fi.& deciſio.446 ſi lata.in nouis.Alex. in conſi.68.nu.3.lib.7.Iam in re dubia, quæ hic clariſſima eſt, quod pluſquam ſufficienter tortus reus fuerit, interpretatio fieri debet in partem humaniorem ꝙ ſatis fuerit tortus reus l.maiorem.ff. de pactis.l.ſi fuerit.§.plane.ff.de rebus dub.l.cum apud, vbi Bal. C. de com.ſeruo.manumi.l.cum in teſtamento.ff.de rebus dub.tradit Soc.in d.l.ſi fuerit.§.plane. Et in terminis torturæ tradit Marſi.in ſua practi.§.expedita.nu.85.vbi ꝙ iudex circa arbitrium torturæ debet uti benignitate potiuſquam atrocitate. Cũ enim tortura res ſit ualde periculoſa.l.j.§.quæſtioni.ff.de quæſtio. ubi quod alij tanta ſunt impatientia, vt in quouis mentiri quàm pati tormenta velint.& ita fit ut etiã vario modo fateãtur, vt non tantũ ſe, verũ etiam alios criminentur, quod ipſum maxime procedit in iuuene haud ita robuſto, ciuiliter non ruſtice educato. ideo in dubio iudicandum eſt quod plenè, & ſufficienter fuerit tormentis effectus, & quia melius eſt nocentem abſoluere quàm innocẽtem medio torturæ acerbioris condemnare.l.abſentem.ff.de pœnis. Plane non hic in dubio ſumus vbi tormenta accerrima data ſunt pro qualitate perſonæ & criminis obiecti, vt ſupra dictum eſt. ¶Similiter in re dubia præſumendum eſt pro iudice torquente quod ſufficienter torſerit.l.Herennius.§.Caia.ff.de euictio.l.2.verſicu. quod non arbitramur.C.de offi.ciui.iud.c.in noſtra, de procura. c.in præſentia.de renuncia.c.accepimus, in verbo nõ credimus, ubi Ioan.And.de æta.& qua. Et magis pręſumendum eſt pro iudice aſſiſtente torturæ qui expreſſe arbitratus eſt reum ſufficienter tortum quàm pro aduocato partis petente repetitionem, iuxta illud, Tu magis ſcire potes, de quo in l.3.ff.de teſtibus. quem tex. ad terminos torturæ applicat Bal.in d.conſi.427.li.5. inſerto inter conſi.Roma.in conſi.451.col.fi.nam iudex conſiderauit qualitatem

ſitatem perſonæ torti, conſiderauit vehementiam doloris, & clamores eius, debilitationem membrorum, ſudorem & alia ex quibus motus fuit ad ita arbitrandum, vt mirandum ſit de Bruno Aſtenſi uiro alioquin laudatiſſimo qũn auſus fuerit in materia aſſerti furti petere torturæ repetitionem, & contendere nõ fuiſſe eum competenter tortum. ¶ Ex præmiſſis plura correlaria inferuntur. Primum quod fuit reus ſufficienter tortus. ſm quod attenta ſufficientia torturę purgata fuerunt omnia indicia, immo & oẽs probationes ſi quæ fuiſſent, quæ ipſæ tamẽ minime erãt. Tertium ꝙ etiam data; ſed non conceſſa tortura minus ſufficienti, talis tñ inſufficientia ſuppleta eſſet per mortem ipſius torti, q mortuus eſt in eadem uoluntate, & perſeuerãtia negatiuę. Quartum correlarium quod ea quo reus tortus eſt, & deinde petita torturæ repetitio, in antecedens neceſſarium præſupponitur nõ eſſe probatum aſſertum crimen furti contra reum, quia data probatione plena ceſſat tortura ſubſidiaria. ¶ Quintum correlarium ꝙ ceſſante probatione aſſerti furti, impoſſibile eſt venire ad iuramẽtum in litẽ, quod ipſum requirit probationem criminis ad plenum. ¶ Præterea conſidero ꝙ ſi procedunt præmiſſa in fauorem rei principalis, vt contra eum iuramentum in litẽ non locus ſit, a fortiori procedere debent in fauorem fideiuſſorum, qui cõueniuntur pro facto alieno. arg. no. per Bar. in l. ſemper. §. fin. ff. ꝙ vi aut clam. in l. j. ff. quan. ea fac. tuto. & in d. l. ſi qñ. C. vnde vi. Deci. in rub. extra de probatio. col. 15. poſt med. ver. prædicta cõcluſio. ¶ Poſtremo dico nullo modo poſſe tractari de iuramento in litem, nam licèt illud deferatur ea diſpoſitione legis ob id facultas iurandi tranſeat ad hæredes, ſm Pau. de Caſt. Rom. Alex. & Moder. in l. pe. §. fi. ff. ne quis eum qui Roma. in conſi. 590. col. j. circa med. Soci. in conſi. 89. col. fi. lib. 3. Deci. in l. ed. tu, colu. 10. in fi. C. de eden. Iſtud tamen procedit qñ eſſet talis hæres qui iurare poſſit, quia ſit informatus de ueritate facti, quia alias eſſet abſurdum, immo nimis periculoſum deferre iuramentum ei q factum neſcit, aperiendo uiam periurijs. ita Bal. in c. j. per illum tex. ſi de inueſti. inter do. & vaſal. oria. ſequitur Iaſ. in d. l. pe. §. fi. ante fi. ff. ne quis eum qui. in repe. l. admonendi. col. 12. poſt medium. nu. 167. de iureiuran. & in l. ſi qñ, col. pe. poſt med. C. vnde vi. Tradit Bar. in l. admonendi. col. pe. ff. de iureiur. vbi Bar. rationem aſſignat. nam pars cui defertur iuramentum habetur loco teſtis in caſu proprio, ſed teſtis non admittitur niſi ſuper his quæ ſcit per veram ſcientiam. refert, & ſequitur Gemin. in conſi. 167. in fi. tradit Alexan. in conſi. 71. col. fi. lib. 3. Felyn. in c. in omni. ante fi. de teſtib. Sed Michael Boaij eſt omnino ignarus facti de quo agitur quia de tẽpore mortis eius patris erat impubes qui ignorat quicquid videt. l. j. C. de falſa mone. c. ſunt qui opes decimæ ſe prima quæſtione quarta. c. eos, de conſecra. diſt. 4. Ad hoc enim vt hæres dicatur ſcire factum defuncti oportet quod ſe immiſceret negocijs ipſius defuncti, uel ꝙ defunctus facta ſua hęredi cõmunicaret, vt per Iaſ. in d. l. ſi quando, col. pen. poſt med. ſed impuberibus non communicantur negocia. ergo &c. ¶ Secũdo nõ poteſt Michael Bozij ſcire factum de quo agitur, quia ut pars fatetur in prima eius ſupplicatione, mortuo Antonio Bozio eius patre pecunię peruenerunt ad manus Ioan. Thomæ Coſtæ, & ſic non poteſt dici ꝙ Michael Boaij poſſit ſcire præſumptiue quantas pecunias relinquerit dictus Coſta, quia cum eo nõ ſtetit nec habitauit nec fuit pręſens quando mortuo Coſta pecuniæ fuerunt remiſſę per Auguſtinam eius vxorem. ¶ Tertiò non videtur diſputandum de ſcientia, vel ignorantia partis, quia in eius ſupplicatione oblata ab initio cauſa ſub data vndecimo Maij 1534. confeſſa eſt quod ignoratur quantitas pecuniæ dicti ſui patris, quomodo igitur poterit iurare ſuper quantitate quam ignorat. ¶ Ex quibus puto & concludo cauſam fideiuſſorum aut eius hæredum in tuto eſſe, nec iuramentum in litem deferri poſſe, pro quibus etiam in dubio eſt pronunciandum reg. fauorabiliores. ff. de reg. iur. ubi latè mod. Et ita de iure reſpondeo ſaluo ſaniori iudicio. Sauiliani 28. Auguſti 1546.

Aymo Crauetta ex Sauiliano I. V. D.

SVMMARIVM.

1. *An filij ſuccedant in bonis, quorum pater fecit quitationem & quo caſu.*
2. *Ius repudiatum cui accreſcat.*
3. *Abſentis ius non quæritur non interueniente nuncio uel epiſtola.*
4. *Duplex reſtrictio tollerari non debet.*
5. *Quæ differentia ſit inter contractus & ultimas uoluntates.*

CONSILIVM CCLXXXVIII.

Pro Iacobina vxore Ioannis Mariæ Rauari contra hęredes Ludouici Innocentij alias Leuini de Sauiliano.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Margarita Luine quitauit eius patri Ludouico omnia eius bona paterna, & materna, ea tamen lege, ꝙ ſi contingat filios maſculos ipſius Ludouici, tam natos q̃ nam ſcituros, ſeu ipſorum filiorum filios decedere abſque liberis maſculis legitimis, & naturalibus, ꝙ eo caſu ipſo Margarita ſuccedere debeat in bonis ipſius Ludouici ac parte dimidia dotium quondam Ioannæ matris acſi ipſa quitatio facta non eſſet. Deinde deceſſit dictus Ludouicus Leuini relictis Philippo & Antonio eius filijs ac Iacobina, & dicta Margarita filiabus ab inteſtato. Quæritur ad quot pertineat portio dictæ Margaritæ quæ quitauit, & an in dicta portione Margaritę ſic quitata ſuccedere debeat dicta Iacobina ſimul cum dictis Philippo & Antonio fratribus? Videretur dicendum prima fronte ꝙ iura quitata per ipſam Margaritã inſolidum pertineant ad ipſos Philippum & Antoniũ liberos maſculos excluſa Iacobina. nam Margarita quitauit contemplatione maſculorum, quia eis deficientibus actum fuit quod quitantia nulla eſſet, ſed qñ auferuntur bona alicui contemplatione alterius, applicari debent ei cuius contemplatione auferuntur. l. legatum. §. amittere. ff. de his quibus vt indig. l. 2. §. fi. vbi Barto. ff. de colla. bon. C. de leg. Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad tertulia. Iaſ. in l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. col. 2. verſi. pro iſta deciſione Bart. ff. de leg. j. Addo tex. in l. illam, C. de collatio. & in l. ſi defunctus. C. de ſuis, & legi. ubi Bal. & Pau. de Caſt. quæ duo iura ad hoc citat Calca. in cõſi. 83. col. 2. ante med. ¶ Nec obſtare videtur quod Margarita quitauerit Ludouico patri, & non fratribus, & conſequenter ꝙ iura bona quitata pertinerent ad patrem, & ꝙ in eis videtur admittenda Iacobina æqualiter cum fratribus ſicut, & in alijs bonis. quia reſpondeo quod non videtur inſpicienda perſona patris cui quitatio facta ſit, ſed filiorum quorum cõtemplatione facta eſt, non enim inſpicitur ad quem verba dirigãtur, ſed quorum contemplatione dirigãtur. l. j. §. nunc de effectu. l. ſi quis reũ. §. j. ff. de lib. & poſt. l. iſti quidẽ. §. fi. ff. qđ metus cau. l. ſi cui. §. ſi Titio. ff. de leg. j. l. fideicommiſſa. §. interdum. & l. plerunque. ff. de leg. 3. & d. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. vbi Bar. ff. de leg. j.

¶ Præterea videtur abſurdum quod dicta Iacobina ſuccedat in bonis, & iuribus quitatis contra intentionem Margaritæ quitãtis quæ noluit fœminas eſſe melioris conditionis ipſa Margarita cum deficientibus maſculis noluerit quitationem effectum ob-
1 tinere. ¶ † Sed præmiſſis non obſtantibus contrarium puto de iure verius, ꝙ immo in bonis, & iuribus quitatis æqualiter ſuccedat Iacobina cum fratribus. Et primo iſta res videtur clara reſpectu bonorum, & hæreditatis patris viuentis de tempore quitationis in quibus bonis filij maſculi poſſunt dicere ſibi quæſitũ ius ex illa quitatione: nam talis quitatio reſpectu bonorum patris viuentis non poteſt dici quitatio aut renunciatio proprie ex quo filia nihil poterat cedere aut remittere cum nihil iuris haberet in hæreditate patris viuentis etiam reſpectu legitimæ. l. j. §. ſi impuberi. ff de collatio. bon. igitur non potuit cedere aut remittere quod non habebat. l. traditio. ff. de acq. rerum dom. reg. nemo plus. ff. de reg. iuris. cum ſimi. fuit igitur tale pactum de nõ
2 ſuccedendo & ſic repudiatio. † Sed ius repudiatum accreſcit omnibus hæredibus, etiam quod fiat repudiatio in fauorem vnius hæredis tantum aut eius contemplatione, quia in iure accreſcẽdi portio accreſcit portioni non habita ratione perſonarum l. ſi totam. ff. de acqui. hære. l. ſi Titio in fi. ff. de vſufr. l. interdum. ff. de vſufr. accre. l. hæc ſcriptura. §. fi. ff. de conditio. & demon. Et ita in terminis repudiationis determinat Bal. in l. ſi actionem, vbi Dec. in 3. no. poſt Pau. de Caſt. & Alex. C. de pactis. idẽ tradit Paulus de Caſt. in conſi. 135. Dubium facit. col. 2. verſi. & ſi dicatur. & in conſi. 252. Viſo puncto ſupraſcripto. col. j. & colum. 3. circa med. lib. j. ¶ Quod tamen non procederet quando repudiaretur hæreditas mortui, quia tunc ſi fiat repudiatio contemplatione vnius alteri nihil accreſcit. quia ſic repudiãs tacite videtur prius adire & deinde renunciare. Pau. de Caſt. in l. pactum. C. de collati. ſequitur Alex. in d. conſi. 149. col. 2. poſt med. lib. 7. Addo eundem Pau. in d. conſi. 255. col. 3. circa med. ubi etiam Pau. ꝙ talis aditio tacita ſolum operatur validitatem donationis, vt ei acquiratur, cui ſit renunciatio aut repudiatio, non ut renuncians

obligetur

obligetur oneribus hæreditariis. ¶ Maior difficultas eſt circa bona materna in quibus tamen adhucidem videtur concludendum, quia talis quitatio facta fuit Ludouico patri acceptanti ꝑ ſe, & hæredibus, & ſic pro omnibus hæredibus, quia definita æquipollet vniuerſali. l. ſi pluribus ubi Bar. ff. de lega. 2. ideo cum verba acceptationis videantur clara, non videtur dubitandum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. 3. cum ſimi. ¶ Secūdò aut filij maſculi ſoli volunt uenire ad portionem Margaritæ bonorū maternorum tanquam hæredes patris ab inteſtato, aut virtute dictæ donationis, ſi tanquam hæredes patris, & tanquam illa bona materna eſſent effecta patris per illam renunciationem, & ſoli uenire non poſſunt, quia adeſt cohæres pro tertia parte dicta Iacobina. Si volunt venire virtute dictæ renunciationis non poſſunt, quia pro eis tanquam filiis maſculis nullus fuit
3 ſtipulatus nec acceptauit. † Conſtat autem quod abſenti ius non quæritur non interueniente nuncio, vel epiſtola. l. conſenſu. ff. de actio. & oblig. l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. Ancha. in conſi. 127. col. 2. verſi. item probabiliter dici poteſt. Immo etiam diſpoſitio liberatoria abſenti non prodeſt niſi aliquis recipiat nomine abſentis. l. idem in duobus. §. ſi. ubi Mod. ff. de pactis. Alex. in conſi. 131. col. 2. lib. 4. & ita in terminis noſtris arguit Alex. in d. conſi. 143. col. 2. poſt medium ver. ꝙ autem dictæ filiæ. lib. 7. Et in hoc conſidero ꝙ nos ſumus in fortiori caſu, nā præmiſſa procedunt quādo actus fit in fauorem abſentis expreſſe ꝙ ei ius non acquiritur nullo pro eo recipiente, multo minus dici poteſt fuiſſe quæſitum ius iſtis filiis maſculis quibus quitatio facta non eſt, immo facta fuit patri pro ſe, & hæredibus. ¶ Tertiò conſidero quod filii maſculi ipſius Ludouici ſolum fuerunt poſiti in conditione, vt patet ex verbis contractus, quo caſu non poſſunt dicere ſe uocatos, iuxta glo. cōiter approbatam in l. Lucius. ff. de hæred. inſti. & licèt ſit magna contentio inter doc. an dicantur vocati quando ponuntur in cōditione ſub qualitate maſculinitatis, iſta tamen difficultas videtur ceſſare in caſu noſtro in quo apparet ꝙ contrahentes noluerunt ipſos maſculos vocare dum facta fuit quitatio Ludouico acceptanti pro ſe & hæredibus: appellatione enim hæredum veniūt oēs etiam extranei. l. ſciendum. l. hæredis appellatione. ff. de verb. ſign. l. ſi pactū. ff. de probatio. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita, in ſi. ff. de verb. obl. l. in annalibus. C. de leg. l. viam veritatis. C. loca. l. ſi. C. de hæredi. inſti. Itaque cum clare & expreſſe fuerit pater ſtipulatus pro hæredibus non eſt dicendum quod ſolos filios maſculos voluerit uocare per verba conditionalia, quia eſſet contrarietas manifeſta qđ veniant hæredes, & ꝙ veniant ſoli filii maſculi. rurſus oporteret impropriare verbum hæredes, pro ſolis filiis in materia tranſitoria ad hæredes extraneos. ſimiliter oporteret reſtringere illud verbum hæredes, ad ſolos maſculos. talis autem impropriatio admitti non debet aliter non apparente de voluntate diſponentis, quia in re dubia melius eſt proprietati verborum deſeruire. l. j. §. ſi is qui nauem. ff. de exercito. l. non aliter. ff. de lega. 3. Immo qñ verba ſunt certa & clara, non receditur a proprietate verborum licèt actus non valeat. l. vbi eſt uerborum, ubi Soci. in quinto no. ff. de condi. & demon. tradit idem Soc. poſt Bar. in l. cum ſenatus, col. 2. verſi. 3. infertur. ff. eo. tit. de condi. & demon. Similiter reſtringere illud uerbum hæredes, ad maſculos, deuiat a regu. iur. quia omnis reſtrictio eſt contra literalem ſermonem. Bal. in conſi. 371. 1. vol. col. 2. circa medium lib. 5. nec reſtringi dēnt verba generalia non interueniēte ratione reſtringēdi. l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis. l. Aurelius. §. Titius teſtamēto. ff. de lib. leg. l. actione. C. de tranſac. quę iura ad hoc citat Bal. in cōſi. 48. quia verba. lib. 4. Et ſi dicatur, videtur apparere de mente contrahentium quod voluerint intelligere de ſolis filiis maſculis ex quo illos poſuerunt in conditione reſpondeo, quòd immo fortius apparet de mente ipſorum quòd intellexerint de omnibus hęredibus etiam extraneis, quia ubi ageretur de ipſa ſubſtantia diſpoſitionis, & de uocatione expreſſa, facta eſt ſtipulatio & acceptatio pro hæredibus, filii autem maſculi ſolum fuerūt poſiti in cōditione. cui autem dubium quòd debilior eſt conditio quàm diſpoſitio, cum conditio nihil ponat in eſſe. l. ſi quis ſub conditione. ff. de conditio. inſti. Rurſus, ſi dicimus patrem ſtipulātem ſenſiſſe de ſolis maſculis inducitur reſtrictio facultatis teſtandi reſpectu portionis paternę quitatę per Margaritam, de qua non potuiſſet diſponere, ſed coactus fuiſſet relinquere liberis maſculis, ſed non eſt uerisimile quòd pater quæſierit habere quitationem Margaritæ per quam cogeretur portionem quitatam maſculis relinquere reſtringendo facultatē teſtandi. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. facultas enim teſtandi nō ſolum tolli non poteſt, ſed nec reſtringi. l. cum duobus. §. idem reſpondit primo. ff. pro ſocio. ibi, nec libertatem de ſupremis iudiciis conſtringere quis poterit. l. pactum quod dotali. C. de colla. Deci. in conſi. 475. col. 3. circa med. ¶ Præterea ſi voluntas contrahētium fuiſſet uocare filios maſculos Ludouici, & eis acquirere, veriſimile eſt quod de eis mentio habita fuiſſet, facile. n. fuiſſet dicere pro ſe, & filiis ſuis maſculis, prout dictum fuit pro ſe, & hæredibus. l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. j. l. j. ff. ſi menſor falſum mo. dix. c. inter corporalia, de tranſlatio. præla. c. maiores, de baptiſ. c. ad audientiam, de decimis. ¶ Conſidero ēt ꝙ intelligendo patrem fuiſſe ſtipulatum pro filiis maſculis tm̄, eſſet duplex reſtrictio prima, qa verbū hędibus, reſtringeretur ad filios contra eius ſignifi
4 cationem, ſcđa, quia reſtringitur ad maſculos tm̄. ¶ † Duplex autē reſtrictio tolerari non debet. arg. l. j. C. de dotis prom. ¶ Et ſi dicatur, ad quid filii maſculi fuerunt poſiti in conditione? & ad quod factum eſt illud pactum, quod eis deficientibus voluit Margarita ius ſucceſſionis ſaluum eſſe, niſi ut ad eos pertinerēt bona? rn̄deo quod attēta iſta rōne ſequeretur quod ſemper filij poſiti in conditione dicerentur vocati, cuius tamen cōtrariū doct. cōiter tenent. ¶ Secundò rn̄deo, quod ideo poſiti fuerunt in conditione, & eis carētibus quitauit Margarita bona auia cogitabat quod pater eos vocaret non quod intenderet patrē grauari ad eos ſolos vocādū. ¶ Tertiò rn̄deo quod argū procederet ſi ageretur de excludendo ipſos filios maſculos, ſed hic admittuntur. & licèt ēt Iacobina ſuccedat ſimul cū eis, hoc non videtur inconueniens, quia tale ius ſuccedendi conſequitur Iacobina ex patris ſtipulatione expreſſa qui ſtipulatus fuit ꝓ ſe, & hæredib. ¶ Quartò rn̄deo quod licèt pater non fuiſſet ita ſtipulatus ꝓ hæredibus, adhucidem vr̄, quia licèt quitatio facta eſſet cōtemplatione maſculorum, tn̄ ex quo expreſſe vocati non ſunt, conſequeretur Iacobina, ius ſuccedendi ex perſona maſculorum quod ex ſua conſequi non poſſet, nam videmus quod filius inſtitutus poteſt contratabulare teſtm̄ patris beneficio filii præteriti, & tamen ex perſona ſua cōtratabulare nō poſſet. l. ſi poſt mortē. §. ſi. ff. de bon. poſſ. contra tab. gl. & doc. in l. poſthumo. C. eo. tit. Et pro hac rn̄ſione multum in terminis adduco Soc. in l. 5. col. ſi. ff. de vulgar. ubi qñ excluditur ſubſtitutus ex tacita pupillari, matre, & fratre pupilli in medio exiſtentibus, licèt ſolus frater non excluderet, ſed ſit excluſio contēplatione matris, tn̄ hæreditas pupilli æqualiter vtrique applicatur matri & fratri. ¶ Ad idē adduco qđ pulchre ſcribit idē Soc. in l. cum auus, col. 6. verſi. Sed hic cadit pulchra, & apud me noua inueſtigatio. ff. de condi. & demonſt. vbi quando filiæ grauati non faciunt deficere fideicommiſſum qa facta fit ſubſtitutio ſi grauatus deceſſerit ſine liberis maſculis, ſi decedit grauatus relictis liberis maſculis, & fœminis, fideicommiſſum deficiens applicatur maſculis & fœminis ęqualiter licèt deficiat ſolum contemplatione maſculorū, quibus deficientibus fœminæ nihil conſequerentur, ſed illud pertineret ad ſubſtitutū. & ſic dicit Soci. conſequuntur fœminæ ea perſonis maſculorum quod ex propriis perſonis cōſequi nō poſſent, & licèt relinquat Soc. cogitandum, tamen ſi memorię tunc habuiſſet illud quod dixerat in d. l. 2. col. ſi. ff. de vulga. dubitationem aliquam (arbitror) non reliquiſſet. Paſſus tamen ſubtilis eſt, & pulcher in quo ipſo alta ingenia depaſci poſſint. ¶ Quartò principaliter conſi
5 dero, † quod vr̄ differentia in hac materia inter contractus, & vltimas voluntates, in contractibus. n. ſi quid cui promittur contēplatione alterius nō competit actio ei cuius contēplatione actus fit: puta, promittit pater dotem marito pro filia, nō poteſt filia agere ex tali promiſſione licèt promittatur dos contemplatione filiæ. l. ſi pro te. vbi glo. C. de dotis promiſ. gl. & doc. in d. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de lega. j. Alex. in conſi. 68. Stantibus. colu. pe. in ſi. lib. 4. Sed hic ſumus in contractu, ergo non videtur quæſitum ius filiis maſculis etiam ꝙ eorum contemplatione quitatio facta eſſet. Vniuerſa difficultas conſiſtit in reſpondēdo ad cōtraria, ad quæ licèt ex præmiſſis reſponſum appareat, tamen in ſpecie reſpondeo. & ad primum quod quitatio facta fuit contēplatione maſculorū, & quod eis applicari debent bona quitata, reſpondeo ꝙ reſpectu bonorum & hęreditatis patris uiuentis non poteſt dici quitatio, ſed repudiatio, bona aūt repudiata accreſcunt portionibus, & nō perſonis ideo cum portio hæreditaria reperiatur apud Iacobinā, tali portioni accreſcere debet portio repudiata p Margaritā ꝓ rata p ſupradicta. quod ſine dubio ꝓcedit in repudiatione hæreditatis viuentis vt ſupra dictum eſt.

¶Quintò verò quo ad bona materna ceſſa & remiſſa patri, dico quod licèt Margarita quitauerit contemplatione maſculorum, eis tamen præciſe acquirere noluit pater, quia maſculos in conditione tantum poſuit. nec poteſt dici quod cenſeantur maſculi vocati ſecundum aliquorum opin. quia illud eſſet ex coniectura rara mente diſponentis, ſed hic ceſſare debet coniectura, ꝙ ſumus in caſu claro, in quo pater noluit acquirere maſculis, ſed generaliter pro hęredibus, quorum appellatione veniunt omnes hæredes maſculi, & fœminæ, & etiam extranei, & hic pro reſponſione repeti poſſunt omnia argumenta ſupra facta de hac re. ¶Secundò reſpondeo quod licèt facta eſſet quitatio contemplatione maſculorum, tamen etiam pater ſtipulatus fuit pro hæredibus, & ſic voluit pater poſſe diſponere ad arbitrium maſculis extillentibus, & cum non poſſint maſculi prætēdere ius quæſitum ex dicta quitatione cum pro eis ſtipulatio facta non fuerit, ſed tantum venire poſſint ab inteſtato, dico quod ab inteſtato faciunt viam etiam ſorori Iacobinæ quæ parem cauſam ſucceſſionis obtinet, & ſic mediantibus perſonis maſculorum venit Iacobina ad iſta bona, ad quæ ſola venire non poſſet ceſſantibus maſculis per ſupradicta. quæ deciſio videtur in terminis probari per dictum Soc. in d. l. 2. col. fin. ff. de vulga. & d. l. cum auus. colum. 65. vt ſupra dictum eſt. nam ibi exiſtentia matris facit ceſſare ſucceſſionem teſtamentariam, & vocationem ſubſtituti, & reducit rem ad cauſam inteſtati, & tamen licèt ſola mater iſtud agat, & eius contemplatione iſtud fiat, quia in cauſa inteſtati reperitur frater pupilli in pari cauſa cum matre, etiam ipſe frater pupilli ſuccedit ſimul cum matre ſimiliter illa deficientia fideicommiſſi inducitur propter maſculos, & eorum contemplatione, & tamen applicatur fideicommiſſum etiam fœminis, quod dictum uidetur ponere falcem ad radicem. Vel dici poteſt quod intentio Margaritæ quitantis fuit ſolum vt ſibi prouideret nullis extantibus maſculis, ipſis autem exiſtentibus ꝙ remanerent bona quitata in libera diſpoſitione patris. Paſſus tamen ſubtilis eſt in quo ingenia acerrima fortiſſime poſſint contendere intētione conſiderata Margaritæ quitantis. ideo iudicio melius aut rectius ſentientis non inuitus me ſubijcio, faciliorem certe aditum aliis paratum putem ad quæſtionis examinationem. Sauiliani 8. Auguſti 1546. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. doc.

SVMMARIVM.

1 *Filia non dicitur hæres extraneus.*
2 *Quando argumentum a contrario ſenſu nihil operetur.*
3 *Actus reſeruationis iuris ſuccedendi quid poſſit operari.*
4 *Non fit repetitio in orationibus diuerſis & ſeparatis.*

CONSILIVM CCLXXXIX.

¶Pro eadem Iacobina Leuine conſilium ſubtiliſſimum.

DIVINO ſubſidio ea corde poſtulato. Reuocatur in dubium ſcripta mea in fauorem Iacobinæ filię quōdam Ludouici Leuini dum concluſimus ipſam Iacobinam admitti ad bona materna quitata per Margaritam ſororem ſimul cum fratribus maſculis, & contra ſcripta mea adducitur fundamentum, ꝙ ex quo Margarita quitauit contemplatione fratrum quibus deficientibus voluit poſſe ſuccedere, illa bona debent applicari ipſis fratribus, & ſtipulatio patris acceptantis quitationem pro ſe & hæredibus debet reſtringi ad hęredes maſculos. ¶Et pro iſta opinione cōtra ſcripta mea adducitur primo dictum Sal. in l. pactum quod dotali. C. de pactis. vbi ꝙ filia quæ dote contenta renunciauit bonis paternis, non prohibetur ſuccedere patri ab inteſtato niſi extarēt fratres, vel alii liberi quorum contemplatione facta eſſet, quia uerba generalia quitationis debent reſtringi ne uideatur extraneos ſuæ poſteritati anteponere. ſequitur Alex. in conſi. 29. lib. 3. Sed ſi verba quitationis factæ patri acceptanti pro ſe & hęredibus intelligerentur generaliter ēt pro hæredibus extraneis, extranei hæredes excluderēt filiam renunciantē a ſucceſſione patris, & ſic dictum Salic. eſſet falſum. ¶Sed illud argumentum ex dicto Sali. retorquetur contra partem, nam Salic. vult quod quitatio filię ipſi noceat patre
1 decedente ab inteſtato, etiam relicta filia quę nō quitauit, †quia filia non dr̃ hęres extraneus, & ſic vr̃ ęquiuocare pars dum dicit ꝙ verbum hæredibus debet reſtringi ad maſculos ſecūdum Salic. & Alex. cum ſequentem, qui hoc non dicunt, immo volunt filiam quitantem excludi per alterā filiā quæ non quitauit, licèt mihi non placeat dictū Sal. ꝙ filia quitās excludatur per alteram filiā non quitantē, vt dixi in conſi. 42. ¶Scdò retorqueo dictū Sali. & Alex. contra partē, nā illud procedit ab inteſtato ꝙ filia quitans non excluditur per hæredes extraneos ob præſumptam voluntatem parentis cui quitatio facta eſt, qui non cenſetur voluiſſe alienam poſteritatem ſuæ anteponere, & ſic procedit dictum Sali. & Alex. in caſu dubio, ſecus volunt ex teſtamento qñ pater teſtaretur & inſtitueret hęredē extraneum, quia tunc filia quæ quitauit non excluderet extraneum inſtitutum, ex quo enim quitauit filia potuit pater de bonis quitatis diſponere ad arbitrium, quia tunc clare apparet de voluntate patris ꝙ voluit alienam poſteritatem ſuæ præferre, & ſic ex dictis Sali. & Alex. non infertur aliquo modo ꝙ vbi pater acceptat quitationem pro ſe, & hæredibus, ꝙ verbū, hæredibus, reſtringatur ad maſculos immo nec ad deſcēdētes, ſed gñaliter illud intelligi debet ēt pro extraneis. Et ſic non eſt verum ꝙ dictum Sal. redderetur falſum intelligendo verbum hæredibus generaliter, etiā pro extraneis, quia illud intelligitur facto teſtamento aut aliter facta diſpoſitione bonorum inter viuos, quam diſpoſitionem teſtamentariam aut inter viuos non negant Sali. & ſequaces, immo eam expreſſe volūt nā ſi videant doc. loquentes de hac materia ꝙ renūciatio filię nō nocet nō exiſtentibus pſonis quarū contēplatione facta eſt, loquuntur ab inteſtato, & nulla facta diſpoſitione per patrē, ſecus vbi pater expreſſe diſpoſuit. ¶Ex præmiſſis infertur clara reſolutio q̃ſtionis noſtræ ꝙ ex quo pater cui renunciatio facta eſt poteſt ad libitum diſponere, ꝙ ipſis filiis maſculis quorum contemplatione quitatio facta eſt, nullum ius quæritur quod ab eis auferri nō poſſit, ſi nullum ius quæritur ex tali renunciatione, ergo non poſſunt venire ad bona quitata ex aliqua ſtipulatione aut renunciatione, ſed ſolum tanquā hæredes patris ab inteſtato, in qua inteſtati ſucceſſione ēt Iacobina debet ſuccedere ſimul cum eis, vt late diximus in prioribus ſcriptis. ¶Non obſt. ꝙ ex aduerſo allegatur ꝙ ex quo Margarita expreſſe quitauit contemplatione fratrum maſculorū licèt in manibus patris, quod ipſis fratribus videtur quęſitū ius, & ſic ꝙ bona quitata ad eos pertineant virtute ipſius renunciationis, & nō tanquā ad hæredes patris quia reſpondeo, ꝙ doc. in hac materia loquuntur ſiue quitet filia contēplatione fratrum expreſſe ſiue tacite, & tamen ſolum volunt ꝙ non noceat renunciatio non extantibus maſculis ab inteſtato, ſecus facto teſtamento in quo vocentur extranei, vel aliter facta diſpoſitione de bonis quitatis inter viuos nā Bal. in l. pactū qđ dotali, in quarta quæſt. C. de colla. loquit̃ qñ filia expreſſe q̃tauit cōtemplatione fratrū, & tñ in præcedentibus clare præſupponit ꝙ illa quitatio p̃iudicat ab inteſtato tm̃, ſed non ex teſtō qū inſtituerentur aut vocarentur. Et ſic ſecus præſupponit qñ pater teſtatus decederet aut aliter diſponeret de bonis quitatis. ¶Sed adhuc inſtatur ex aduerſo ꝙ ex quo quitatio facta eſt patri contēplatione maſculorū, ipſis maſculis cenſetur quæſitū ius, quia non inſpicitur tenor verborum ad quē verba dirigantur, ſed cuius cōtemplatione actus fiat, vt illi acquiratur. l. ſeruo lega. § ſi teſtator. ff. de lega. 2. cum ſi. vt dixi in prioribus ſcriptis. ¶Ad illud reſpondeo ꝙ procederet qñ verba diſpoſitiua conferrentur in Ludouicum patrem contemplatione maſculorum, ſed iſta donatio ſeu quitatio collata fuit in patrem contemplatione ſui, & hæredum ſuorū generaliter, de maſculis aūt mentio eſt in reſeruatione, quia reſeruauit Margarita ius ſuccedendi deficientibus maſculis. ex quibus verbis bene ſequitur a contrario ſenſu ꝙ maſculis extātibus non reſeruat ſibi ius ſuccedēdi, ſed non ſequitur, ergo maſculos vocat, quia hoc modo argm̃ a contrario ſenſu extenderetur vltra limites ſenſus directi cū tñ reſtringi debeat ad ipſos limites ſenſus directi, puta, ſtatutum dicit ꝙ minor 27. annis non poſſit ſe obligare niſi certa forma ſeruata, a cōtrario ſenſu ſequitur ꝙ poſt illam ætatem 27. anno. non teneatur ſeruare illam formam, ſed non ſequitur ꝙ cēſeatur habilitatus, ut poſſit cōtrahere ſine aliqua ſolennitate iuris, quia hoc mō excederent limites ſenſus directi in quo ſenſu directo nihil dicitur de ſolennitatibus iuris cōis. ita Bal. in l. j. C. de inuti. ſtipula. pulchre Pau. de Caſt. in conſi. 106. Incipiendo a ſecundo. lib. 2. ſequitur Dec. in l. j. in prin. colum. 25. ff. de offi. eius. in conſi. 110. col. 2. in conſi. 216. col. fi. & in conſi. 283. col. 4. Itaque cum ſenſus directus reſeruationis iuris ſuccedēdi nihil loquatur de vocatione aut nō vocatione maſculorū, ſed tm̃ de reſeruatione iuris ſuccedendi, non eſt dicendū ꝙ

argu-

argumentum a contrario ſenſu trahatur ad vocationem ipſorum. a † & ſic bene fateor quòd quitatio facta eſt contemplatione maſculorum in hoc quòd eis extantibus noluit poſſe ſuccedere Margarita, ſed non quòd eis extãtibus, ipſis expreſſe & principaliter voluerit donare eum expreſſe donauerit patri pro ſe & hæredibus. ¶ Comprobatur iſta reſponſio & declaratio, nam iſta Margarita ſolum ſibi reſeruauit ius ſuccedendi ab inteſtato, deficientibus maſculis. cum enim voluerit poſſe ſuccedere, iſtud nõ poteſt intelligi ex teſtamẽto, ita ꝙ cogatur pater eam inſtituere, quia tale pactum de inſtituendo non valet tanquàm auferens liberam facultatem teſtandi. Bar. & doct. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. in l. 3. col. j. in fi. ff. de teſt. & in conſ. 112. Promitto. ſi autem dicas quòd reſeruatum fuerit ius ſuccedendi ex teſtamento voluntarie ſi forte inſtitueretur a patre, iſta reſeruatio fuit inutilis, quia nemini dubium quòd pater non obſtante renunciatione poteſt filiam inſtituere, itaque illa reſeruatio iuris ſuccedendi neceſſario intelligitur ab inteſtato, ergo ad cauſam inteſtati reſtringi debet. l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſta. delen. Itaque ſi reſeruatio reſtringitur ad cauſam inteſtati quomodo poſſumus dicere quod verba reſeruationis operentur vocationem maſculorum aut diſpoſitionem in eorum fauorem vt ipſis dicatur ius quæſitum? Nam uidemus quòd licet ſtatutum excludat fœminas extantibus maſculis ab inteſtato, non tamen cẽſentur vocati maſculi ex alio iure quàm ab inteſtato, neque prohibetur pater ſtante tali ſtatuto diſponere de bonis ad arbitriũ. eodẽ modo dicamus quod licet Margarita reſeruauerit ſibi ius ſuccedendi ab inteſtato deficientibus maſculis, non tamen ſequitur quòd eis extantibus cenſeantur omnino vocati ex ipſa reſeruatione, ita vt bona quitata dicãtur ad eos pertinere virtute quitationis. ¶ Secundò reſpondeo quòd argumentum procedit quãdo actus ſtatim & immediate fit contemplatione alterius principaliter ut nunc illi acquiratur cuius contemplatione fit, ſed hic ſtatim & immediate & principaliter fit actus in fauorem patris & patri acquiruntur bona dotata aut quitata, filiis autem maſculis non acquiruntur in vita patris ſed demum eo mortuo quatenus ſunt hæredes cum fuerit pater ſtipulatus pro ſe & hæredibus. & cum per prius facta fuerit quitatio patri & ipſius patris contemplatione, dicendum eſt quòd pater fuerit magis dilectus quàm filii maſculi l. Lucius, ultima. ff. de hæred. inſti. l. Publius. §. fin. ff. de conditio. & demonſtra. l. cum ita. §. fin. ff. de leg. 2. l. fina. C. de verbos. obligat. Angel. & Imol. in l. qui ſoluendo. ff. de hæred. inſtit. Iaſ. in l. qui duos. colum. 2. ff. de legat. j. non eſt igitur mirum ſi pater magis dilectus potuiſſet de bonis quitatis ad libitũ diſponere, immo maſculi non leguntur vocati nec primo nec ſecundo loco, ſed tantum poſiti in conditione. & quòd iſta reſponſio de iure procedat, ideſt, quòd pater potuiſſet diſponere ad arbitrium de bonis quitatis, demonſtro efficaciſſime hoc modo. Pone quòd pater deceſſiſſet ſine liberis maſculis & bona alienaſſet. quæro, ſi Margarita poſſet reuocare talem alienationem virtute reſeruationis per eam factæ equidem neminem puto dicturum quòd ſic. nam reſeruatio in caſum deficientium maſculorum fuit limitata ad ius ſuccedendi, ergo extendi nõ poteſt ad ius reuocandi alienata. l. in agris. ff. de acq. rerum dom. cum ſi. & ſi potuiſſet pater diſponere de bonis deficientibus maſculis quo caſu Margarita reſeruauit ſibi ius ſuccedendi, a fortiori dicendũ videtur quòd potuiſſet diſponere extantibus maſculis quo caſu reſeruatio nulla facta eſt.

¶ Sed dicet aliquis, ſi bona quitata non pertinent ad maſculos virtute quitationis, ſaltem debent pertinere ab inteſtato excluſa Iacobina ſorore, quia ea quo Margarita reſeruauit ſibi ius ſuccedendi ab inteſtato deficientibus maſculis, videtur ꝙ eis extantibus ad ipſos maſculos ſolos ius inteſtatę ſucceſſionis pertineat. ¶ Ad iſtud argumentum reſpondeo multis modis. ¶ Et primo vt ſupra dictum eſt ꝙ non debet ſumi argumẽtum a contrario ſenſu excedens limites ſenſus directi, ſed ſenſus directus ſolũ reſeruat ius ſuccedendi ab inteſtato deficientibus maſculis, ergo eis extantibus non reſeruat, ſed remanet quitatio in ſuo robore, ſed non ſequitur, ergo extantibus maſculis bona ad eos pertinẽt, immo eis extantibus ſtat quitatio in ſuo robore prout facta eſt quia pertinent bona ad patrem & eius hæredes iuxta formam ſtipulationis & acceptationis. ¶ b † Secundo reſpondeo quòd actus reſeruationis iuris ſuccedendi ab inteſtato deficientibus maſculis, non poteſt operari ius nouæ conceſſionis ut eis extantibus bona quitata cenſeantur conceſſa & collata ipſis maſculis, ſunt n. diuerſa reſeruare & conferre, quia reſeruatio nihil de nouo tribuit. Ang. in l. omnes, per illum tex. C. de præſcrip. 30. ann. & in l. fin. in princ. per illum tex. C. de tempo. appell. Bal. in l. fi. C. de legi. tuto. ſequitur Iaſ. in l. ſi quis legauerit. in prin. ff. de lega. j. & in conſ. 166. col. 4. circa medium. lib. 4. Ideo actus reſeruationis nõ debet operari actum nouæ conceſſionis contra naturam ipſius reſeruationis, immo reſtringi debet diſpoſitio ad ea quæ ſunt de natura actus. Inn. in c. ex literis, de iure patro. Bal. in l. a procuratore. C. mand. & in pulchro caſu tradit idem Bal. in conſ. 434. Pactum inter locatorem. lib. j.

¶ Tertio nos uidemus a communiter accidentibus & ſecundum communem curſum quòd vbi parentes faciunt renunciare filias id agunt ut ſint ipſi parentes in libertate diſponendi de bonis quitatis ſiue in ultima uoluntate ſiue inter uiuos, & ita uidemus obſeruari ipſa rerum experientia, quòd ubi filiæ ſemel quitarunt, diſponunt parentes ad arbitrium nec poſſunt filię impugnare teſtamentum patris licet prętereantur, quia excluſus ab inteſtato per quitationem aut aliter non poteſt teſtamentum impugnare, ut habetur per Bar. & doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſth. & ſecundum iſtum communem curſum pater uoluit ſibi prouidere acceptando quitationem pro ſe & hęredibus ſuis. modo ſi dicimus, actum reſeruationis operari nouam conceſſionem in fauorem maſculorum, acceptatio generalis præcedens reſtringeretur contra ſolitum & communem curſum cum tamen interpretatio ita fieri debeat, ut cenſeatur quis voluiſſe diſponere ſecundum ſolitum & cõmunem curſum optima eſt enim præſumptio interpretatiua quæ ſumitur a communiter accidentibus & communi curſu. Bal. in conſ. 70. Apparent. col. 2. in conſ. 351. In bonis feudalibus. in fin. l. b. j. in conſ. 390. Tã profunde. col. j. in fin. lib. 2. & in conſ. 351. Ioannes & Federicus. col. 2. ante medium. lib. 5.

¶ Quarto reſpondeo ꝙ ſecũdum intelligentiam partis aduerſæ intelligendo quòd actus reſeruationis operetur cõceſſionem in fauorem maſculorum, reſultabit duplex impropriatio illius verbi hæredibus. primo, quia reſtringetur ad deſcendentes contra naturam ſuam in materia tranſitoria ad hæredes eſtraneos l. ſciendum. & l. hæredis appellatione. ff. de uerb. ſign. ſate docto. in l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & poſthu. Secundo quia non ſolum reſtringetur ad deſcendentes contra naturam ſuam, ſed etiã ad maſculos, ſed duplex impropriatio tolerari non debet. l. j. C. de dotis promiſ. immo ne quidem vna impropriatio admitti debet, ſed debent verba proprie intelligi. l. j. §. ſi is, qui nauem. C. de exerc. l. non aliter. ff. de lega. 3. cum ſim.

¶ Nec obſtat quod immo recedit a proprietate verborum ex mente diſponentis. d. l. non aliter. quia dico ꝙ de mente diſponẽtis in contrarium non apparet immo veriſimilis mens diſponentis fuit ꝙ poſſet de bonis quitatis ad arbitrium diſponere. & ſi intentio diſponẽrium fuiſſet ꝙ bona quitata ſolum & omnino pertinerent ad maſculos, fuiſſet quitatio principaliter facta ipſis maſculis, non autem principaliter fundata in perſona patris pro ſe & hæredibus. argu. l. prætor ait. §. ꝙ autem. ff. de iniur. & l. eos. C. de aquęductu. lib. 11. Rurſus intentio diſponentis præſumitur eſſe talis qualis demonſtratur ex communi curſu & ſecundum cõmuniter accidentia vt ſupra dictum eſt. ſed ſecundum communiter accidentia parentes quærunt eiuſmodi quitationes, & renunciationes vt ſint in libertate diſponendi, & ne eorum iudicia per filias impugnentur, ergo &c.

¶ Quintò reſpondeo ꝙ ſecundum hanc interpretationem partis verba principalia, & præcedentia quitationis factæ patri pro ſe & hæredibus reſtringentur & determinabuntur per illam reſeruationem ſubſequentem cum potius ſequentia intelligi & determinari debeant ſecundum præcedentia. gloſſ. in l. quiſquis ff. de lega. 3. & dicit Bald. in l. quoties, 2. in fi. C. de fideicom. quod antecedens non ſapit naturam ſequentis, ſed bene econtra ſequens ſapit naturam antecedentis tradit Iaſ. in l. prætor ait §. ſi initium, in primo not. ff. de eden. & alibi ſæpe. Itaque pactum reſeruationis potius intelligi debet ſecundum præcedentia, ideſt, ꝙ filia renuncians poſſit ſuccedere ab inteſtato deficientibus maſculis, remanente tamen quitatione in ſuo robore, & ꝙ dicatur facta pro patre & hæredibus ita ꝙ ſi non decedat pater inteſtatus ſed aliter diſpoſuerit de bonis quitatis, teneat diſpoſitio.

¶ Sextò reſpondeo ꝙ ſecundum interpretationem partis illud verbum hæredibus, reſtringetur per verba illa liberis maſculis, appoſita in reſeruatione, quia vult pars in ſuis ſcriptis quod verbum hæredibus, recipiat declarationẽ ab illis verbis liberis maſculis. ſed iſta interpretatio nullo modo poteſt procedere.

¶ Aut enim vult pars q́ qualitas maſculis cenſeatur repetita in
4 verbo hæredibus,& hoc dici non poteſt, † quia non fit repetitio in orationibus diuerſis & ſeparatis.l. qui fundum. ff.de côtrahẽ. emptio.Bar.in l.in repetendis.ff.de leg.3.& in l.Seiæ.§.caio.ff.de fundo inſtr.& in conſ.27.V ſa ſacti narratione.& alibi ſæpe doc. nec dici poteſt quod fiat repetitio in diuerſa oratiôe ea veriſimili mente diſponentis quia de tali mente non apparet,immo mẽs patris acceptantis quitationem contraria arguitur, vt ſupra dictum eſt. Aut vult pars quod verbum hæredibus intelligatur de maſculis,non virtute repetitionis ſed virtute declarationis,quaſi vna pars diſpoſitionis intelligatur ſecundum aliam.l. verum.ff. de peti.hæredi.& iſtud etiam procedere non poteſt , quia argumentum procedit in verbo dubio, quod ſecundum eius naturam ad plura referri poteſt , ſecus vbi verbum eſt clarum , quia tunc declaratione opus non eſt in claris.puta quando in vna parte diſpoſitionis fiat mentio de filiis ſimpliciter,in alia de filiis maſculis: ſed verbum hæredibus, videtur clarum comprehendens extraneos in materia tranſitoria ad extraneos , ergo nihil opus eſt vt declaretur per verbum liberos maſculos. Præterea iſta verba ſunt diuerſa (hæredibus & liberis) in materia tranſitoria ad extraneos,ideo non videtur dicendum quod vnum verbum recipiat declarationem ab alio verbo omnino diuerſo Pau.tamen de Caſt.in conſil. 410. Viſo facto & dubiis. colum. 2. in 3.dubio. lib.j.voluit quòd vbi teſtator in vna parte teſtamenti vocat liberos,in alia hæredes,quòd verbum hæredes intelligatur pro filijs licet hæredes non ſint,ſed dici poteſt quod in vltima voluntate verbum hæredes magis capitur pro filijs quam inter viuos.Rurſus inquitur Pau.quando teſtator expreſſe vocauit liberos,quod hic factum non eſt . Præterea in teſtamento non cenſetur quis prouidere extraneis ſicut inter viuos.¶ Iam etiam in verbo liberis aut filius non eſt ita ſimpliciter verum quòd ſimpliciter poſitum in vna parte intelligatur ſecundum qualitatem maſculinitatis appoſitum in alia parte. Immo articulus eſt difficilimus plenus diuerſis doct.ſententiis,immo etiam iidem doc. ſibiipſis cõtrariantur turpiter uariando. & quòd uerbum filiis ſimpliciter prolatum.non intelligatur de maſculis , licet in alia parte fecerit teſtator mentionem de filiis maſculis uoluit Anchara.in conſ. 210.Ioan.de Anan.in conſi.22.Alex.in conſi.55. col.1.poſt med. uerſi.non obſtat quod tacite,li.3.& in conſi.38.lib.6. Soc.in conſil.227.in fi.lib.2.& in conſi.116.col.pen.poſt medi. uerſic.& ad hoc bene deſeruit.lib.3.Curt.ſenior.in conſi.64.colum.2 & ſequ. Deci.in conſi.339.colum.5.in fi.in conſil.416.colum. penul.circa med.uerſi.non obſtat q́ Alexan. in conſi.442.colum.2.in fi.in conſi.514.ante fin.in conſi.567. & in conſi.499. col.2.uerſi.ulterius etiam prædicta concluſio,& in fin.colum. Cur.in conſi.230. colum.4 in fi.uerſi.ubi autem uoluit ſe reſtringere.lib.3. & in cõſi..2/3 col.4 uerſicu. poſſet etiam forte quis dicere. lib.4. Bologni.inter conſi Alexand.in conſi.53.col.4.in fi.uerſi.nunc autem operæ precium eſt ut oſtendam.lib.4.Iaſ.in conſi.142.col.5.in fi. uerſi.5.fac.t.& col.7.in princ.uerſi.8.in fauorem.lib.2. & in conſi.10 39.col.9. lib.3. Curtius Iun.in conſi.40.col.3. in fi. in conſi. 163.colum.4.& 5.& in conſilio 167.colum.5.in fi. & colum.ſeq. Ecce quanta doctor. copia hanc opi. tenaciter teneat. mouentur doc.quia ubi uoluit teſtator exprimere de maſculis.expreſſit,ergo ubi non expreſſit,non cenſetur uoluiſſe,quia ita ſciuiſſet exprimere in una parte ſicut in alia ſi uoluiſſet licet ego iſtam opi. non ſimpliciter ſequi velim ſed plures caſus ſoleo diſtinguere, ſed hic diſputare non expedit,quia diſpoſitio renunciationis diuerſo modo & aliter loquitur:nam in acceptatione renunciatione fit mentio de liberis maſculis,inter quos longa eſt differentia in materia tranſitoria ad hæredes extraneos , ergo non uidetur
1 dicendum q́ uerbum hæredibus intelligatur de filiis maſculis uerbum ipſum dupliciter impropriando ut ſupra dictũ eſt.Et ſi
2 intentio diſponentis fuiſſet ſolum acquirere aut acceptare pro liberis maſculis,ut ſimiliter facta eſſet acceptatio pro ſe & filiis
3 aut liberis,non pro ſe & hæredibus.¶ Septimo q́ intentio diſponentium non fuerit in illis uerbis pro ſe & hæredibus,intellige-
4 re de liberis maſculis,oſtendo fortisſime:nam hoc modo renun-
5 ciatio facta eſſet in fauorẽ maſculorũ ſimpliciter,adeo quod pater in præiudiciũ maſculorum nihil diſponere potuiſſet neque
6 inter uiuos,neque in ultima uolunt. te.Iſta in effectu eſt intentio & opinio partis aduerſæ, ſed dico quod etiam intelligendo uerbum hæredibus pro liberis maſculis,adhuc ſequi non poteſt effe-
7 ctus,quem pars intendit,nam licet verbum hæredibus capiatur pro deſcẽdentibus maſculis,requiritur tamẽ q́ deſcẽdẽtes ſint hæredes.Bar.in l.ex facto.§.fi.ff.ad trebellian,Alex. in conſil.10. col.3.poſt.med.uerſi.item reſpondeo.lib.4.in conſ.19.col.3.in fi. in conſ.26.col.2.circa med. uerſi. ſi ergo feudum prædictũ & in conſ.28.col.fi.uerſ.confirmari poſſunt prædicta.lib.5.Cor.in cõſ. 309.col.4.lib.3.& in conſ.199.col.14.in. fi.verſ. & propterea non ob.lib.2.Dec.in conſi.208.col.4.in conſi.390.col.3.in fi.verſi.Secundo in dicta prima inueſtitura,& in conſi.445.col.2. circa medi.verſi.ſecundum præſuppoſitum. Idem tenet Collegium Doc. Bononienſium inter conſi.Curtii ſenioris in conſi.51.col.8.Curtii.ſenioris in conſil.74.col.4.circa med.verſi.licet enim.& in conſ. penult.col.4.in fin.Iaſ.in conſi.170.colum.5.lib.2.hoc ita præſuppoſito q́ requiratur filios eſſe hæredes,dico q́ intentio partis locum habere non poteſt quod filii maſculi omnino conſequi debeant iſta bona virtute quitationis aut donationis ita q́ alienari non poſſint in eorum præiudicium neque inter viuos neque in vltima voluntate , quia cum filii habere non poſſint bona quitata niſi ſint hęredes patris illa potuerunt alienari,nec filii tales alienationes reuocare poterint, ſed tanquam hæredes patris tenentur approbare alienationes ab eo factas. l.ex qua perſona. ff. de reg.iuris.l.cum a matre.C.de.rei vendica.ergo apparet q́ intentio diſponentium non fuit ſub illo verbo hæredibus intelligere de filiis maſculis, ita q́ pertinerent omnino bona ad ipſos maſculos , quia ſi oportet maſculos eſſe hæredes, poterunt bona alienari.& ſi intentio diſponentium fuiſſet vocare ſolos maſculos non fuiſſent vocati per illud verbum hæredibus omnino cõtrariũ tali intentioni . Quod ipſum fundamentum ſi diligenter conſideretur, non mediocriter videtur ſtringere. ¶ Octauo pro reſponſione conſidero quod vbi res dubia eſſet, quæ ipſa tamen videtur clara,in dubio melius eſt proprietati verborum deſeruire.d.l.3.§.ſi is qui nauem.ff.de exerci. Sed verbum hæredibus,de ſui natura & proprietate omnes comprehendit etiam extraneos ergo &c. ¶ Allegatur etiam per partem aduerſam dictum Ang. in l.auus,in fi.ff.de pactis.quem ſequitur Aretinus in l.qui ſuperſtites,col.ſexta.ff.de a.q.hære.Decius in conſ 31.col.3.poſt medi, vbi quod quitatio facta contemplatione aliquorum,aliis prodeſſe non debet.Sed iſtud dictum Ange. non meruit allegari , quia Ange. loquitur quando ſoror quitat ipſis fratribus hæreditatẽ paternã,nam dicit Ang.quod ſi contingat naſci alios fratres, ad eos ſeu quatenus portionem eorum reſpicit,quitatio non extenditur. Sed in caſu noſtro Margarita non quitauit ipſis fratribus ſed patri acceptanti pro ſe & hæredibus,ob id cum Iacobina ſit de hæredibus eidem etiam quitatio prodeſſe debet. ¶ Male etiã allegauit pars pro opi.ſua Saly.in d.l.pactum & Alexan.in dicto conſi.29.lib.3. In quibus locis volunt q́ renunciatio filiæ proſit non ſolum maſculis ſed etiam aliis ſororibus aut deſcendentibus fœminis.& ſic illud dictum facit pro Iacobina,licet ego illud dictum non ſequar,quando fœminæ extarent vt ſcripſi in d. conſil.42. ¶ Infertur ex præmisſis quod maſculi non admittuntur ad iſta bona quitata niſi vt hęredes patris ab inteſtato in qua ſucceſſione concurrit & Iacobina vt concluſum eſt in priore cõſilio & ab initio antequam conſulerem diu anceps fui.ſed tandem non potui adduci in fauorem maſculorum quod ipſis quæſitum eſſet ius virtute quitationis ad excluſionem Iacobinæ ſecundum iuris regulas . Ideo perſiſto in priori ſententia donec rationes magis efficaces videam in contrarium & ſaluo ſemper ſaniori iudicio.Sauiliani.12.Octobris.1546.

Aymo Crauetta ex Sauiliano.I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Sublato fundamento exemptionis,neceſſe eſt vt exemptio corruat.*

2 *Quando iuratur ſuper aliquo facto tollitur omnis actio,quæ ex illo facto poterat oriri.*

3 *Facta renunciatione iurium trãſactionis dicimus ceſſare priui legium & cauſam exemptionis.*

4 *Verba vniuerſalia ſunt maioris potentia quam generalia.*

5 *Renuncians omni legum & iuris auxilio cenſetur renunciare de beneficio inuentary.*

6 *Cum uerba renunciationis ſunt clara ad omnia pertinentia non eſt vlterius dubitandum.*

7 *Citra præſumptionem quæ inſurgit ex antiquitate temporis admittitur probatio in contrarium.*

CON-

CONSILIVM CCXC

¶ Pro commuoitate Bradiæ comitatus Aſtenſis contra particulares loci Sinfredi.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Egregii Franciſcus Craueti, Sebaſtianus Maſoni. Dominicus Racca. Ioannes antonius de Prato & alii particulares ac litis conſortes loci Sinfredi tranſegerunt cum vniuerſitate loci Braidæ ratione bonorũ quæ poſſident io territorio ipſius loci Braidæ. & inter cætera ipſi particulares renunciauerũt cuidã antiquiori tranſactioni ac omnibus in ea contentis in omnibus & per omnia, quam voluerunt eſſe nullius roboris & mométi, quã ipſam etiam antiquiorem tranſactionem ipſi particulares Sinfredi impugnauerant, In ipſa autem antiqua tranſactione inter alia cantum erat, quod liceret ipſis particularibus adducere eorum meſſes & fructus a finibus & territorio Braidæ abſque ſolutione alicuius pedagii, ad quod tenentur omnes abduceotes fructus ab ipſis finibus & territorio etiam Burgenſes ipſius loci Braidæ. facto ita præpoſito & præſuppoſito, quia tranſactiones non legi. Quæritur, an ipſi particulares teneantur ad ſolutionem dicti pedagij, quod ipſum in præteritum dicuntur non ſoluiſſe ex titulo dictæ tranſactionis antiquioris? ¶ Videtur dicendum prima fronte non teneri particulares Sinfredi ad ſolutiouem alicuius pedagij. Primò, quia renunciatio facta circa innſtrumentũ tranſactionis non videtur trahi ad exemptionem ſeu libertatem, qua ipſi particulares vſi ſunt per tempus antiquiſſimũ cuius initij memoria non extat in contrarinm, quia vbi alicui competunt duo iura renunciatio facta vni non trahitur ad alterũ. l. ſi domus. vbi. Bar. ff. de ſeruituti. vrbanorum prædi. l. ſi mihi. in princ. ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior. l. nec eis. §. j. vbi Iaſ. in j. not. ff. de acquit. hæredi. l. hæres meus. ff. de condit. & demonſtra.

¶ Similiter licèt bomines Sinfredi non poſſunt peobare eorũ libertatem per viam inſtrumenti tranſactionis, tamen videtur quod probare eam poſſint per viam teſtium, quia vbi alicui competunt plura remedia excluſus ab vno non cenſetur excluſus ab altero. l. quoties duplici. ff. de reg. iur. l. & an eadem. cum ibi no. ff. de excepti. rei iudic. l. ſi ſeruo meo. ff. de lega. j. l. Aurelius. §. fi. ff. de auro & argen. lega. Anchara. in conſi. 391. Super pluribus articulis. colum. 3. circa medium ver. Infertur etiam qđ eſt reciproca donatio. hinc videmus quod renuncians inſtrumento intelligatur ſolum renuociare probationi faciendæ per inſtrumentum, non etiam debito aut iuri in eo contento. Bald. in l. Labeo. §. j. ff. de pactis. per tex. in l 3. C. de fide inſtrumen. ſequitur Deci. in conſilio 17. colum. 5. circa medium & in conſi. 169. colum. 2. ante medium. ¶ Secundò in fauorem ipſorum particularium facit, quia ſublata illa tranſactione antiquiori, manet res in ſtatu primæuo ante ipſam tranſactionem & ſic in diſpoſitione iuris communis, ſicut dicimus ꝙ ſublata conſuetudine recurritur ad ius commune. Bart. & doct. in l. 5. in princ. ff. ſolut. mat. Bald. in l. non ſolum, in lectura antiqua. ff. ad muni. non videtur ꝙ communitas Braidæ poſſit aliquid ſtatuere contra homines Sinfredi forenſes & non ſubditos iuriſdictioni Braidæ. l. fina. ff. de iuriſdi. om. iud. forenſis enim non ligatur ſtatutis loci, cui non ſubiicitur. l. j. in fin. ff. de tuto. & cura. datis ab his. l. cum vnus. §. penulti. ff. de bonis autho. iudi. poſſ. l. neque. C. qui da. tuto. poſſ. cap. vt animarum. de conſtitutio. libr. 6. cap. quo iure. 8. diſtinct. habetur in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. & in l. j. C. de ſumma Trinita. & fide catholica. ¶ Tertiò renunciatio debet interpretari ſecundum intentionem ipſius renunciantis nec debet operari vltra eius intentionem. l. non omnis, in princip. ff. ſi cert. pet. Ita in renunciatione tradit Aret. in conſilio 56. Poſt abſolutum. colum. 2. a circa medium verſi. hanc concluſionem maxime adiuuat æquitas. &c. Similiter non præſumitur renunciatio quæ veriſimilis nõ ſit. Deci. in conſi. 495. col. 5. Sed non videtur aliquo modo veriſimile bomines Sinfredi voluiſſe renunciare priuilegio exemptionis ab omni æuo obſeruatæ & in caſu dubio interpretari debet renunciatio in eam partem quæ renuncianti minus præiudicat. Calde. in conſi. 5. circa fi. in titu. de præben. Deci. in l. poſtquam liti. col. 3. circa medium. C. de pactis.

¶ Quartò non præſumitur renunciatio etiam ex actu aut facto proximo niſi expreſſe agatur. c. ſanè, de renuncia. Card. in conſi. 30. colum. pen. Deci. in l. ſi quis iniquum. §. ſi is pro quo. col. 2. in fin. ff. quod quiſque iuris. in conſilio 352. col. penult. in d. conſilio 95. col. 5. ante medium & in conſi. 655. col. 2. ſed expreſſe dictũ aut actum non fuit quod cenſeretur renunciatum illi priuilegio exemptionis & libertatis, ergo &c.

¶ Quintò, licèt iſtud factum renunciationis videatur cõtrariari exemptioni, tamen ea tali facto non cenſetur quis renunciare eius priuilegio quotiens alia coniectura capi poteſt. Innoc. Ant. de But. & doct. in c. accedentibus. de priuileg. Alex. in conſil. 27. Attentis narratis. lib. 3. & in conſ. 33. ponderatis. lib. 5. late Mod. in c. cum acceſſiſſent. de conſtitu.

¶ Sed in tali renunciatione tranſactionis videtur alia cõiectura capi poſſe q̃. ꝙ cenſeatur renunciatum tali exemptioni, cum plura alia continerentur in ipſa tranſactione in quibus renunciatio ipſa poſſit operari. ¶ Sed p̃miſſis non obſtantibus contrariũ puto de iure verius, quod immo præiudicet renunciatio quò ad cauſam exẽptionis abſolutione pedagij ſequentibus fundamentis. Et primo, quia fundamentum ipſius exemptionis conſiſtebat 1 in dicta tranſactione antiqua & eius virtute competebat, † ſed ſublato fundaméto ipſius exemptionis & ipſam exceptionem corruere neceſſe eſt. l. lex vectigal. l. ſi ſuperatus. ff. de pignor. l. hactenus, in fi. cum l. ſequen. ff. de aqua plu. arg. l. nam origo. ff. quod vi aut clam. l. egi. ff. de exceptio. rei iudica. l. nam & ſi ſub conditione. §. rumpendo. ff. de iniuſto teſtamen. l. ſi fundo ſub conditione. §. qui fundus. ff. de leg. j. l. 2. ff. de admi. tuto. c. cum Paulus. j. q. j. ¶ Secundò nos habemus concluſionem iuris ꝙ renuncians alicui facto excluditur ab omni re quod ex illo facto poterat ſibi competere. Barto. in conſi. 90. Dilecto domino Franciſco. col. j. in fi. ſequitur Iaſ. in l. ſciendum, column. 12. in fi. verſicu. contrariam opi. ff. de verbo. obliga. pro quo facit glo. in l. j. §. ſed videndum, in verbo ſuccedat. ff. de ſucceſſ. edic. vbi quando filius repudiat hæreditatem patris cenſetur renunciare omnibus remediis quibus venire poterat ad ſucceſſionem, & ſic ea capite vnde liberi, vñ agnati & vñ cognati, quia repudiatio aut renũciatio ſimpliciter aut generaliter facta p̃iudicat in oĩbus, & ſic indiffinita in materia renunciationis æquipollet vniuerſali. & illam gloſſ. dicunt ſing. Pau. de Caſ. & Modern. in l. j. col. 5. C. qui admitti. Idem Pau. de Caſt. in l. 3. in fi. C. de iuris & facti ignor. vbi Iaſ. col. fi. & idem Iaſ. in l. nec is. §. j. col. 3. ff. de acquirẽ. hæredi. in d. l. j. col. 3. & col. 8. nume. 26. C. qui admitti. in l. licèt, colũ. fina. C. de iure delibe. & in conſilio 84. column. 2. lib. j. pari modo cum iſti particulares Sinfredi ſimpliciter & regulariter renunciauerint tranſactioni prædictæ, cenſeri debent excluſi ab omnibus remediis aut iuribus competentibus ex ipſa tranſactione. ¶ Ad idem facit text. in l. ſi creditori. vbi Iaſ. in ſecũdo not. ff. de leg. j. vbi quando debitor habens plures exceptiones legat ſimpliciter quod debet creditori cenſetur remittere omnes exceptiones, ita vt hæres debitoris omnino teneatur ſoluere creditori nec iuuare ſe poſſit aliqua exceptione, eodem modo videtur dicendum quod iſta renunciatio tranſactionis trahatur ad omnia iura ex ipſa tranſactione competẽtia & omnes exceptiones competentes ipſis renunciantibus virtute illius tranſactionis dicatur remiſiſſe. ¶ Tertio pro hac parte adduco quod ſcribit Paul. de Caſtr. in conſilio 387. Super ſuprascriptum dominum. in fin. libr. 5. vbi quod promittens non cõtrauenire contractui ſed quod habebit eum ratum & gratum, cenſetur renunciare remedio l. 2. C. de reſcind. vendit. & tamen illud remedium videtur admodum fauorabile inductum contra doloſos emptores cum arguatur dolus ex læſione enormi. l. ſi ſuperſtite. C. de dolo. Bar. in l. ſi. ff. de præto. ſtipu. late ſcriben. in l. ſi quis cum aliter ff. de verb. obl. Itaque ſi ille dolus re ipſa & de præterito cenſetur remiſſus per dictam renunciationem generalem, a fortiori cenſeri debet remiſſa exemptio ceſſante dolo communitatis Braidæ.

¶ Quartò magis in terminis pro hac parte adduco tex. in l. ſi a duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. vbi quando † iuratur ſuper aliquo facto tollitur omnis actio quæ ex illo facto poterat oriri, & ſic remota cauſa remouẽtur omnes effectus, qui inde ſequuntur, ad idem tex. in l. duobus. §. exceptionib. & §. colonus. ff. eo. titu. de iureiu. remota igitur per renunciationẽ tranſactione, quę erat cauſa exẽptionis & libertatis, cẽſetur remotus & ſublatus omnis effectus deſcendens ex ipſa cauſa. Ad idem text. in l. fina. in fin. C. de nuptiis, vbi radice ſublata tolluntur omnes effectus ab ea prouenientes. & quod ſcribit Pau. de Caſtr. in conſilio 366. Super primo puncto. col. j. vbi quòd ſublata prohibitione legis ciuilis nubendi infra annum luctus, cenſentur etiam ſublatæ omnes pœnæ ex tali prohibitione prouenientes tanquã ſublata radice. ſimiliter annullato proceſſu corruunt omnes effectus

qui ſequuntur ex eo.c.auditis.de procura.clem.j.de immuni.ec-
cle.ſimiliter crimine abolito cēſentur ſublati omnes effectus ꝓ-
uenientes ex eo,ideo prælatus poſt abiurationem ſciſmatis eligi
& confirmari poteſt.c.quia diligentia. de electio. Similiter lege
aut conſtitutione aliqua reuocata,cenſentur reuocati omnes ef-
fectus fundati ſuper ea. Gemi.in conſ.93.col.pe.poſt med.

¶Quinto conſidero quod valet argumētum a cauſa finali ceſ-
ſante etiam in materia priuationis,etiam culpa ceſſante in priua
to.puta,ſi vaſallus fiat mutus, priuatur conceſſione feudi, quia
ceſſat cauſa finalis conceſſionis cum amplius domino ſeruire
non poſſit,& tamen nulla arguitur in vaſallo culpa.c.j.§.mutus.
in titu.Epiſ.vel Abb.eodem modo ceſſante cauſa finali & origi-
naria exemptionis per renunciationem tranſactionis, ceſſare de
bet ipſa tranſactio, & quidem a fortiori quia renunciantibus im
putari poteſt cur ipſi tranſactioni renunciauerint, & ſic cōcludit
iſtud argumentum a maioritate rationis quod eſt in iure fortiſſi
mum.l.quanto magis.ff.de iureiur.auth. multo magis. C. de ſa-
croſ.eccl.& procedit iſtud argumentum etiam in materia odio-
ſa & ſtricta.l,qui indignus.ff.de ſenato.l.cui pacto. ff.de ſeruis ex
por.l relegatorum.§.poteſt.ff.de interdi.& releg.l.nec in ea. vbi
Bar.ff.de adult.c.illorum.de ſenten. excom. Ideo arguitur a ma-
ioritate rationis etiam in ſtatuto contra ius commune. Bald.in l.
quod vero,col.j.poſt medium.verſic.ſed pone quod ſtatutum.ff.
de legibus.& in l.ſi vero.§.de viro.ff.ſoluto matr.cum ſim.

¶Sexto adduco quod ſcribit Pan.de Caſt.in conſ. 38. Dico. li.
j.vbi quod eccleſia dirupta & ceſſantibus rectoribus in ea mini
ſtrare,non debentur eccleſiæ decimæ, eodem modo dicamus,
quòd dirupta tranſactione non debeatur priuilegium exem-
ptionis pedagii quod ipſum competebat propter ipſam tranſa-
ctionem.

¶Septimò nos habemus quod ſi dominus renunciet ius pro-
pter quod procuratorem conſtituerat,ex tali renunciatione iuris
ceſſat & finitur mandatum procuratoris. c.ſi pauper clericus,in
3 fin.de præben.lib.6.Roma.in conſ.374. Præſens eſt quæſtio. † Eo
dem modo dicamus ceſſare & finiri priuilegium & cauſam exē
ptionis facta renunciatione iurium tranſactionis ex qua ipſa exē
ptio conceſſa erat.¶Octauo conſidero quòd in caſu noſtro,vt in
facto narratur,facta eſt renunciatio non generaliter aut indiffi-
nitiue ſed per verba vniuerſalia,quia dicitur renunciatum tran-
ſactioni & omnibus in ea contentis in omnibus & per omnia.
4 ¶ † Quæ ipſa verba vniuerſalia ſunt maioris potentiæ quàm ge-
neralia l.3.§ j.iuncta l.coiri.ff.pro ſocio. vbi patet plus eſſe con-
trahere ſocietatem omnium bonorum vniuerſaliter,quàm ſim-
pliciter aut generaliter ſocietatem contrahere ad idem tex. in c.
ſunt nonnulli.j.q.j.vbi plus eſt dicere,abſtinendum eſſe ab omni
munere quàm a munere.tradit glo.in c.paſtoralis.in verſ.tempo
raliter.de noua. vbi quòd plus eſt concedere eccleſiam cum om
ni iure ſuo & ſic vniuerſaliter,quàm eccleſiam ſimpliciter aut ge
neraliter concedere. Oratio enim generalis aut indiffinita non
ſemper æquipollet vniuerſali,puta, quando non eſt eadem ratio
in omnibus,vt per Dyn.in rubr.extra de reg.iur. Bar.in l. ſi pluri
bus.ff.de lega. 2.ſed ratio vniuerſalis omnia comprehendit,quia
qui totum dicit,nihil excludit.l.Iulianus.ff.de lega.3.l.a Procura
tore.C. manda.l.omnes. C.ſine cenſu.vel reli.c.ſi Romanorum.
19.diſtin.cap.ſolitæ,de maior.& obedi. cap.s. de obſerua.iein-
nii.Ideo licet fideicommiſſum generale non comprehendat præ
legata ſimpliciter ſed fiat diſtinctio de qua per Barto.& doc.in l.
Marcellus.§. quidam liberis.ff. ad Trebellia.talis tamen diſtin-
ctio non fit in fideicommiſſo vniuerſali quando grauatur quis
de reſtituendo omnem aut totam hæreditatem vel quicquid ad
eum peruenerit,immo tunc indiſtincte veniunt prælegata.l.cum
virum.vbi Barto.Bald.& doc. C.de fideicommiſſ. Old.in conſil.
300.Factum tale eſt magiſtro militi.col.s. poſt medium. Dec.in
conſilio 69.colum.3.circa med.Similiter licet in legato generali
bonorum mobilium non veniant uenalia. l. generali. §. uxori.
ff.de uſufruct. leg. ſecus tamen eſt in legato uniuerſali omnium
bonorum mobilium.Barto. in d.§.uxori. ſequitur Deci. in l.om-
nia.in princ.ff.ſi cert.peta.in c.ſi.in princ.de conſtitu.in conſ.26.
col.2.ante fin.& alibi ſæpe.& adeo omnia comprehendunt uer-
ba uniuerſalia,ut ueniant etiam exempti.gloſſ. in clem.ſi bnefi-
ciorum de præb.lib 6.quam ad hoc citat Cur.Iunior in conſi.40.
col.6. facit ꝙ ſcribit Bald.in conſ. 166. Statuto ciuitatis Triden-
ti.lib.5. ubi ſtatutum quod debitor ſuſpectus de fuga capi poſ-
ſit nullis obſtantibus ferijs,comprehendit etiam ferias in hono-
rem Dei. & infinita id genus exempla commemorare poſſem

ad oſtendendum potentiam & efficaciam verborum vniuerſa-
lium,ſed laborioſum opus eſſet potius quam ſubtile. Itaque ſtan
te tali renunciatione tranſactionis per verba vniuerſalia, non vi
detur dubitandum quin omnia comprehendantur iura virtute
talis tranſactionis competentia, quia natura verborum vniuerſa
lium ea eſt vt nihil cenſeatur excluſum, ſed omnia comprehen-
duntur,quæ excogitari poſſunt, ita quod nulla perſona & locus
nullus excipi poſſint.Bald.in conſ.316. Rex Romanorum. col.3.
circa fin.lib.j.

Nonò conſidero quòd hic præſupponitur in facto factam eſſe
renunciationem per verba vniuerſalia geminata, quia dicitur re
nunciatum tranſactioni & omnibus in ea contentis in omnibus
& per omnia.Quæ verba vniuerſalia geminata adhuc fortius o-
perantur,vt reſtringi non poſſint vbi alias reſtringi poſſent.Cor.
in conſ.324.col.6.libr.j. Ideo verba vniuerſalia geminata non re
ſtringuntur ad habiles.Iaſ.in l.j.§.nunciatio. col.5. ff. de operis
noui nunciat.fortius ſcribit Alex.in conſ.30.col.pen.libr.5.quòd
priuilegium immunitatis conceſſum per verba vniuerſalia ge-
minata comprehendit etiam onera inſolita.Iſta enim verba vni-
uerſalia geminata comprehendunt etiam diſſimilia & maiora
expreſſis.Soc.in conſ.47.col.6.in fi.lib.4.Iaſ.in conſ.96.col.2. cir
ca prin.lib.4 Curtius ſen.in conſ.30.col.2.

¶Decimò in terminis renunciationis factæ per verba vniuer-
ſalia quod trahatur ad omnia etiam valde grauia & præiudicia
lia,adduco Albert.de Roſat.in l.item quæritur.§.exercitu.ff.loca
ti. vbi quando conductor renūciat omni legum & iuris auxilio,
cenſetur renunciare iuri petendi remiſſionem mercedis ob cau
ſam ſterilitatis aut aliam, & tamen per talem renunciationem
agitur de graui præiudicio,ſequitur Iaſ.in l.j.col. pen. C.de iure
emphyt.Gozad.in conſ.53.col.3.ante medium & in cōſ.69.col.
3.in fin. Addo Cald.in conſi.24.col.3.circa medium.ver.accedat
pro iſta concluſione.& dicit Gozad.in dict.conſ.53.& 69.quòd
5 † renuncians omni legum & iuris auxilio cenſetur renunciare
beneficio inuentarii, beneficio ne teneatur niſi quatenus facere
poteſt,beneficio l.de his.ff.de tranſac. & omni beneficio tam iu
ris communis quàm municipalis. Addo Alex. in conſ.11.col.4.
lib.2.vbi quòd talis renunciatio omni legum & iuris auxilio,ha-
bet vim ſpecialis renunciationis, maxime quando in ſpecie fue-
rat renunciatum aliquibus iuribus.Ideo dicit Alex.quòd per ta-
lem renunciationem cenſetur renunciatum etiam iuri prohibi-
tiuo quando interuenit iuramentum. Quid hic dicemus ubi
in ſpecie renunciatum fuit ipſi tranſactioni & omnibus con-
tentis in ea in omnibus & per omnia, & ſic renunciatio eſt cla-
rior & magis ſpecifica,quàm vbi renunciat quis omni legum &
iuris auxilio?

¶Vndecimo conſidero quòd hic in ſpecie & expreſſe renun-
ciatum fuit cauſæ exemptionis pedagii, nam expreſſum quid di
citur per relationem ad aliud.l.ait prætor.§.ſi iudex. vbi late Mo
der.ff.de re iudica.l.in ſumma. §.j.ff.eod.titu.l.pen.C.de ſenten.
quæ ſine certa quantitate profer. quod procedit etiam in mate-
ria teſtium quando vnus teſtis ſe refert ad aliud dictum ſuum
non ſolenne,nam valet tale teſtimonium.doct.in l.legata inutili-
ter,per illum tex.ff.de leg.j.Bar.in l.eos.in prin.col.2. ff.de falſis.
Iaſ.in conſ.88.col.pen. lib.3. ſed iſta renunciatio eſt relatiua ad
ipſam exemptionem dum particulares Sinfredi ſe referunt ad
contenta in ipſa tranſactione,& in tranſactione continetur exem
ptio,ergo perinde eſt ac ſi in ſpecie & ſingulariter dictum eſſet,
quod renunciabant cauſæ exemptionis.

¶Duodecimo quòd iſta renūciatio dicatur ſpecialis & expreſ
ſa demōſtratur,nam expreſſum quid dicitur verbis generalibus.
Barto.& docto.in l.prætor ait.in princ.per illum text.ff.de operis
no.nunc.& in l.j.ff.de vulg.not.in l.ſi. C. quod cum eo.a fortiori
expreſſum quid dicetur per verba vniuerſalia longe potentio-
ra verbis generalibus vt ſupra dictū eſt.& quòd expreſſum quid
dicatur verbis vniuerſalibus,probatur ex d. Barto. in l. ſecunda.
ff.de noua.vbi ſi quis promittit centum ex tali cauſa,computato
omni alio inſtrumento,dicitur facta nouatio, & tamen nouatio
non inducitur niſi ſpecialiter & expreſſe agatur.l.fin. in verſ.niſi
ſpecialiter.C.de nouatio.Ad idem adduco Barto.in l.j.in fin. ff.ſi
quis in ius uoca. non ier. vbi quando renunciat quis omni pri-
uilegio.perinde eſt ac ſi ſingulis priuilegiis in ſpecie & expreſſe
renunciatum eſſet.& ita per iſta duo dicta.Bar.arguit & conclu-
dit Iaſ.in conſ.45.colum.penul.poſt medium lib.j. vbi Iaſ.quòd
quando conceditur caſtrum integre nihilo retento, perinde eſt
ac ſi regalia in ſpecie conceſſa eſſent. Itaque cum renūciauerint

hominés Sinfredi dictæ tranſactioni per verba vniuerſalia, perinde eſt ac ſi in ſpecie dictum eſſet quod renunciabat exemptioni in ea contentę: & maxime hoc procedit in caſu iſto vbi facta eſt tranſactio per verba vniuerſalia geminata, per ſupradicta. Decimotertio nos habemus quòd æqualitas ſeruanda eſt in contractibus nec toleratur claudicatio. l. ſi id quod, in fi. ff. de reſcin. vend. l. pen. in fin. C. communi diuid. § illud, inſtit. pro ſocio. ſed renunciatio dictæ tranſactionis dicitur mutua & reciproca, quia etiam vniuerſitas Braidę renunciauit ipſi tranſactioni vt dicitur. Itaque ſicut ex parte Braidæ renunciatio trahitur ad omnia, idē dicendum eſt ex parte particularium Sinfredi, vt æqualis omniū contrahentium ſit conditio.

¶Decimoquarto ponitur in facto quòd particulares Sinfredi etiam ante dictam renunciationem tranſactionis ipſam tranſactionem impugnauerant, ergo ex ea ſe iuuare non poſſunt. l. poſt legatum. vbi Bar. ff. de his quib. vt indig. reg. ex eo, de reg. iur. Alia fundamenta plura forte facere potuiſſem ſi ipſum inſtrumentū vidiſſem in quo renunciatio facta ſit, ſed interim ſecundum ea, quæ proponuntur his contentus ero. Ex quibus conclusionē noſtram legitime & efficaciter fundatam puto. Vniuerſa difficultas conſiſtit in reſpondendo ad contraria, ad quæ ſatis quidem ex præmiſſis reſponſum apparet, ſed enim ad faciliorem explicationem reſpondeo in ſpecie & ſingulariter. ¶Itaque non obſtat primum argumentum, quòd vbi alicui competunt duo iura, renunciatio facta vni non trahitur ad alterum, quia illud non procedit quando vnum ius dependeret ab altero & in altero fundaretur, quia tunc ſublato fundamento omnia corruunt vt ſupra dictum eſt in primo fundamento facto pro parte communitatis Braidæ: ſed iſta exemptio ſolum fundabatur ſuper dicta tranſactione & ab ea dependebat, ergo ea ſublata tollitur & trāſactio ab ea dependens. ¶Secundò reſpondeo quòd argumentum procedit in renunciatione limitata ad vnum ius tantum ex pluribus vt ad alia non trahatur, ſed hic iſta renunciatio fuit vniuerſalia quo ad omnia contenta in ipſa tranſactione & ſic nihil contentorum in ea excipi aut excludi poteſt a verbis renunciationis vni-
6 uerſalibus, vt ſupra ſæpe dictum eſt. Vnde † cum verba renunciationis ſint clara, ad omnia pertinentia, non eſt vlterius dubitandum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. cum ſim.

¶Non obſtat dictum Bal. in d. l. Labeo. ff. de pactis. quòd renuncians inſtrumento non cenſetur renunciare debito contento in ipſo inſtrumento. quia Bald. in hoc male loquitur, & contrarium tenet idem Bal. in l. vnica. §. ille autem. in fi. C. de lat. liber. tol. & contrarium etiam tenet Mart. Laud. & Iaſ. eum referens in d. l. Labeo. nec obſtat tex. in d. l. 3. C. de fide inſtru. allegatus per Bal. in d. l. Labeo. quia reſpōdet Iaſ. poſt Mart. Lauden. in d. l. Labeo, quòd ille tex. ſolum loquitur in renunciante vſui inſtrumēti, ſed aliud eſt renunciare inſtrumento, aliud vſui inſtrumenti, nā poſſum non vti inſtrumento & petere debitū ac illud per teſtes probare, ſecus vbi renunciat quis inſtrumento, quia talis renunciatio tanquam magis generalis generaliua operatur & præiudicat. contra Bal. etiam in d. l. Labeo. adduco Socin. in conſ. 20. col. 3. circa medium. lib. 3. vbi quòd renuncians inſtrumento cēſetur fateri illud verum non eſſe, ideo pro contentis in eo agere non poteſt. ¶Non obſtat quòd particulares Sinfredi poterunt probare eorum exemptionem pedagii per teſtes omiſſo inſtrumento tranſactionis, quia etiam ſi millies probarent per teſtes, non eis tamen prodeſſe poſſet, quia fuit renunciatum tali tranſactioni, & omnibus in ea contentis vniuerſaliter & per verba vniuerſalia geminata, ideo poſt renunciationem ad eam redire nō poſſunt. l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edic. l. non videtur. ff. ſi quid in frau. patro. l. ſi maritus. §. ſi negauerint. ff. de adult. l. Herennius. ff. de euictio. l. poſtquam liti. C. de pactis. l. fi. C. de remiſ. pignor. c. ex tranſmiſſa. de renuncia. c. ex ore. de priuileg. Etenim poſt amiſſum ius ſera eſt pœnitentia. Bald. in c. j. quid iuris ſi poſt alie. feu. vaſal. id recuper. quod Bald. dictum refert Curtius ſenior in conſ. 26. in fin. ¶Secundò reſpondeo quòd etiam ceſſante renunciatione, quæ ipſa tamen fortiſſime vrget, adhuc nō poſſent ipſi particulares Sinfredi ſe iuuare exemptione prædicta nec antiquiſſimo eorum poſſeſſorio, quia talis poſſeſſio dicitur habita ex titulo erroneo & reprobato, id eſt ex dicta tranſactione, quam ipſimet particulares Sinfredi impugnauerunt & reprobauerunt. Quo caſu non procedit quod dicitur poſſeſſionem temporis antiquiſſimi cuius initii memoria non extat in contrarium, habere vim tituli & conceſſionis. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æſti. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſign. c. j. de præſcrip. libr. 6. quia talis titulus dicitur præſumptus quē ius præſumit ob tantam antiquitatem temporis, ſed talis præſumptio ceſſat vbi de veritate in contrarium apparet quòd quis poſſedit ex alio titulo expreſſo erroneo & reprobato, in claris enim ceſſant coniecturæ. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obliga. & in terminis pro hac reſponſione adduco Paul. de Caſtr. in conſil. 423. Ex puncto tranſmiſſo. col. 2. circa fin. libr. 2. vbi quòd non iuuat præſcriptio temporis cuius initii memoria non extat in contrarium quando producitur titulus vitioſus & inualidus ſeu quando aliter apparet de initio vitioſo. Idem voluit Bellamera in conſil. 10. colum. 10. in princ. verſi. item & aliter reſpondeo. & col. 13. verſic. plus dico. Ad idem adduco Alex. in conſ. 113. colum. j. & 2. lib. j. vbi quando ex inſtrumento apparet non debuiſſe quid ſolui prout ſolutum eſt tempore longiſſimo, apparet quod ſolutum eſt per errorem & falſa cauſa, nec prodeſt tunc curſus temporis.

¶Similiter videmus quòd licet præſumatur pro ſententia antiqua quòd omnia ſolennia & neceſſaria præſumantur interueniſſe, vt habetur in auth. ſi quis in aliquo documento. C. de edendo. in c. bonæ. j. de elect. & in c. cum inter. de re iud. & alibi ſæpe, iſtud tamen non procedit quando producuntur acta ſententiæ ex quorum productione apparet de eius nullitate aut iniuſtitia, tūc enim non præſumitur pro ſententia ex quo vere & clare probatur contra eam de nullitate & iniuſtitia. Bart. in l. j. ff. ſi tutor. vel cura. appel. in l. qui ad ciuilia. C. de appel. & in conſ. 98. Apparet ſententia. in fin. Aret. in conſ. 62. ex facto, ante fin. Soc. in conſ. 46. col. 9. circa medium. verſ. ſed clare etiam reſpondetur. lib. 4. Fel. in c. quoniam contra. col. 55. in fi. ver. Secundo declara. de proba. Iaſ. in l. 4. §. condemnatum. col. 2. in fin. ver. ſecundo contra Bart. facit ff. de re iudic.

¶Videmus etiam quòd licet in actibus extraiudicialibus præſumatur ſolennitas extrinſeca ex antiquitate temporis, puta in alienatione rei eccleſiaſticæ, vt habetur in c. peruenit. de empt. & vend. late ſcriben. in l. ſciendum. ff. de verb. obligat. iſtud tamen non procedit quando produceretur ſcriptura talis alienationis aut contractus per cuius inſpectionem probaretur de cōtrario, puta quia enuncient ſolennitates adhibitæ quæ dicantur minus legitimæ. ita Pau. de Caſtr. in conſil. 81. In cauſa quæ vertitur inter reuerendum patrem. colum. 3. in fin. lib. 2. ſequitur Felin. in c. ſicut. col. 15. verſic. 7. & vltimo declara, de re iudic. Dec. in conſil. 53. col. j. in conſi. 36. colum. 3. in fin. verſi. ſecundo reſponderi poteſt. & in d. c. quoniam contra. colum. 2. verſicu. ſucceſſiuè. Abb. de proba. Iaſ. in l. j. col. 5. in quinta limitatione. C. qui admitti. & in conſi. 176. col. fin. libr. 2. Curtius iunior in conſi. 130. colum. 2. in fin. Gozad. in conſ. 73. colum. 5. in fin. Addo Abb. in conſ. 61. colum. fin. verſic. item antiquitas. libr. j. Veronen. in conſil. 25. ad fi.
7 primi dubii. vbi † quòd contra præſumptionem quæ inſurgit ex antiquitate temporis admittitur probatio in contrarium. Ex quibus apparet non poſſe particulares Sinfredi ſe fundare ſuper aliquo titulo præſumpto ex antiquitate temporis, ex quo ſumus in caſu claro, in quo vere apparet de titulo nullo & vitioſo impugnato per ipſoſmet particulares. Quæ cum ita ſint, apparet quòd eorum poſſeſſio ſeu quaſi fuit vitioſa, quæ non prodeſt. l. 2. & l. ſi duo. Bar. ff. vti poſſid. l. j. commu. diuid. §. inter prædones. ff. commu. diuid. cum ſim.

¶Non obſtat aliud argumentum quod ſublata tranſactione per renunciationem, remanet cauſa in diſpoſitione iuris communis, quo iure forenſes non ligantur ſtatutis loci cui non ſubiiciuntur. Quia argumentum non procedit in forenſibus poſſidentibus bona in alieno territorio, nam ratione talium bonorum ligantur forenſes ſtatutis illius loci in reſpicientibus ipſa bona. forenſis enim cenſetur ſubiectus in concernentibus rem ſubiectam ſtatuentibus & ſitam in eorum territorio. cap. cum capella. capi. ex ore. de priuileg. capi. primo de priuileg. lib. 6. cap. poſtulaſti. & quod ibi not. & cap. fi. de foro competen. c. j. de raptor. cap. 2. & c. tuę. de cle. non reſid. c. Romana. §. contrahentes. de foro competen. lib. 6. c. j. de priuil. lib. 6. per quæ iura ita concludit Geminia. in conſi. 8. column. j. vbi propterea concludit quòd ſuperior poteſt priuare clericos ſibi non ſubditos beneficiis ſitis in eius territorio. Probat text. in l. ſi prædium. C. de prædi. minor. vbi iudex loci, vbi ſita eſt res pupillaris immobilis, interponit decretū in eius alienatione licèt pupillus ſit forēſis. Ad idem text. in l. j. C. vbi per tut. vbi iudex loci, vbi ſunt ſita bona immobilia pupilli forenſis, decernit tutorem pupillo non ſubdito quo ad illa bona. Similiter in alienatione rei immobilis eccle

ſiæ, Epiſcopus loci vbi ſita ſunt bona decretũ interponit. gl. ord. in c. hoc ius porrectum. 15. q. 5. Ita Rom. in conſ. 450. Horum bonorum. & latius cõfirmare poſſem ſi opus eſſet, ſed ſatis præmiſſa videntur ſufficere. ¶ Itaque cum poſſideãt bona homines Sinfredi in territorio Braidæ, non poſſunt effugere quin ligentur ſtatutis ipſius loci in concernentibus ipſa bona. ¶ Non obſt. argumẽtum quòd interpretari debet renunciatio in fauorem renunciantis, vt minus ei præiudicetur, quia procedit argum. in caſu dubio, ſed hic ſumus in caſu clariſſimo, vbi i ſpecie & expreſſe fuit renunciatum trãſactioni per verba vniuerſalia, immo & ipſi exẽptioni per relationem dum habita eſt relatio ad contẽta omnia in ipſa tranſactione, & quia ſi renunciatur fundamento, cenſetur renunciatum & omnibus ab eo dependentibus per ſupradicta. ¶ Non obſtat ꝙ renunciatio non præſumitur etiam ex actu proximo quoties alia coniectura capi poteſt, quia illud procedit in caſu dubio, de præſumptione enim tractatur in caſu dubio, ſed hic ſumus in caſu claro, vt ſupra dictum eſt. Nec eſt tractandum quod alia coniectura capi poſſit ea quo renunciatũ expreſſe fuit tranſactioni & omnibus contentis in ea in omnibus & per omnia. Non obſtat quod non ſit veriſimile homines Sinfredi voluiſſe renũciare tali exceptioni, quia immo eſt veriſimile poſtquam illi renunciauerunt per verba clara, veriſimilitudo. n. ceſſat, vbi de veritate in contrarium apparet. l. ſi. in prin. ff. quod met. cau. l. nuptura. in fi. ff. de iure dot. c. is qui fidem, de ſponſal. cum ſimil. ¶ Secundò reſpondeo quod verba vniuerſalia non reſtringuntur propter aliquam veriſimilitudinem. ideo tea, in l. obligatione generali. ff. de pig. non habet locum in obligatione omnium bonorum vniuerſali. Dec. in l. omnia. in prin. ff. ſi cer. pe. in c. ſedes. col. 5. circa med. de reſcrip. & in conſ. 389. col. fi. circa med. Addo vltra Decium Corn. in conſ. 128. col. pen. poſt med. verſ. nec obſtat ꝙ non veniunt. libr. 3. vbi allegat no. per Bart. in l. ſi pluribus. poſt med. ff. de leg. 2. Sed tamen contra Decium adduco Soci. in l. ſi ia qui decem. § verum. col. pen. verſ. de ſecunda limitatione. ff. de rebus dubiis. ¶ Tertio reſpondeo quòd veriſimilitudo & voluntas diſponentis colligitur ex proprietate verborum, quia nemo præſumitur dicere quod mente non cogitauerit. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſupel. lega. l. proſpexit. ff. qui & a quibus. c. a. tequiris. de appel. c. fi. de verb. ſign. in ore enim & mente præſumitur eſſe vnum. & idem Bal. in conſ. 472. In cauſa prioris. col. j. circa med. lib. 1. & voluntas hominis conſiſtit in verbis ſicut facies in ſpeculo. Bal. in conſ. 202. Omnis poteſtas. col. 4. poſt med. lib. 4. ſed verba renunciationis ſunt clara, prægnantia & ampla, ideo late intelligi debent, etiam in materia odioſa quatenus eorum proprietas patitur. l. cum lege. vbi Aret. ff. de teſta. gloſſ. in c. contra Chriſtianos. de hæret. lib. 6. Gald. in conſ. 24. in tit. de præb. Alexan. in authen. ex teſtamento. C. de collatio. Dec. in c. non liceat. col. 2. in fi. de præb. ¶ Ex quibus cõcludo in fauorem communitatis Braidę ſecundum ea quæ proponuntur, quia inſtrumenta non vidi. & ita reſpõdeo, ſaluo ſaniori iudicio Sauiliani 19. Auguſti 1546.

Aymo Cranetta ex Sauiliano. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *An dos augeri poſſit de bonis fideicommiſſi.*
2 *Plus eſt de nouo facere quam augere.*
3 *Vbi agitur de vtilitate publica fit extenſio, etiam in materia pœnali & prohibitiua.*
4 *Ius correctorium dicitur quando in totũ corrigitur et tollitur.*
5 *A pari procedunt interpretatio voluntatis teſtatoris & legis.*

CONSILIVM CCXCI.

¶ In cauſa Io. Curtini de Carmagnolia.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato: Io. Curtini de Carmagnolia de anno 1516. & die 26. menſis Martii inſtituit Mathæum Curtini eius filiũ hæredem, cui ſubſtitui filias ipſius teſtatoris, mandando filias ipſius Mathæi dotari & eis dari pro dotibus quantũ reliquerat filiabus ipſius teſtatoris. Mortuus eſt d. Mathæus relicta Lucia eius filia & Margarita vxore, & Margarita deceſſit relicta d. Lucia. Dubitatur modo ꝗ Mathæus hæres grauatus maritauit eius filiã Luciã cũ ampliore dote atq; relicta eſſet ab auo paterno, an illud plus augeri potuerit in præiudiciũ fideicommiſſi? Secundo dubitatur, an d. Lucia hæres Margaritæ matris poſſit detrahere dotes maternas de memoratis bonis ſubiectis fideicommiſſo? ¶ Circa primum dubiũ
1 breuiter & reſolutiue procedendo, † dico potuiſſe augeri dotes
Luciæ de bonis fideicommiſſi. Etenim non eſt dubium ꝙ ſi Ioannes teſtator nihil diſpoſuiſſet de dotatione filiæ hæredis grauati, ꝙ hæres grauatus potuiſſet dotare filiam de bonis fideicõmiſſi ſi legitima & Trebellianica ſatis non erat. auth. res quæ, vbi Bar. & doc. in j. q. C. commu. de leg. Ergo a fortiori dotem iam conſti
2 tutam augere potuit, † quia plus eſt de nouo facere ꝙ augere.
reg. cui licet quod eſt plus, de regu. iur. lib. 6. Ideo licèt inferior non poſſit ſtatuere contra legem ſuperioris, poteſt tamen diſpoſitionem ſuperioris augere addendo pœnam eius prohibitioni. gl. in clem. ne Romani. in verſi. tolli in 3. q. de elec. Card. in clem. fi. verſi. ꝙ ſi, in prin. de pœnis cum ſimi. vt per Feli. in c. quod ſuper his, de maiori. & obed. ¶ Secundo nos habemus ꝙ principalis & argumenti idem eſt iudicium, & diſpoſitum in vno locum habet & in altero. l. inter ſocerum §. cum inter. ff. de pactis dota. l. fi. C. de donatio. ante nup. l. etiam. C. de iure dotium. cum ſimil. ergo diſpoſitio. d. auth. res quæ, loquens in principali conſtitutione dotium locum habebit & in eius augumento ſi dos principalis non ſufficiat. ¶ Tertiò diſpoſitio d. auth. res quæ, dicitur fauorabilis introducta propter vtilitatem publicam vt mulieres dotatæ congrue viuant. vt expreſſe loquitur ille tex. ſed † vbi agitur
3 de vtilitate publica §. fit extenſio etiã in materia pœnali & prohibitiua. l. cætera. §. hoc ſenatuſconſultum, vbi Iaſ. in quinto not. ff. de leg. j. Bar. in l. 2. §. exercitum. ff. de infam. & l. quemadmodũ. C. de agric. & cenſi. li. 11. Diſpoſitio enim concernens vtilitatem publicam dicitur fauorabilis, licèt ſi contra ius aut exorbitans. Feli. in c. nonnulli. col. 21. de reſcrip. ergo diſpoſitio d. auth. res quæ, loquens in noua conſtitutione dotis locum habebit in eius augumento vt augeri poſſit, ſicut de nouo conſtitui quando dos conſtituta in teſtamento non erat ſufficiens ad inueniendum maritũ condignũ pro qualitate perſonæ & familiæ. ¶ Quartò diſpoſitio d. auth. res quæ, non dicitur correctoria, quia ius antiquum non prohibebat in ſpecie dotes cõſtitui de bonis fideicommiſſi: ſed dicitur diſpoſitio illius auth. exorbitãs quaſi deuians a gene
4 rali diſpoſitione iuris antiqui in cauſa & fauore dotis. † Ius enim
correctorium dicitur quando in totum corrigitur & tollitur, ſed exorbitans quando in aliquo derogatur. l. derogatur. ff. de verb. ſig. Cor. in conſilio 174. columna 2. lib. 4. Crotus in l. omnes populi. column. 39. verſicu. complemento. ff. de iuſti. & iure. Modo ego habeo ꝙ extenſio fit etiam in correctorijs quando materia eſt fauorabilis ex identitate rationis. glo. in c. generali. de elect. lib. 6. Bart. & doc. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. Soc in l. j. colum. 55. in princi. verſi. vel ſecundò dicamus. ff. de vulg. ſi fit extenſio in correctoriis, ergo a fortiori in materia exorbitanti quæ facilius extenditur quam correctoria. Corn. in conſilio 82. colum. 3. verſi. conſtat autem. & in conſilio 188. colum. 5. lib. 2. ſed cauſa dotis dicitur fauorabilis vt ſupra dictum eſt, ergo &c. ¶ Quintò nos habemus quòd diſpoſitio d. authen. res quæ procedit licèt teſtator de dote conſtituenda nihil dixerit vt ibi patet, quanto fortius procedet in caſu noſtro in quo cõcurrit voluntas teſtatoris expreſſa, qui neptes dotari mandauit? Et ſi dicatur, ergo videtur ſtandum taxationi & limitationi ipſius teſtatoris. Reſpondeo, quòd illa taxatio & limitatio debet intelligi rebus & terminis ſic ſtantibus prout erant de tempore ipſius teſtamenti. l. quod ſeruus. ff. de condic. ob cau. l. in confirmando. & l. vtilitatem. ff. de confir. tuto. ſed mutata fuerunt tempora, & dotium conſtitutiones excreuerunt, ideo ex cauſa de nouo ſuperuenienti recedi potuit a diſpoſitione teſtatoris: teſtator enim ita limitauit & taxauit credens ꝙ illa dos eſſet ſufficiẽs prout videbatur de tempore teſtamenti. Planè ſi cogitaſſet ad mutationem temporis, veriſimiliter dotes ampliores cõſtituiſſet, ergo id pro diſpoſito haberi debet. l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & poſthu. l. cum ex pluribus. in prin. ibi, quod veriſimile videtur. ff. de ſolutio. l. cum res. verſ. j. ff. de lega. j. l. fi. C. de poſth. hæred. inſtit. glo. & doct. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact.
¶ Sextò nos habemus quòd diſpoſitio d. auth. res, quæ procedit licèt teſtator prohibuerit bona expreſſe alienari, vt ibi per doct. Iaſ. in conſ. 157. col. 2. in 2. dubio. li. 2. quanto fortius augeri poterit dos minus ſufficiens quũ teſtator non ſolũ non prohibuit alienationem, ſed etiam expreſſe dotes conſtituit, quæ tamen la
5 tis nõ erant. ¶ Septimo † a pari procedunt interpretatio volunta
tis teſtatoris & legis quia eo modo interpretatur voluntas teſtato-

ris

tis quo diſpoſitio legis. Bar.in l.j. C. de bis quibus vt indign. &
in l.in cognitione.C.ad Syllania.Alex.in l.ea demum.C.de colla
tio.ſed tex.in d.auth.res quæ procedit licèt hæres grauatus ha-
beat legitimam & trebellianicã,quæ tamen non ſufficiat pro do
te filiæ ſm eius qualitaté,vt ibi per Bal. Pau.de Caſt. & modern.
ergo idem in dote iam conſtituta a teſtatore vt ſi illa non ſuffi-
ciat ſecundum qualitatem filiæ, poſsit hæres eam augere de bo-
nis fideicõmiſsi quãdo legitima & trebellianica non ſufficiunt.
Venio ad ſecundũ dubiũ, in quo etiã breuiter & reſolutiuè con
cludo poſſe dotes filiæ grauati conſtitui,& etiam poteſt acceptás
pro vxore grauati reſtitui de bonis ſubiectis fideicommiſſo licet
ab initio legitima & trebellianica ſufficerent quæ poſtea con-
ſumptæ ſint.Paul.de Caſt.in conſi. 15. Circa ea quæ ſuperius ple-
niſsime.& in conſi.110.Viſis & conſideratis quæ ſupra narrãtur.
col.2.lib.j.facit idem Pau.de Caſt.in conſi 80.Quia per ſupraſcri
ptum eximium conſultorem. col.2.in 2. dubio.lib.j.vbi quando
mulier grauata dedit dotem marito, licèt conſumat mulier legi
timam & trebellianicam,non debet culpa mulieris conſumen-
tis marito præiudicare quominus dotes conſequi poſsit in alijs
bonis fideicommiſsi.& q̃ reſtitui debeant dotes de bonis fidei-
commiſsi etiam conſumptis legitima & trebellianica quæ ab ini
tio ſufficiebant,tradit Deci.in conſi.376.in fi.& in conſi.619.Iaſ.
in conſi.157.in 3.dubio.lib.2.Curt.iunior in conſi.59.col.j.Et di-
cit Iaſ.in d.conſi.157. quod nemo in hoc diſcrepat. Et priuilegiũ
competens vxori circa diſpoſitionem dictæ authen.res quæ,trãſ
mittitur ad Luciam eius filiam ſecundum Bald. & Pau. de Caſt.
ibi,vbi etiam Iaſ.col.9.verſic. Et adde quòd ſtatim. Et ita de iure
reſpondeo,ſaluo ſaniori iudicio. Sauiliani.die.6. Septẽbris.1546.

Aymo Crauetta ex Sauiliano.I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Actus noſtri voluntarij non extendũtur vltra quã gerantur.*
2 *Facilius conſeruatur aliquid quam acquiratur de nouo.*
3 *Cauſa conſeruationis libertatis eſt fauorabilis.*
4 *Qui tenetur ad ſeruitium nihil poteſt facere, per quod impe-
diatur ius ſeruitutis.*

CONSILIVM. CCXCII.

¶ Pro Communitate Murelli contra homines & Communitaté
Polungheriæ.Conſilium ſubtile æque & vtile.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. In cauſa
Cõmunitatis Murelli contra Cõmunitaté Polun
gheriæ dubitatur, an ex lõgiſsimo poſſeſſorio ip
ſius communitatis Polũgheriæ in depaſcẽdo be
ſtias & animalia hominum ipſius loci ſuper pa-
ſcuis Murelli dicatur acquiſita ſeruitus depaſcẽ-
dã non obſtante cõtradictione cuſtodum animalium hominum
ipſius loci Murelli,qui cuſtodes contẽdebant aduerſus cuſtodes
animalium hominum Polungheriæ vt ne depaſcerentur eorum
beſtias, in tantũ quod proponitur ſæpius rixatũ & pugnatum vſ
que ad vlnera. ¶ Videretur dicendum prima fronte acquiſitum
ius ſeruitutis depaſcendi.& non diſputando de tempore requiſi-
to de quo ſcripſi in conſ.4.quia præſupponitur longiſsimo & an
tiquiſsimo tempore ita actum:tota difficultas videtur quia poſ-
ſeſsio ſeu quaſi in talibus iuribus incorporalibus non acquiritur
ſine ſcientia & patientia partis contra quam præſcribitur & de
cuius præiudicio agitur l.quoties. ff. de ſeruit.l. ratio. §.ſi iter.ff.
de actio.emp.l.3.§.dare.ff.de vſufruct.c.cum eccleſia.de cau.poſ
ſeſ.& propr.Bart.in l.ſi.ff.vti poſ.Bal.in l.2.C.de ſerui.cũ ſimi.hic
autem dicitur contradictum verbis & factis per cuſtodes anima
lium hominum Murelli,quæ contradictio aperte repugnat actui
patientiæ.immo vbi ab initio quis paſſus eſſet talem poſſeſsioné
ſeu quaſi,tamen ex contradictione ſuperueniẽti interrumpere-
tur præſciptio.Bal.in d.l.2.col.j.in 4.not.C.de ſerui.Alex.in conſ.
208.col.2.poſt.med.li.2.Ideo dicimus quod actus turbatiui diffi
cilem reddunt probationem poſſeſsionis. gloſſ.in l.extat.in glo.
mag.ff.quod metus cau.ſequitur Bal.in c.j. col.j. apud quem vel
quos controuer.feu.diffi.non enim releuat poſſeſsio quæ fit ad-
uerſario contra dicente.l.j.§.j.ff. quod vi aut clam. Pau de.Caſt.
in conſ.65.In q.aquę.ad ſi.lib.2.Nam ad iſtud videtur reſponderi
quod talis contradictio debet fieri per eos de quorum præiudi-
cio agitur,& ad quos cauſa aut negocium pertinet:ſed hic dici
tur contradictum per cuſtodes animalium quorum non videba
tur intereſſe, igitur attendi non debet contradictio eorũ quorũ
non intereſt l.j.in prin.ff.quorum appe. non recip.l. prętoris.§.ſi.
& l.qui bona.§.dãni.ff.de dam.infe. l. fideicõmiſſa.§. interdũ.ff.
de leg.3.c.cũ cõtingat. de offi.deleg.c.qua fronte. de appel.c.nõ
ſolent.2.q.6.cum ſimi.¶ Rurſus,cum agitur de præſcribendo cõ
tra vniuerſitatem, neceſſaria videtur contradictio Syndicorum
aut conſulum ipſius vniuerſitatis, nec videtur contradictio parti
cularium:quia ex facto ſingulorum aut particulariũ de vniuerſi
tate nihil videtur acquiri ipſi vniuerſitati.l.j.§.ſi. cum l. ſeq.ff.de
acq.poſ.¶ Sed præmiſsis non obſtantibus, quæ vere non obſtãt,
contrariũ puto de iure verius quod immo nõ dicatur quæſita ali
qua poſſeſsio ſeu quaſi ſeruitutis, & cõſequenter præſcriptio ali
qua introducta in fauoré cõmunitatis & hominũ Polũgheriæ du
plici fundamẽto. & primò,quia ex actibus depaſcendi particu-
larium Polũgheriæ ſuper paſcuis Murelli non videtur quęſita ali
qua poſſeſsio ſeu quaſi in fauoré ipſius cõmunitatis Polũgheriæ
tũ quia non apparet q̃ depaſcentes animalia hoc facerent nomi
ne ipſius cõmunitatis,ſed nomine & ad vtilitatem ipſorũ parti-
culariũ depaſcentium, ergo ex actibus qui fiunt nomine depa-
1 ſcentiũ,alijs non videtur acquiri,† quia actus noſtri volũtarij nõ
extenduntur,vltra q̃ gerantur. l.j.§.Iulianus,vbi Bar.ff.de itinere
actuq; priua.l.voluntariæ.C.de excu.tut.l.ſi. C.ne vxor.pro mari
to.cũ ſim.& q̃ actus factus nomine alicuius ad alios non exten-
datur,eſt tex.in l.ſi vt proponis,arguendo à ſpeciali.C.de rei ven
di.Immo etiam ex contractu ſocij nomine ſuo proprio ſocietati
non acquiritur.etiam qđ acquirit ſocius de pecunia communi ni
ſi eſſet ſocietas vniuerſalis omnium bonorum.l. ſi patruus. vbi
Bar.& Bal. C.commu.vtr. iudi. cum ſimi. vt per Alex.in conſ.78.
lib.2.Cor.in conſi.267.lib.j.Moder.in l.ſi ſocius. ff.ſi cer.pet.tum
etiam quia per liberam perſonam alter non acquiritur non præ
cedente mandato.l.ſi ego.ff.de neg.geſt.l.j.§. per procuratorem.
& l.poſſeſsio.ff.de acq.poſ.& quod ex poſſeſsione particularium
non acquiratur vniuerſitati,tradit Bald.in conſi.438. Præmitten-
dum eſt ad euidentiam quod quandoque.lib.j. Soci.in conſil.65.
colum.pen.verſi.quod autem poſſeſsio.li.3.Cor.in conſi.130.col.
fin.in conſi.148.circa fin.in conſi.299.col.3.lib.j.in conſi. 46.col.
3.lib.3.& in conſilio 64.lib.4.Deci.in conſi.215.col.fin.& in con
ſilio 221.colum.3.verſic.ſimiliter non probatur.Alex.in conſi.4.
in fin.opporteret igitur probare quod Syndici Polungheriæ mã
daſſent cuſtodibus animalium vt illa depaſcerentur in territo-
rio & paſcuis Murelli,vel ſaltem oporteret probare quod ipſi de
paſcentes vel domini animalium illa immiſiſſent in paſcua Mu-
relli nomine ipſius communitatis Polungheriæ & deinde quod
communitas Polungeriæ talem immiſsionem & depaſtum rati-
ficaſſet tempore debito id eſt ante contradictionem communita
tis & hominum Murelli.per l.bonorum.ff.rem ratam hab.de qui
bus nullo modo apparet,ergo &c.¶ Secundo,poſito & non cõ-
ceſſo,q̃ domini animalium aut cuſtodes eorum immiſiſſent be-
ſtias vel depaſti eſſent nomine ipſius communitatis Polũgheriæ
aut de eius mandato, adhuc non videtur releuare talis poſſeſsio
propter contradictionem particularium Murelli ex qua contra
dictione non ſolũ impeditur poſſeſsio ſeu quaſi immo poſſeſsio
iam inchoata interrũpitur vt ſupra dictũ eſt. ¶ Nec obſtat quod
non videatur ſufficere contradictio ipſorum particularium, ſed
neceſſaria videtur cõtradictio ipſius vniuerſitatis,quia argumen
tum procederet vbi agitur de acquirendo de nouo, quæ acquiſi
tio non fit p ipſos particulares ſine mandato ipſius vniuerſitatis
aut eius ratificatione tempore debito quando nomine ipſius vni
uerſitatis quid actum eſſet. ſecus in caſu noſtro vbi non agitur
2 de acquirendo ſed tantum de conſeruando ius libertatis ipſius
cõmunitatis.† facilius enim conſeruatur aliquid q̃ acquiratur
de nouo l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iuris.l.j.§.ca
ſum.ff.de poſtul.quæ iura ad hoc citat Dec.in l.ſi conuenerit.col.
7.ante med.ff.de iuriſdic.om.iud.tradit Soc.in rub.ff. ſolut.mat.
colum.4.circa med.verſ.non.omitto quod lex illa loquitur.Hinc
videmus quod ius collegij conſeruatur in vno licèt in vno ab ini
tio conſtitui nõ poſsit.l.ſicut.§.ſi.ff.quod cuiuſque vniuer.nomi.
Videmus etiam quòd ius ſocietatis vniuerſalis conſeruatur ex
aliquibus actibus factis communi nomine licet ex eis ab initio
conſtitui non poſsit, ſed oporteat actus omnes fieri communi
nomine:Roma.in conſi.295. Cum iſti fratres. colum.3. Similiter
licèt Iudæi nouas Synagogas erigere non poſsint,veteres tamen
poſſunt conſeruare, retinere & reficere. c. Iudæi. & c.conſulum.

extra de Iudæis.Similiter licèt prohibeatur quis quid petere,nõ
tamen prohibetur illud conſeruare & retinere.Capra in conſ.19.
quem refrt & ſequitur Dec.io conſi.331.col.2.in fi. Addo Bald.in
conſ.455.Quæritur an filiafamilias.col.2.lib.2.Rotam deciſ.160.
in nouis.Cor.in conſi.282.col.pe.in fi.lib.4.& in terminis non cũ
do per mendicata ſuffragia & per generalia ſed per ſpecialia &
indiuidua,ꝙ retineatur ius & illud conſeruetur,etiam per extra
neos,& eos per quos acquiri non poteſt, adduco tex.in l.vſu reti
netur.ff.quemadmo. ſerui.amitt.vbi ꝙ ius ſeruitutis retinetur nõ
ſolum per eum cui debetur ſeruitus,ſed etiã per eos qui eius no-
mine in poſſesſione eius ſunt.Item per mercenarium,aut hoſpi-
tem, aut medicum, aut eum qui venit ad viſitandum dominum
vel colonum aut fructuarium . Qui tex.decidit hanc difficultatẽ
arguendo a fortiori . nam ſi per tales perſonas retinetur & con-
ſeruatur ſeruitus quæ dicitur res odioſa , a fortiori conſeruabi-
tur libertas,quæ eſt adeo fauorabilis.& illum tex.didici ab Old.
in conſi.172.quia omnes.col.fina.non eſt igitur dubitandum ius
libertatis hominum Murelli conſeruatum fuiſſe pe particulares
perſonas ipſius loci Murelli . & ſi perſonæ omnino extraneæ &
quarum non intereſt retinent & conſeruant ius & poſſesſionem
ſeruitutis alterius, quantò magis particulares vnius vniuerſitatis
conſeruabunt & retinebunt iura libertatis ipſius vniuerſitatis,
in quibus iuribus ipſi particulares participiũ obtinent & intereſ
ſe prætendunt? ¶ Secundò principaliter reſpondeo ad argumen-
tum, illud retorquendo , nam ſi communitas Polungheriæ nolit
impeditam fuiſſe quaſi poſſesſionem ſeruitutis depaſcendi
ex contradictionibus particularium Murelli ad conſeruationem
libertatis,ergo a fortiori ratione homines particulares Polũghe
riæ non potuerunt acquirere ius ſeruitutis,quia duo concurrunt
3 ad impediendum ius ſeruitutis . ¶ † Primo , quia fauorabilior
eſt cauſa conſeruationis libertatis.Secundò quia acquiſitio ſerui
tutis dicitur res odioſa tanquam contraria libertati.¶ Concludo
ex præmisſis circa hoc primum dubium ꝙ nullum ꝗſitũ fuit ius
ſeruitutis in fauorem hominum & communitatis Polungheriæ
contra quam etiam communitatem in dubio eſt pronuncian-
dum & in fauorem communitatis Murelli , quæ agit de tuenda
libertate omnino fauorabili.l.libertas.ff. de regul.iur.ideo teſtes
deponentes de libertate præferuntur teſtibus deponentibus con
tra eam.Iaſ.in conſilio 81.colum.5. poſt med.libr.3. ¶ Secundò
dubitatur poſito & non conceſſo,communitas Polungherię prę
ſcripſiſſet ius ſeruitutis depaſcendi in finibus & territorio Mu-
relli aut in paſcuis Murelli,an prohibeantur communitas Murel
li aut habentes cauſam ab ea talia paſcua ad culturam reduce-
re in præiudicium talis ſeruitutis depaſcendi.¶ Videretur dicen
dum talem culturam prohiberi poſſe cum per eam impediatur
ius & commoditas ſeruitutis.¶ † Etenim, qui tenetur ad ſeruitu
4 tem nihil poteſt facere per quod impediatur ius ſeruitutis.l.ſer-
uitute.§.ſi ſeruitus.§.fi.l ſi domus.ver.quod ad ſtillicidium. ff.de
ſeruit.vrba.prædio.l.ſi eo loco ff.ſi ſerui.vendi.late Soc. in conſi.
505.& in conſilio 241.lib.j.¶ Sed præmisſia non obſtantibus cõ
trarium puto de iure verius , quod immo ſit permiſſa redoctio
ad culturam.& primo poſſet non improbabiliter dici quod talis
præſcriptio ſeruitutis intelligatur rebus & terminis ſic ſtantibus
prout erant de tempore præſcriptionis.l. quæro.§. inter locato-
rem.ff.locati.l.quod Seruis.ff.de condi.ob cau.cum ſimi.& ſic in
telligenda videtur præſcriptio ſtantibus ſic paſcuis,ſecus ſi redu
cantur ad culturã.¶ Secundo pro hoc facit.nam præſcriptio di-
citur ſtricti iuris , & tantum pręſcriptum quantum poſſeſſum.
Io.And.in c.cum ex iniuncto, ſuper gl.ff.de hæret. Inno.in c.tua.
de decimis.& in c.dilectus.de capel.mona.Bar.in l.cum de in rẽ
verſo.in fi ff.de vſur.Pau.de Caſt.in conſi.412. quia breue ſpaciũ.
in fi.lib.j.pulchre Bal.in conſi.257. Quæſtio vertens. lib.2.vbi ꝙ
conſuetudo & præſcriptio cum ſint facti,non recipiunt extenſio
nem perſonarum nec actuum.modo licet communitas Polun-
gheriæ præſcripſerit ius depaſcendi ſtantibus paſcuis incultis,
non videtur extendenda talis pręſcriptio vt etiam prohibere poſ
ſit homines Murelli a coltura paſcuorum. Alia enim videtur prę
ſcriptio iuris affirmatiui depaſcendi, alia videtur præſcriptio iu-
ris negatiui ne paſcuum colere liceat. Aliqua enim requiruntur
in præſcriptione iuris negatiui , quæ non ſunt neceſſaria in iure
affirmatiuo.nam vt præſcribatur ius negatiuum, puta ꝙ paſcua
colere non liceat , neceſſaria videtur prohibitio ne colantur aut
laborentur , & ꝙ tali prohibitioni aduerſarius conſenſerit aut
acquieuerit per tempus ſufficiens ad præſcribendum.l. qui lumi
nibus.ff.de ſerui.Cy.in l.j.in 6.q.C. de ſeruitu.Bar.in l.ſi.prius in
7.oppo.ff.de ope.nou.nun. Alex.in conſi.174. col.3.in fi.lib.2.ſed
non proponitur iſtud requiſitum præceſſiſſe.& profectò nõ puto
ꝙ ſi homines Murelli voluiſſent aliquã colere paſcua ipſorum &
prohibiti fuiſſent ab hominibus Polũgheriæ ꝙ tali prohibitioni
acquieuiſſent. Tertio patientia hominum Murelli circa depaſtũ
animalium Polungheriæ, vbi de tali patientia cõſtare poſſit, iure
limitata ad cauſam ipſius depaſtus , ergo extendi non debet ad
cauſam prohibitionis culturæ ꝙ voluerunt etiam ſe ipſos ſubii-
cere vt ne reducere poſſent eorum paſcua ad culturam , quia li-
mitata patientia limitatum debet effectum producere,nec exten
ditur vltra actũ in quo patientia præſtita ſit. Alex. in conſi.3.col.
11.verſi.præterea etiam poſito lib.5.per l.j.§.ſi quis hoc interdi-
cto,vbi Bar.ff.de itinere actuque priua. ¶ Quarto , vbi præmiſſa
ceſſarent,quæ ceſſare non videtur, ex alio res videtur clarisſima
quia proponitur in facto ꝙ homines & cõmunitas Murelli ſem-
per processit ad culturam taliũ paſcuorum pro temporis quali-
tate & necesſitate,quo facto ita præſuppoſito non poteſt cõmu-
nitas Polungheriæ prætendere ius prohibendi culturã huiuſmo-
di quia in tali prohibitione nullus adeſt conſenſus & nulla patiẽ
tia cõmunitatis Murelli, immmo expreſſa contradictio & facta
contraria.Ideo poſito quod eſſet acquiſita ſeruitus depaſcẽdi in
paſcuo alieno , talis tamen acquiſitio neceſſario reſtringi debet
quandiu manet res in eodẽ ſtatu , & paſcuum incultũ manet.nõ
etiam extendi poteſt ſeruitus vt prohiberi poſſit cõmunitas Mu
relli ab inceptione nouæ culturæ, nec poteſt cõmunitas Polungheriæ
prætendere ampliorem ſeruitutem,quam vſa fuerit, ſed nunquã
fuit vſa ſeruitute prohibendi culturam licèt coleretur paſcuum;
ergo &c. Non obſtant modo allegata in contrarium ꝙ debens
ſeruitutem nihil poteſt agere per quod impediatur vſus ipſius
ſeruitutis,quia iſtud procederet quã quis vellet impedire ſeruitu-
tẽ re ſeruiente in eodẽ ſtatu manente, puta, ſi quisincluderet iter
ad paſcuũ ſeruiens, ſecus quando mutaretur ſtatus rei. ¶ Vel &
melius ſecundo reſpondeo ꝙ argumentum procedit in ſeruitu-
te expreſſe conſtituta , ſecus in præſcripta.ratio diuerſitatis eſt,
quia ſeruitus præſcripta dicitur tacite conſtituta ex patiẽtia par
tis,ſed tacitum non ita extenditur ſicut expreſſum.gl.in clem.ſæ
pe.in verbo partibus,de verb.ſig.Abb.in c.quoniã contra. colſi.
de prob.Pau.de Caſt.in conſi.334.Viſa appellatione.col.3.circa
med.lib.j.Alex.& Mod.in l.j.§.j.ſuper gl.in verbo ſi quis.ff.quod
quiſque iuris.Itaque ſi quis expreſſe conſtituat ſeruitutẽ depaſcẽ
di in paſcuo ſuo, fateor ꝙ illud ad culturam reducere nõ poteſt
in præiudicium iuris ſeruientis, ſecus videtur in tacita conſtitu-
tione ſeruitutis,quæ colligitur ex patientia depaſcendi,quia talis
patientia reſtringi debet ad ſuos limites ſtante paſcuo inculto:
non autem videtur extendi vt etiam nõ poſſit quis paſcua ad cul
turam reducere.bene fateor ꝙ etiam in caſu præſcriptionis non
poſſet is contra quem præſcribitur impedire vſum ſeruitutis re
ipſa in ſtatu ſuo manente, puta claudendo ianuam, aut interclu-
dendo iter,ſed ꝙ rei ſtatum pro necesſitate ſua mutare non poſ-
ſit,hoc nõ videtur prohibitũ.& iſta declaratio videtur mihi rea-
lis & naturalis, licet ab alio ita explicatum non inueniam.¶ Ter
tiò reſpondeo,ꝙ nos ſumus extra difficultatem , ex quo præſup-
ponitur talem reſtrictionem aut limitationẽ patientię fuiſſe & eſ
ſe expreſſa , quia ſolum depaſti fuerunt homines Polungheriæ
animalia,licèt & in hoc ipſo fuerit contradictum,ſed circa cul-
turam ꝙ prohiberi poſſet, nulla patientia præſtita eſt,immo ho-
mines Murelli ſemper colluerunt paſcuũ & illud,colendũ loca-
uerunt ad arbitrium.¶ Ex præmiſsis abunde diſſolutum apparet
ſecundum dubium.¶ Tertia dubitatio proponitur, an cõmuni-
tas Murelli poſſit in futurum prohibere homines Polungheriæ
ab vſu depaſcendi in paſcuo Murelli? Breuiter ſolutio pendet a
præmisſis.Etenim ſi nulla ſeruitus acquiſita dici poteſt præſcri-
ptione nec aliter, certũ eſt prohiberi poſſent . Planè , vbi de iure
ſeruitutis conſtare poſſet , prohiberi non poſſent. Sed enim nec
eo caſu prohiberi poſſent homines Murelli a cultura paſcui per
ſupradicta . & præmiſſa quidem ſcripſi citra omnem viſionem
actorum ad ſimplicem propoſitionem dubiorum , ob id ſi acta
forte aliter loquantur, viderit pars. Saulliani.4. Octobris.1546.

Aymo Crauetta ex Saulliano.I.V.D.

S V M M A R I V M.

1 *Bona ante occupationem præſumuntur fuiſſe in nullius bonis.*
2 *Cũ princeps donat rẽ tertio opportet, ꝗd tertius ꝓbet rẽ eſſe ſuã.*

3 Non

3 *Non vult ius diuinum credi confeſsioni alicuius in facto proprio*
4 *Priuatio feudi ſine cauſa fieri non poteſt.*
5 *Verbum pertinentibus quomodo reſoluatur.*
6 *Quando vſus communis loquendi inſpici debet.*
7 *Expreſsio confinium fit ad expreſsionem rei,*
8 *Princeps præſumitur plenus iuſtitia.*
9 *Feudum quando dicatur.*
10 *Sublato ſchiſmate per abiurationem eligi quis poteſt ac ſi nunquam ſchiſmaticus eſſet.*
11 *In eadem perſona non poteſt conſiderari dominium vtile ſeparatum a directo.*
12 *Alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet.*

CONSILIVM CCXCIII.

¶ Conſilium redditum ad requiſitionem Magnificorũ dominorum Liagnaſchi, qui ipſi a me petierunt vt votum meum ſcriptis commendarem, etiam ſi non eorum expectationi ſatisfaceret.

DIVINO ſubſidio eſt corde poſtulato. Ardua admodum offertur quæſtio, an bona quæ poſſidẽt magnifici domini Liagnaſchi præſumant feudalia aut allodialia ex inſtrumẽtis productis? Quã ipſam quæſtionem nitar pro ingenii viribus ad ſplendorẽ veritatis explicare, quia male iudicio meo per ſcribentes declaratur. Et primo capio inſtrumẽta acquiſitionis caſtri ab Illuſt. Marchione Saluciarũ de anno 1341. & die 4. maij. Ex iſto iſtrumento non uidetur probari aliqua qualitas feudi immo totum contrarium: quia fuit venditum iure allodii, & ſic verba ſont clara vt dubitationi locus non ſit l. cõtinuus. §. cum ita. ff. de verb. obli. ¶ Secundo venditũ fuit caſtrum nihilo reſeruato, ex quo etiam arguitur allodium: quia in feudo retinetur dominiũ directum: ita ius allodii conſiderat Bal. in conſi. 351. In bonis feudalibus. colum. 2. verſ. ſecunda rerum qualitas. lib. j. quod videtur repetitum in conſi. 318. lib. 3. ſequitur Dec. in conſilio 468. colum. 3. ¶ Tertiò venditum fuit caſtrum de quo poſſent domini emptores ad libitum diſponere, etiam quod res repugnat feudo, de quo non poteſt vaſallus ad libitum diſponere. vt in titu. de probi. alie. feu. ¶ Quartò, cum iſtud caſtrũ pecunia acquiſitum fuerit, feudale dici non poteſt ex tali acquiſitione, dicitur enim venditio, non feudum. Bald. in l. qui ſe patris. colum. pen. C. vnde legit. & in l. ſi quam. C. de op. lib. Dec. in conſil. 390. colum. 4. poſt med. licèt ſuper hoc multa dici poſſint, vt per Iaſ. in conſil. 117. colum. 5. in fi. lib. 4. ¶ Quintò per iſtam acquiſitionem domini emptores non tenentur ad aliquod ſeruitium feudale, ergo feudum dici non poteſt. Cy. in authen. ingreſſi. q. antepenult. C. de ſacroſan. eccleſi. Bald. in d. l. qui ſe patris. & in d. l. ſi quam. ¶ Sed obſtare videtur unum fundamentum quod ex aduerſo adducitur, quod omnia bona acquiſita ab Illuſt. tunc Marchione facta fuerunt feudalia, & tanquam feudalia recognita per ipſos emptores, qui ipſa bona potuerunt feudalia facere & ſeruitutem ad libitum imponere. l. in re mandata. C. manda. & rei ſuæ poteſt quis apponere legem quam vult. l. in traditionibus. ff. de pactis. l. j. §. ſi cõuenerit. ff. depoſiti. l. ſeruus. §. ea le e. ff. de ſeruis expor. l. cum eſſet. §. fi. ff. de ſerui. ruſti. præd. l. ob res. ff. de pactis dotal. l. legem. C. de pactis. authen. excipitur. C. de. bonis mate. c. verum. de condi. appo. c. de monachis. de præben. c. cum Bertoldus. de re iud. & in terminis de recognoſcente rem allodialẽ tanquam feudalem ſcienter, quod ſibi præiudicet, tradunt ſcriben. in l. ſi rem aliquam. ff. de acq. poſ. Sed acquiſitio loquitur de toto territorio & ẽt de terris cultis & incultis pratis nemoribus &c. ergo cum domini emptores acquiſierint in totum territorium Liagnaſchi cum terris cultis & incultis, pratis & nemoribus. & omnia ipſa bona fecerint feudalia, fundata videtur intentio dominorum aduerſus ſubditos quod omnia bona exiſtentia in territorio Liagnaſchi ſint feudalia. & hoc maxime dicitur procedere quia bona fuerunt ſpecificata & deſignata per cõfines, dicendo, cui caſtro & villæ & poſſeſſionibus ad ipſum caſtrum vel villam modo aliquo pertinenentibus cohærent fines Sauiliani, fines Villę fines Mantæ. &c. Ideo ſtante deſignatione bonorum per cõfines, quicquid eſt intra confines, includitur ſub venditione. l. j. & 2. & l. obſeruare. ff. de offi. præfecti verbis. l. æde ſacra. §. fi. ff. de contra. emp. l. quæro. & l. Titius. ff. de actio. empt. l. qui fundum. ff. de euict. l. ſi fines. C. eo. ti. l. inter eos. ff. de acqui. rerum domi. & l. patronos. §. Sempronin. ff. de leg. 3. ¶ Ad iſtud argumentum reſpõdeo multis modis, & primo præſuppono quod princeps non habet intentionem fundatã quo ad bona poſſeſſa per ſubditos reſpectu alicuius dominii directi vel vtilis, ſed ſolũ reſpectu iuriſdictionis de iure cõmuni. l. deprecatio. ff. ad legem Rhod. de iactu.
1 nam quando bona aliqua reperiũtur occupata per tertios † quia ante occupationem præſumuntur fuiſſe in nullius bonis. Bar. in l. ſi duo. in fi. ff. vti poſſi. præſumitur quod pertineant ad ipſos poſſeſſores. & ita tradit Aret. in conſi. 15. col. 2. Cur. iunior in trac. feud. in 2. parte. q. 6. char. 19. ¶ Hoc ita præſuppoſito quod princeps non habeat intentionem fundatam de iure communi reſpectu dominii bonorum particularium. Dico quod licet princeps vendat aut
2 † concedat aliquam rem in ſpecie tamen ſi talis res poſſideatur per tertium, tenetur habens cauſam a principe probare de iure ſui auctoris. quia non ſequitur, talis vendidit aut donauit mihi rem, ergo erat res ipſius vendentis aut donantis. cum vendi, aut donari poſſit res aliena. l. quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pig. l. cum res. C. quæ res pign. obli. poſ. Pau. de Caſt. in conſ. 406. Satisfaciendo. col. 2. poſt. medi. lib. j. & in conſ. 330. Libellus iſtorũ agentium. col. 2. circa medi. lib. 2. & iſtud eſt quod dicitur ex titulo ſolo ius non conferri nec probari ius concedentis, cum ſolum dicatur titulus modificatio poſſeſſionis. l. nec vllam. ff. de peti. hære. l. caſus. ff. de vſuc. l. nemo. C. de rei vendic. Old. in conſi. 217. Super eo quod quæritur. Etenim ſi titulus ſolus iura conferret, fruſtra tractaretur materia præſcriptionis cum titulo, quia ſolus titulus ſatis eſſet ſine alia præſcriptione. ¶ Sed hic dicet aliquis, præmiſſa nõ vidẽtur procedere in principe in quo ſolus videtur ſufficere, nam quando princeps quid vendit aut donat tanquam ſuum, ſtandum videtur aſſertioni principis, quod illud eſſet ſuũ, nec vidẽtur ſubditi audiendi ſi redarguere velint principem de mendacio, per tex. in clem. j. de prob. vbi habetur quod adeo creditur aſſertioni principis, vt probatio in contrarium non admittatur. Tradit Soc. in conſi. 87. col. 8. ante medi. verſi. præterea cum princeps. lib. 3. Ad iſtud reſpondeo, & primo quod d. clem. j. non videtur procedere in principe laico, ſed ſolũ in Papa. cum ſit exorbitans, immo contraria iuri diuino, quo iure habetur, vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum: nec ſtabit vnus teſtis contra aliquem. Deuteron. c. 19. & Mathæi. c. 18. c. in omni negocio.
3 de teſtib. & ſic non vult † ius diuinum credi confeſsioni alicuius in facto proprio, nec reperitur in iure diuino excepta perſona principis. Itaque d. cle. j. ita exorbitãs loquens in Papa nõ videtur extendenda ẽt ad Imperatorẽ. vt in terminis voluit Gemin. in cõſilio 96. col. 3. poſt med. Fel. in c. cum a nobis. col. 2. in 3. not. de teſtib. Dec. in conſi. 410. colũ. 2. in fin. verſi. 3. principaliter. Curtius iunior in conſilio 61. colum. 5. poſt med. allegant etiam Deci. & Curt. Pau. de Caſt. & Soci. in quibuſdam conſil. vbi de hoc nihil dicitur nec allegant Gemin. vbi ſupra hoc expreſſe affirmantẽ. ¶ Secundo reſpondeo, poſito quod d. cle. j. procederet in principe ſeculari, quod voluit Pau. de Caſt. in conſilio 125. Dubitatur primo an Comes. col. 3. in 5. dub. lib. 2. vbi fortius voluit quod procedat etiam in locum tenente principis aut ab eo poteſtatem habente prout in Comite palatino. idem voluit Card. in conſi. 128. vbi quod procedit d. clem. j. in quolibet habente iura imperii in ſuo territorio prout in Comite virtutum. & quòd procedat in principe ſeculari voluit Soci. in conſil. 4. colum. 3. in fi. & in conſi. 87. colum. 8. ante med. verſi. præterea cum princeps. lib. 3. Dec. in conſilio 128. columm. 3. poſt med. verſic. & ad hoc facit declaratio in conſi. 198. in princ. Tamen iſtud intelligitur in his in quibus princeps habet poteſtatem, in his autem quæ a principis poteſtate nõ dependent, non videtur credendum eius aſſertioni, puta, ſi priuet quem feudo aſſerendo eum rebellem, † cum enim priuatio
4 feudi ſine cauſa fieri non poſſit, ſuper tali cauſa non creditur aſſertioni principis. And. de Iſernia in c. j. in fi. quo tempo. miles. Card. in d. conſi. 128. Alexan. in conſil. 124. col. 2. verſi. nec prædictus obſtat. lib. j. Curtius ſenior in conſi. 49. col. pen. poſt medi. & in conſi. 50. col. 70. & conſi. 72. in prin. & in fi. col. Deci. in conſi. 410. col. 2. in fi. in conſil. 445. col 2. in conſi. 544. column. 2. & in 2
conſilio 606. col. 3. Iaſ. in conſi. 86. col. 5. lib. 3. ſed vltra moder. addo Old. in conſi. 270. In q. propoſita, in ſecundo dubio. vbi quod non tenetur quis credere aſſertioni principis quod caſtrum ad eum pertineat, niſi aliter doceatur. Ad idẽ adduco Gemin. in conſ. 54. col. 3. circa med. verſi. vel tertio dici poteſt. vbi quod non creditur narrationi Papæ in actus qui non dependent ab eius poteſtate, ſed dominium bonorum particularium etiam ſubditorum non dependet

pendet a poteſtate principis etiam abſoluta & plenaria, quia nõ poteſt princeps quem priuare dominio rei ſuæ ſine cauſa cũ dominium ſit de iure gentium. l. ea hoc iure. ff. de iuſti. & iur. In his autem quę ſunt iuriſgentium non vtitur princeps plenitudine poteſtatis ſine cauſa. Cyn. Bar. & doc. in l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. pub. Inn. & doc. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. Pau. d Caſtr. in conſ. 317. Viſo & examinato puncto. col. pen. lib. j. cum ſim. Itaque cum ius dominii non dependeat a libera principis poteſtate, non videtur ſtãdum aſſertioni principis quòd aliqua res ſit ſua in præiudicium tertii poſſeſſoris, niſi aliter doceatur de tali dominio principis aſſerentis. Poſito igitur quòd Illuſtr. Marchio venditor aſſeruiſſet bona & prædia exiſtentia in territorio Liagnaſchi ad eum pertinere, tali tamen aſſertioni non tenẽtur poſſeſſores etiam tunc ſubditi ſtare. quod in terminis voluit Old. in d. conſ. 270. in 2. dub. Talis autem aſſertio probaret in odiũ emptorum, & qui bona empta feudalia poſtea efficere voluerunt, libertatem ſeruituti poſtponendo. & ſimiliter probaret talis aſſertio in odium hæredum & aliorum ſucceſſorum, etiam ſingularium ipſorum emptorum vbi ita clare & in ſpecie narratum eſſet ipſa bona ad venditorem Marchionem ſpectare.

¶ Sed aliter & tertio reſpondeo ad argumentum, poſito & nõ conceſſo q aſſertioni principis credendum eſſet in præiudicium tertii, dum dicitur quòd in acquiſitione bona fuerunt ſpecificata & deſignata per confines, ergo omnia bona quæ ſunt intra illos confines cenſentur incluſa in venditione, & conſequenter in inueſtitura poſtea obtenta, quia omnia bona acquiſita fuerunt feudalia & vt talia recognita & acceptata. Iſtud argumentum procederet quando uerba venditionis eſſent apta comprehendere omnia incluſa intra limites, puta, quia venditum eſſet caſtrum & territorium Liagnaſchi cum omnibus prædiis cultis & incultis exiſtentibus intra ipſum territorium, ſed venditio nõ legitur facta ad eum modum, nam Marchio vendidit caſtrum & territorium Liagnaſchi cum omnibus terris cultis & incultis pertinentibus ad ipſum caſtrum. & ſic venditio fuit limitata ad illas ter-
5 ras & poſſesſiones quæ eſſent de pertinentiis ipſius caſtri. † Illud enim participium pertinentibus, reſoluitur in relatiuum, ideſt q̃ pertinent. gl. in clem. j. in verbo dignitatibus. in fi. de præb. Alex. in conſ. 119. col. 4. lib. j. Relatiuum autem ſine copula ſtat reſtrictiue & limitatiue ad eàs terras tantum quæ pertinent ad caſtrũ, vt habetur in l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. Bar. & doc. in l. omnes populi. ff. de iuſti & iure. & in l. j. C. de ſumma Tri. & fide catho. Itaque probari debet quæ quot & quãta eſſent illa bona ad caſtrum pertinentia, ſicut quando conceditur ius, quod quis habet in tali fundo aut loco, nam probari debet de tali iure alias conceſſio nihil operatur tanquam incerta & obſcura Dy. & Barto. & doc. in l. ſi ſic. §. fi. ff. de leg. j. late Alex. in l. locus. ff. de acqui. poſſ. & in terminis conceſſionis caſtri cum omnibus iuribus ad ipſum caſtrum pertinẽtibus, q probari debeat de ipſis iuribus, tradit Oldr. in conſ. 164. Viſo priuilegio. ſequuntur Moder. in d. l. ſi ſic. Alex. in d. l. locus. & in conſ. 187. col. 2. ver. circa primũ. lib. 2. Dec. in conſ. 305. col. 4. in fi. vbi Alex. & Dec. q iſtud procedit licet bona ſpecificentur etiam per confines. nam quando quis concedit ius quod habet in tali fundo. fundus exprimitur & deſignatur, & tamen totus fundus non includitur niſi appareat, q concedens ius haberet in tali fundo inſolitum, quando alius & tertius reperitur in poſſesſione ipſius fundi. & multum in terminis adduco Aret. in conſ. 164. Magnifici. col. j. ver. primum probatur. vbi q talis deſignatio vniuerſalis aut generalis non releuat quãdo conceſſio non eſt vniuerſalis ſed limitata ad intra concedentium. Eodem modo licet expresſi fuerint confines caſtri & territorii Liagnaſchi & etiam poſſesſionum in eo exiſtentium, talis tamen expresſio & appoſitio confiniũ nihil fuit, ex quo non conceduntur aut venduntur omnia bona exiſtentia intra ipſos cõfines, ſed tantum illa quæ ad caſtrum pertinerent: itaq; vbi bona exiſtentia in territorio Liagnaſchi reperiuntur poſſeſſa p tertios, illa non præſumuntur pertinere ad caſtrum niſi aliter probetur. Et maxime præmiſſa procedunt quia quæ dicantur ad caſtrum
6 pertinere ſeu de pertinentiis eius eſſe, † vſus communis loquendi inſpici debet. Bald. in conſ. 245. Villa. in fin. Paul. de Caſtr. in conſ. 143. Viſis & ponderatis omnibus ſupra narratis. in fi. libr. j. Soc. in conſ. 47. col. 2. poſt med. lib. j. Sed ſecundum communem vſum loquendi prædia & domus priuatorum quæ a ſubditis poſſidentur, non dicuntur de pertinentiis caſtri, ergo &c. Et in terminis q bona ſpecialia poſſeſſa a particularibus & ſita in territorio caſtri non dicantur de eius pertinentiis, adduco Imol. in l. 2. in prin. ff. de acq. poſ. quem refert & ſequitur Alex. in conſ. 14. col. fi. lib. 7.

¶ Quarto reſpondeo ad argumentum quòd bona fuerũt deſignata & ſpecificata per confines. q illi confines non fuerũt appoſiti ad finem includendi omnia bona exiſtentia in territorio Liagnaſchi ſed ſolum ad demonſtrandos limites & territorium
7 ipſius caſtri Liagnaſchi. quod probatur, nam expresſio † cõfiniũ fit ad demonſtrationem rei. l. forma. ff. de cenſibus. late Bart. in l. demonſtratio. ff. de condi. & demon. ſed per ipſos confines ſolũ declarantur limites territorii ipſius caſtri Liagnaſchi, prædia autem particularia non demonſtrantur ex illis confinibus, ſed ſolum demonſtratur vniuerſalitas ipſorum prædiorum prout comprehenditur ſub toto territorio. Etenim cum venditor non intenderet vẽdere omnia prædia exiſtentia intra territorium Liagnaſchi, ſed illa tantum quæ ad caſtrum pertinerent, non poſſunt dici deſignata aliqua prædia pertinentiarum tali deſignationi ex qua demõſtratio certa aut clara fiat, cum bona particularia comprehenſa ſub uno vniuerſali non fiant certa ex deſignatione ipſius vniuerſalis, ſpecialia. n. ſpecialiter ſunt demõſtranda: demõſtratio autem generalis non reddit rem claram & certam, cum generalitas pariat obſcuritatem. l. in tradendis. ff. com. præd. l. ita
8 fidei. ff. de iure fiſci. cum ſim. ¶ Quinto reſpondeo † q princeps præſumitur iuſtitiæ plenus & nemini intendit iniuriam inferre. l. 2. §. merito. & §. ſi quis a principe. ff. ne quid in loco pub. l. ex facto. in prin. ff de vulgar. & vult princeps quod ſua iura uolunt. §. omnes. in Auth. de iud. ideo non videtur dubitandum quòd Marchio Saluciarum intenderet uendere bona particularia ſubditorum ſed ea tãtum quæ ipſius Marchionis venditoris eſſent & ad eum pertinerent tanq̃ de pertinentiis aut acceſſoriis ipſius caſtri venditi. ¶ Infertur ex præmisſis q bona particularia ſubditorũ exiſtentis intra fines & territorium Liagnaſchi nõ dicuntur cõprehenſa in venditione tam ex defectu poteſtatis vendentis, quã ex defectu voluntatis. Infertur etiam q cum bona particularia a ſubditis poſſeſſa non dicantur comprehenſa in tali venditione, non potuerunt emptores qui ab ipſo Marchione cauſam habuerunt, talibus bonis alienis ſeruitutem aliquam feudi imponere. l. rem alienam. ff. de pign. actio. Immo nec cenſentur uoluiſſe ipſi emptores talia bona feudalia efficere, ſed ſolũ bona propria per eos acquiſita, & in ipſa venditione comprehenſa: ob id in talibus bonis ſubditorum aut a ſubditis poſſesſis ſeruitus feudi allegari aut prætendi non poteſt tam ex defectu poteſtatis recognoſcentium ſut inueſtituram recipientium q̃ ex defectu uolũtatis. ¶ Infertur etiam q ſi domini Liagnaſchi poſſideant aliqua bona, quæ prius fuerint ipſorum ſubditorum, in eis ius ſeruitutis feudi prætendere non poſſunt, nec ſuperior ipſorum dominorum, quia ex quo prouenerunt bona a ſubditis, non præſumuntur fuiſſe Marchionis venditoris ſi non aliter id probetur. ¶ Secundo principaliter ad probationem feudi adducitur franchiſia per quam uidetur probari q omnia bona ſubditorum Liagnaſchi exiſtentia in finibus & territorio ipſius loci mouerentur de directo dominio Illuſt. Marchionis venditoris & eius prædeceſſorum, quia apparet q ipſa bona obnoxia erant ipſi domino in tredecim caſibus, & licet ſubditi ab illis oneribus ſeu tredecim caſibus fuerint liberati & exempti tamen non videtur renunciatum directum dominium quia loco talium onerum facta eſt promisſio 90. librarum aſtenſium in ſingulos annos pręterea ipſi domini retinuerunt merum & mixtum imperium, iuriſdictionem & ſignoriam pacem & guerram & quodlibet aliud ius excepto iure illorum 13. caſuum. ¶ Sed ex iſta franchiſia nul-
9 lum feudum videtur probari immo potius contrarium, † nam feudum dicitur pro quo debetur ſeruitium perſonale non reale. ideo quando conceditur feudum pro aliquo ſeruitio reali aut annuo cenſu vel redditu, iſtud nõ dicitur proprie feudum etiam q conceſſio ſunet in feudum. Cy. in auth. ingresſi. q. antepe. C. de ſacroſan eccle. Bar. in conſi. 161. proponitur q Syndicus. Bal. in l. liberti. libertæque. ff. de oper. liber. Cor. in conſi. 16. colum. 3. in fi. lib. j. Iaſ. in conſi. 64. col. 2. in fi. lib. j. vbi q potius dicitur emphytheoſis aut contractus innominatus modo illa ſeruitia enumerata in illis 13. caſibus reſpiciunt ſeruitium reale & pecuniarium, ergo feudum dici non poteſt. ¶ Secundo non ſequitur bona ſubditorũ ſunt obnoxia multis oneribꝰ erga dominos, ergo mouentur de directo dominio ipſorum dominorum, quia in dubio fieri debet interpretatio q bona ſint cenſualia potiuſq̃ feudalia aut emphyteotica. gl. Innoc. & doc in c. conſtitutus. de religio. domibus. Iaſ. in l. 2. colum. 11. in 3. q. C. de iure emphy. ra

tio quia in contractu cenſuali bona non cadunt in commiſſum
ob canonem aut cenſum nō ſolutum, ſecus in feudo aut emphy
teuſi ob id ſit interpretatio in mitiorem partem, ut ceſſet pœna,
ſed in contractu cēſuali omne dominium transfertur in cenſua-
rium, nec manet directum dominium apud eum cui cenſus de-
betur, ut habetur in d.c. conſtitutus. Soci. in conſi. 167. col. 2. ver-
ſi. ſecundo etiam loco lib. 2. ¶ Tertiò retorquetur illa franchiaia
contra dominos quia in ea ſit ſpecialis prouiſio quo ad certos de
Monte malo, qui tenebant feuda ab ipſis dominis, profectò ſi a-
lii homines Liagnaſchi etiam feuda tenuiſſent, veriſimiliter de
eis dictum fuiſſet, ſicut dictum fuit de illis de Monte malo. argu.
l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. c. ad aud:ē
tiam. de decimis. cum ſimi. & ea quo generaliter dictum fuit de
hominibus Liagnaſchi & oneribus per ipſos debitis nulla facta
mentione feudi, deinde in ſpecie dicitur de feudo illorū de Mō
te malo, clare videtur apparere ꝙ generalitas hominum Liagna
ſchi non eſſe in qualitate feudi. ſi enim bona hominum Liagna-
ſchi fuiſſent feudalia generaliter, non erat opus illa ſpeciali pro-
uiſione quo ad illos de Monte malo, ſed fuiſſent incluſi ſub gene
ralitate. l. de precio. ff. de publicia. l. j. §. & generaliter. ff. de lega.
præſtan. cum ſimi. ¶ Quartò etiam retorquetur franchiaia, quia
vbi ſit conuentio de extinctione iuris feudi, dicitur de tenenti-
bus bona feudalia, & ſic de illis qui tenent ergo patet quòd non
omnes tenebāt bona feudalia, quod ipſum clarius etiam demō
ſtratur, quia dicitur quod poſt mortem eorum talia bona habeā
tur quemadmodum erant poſſeſſiones non feudales, ergo clariſ
ſime dicitur quod erant in territorio Liagnaſchi bona non feu-
dalia, & cum verba ſint clara non uidetur diſceptandum. l. ille
aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. cum ſimi. ¶ Quintò retorque
tur franchixia, poſito citra præiudiciū veritatis quod bona fuiſ-
ſent feudalia, illa qualitas feudi fuit extincta per illam franchi-
xiam, ſublata igitur qualitate feudi, de feudo amplius non uide
tur tractandum: paria enim ſunt aliquid nunquam fuiſſe, vel ex
10 tinctum, aut ſublatum eſſe: ideo † ſublato ſchiſmate per abiu-
rationem, eligi quis poteſt ac ſi nunquam ſchiſmaticus fuiſſet. c.
quia diligentia. de elect. Similiter reſcriptū non redditur ſubre-
ptitium in quo non ſit mentio de prouiſione alterius extincta,
quia quod extinctum eſt, eſſe non dicitur. ita Gemin. in conſil. 8.
col. 2. ante med. Similiter lis non dicitur quæ finita ſit, ob id de
tali lite mentio in reſcripto fieri non debet. Gemin. in conſi. 120.
colum. j. in fi. Anch. in conſi. 16. Viſo proceſſu. col. j. Nec obſtare
videtur huic fundamento ꝙ dicitur non nocere extinctionē quā
do bona reuertuntur ad dominum directum, quia tunc uiden-
tur reincidere in qualitatem feudalem, quia mutatione perſonę
mutatur qualitas rei. l. Paulus. ff. de acqui. hære. l. licitatio. §. pe. &
ff. de public. c. j. de iure patrona. lib. 6. mutata. n. perſona poſſeſſo
ris mutatur rei ſtatus. Pau. de Caſt. in conſi. 8. Iſta bona paterna.
colum. in. lib. j. ¶ Quia reſpondeo, quòd immo extincto iure feu
di, illud amplius reuiuiſcere non poteſt. l. qui res. §. aream. ff. de
ſolutio. l. cum ex cauſa in fi. & l. fi. C. de remiſ. pign. Contraria
autem non loquuntur in re extincta, quia quod extinctum eſt ad
alium tranſire non poteſt. c. cum acceſſiſſent. de conſti. c. ad diſ-
ſoluendum. de deſponſ. impub. nec poteſt conſiderari mutatio
qualitatis in re extincta, quia nō entis nullæ ſunt qualitatis. l. 2. ff.
de uſufr. l. 4. ff. loca. l. ſi ſeruum. §. ſi modus. ff. de actio. empt. cum
ſimi. fruſtra igitur tractatur an mutetur qualitas feudi, quod ex-
tinctum ſit. ¶ Secundo reſpondeo, quòd licèt mutatione perſonæ
mutetur qualitas rei, non tamen aſſumit res qualitatem quę ſe-
mel extincta ſit, quia quod ſemel extinctum eſt, amplius reuiui-
ſcere non poteſt. ¶ Tertiò reſpondeo ꝙ mutatione perſonæ mu-
tatur qualitas rei, & aſſumitur noua qualitas inhærens perſonæ
ad quam tranſit res, puta ſi res caſtrenſis tranſit de patre in filiū
cui qualitas caſtrenſis non conuenit, nam perditur priuilegium
caſtrenſe, vt in d. l. Paulus, alias par procuratorem. ff. de acq. hær.
Item econtra, ſi res pro qua onus ſoluitur tranſeat ad priuilegia
tum. nam aſſumitur qualitas illius priuilegiati, ut non debeatur
illud ōnus, ut no. in d. l. Paulus. not. Abb. in conſi. 13. col. 2. lib. 2.
ſed tenendo opi. quod dominus caſtri teneatur ad taleas pro bo
nis allodialibus, ceſſat argumentum quòd mutatione perſonæ
mutatur qualitas rei, quia reſpectu onerum pro bonis allodiali-
bus non habetur in conſideratione quòd quis ſit nobilis aut do-
minus Caſtri. Rurſus nihil prohibet quominus dominus caſtri
poſſideat bona allodialia, ideo non ſequitur, bona tranſeunt ad
dominum caſtri, ergo fiunt feudalia. ¶ Quartò reſpondeo quòd
ad hoc ut bona allodialia quæ tranſeunt ad dominum caſtri, fiāt

feudalia, oportet quòd dominium directum ſit penes dominū,
11 et vtile penes vaſallum, quia † in eadem perſona non poteſt conſi
derari dominium vtile ſeparatum a directo dominium. n. vtile
in feudo recognoſcit directum, & illi ſeruit, ſed res ſua nemini
ſeruire poteſt ſeruitute formali. l. uti frui. in prin. ff. ſi vſufr. peta.
& dicere quòd ubi bona tranſeunt ad dominum caſtri, illa fiant
feudalia eo quòd dominus caſtri eſſet dominus directus, ſequo-
retur ꝙ quis eſſet feudatarius ſui ipſius, ideo videretur dicendū
totum contrarium quòd ubi bona feudalia tranſeunt ad domi-
num directum, deſinant eſſe feudalia, & fiant libera, ut ita no. per
gl. & Bar. in l. quod dicitur. ff. de impen. Bal. in l. j. q. 15. ff. de re-
rum diui. Iaſ. in conſi. 64. col. 3. lib. 3. ¶ Quintò reſpondeo quòd
ſi velimus dicere bona fieri feudalia reſpectu principis, non re-
ſpectu domini caſtri, id eſt ꝙ dominus caſtri dicatur illa tenere
in feudum a principe & quòd princeps dicatur dominus dire-
ctus, oportet neceſſario dicere quòd illa fuerint recognita ipſi
principi aut ꝙ illa princeps aliquando infeudauerit, ſed illud di
ci non poteſt. nam primus dominus fuit Marchio Saluciarum,
qui non erat dominus directus bonorum particularium ſubdi-
torum, ut ſupra oſtendimus, quod ipſum etiam clarius probatur
ex illa franchixia in qua probatur ꝙ tantum aliqua bona eſſent
feudalia, & illa exempta a tali onere feudi. ¶ Et ſi dicas, poſtquā
illa bona tranſiuerunt ad dominos Liagnaſchi, fuerunt recogni
ta principi tanquam feudalia. Reſpondeo ꝙ oporteret probari
de tali recognitione in ſpecie, nec ſufficeret generalis, quia illa
intelligeretur ſecundum antiquas recognitiones, & iuxta ſol tū.
l. vel uniuerſorum. ff. de pign. act. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua.
ff. de ædil. edic. ¶ Secundo reſpondeo, quod præſuppoſito allo-
dio, & ꝙ bona ſint obnuxia communitati Liagnaſchi pro oneri-
bus, non poſſent domini illa feudalia facere in præiudicium ip-
ſius communitatis quominus teneantur ad onera, quia factum
vnius alij nocere non debet ſine eius mandato aut conſenſu. l. ſer
uus furioſi. ff. de manumiſſio. l. ab agnato ff. de cura. furio. l. fi. ff.
qui & a quibus. ideo diuiſio rei communis facta cum proprie-
tario non præiudicat vſufructuario non uocato. l. is qui feudum
in fi. ff. de vſufr. leg. nec patris factum filię nocet. l. 2. §. j. ff. ſolut.
matr. facit to. ti. C. res inter alios acta. nec poteſt quis imponere
ſeruitutem rei in præiudicium alterius, ideo vaſallus non poteſt
imponere ſeruitutem feudo in præiudiciū domini directi aut
agnatorum. l. fi. C. de rebus alie. non alie. gl. in c. j. in verbo aliena
tiones. de capi. Corra. late Alex. in conſi. 18. lib. 5. quod eſt repe-
titum in conſi. 118. lib. 6. Itaque vbi dominus caſtri recognoſce-
ret in feudum rem allodialem obnoxiam oneribus uillæ aut ca-
ſtri, talis recognitio ſolū noceret ipſi domino, qui teneretur one-
re duplici, id eſt pro feudo erga dominum directum & pro alijs
oneribus erga uillam. ¶ Non obſtat quod res de facili reuerti-
tur ad naturam ſuam. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. vbi
late Mod. quia reſpondeo quod natura iſtorum bonorum nun-
quam fuit feudalis, ut ſupra abunde probauimus. ¶ Secundò di
co ꝙ ubi fuiſſent bona feudalia tamen feudo ſemel extincto nō
potuiſſet reuerti ad naturam feudalem ſine conſenſu eorum de
12 quorum præiudicio tractatur, quia † alteri per alterum iniqua
conditio afferri non debet. reg. non debet. ff. de reg. iur. & in ter-
minis quod ubi antiquus ſtatus rei ſemel ſublatus eſt, non reuer-
tatur amplius re ad naturam ſuam, tradit Iaſ. poſt alios in auth.
quas actiones. col. 8. uerſi. tertia ratio. C. de ſacroſan. eccleſ.
¶ Tertio reſpondeo quod iſta reuerſio ad naturam feudalem cō
ſiſtit in facto, quod non præſumitur niſi probetur. l. in libello. §.
facto. ff. de capti. c. cum in iure. de offi. deleg. ſed non probatur
de tali facto quod illa bona fuerint in ſpecie recognita tanquā
feudalia. ¶ Quartò reſpondeo, etiam ſi conſtaret de tali facto, &
recognitione, tamen alias reſtitutio ad naturam ſuam fieri non
potuit in præiudicium iuris tertij. l. ſi pater filium. ff. de adoptio.
Iaſ. in l. filio quem pater. col. 2. in fi. in 3. no. ff. de lib. & poſthu. ſed
in rebus allodialibus quæſitum eſt ius communitati circa one-
ra ergo illud tolli non potuit facto tertij ipſa communitate inui
ta. l. 6. ff. de pact. cum ſimi. ¶ Quintò reſpondeo ꝙ prima natura
bonorum erat libertas, & allodium, ergo ad talem antiquam na
turam facilius reuerti debent, & ſic retorquetur argumentum.
¶ Non ob. ꝙ per inſtrumentum franchixię fuerit reſeruatum di-
rectum dominium in bonis & prædijs ſubditorum, quia reſerua
tio ſolum facta eſt de iuriſdictione, & ſignoria, & alijs iuribus cō
petentibus vltra iura remiſſa, & quitata, ſed nō apparet quòd do-
mini caſtri haberent aliquod ius directi dominij in bonis ſubdi-
torum, ergo reſeruatio non poteſt operari in directa dominia. l.
ſi quis

ſi quis legaue:it. vbi late Moder.ff de leg.j.Oldr.in conſi.514.Factum tale eſt in inſtrumento.Et quòd non competeret directum dominium,probatur ea verbis franchixiæ ubi ſolum ponuntur illi de Monte malo habentes bona feudalia: deinde ponitur in conditione quòd ſi qui alij haberent bona feudalia illa redigantur ad inſtar aliorum non feudalium.¶ Tertiò reſpondetur, poſito, & non conceſſo,quòd reſeruatio loqueretur de directo dominio,non ſequitur,ergo bona erant feudalia,quia ponit competere directum dominiũ ratione emphyteuſis,& ſic probatio non concludit neceſſario.l.nõ hoc.C.unde legiti.l. neque natales. C. de proba. ¶ Quartò reſpondeo,quòd dici non poteſt aliquo modo reſeruatum fuiſſe directum dominium , quia ex tali reſeruatione reſultaret contrarietas. nam per franchixiam abolita fuit qualitas feudi illis de Monte malo,& aliis hominibus Liagnaſchi ſi qui tenerent bona feudalia,& bona illa reducta fuerunt ad inſtar aliorum bonorum non feudalium,ſed retentio directi dominij aperte repugnat tali abolitioni,ſi enim remittitur ius feudi per dominum directum , in neceſſarium antecedens remitti oportet directum dominium,cum feudum arguat dominium directum apud concedentem c.domino,ſi de feudo fuer.contr.Gemin.in conſi.65.col.j.in fi.Remiſſio igitur feudi nihil aliud eſt q̃ remiſſio directi dominij,itaque dici non poteſt reſeruatum fuiſſe directum dominium , ea qua reſeruatione contrarietas reſultaret manifeſta.c.inter dilectos.§.cæterum.de fide inſtr.Barto.& doc.in l.2.§.creditum.ff.ſi cer. pe.& in l.ſi §. idem quæſit. ff. de condi.inde.& hæc ſcripta ſufficiant quoad inſtrumentum franchixiæ.¶ Videndum eſt modo de inſtrumento recognitionis , qđ ego non vidi,tamen aduertendum eſt,quia ſi recognitio præcedit franchixiam ſuper tali recognitione fundamentum fieri non poteſt cum per franchixiam bona feudalia fuerint redacta ad inſtar aliorum non feudalium.¶ Secundò eſt aduertendum poſito quòd recognitio ſit poſterior an per eam neceſſario receſſum fuerit ab ipſa franchixia, quia ſi expreſſe aut alias neceſſario ab ipſa franchixia receſſum non eſt,illi derogatum non cenſetur. l. ſancimus.C.de teſta.l.præcipimus.in fi.C.de appella. Ad hoc.n. vt per actum ſequentem cenſeatur derogatum actui præcedenti,oportet,vel quòd expreſſe id agatur, vel neceſſario inferatur, quia detur incompatibilitas aut repugnantia inter ipſos actus: tunc enim ſtante incompatibilitate aut repugnantia procedit regula q nouiſſima derogant prioribus.l. pacta nouiſſima. C. de pactis.vbi Moder.& tradit Old.in conſi.90.Thema tale eſt fratres Eremitæ.Ancha.in conſi.241.Ex tenore,in fi.itaque ſi franchixia,& recognitio ſimul ſtare poſſint ſine aliqua repugnãtia, alteri per alteram non cenſetur derogatum. ¶ Tertiò conſidero aduertendum eſſe circa formam recognitionis an homines Liagnaſchi recognoſcant ſe tenere eorum bona de feudo,& dominio directu ipſorum dominorum aut ſimpliciter de eorum dominio quia ſi ſimpliciter non uidetur probari feudum quia potuerunt recognoſci in emphyteuſim.¶ Quartò conſidero q niſi expreſſe dictum ſit q recognoſcantur bona de directo dominio, ſed ſimpliciter ea teneri pro iuribus,cenſibus aut ſeruitiis dominorum.ex hoc nõ dicuntur bona neque feudalia neque emphyteutica,ſed ſimpliciter cenſualia,quia cenſus in dubio præſumitur potiuſquam feudum aut emphyteuſis,ut ſupra dictum eſt. ¶ Quintò conſidero q licèt aliquis recognoſcat bona, & præſtet iuramentum fidelitatis , non tamen videtur induci aut probari feudum niſi recognoſcantur bona tanquam feudalia,& præſtetur iuramentum fidelitatis ratione feudi,nam bona poſſunt recognoſci ab alio alia ratione quàm feudi,puta ratione emphyteuſis,aut aliter poteſt quis recognoſcere bona tanquam obnoxia aliquibus cenſibus aut præſtationibus. ſimiliter poteſt præſtari iuramentum fidelitatis ex alia cauſa quàm ratione feudi , puta ratione ſubiectionis:ex eo enim q quis alteri eſt ſubditus , tenetur ad iuramentum fidelitatis,vt in c.j.de noua forma fidel. non igitur valet conſequentia , iurat quis fidelitatem,ergo eſt feudatarius,ergo eius bona dicuntur feudalia.Itaque volens contendere bona eſſe feudalia ratione iuramenti fidelitatis tenetur probare quod præſtita ſit fidelitas tanquam ob eam cauſam feudi. pro hoc quod ſcribit Alex.in conſi.102.in fi.lib. 2. & in conſi. 75. col.4.lib.4.ubi q in caſibus in quibus ſufficit poſſeſſio longi tẽporis cum allegatione tituli ad inducẽdum præſumptionẽ, iſtud intelligitur dummodo probetur quod illi actus poſſeſſorij facti fuerint tanquam ex cauſa illius tituli.Simile videmus in probatione conſuetudinis quia oportet probare quod actus facti fuerint ex cauſa illius conſuetudinis,puta vult quis probare conſuetudinem q maſculi excludunt fœminas in ſucceſſione inteſtati nam oportet probare fœminas fuiſſe excluſas vigore talis conſuetudinis ab inteſtato,non etiam ſufficeret probare ſimpliciter fœminas fuiſſe excluſas propter maſculos: quia potuiſſent excludi ex alia cã q̃ conſuetudinis,puta ex teſtamẽtis in quibus maſculi fuiſſent prædilecti excluſis fœminis.Ita Anch.in conſi.339. Pro maiori intelligentia.col.5.verſi. ad ſecundam rationẽ. Cor. in conſi.125.col.2.in fi.lib.4.Ad idem q ſcribit deciſio Neapol. deci.246.vbi mulier volens probare metum mariti in contractu non ſufficit ſi probet verbera mariti,niſi probet quod fuit verberata ob cauſam illius contractus,ut conſentiret.tamen iſta deciſio videtur periculoſa quia etiam quod fuerit uerberata ob aliã cauſam,tamen ſi maritus ſit ſolitus uerberare præcedentia vidẽtur ſufficere ad actus ſequentes cum uideatur durare eadem cã metus.Sed ſatis eſt,q in aliis caſibus in quibus non militat iſta ratio durationis, & in quibus multiplex cauſa conſiderari põt probandum eſt ex qua cauſa actus fuerit in ſpecie. Alias ſtante pluralitate cauſarum actus dicitur dubius ex qua cauſa factus fuerit cum ex alia cauſa fieri potuerit , ideo probatio dubia nõ releuat.c.in præſentia.de probatio. cum ſimi. & in terminis iuramenti fidelitatis quod ex eo non arguatur ad feudum quando ſunt aliæ coniecturæ contrariantes feudo , tradit Deci.in conſilio 413. colum.fin. ¶ Sextò conſidero circa iſtas recognitiones, poſito quòd bona de quibus agitur, recognita fuerint tanquam feudalia expreſſe, talis tamen recognitio non uidetur prodeſſe dominis Liagnaſchi quominus pro talibus bonis ad eos pertinentis teneantur ad taleas , quia tale feudum non dicitur feudum proprie cum pro eo non præſtentur ſeruicia perſonalia, ſed realia,& burſalia,ſed natura feudi eſt quòd gratis,& libere concedatur pro ſeruiciis perſonalibus , alias non dicitur proprie feudum,ſed emphyteuſis aut cenſus. Speculator in titulo de loca. §.nunc aliqua.uerſi.4.in fi.Iaſ. in l.j.col.10.in fi.verſi.5. & vltimo quæro. C. de iure emphyteu. Idem tradit Socin. in l. Gallus. §. etiam ſi parente.colum.2.poſt med.ff.de liber.& poſthumis. vbi quòd dicitur potius emphyteuſis aut libellus , & ſic tranſit ad hæredes extraneos,& profecto abſurdũ uideretur dicere q ſubditi dominorum dicantur uere vaſalli, & feudatarij. Ideo quod dicitur non teneri quem ad collectas pro bonis feudalibus, videtur intelligendum pro feudo proprio , non improprio.l.j.§.ſi is qui nauem. ff. de exercito.l. non aliter. ff. de lega.3. Dictum enim generale doc. q vaſallus non tenetur ad collectas pro bonis feudalibus,debet intelligi de bonis feudalibus ſecundũ proprium ſignificatum.Ioan.Mona.in c.cum in illis. de præben.lib. 6. Gemin. in conſil.in fi.n.In feudo enim improprio ceſſat ratio q quis non debet grauari onere perſonali & reali.cum perſonale excedat reale,vt per And. de Iſer. in c.j.in verb. & plauſtrorũ. col.5. in fi.in titu.quæ ſint regal.¶ Septimò conſidero circa iſtas recognitiones , poſito citra præiudicium veritatis , q bona iſta ſubditorum Liagnaſchi feudalia propria eſſent,tamen adhuc vidẽtur teneri domini ad collectas pro talibus bonis habitis a ſubditis.Ratio enim cur dominus non teneatur ad collectas pro feudo,aſſignatur,ne duplici onere prægrauetur,quod a iure abhorret l.maius.§.cum autem.ff.ad legem Rhodiam de iactu.l.ancola.& l.finali.§.item reſcri.ſeruat. ff.ad municip.l.ſi cum dotẽ. §.ſi pater.ff.ſolut.matrim.l.Titia §.qui vila. ff.de lega.2.& in terminis collectæ tradit Bartol.in conſilio 196. Ciuitati Camerinæ colum. 2.poſt med.verſi.nec ob.quod not. Hinc videmus q Papa per ſuum reſcriptum nõ intendit grauare ordinarium in duobus aut duplici onere.c.mandatum,de reſcript.ibi cum ſuper receptione duorum &c. Imo.in c. capitulum, col.2. eodem titulo. Doct.in cap.penulti.de reſcrip.lib.6.ob id cum teneatur vaſallus ad onera plurima ratione feudi,iniquum videtur eum teneri ad collectas. ſed iſta ratio duplicis oneris videtur ceſſare quando quis ad onus duplex ſe obligat,& ad iſtud conſentit cum poſſit quilibet fauori ſuo renunciare l. pen. C. de pactis, vbi late Mod. modo ſubditi Liagnaſchi ſe obligauerunt ad onera collectarum bona ipſa regiſtrando & pro eis ſoluendo taleas,& collectas, ideo non videntur immunes domini ab ipſis collectis pro talibus bonis ſic regiſtratis , & in quibus habent cautam a ſubditis. Immo magis videntur teneri domini q̃ ſubditi , quia ſubditi pro ipſis bonis ſuſtinebant plurima onera ad quæ poſt tranſlationem ipſorum bonorum in dominos non obligantur ipſi domini cum deberentur ipſis dominis , nec ratione talium bonorum videntur domini teneri erga principem cũ mouerentur de feudo ipſorum dominorum & poſt tranſlationem in eos fa-

ctam

ctam videntur libera vt ſupra diximus. ¶Octauo cõſidero, poſito ꝙ multa dici poſſent diſputando an iſta bona ſubditorum Liagnaſchi dicantur feudalia vel nõ, tamen omnis dubietas (ſi qua eſſet) vr̃ ſublata ex obſeruantia ſubſecuta ſeu ex eo quod poſtea obſeruatũ eſt. optima.n. rerum interpres in cauſis dubijs eſt conſuetudo l. minime. & l. ſi de interpretatione. ff. de legibus. c. dilectus, de cõſuetu. Ex his.n. quæ poſtea ſiunt pcedẽtia declarantur. l. ſed & Iulianus. §. proinde. ff. ad macedo. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi. ff. de leg. 1. intellectus enim aſſumi debet quẽ effectus & rerũ exitus verum eſſe demonſtrat. Iaſo. in conſ. 128. col. pe. lib. 1. & profecto nulla melior videtur probatio quã ea quæ venit ab effectu ſeu ab eo quod ſecutum eſt. §. pe. in proœ. ff. Bal. in conſi. 136. Proponitur ꝙ Titius, col. 1. lib. 2. ſed effectus ſecuti circa iſta bona ſonant in allodium non in feudum, nam fuerunt regiſtrata per ſubditos tanq̃ allodialia, profecto nõ eſt veriſimile ꝙ ſubditi voluiſſent ea regiſtrare & ſe adſtringere ad ſolut onem onerum pro bonis feudalibus non ſubiectis talibus oneribus. l. cũ de indebito. ff. de proba. c. ſuper hoc, de renuncia. cum ſimi. Similiter ſi bona fuiſſent aut eſſent feudalia, ergo ſubditi eſſent vaſalli dominorum & præſtitiſſent ſeruicia perſonalia debita per vaſallos, quod factum non dicitur. Similiter pro ipſis bonis petitæ fuiſſent inueſtituræ in omni caſu mutationis dominij per mortem aut alienationem, & ſimiliter in caſu mortis domini directi, vt in ca. j. quæ fuer. prima cau. beneſi. amit. & in titu. de cap. Corra. quod ipſum obſeruatum non putem. Similiter vaſallus pro feudo tenetur iurare fidelitatem tanquàm vaſallus & ex cauſa feudi, ut in tit. quali. iurare debet uaſallus dom. fideli. ſed non puto ꝙ iurata ſit fidelitas ad eũ modũ & ſub nomine uaſallorum ſed ſub nomine ſubditorum & tanq̃ ſubditi rõne iuriſdictionis. & licet ſubditi in iuramento fidelitatis quandoque excedant formam iuris cõis per errorem aut aliter, hoc tñ rei ueritatem non immutat dummodo non iurent tanq̃ uaſalli: poteſt.n. quis iurare & promittere ad ea quæ uaſallus tenetur & tñ non erit uaſallus. Repugnat ẽt naturæ feudi in iſtis bonis quia fœminæ ſuccedunt, & illa alienantur tam inter uiuos quam in ultima uoluntate ad libitum. ¶Infertur ex præmiſſis ꝙ cum effectus ſecuti repugnent naturæ feudi, ſundum dici non debet, etiam ꝙ bona expreſſe in feudum conceſſa eſſent, quia ſtante repugnantia inter nomen & effectum, denominatio ſit ab effectu, nõ a nomine. l. inſulam. ff de præſcrip. uerbis. l. Lucius. j. ubi doct. ff. depoſiti. l. ſi alienam. in ſi. & l. ubi ita donatur. ff. de dona. cau. mor. Bar. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publi. Et in terminis feudi tradit Specu. in d. titu. de loca. §. nunc aliqua. uerſ. 4. in ſi. Bal. in d. l. liberti libertæque. C. de oper. liber. Soci. in d. l. Gallus. §. etiam ſi a parente, col. 2. poſt med. Iaſ. in d. l. 1. col. 10. poſt med. C. de iure emphy. & alibi ſæpe doct. ¶Nono cõſidero ꝙ non ſolum ſubditi regiſtrarunt iſta bona, ſed etiam domini: e a qua regiſtratione facto ipſo confeſſi ſunt bona eſſe allodialia. l. Paulus reſpondet non tantum verbis. ff. rem ra. habe. & licet ſit dubium an regiſtratio afficiat bona onere reali, in quo articulo doc. uariant, tamen non uidetur dubium quin præiudicet regiſtrum contra regiſtrantem & omnes habentes cauſam ab eo, ut per Brunum Aſtenſem in conſ. 94. & in conſ. 103. col. 2. in ſi. Immo amplius non ſolum præiudicat regiſtrum regiſtranti, uerum etiam ſola patientia actus regiſtrationis præiudicat: ideo ſi exemptus a taleis patitur bona ſua deſcribi in regiſtro aut æſtimo, ſibi præiudicat niſi appellet infra decem dies a tali deſcriptione. Ang. in l. j. §. ſi quis tutor. ff. quando appell. ſit. quod dictũ pro multum ſingulari refert & ſequitur Alex. in conſ. 101. col. pe. uerſ. 3. principaliter. lib. j. & in conſ. 136. col. 3. poſt med. uer. præterea etiam poſito. lib. 2. Dec. in conſ. 638. col. 2. circa med. Corſetus in ſing. 269. Ianuenſes. Ideo cum domini ipſi regiſtrauerint & aduerſus regiſtrationem non reclamauerint ſine dubio uidentur ſibi præiudicaſſe. ¶Nec obſt. ꝙ per errorem uidẽtur regiſtraſſe, quia error non præſumitur niſi probetur. Bar. & doct. in l. non fatetur. ff. de confeſſ. ſed ex præmiſſis apparet quòd non per errorem regiſtratio facta ſit. Excluditur etiam præſumptio erroris per tranſactionem in qua dicitur actum de regiſtrando, & licet dicatur contenta in tranſactione non fuiſſe impleta, tamen negari non poteſt quin ex tali tranſactione ſumatur coniectura ꝙ bona eſſent allodialia & regiſtrãda, quia alias non eſt ueriſimile ꝙ domini ſe obligaſſent ad regiſtrandum. argu. d. l. cum de indebito. maxime quia non poſſunt domini allegare ꝙ inducti fuerint timore aliquo ad iſta regiſtrandum, quia metus non præſumitur in ſubditis contra dominos ſed potius econtra. Spec. in tit. de reſti. ſpol. §. nunc dicamus, verſ. ſed ſi quis, & uerſic. pone ruſticus. Inn. in c. bonæ. 2. de poſtu. præl. ſequitur Io. Fabri. in §. quæ. inſti. de actio. Idem tradit Inn. in c. ſi diligenti, de præſcrip. Guid. Papæ q. 308. Addo Ang. in conſ. 377. col. j. Poſito igitur ꝙ tranſactio eſſet nulla ex cauſa implementi non ſecuti tamen ẽt ex actu nullo argui poteſt ad declarationem actus. l. ſi. ff. de rebus eorũ, vbi Bar. l. filii. & l. ſi. C. fami. erc. l. qui a patre, vbi Bal. ff de confir. tuto. Bar. in l. in teſtamento. ff. de fideicom. liber. in l. 2. §. teſtamentum. ff. quem teſta. aper. & in l. gerit, col. 4. ff. de acqui. hære. Abb. in conſ. 98. circa ſi. lib. j. videmus etiam quòd ex actibus nullis inducitur conſuetudo. Ang. in §. ex non ſcripto, inſtit. de iure natu. gen. & ciuili. ſequitur Dec. in c. ex tenore, col. 2. in ſi. verſ. & quãtum ad propoſitum, de reſcrip. & in c. at ſi clerici, in princ. col. 9. ver. ſed breuiter reſpondetur, de iud. Confirmatur argumentum, quia pro bonis quæ vere ſunt feudalia & de quorum feudo vere conſtat, domini non conſenſerunt alicui regiſtrationi, ergo probari videt quòd alia bona regiſtrata eſſent allodialia, quia vnius excluſio alterius eſt incluſio. l. cum prætor. ff. de iud. l. maritus. C. de procu. cum ſi. & ꝙ magis in terminis not. Bart. in l. ſi publicanus. §. in vectigalib. in ſin. ff. de publica. vbi quando exactum eſt vectigal pro certis rebus pro aliis non, non poteſt in futurũ exigi pro aliis rebus, pro quibus ſolutum non fuit. eodem modo arguendo a contrariis, cum aliqua bona dominorum legantur regiſtrata, aliqua non, præſumptio iuris eſt immo vera & euidens probatio ꝙ regiſtrata eſſent & ſint allodialia. Et ſine omni dubio præmiſſa procederent ſi reperirentur bona regiſtrata ante talem tranſactionem. ¶Ex præmiſſis infertur ꝙ cauſa dominorum videtur dubia quatenus pertinet ad iura producta & in facto commemorata, nam in caſu dubio fieri debet interpretatio pro allodio contra feudum. l. ſi alius. de ſerui. doc. in c. nimis, de iureiur. cum ſi. ¶Circa præſcriptionem libertatis contra collectas uidendas eſt an olim euenerit ſimilis caſus ita inſolitus circa iſta onera, nam tunc videtur præſcriptum concurrenti tempore ſufficienti ad præſcribendum niſi communitas quid probet ſufficiens ad impedimentum aut interruptionem præſcriptionis, in quo articulo me remitto ad ea quæ latius ſcripſi in conſil. 141. Sauiliani 25. Nouembris 1546.

Aymo Crauetta ex Sauiliano. I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Verba uniuerſalia includunt quæ dici vel excogitari poſſunt.*
2 *Verba uniuerſalia trahuntur etiam ad caſum improprium.*
3 *Nullum uerbum debet eſſe ſuperfluum ſi alius intellectus ſanus dari poteſt.*
4 *Significatio dictionis uniuerſalis ſic eſt lata quod etiam refertur ad impropria, etiam in materia ſtricta & odioſa.*
5 *Dictio uniuerſalis negatiua, omnia excludit etiam minima.*
6 *Quando præcedũt ſpecies, deinde ſequitur genus diſpoſitio ampliatur.*
7 *Diſpoſitio facta ad obuiandum ſcandalis dicitur fauorabilis*
8 *Omnis caſus fortuitus dicitur inſolitus.*

CONSILIVM CCXCIIII.

¶Conſilium pingue pro particularibus Somani contra homines & communitatem Ruddini marchionatus Saluciarum.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Verba trãſactionis hominum particularium Somani cum hominibus vniuerſitate Ruddini ita habent: ꝙ ipſa bona & prædia non poſſint de cætero & in perpetuum grauari quandocunq; & qualitercunque nec aliquo quouis modo collectari pro aliquo onere reali, perſonali, mixto, ordinario, vel extraordinario indicto aut ſuperindicto impoſito aut in futuro qualitercunque imponendo bonis & prædiis prædictis, & tam per ipſam cõmunitatem & homines Ruddini quàm per quoſcunque ſuperiores mediatos & immediatos & quomodocunque & qualitercunq; tam in præſenti quàm in futurum debito & debendo, etiam ſi tale foret de quo non fuiſſet cogitatum, ad ſoluendum ipſi communitati & hominibus Ruddini aut ad contribuendum pro fodro annuo debito aut debendo magnificis dominis Ruddini ac grano comparii, quod ipſi poſſidentes de Somano ſoluebant in

ſcſto S. Laurētii, & ꝓ aliqbus feſtibos, collectis, muris, refectionibus, nouis ædificationibus, reparamentis fortiliciis, pōtibus vijs publicis, eccleſijs, eapēſis armigerorū, aliqua caualcata, vel ſubſidiis, aut aliis impoſitionibus quibuſcūq;, ēt ſi de iure cōi cōpelli poſſent, & hoc ꝑ & mediantibus quartis qnq; monetæ Sauonę pro ſingula iornata, ita ꝙ in plus nō teneant nec arctari poſſint, & omnis alia impoſitio, & grauatio eiſdē de Sauono impoſita, & imponēda vltra prædictos quartus quinque ſit ipſo iure nulla & oullius valoris, ſaluis tamen decimis debitis eccleſiæ, & magnificis dominis ipſius loci, & pro premiſſis, & quibuſcunq; muneribus, & oneribus ſupra ſpecificatis, & alio quocunque & qualitercunque ac quomodocūque imponēdo onere, & ab exemptione, & liberatione ulterius regiſtrationis, allibrationis, & æſtimationis de qua ſupra, teneantur & debeant ipſi homines & communitas Ruddini perpetuo tempore ipſos poſſidentes de Somano, & qui in futurum tenebunt, & poſſidebunt modis, & formis de quibus ſupra releuare, & indemnes conſeruare ab omni perſona, & perſonis, communi collegio, & vniuerſitate, & etiam ab omnibus ſuis ſuperioribus tam mediatis quàm immediatis, præſentibus & futuris. Modo dubitatur, an particulares Somani poſſidentes prædia ſuper finibus Ruddini teneantur ad onera impoſita & imponenda ratione huius belli adeo calamitoſi & prolixi? Super qua difficultate reſponſa data fuerunt per iuriſcōſultos minime obſcuros in fauorem Somanenſium.

¶ Quibus tamen non obſtantibus iam bis aut ter fuit iudicatum contra Somanos, primo per ordinarium Ruddini, ſecundo in cauſa appellationis, & poſtremo per magnificum Conſilium marchionale. Videretur dicendum prima fronte tranſactionem prædictam non extendi ad onera prædicta, nam illa immunitas conceſſa Somanenſibus de ſui natura non trahitur ad onera quę imponuntur ea cauſa vrgentis neceſſitatis, puta belli aut famis, ut plene per ſcriben. in l. ſi ex toto, in prin. ff. de leg. j. Iaſ. in l. principalibus, col. 3. ff. ſi certum peta. & in §. item ſeruiana, col. 18. inſtit. de actio, Nec videtur obſtare quòd in tranſactione ſit facta mētio de expenſis armigerorum & caualcatis, quia talis expreſſio non videtur intelligenda de bello iſto ita inſolito & inopinato. l. fiſtulas. § fin. ff. de contrahen. empt. l. Sæin. §. medico. ff. de annuis lega. vbi Bart. In quibus locis habetur quòd licet ſuſcipiat quis in ſe caſum fortuitum, non tamen tenetur de caſu fortuito inſolito, tradunt doc. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio. Bal. in l. falſus, col. pen. C. de furtis, in conſ. 119. Verba dicunt. lib. j. & in conſilio 236. Viſo teſtamento, in fin. libr. 5. Alexand. in conſil. 28. col. penul. lib. j. & in conſ. 107. Perſpectis, colum. pen. in fin. lib. 4 Soc. in conſi. 123. col. fin. libr. 4. Corne. in conſil. 182. colum. 5. lib. 4. Dec. in l. ſi conuenerit. in fi. ff. de iuriſd. om. iudi. in conſi. 74. col. 4. in conſi. 528. colum. 5. verſic. 3. facit & in conſilio. 430. colum. 2. circa princ. ¶ Nec obſtat ſi dicatur quòd in tranſactione fuit dictum de omni onere ordinario & extraordinario etiam ſi tale foret. de quo non fuiſſet cogitatum. & ſic videatur comprehendi caſus belli etiam inſoliti: quia illa verba videntur intelligenda de caſibus aut oneribus quæ communiter cogitari non potuiſſent in ſpecie, in genere tamen cogitari poterant ſaltem a viris diligentiſſimis, ſecus in iſtis oneribus quæ nullo modo cogitati poterant a uiro utcunque diligentiſſimo & prudentiſſimo in ſpecie nec in genere, ſed præter omniū ſpem omnino eueniret, quia ad talem caſum aut ad tale onus contingens præter omnium ſpem & cogitatum non videtur trahenda conuentio aut tranſactio. Ita Cor. in conſi. 23. col. pe. in fi. lib. 2. & in conſilio 12. colum. 2. lib. 4. Sed quis vir vtcunque prudentiſſimus aut diligentiſſimus cogitare aliquando potuiſſet futurum bellum tam lacrymoſum, ſanguineum, funebre, exitiale, aſperum, pernicioſum, trepidum, longum, lætale, & triſte inter principes Chriſtianos & ipſos coniunctos & affines? ¶ Secundo in fuoré communitatis Ruddini uidetur facere, nam iſta immunitas cōceſſa Somanenſibus habet cauſam ſucceſſiuam propter onera futura, ſed in ſucceſſiuis non videtur continuandum priuilegiū quando inciperet continere enorme detrimētum. e. ſuggeſtum. c. dilecti filii, de decimis. c. quid nouale, de verb. ſig. gl. in ca. j. de cenſibus. Sed ſtante tali immunitate per tempora iſta adeo aſpera communitas Ruddini detrimentum immodicum videtur ſuſtinere, ergo &c. Pro quo facit tex. in c. quanto, de cenſibus, vbi ſi multum augetur numerus fratrum quibus annuatim debebatur procuratio, officio iudicis fit reductio ad primam mēſuram. per quem tex. dicūt ibi doc. quòd ſi quis promiſit molere gratis alicui, & familiæ, ſi familia valde augeatur, ſuccurri debet officio iudicis ex æquitate, vt fiat reductio ad primum numerum: quicquid aliter videatur de iure ſtricto. tradunt Mod. In l. quominus. q. 22. de fluminibus. Dec. in conſi. 335. colum. 2. poſt. medi. Idem dicendum videtur in caſu iſto ꝙ auctis oneribus ſupra modum ſuccurri debeat communitati Ruddini contra Somanēſes: Imò ſi ſuccurritur homini priuato a fortiori ſuccurri debet vni vniuerſitati quæ fungitur vice minorum & gaudet eorum priuilegio. l. nihil. ff. ad municip. l. reſpublica, vbi gl. & doc. C. ex quibus cau. maio. l. rempublicam. C. de iure reipu. lib. 10. c. j. de reſtit. in integ. lib. 6. ¶ Iſta in effectu ſunt vrgentiora fundamenta quæ adduci poſſe videātur in fauorem partis. ¶ Quibus ipſis tamen nō obſtantibus quæ vere obſtare non arbitror, contrarium puto de iure verius, quòd immo procedit tranſactio in iſtis oneribus, ſequentibus fundamentis. ¶ Et primo conſidero ꝙ iſta tranſactio

1 circa cauſam onerum facta eſt per † verba vniuerſalia repetita vltra decies ſi bene ponderentur, quorum verborum vniuerſaliū vis ea eſt, vt omnia includant quæ dici vel excogitari poſſunt, quia qui totum dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. 2 pro curatore. C. mandati. l. omnes. C. ſine cenſu vel reliq. c. ſolitæ, de maiori. & obe. c. 2. de obſer. ieiun. cap. ſi Romanorum. 10. diſtin. Ideo quando contrahitur ſocietas omnium bonorum vniuerſaliter, omnia veniunt quæ excogitari poſſunt licet ſecus in ſocietate ſimpliciter aut generaliter tantum contracta. l. 3. §. j. iuncta l. coiri. ff. pro ſocio. not. glo. in c. paſtoralis, de dona. in verbō temporaliter. ¶ Similiter quando relinquitur fideicommiſſum per verba vniuerſalia, quia grauetur hæres reſtituere omnia bona aut quicquid ad eum peruenit, indiſtincte veniunt prælegata in fideicommiſſo. l. virum, vbi Bart. & docto. C. de fideicom. nec tunc fit diſtinctio de qua per Bart. in l. Marcellus. §. quidā liberis. ff. ad trebe. nam vbi verba deicommiſſi ſunt vniuerſalia, illa ſunt clara ꝙ omnia veniunt, nec diſtinctione eſt opus. ¶ Similiter videmus ꝙ licet maritus promittens reſtituere dotem ſimpliciter nō cenſeatur renonciare lucro ſibi debito ex forma ſtatuti, iſtud tamen non procedit quādo fit promiſſio verbis vniuerſalibus quia promittat maritus reſtituere totam dotem Bald. in l. quod nomine, circa fi. ff. de condi. indeb. & in l. fi. C. ad l. falcid. Ange. Imo. & Roma. in l. damni infect. vlt. § cum parietem, in princ. ff. de dam. infec. Alex. in l. poſt dotem. ff. ſolu. mat. in conſi. 5. in fi. lib. 3. & in conſ. 133. colum. 3. lib. 5. Deci. in conſi. 195. col. 2. poſt med. ¶ Videmus etiam ꝙ licet lex aut ſtatutum generaliter loquēs non cōprehendat cauſam dotis. Sali. in l. fi. in prin. C. de iure do. Bal. nouel. in tract. dotis. in 6. parte priuil. 47. in fi. Iaſ. in l. j. in 3. not. ff. ſolut. mat. Iſtud tamē non procedit quādo ſtatutū loquitur per verba vniuerſalia. Dec. in conſi. 301. col. 2 facit gl. in cle. ſi beneficiorū, de preben. vbi ꝙ verba vniuerſalia cōprehendunt etiā emptores. quā gl. ad hoc citat Curt. Iunior in conſ. 60. col. 6. facit Bald. in conſi. 326. Rex Romanorum. col. 3. circa fi. li. j. ꝙ verba vniuerſalia omnia comprehendunt, ita ꝙ nulla perſona & locus nullus excipitur. ¶ Alibi ſcribit Bal. in conſi. 166. Statuto ciuitatis Tridēti. libr. 3. quod ſtante ſtatuto vt debitor ſuſpectus de fuga capi poſſit nullis obſtantibus feriis, comprehenduntur etiam feriæ in honorem Dei. Alibi no. glo. in clem. j. in glo. 4. de iudic. quòd verba vniuerſalia (cuiuſcunque gradus & conditionis exiſtant) omnes perſonas comprehendunt vtcunque magnas & excelſas ut puta Reges & principes. ſequitur Gemi. in cōſi. 60. col. 3. circa prin. ¶ Iam adeo lata eſt ſignificatio uerborū uniuerſaliū omnia comprehendens, † ꝙ trahuntur uerba uniuerſalia etiā ad ca-

a ſum impropriū. glo. in l. 5. in uerbo alias. C. de quadri. præſcript. ubi ꝙ illa uerba, & quælibet alia actio, comprehendunt etiā officiū iudicis, licet illud improprie dicatur actio. quā gl. ad hoc citat & ponderat Ale. in conſi. 155. col. 2. uerſi. accedunt illa uerba, lib. 2. & in conſi. 17. lib. 6. & poſſem hoc comprobare aliis pluribus & pulcherrimis deciſionibus. ¶ Amplius operantur uerba uniuerſalia etiam in pœnalibus & ubi agitur de uita hominis: ideo ſtatutū puniēs homicidiū qualitercunque cōmiſſum, intelligitur etiā ſi dolus adſit, ſed culpa tantū Saly. in l. 2. C. de noxali. qđ dictum refert & ſequitur Alex. in cōſi. 35. col. pen. lib. 6. & in conſil. 201. colum. 4. lib. 7. Dec. in c. ſedes, col. pe. in fi. de reſcrip. & in rub. de probati. colū. 15. uerſi. 2. limitatur. Iaſ. in l. j. col. pe. verſ. limita prædicta omnia. ff. de legibus. in l. j. §. nunciatio, col. 5. poſt med. ff. de ope. no. nun. in conſi. 124. colum. fin. & in conſi. 147. colum. 2. libr. 4. ubi Iaſ. ꝙ uerba uniuerſalia qualitercunque aut quouis modo, importent ꝙ nulla diſtinctio, nulla reſtrictio aut nulla limitatio fieri poteſt. Illud etiā dictū Sali. ſequitur Goradi. in cōl. 5. colu. 3. ante med. ego tamē in iudicādo neſcio ſi in

damnando

damnādū ad mortem, quod ipſum minimè adhuc feci, dictum illud Saly. admitterē. Et contra Sal. tenet Dec. ſibi cōtrarius in l. in act omib. col. 7. ff. de in litē iuran. Illud tamen ſic approbatum retuliſſe volui ad demonſtrandum efficaciam verborum vniuerſalium. Infinitas id genus deciſiones adducere poſſem ſed volumen implerent. ¶ Itaqꝫ vbi in tranſactione de qua agitur ſolum eſſent uerba vniuerſalia ſemel emiſſa cauſa Somanenſium clara videretur ꝙ illa omnes caſus & omnia onera comprehenderēt, quæ dici uel excogitari poſſent ſine aliqua limitatione, diſtinctione, & reſtrictione an ſint caſus inſoliti vel inopinati. quid hic dicemus vbi ſunt verba vniuerſalia toties & tam ſæpe reiterata ſufficientia ad mortem hominis vbi toties expreſſa eſſent in lege aut ſtatuto data tamen ſtatuendi poteſtate? ¶ Sed magis in terminis noſtris dico ꝙ licèt neceſſaria eſſet mentio ſpecialis iſtorum onerum inſolitorum, adhuc verba iſta ita prægnantia & vniuerſalia ſufficiunt, & ipſa vim habet ſpecialis expreſſionis. Bar. in l. j. in ſi. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. ubi qñ renunciatur omni priuilegio, perinde eſt ac ſi omnibus & ſingulis priuilegijs in ſpecie eſſet renunciatum. Ad idem adduco Bar. in l. 2. ff. de nouatio. ubi ſi quis promittit cētum cōputato omni alio inſtrumēto, intelligitur facta nouatio, & tamen nouatio non inducitur niſi ſpecialiter & expreſſe agatur. l. ſi. C. de noua. Et per iſta duo dicta Bar. decidit Iaſ. in conſi. 45. col. pe. poſt med. lib. j. ꝙ ſi conceditur caſtrum integrè nihilo retento, veniunt etiam iura regalia in quibus expreſſio ſpecialis eſt neceſſaria. Sed vltra Iaſ. adduco Pau. de Caſt. in l. 3. C. de inoffi. dot. ubi ſtante ſtatuto ꝙ muliere præcedente lucretur maritus totam dotem etiam extantibus liberis primi matrimonii, dicuntur priuati filij etiam legitima. ſuquitur Dec. in conſi. 19. col. pe. & tamen in priuatione legitimæ mentio ſpecialis eſt neceſſaria. l. ſi quando. §. generaliter. C. de inoffi. teſta. Ad idem adduco ꝙ ſcribit Soc. in l. Gallus. §. forſitan, col. ſi. ff. de lib. & poſth. & in l. quidam relegatus, col. 3. ff. de reb. dub. ubi licèt Comes habens poteſtatem legitimandi generaliter, non poſſit legitimare infantes, illud tamen non procedit quando poteſtas legitimandi cōceſſa eſſet uerbis uniuerſalibus ꝙ poſſit omnes legitimare ſpurios, adulterinos & alios quoſcūque. Idem uoluit Dec. in cōſi. 316. col. 2. uerſi. 2. non obſtat & in conſi. 367. col. pe. in ſi. verſi. & ꝙ uerba priuilegij ubi tamen de Soc. mentionem non facit ſed ſolum de quodam conſi. Soc. cui ſe ſubſcripſit Cor. in conſi. 175. colu. 5. poſt med. lib. 4. Curt. iunior in conſi. 32. col. 4. ¶ Sed adhuc magis in terminis ꝙ iſta uerba uniuerſalia trahantur ad illos caſus vtcunqꝫ inſolitos & prorſus incogitatos, adduco tex. in l. tres fratres. ff. de pactis, ubi quitatio facta uerbis uniuerſalibus, trahitur etiam ad bona ignorata & occulta. & licèt ibi contra tale pactum quitationis detur replicatio doli, illud eſt quia dolus interuenit in celando aut occultando, ſed dolo ceſſante operatur pactum aut quitatio etiam quo ad incogitata & ignorata. Ad idem adduco tex. in l. ſub prætextu ſpecierum, ubi latè Bald. & doc. C. de tranſac. cōcepta uerbis uniuerſalibus operatur & præiudicat licèt reperiantur inſtrumenta de nouo ex quibus arguatur iniquitas ipſi tranſactionis. Et ratio premiſſorum eſt, quia licèt in ſpecie non fuerit cogitatū de talibus occultis & ignoratis in genere, tamen dicitur cogitatum paciſcendo aut tranſigendo per uerba uniuerſalia, quę omnia comprehendunt quæ excogitari poſſunt & talis cogitatio in genere ſufficit. l. qui iure militari. ff. de teſta. mili. ubi Ange. & dicit Bald. in d. l. ſub prætextu ſpecierum, ꝙ paciſcens ſub termino uniuerſali intelligitur cogitare generaliter de his quæ ſub uerborum uniuerſalitate comprehenduntur, uel ſaltem debet cogitare uenire omnia quę ſub tali uniuerſalitate comprehendūtur, & ſibi imputet ſi non cogitauit, quia non debet ſtultitia ſua aduerſario nociua eſſe refert & ſequitur Alex. in conſi. 42. colu. 4. poſt med. lib. j. Cor. in conſi. 144. col. 3. poſt med. lib. 3. Addo Barto. in l. ſi certa, col. 2. uerſi. quæro ulterius. C. de tranſac. ¶ Si uerba uniuerſalia etiam ſimplicia trahuntur ad caſum inſolitū ignoratum aut incogitatum, quid hic dicemus ubi ſunt tot uerba uniuerſalia toties & tam ſæpe reiterata, cogitet iudex rectus & æquus ad quem finem toties fuerint interpetita uerba uniuerſalia. equidem non aliam rationem inuenio ſi quòd noluerunt partes enixiſſimè demonſtrare uoluntatem ſuam quòd uolebat ꝙ trahatur tranſactio ad omnes caſus etiam inſolitiſſimos. iſta .n. eſt natura repetitionis aut geminationis uerborum ut demonſtret enixiorem diſponentium aut contrahentium uoluntatem uerba ſuperfluò cenſeantur appoſita. Pau. de Caſtr. in conſi. 115. Super primo uidetur dicēdum ꝙ dictus Simon. col. 2. circa med. lib. j. & ſignificant uerba geminata præciſam intentionem diſponentis. Bal. in c. cam te, col. 2. de reſcri. Cur. ſenior in conſi. 30. col. 2. Iaſ. in conſi. 6. col. 4. lib. 3. ¶ Et ubi talia uerba uniuerſalia ſemel aut bis reiterata reſtrictionem aliquam pati poſſent, ut nō trahantur ad multum inſolita, per ea quæ ſcribit Soc. in d. l. quidam relegatus, col. 2. poſt med. uerſi. ſecunda concluſio. ff. de rebus dub. allegando Ang. in conſi. 174. Prætermittendum eſt. tamen cum toties fuerint repetita & reiterata vltra decies, impoſſibile eſt talia uerba reſtringere, & aliter intelligere ſalua ratione recti ſermonis, niſi velimus dicere ꝙ talia uerba ſuperfluò cēſeantur appoſita & nihil operentur, cum tamen nullum uerbum debet eſſe ſuperfluum ſi alius intellectus ſanus dari poſſit. l. j. in prin. & ibi no. ff. quod metus cau. l. j. in ſi. cum ibi not. ff. ad municip. l. tertia. §. j. ff. de iureiur. Immo nulla ſyllaba debet intelligi ſuperfluò appoſita. Bald. in rub. C. de contrahen. emp. q. 9. Et debent intelligi uerba ut aliquid operentur, etiam in materia odioſa & ſtricti iuris. Cald. in conſi. 6. in ſi. in titu. qui filii ſint legitimi vbi loquitur in materia diſpenſationis. Et idem Cald. in conſil. 13. in princi. in titu. de præben. ubi licèt in odioſis fiat reſtrictio quantum fieri poteſt, hoc tamen intelligitur dummodò diſpoſitio aliquid operetur. idem in materia renunciationis in qua verba debent intelligi ut aliquid operentur. Cor. in conſi. 51. col. 3. circa fin. libro 2. Immo inducitur renunciatio iuris ſui ubi alias verba non operarentur. l. ſi ſtillicidii. ff. quem ſerui. ami. Iaſ. in cōſi. 98. colum. ſi. lib. primo. Amplius etiam in materia pœnali intelligi debent verba ut aliquid operentur. l. j. §. pecuniam, cum l. ſeq. ff. de calumnia. cum ſimilibus, ut per Iaſ. in conſilio primo colum fin. lib. tertio. Sed niſi tot uerba uniuerſalia & toties repetita trahantur ad onera de quibus agitur, illa nihil operabuntur, quia quò ad alia non adeo inſolita, ſufficiebant uerba uniuerſalia etiam non geminata, ut ſupra dictum eſt, ideo cum operari non poſſint tot verba uniuerſalia ſæpiſſime repetita niſi trahantur ad caſum de quo agitur, perinde eſt ac ſi iſte caſus in indiuiduo eſſet cogitatus & expreſſe, quia diſpoſitio generalis quæ in vno tantum poteſt verificari, habetur pro ſpeciali ac ſi ille caſus expreſſus eſſet. l. ſecunda. ff. de liber. & poſthu. l. fundus qui locatus. ff. de fundo inſtru. Et quod ſcribit Oldrad. in cōſilio 300. Factum tale eſt magiſtro, colum. fin. ubi ut diſpoſitio aliquid operetur multa in ea ueniunt quæ alias non venirent, puta ueniunt debita in legato quando alias non venirent. Et priuilegium datum ſtudenti ſuper fructibus percipiendis, extenditur ad diſtributiones quotidianas quando nulli alii ſunt fructus. Immo intelligi debent uerba impropriè & contra eorum naturam potiusquam nihil operentur. c. ſi ciuitas, de ſent. excom. lib. ſexto. Abb. in cap. ſi. in ſi. de præben. & in conſilio 32. columna prima poſt medium libro ſecundo. Bald. in capitulo primo de cap. qui curiam vend. Dec. in conſi. 48. columna ſecunda poſt medium & in conſilio 69. columna tertia in ſi. Quātò fortius verba uniuerſalia intelligentur hic propriè & ſecundum naturam ipſorum ut aliquid operentur. uerba enim generalia generaliter debent intelligi etiam in materia odioſa quatenus eorū proprietas patitur. l. cum lege. vbi Areti. ff. de teſta. capitulo ſi quā, de ſenten. excommunic. glo. in capitu. contra Chriſtianos, de hæreti. lib. 6. Calder. in conſilio. j. in titu. de conſang. & affi. & in conſi. 24. in titu. de præben. vbi ꝙ etiam in materia odioſa uerba nō debent reſtringi contra propriam ſignificationem, ſed debent intelligi ad literam per tex. in capitu. fin. de tranſla. prælato. Si uerba generalia debent intelligi generaliter etiam in materia odioſa quatenus eorum proprietas patitur, quantò fortius idem erit in uerbis uniuerſalibus quæ difficilius reſtringuntur quàm generalia, cum generalis ſermo non ſemper æquipolleat uniuerſali, iuxta not. per Barto. in l. ſi pluribus. ff. de lega. ſecundo. ¶ Et multum in terminis adduco Corne. in conſilio 128. colum. 3. poſt medium lib. ſecundo. ubi ꝙ ſuſcipiens in ſe omne periculum & omnem fortunam tenetur de omni caſu fortuito, ut verbum fortunam aliquid operetur, quid hic dicemus ubi ſunt tot uerba prægnantia, pręciſa, & uniuerſalia, quæ ipſa toties repetita nihil operabuntur niſi trahantur ad caſum de quo agitur. Ad idem adduco quod Dec. ſcripſit in d. c. ſedes, colum. 5. de reſcri. ubi ꝙ illa uerba, aut alio quouis modo, intelliguntur etiam de diſſimilibus aut maioribus expreſſis quando alias nihil operarentur. allegat Aret. in conſilio. 104 Addo Socin. in conſi. 242. col. 2. poſt med. uerſi. confirmatur hoc idem libro 2. Alex. in conſi. 7. colum. 3. verſi. benefacit quod no. glo. lib. 6. Cur. ſen. in conſilio 40. colum. 7. in fin. Corne. in conſilio 167.

col.2.in conſi.509.col.6.in fi.verſi. nec obſt. verbum aliis. lib. 2. & in conſi.128.col.3.circa med.verſi. & verbum alii lib.3.Poſito igitur ꝙ caſus de quo agitur ſit diſſimilis & maior caſibus eſpreſſis,ad eum tamen trahi debet tranſactio propter tot verba vniuerſalia totiens reiterata & quæ alias nihil oporterentur. Sed magis in terminis adduco Alex. in conſi.30.col.pen. in 6. dubio lib.5.vbi ꝙ immunitas conceſſa per uerba uniuerſalia geminata trahitur ad omnia onera etiam inſolita,& tamen in caſu Alexan.verba uniuerſalia non erant tam ſępe geminata prout in caſu noſtro. Et inter verba uniuerſalia tranſactionis pondero illa aliquo quouis modo, pro aliquo onere, pro aliquibus expenſis armigerorum,aliqua caualcata.nam dictio aliquis eſt uniuerſalis omnia cõprehendens.Io.And.in c.quiſquis, de electio. Hoſti. in c.cũ ſatis,de offi. Archid.Gemin.in cõſi. 29.col.j.poſt med. 4 & in conſi.65.col.3.circa med.¶ Et adeò vniuerſale eſt† uerbum aliquod, ꝙ refertur etiam ad ea quæ ſunt in ſuperlatiuo gradu. ideo vbi fit mentio de aliqua re intelligitur de qualibet re ēt maxima aut minima.l. ſi ſeruum.§.prætor ait,vbi Bar. ff. de acqui. hæredi.ubi in edicto prætoris fit mentio quando aliquid amouetur ex hæredirate,dicit Bar.ꝙ intelligitur ēt ſi quid minimum amoueatur.Ad idem tex.in l.mulier.§.fin.ff.de condi.inſti. ubi gl. nam illa conditio ſi quid leganeris teſtatori verificatur etiam in minimo.¶ Similiter, appellatione partis intelligatur de dimidia tamen vbi fit mentio de parte aliqua,intelligitur etiam de minima parte in ſuperlatiuo gradu.glo.in c.j.de conten. inter me & domi.de portio.fra.mei defunct.glo.in clem.j. in uerbo aut earum parte,de foro compet.¶ Similiter, ſi quis promittat damnum ab aliquo non inferri intelligitur promiſſio a quocunq; inferatur damnũ,ēt a principe,& ſic in ſuperlatiuo gradu.Goz ad. in conſi.27.col.5.poſt me. vbi.n.eſt dictio aliqua,omnia ueniunt ſine aliqua diſtinctione, reſtrictione, aut limitatione. Ideo prohibitione quis admittatur ad ſucceſſionem aliquam, latiſſimè intelligitur neq; ex teſtamento,neq; ab inteſtato,neq; de iure ciuili neque prætorio,neq; directo,neq; per fideicom.Soc.in conſi.175.colum. 5.verſi. & ad illam vniuerſale in.lib.5.¶ Et adeò lata eſt † & præciſa ſignificatio dictionis vniuerſalis aliqua, ꝙ refertur etiam ad impropria etiam in materia ſtricta & odioſa. Iō 5 vbi fit mẽtio de circunſcriptione aliqua,intelligitur de omni circunſcriptione etiam non doloſa. Imo.in l.filio præterito,col.17. ff.de iniuſto teſta.ſequitur Cor.in conſi.158.col.6.poſt med. lib. 2.Similiter prohibitio ſtatuti ꝙ contractus aliquis fieri nõ poſſit,intelligitur etiam de donatione,licèt donatio contractus propriè non dicatur Cor.in conſi.41.col. 2.lib.j.Iaſ.in conſi.59.col. 2.circa med.lib.j.fortius voluit Cur.iun.in conſi.151.colum.2.in fi.ꝙ prohibitio ſtatuti ne contractus aliquis fiat, trahitur etiam ad hæredis inſtitutionem.de quo tamen dicto Curtii dubitarem cum hæredis inſtitutio etiã largè aut impropriè contractus non dicatur.Si dictio aliquis, ſemel tantum emiſſa ad oĩa pertinet, ad oĩa trahitur ēt valde impropria in materia probibitoria & omnino odioſa,quanto fortius ſæpiſſimè repetita ad omnia trahi debet quæ propriè ueniunt & includuntur, & ad quæ ſi non referatur & rõ recti ſermonis ſalua fieri non poteſt.¶ Ex præmiſſis infertur ꝙ intentio & deſiderium Somanenſium iuſtificatur ex uerbis vniuerſalibus tranſactionis & ipſis tam ſępe repetitus, quæ ipſa vim babent ſingularis & indiuiduæ expreſſionis, & quæ ſi non referantur ad caſum de quo agitur,ſuperfluò & fruſtratoriè apparebunt appoſita & eluſoria fient,contra.l.ſi prætor. ff.de iudi.l.6.ff.ne quid in loco pub.l.j.§.exceptiones.ff.quar.re.actio. non da.in l.fi.in prin.ff.ſi cer. pet.l.hanc legem.ff. de contrahen. emp. cap.commiſſa.§.porro.de elect.lib.6. cum ſimi.¶ Secundò principaliter conſidero ꝙ procedunt præmiſſa licèt proferantur uerba vniuerſal.a affirmatiuè,a fortiori idem erit in caſu noſtro ubi prolata ſunt verba uniuerſalia negatiuè, ꝙ Somanenſes grauari nõ poſſent ultra præmiſſa per eos aliquo quouis onere, quomodocunque & qualitercunq; imponendo, verbis ipſis vniuerſalibus negatiuis ſæpius repetitis.nam clarum eſt ꝙ verba uniuerſalia negatiuè prolata fortius operantur q̃ verba vniuerſalia affirmatiua,quia negatiua potentius negat q̃ affirmatiua affirmet.gl.in l.hoc genus.ff.de cond.& demon.glo.in c. cum dilectus,de conſuetu.Ideo dictio vniuerſalis negatiua puta nullum, 6 † aut nulla,oĩa excludi etiam minima.glo.in c.ſtatutum, in verbo nullum de reſcri.lib.6.glo.in c.nemo poteſt in glo.2. de reg. iur.libr.6.Gemin.in conſ.35.colum.j.in fin.Hinc videmus ꝙ ubi ſunt duæ regulæ contrariæ, vna affirmatiua, altera negatiua, pręualet negatiua.l.3.§.liberti & quod ibi Bartol. ff. de ſuſpec. tutor.Similiter,vbi ſunt duo priuilegia vnum affirmatiuum, alterum negatiuum,præualet negatiuum probibitiuũ.l.j.& l.ſi Ruſfinus,vbi Bal.C.de teſta.mili.Dec.in conſi.147.colu.fin. ſimiliter vbi ſunt duo ſtatuta vnum affirmatiuũ,alter ſit negatiuum, præualet negatiuum.Pau.de Caſt.in l.non eſt nouum.ff.de legibus ſequitur Deci.in conſi.44.col.fi.S d in terminis noſtris terminantibus adduco Pau.de Caſt.in conſi.170.Viſo puncto contra ſcripto.col.fin.lib.j.vbi Pau.expreſſe voluit ꝙ dictũ Bar. in d. l. Seio. §.j.ff.de annulis lega.ubi voluit caſum inſolitum & extraordinarium non comprehendi in diſpoſitione,ſolum procedere in diſpoſitione affirmatiua,non etiã in negatiua,quia negatiua diſpoſitio fortius operatur nec ita reſtringi poteſt ſicut affirmatiua. Adidem in terminis vltra Pau.de Caſt.adduco Bald. in conſilio. 406.Lata fuit ſententia.li.5.vbi verba immunitatis ab omnibus impoſitionibus, collectis,angariis realibus & perſonalibus ſiue ruſticis, ordinariis ſiue extraordinariis,& quibuſcunq; aliis quę dici uel cogitari poſſint,trahuntur ad onera etiam armigerorũ propter generalitatẽ uerborum.ita concludit Bald.in fi.dicti cõſi.in cuius principio poſuerat uerba ipſius franchixiæ & immunitatis.& quod immunitas conceſſa per uerba vniuerſalia trahatur etiam ad onera ex cauſa belli,uoluit Ripa in l.j.in princi. colum.6.verſi.& iſta concluſio facit ad quæſtionem an immunitas. ff.de uulg.& pup. quem alleg.d.meus Balbus in ſuo conſil. licèt neque Ripa neq; Balbus adducant illa conſi. Bal. & Pau. de Caſ. fortiter vrgentia. ¶ Inferrur ex præmiſſis cauſam Somanenſium claram omnino uideri per tot uerba uniuerſalia negatiuè concepta & totiens reiterata, quæ reſtringi aut limitari nullo modo poſſint niſi uiolentiam euidentiſſimam facias proprietati uerborum contra intentionem partium ut infra uidebimus. A qua tamen uerborum proprietate recedi non debet, etiam in materia ſtricta & odioſa,in qua verba latè debent intelligi quatenus eorum proprietas patitur ut ſupra dictum eſt:immo non receditur á proprietate uerborum licèt actus remaneat iniuſtus, prout in ſententia.l.j. C.ſi plures una ſent.foer. conde.Socin.l.ſi mihi & tibi.§.j.circa fi.ff.de leg.primo. ¶ Tertiò principaliter in fauorem Somanenſium adduco, nam ultra tot uerba uniuerſalia etiam negatiue cõcepta & ipſa totiens repetita, expreſſe ſibi prouiderunt nu tenerentur pro aliquibus expenſis armigerorum nec aliqua caualcata. quæ verba ſunt clara ut ne dubitationi alicui locus uideatur.l. continuus.§.cum ita.ff.de uerborum obliga.l. ille aut ille. §. cum in uerbis.ff. de legat.3.cap.ſecundo de reg.iuris.nec indigemus gloſſ. ubi textum tranſactionis babemus.Oldra.in conſi.258. Innocentius, columna ſecunda.Baldus in conſilio 243. Examinanda ſunt, columna ſecunda circa fin.libro primo. Et omnis interpretatio in caſu claro dicitur calumnioſa. Curtius ſenior in conſi. 59. columna 3. ante medium allegat glo.& doc.in l.quicquid aſtringendæ. ff.de uerb.obliga. Et hic conſidero ꝙ caſus belli iam comprehendebatur ſub tot & tantis uerbis uniuerſalibus, cum autem in ſpecie poſtea de armigeris & caualcatis dictum ſit,intelligi debent uerba de bello utcunque inſolito & inopinato, ne alias ſuperflue & eluſorie de bello dictum videatur per ſupradicta.¶ Quartò conſidero ꝙ vltra tot uerba uniuerſalia apta comprehendere omnes caſus, qui dici uel excogitari poſſint, & ultra expreſſionem armigerorum & caualcatæ, in ſpecie etiam dictum eſt de onere ordinario aut extraordinario,indicto & ſuperindicto. nam ſuperindictum dicitur ꝙ propter neceſſitatem publicã extra ordinem imponitur.glo.in rub.C.de ſuperindic.in vltimis verbis lib. 10. Et ſic noluerunt teneri Somanenſes etiam propter urgentem neceſſitatem ſuperuenientem,& licèt iſte caſus neceſſitatis ſatis eſſet expreſſus per tot & tanta uerba uniuerſalia toties reiterata,tamẽ in ſpecie expreſſerunt de ſuperindicto, quæ ipſa expreſſio de nihilo ſeruiet neq; operabitur niſi trahatur ad caſum de quo agitur.nam uerba illa uniuerſalia præcedentia & ſequentia cauſam belli ſine dubio comprehendebant,& maxime cum illo uerbo extraordinario, quid igitur operabitur expreſſio ſuperindicti.

¶ Quintò pondero ꝙ dictum fuit ipſos Somanenſes nõ teneri pro aliquibus ſubſidijs.verbum ſubſidium præſupponit euidentẽ neceſſitatem ubi aliter ſuccurri aut prouideri nõ poteſt, ideo alimenta debita parentibus per deſcendentes in caſum neceſſitatis qñ aliter parentibus ſuccuri nõ poteſt,appellantur ſubſidiũ uitę.l.alia. C. de patria pote.Ad idẽ tex.in c. 2. primi. ubi dicitur ſubſidiũ coercere uiolentiam.& ſic ubi quis per violentiã opprimitur & urgenti neceſſitate cogitur,tũc ſubſidio opus eſt. ſic ēt uidemus in ſubſidio charitatiuo qđ conſideraĩ & debeĩ quotiẽs

vertitur vtilitas publica ut agit de honore domini, ut per Oldr. in conſi. 104. cir. propoſitã quæſtionẽ. nec debetur ſubſidium niſi tempore neceſsitatis. Ang. in cõſi. 392. Peritus, cir. med. hinc dicantur milites ſubſidiarii qui accedunt in auxilium per tempus maximè neceſsitatis &, ſine quibus periturus alias dicatur exercitus, ut apud ſcriptores hiſtoriarum eſt uidere. Et hic ponderandum eſt ꝙ Somanenſes non ſolùm noluerunt teneri ad ſubſidia ſimpliciter, ſed vniuerſaliter pro aliquibus ſubſidijs & ſic ſiue per tempus modicæ, magnę, aut maximæ neceſsitatis: cũ dictio aliquibus, adeo ſit uniuerſalis ut ad omnia etiam maxima trahatur in ſuperlatiuo gradu ut ſupra dictum eſt. Rurſus conſiderandum hic eſt ꝙ licèt ſuperindictum idem importet ꝙ neceſſarium ſubſidiũ. Guido Papæ. q. 371. tamen ut demonſtrarent partes enixiſsimam earum voluntatem ꝙ nollent Somanẽſes vlterius grauari non poſſet etiam in tẽpore vrgentiſsimæ neceſsitatis, addiderunt illa verba, pro aliquibus ſubſidijs. quæ ipſa cluſoria & ſuperflua planè fient ſi non trahentur ad caſum urgentiſsimæ neceſsitatis, cum neceſsitatis caſus ſatis explicatus videretur dum facta eſt mentio de onere extraordinario, ſuperindicto ac de aliis oneribus per tot tantaque uerba uniuerſalia totiẽs repetita. ¶ Sextò cõſidero ꝙ non cõtentę partes de illis uerbis vniuerſalibus negatiuis excluſionis omnium onerum, nõ contentæ etiam de expreſsione ſpeciali oneris extraordinarii, ſuperindicti & ſubſidij cuiuſuis, poſt iſta omnia addiderũt adhuc alia uerba vlterius extenſiua, dicendo, aut aliis impoſitionibus quibuſcunque quaſi dicat, ſi uideantur onera magis inopinata aut inſolita, quę non dicantur contineri ſub illis verbis adeò uniuerſalibus ſub appellatione oneris ordinarii & extraordinarij, indicti & ſuperindicti & ſubſidii cuiuſcunq; adhuc pro talibus alijs oneribus noluerunt Somanenſes teneri, nec illo caſu illa verba aut aliis impoſitionibus quibuſcunq; videntur aliquo modo reſtringi poſſe aut limitari ſine euidentiſsima moleſtia & improbatione. nam quando procedunt ſpecies, deinde ſequitur genus, diſpoſitio ampliatur. l. item legato. §. itẽ intereſt. ff. de leg. 3. l. fi. §. cui dulcia. ff. de tri. vino oleoq; leg. Soc. in l. ſi is q ducenta. §. vltrum, col. penul. in prin. ff. de rebus dub. quid hic dicemus vbi præcedunt uerba vniuerſalia totiens repetita, ubi præcedũt uerba ſpeciali pertinentia ad caſum cuiuſcunq; neceſsitatis, etiã vrgentiſsimæ, vt ſupra viſum eſt, & adhuc addiderũt partes poſt tantas expreſsiones aut aliis impoſitionibus quibuſcunque, quę ſo, ſi dicamus appoſita fuiſſe talia verba cum miniſterio alicuius operationis in qua ne operari poſſent, niſi dicamus intelligi illa debere de omni impoſitione ex quocunq; caſu ẽt nullo modo conſiderabili in genere nec in ſpecie, nam quando opponuntur talia uerba vniuerſalia geminata ueniunt oĩa etiã diſsimilia & maiora expreſsis. Soc. in conſi. 42. col. 6. in fi. lib. 4. Iaſ. in l. 3. §. nunciatio, col. 5. circa med. uer. ego limito alio modo. ff. de operis no. nuncia. vbi ꝙ uerba uniuerſalia geminata non patiuntur reſtrictionẽ. & tradit idẽ Iaſ. in conſi. 86. col. 2. circa princi. lib. 4. Calc. in conſi. 17. col. 2. ¶ Septimò pondero ꝙ ultra tantas expreſſiones in uniuerſo & in ſpecie & ultra uniuerſalitatem ſequentẽ dictũ fuit ampliatiue ꝙ noluerunt Somanẽſes teneri etiam ſi de iure compelli poſſent. Dictio etiam eſt ampliatiua implicans maiora expreſsis. clem. vni cum glo. de ſequi. poſ. & fruc. clemen. 2. de ſen. excom. Io. And. in c. unico de commoda. Gemi. in conſi. 65. col. 3. ante med. natura. n. iſtius dictionis etiam, eſt augere diſpoſitionem ad qualitatem cui adijcitur. c. tanta, de ſimo, c. 2. de procu. lib. 6. Io. Andr. in c. cum multis, de præben. lib. 6. refert & ſequitur Gemi. in conſ. 132. in prin. Ideo ſenſus eſt, ꝙ ubi non obſt. tot tantiſque verbis uniuerſalibus tanta expreſsione caſuũ in quibus noluerunt Somanẽſes teneri & tãta vniuerſalitate ſubſequenti, adhuc uiderentur aut acciderent aliqui caſus in quib. Somanenſes tenentur ad onera, etiam pro illis caſibus noluerũt teneri aut obligari. Pro quo facit quia dictio etiam implicat, et includit diuerſas ſpecies ab expreſsis. Io. Andr. in c. Romana. §. contrahentes, de foro compe. lib. 6. Gemi. in d. conſi. 65. col. 3. in prin. & ſic ubi accidere poſſent alij caſus diuerſi ab expreſsis, & ſic magis neceſſarii aut inſoliti, licèt omnes in præcedẽtibus incluſi eſſent, quicunque eſſent tales caſus etiam ꝙ alias de iure cogi poſſent teneri tamen noluerunt Somanenſes. ¶ Octauò conſidero ꝙ hic expreſsi & ſpecificati fuerint caſus in quibus etiam exempti tenentur prout ſunt caſus reparationis aut refectionis murorum, pontiũ, uiarum & c. iuxta not. in l. ad inſtructionẽ C. de ſacr. ſan. ecc. & in c. non minus, de immu. eccle. deinde poſt tantas expreſsiones ſubijcitur illa iam põderata clauſula uniuerſalis, aut pro aliis impoſitionibus quibuſcũque, quo caſu veniũt onera quantumuis inſolitiſsima de quibus mentio ſingulariter aut indiuiduo facienda eſſet, & talia onera habentur pro ſpecialiter expreſsis. c. qui. ad agendum. §. 1. de procu. lib. 6. Io. Andr. & doc. in c. conſuluit, ſecundo de appell. not. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. §. ſi quis caut. Dec. in conſi. 76. col. fi. verſi. 8. etiam dici poteſt. Addo Soci. in conſi. 200. col. pen. verſi. item vbicunque lib. 2. vbi quando præmittuntur aliqua in ſpecie & demum ſubijcitur clauſula generalis, illa clauſula generalis trahitur ad omnia quæ quoquomodo ſub uerbis generalibus includi poſſunt, per tex. in d. §. quæſitum, cum ibi not. & in c. 1. extra cõmoda. Idẽ vltra Socin. voluit Feder. de Senis in conſi. 40. Super eo, in fi. per glo. vlti. cap. 3. de offi. vicar. lib. 6. vbi ꝙ in mandato vicarii ueniunt caſus exigentes mandatum ſpeciale quando fuerunt ſpecificati aliqui caſus requirentes mandatum ſpeciale, deinde ſubijcitur clauſula generalis. ¶ Nonò arguitur in fauorem Somanenſium, nam poſt tantas expreſsiones uniuerſales & particulares cum tanta repetitione ipſorum verborum vniuerſalium & ampliatiuorũ facta fuit reſeruatio aut exceptio de caſu decimarum quæ eccleſiæ & dominis loci Ruddini debiti eſſent. Quo caſu ſequitur regula & concluſio iuris, ꝙ vbi de generalitate diſpoſitionis excipitur aliquis caſus in quo mentio ſpecialis requiritur, prout in cauſa decimarum, tunc diſpoſitio generalis trahitur ad omnes alios caſus in quibus expreſsio ſpecialis eſt neceſſaria, & ſic per talem expreſsionem ampliatur regula aut diſpoſitio generalis ut omnia alia comprehendat, de quibus mentio ſpecialis habenda erat. Ita concludunt Lap. & Gemin. in d. c. qui ad agendum. §. 1. de procu. lib. 6. Alex. & Moder. in l. fi. ff. quod quiſque iuris. Ad idem tex. in c. conſultationibus, ubi Moder. de offi. delega. Deci. in c. dilecta, col. 2. in fin. de confir. util. uel inutili. & in conſi. 97. colum. 2. cir. fi. Iaſ. in l. nummis, col. pe. ff. de in litem iuran. & in l. properandum, in prin. colum. 3. poſt med. verſic. a. ſobtilius pondero. C. de iud. & multum in propoſito facit quod dicit Ripa in l. 2. §. ꝙ ſi in patris, colum. 3. poſt med. ff. ſolu. mat. vbi ꝙ exceptio unius caſus priuilegiati ampliat diſpoſitionem generalem ut ſub ea includantur cæteri caſus etiam priuilegiati, qui alias continebantur, modo cum diſpoſitione immunitatis uniuerſali excipiatur caſus decimarum priuilegiatus, dicendum eſt incluſos cenſeri omnes alios caſus quantumcunque priuilegiatos. & quidem procedunt præmiſſa in caſu noſtro per rationẽ longè fortiſsimam, quia concluſio prædicta ſolum loquitur in diſpoſitione generali a qua excipitur vnus caſus requirens ſpecialẽ expreſsionem, quid hic dicemus in diſpoſitione tã uniuerſali & adeò prægnanti comprehendente de ſui natura & abſque illa reſeruatione omnes caſus, qui dici aut excogitari poſsũt ut ſupra abunde dictũ eſt? ¶ Decimò cũ tranſactio ſuper immunitate concepta fuit per uerba ampliſsima, uniuerſaliſsima & adeo prægnãtia etiam expreſsis caſibus ſingularibus importantibus oĩa onera, quæ hominis intellectus conſiderari poſſit, deinde ſolum fuerit reſeruata cauſa decimarum, ex tali reſeruatione cõfirmatur regula in omnibus aliis caſibus non reſeruatis. l. quæſitũ. §. denique & ibi Bar. ff. de fundo inſtru. l. nam quod liquidæ, in fi. ff. de pen. legat. cum ſim. Et ſic ex reſeruatione ſatis clarè demonſtratur uoluntas tranſigentium ꝙ voluerint pertinere tranſactionem ad omnes caſus quantumuis inſolitos. ¶ Vndecimò licèt illa tranſactio concepta pro tot tantaq; uerba adeo ampla, prægnantia & vniuerſalia cum tanta expreſsione caſuum ſingularium trahatur ad omnia onera etiam inſolita & incogitata ut ſupra dictum eſt per l. tres fratres. ff. de pactis, & l. ſub prætextu ſpecierum, ubi Bal. & doc. C. de tranſac. & alios doc. ſupra alleg. in primo principali fundamento facto in fauorem Somanenſium, tamen non contentæ partes de tali expreſsione tam clara & ampla, vlterius progreſſæ ſunt, dicentes, ꝙ noluerunt teneri Somanenſes ad aliquod onus etiam ſi tale eſſet de quo cogitatũ non eſſet. quæ conuentio ſine dubio ualet ut per Angel. in d. l. qui iure militari. ff. de teſtam. militis. Bart. in l. Aurelio. §. cuius. ff. de libe. lega. Bal. & doc. in d. l. ſub prætextu ſpecierum. C. de tranſactio. Alex. in d. conſi. 42. col. 4. in fi. uerſi. 5. pondero. lib. 1. hic quæſo aduertatur, tranſactio iam trahebatur ad onera inſolita & nõ cogitata propter uerba ampliſsima & uniuerſaliſsima ſæpius repetita, quæ de ſui natura trahuntur ad omnia quæ in hominis cogitationem poſſunt aſcendere. quid igitur operabitur illa conuentio ſpecialis ꝙ trahatur tranſactio ad omnia etiam de quibus cogitatum non eſſet, niſi plane referatur ad onera omnino inſolita & nõ cogitata, maximè cum illa dictio etiam ſi tale

foret &c. ſit ampliatiua includens ſpecies omnino diuerſas vt ſupra dictũ eſt? ¶ Duodecimò cõſidero ꝙ poſt tantas & toties repetitas expreſſiones in ſpecie & in uniuerſo de omnibus oneribus quę accidere poſſent ubi conuentio facta eſt de ſoluendo certum quid annuum in ſingulos annos, & pro ſingulis iugeribus vt demonſtrarent partes quòd amplius non tenerentur Somanenſes pro aliquibus oneribus quæcunque illa eſſent, ſubiecerunt adhuc uerba ampla & prægnantia, ita ꝙ in plus non teneantur nec arctari poſſint, & omnis alia impoſitio & grauatio vltra prædictos quartos quinque ſit nullius valoris & nulla ipſo iure. hic primò pondero illa verba, ita ꝙ in plus non teneantur. quæ ſunt verba limitatiua & taxatiua immo illa verba ita ꝙ ſola vim habent limitationis & taxationis. l. qui aliena. §. libero. ff. de neg. geſt. l. Lucius. §. quæ habeat. ff. ad treb. iunctis aũt illis verbis ita ꝙ in plus non teneantur, res eſt pluſquam clara quæ ſunt verba euidenter taxatiua, ꝙ ſolum teneantur ad illos quartos quinque pro ſingula iornata & non vltra: ſed verba taxatiua extenſionis ſunt excluſiua. l. qui ſella. §. qui actũ. l. inter actum. l. certo genere, & l. Lucius, in verbo digitũ vnũ. ff. de ſeruis ruſt. prædior. cum ſimilib. Sed dicere quòd teneantur Somanenſes ad illa onera, eſſet extendere illa verba taxatiua contra eorum naturã & proprietatem. ¶ Secundò conſidero tranſigentes non contenti de illis dictionibus taxatiuis & de taxatiuis & de tot tantisq; expreſſionibus ſpecialibus & vniuerſalibus aptis onera omnia comprehẽdere utcunque inſolitiſſima ut ſupra dictũ eſt, adhuc vlterius progreſſi ſunt dicentes, & omnis alia impoſitio & grauatio vltra prædictos quartos quinque ſit nulla ipſo iure, & ſic verbis ſpecialibus vniuerſalibus ſæpius repetitis & aliis taxatiuis & limitatiuis, adhuc addita fuerunt alia verba prægnantia & vniuerſalia quæ nullo modo reſtringi poſſunt ſalua ratione recti ſermonibus nec etiam ſalua mente contrahentium, quæ mẽs colligitur ea proprietate uerborum, & talis præſumitur animus qualia verba ſonant, nec præſumitur quis dicere ꝙ mente non cogitauerit. l. Laben. §. idem Tubero. ff. de ſuppel. leg. l. proſpexit. ff. qui & a quibus. c. a. requiris, de appel. c. ſi. de verbo. ſig. ca. is autem. 22. quæſtio. 2. In ore enim & mente præſumitur eſſe vnum & idem Bald. in conſi. 471. In cauſ prioris. colum. j. circa med. lib. 2. Et id quod verbum non ſonat, certè nec ſentit qa virtus ſermonis non porrigit ſe ad illud. Bald. in conſil. 490. Ponit quòd quidam Nicodemus. col. 2. lib. j. Et conſiſtit voluntas hominis in uerbis ſicut faciens in ſpeculo. Bald. in conſilio 102. Omnis poteſtas, colum. 2. poſt med. lib. 3. Cor. enim datum eſt homini ad ſignificandum Deo, labia autem ad ſignificandum hominibus, unde vox eſt inſtrumentum voluntatis & intellectus rationabilis. Bal. in c. ea tranſmiſſa, de reſt. ſpol. Alibi ſcribit idẽ Bal. in conſi. 140. Facta fuit lib. j. ꝙ tuba cordis eſt lingua loquẽtis, & nullum maius eſt mẽtis teſtimonium quam qualitas inſpecta uerborum. Alibi ſcribit idem Bald. in l. voluntatis, in ſi. C. de fideicom. ꝙ non credimus hominem velle niſi illud quod dicit. Ideo adagium illud circunfertur, loquere & cognoſcam te. Bal. in rub. extra de teſtibus. Et Matthæi. c. 12. Ex abundantia. n. cordis os loquitur. & Matthæi. c. 26. Nam & loquela tua manifeſtum te facit & uelle arguere uoluntatem diſponentis contra proprietatem verborum, eſt potius dicere quòd aliter diſponi debuerit quàm factum ſit. Pau. de Caſt. in conſi. 185. Supraſcriptus egregius. colum. ſi. poſt med. lib. 2. Amplius colligitur uoluntas diſponentis ex proprietate verborum etiam contra piam cauſam, quia proprietas verborũ communis eſt tam piæ cauſæ quàm non piæ. Pau. de Caſt. in conſi. 321. Viſis & ponderatis. colum. j. in ſin. lib. j. Et adeò præmiſſa procedunt ꝙ potius toleratur nullitas actus quàm vt recedatur a proprietate uerborum. l. verbis ciuilibus, ubi Pau. de Caſt. & Alexan. in ſecunda not. ff. de vulg. not. Aret. in l. a Titio, colum. ſi. ff. de uerborum oblig. per tex. in l. tutores. §. j. ff. de admi. tut. Deci. in conſi. 362. in fine, quod tamen vltimum intelligerem quando uerba etiam largè aliquid importare non poſſent. ¶ Et præmiſſa ſine omni dubio uidentur hic procedere ubi ſunt tot uerba uniuerſalia prægnantia, ſpecialia & taxatiua, ex quibus uoluntas plena, exuberans & præciſa colligitur diſponentium. Dec. in conſi. 137. colum. 2. in prin. Et adeo præciſa eſt natura verborum uniuerſalium ꝙ admittatur probatio quoquomodo facta, intelligitur etiam per teſtes crimininoſos & viles. glo. in c. ad noſtram, in ver. quoquomodo. de prob. Deci. in conſi. 301. colum. 2. & in conſi. 452. colum. 6. ante med. Quod procedit etiam in materia odioſiſſima, ideò ſi permittitur furem nocturnum quoquomodo occidere, intelligitur etiam ſi telo non ſe defendit. c. ſi perfodiens, de homicl. Et in terminis exemptionis conceſſæ uerbis uniuerſalibus, ꝙ præciſe intelligatur ut uerba ſonant, tradit Ang. in l. ſi. col. ſin. verſi. 3. quæritur. ff. de conſtitu. prin. Anto. de But. in c. olim, de verb. ſignific. ſequitur Deci. in conſi. 118. colum. 2. circa medium, & & in conſi. 155. colum. 2. in princip. Maximè etiã præmiſſa procedunt in caſu noſtro, in quo iſta uerba nihil operarentur ſi reſtringantur aut limitentur non procedere in iſtis oneribus quo caſu ſine dubio intelliguntur etiam de diſſimilibus & maioribus expreſſis quando alias non operarentur. Aret. in conſi. 504. Breuitas, colum. 3. in fine verſiculo vltimo hoc clarè patet. Mod. in cap. ſedes de reſcri. Et hoc pondero ꝙ in materia etiam ſtricta verba impropriantur & intelliguntur contra ipſorum naturam quando alias nihil operantur, etiam in materia ſtricta ꝓut in ſententia. glo. in l. & puto. ff. famil. erciſ. Romanus in conſi. 14. Idem de iure. Ideo renuncians priuilegio ſuo cenſetur renunciare iuri communi quando alias renunciatio nihil operaretur, quia priuilegium nullum habeat. l. prima in fine. ff. ſi quis in ius voca. non ier. Deci. in capitu. primo in principio colum. 2. de iudi. quantò fortius talia uerba intelligi debent propriè ut operentur circa onera de quibus agitur, cũ alias niſi ita propriè intelligantur, maneant ſuperflua & inutilia.

¶ Decimotertiò conſidero ꝙ res ipſa uidetur clariſſima ex uerbis poſitis in ultima parte exemptionis. nam poſtquam tranſigẽtes expreſſerunt omnia onera uerbis ſpecialibus & aliis uniuerſalibus & prægnantibus, non rarò repetitis, ac aliis taxatiuis, quæ nullo modo reſtringi poſſunt, uolentes pinguius prouidere & voluntatem eorum præciſe magis oſtendere, conuenerunt homines Ruddini tenerentur præſtare indemnes Somanenſes pro præmiſſis & quibuſcunque muneribus & oneribus ſupra ſpecificatis, & alio quocunque qualitercunque & quomodocũque imponendo onere. hic neſcio quid aliud cogitem niſi ꝙ uoluerunt tranſigentes inuenire gradum ſupra ſuperlatiuum prout fecit Ouidius in Ibin, Qui mala cum toleris plurima plura feras. quaſi dicat licèt uerba pręcedentia ad omnia onera trahantur etiam maxima inſolitiſſima, tamen ſi maximo maius inueniatur etiam ad illud tranſactionem nolumus pertinere. & hic pondero ꝙ in hac vltima clauſula ſępius fuerunt repetita uerba uniuerſalia, operantur enim verba geminata licè t unico contextu ſine aliquo interuallo proferantur. Iaſ. in l. prima colum. octaua in princ. uerſi. tamen iſtis non obſtantibus. ff. de offic. eius. Et dicit Curtius ſenior in conſi. 60. colum. ſexta poſt medium quòd verba geminata oſtendunt magnam deliberationem & præciſam intentionem diſponentis. & dicit Barbari. inter conſilia Curtij ſenioris in conſilio 67. columna 19. ante medium ꝙ verba geminata tollunt omnem dubitationem, & ſi iſtud procedit in uerbis ſimplicibus geminatis, quid dicemus in uerbis uniuerſalibus non geminatis tantum, ſed ultra decies repetitis, Profectò neſcio quomodo potuiſſent contrahentes explicare mentis conceptum uerbis ſplendidioribus aut clarioribus.

¶ Decimoquartò pondero quòd communitas Ruddini tenetur præſtare indemnes Somanenſes pro omnibus oneribus ab omnibus perſonis, collegio, vniuerſitate, & ab omnibus ſuperioribus mediatis & immediatis. & antea dictum fuerat de omnibus oneribus imponendis per quoſcunque ſuperiores mediatos & immediatos, & ſic bis ſit mentio de facto cuiuslibet ſuperioris. In quare conſidero quòd factum ſuperioris dicitur caſus fortuitus. l. Lucius. ff. de euictio. Barto. in l. exceptione, circa medium ff. de fideiuſſor. Bald. in l. falſus, colum. penult. C. de furtis, & in l. pignus. C. de pignorat. actio. Pau. de Caſt. in conſi. 220. Proponitur in facto ꝙ quidam, colum. ſecunda lib. j. Alexan. in conſ. 220. li. 2. Soc. in dicta l. quidam relegatus, in tertio not. ff. de reb. du. Et ſic uoluerunt Somanenſes ſibi cautum eſſe etiam in euentum caſus fortuiti quomodocunque & qualitercunque talis caſus accideret, qui etiam caſus fortuitus fuit expreſſus dum facta eſt mentio de bello ſeu armigeris, nam bellum dicitur caſus fortuitus. l. j. C. depo. doc. in c. primo de commoda. Calder. in conſi. quarto in titu. de loc. Quartò facta eſt mentio de caſibus fortuitis dum actum eſt pertinere tranſactionem ad non cogitata.

¶ Quintò loco venit caſus fortuitus in tranſactione propter tot & tanta uerba, quæ operari non poſſunt, niſi includantur caſus fortuiti. Bar. in d. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum, col. 2. verſi. quarta ipſe opin. ff. ſi quis cautio. Aret. in d. conſi. 504. Breuitas. col. 3. in ſi. uerſicu. vltimo hoc clarè patet. Curtius iunior in tracta. feu. in quarta parte. quæſtio. 22. Sexto loco ſatis ſit mentio de caſibus

bus fortuitis dũ dicitur de oneribus extraordinariis, ſuperindictis & ſubſidiis, quæ propriè imponuntur pro caſibus fortuitis & inſolitis. Infertur ꝙ cùm toties facta ſit mentio caſuum fortuitorum non ſine cauſa dicendum eſt voluiſſe partes caſus fortuitos totiens repetere cum nullum verbum etiam minimum cẽſeatur appoſitum ſine miniſterio alicuius operationis. gloſſ. in c. ſolitę, in verſi. tanquam, de maiori. & obe. Bald. in l. ne quicquã §. de plano, colum. fin. ff. de offi. procon. & lega. Immo ne quidem ſyllaba cenſeri debet appoſita ſine virtute alicuius operationi. glo. & Bald. in l. j. ff. quod metus cau. Dec. in conſi. 48. colum. 2. poſt medium & in conſil. 626. colum. 2. poſt med. Quorſum tamen repetitionem factam dicimus niſi ad oſtendendum præciſam mentem diſponentium ꝙ voluerunt omnes caſus includi, qui excogitati aut accidere poſſent ſub cœlo quantumuis inſolitiſſimi eſſent, alias non vna ſyllaba, non unũ verbum, immo plurima uerba & ſpecialia & uniuerſalia ſuperflua fierent ſine aliqua efficacia & operatione. Et pro his optimè facit quod multum in propoſito ſcribit Dec. in conſi. 27. colum. 2. vbi licèt aliquid nominatim aut indiuiduo exprimi debeat, tamen ubi ſunt uerba quæ nihil operarentur niſi trahantur ad illud, perinde eſt ac ſi nominatim & in ſpecie illud expreſſum eſſet. Quod procedit etiam in materia odioſa, puta exhæredationis, nam ſi pater exhęredat filium cum unicum tantum habeat, perinde eſt ac ſi nominatim filius exhæredatus eſſet cum in alio operari non poſſit exhęredatio. l. 2. ff. de liberis & poſthum.

¶ Et hic quæſo aduertatur ad uouum, ut uerba operentur multa includuntur in diſpoſitione, quę aliàs non venirent, ideo appellatione hæredis venit legatarius. Bald. in l. j. q. 34. ff. de rerum diui. & in c. j. in prin. colum. pen. de prohi. alie. feud. per Feder. Sequitur Deci. in d. conſi. 48. colum. 2. in fi. quanto fortius in caſu noſtro ut tot tantaque verba cum tanto miniſterio prolata operentur, dicemus venire caſus omnes utcũq; inſolitiſſimos, quos uerba ipſa uniuerſalia etiam abſque tanta repetitione de natura ipſorum ſunt apta comprehendere & de propria ſignificatione ut ſupra viſum eſt. ¶ Decimoquintò conſidero ꝙ hic nõ agitur de aliquo priuilegio aut ſimplici conceſſione immunitatis, ſed agitur de tranſactione facta ſuper dubio, quia ante trãſactionem latum erat laudum per ꝙ Somanenſes tenebantur in minori quantitate ꝗ promiſerint per tranſactionem, ideo per annos triginta ſolùm ſoluerant groſſos 48. in ſingulos annos, per tranſactionẽ autem ſoluunt ſcutos circa tres. & cum ante tranſactionem quærerent Ruddinenſes onera imponere Somanenſibus ipſi ſe opponebant & deducta erat res ad iudicium quæ ipſa omnia probantur ex lectura tranſactionis, ob id cum ſimus in tranſactione propria, & iurata, illa reſeruari debet, nõ ẽt reſcindi ẽt ea cauſa læſionis vltra dimidium, iuxta latè not. in l. ſi qui. cum alter. ff. de verb. obl. & licèt Moder. uelint eam reſcindi quando læſio ultra dimidiũ ualde eſſet exceſſiua, tamen talis læſio probata nõ eſt neq; probari poſſet, quia difficillimum eſſet probare dubiũ illũ litis euentũ iuxta ea quæ ſcripſi in conſil. 151. Immo læſio nullo modo uidetur conſiderabilis, etiam ſi eſſemus in ſimplici conuentione aut pacto non etiam tranſactione, quia talis conuentio hẽt ſe ad commodum & incõmodum, iuxta l. de fideicõmiſſo. C. de tranſac. ut deductũ eſt p D. meum Balbum. in qua re adducto pulcherrimũ dictũ Iacobi de Chiochis inter cõſilia Calca. in conſi. 66. ubi ſi tutor pupillæ grauatæ fideicõmiſſo de pecuniam ſubſtituto ut renunciet fideicõmiſſo, deinde contra hac pupillo matrimonium facta maior non poterit repetere a ſubſtitutio pecuniam datam per tutorem dicẽdo ſe læſam qa euaneſcebat ſubſtitutio ſuſceptis liberis, cum hoc dependeret a caſu & dubio euentum, nam præmori poterat ſine liberis. Sed magis in terminis noſtris adduco Soc. ponentẽ ſalcẽ ad radicẽ in conſi. 200. col. pen. in fi. verſi. & ad ſupradictorum confirmationem. lib. 2. ubi quando aliquid pendet a caſu & poteſt ſe habere ad commodum & incommodum, diſpoſitio generalis omnem caſum comprehendit, nec dici tunc poteſt non uenire illũ caſum quia ſi expreſſus fuiſſet uериſimiliter comprehenſus non fuiſſet aut conceſſio in caſum illum uериſimiliter facta nõ eſſet. quod Soc. dictũ non poſſet clarius accommodari ad quæſtionẽ noſtrã. ¶ Decimoſextò conſidero ꝙ iſta tranſactio uidetur fauorabilis facta non ſolum ad lites dirimendas, ſed etiam ad obuiandũ ſcãdalis ut partes in ea fatentur. ꝙ autẽ diſpoſitio facta ad
2 obuiandum ſcandalis dicatur fauorabilis, patet, quia ratione uitandi ſcãndali receditur a iure. c. quoniam, de iure pat. Et ſcandali uitandi ratione abſoluitur quis a iuramento licito. Oldr. in cõſi. 95. col. pe. in fi. per tex. in c. authoritate. 15. q. 6. quantò fortius obſeruari debet tranſactio aut iuramentum ut ſcandalis obuietur præſtitũ. l. patre furioſo. ff. de his qui ſũt ſui vel alie. iur. Et cũ talis tranſactio facta ad obuiandum ſcandalis, dicatur fauorabilis, latè debet interpretari, quia fauores ampliari, odia autem reſtringi debẽt. leg odia. lib. 6. cum ſim. Et ſi diſpoſitio odioſa latè dẽt intelligi quatenus verborum proprietas patitur ut ſupra oſtendimus, quantò fortius latè erit interpretanda tranſactio facta ad obuiandũ ſcandalis & pro bono pacis. Similiter dicatur tranſactio fauorabilis facta ad lites dirimendas, quas uiri boni execrantur. c. cõſtitutionẽ. §. ſtatutũ, de verb. ſig. lib. 6. Geminia. in conſi. 129. col. 2. ante med. vbi etiam ꝙ magnum commodum conſequitẽ qui a lite recedit. fauorabilis. n. dicitur diſpoſitio quæ principaliter fit in fauorẽ alicuius. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. l. qui exceptionẽ. ff. de condi. inde. ſed iſta tranſactio facta eſt in fauorẽ partiũ ut recederet a lite ut ceſſarent ſcandala, ergo &c. Ideo ſtatutum imponens finem inſtãtiæ dr̃ fauorabile, & latè interpretandũ. Abb. in conſi. 5. col. fi. in ſecundo dub. verſi. ẽt & 2. lib. 2. & generaliter omne ſtatutum factum odio litiũ, vt a litibus diſcedatur, dicitur fauorabile. Cor. in cõſi. 114. in fi. lib. 2. ar. l. fi. ff. familiæ erciſ. Ex alio dicitur fauorabilis iſta tranſactio, quia poteſt ſe habere ad commodum & incommodũ trãſigentium, & ſic in ea ſeruatur æqualitas. ita fauorem diſpoſitionis conſiderat Dec. in c. eccleſia S. Mariæ. col. 12. ver. tertia concluſio, de cõſti. Itaq; cũ dicatur fauorabilis ex tam multiplici capite, latè vr̃ intelligenda: immo in fauorabilibus fit extenſio ad caſum ẽt impropriũ, ẽt in ſtatutis, ideo ſtatutum cogens cognatos ad cõpromittendũ quia dicitur fauorabile factum odio dirimendarum litium, cõprehendit etiam agnatos improprię. Bald. in l. qui ſe patris. col. fi. vbi alii ſcriben. C. vnde liber. Iaſ. in conſi. 76. col. 2. lib. 3. quanto fortius ſine aliqua extenſione intelligi debet tranſactio iſta adeo fauorabilis vt comprehendat caſus, qui neceſſario intelliguntur de proprietate uerborum per ſupradicta. ¶ Decimoſeptimò cõſidero ꝙ in iſta tranſactione & eius prę ludijs narratur cauſa finalis tranſigendi, ideſt pro perpetuo bono, utili & cõmodo totius reipublicæ, & ꝙ remoueatur occaſio ſtandi quotidie in litigiis, expenſis & fatigationibus. & ꝙ eſt incommodum euidentiſſimũ ipſi communitati Ruddini ita manere in litigiis, & ꝙ mediante illa ſumma conuenta redditus & intrata Ruddini augetur ſingulo anno in bona ſumma. & in ueritate nouiſſimè mihi narratum fuit ꝙ ceſſantibus oneribus militaribus contributio annua Somanenſium aſcendit ad tertiam partem omnium onerum Ruddinenſium. hoc ita pręſuppoſito duo conſidero. Primum, ꝙ iſta tranſactio facta eſt ob utilitatem publicam totius reipublicæ Ruddinenſis, ergo dicitur fauorabilis & late interpretanda. l. huc, in fi. ff. de condi. & demon. l. 2. §. exercitum, vbi Bar. ff. de inſam. l. ita vulneratus, in fin. ff. ad lega. aquil. l. quemadmodum, ubi Bar. C. de agricolis & cẽſitis lib. 2. ¶ Secundum quod conſidero eſt, quia læſio in tali tranſactione allegari non poteſt cum redditus annuus fuerit auctus in bona ſumma ut ipſi Ruddinenſes teſtantur, quorum cõfeſſioni ſtãdum eſt l. generaliter. C. de non nume. pecunia. capitu. per tuas, de probatio. cum ſimilibus. Ideo dicendum videtur cum Bald. in conſilio 343. Examinanda ſunt, colum. j. lib. j. quòd optima pactorum interpres eſt utilitas & cauſa finalis contrahentium, ob id cum cauſa finalis tranſigendi fuerit utilitas tam pecuniaria aucto redditu quàm receſſus a lite, tranſactio quæ ampliari aut extendi debet, nullo modo reſtringenda uidetur contra vim & proprietatem uerborum & contra mentem contrahentium quæ talis fuit ut ne amplius ad iudicium ueniri oporteret. ¶ Decimooctauo deſiderium Ruddinenſium videtur contra ius naturale, nam ceſſante bello præſtatio annua Somanenſium commodo eſt Ruddinenſibus pro modo prædiorum Somanẽſium, quę modicæ dicũtur æſtimationis prout in facto probabitur. in tantum ꝙ magis compẽdium accipiunt Ruddinenſes ex annuo illo cenſu quam ſi tales incertas ſoluerent Somanenſes. itaque vellent Ruddinenſes commodum illius præſtationis annuæ, plane caſu aduerſo cedente quo taleæ excedant annuam ipſam collationem, incommodum illud uollent ſubterfugere contra ius naturale. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. l. vnica. §. pro ſecunda. C. de cadu. tol. cum ſimilibus. ¶ Decimonono de una & eadem re diuerſo iure cenſeri non debet. l. cum qui ædes. ff. de vſucap. l. ſi ſine. ff. de condi. & demonſtratio. l. in quartam. §. j. ff. ad legẽ falci. cap. cum tua, de decimis. clemen. j. de elect. ca. cognouimus. 22. quæſ. 2. ideo tranſactio iſta non debet pro parte temporis eſ-

ſe valida & pro parte non qđ etiã partes expreſſe declarauerũt, dum voluerunt perpetuo tempore eam obſeruari, ſed perpetuo non obſeruabitur ſi per tẽpus belli eius obſeruantia interrupta ſit. ¶ Vigeſimò admitti non debet interpretatio Ruddinenſium per quam Somanenſes remanerent decepti & in damno. l. ſi idẽ cum eodem. ver. ne in poteſtate. ff. de iuriſd. omn. iud l. 3. §. j. ff. de arb. cum ſimil. vt per Pau. de Caſt. in conſi. 205. Ego Paulus, in fin. in conſil. 285. Viſis & ponderatis. & in conſil. 317. Viſo & examinato. col. pen. poſt med. lib. j. Sed hoc modo ſi teneantur Somanenſes ad iſta onera militaria, ipſi remanebant decepti & in damno, quia ſi de hoc dictum fuiſſet, ipſi nõ tranſegiſſent ad eum modum nec ſe veriſimiliter obligaſſet ad annuam illã præſtationem. quod apparet, quia ea tot tantisque verbis vniuerſalibus ampliſſimis & prægnantibus ac aliis ſpecialibus & taxatiuis. apparet de præciſa & enixiſſima eorum voluntate ꝙ teneri noluerunt ad alia onera. ¶ Vigeſimo primò, vbi in tranſactione dubium aliquod conſiderari poſſet, licèt ipſa clariſſima & ſplẽdidiſſima ſit, tale dubium videtur ſublatũ ex obſeruantia ſubſecuta, nam alias caſus armigerorũ non ſemel acciderunt nec minus inſoliti, nam ſine bello milites Cæſari patriam Pedemontanam totam implebant vitam agendo ad arbitrium ſumptibus alienis non extra depopulationem & direptionem plurium locorum, quod ipſum nemo cogitaſſet cum princeps patriæ neque patria ipſa quicquam admiſiſſet cur ad eum modũ tractãda eſſet. Tum ẽt ob coniunctionẽ ſanguinis & affinitatis inter ipſos ſuperiores immo adeo & inter fratres Marchiones bellum aſperum gerebatur nec grauati vnquã fuerunt Somanenſes per Ruddinos de talibus oneribus. Talis itaque ſecuta obſeruantia declarat ꝙ ideo Somani grauati non ſunt per tranſactionem grauari non poterant l. minimè, & l. ſi de interpretatione. ff. de legibus. c. cũ dilectus, de conſue. Intellectus. n. ſumi debet quẽ effectus & rerũ exitus verũ eſſe demõſtrat. Iaſ. in conſi. 128. col. pe. in prin. lib. j. Ad idem tex. in c. cum ueniſſent, de inſtitu. vbi ꝙ conceſſio præſumitur realis, quia pro reali fuit obſeruata. Similiter in venditione caſtri an veniat iuriſdictio inſpicitur quid poſtea fuerit obſeruatum quia ſi emptor vſus fuerit iuriſdictione, præſumitur ꝙ ab initio talis fuerit intentio contrahẽtium ꝙ veniret, quia poſterius factum declarat prius actum. ita Bald. in conſi. 245. Villa lib. 3. Similiter ſi apparet locatio ſine penſione, præſumitur in dubio facta ſub ea penſione quæ poſtea ſoluta ſit quia talis præſumitur cauſa, qualis per effectum ſolutionis demonſtratur. Bal. in l. ſi certis annis, col. 3. ver. aut non conſtat de origine cauſæ. C. de pactis. quod Bal. dictum ſequitur Alex. in conſi. 107. col. 1. lib. j. Amplius dico ꝙ licèt talis obſeruantia non eſſet bona, ſed contra verum intellectũ, tranſactionis, prout tamen non eſt adhuc ex tali obſeruantia intelligi deberet ipſa tranſactio. Soci. in conſi. 145. col. 2. lib. j. per tex. in d. c. cum dilectus, de conſuetu. Nec dicatur in tali obſeruantia ꝙ requiritur ita fuiſſe obſeruatũ tempore longiſſimo ſufficienti ad præſcriptionem, quia tale tẽpus non requiritur in obſeruantia declaratiua aut interpretatiua actus præcedentis. Pau. de Caſt. in conſi. 347. quia circa donationem. col. fi. lib. j. Are. in conſi. 11. col. 3. uerſ. ſed tñ ea ſuperabundanti. Soc. in conſi. 111. co. fi. verſicu. Sed certè poſſumus dicere. lib. j. Cor. in conſi. 188. col. fi. lib. 4. Dec. in c. cum M. colum. 2. poſt med. verſicu. & ex ſupradictis infertur. de conſti. in conſilio 48. col. 2. in conſi. 156. circa fi. in conſi. 441. colum. penul. circa fi. itaque ſufficit aliquo tempore vtcunque breui ita fuiſſe obſeruatum. ¶ Infertur ex præmiſſis cauſam Somanorum abundè iuſtificatam eſſe contra Ruddinos. Et ex præmiſſis etiam diſſoluta apparent argumenta ſupra in contrarium adducta in fauorem Ruddinorum. Sed enim quo clarior fiat ſpecialius reſpondeo ad argumenta. Et ad primũ ꝙ renunciatio caſuum fortuitorum non trahitur ad caſus inſolitos, reſpondeo multis modis. Primò ꝙ iſtud non uidetur ſine dubio, quia contra Barto. in d. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cautio. tenent ibi Bald. Fulgo. Pau. de Caſt. Ro. & Alex. Sali. in l. licèt, in vltima. q. C. loca. Imo. in c. j. extra commodati. Alex. in l. precia rerum, in fi. ff. ad legem falci. & in conſi. 97. in fi. lib. 3. Dec. in conſi. 7. col. fi. verſicu. 4. illa opi. Et licèt Iaſ. in d. §. quæſitum. colum. 8. ſequatur opi. Bartol. tamen idem Iaſ. in conſi. 107. colum. 3. lib. j. tenet contra Bart. ꝙ immo ſuſcipiens in ſe caſum fortuitum tenetur etiam de inſolito. Et hanc dicit communem opin. Ex quibus vides in hac materia quanta inconſtantia laborauerint docto. antiqui & moderni inſtar arundinis vento pecuniæ agitatæ. mutant enim hoc docto. opinionem conſulendo auiditate æris quandoque potiuſquam rationum efficatia adducti. ¶ Sed non diſputando pro nũc de veritate iſtius dicti Barto. quia ſatis ſua mole grauatur conſilium, quod ipſum in volumen exiret, dico quod dictum Bartol. non procedit in caſu noſtro. nam ſecundũ Iaſ. in d. §. quæſitum, col. 7. dictum Barto. probatur per tex. in d. l. fiſtula. §. frumento. ff. de contra. hen. emp. arguendo a ſpeciali. nã ibi venit caſus fortuitus inſolitus propter ſubiectam materiam quia alias verba ꝓmiſſionis nihil operarẽtur, niſi intelligatur de caſu fortuito inſolito: ergo uolunt Bar. & ſequaces ꝙ vbi verba poſſunt operari, non veniant caſus inſolitus. Sed tunc ego retorqueo opi. Bar. & ſequacium contra partẽ, quia in caſu noſtro infinita penè verba prægnantia vniuerſalia & particularia ac ſpecialia ſtabunt ſuperflua niſi includantur caſus omnes vtcunque inſolitiſſimi ut ſupra latiſſimè viſum eſt. ¶ Tertiò reſpõdeo ꝙ Ruddini in iſta trãſactione ſuſceperunt in ſe omnia alia onera caſuum fortuitorũ quos caſus fortuitos ſæpius expreſſerunt vt ſupra conſideraui in decimoquarto fundamento: ideo ut tanta repetitio caſuum fortuitorum aliquid operetur, intelligi debet tranſactio de omnibus caſibus fortuitis vtcunque inſolitiſſimis, nam per ſimplicem ſuſceptionem caſuum fortuitorum veniũt omnes caſus fortuiti. l. quæ fortuitis, in fi. C. de pig. actu. Barto. in d. §. quæſitum, colum. 5. poſt med. & ibi Iaſ. col. 7. Cor. in conſi. 128. colum. 3. circa med. lib. 2. Itaque ut tanta repetitio caſuum fortuitorum aliquid operetur neceſſe eſt dicere intelligi debere tranſactionem etiam de caſibus omnino inſolitis. Quod ipſum ſine dubio uidetur procedere ſtante ſpeciali expreſſione caſuum fortuitorum totiens reiterata & aliis expreſſionibus vniuerſalibus, quæ ſpecialibus æquipolent vt ſupra oſtendimus. ¶ Quartò reſpondeo ꝙ omnis caſus fortuitus dr̃ inſolutus. Cor. in d. conſi. 23. col. penul. in fi. lib. 2. & in d. conſi. 12. colum. 2. poſt med. lib. 4. itaque cũ de caſibus fortuitis totiens dictũ fuerit, neceſſariò uidetur intelligendum etiam de inſolitiſſimis. ¶ Quintò reſpondeo ꝙ dictũ Barto. non uidetur procedere in caſu noſtro in quo dictum fuit etiam de caſibus non cogitatis. Et hic pondero ꝙ ad caſus non cogitatos trahebatur tranſactio propter uerba uniuerſalia, & prægnantia. d. l. tres fratres. ff. de pac. & dicta l. ſub prætextu ſpecierum. C. de tranſ. & ſupra abunde dictum eſt, ergo cum in ſpecie dictum ſit etiam de caſibus non cogitatis, neceſſario oportet intelligere de caſibus omnino inſolitis & non cogitatis in genere nec in ſpecie, alias illa expreſſio caſuum non cogitatorum cum magno miniſterio appoſita, de nihilo operabitur. ¶ Sextò reſpondeo ꝙ dictum Barto. in dicto §. quæſitum, & in dicta l. Seio. §. j. ff. de annuis lega. non procedit in verbis vniuerſalibus negatiuis quæ fortius negant quàm affirmatiua affirment, vt ſupra dixi allegando in terminis Pau. de Caſt. in dicto conſi. 170. colu. fi. lib. 1. Et ſic aliud eſt ſuſcipere in ſe omnes caſus, aliud nolle teneri pro aliquibus caſibus. ¶ Septimò pro reſponſione repeti poſſunt omnia fundamenta ſupra facta in fauorem Somanorũ, ad quæ me remitto. ¶ Non obſtat dictum Cor. in dicto conſilio 53. libro ſecundo. & in dicto conſilio 15. lib. quarto. quòd ſuſcipiens in ſe caſus non præuiſos non uidetur teneri de caſibus inſolitis ſuperlatiuo gradu. quia Cor. non loquitur quando quis ſuſciperet in ſe omnes caſus fortuitos vniuerſaliter ſed indiffinite. & longa eſt differentia inter indiffinitam & uniuerſalem, cum indiffinita non ſemper æquipolleat vniuerſali ut ſupra dictum eſt, & ſi Corn. idem uellet in uerbis uniuerſalibus, male loqueretur & contrariaretur dictis per eum in pluribus locis ubi ſequẽdo communia uoluit quòd uerba uniuerſalia trahantur etiam ad non cogitata.

¶ Secundò non poteſt procedere dictum Cor. in caſu noſtro in quo caſu incogitati iam erant incluſi ſub tot uerbis tam prægnantibus & præciſis ut ſupra dictum eſt, ideo illa expreſſio caſuum non cogitatorum neceſſario referenda eſt ad caſus omnino inſolitos, alias de nihilo ſeruiret aut nihil operaretur. Et pro hoc quod ſcribit Bartol. quem doc. ſequuntur in dicto. §. quæſitum, colum. ſecunda in fi. ubi licet appellatione periculi non ueniat caſus fortuitus, tamen ſi ſuſceptio alias nihil operaretur quia ſuſcipiens teneretur de culpa leuiſſima uel quia periculum ante contractum ad eum pertineret, tunc ueoit caſus fortuitus.

¶ Tertiò Cor. dicit ꝙ expreſſio caſuum non præuiſorum aut non cogitatum, non trahitur ad caſus non præmiſſos in ſuperlatiuo gradu in genere nec in ſpecie a uiro etiam diligentiſſimo, ſed iſtud non poteſt procedere ubi ſunt uerba uniuerſalia etiam ſimplicia, quę omnia comprehendunt utcunque maxima, ut ſupra ꝓbatum eſt, multo fortius hic ubi ſũt uerba uniuerſalia ſępiſſime

me repetita. ¶Quartò ꝙ dictum Cor. non poſſit procedere vbi ſunt verba vniuerſalia, probatur. nam in obligatione bonorum generali non ueniunt ea quæ quis in ſpecie obligaturus nó eſſet. l. obligatione generali. ff. de pign. Et tamen iſtud non procedit in obligatione bonorum per verba vniuerſalia, quia túc oia veniunt. Dec. in l. omnia. in prin. ff. ſi cer. pet. in c. ſedes. col. 5. circa med. de reſcr. & in conſi. 389. col. fi. circa med. Cor. in conſi. 128. col. pe. poſt med. verſi. nec ob. ꝙ non veniunt lib. 3. vbi Cor. alleg. no. per Bart. in l. ſi pluribus. poſt med. ff. de leg. 2. Et ſic ubi verba ſunt ampla & prægnantia non attenditur veriſimilitudo an in ſpecie vel in genere de aliquo fuerit cogitatum. nam veriſimilitudo conſideratur in re dubia, ſed vbi verba ſunt vniuerſalia omnia comprehendentia, res dicitur clara ꝙ omnia veniút, ideo in claris ceſſant coniecturæ. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. c. is qui fidem, de ſponſ. cum ſimilibus.

¶Quintò reſpondeo ꝙ iſtud argumentum ꝙ non dicatur cogitatum in genere nec in ſpecie de iſtis caſibus; nunc occurrentibus non procedit in tranſactione de qua agitur dependente a dubio euentu fortunæ & quæ pertinere poteſt ad commodum Ruddinorum ſicut & ad incommodum ut ſupra oſtendimus allegando in terminis Soc. in conſi. 200. pen. in fin. lib. 2. nam ante bellum códitio Ruddinorum ſine dubio melior erat per iſtam tranſactionem. & licèt inſanierit bellum aliquo tempore & núc per indicias onera videantur grauiſſima, tamen aduerſitas belli perpetua eſſe non poteſt, teſtante Propheta Pſal. 67. Diſſipa gétes quæ bella uolunt. & Pſal. 54. Et non dabit in æternum fluctuationé iuſto. & Pſal. 109. De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. & Pſal. 33. Iſte pauper clamauit & dominus exaudiuit eum & ex omnibus tribulationibus eius ſaluabit eú. Ideo tráſacto bello fiet compenſatio, quæ etiam compenſatio fieri debet habito reſpectu ad commoda percepta ex tráſactione ante bellum. ſicut dicitur de conductore petente remiſſioné penſionis ꝙ debet compenſare vbertatem vnius anni cum ſterilitate alterius anni vt habetur in c. ſi propter. extra locati.

¶Sextò reſpondeo ꝙ cú facta fuerit mentio de ſuperindicto, & ſubſidiis, ſatis dicitur facta métio de oneribus inſolitiſſimis, quia ſuperindictum & ſubſidium conſideratur in caſu extremæ neceſſitatis quando aliter ſuccurri non poteſt ut ſupra oſtendimus. Subſidium enim importat idem ꝙ vltimum & extremum auxilium. l. properandum. §. ſi. cum gl. C. de iud. vbi ꝙ minor nó reſtituitur aduerſus lapſum inſtantiæ niſi in ſubſidium quando tutor vel curator cuius culpa periit, ſoluendo non eſt. Similiter ex dolo tertii actus annullatur in ſubſidium. i. quando tertius ſoluendo non eſt, iuxta no. in l. eleganter. in princip. ff. de dolo. Pau. de Caſt. in conſi. 385. Siue dicamus. col. 2. lib. 1. Similiter in ſubſidium inhabiles admittuntur in defectú habilium. l. eos. ff. de decurio. l. vt gradatim. ff. de muner. & honor. Ex infinita id genus ſimilia referre poſſem. Ex quibus apparet ꝙ uerbum ſubſidiú refertur ad ultimam & extremam neceſſitatem quádo aliter ſuccurri non poteſt, & ſic voluerunt Somani ipſis ſibi cautum & ꝓuiſum eſſe in caſum ſubſidij & extremæ neceſſitatis Ruddinorum, ergo cogitatum fuit non ſolú in genere, ſed etiam in ſpecie de caſu inſolitiſſimo in quo neceſſitas extrema incumberet.

¶Septimò nego ꝙ caſus belli de quo agitur, dicatur inſolitiſſimus cú belli flagellatum ſit ſolitum ad vindictá populum, quia propter peccata ueniunt aduerſa. vt Pſal. 380. Propter iniquitatē corripuiſti hominem & Pſal. 118. Priuſquá humiliarer, ergo deliqui. & de belli flagello plena ſunt dicta Prophetę, vt pſal. 45. Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna. & pſal. 2. Quare fremuerunt gentes. pſal. 59. Commouiſti terram & conturbaſti eam. pſal. 79. Poſuiſti nos in contradictionem vicinis noſtra. pſal. 82. Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt. & pſal. 106. Effuſa eſt contentio ſuper principes. & alibi ſæpe.

¶Iam bellum iſtud prædictum fuerat per contionatores, & alios reſpicientes ad ſcelera hominum, nec eſt nouum quod ſæuiat bellum inter coniunctos, iuxta illud, Fratrú quoque gratia rara eſt. ideo & de bello in ſpecie expreſſum eſt in tranſactione. & dum ſubiicitur de caſibus non cogitatis, neceſſario intelligéda ſunt verba etiam de bello, nullo modo cogitato & omnino inſolito. nam primò ſunt verba vniuerſalia toties repetita quæ ſemel emiſſa trahútur ad incogitata & ignorata. deinde exprimitur in ſpecie de armigeris & caualcatis, poſtea fit mentio de caſibus incogitatis & amplius ſunt verba illa de ſuperindicto, & ſubſidijs ſignificantia caſum extremæ neceſſitatis. Denique ſunt verba taxatiua & adhuc alia vniuerſalia repetita, quæ omnia ſatis eſſent ad includendum caſum deſolationis aut totalis ruinæ loci Ruddini. ¶Ideo velle reſtringere verba tranſactionis vt ne includant caſum de quo agitur, non aliud videtur quàm & verbis & menti contrahentium vim non modo priuatam, ſed & publicam facere. ¶Octauò dico ꝙ illa diſtinctio Corn. inter caſus non præuiſos in ſuperlatiuo gradu aut aliis gradibus inferioribus, uidetur ſolitaria deſcendens a capite ſuo & contra dictum Angel. in d. l. qui iure militari. ff. de teſtam. milit. vbi quando dicitur in quitatione quod trahatur etiam ad non cogitata, fit debitor ſecurus perpetuò. ſequitur Alex. in dicto conſil. 42. colum. 4. in fi. lib. 1. nec diſtinguunt doc. prout Cor. facit. Immo doc. noſtrorum multi volunt quod vbi fit mentio de caſibus fortuitis ſimpliciter, ueniunt etiam inſoliti. vbi autem fit mentio de inſolitis aut non cogitatis, res videtur ſine dubio. & vbi opinio Cor. poſſet procedere, illud eſſet quádo ſimpliciter diceretur de caſibus non præuiſis, ſecus in caſu noſtro concurrentibus tot & tantis verbis vniuerſalibus & ſpecialibus etiam taxatiuis, & præciſis quæ alias non operarentur. ¶ Non obſt. vltimum argumentum ꝙ priuilegium perditur propter detrimentum enorme ſuperueniens d. c. ſuggeſtum. de decimis, quia diuerſa eſt ratio priuilegii & tranſactionis. nam princeps poteſt reuocare priuilegium de plenitudine poteſtatis ſine cauſa. glo. in capitu. decet. de reg. iuris lib. 6. Bald. in conſi. 439. Amplius colum. tertia circa medium. lib. 3. & in conſilio 300. Ad euidentiam præmitto. colum. 5. lib. 5. Angel. in l. Antiochenſium. ff. de priuileg. credit. cum ſimilibus ſecus in contractu, capitu. 3. vbi latè ſcriben. de proba. ideo contractus ab initio legitimè factus ex caſu ſuperuenienti irritari non debet. l. gaudentius. C. de contra. emptio. l. nec. n. ff. de iti. actuque priua. l. ſancimus. C. de admi. tu. Hinc vidimus quod in contractibus non fit reſciſio ex læſione ſuperuenienti, ſed oportet eſſe læſionem de tempore ipſius contractus. l. ſi voluntate, in fi. C. de reſcinden. vendi. Barto. & doc. in l. ſecunda. C. eod. titu. quod procedit etiam in eccleſia. cap. ad aures. vbi gloſſ. fin. de rebus eccleſia. non alie. Calder. in conſilio 5. in titulo de rerum permuta. cum ſimilibus. ¶ Non obſtant not. per Moder. in l. quominus, quæſtione 22. ff. de flumi. quia loquuntur doctores in terminis longè diuerſis & diuerſam rationem habentib. videlicet quando fit promiſſio ex cauſa lucratiua. Si enim fiat ex cauſa oneroſa, volunt doc. promiſſorem teneri etiam familia valde aucta. Ancbar. & doc. in d. capitulo quarto. de cenſibus cum ſimilibus vt per Iaſ. in d. l. quominus, quæſtione 25. & in l. fin. colum. 5. C. de uerborum ſignifi. & ſic retorquetur argumentum quia hic agitur de cauſa oneroſa. ¶Secundò retorqueo argumétum quia illa deciſio non procedit quando fit promiſſio verbis vniuerſalibus, puta ſi quis promittit molere aut coquere alicui & pro omnibus eius liberis, quia tunc tenetur pro aucta familia licèt promittens remaneat valde læſus. ita Cæpola in trac. de ſeruit. præd. capitu. 1. quæſtione 5. ſequitur Iacobinus in tracta. de feudis in verbo & cum molendinis quæſtione vlti. Et nouiſſimè Boerius in deciſ. Burdegalenſibus quæſtione 553. col. 7. vbi fortius voluit Boer. idem eſſe ſi indeterminatè fiat promiſſio, quia illa æquippollet vniuerſali, ſed non placet in hoc dictum Boerij quia non ſemper indefinita ęquipollet vniuerſali. vbi autem fit promiſſio uniuerſaliter docto. conueniunt quia uerba ſunt clara, & imputandum eſt promiſſori cur ita vniuerſaliter ſe obligauerit; & tunc procedit conſilium Bald. in l. pactum quod dotali, quæſtio 16. C. de colla. quod cauere debent contrahentes ab effuſo ſermone quia in promptum incidunt periculum, per tex. in l. fin. C. de dotis promiſ. Et idem admonet Bald. in cóſi. 66. Verba inſtitutionis, colum. ſecunda poſt med. lib. 1. Et pondero ꝙ doct. in prædicta quęſtio. loquuntur in verbis vniuerſalibus ſemel tantú emiſſis, quid hic dicemus in caſu noſtro vbi ſunt verba vniuerſalia & prægnantia tam ſæpe repetita & præciſa, vbi ſunt verba plura ſpecialia idem in ſpecie & ſingulariter ſignificantia? vbi etiam ſunt uerba limitatiua & taxatiua, quæ ipſa omnia nó magis reſtrictionem aut limitationem aliquam pati poſſunt atque ſi corpus humanum partiri uelis? Et ubi in hac quæſtio. non haberemus aliam deciſ. quam illam docto. in dicto cap. 4. de cenſibus cum declaratione Cępollæ. in dicto trac. de ſeruit. tit. de ſeruit. urba. præd. c. 5n. quęſtio. 5. quam doc. ſequuntur res ipſa clariſſima uidetur.

¶Plura alia ſcriptis commendare poſſem, ſed nimium ſuffarcinatum eſt onus, nec tantum me ſcripturum exiſtimabam, uoce ſupplebimus ſi opus fuerit. Claudite iam riuos pueri ſat prata biberunt. Saul. 24. Decembris 1546.

SVMMARIVM.

1 *Omnes gradus ſubſtitutionum ſunt fideicommiſſarij.*
2 *Teſtamentum dicitur nullum prætermiſſo filio.*
3 *Onus taltarum pendente conditione fideicommiſſi pertinet ad hæredem grauatum percipientem fructus.*
4 *Hæredes grauati alienata bona fideicommiſſi precium earum venit in reſtitutionem.*

CONSILIVM CCXCV.

¶Conſilium deciſiuum inter hæredes grauatos & ſubſtitutos loci Scarnafixij.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Requiſitus de conſilio deciſiuo in cauſa ſubſtitutorum per Laurentium Carignani de Scarnafixio & hæredes grauatorum reſpondeo ad ſingula dubia propoſita prout infra. ¶Primũ dubium eſt, quia teſtator inſtituit duos filios Simondum & Manuelem quos inuicem ſubſtituit. & ipſis ambobus decedẽtibus ſubſtituit Agneſinam eius vxorem matrem ipſorum hæredum & eidem Agneſinæ decedenti ſubſtituit in dimidia parte filios maſculos naſcituros ex filiabus ipſius teſtatoris, in alia vero dimidia ſubſtituit proximiores de linea maſculina ipſius teſtatoris. Defecit ſecundus gradus ſubſtitutionis quia Agneſina mater prædeceſſit filijs. Quæritur, an ſit locus ſequenti gradui ſubſti-
1 tutionis? Breuiter non diſputando † quia omnes gradus ſubſtitutionũ ſunt fideicommiſſarii, dico eſſe locum vltimo gradui licèt ſecundus defecerit, conſequenter ꝙ admitti debent filii maſculi filiarum & proximiores de linea maſculina teſtatoris. Iſta eſt doctri. Bar. communiter approbata in l. quandiu, vltima in fi. ff. de acquir. hęredi. Tradit Pau. de Caſtr. in conſi. 52. Præſens dubium, col. j. in fi. lib. j. & in cõſi. 422. Videtur quod filij. colum. 2. lib. 2. Socin. in conſi. 52. col. fin. lib. j. & idem Soci. inter cõſi. Cor. in conſi, 298. lib. 3. & ibidem Cacialupus in ſubſcriptione ad illud conſi. Idem tenet Dec. in conſi. 238. in primo dubio. in conſi. 318. colum. 2. poſt medium, & in conſi. 427.
2 ¶ † Secundum dubium eſt, quia Laurentius Carignani in ſuo teſtamento præterinit Guilielminam filiam, an teſtamentũ dicatur nullum, & an ſuſtineatur per clauſulam codicillarem? Breuiter licèt tale teſtamentum dicatur nullũ, tamen Guilielmina pp clauſulam codicillarem tenetur reſtituere eius partem hæreditatis hæredibus ſcriptis in teſtamento. Barto. in l. j. quæſt. quinta, ſeptima, vndecima, & duodecima. ff. de iure codic. & in l. ex ea. §. ex his verbis, per illum textum. ff. de teſtamen. Alexan. in cõſi. 9. colum. penul. lib. j. Deci. in l. poſthumo. col. 7. poſt med. C. de bono poſſeſ. contra tab. & alibi ſæpe doct. ¶Tertium dubiũ eſt, quantum poſſit detrahere iſta Guilielmina grauata virtute clauſulæ codicillaris? Breuiter, licèt viderim reſponſum vnius doc. non obſcuri ꝙ potuit detrahere legitimã & trebellianicam, veritas eſt ꝙ legitimam tantùm poteſt detrahere cum grauamen ſit purum: ita Barto. in l. Papinianus. §. meminiſſe. in fi. ff. de inof fi. teſta. in conſi. 6. Viſo teſtamento dominæ Ciæ. in fi. in conſilio 12. Si quis inſtituitur. in fi. in conſi. 20. in fi. & in conſi. 44. Super prædictis, in primo dubio. Bald. in l. filium quem, col. 10. & ibi Iaſ. col. 5. C. famil. erciſ. in conſi. 36. Proponitur quod dominus Antonius, in fi. & in conſi. 431. glo. lib. 3. Alex. in conſi. 17. circa fin. lib. 3. & in conſi. 50. in 2. dubio. lib. 6. & alibi ſæpe doc. ¶Quartum dubiũ eſt, an in reſtitutione fideicommiſſi veniat quod Simondus cohæres grauatus habuit ex ſubſtitutione fideicommiſſaria facta Emanueli? Breuiter puto ꝙ ſic, ex quo Simondus primò fuit ſubſtitutus fratri, & deinde grauatus. Barto. & doc. in l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad trebellia. cum ſimi. vt per Decium in conſi. 81. in tertio dubio. & ſic dimidia pars Emanuelis habita a patre ſpectat ad eius hæredes, altera dimidia debetur ſubſtitutis. & idẽ in parte Simoni habita a patre. ¶Quintum dubium oritur circa alienata per Simondum grauatum pro ſolutione talcarũ & alimentis Emanuelis eius fratris. Breuiter puto ꝙ alienata imputantur in legitimam & trebellianicam vt habetur in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad trebel. & in auth. res quæ. C.
3 cõm. de leg. † & onus talcarũ pendente conditione fideicommiſſi videtur pertinere ad hæredẽ grauatũ percipientem fructus. l. apud Iulianum. §. hæres. ff. de leg. Similiter videmus ꝙ onus legati ſpectat ad hæredem grauatum pro tẽpore quo hæreditas fuit apud eũ, quia ſolui debet de fructibus. Pau. de Caſt. in conſi. 16. Viſo dicto puncto. col. 2. in fi. in 3. dubio. lib. 2. per tex. in l. liberto. §. j. ff. de omiſ. lega. iuncta l. apud Iulianum. §. hær. ff. de leg. j. idem tenet Iaſ. in conſi. 95. col. 2. lib. j. ¶Sextum dubiũ, quia Laurentius teſtator promiſerat dotes Bernardinę, & Meniæ ſeu Dominicæ eius filiarũ & illas aſſecurauerat, quas ipſas dotes ſoluerunt hæredes grauati ſeu eorum tutores ac dicta Agneſina mater in tot bonis acquiſitia mortuo Laurentio. an talia ſoluta detrahi poſſint per hæredes grauatos? Breuiter, licèt plurima dici poſſent, veritas videtur ꝙ ſolutio iſtarum dotium aſſecuratarũ ꝑ teſtatorem pertinent ad ſubſtitutos, & ſi hæredes grauati ſoluerunt, ante reſtitutionem fideicõmiſſi poſſint talia ſoluta detrahere: immo ſi ſoluiſſent non facta detractione poſſent repetere actionem negotiorum geſtorum, nec tenetur hæres cõpenſare talia ſoluta cum fructibus. Alex. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad trebellia. & in l. deducta. §. qui poſt. cod. ti. Pau. de Caſt. in conſi. 19. Vltra ea. in quarto dubio. & in conſi. 185. Dubiũ facit. col. 2. circa prin. lib. 2. Calca. in conſi. 37. col. 4. ¶Septimũ dubium ponitur, an acquiſita poſt mortem Laurentij teſtatoris per hęredes grauatos aut eorũ matrem veniant reſtituenda ſubſtitu-
4 to. Breuiter † reſpondeo ꝙ ſi hæredes grauati aut mater alienaſſent bona hæreditaria ſubiecta fideicommiſſo & ex precio eorum alia bona acquiſiuiſſent, talia acquiſita venirent in reſtitutionem fideicommiſſi tanquam ſubrogata in locum bonorum fideicõmiſſi. l. imperator. §. fin. cũ duabus ll. ſequen. ff. de lega. 2. Iaſ. in conſi. 231. colum. 5. lib. 2. ſi verò acquiſita eſſent bona ex fructibus bonorum hæreditariorum perceptis poſt mortem teſtatoris, talia acquiſita non pertinent ad ſubſtitutos, ſed ad hæredes grauatos, quia in fideicommiſſo ſolum veniunt acquiſita ex teſtamento non aliunde. l. hæredi. §. cum filiæ. ff. de uulga. l. poſtulante. circa fin. l. debitor. §. fi. ff. ad trebellia. & ſicut lucratur hæres fructus perceptos mortuo teſtatore pendente conditione fideicommiſſi. l. in fideicõmiſſario. ff. ad trebel. pariter acquiſita ex talibus fructibus cedere debent lucro hæredis, quia aliàs non eſſet verum dicere lucrari hæredem tales fructus & in terminis acquiſitorum ꝙ non veniant in fideicommiſſo, tradit Cor. in cõſi. 180. col. 8. in nono dubio lib. 4. Immo amplius non tenetur hæres grauatus reſtituere quod acquirit tanquam hęres & occaſione hæreditatis modo illud non eſſet hæreditariũ. putà ſi quid legatur tertio ſi decem hæredi dederit, non enim tenetur hæres reſtituere illa decem fideicommiſſario. l. qui hæredi. §. cũ hęreditas. ff. de conditio. & demonſtrat. & ſi ſeruus hęreditarius q̃d acquirit poſt aditam hæreditatem, ut quia inſtituatur hæres ab extraneo, illud non debetur fideicõmiſſario. l. ita tamen. §. j. ff. ad trebellia. & multò magis promiſſa procedunt in acquiſitis aliunde q̃ ex fructibus putà ex operis & laboribus acquirentium vt in puncto narratur. ¶Octauum dubium proponitur circa æs alienum hæredis grauati tam in curanda eius infirmitate quàm in funeralibus. Breuiter reſpondeo ꝙ fideicommiſſarij non tenẽtur ad æs alienũ hæredis grauati, ſed illud ſpectat ad eius hęredes etiam ꝙ contracta eſſent debita occaſione hæreditatis. l. cũ hæreditas. ff. ad trebellia. Cor. in conſi. 146. in fi. lib. 2. ¶Nonò dubitatur, quia teſtator, ut dicitur, reliquit in ſua hæreditate multa animalia, mobilia & fructus, an illa veniant in reſtitutione fideicommiſſi. Breuiter puto ꝙ ſic, quia hæres tenetur reddere rationem fideicommiſſario de omnibus rebus inuentis in hæreditate ac de adminiſtratis & dilapidatis. l. cũ tale. §. Titius, vbi glo. & doct. ff. de condi. & demonſtr. l. mulier. j. §. ſi hæres, & §. ſeq. ff. ad trebell. & tenetur hæres grauatus ad conficiendum inuentariũ. Bald. & Pau. de Caſt. in d. l. cũ tale. §. Titius. ff. de condi. & dem. Cor. in conſi. 309. col. penul. in ſeptimo dubio lib. 1. Iaſ. in l. Marcellus in prin. col. penul. circa mediũ. ff. ad trebillia. ſimiliter tenetur ſi res factæ ſint deteriores culpa ſui. Bald in l. filium quem. in fi. C. famil. erciſ. Sauiliani ſeptima Ianuarij 1547.

Aymo Crauetta ex Sauiliano. I.V. doct.

SVMMARIVM.

1 *An valeat commutatio alicuius reſtitutionis in caſu teſtamẽti.*
2 *Poteſtas commutandi relicta teſtatori ad vnum vſum, in alium dicitur contraria iuris poſitiuo.*
3 *Clauſula non obſtantibus, non tollit vitium ſubreptionis & reſtringitur ad expreſſa.*

CONSI-

CONSILIVM CCXCVI.

¶Conſilium pro cruciata Saluciarum contra nobiles Fedeticũ & Io. Baptiſtam da Vacchis fratres ciues etiam Saluciarũ, in quo ſubtiliter & late explicatur materia cle. quia cõtingit, de religio. domib. Quæ ipſa etiam materia quòd cauſa poblice diſputata eſt coram Illuſtriſſimo Marchione Gabriele, cuius Excellentiæ cauſa pauperum curæ fuit non mediocri.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Quęritur ſuper teſtamento no. domini Stephani Vacchæ ciuis Saluciarum, an valeat commutatio inſtitutionis factæ in fauorem cruciatæ dictæ ciuitatis aut pauperum, facta per dominos commiſſarios fabricæ baſilicæ ſancti Petri, quæ deinde confirmata eſt per ſummũ Pontificem. ¶Videretur prima fronte dicendum quod ſic, nam de Papa non videtur dubium quin poſſit talem commutationem facere. clem. quia cootingit, de religio. domib. ergo videtur quod talem poteſtatem potuerit committere & delegare collegio fabricæ. pro hoc quod ſcribit Bal. in cooſ. 457. col. j. in fi. lib. 5. vbi quod ſicut princeps poteſt vti clauſula poteſtatis per ſeipſum, ita alii concedere poteſt facultatem illa vtenti. ¶Secũdò res videtur ſine dubitatione, nam vbi collegium fabricæ talem commutationem facere oon potuiſſet, adeſt confirmatio ſummi Pontificis in ampla forma cum clauſula non obſtantibus, multũ pingui, quæ clauſula æquipollet clauſulæ, ex certa ſcientia, quia vtraque clauſula operatur plenitudinem poteſtatis, vt per Curtiũ Seniorem io conſ. 66. col. 10. Dec. in l. in teſtamento. col. 6. C. de teſta. milit. Immo plus operatur, clauſula non obſtantibus, quàm clauſula, ex certa ſcientia. Dec. in conſ. 361. col. 4. poſt mediũ ſed confirmatio ſuperioris uel iuris poſitiui puta ſi Papa confirmet alienationem bonorum eccleſiæ minus legitime factam. c. quotiens. de pac. c. j. cum ibi no. de tranſac. c. 1. & 2. de confirma. utili. vel inut. c. hoc quippe. 3. quæſtione 6. immo ultra confirmationẽ adeſt noua conceſſio Pontificia quatenus illa ſit neceſſaria. ¶Sed præmiſſis non obſtantibus, quæ vere obſtare non arbitror, contrarium puto de iure verius, quod talis commutatio non valeat. † Et

1 primo quoad commutationem factam per collegiũ fabricæ res videtur dubia, quia ante talem cõmotationem ſummus Pontifex iam confirmauerat teſtamentum & diſpoſitionem dicti Stephani Vacchæ in fauorem pauperum, & ſic ſuper tali diſpoſitione teſtamentaria ſuperior iam manum appoſuerat, ob id inferior non potuit ſe intromittere, eſſet enim abſurdum quòd inferior poſſet reſcindere factum ſuperioris. l. nam & magiſtratus. ff. de arbitr. l. minor autem magiſtratus. ff. de minor. l. ille a quo. §. intempeſtiuum. ff. ad trebel. l. eos. §. ne liceat. C. de vſur. clem. ne Romani. de electio. c. cum inferior, de maior. & obed. ¶Ideo legatus de latere oon poteſt reuocare id quod fecit ex ſpeciali mandato Papæ. Calder. in conſ. 5. io ti. de offi. legat. nec poteſt legatus de latere contra contractum ſuperioris oec illum diſponere. Cor. in conſ. 211. col. 3. lib. 4. immo non poteſt inferior ſe intromittere ſuper facto ſuperioris etiam nullo. Inno. in c. inter dilectos, de exceſ. prælato. cum ſim. ut per Moder. in c. vt noſtrum. de appellat. Addo Rotam deciſ. 410. oot. quod beneficia, in antiq. ubi quod ioferior non poteſt ſe intromittere ſuper facto ſuperioris, licèt illud effectum ſortitũ noo ſit, dicitur enim de ſuperiore quod ubi leo figit pedes, cætera animalia conquieſcunt. ¶Tota difficultas conſiſtit circa confirmationem ſummi Pontificis. Quam ipſam etiam puto non oalere tã ex defectu uoluntatis quàm poteſtatis per ea, quæ docto. tradunt in hac materia, ſalua ſemper determinatione ſedis Apoſtolicæ, quia a me ipſo oihil intendo diſputare de poteſtate Pontificis circa hãc materiam commutationis, ſed eam ſcribam quæ ab aliis doct. prius memoriæ aut ſcriptis commẽdata inuenio. ¶Primũ, ideſt defectus voluntatis Pontificis confirmantis & de nouo con

2 cedentis, probatur ſequentibus fundamentis. ¶Et † primo conſidero quòd iſta poteſtas commutandi relicta per teſtatorem ad vnum vſum in alium, dicitur contraria iuri poſitiuo. l. legatum, in prin. ff. de admi. rer. ad ciui. perti. ubi Bar. d. clem. quia contingit. de religioſis domibus. tradit Bar. in l. legatum. ff. de uſufruc. lega. Et non ſolum contrariatur talis commutatio iuri poſitiuo, ſed ẽt æquitati, cum oalde iniquum ſit ea quæ collata ſunt pro remedio peccatorum venerabilibus eccleſiis, vel relictis aut eis iuſtis modis aliis acquiſita, aliis vſibus applicari. ita text. in c. conqueſtus. de foro competenti. ob id talem commutatiooem tanquam iniquam & contrariam iuri & æqoitati naturali execratur. Bald. in conſilio 82. Factum proponitur quòd quidam. columna ſecunda. ante medium. libr. primo. vbi quod deputatum eſt pro remedio animæ teſtatoris contrahentis vel tertii in alios vſus authoritate principis conuerti non debet, quia loquendo de rationabili potentia non poteſt apoſtolicus vel Imperator reſcindere teſtamentum vel contractum vel aliam piam diſpoſitionem. & quòd talis alteratio voluntatis eſt contraria naturali rationi & æquitati, alibi ſcribit Ancb. in conſi. 283. Pro deciſione, columoa 2. quòd damnificare & lædere pauperes in talibus relictis videtur impium & abſurdum, quia non minus fauendum eſt pauperibus quàm miniſtris eccleſiæ. argumen. text. in c. gloria epiſcopi, & in c. autum, duodecima quæſtione ſecunda. ſubdit Ancha. quòd eſſet nimis magnum grauamen abſorbere noluntatem unius teſtatoris in totum circa annuam diſtributionẽ inter pauperes ſi egenas perſonas ac argentum & poſſeſſiones ad hnc deputatas aliis vſibus & eccleſiis applicaret. ¶Talem etiam alternationem & cõmutatiooem voluntatis teſtatoris valde execratur. Gemi. in conſil. 64. obi quòd eſt contra publicam utilitatem conuertere relicta pauperibus ad vſus priuatarum perſonarum. Hoc ita præſuppoſito quòd talis commutatio dicatur iniqua contra ius & æquitatem, dico quòd illa non cenſetur confirmata per ſummum Põtificem propter clauſulam adiectam in confirmatione licita tamen & honeſta, cum talis commutatio non ſit neque licita neque honeſta, immo iniqua & contraria naturali æquitati ut ſupra dictum eſt. & ſic habemus expreſſam uoluntatem ſummi Põtificis quòd vbi talis commutatio non eſſet licita & honeſta, non intendit eam approbare, maximè quia plus important illa verba licita & honeſta, quàm iuſta, vt habetur in c. magno. de uoto. ¶Nec obſtat quòd talis clauſula, licita tamẽ & honeſta, non videtur referri ad confirmationem commutationis expreſſe factam ſed ad alia non expreſſa, quia in oon expreſſis non intendit Papa cõfirmare niſi ſint licita & hooeſta, ſed quod ad cõfirmationem commutationis habemus expreſſam voluntatem Papæ quòd omnino voluit confirmare, & ita habet ſtylus Cancellariæ circa intelligentiam illius clauſulæ. Quia reſpondeo quod circunſcripto ſtylo cuius ipſius rudem me eſſe profiteor, de iure reſpondendo, videtur quòd illa clauſula referatur ad omnia, cum nulla ratio diuerſitatis reddi poſſit cur ad vnum referatur magis quàm ad aliud. l. 3. §. filius autem inter medias. ff. de libe. & poſthu. l. talis ſcriptura. §. fi. ff. de leg. j. l. quiſquis, vbi Bal. in j. not. C. ſi cert. peta. l. j. in fi. C. de liber. præter. l. fi. ff. de rebus dub. c. inquiſitione, de appellat. quod procedit etiam in materia odioſa ut probatur in d. §. filius autem inter medias, & in d. l. j. C. de lib. præter. quæ iura loquuntur in exhæredatione. Et tradit Alex. in conſ. 101. col. 3. uer. oſtenſio igitur. lib. 3. a fortiori fiet relatio ad omnia in materia fauorabili prout materia de qua agitur ne inducatur alteratio voluntatis teſtatoris contra omnem æquitatem & honeſtatem, & quam alterationem docto. tantopere abominantur. ¶Secundo ex alio relatio fieri debet ad omnia, quia illa clauſula in fine poſita, licita tamen & honeſta, eſt imperfecta ſeu non pooitur in oratione perfecta, quo caſu facilius fit relatio ad omnia præcedẽtia quàm ſi poneretur clauſula in oratione perfecta. d. l. fi. ff. de rebos dub. vbi Socin. col. 2. ¶Tertio licèt ſecundum regulam iuris, relatio fiat ad omnia præcedentia, iſtud tamen non procedit quando ex tali relatione reſultaret aliquod abſurdum. c. eccleſia noſtra. 2. vbi Abb. in 6. not. de electio. vbi Abb. dicit quòd neſcit ſimilem tex. ſed eſt tex. ſimilis in clemen. ne in agro. §. cæterum, iuncta gl. de ſtatu regular. quem text. ad hoc citat Abb. in ca. 2. requirimus, de appellatio. tradit Alexan. in cooſ. 17. libr. 7. Felin. io c. cauſam quæ. col. 5. in 5. limita. de reſcrip. Iaſ. in conſ. 84. columna fin. lib. 3. ergo a fortiori fieri debet relatio ad omnia præcedentia quando ea noo facta abſurdum reſultaret. modo ſi dicamus iſtã clauſulam, licita tamen & honeſta, oon referri ad omnia præcedentia, reſultaret abſurdum quòd voluerit ſummus Pontifex confirmare alterationem uoluntatis teſtatoris etiam quòd talis alteratio non eſſet licita aut honeſta, quod ipſum dicendum non eſt, quia præſumitur princeps iuſtitiæ plenus. l. 2. §. merito. ff. ne quid io loco public. l. ex facto, in princip. ff. de uulg. Bald. in cooſil. 395. Pro domioo Dinaldo. colum. j. in fin. lib. 2. Et uult princeps quod ſua iura uolont. §. omnes, io Authen. de iudic. l. ſi quando. C. de inoffi. teſta. §. fin. Inſtit. quib. mod. teſta. infir. c. cauſam, de reſcr. c. iuſtum. 9. diſtinc. Immo toleratur impropriatio uerborum potiuſquam præſumatur princeps quid velle contra ius. capit. ſuper eo. de offic. delega. Et ſi iſtud procedit in Principe ſeculari, quanto

to fortius in Papa Chriſti Vicario? Hinc videmus quod etiam ceſ
ſante tali clauſula, licita tamen & honeſta, generalis confirma
tio Papæ non trahitur ad illicita aut inhoneſta. l. 3. vbi Iaco. de
Ra. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. c. 1. de iureiuran. lib. 6. cap.
omne quod 25. q. 3. vbi ꝙ Papa non cenſetur approbare ea quæ
ſunt reprehenſibilia. ¶ Quarto niſi illa clauſula, licita tamen &
honeſta, referatur ad omnia, reſultabit contrarietas in ſummo
Pontifice ꝙ voluit confirmare talem commutationem nullo mo
do licitam neque honeſtam ſed iniquam & contra omnem æqui
tatem, & quòd licita tantum & honeſta voluerit confirmare, ſed
relatio fit vel non fit quando alias reſultaret contrarietas. gloſſ.
& docto. in l. ſi idem cum eodem. §. fi. ff. de iuriſdic. om. iud. Bal.
in conſi. 357. Clauſula. lib. 4. Alexan. in conſi. 48. colum. 4. lib. 3. &
in conſilio 213. lib. 2. itaque dicendum eſt ꝙ talis clauſula ad om
nia referatur ne inducatur contrarietas. ¶ Quinto conſidero ꝙ
illa clauſula, licita tamen & honeſta, non poteſt referri niſi ad
illam alternationem aut commutationem voluntatis teſtatoris
quia de alio non erat quæſtio nec in alio poterat operari, ergo
perinde eſt ac ſi in ſpecie dictum eſſet, ꝙ ita demum intende-
bat ſummus Pontifex confirmare illam commutationem ſi lici
ta eſſet & honeſta, quia clauſula generalis quæ ad unum tantũ
referri poteſt, habetur pro ſpeciali & perinde eſt ac ſi illud in
ſpecie expreſſum eſſet. l. 2. ff. de liber. & poſthu. l. fundus qui lo-
catus. ff. de fundo inſtruc. bona gl. in l. ſi quis in fundi uocabulo,
in verbo omnium. ff. de leg. 3. no. Soci. in d. l. 2. in 2. nota. Deci. in
conſi. 389. ante fi. Et hic conſidero ꝙ iſtud procedit etiam in ma
teria odioſa, puta exhæredationis, nam quando exhæredat quis
filium cum unicum tantum habeat ille dicitur ſpecialiter & no
minatim exhæredatus d. l. 2. ff. de liber. & poſthu. quanto fortius
idem dicendum in materia noſtra fauorabili in qua illud agi-
tur ne operetur confirmatio in re tam illicita & peſſimi exem-
pli retractiua a bono opere, quia hoc modo retrahentur & laici
& eccleſiaſtici ab eleemoſynis pauperum & pijs operibus. Plu-
rimis fundamentis alijs comprobare poſſem illam clauſulam li
cita tamen & honeſta, ad omnia eſſe referendam, ſed præmiſſis
contentus ero. ¶ Sed dicet aliquis, ergo illa confirmatio ſum-
mi Pontificis fiet nulla, cum tamen non ignoraret Papa an illa
eſſet licita vel non. Reſpondeo quòd potius toleratur nullitas
actus quàm quòd fiat aliquid in præiudicium tertii. glo. & doc.
in l. fi. §. in computatione. C. de iure deli. late Mod. in cap. 3. de re
ſcriptis. Deci. in conſi. 37. colum. 4. poſt prin. Sed ſtante ualidita-
te confirmationis pauperes non mediocriter læduntur & dam-
num indebite patiuntur defraudanturque iure eorum ſine ali-
qua ipſorum culpa. ¶ Secundo reſpondeo ꝙ potius toleratur ſu
perfluitas diſpoſitionis quàm abſurdum aliquod inducatur. Bal.
in l. terminato, circa fi. C. de fruct. & litium expen. Cur. Senior in
conſi. 79. colum. 6. in prin. Sed cõmutatio de qua agitur non ſo-
lum abſurda reputatur ſed impia & iniqua, auferens iura paupe
rum & priuatam vtilitatem publicè anteferens, quo quid abſur
dius? ¶ Tertiò potius toleratur nullitas actus quam vt inducatur
donatio, ideo ſtipulatio ſine cauſa non valet nec præſumitur cã
donationis ad eius validitatem. l. 2. §. circa. ff. de exceptio. doli.
Socin. in conſi. 74. colum. 5. nume. 15. lib. 3. quanto magis tolera-
bitur nullitas confirmationis potiuſquam inducatur iniquitas,
& iniuria tam grauis contra pauperes cum difficilius deroge-
tur iuri tertii quam proprio. ¶ Quarto per illam clauſulam, lici-
ta tamen & honeſta, Papa declarat eius intentionem ꝙ non intẽ
dit aliquid confirmare quod non ſit licitum & honeſtum, ergo
potius debet tolerari quod eius confirmatio ſit nulla quàm ut
aliquid fiat contra eius voluntatem. ideo ſubſtitutio directa po-
tius ſit nulla quàm trahatur ad fideicommiſſum contra volunta
tem & verba teſtatoris. l. verbis ciuilibus vbi Alex. in 2. not. ff. de
vulga. tradit Aret. in l. a Titio. col. fi. ff. de verb. obli. Deci. in con-
ſi. 326. in fi. Cur. Iunior in conſi. 70. col. 3. circa med. Immo atten
ditur mens etiam contra proprietatem verborum. licèt ſequa-
tur ãnullatio totius actus. l. Labeo. ff. de ſupel. l. & l. in ambiguo,
vbi Socin. in 4. not. ff. de rebus dubiis. ¶ Ex præmiſſis infertur
ꝙ deficit voluntas Papæ in tali confirmatione cõmutationis, quæ
non ſolum non eſt licita & honeſta, immo valde ſcandaloſa,
exempli peſſimi ac contra publicam vtilitatem. ¶ Secundo prin
cipaliter deficit voluntas Papæ in tali confirmatione, quia dici-
tur impetrata per obreptionem expreſſo falſo vt in puncto nar-
ratur, id eſt ꝙ teſtator eſſet patruus impetrantium & ꝙ ipſi im-
petrantes eſſent proximiores teſtatori, ſed in facto proponitur
quòd teſtator erat cõſanguineus & quòd alii ſunt proximiores,

obreptio autem vitiat gratiam ipſo iure. c. ad audientiam. 2. c. ſi
propon. nte, de reſcrip. Innoc. in c. cum dilecta. eodem tit. Et hic
pondero quòd iſta obreptio non videtur modica, nam cui du-
bium quòd facilius monebitur princeps ad applicandum bona
defuncti proximioribus quàm remotioribus? ¶ Conſidero etiam
quòd grauius eſt vitium obreptionis in exprimẽdo falſum quàm
ſubreptionis in tacendo verum. Innoc. in d. c. cum dilecta. de re-
ſcript. Ant. de But. in c. ex parte, de capel. monaſter. Geminia. in
conſ. 110. col. 3. circa medium & in conſ. 127. in fi. Alexan. in conſi.
60. in fi. lib. 2. Vernnen. in conſ. vltimo colum. 11. in 5. dubio. Addo
Bal. in conſ. 252. Querulę preces, col. 2. lib. 3. vbi quod maius vitiũ
eſt vitioſe quid exprimere quam omnino tacere, per l. vbi exigi-
tur, in ſecundo reſpon. ff. de edendo. ¶ Secundo talis confirmatio
legitur ſubreptitia, quia tacita fuerunt multa, quæ ſi expreſſa fuiſ
ſent aut non conceſſa eſſet confirmatio aut ſaltem non ita facile.
quibus duobus caſibus ſubreptio committi dicitur. de primo
quando ſuperior nullo modo conceſſiſſet ſed denegaſſet eſt tex.
in c. dudum. 2. verſic. inſuper, de electio. cap. ſuper literis, verſicu.
ſi vero, de reſcrip. De ſecundo quod inducatur ſubreptio licèt ſu
perior conceſſurus fuiſſet ſed non ita de leui. eſt tex. in c. poſtula-
ſti. de reſcrip. ¶ Tertio etiam modo conſideratur ſubreptio quan
do id tacetur quo expreſſo ſuperior veriſimiliter conceſſurus nõ
eſſet. c. 2. in fi. de filiis presby. lib. 6. Iſtos tres modos inducendæ
ſubreptionis explicat Geminia. in conſi. 63. col. 2. in princip. & in
conſ. 65. col. 5. ante fin. tradunt Moder. in d. c. ſuper literis. & in d.
c. poſtulaſti, de reſcrip. ¶ Et primo tacitum fuit quòd cruciata hæ
res inſtituta hæreditatem adiuiſſet ex qua aditione ius & domi-
nium quæſitum erat in bonis hæreditariis. l. pretia rerum. ff. ad
legem Falci. l. eam quam, cum ibi not. C. de fideicom. quæ aditio
ſi expreſſa fuiſſet veriſimiliter gratia aut confirmatio fuiſſet dene
gata, cum non præſumatur princeps tertio velle præiudicare. d.
l. 2. §. merito. & §. ſi quis a principe. ff. ne quid in loco public. c. ſu-
per eo. de offic. delega. cum ſim. quod procedit etiam in differen
do quando ageretur de præiudicio tertii reſpectu ſolius dilatio-
nis temporis, quia non præſumitur ſuperior velle differre ius ter
tii. c. ſi ſuper gratia, & c. ſtatuimus, de offic. delega. libr. 6. Corn. in
conſ. 67. col. 3. libr. Amplius non cenſetur ſuperior iuri tertii vel-
le præiudicare etiam per clauſulas ex certa ſcientia & de pleni- s
tudine poteſtatis, quia tales clauſulæ non intelliguntur in præiu
dicium tertii. Dec. in conſ. 198. colum. penult. Iaſ. in conſ. 213. in fi.
libr. 2. Similiter vbi agitur de præiudicio vel autoritate iuris ter-
tii. cap. quamuis, vbi Lapus & Gemin. de reſcript. lib. 6. facit tex.
in c. penult. de præben. lib. 6. & in c. penul. de conceſ. præben. vbi
ponitur de clauſula anteferri. Idem probat tex. in c. ſi propter tua
debita, de reſcrip. lib. 6. refert Curt. ſenior in conſil. 50. col. 11. cir
ca med. & colum. 74. circa med. verſic. & iſtud etiam eſt. Addo
Gemin. in conſil. 12. in fin. ¶ Secundo etiam tacitum fuit quòd
cruciata Saluciarum poſſediſſet iſta bona hæreditaria vltra trien
nium ex qua poſſeſſione etiam ius plenius quæſitum erat per re-
gulam Cãcellariæ, & ſic quæſitum erat ius duplici vinculo, quod
difficilius tollitur. authen. ceſſante. C. de legit. hæred. authen ita-
que. C. comm. de ſucceſſ. cum ſimil. ¶ Tertio tacitum ſuit quòd
cruciata pro iſtis bonis labores non modicos pertuliſſet litigan-
do & defendendo bona hæreditaria cum ſumptibus immodi-
cis, quod ipſum etiam ſi expreſſum fuiſſet, non veriſimiliter talis
confirmatio impetrata fuiſſet, aut non ita facile, quia labores no
ſtri commodo alius eſſe non debent, dolet enim quis videns labo
res ſuos ad alium peruenire. l. fin. C. de alluuio. & palud. & dici
poteſt contra ſic impetrantes, Nos militamus & uos ſtipendia a
nobis uultis auferre. §. quia vero. 14. quæſtio. c. quem text. ad hoc
in ſimili citat Calderin. in conſi. 6. in titu. de religio. domibus. nec
fraudari quis debet laboribus ſuis niſi ex graui delicto, iuxta di-
ctum Prophetæ Pſal. 1. Et diripiant alieni labores eius. & alibi
dicitur quòd labores impiorum iuſti edunt. c. quicunque. & cap.
quemadmodum. 33. quæſtio. 7. & hic pondero quod pauci laici
ederent labores plurimorum pauperum, quos homines crucia-
tæ pro Chriſti pauperibus diu paſſi ſunt & ſuſtinent in dies gra-
uiores ob litem hanc moleſtiſſimam, & iniquiſſimam, de qua
mirantur populi ad ſcandalum, iuxta illud Prophetæ pſal. 72.
Mei autem pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei. nã
homines cruciatæ pro tot laboribus mercede digni eſſent, quia
fraudari labor mercede non debet. l. pen. §. illo. C. de neceſ. ſer-
uis hæred. inſti. ſed hic loco mercedis damno afficerentur & bo-
nis hæreditariis ſpoliati fierent. Inſere nunc Melibœe pyros pone
ordine vites. ¶ Quarto conſidero quòd tale reſcriptum confir-
matiuum

nationis cum ſit iuri contrarium, in dubio præſumitur ſubreptitium impetratum ex taciturnitate veri.l.nec damnoſa, ibi,nec iuri contraria.C.de precib.imper.offer.quid hic dicemus vbi iſtud reſcriptum non ſolum contrariatur iuri ſed etiam naturali æquitati?¶ His ita præſuppoſitis quòd reſcriptum iſtud dicitur obreptitium & ſubreptitium, infertur quòd in eo deficit voluntas cõcedentis quia reſcriptum principis non extenditur ad defectus tacitos & ſupreſſos.l.cum vero. §.ſubuentum. ff.de fideicom.liber.l.j.§.hæc verba.ff.ne vis fiat ei.l.quidam conſulebat. ff. de re iudi.l.cum dominus in prin.ff.de pecul.lega.nec trahi poteſt voluntas hominis ad tacita incognita & ignorata.l.mater decedẽs. ff.de inoffi.teſta.l.ſi ad dominum.ff.de furtis. cum ſimil. & multo fortius deficit voluntas ſuperioris in reſcripto obreptitio impetrato ad falſas preces vt ſupra oſtendimus. ¶ Et hic conſidero circa vitium ſubreptionis quòd cum iſtud reſcriptum dicatur cõtrarium iuri & æquitati naturali de facili proſterni debet ex quocunque vitio ſubreptionis etiam leui.arg.l.eius militis. §.militia miſſus.ff.de teſt.militis.& quod ſcribit Cuma.in conſ.77. Viſis li bello.col.2.ver.ad quartum vbi ꝙ teſtimonium de auditu de facili proſternitur quia fundatur in iure ſpeciali. ſequitur Curt.iunior in conſ.17.in prin.¶ Nec obſtat præmiſſis ꝙ vitiũ ſubreptionis videtur tolli ex clauſula pro expreſſis habentes,in forma val de ſmpla.Geminia.in conſ.150.col.2.Dec.in conſ.142. col.2.ante med.quia iſtud non procedit quando ſuperior aliquid concedit ad petitionem partis ſine cauſæ cognitione,tunc enim non tollitur ſubreptio per talem clauſulam pro expreſſis habentes. Ang. in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.in fi.ff.ſi quis cautio. Rom. in conſ. 327.iſtæ ſunt rationes.col.pen.Dec.in conſ.165.col.pen.& in conſil.541.circa finem. Simile videmus in clauſula ex certa ſcientia, ꝙ licèt tollat vitium ſubreptionis,gl.in c.3.de filiis presby.Ioan. And.in c.olim,de verb.ſignifi.iſtud tamen non procedit quando non interuenit cauſæ cognitio.Soc.in conſ.164.col.4.verſi. ſed ad iſta dicta reſpondeo libr.2. ¶ Secundo reſpondeo ꝙ clauſula pro expreſſis habentes.non tollit vitium ſubreptionis quando agitur de præiudicio tertii,vt per Soc.in conſ.115.col.j.lib.3.ſed hic agitur de præiudicio pauperũ,ergo &c.Simile videmus in clauſula motu proprio, ꝙ licet tollat vitium ſubreptionis. c. ſi motu proprio.de præbend.libr.6.cle.ſi Rom.eo.tit. doc.in c.pe.de confir.vtil.vel inutil.& alibi ſæpe.Iſtud tamen non procedit quando agitur de præiudicio tertii,vt no.in d.locis.Abb.in c.ad aures,de reſcrip.Rota deciſ.112.Dicebant,in nouis.Alex.in conſ. 215.libr. 7.Soc.in conſ.120.col.5.poſt med.lib.3.¶ Tertio reſpondeo quòd clauſula pro expreſſis habentes & ſimiles licèt tollent vitiũ ſubreptionis, non tamen tollunt vitium obreptionis quando exprimitur falſitas,quia omnes clauſulæ reſcripti recipiunt conditionem ſi preces veritate nitantur.Soc.in d.conſ.164.col. 5.verſ. poſtremo reſpondeo,lib.2.Dec.in c.ſi quando.col.5.ver.ſucceſſiuè. Abb.quærit,de reſcrip.& in conſ.198.col.pen.in fi. Ideo clauſula motu proprio,non tollit falſitatem cauſæ expreſſæ ſummo Pontifici.Anch.in conſ.188.Viſis conſiliis.col.fin.ſequitur Dec.in cõſil.407.col. fi. ſimiliter clauſula ex certa ſcientia non purgat falſitatem narratorum,vt per Dec.in c.j.col.5.& in c.venerabilis.col. j.de confir.vtil.vel inutil.¶ Non obſtat etiam clauſula non obſtã
3 tibus,quia non tollit vitium ſubreptionis, ſed reſtringitur ad expreſſa.Bal.in conſ.490.Ponitur quòd quidam Nicodemus.col.2. circa med.lib.j.Cor.in conſ.245.col.2.in fi.libr.j.& multominus tollit vitium obreptionis cum ſemper intelligatur cõditio,ſi preces veritate nitatur,vt ſupra dictum eſt. ¶ Tertio principaliter arguitur defectus voluntatis principis Romani in dicta confirmatione quia ante eam confirmationem domus cruciatæ obtinuit confirmationem diſpoſitionis teſtamentariæ dicti Stephani Vacchæ quæ prior confirmatio attendi debet, non ſecunda facta in fauorem nobilium Federici & Ioan. Baptiſtæ de Vacchis fratrũ impetrantium aſſertam confirmationem poſteriorem. In ſecunda enim præſumitur Papa circumuentus aut eam feciſſe ex obliuione prioris confirmationis factæ in fauorem pauperum. c. cũ olim.de re iudi.c.Abba.ſanè verſic.pro parte autem altera. de re iudi.lib.6.a contrario ſenſu.quæ iura ad hoc citat Rom. in conſi. 298.ſequitur Dec in conſ.191.col.2.circa med.in conſ.271.col.2, circa med.& ad finem conſilii in conſ.596.col.fin.in conſ.295. in 2.dub.in conſi.305.col.4. in fin. verſ. Immo quòd plus,vbi etiam Dec.allegat Pau.de Caſtr.& Alexan. Idem tenet & ſequitur Cur. Iun.in conſ.142.Addo Alex.in conſ.203.col.fin.lib. 6.quod in ſecunda conceſſione principis ſemper intelligitur reſeruatum ius primæ conceſſionis, & quòd ſecunda conceſſio dicitur ſubreptitia non facta mentione de prima.Ex quo dicto videtur poſita ſecuris ad radicem, quia in iſta ſecunda confirmatione partis non eſt habitã mentio de prima in fauorem pauperum, de qua ſi expreſſam eſſet,nullo modo ſummus Pontifex priori ſuæ confirmationi derogaſſet.nec Papæ cœleſtino voluiſſet æmulari, q̃ de ſero reuocabat quod de mane concedebat.Bald.in ca.j.in princip. de natu. feud. Ad idem in terminis confirmationis adduco Bal.in l.j col.fi.ff.de conſti.princ.vbi quando princeps aliquid dat vel confirmat, ſemper intelligitur ſaluo iure alterius, tradit Bal.in l.omnes.col.2.C.de quadr.præſcript. Alibi multum in propoſito ſcribit idem Bal.in l.2.in 3.not.C.de legibus,quòd ſi princeps donat caſtrum alicui benemerito ſi illud caſtrũ ab alio impetretur,talis impetratio eſt ipſo iure nulla, & præſumitur ſubreptitia per illum tex.cum glo.& dicit eſſe glo.ordin.in l. ſi qua loca.C.de fund.& ſal.rei domi.libr.11. ſequuntur Paulus de Caſtr. & Fulg.in d.l.2.ſequitur Iaſ.in l.fi.col.3.ver.6.facit.ff.de pactis.& in l.quoties,col.2.verſ.4.facit.C.de rei vendica. Quod procedit licet is cui princeps ſecundo loco quid concedit aut confirmat prius adipiſcatur poſſeſſionem rei, quia adhuc primus præfertur.c.capitulum Sanctæ Crucis.de reſcript.ca.tibi qui.c.duobus. de reſcr.libr.6.c.eum qui.de præben.lib.6. Roma.in d.conſ.298. col.j.in fin.Iaſ.in conſ.27.lib.j. Amplius iſtud procedit licèt princeps aliquid ſecundo loco concedat aut cõfirmet motu proprio, quia adhuc præfertur prior conceſſio & ſecunda præſumitur facta per importunitatem & in ea præſumitur princeps circumuẽtus adeo quòd contrarium probari non poteſt.l.prædia, vbi Bar. C.de loca.prædi.ciuil.lib.11.alias eſt ſuper rubr.de diuer. prædi. vrba.& rub.per quem tex.ita dicit Bal.in conſ. 367. Pridie. col.2. poſt princ. libr. j. quòd dictum refert & ſequitur Dec. in l. nemo pt̃ mutare,circa fi.ff.de reg.iur.in d.conſi.286.col.fi. in conſ.292. circa fin.& in conſi.580.col.2.poſt med.in conſ.588.col. pe.poſt med.& in conſ.689.col.fin.Addo Aleſand.in conſ.11. col.2. poſt med.verſi.quinto accedat.lib.6.Quid hic dicemus vbi iſta ſecũda confirmatio obtenta eſt ad poſtulationem partis & cum tanta importunitate?Et ſi procedunt præmiſſa in materia beneficiorum vt præferatur prior conceſſio aut confirmatio,in qua beneficiorum materia habet Papa pleniſſimam poteſtatem. c. præpoſuit,de conceſ.præben.c.2.de præben.lib.6.clemen j.ut lite penden. quid hic dicemus in bonis vnius laici conceſſis ad vtilitatẽ pauperum?& hoc arguendi modo vtitur Rom.in d.conſ. 298.

¶ Quarto principaliter arguitur defectus volũtatis principis Romani,(ita Papam appellat Feder.de Senis in conſ.4.col.penul.in princ.)quia illa poſterior confirmatio facta in fauorem partis nõ videtur comprehendere factum ipſius confirmantis derogando geſtis ab ipſo confirmante,cum generalis ſermo non comprehẽdat perſonam loquentis.l.ſi mercedem.§.fi.vbi glo.Bar.& Bal.ff. de act.empt.l.qui inſulã.§.fi.cũ gl.ff.loca.l.inquiſitio.C.de ſolut. Itaque cum ſummus Pontifex iam ante confirmaſſet diſpoſitionem teſtamentariam factam in fauorem pauperum, non eſt veriſimile quòd poſtea confirmando illam commutationem factam per collegium fabricæ,uoluerit derogare facto proprio ipſius cõfirmantis.¶ Venio nunc ad defectum poteſtatis, & licet temerarium immo ſacrilegii inſtar videatur diſputare de poteſtate ſummi Pontificis.l.2.C.de crimi.ſacrile.& dicit Bald.in conſilio 319. Proponitur quod inter agnatos.col.j.circa med.lib.j.quod diſputans de poteſtate principis facit ſe ſuperiorem uel parem principi,& ponit ſedem ſuam ab Aquilone tentando eſſe ſimilis altiſſimo,tamen iſtud uidetur procedere quando ex nimia audacia aut ex contemptu id fieret, ſecus quando ad tutelam & conſeruationem iuris tertii & ob cauſam neceſſariam, maxime in auxilium pauperum,ea tantum adducendo quæ a maioribus noſtris communiter recepta ſunt,ideo in nouiſſimis ordinationibus regiis adeſt conſtitutio quod liceat partibus aut earum aduocatis impugnare reſcripta principis de inciuilitate. uix enim fieri poteſt quin non exeant reſcripta inciuilia ob aſſiduam impetrantiũ importunitatem & breuem quandoque curam eorum per quorum manus reſcripta ipſa excurrunt præter ipſius principis intentionem.uenia igitur petita genibuſque flexis loquar.Et pro fundamento conſidero quòd nullus princeps Chriſtianus immo nequidem paganus patrem cum Deo poteſtatem audet affectare, tantum abeſt ut maiorem deſideret.ſed Deus ipſe optimus nihil poteſt quod ſit malum aut iniuſtum, quia poſſe malum non eſt poſſe,ſed deficere a potentia.c.fi.uer.charitas,de pœniten.diſ.2. ubi allegatur diuus Auguſt.ad hoc.refert Fulgoſ.in conſ.61. Domina Catherina.col.pe.Soc.in conſi.164.col. pe.lib.2.& in conſ.

120 .col.pen.in fi.lib.3.Ideo dicitur quod vbi princeps vtitur plenitudine poteſtatis ad malum, dicitur plenitudo tẽpeſtatis. Cardi. Medio.in clem.paſtoralis,de re iud.Soc.in d.conſ.164.col.pe. & in d.conſ.120.col.pen.in fi. Addo Bald. pulcherrime in conſil. 345. Ad euidentiam præmittendum eſt quòd Imperator. col. 2. lib.j.vbi quòd clauſula de plenitudine poteſtatis intelligitur de poteſtate bona & laudabili,non vituperabili vel tyrannica. nam nõ dicitur Imperator poſſe niſi quòd de iure poteſt. & quod iſta temeraria & abuſiua cautela,qua hodie principes vtuntur in ſuis reſcriptis,deberet in totum radicari ab aula nec ita in vſu freqũtari. Alibi propterea dicitur quod Papa habet poteſtatem ligandi non peccandi.c.j.40.diſt.c.ſunt quidam.25.q.j. Panor. in c.cũ teneamur.de præben.hinc etiam dicitur quod omnis indecentia in principe dicitur impoſſibilis,ſaltem ſecundum mores. Archi. in c.ſuper eo.de hæret.lib.6.Henricus Boic.in c.nulla. de conceſ. præbend.¶Conſidero etiam in caſu noſtro quod iſta poteſtas cõmutandi aut alterandi voluntatem teſtatoris ad alium vſum non competit de poteſtate ordinariæ, ſed de abſoluta aut ſuper inordinata ita in terminis tradunt Bal.& Ang.in l.ſi teſtamentum.C. de teſta.per illũ text.Et idem Bal.in d.conſ.82. Factum proponitur quòd quidam.col.2 libr.j.& in conſ.297. Teſtator.in fi.libr.2. Guido Papæ.q.556.Calc.in conſ.8.col.8.circa med.Bolog.in addi.ad conſ.Io.de Anan.in conſ.77.Aufrer.in deciſ. Toloſ.q.26. Et ratio eſt,quia teſtamentum inuentione dicitur de iure gentium licèt ſolennitas teſtandi dicatur de iure ciuili.Bar.& docto. in l. ex hoc iure.ff.de iuſti.& iure.in l.interdum. ff.de condit.indebit. Abb.in conſ.1.col.2.in fi.lib.2. Iaſ.in l.nemo poteſt,col.14. verſ.tu aduer.ff.de leg.j. ſed ea quæ ſunt iuriſgentium non ſubiiciuntur voluntati & poteſtati principis ordinariæ vt habetur per docto. in l.fi.C.ſi contra ius vel vtil.publ.& in c. quæ in eccleſiarum, de conſti.& alibi ſæpiſſime.Hoc ita præſuppoſito quòd poteſtas cõmutandi relicta vnum vſum in alium non competat iure ordinario ſed de poteſtate abſoluta & plenaria,& quod ius quæſitum ex teſtamento dicatur de iure gentium, infertur quod tali plenitudine poteſtatis vti princeps non poteſt ſine cauſa quia non poteſt princeps auferre ius quæſitum de iure gentium ſine cauſa. Cyn. & doct.in d.l.fi.C.ſi contra ius vel vtil.pub.Inn.& Cano.in c.quę in eccleſiarum,de conſt.Pau.de Caſt.in conſ.317. viſo & examinato puncto,col.pen.lib.j.Soc.in d.conſ.164.col.6.verſi. quintus caſus.in conſ. 266.col.16.ver.ſextus & vltimus caſus.& col. 18. ver.confirmantur pręmiſſa.lib.2.in conſ.63.col.7.in conſ.87.col. 7.ver.ex quibus patet ſolutio.& in d.conſ.120.col.pen. ver.ſed p̃miſſis,lib.3.& dicit Collegium doct.Florentinorum inter conſilia Curtii ſenioris in conſ.21.col.10.circa prin.verſi. ad ſecundam limitationem quòd princeps non vtitur plenitudine poteſtatis in his quæ ſunt iuris naturalis aut gentium, quia princeps non eſt ſupra ius naturale aut ius gentium.§.fin.inſti. de iure natura.& ſi princeps auferret alicuius ſuum ſine cauſa diceretur tyrannus quia plenitudo poteſtatis non tribuit aliquid iniquum.Bal.in c.j. de feudo Marchiæ. quod Bal. dictum refert & ſequitur Cur. ſen. in conſi.16.col.9.in fi.in conſ.35.col.9.in fin. verſi. cum ergo iſta legitimatio.& in conſ.74.colu. 28.in prin.Ideo dicitur quòd plenitudo poteſtatis Papæ aut Imperatoris intelligitur claue diſcretionis præcedente.glo.2.in c.4.de iureiur. & in c.non eſt,de voto,quas glo.ad hoc citat Iaſ.in conſ.233.col.8.poſt med.lib.2. & in iſta cauſa auferẽdi ius alterius de plenitudine poteſtatis volunt doc.quòd ſit cauſa reſpiciens ad vtilitatem publicam. Bart. in l.quæcunque,in fi.C.de fide inſtru.libr.10.Pau.de Caſt. in conſil.198.Donatio prædicta,in conſi.229. Viſis & ponderatis.col. 2.poſt med.& in conſ.287.primum dubium.col.5.in fi.lib.1. Fel. in d.c.quæ in eccleſiarum,col.10.Dec.in conſ.361.col.pen. uerſi. ſecundo r̃ndetur.Iaſ.in l.Barbarius col.6.ver.circa duas vltimas. ff.de offi.prætoris.& in d.conſ.233. col.7.in fi.li.2.ſed hic nulla videtur cauſa auferendi pauperibus vt detur duobus laicis contra voluntatem teſtatoris,qui ipſos impetrantes non incognitos haberet,& cum eſſet coniuncti & agnati, vtique ſciuiſſet eos vocare ad bona ſi voluiſſet,ob id duriſſimum videtur teſtatoris volũtatem violari,quam religioſiſſime cuſtodiri iura voluerunt, in tãtum quòd non poteſt quis ſibi auferre neque reſtringere liberam teſtandi facultatem.l.cum duobus.§.idem reſpondet. ff. pro ſoc. l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.obli. l.pactum quod dotali.C.de pac.In quibus locis not.ſcribentes hoc procedere ẽt non obſtante iuramento & quòd non valet conſuetudo aut ſtatutum in contrarium tanquàm contra bonos mores,ſi ipſemet diſponens non poteſt ſibi auferre nec reſtringere liberam teſtandi facultatem quantominus talem facultatem aut diſpoſitionẽ tollere aut commutare ſuperior poterit cum partes habeant maiorem poteſtatem in rebus ſuis quàm ſuperior aut lex, nam partes poſſunt renonciare appellationi ad earum præiudicium.l.fin a.§. pen.C.de tempor. appella.& tamen tolli non poteſt appellatio p̃ ſtatutum etiam iuratum.c.venientes,de iureiur. ſimiliter tranſactio tolli poteſt per conſenſum partium.l.ſi diuerſa.C.de tranſactio. & tamen tolli non poteſt tranſactio per reſcriptum principis.l.cauſas vel lites.C.de tranſactio. ſimiliter partes poſſunt renunciare exceptioni peremptoriæ expreſsè vel tacitè non opponendo. l.peremptoris. C.ſenten.reſcindi non poſſ.& tamen tolli non poteſt exceptio peremptoria per reſcriptum principis quia eſſet tollere defenſionem.c.ex parte6.de foro compe. vbi d. Ant. & doct.Similiter poteſt quis ſeipſum priuare rebus ſuis vendendo,donando aut aliter transferendo.l.in re mandata. §.per traditionem,Inſti.de rerum diuiſ.to.ti.ff.& C.de donatio.de contrah. emp.& vendi.& tamen non poteſt princeps rem alterius auferre ſine cauſa vt ſupra dictum eſt,itaque ſi pars non poteſt ſibi auferre neque reſtringere facultatem teſtandi,multominus ſuperior. Stringo fortius argumentum, facilius impeditur quid fieri quàm factum tollatur.l.patre furioſo. ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.modo ſi impediri non poteſt facultas teſtandi, a fortiori teſtamentum iam conditum infringi aut violari non poterit. facit qđ habetur Pſal.54. Contaminauerunt teſtamentũ eius. Rurſus,cũ cauſa ex qua alii aufertur ius ſuum, debeat pertinere ad publicã vtilitatem vt ſupra dictum eſt, hic totum contrarium videtur accidere, quia poſtponitur vtilitas publica commodo priuatorũ, auferendo vniuerſitati pauperum vt erogetur duobus priuatis laicis contra uotum teſtatoris,iam cauſa pauperum dicitur cauſa pia.l.ſi quis ad declinandum, maximè circa fi. C.de Epiſco. & cler.c.non ſatis.& c.ſeq.86.diſt.cum ſim.ut per Alexan. in conſi. 125.in prin.& in conſ.ſeq.col.2.lib.4.Cauſæ autem piæ magis fauendum eſt quàm liberis excepta legitima.Anto.de But.in conſi. 25.col.2.prope fi. Aret.in conſ.12. Alex.in l.pactum quòd dotali, col.4.C.de pactis.Fel.in c.in præſentia,col.21. de probatio. Dec. in conſ.504.in fi.& in conſ.409.col.5. in fin. Iaſ. in authen. ſi qua mulier.col.2.C.de ſacroſan.eccle. Curt. Iun.in conſ.35.col.pen. in fin. ſed hic per talem commutationem coniuncti remotiores præferuntur piæ cauſæ,quod ipſum uidetur pluſquam durum.

¶ Et cum iſta commutatio aut alteratio dicatur cõtra ius & æquitatem naturalem & ſic mala,ut ſupra dictum eſt, indecens uidetur ad eam uti plenitudine poteſtatis quæ ad bonum tantum inuenta eſt.¶Secundo principaliter conſidero quòd iſtis pauperibus uidetur ius quæſitum non ſolum ex teſtamẽto, quod dicitur de iure gentium,ſed etiam per aditionem hæreditatis, quo caſu licèt adita eſſet hæreditas ab inteſtato, quæ inteſtati ſucceſſio dicitur de iure ciuili,ideo appellatur legitima hæreditas quia a lege defertur.l.3.§.de illo.ff.pro ſocio.l.legitimam,cum gloſſ.ff.de pen.hæred. tamen ius & dominium acquiſitum ex tali ſucceſſione dicitur de iure gentium, ob id tolli non poteſt a principe ſine cauſa licet acquiſitum fuerit tale dominium ex cauſa quæ eſt de iure ciuili,ut per Moder.in d.l.fin.C.ſi contra ius uel util.publ.& in d.c.quæ in eccleſiarum,de conſti.& latè dixi in conſ.135.col.5. uer.ſecundo probari uidetur iſta concluſio. Quid hic dicemus ubi & dominium acquiſitum & cauſa ex qua acquiſitum eſt, dicuntur eſſe de iure gentium. ¶Tertio concurrit confirmatio ſummi Pontificis prior in tempore in fauorem pauperum, & ſic acquiſitum eſt ius pauperibus ex triplici iure aut uinculo,quod ipſum difficilius tollitur ut ſupra dictum eſt. ¶Quarto ubi res dubia eſſet,quæ ipſa uidetur clariſſima, in dubio habendæ uidetur interpretatio contra iſtam plenitudinem poteſtatis, quia dicitur odioſa.& l.in honorariis.§.ſed cum reſciſſa.ff.de actio.& oblig.l. nec damnoſa & l.reſcripta.C.de precibus impera.offer. per quæ iura ita dicit Cur.ſen.in conſ.9.col.penul.circa fin. Addo Rotam dec.331.Suppoſito facto.col.2.uer. modo hic uidentur,in nouis. Ideo populus Romanus nunquam fuit uſus plenitudine poteſtatis ante translatum in Cæſarem imperium, nec inuenitur iſta plenitudo poteſtatis iure ciuili expreſſa niſi ſub illis uerbis, quicquid principi placuit legis habet uigorem.ita Bald.in tit.de pace Conſtan.in uer.libellarium.quod dictum pro pulchro refert & ſequitur Curt.ſen.in conſ.27.col.15.in fin.l.in conſil.j.col.31.in fi. & in conſ.66.col.14.in fi.Iaſ.in conſ.145.col.3.in fi.& in conſ.233.col. 8.poſt med.lib.2.Ideo Gemin.in cõſ.99.col.2.poſt med. appellat hanc plenitudinem poteſtatis poteſtatem ſuperinordinatam.

¶Quinto conſidero quòd procedunt præmiſſa in principe temporali,

poralí, à fortiori in Papa Chriſti Vicario, a quo ea quæ procedũt,
dicuntur procedere de ore Dei. c. ſic omnes. 19. diſt. ideo ſtudere
debet eſſe ſimilis Deo. Bal. in conſ. 24. Ius abbatialis. lib. 2. & ibi
dem quòd bonitas Papæ eſt ſalus omnium, & econtra. & compa
ratur Papa ſoli, qui maior eſt luna quantitate, dignitate, officio,
& ſublimitate. Bald. in conſ. 333. Ad intelligentiam. col. j. libr. j. &
ſicut ſe habet ſol in planetis, ita Papa in eccleſiis. Bal. in c. bonæ.
2. col. 4. de poſtula. præla. ideo lucere debet ad omnis bonis ope
ribus & exemplis. & profecto nunquam putato intentionis ſuæ
fuiſſe, voluiſſe violare teſtamentum conditum ad pias cauſas a
ſe confirmatum, de qua confirmatione, ſi mentio habita eſſet
vtique repulſam impetrantibus dediſſet. ¶ Ex præmiſsis abunde
ſans comprobata appaet intentio cruciatæ & pauperum. Solũ
ſupereſt ad contraria reſpondere, ad quæ ſatis videtur ea præmiſ
ſis reſponſum, tamen ad maiorem explicationem in ſpecie re-
ſpondeo. Ad primum quòd Papa poteſt commutare, fateor de
plenitudine poteſtatis tantum, qua vti non poteſt ſine cauſa in
his quæ ſunt de iure gentium prout hic, ſed cauſa commutandi
hic ceſſat vt s. abũde dictũ eſt. Et licet potuiſſet hic Papa cõmuta
re, tamen ipſum hoc facere noluit, qui voluntatis defectus abun
de ſupra fuit explicatus. ¶ Non obſtat quòd Papa videatur confir
maſſe cum clauſula non obſtantibus, multum pingui, & ſic de
plenitudine poteſtatis. quia reſpondeo quòd iſta clauſula nõ ob-
ſtantibus, non operatur vbi reſcriptum eſt obreptitium & ſubre
ptitium prout in caſu noſtro vt in præcedentibus demõſtratum
eſt. ¶ Secundo reſpondeo, quòd iſta clauſula non obſtantibus, nõ
trahitur ad obſtaculum procedens a priori confirmatione ſum-
mi Pontificis, quia generalis ſermo non comprehendit factum
ipſius loquentis, ita in terminis iſtius clauſulæ tradit Geminia. in
conſ. 36. col. 2. ¶ Tertio reſpondeo quòd cum prior confirmatio
concernat vtilitatem publicam & fauorem pauperum, clauſula
illa non obſtantibus, non ſufficit ad derogandum tali publicæ
vtilitati. Rom. in conſ. 436. quòd indultum. col. 2. ſequitur Dec. in
conſ. 10. col. 3. in ſi. ver. tertio quia. ¶ Quarto reſpondeo, quòd
etiam ſi expreſſe derogatum eſſet priori confirmationi, talis ta-
men derogatio videtur nulla cum agatur de tollendo ius quæſi-
tum de iure gentium ex multiplici funiculo, nec ſubſit cauſa tol-
lendi per late ſupra deducta. ¶ Et præmiſſa cum humilitate dicta
ſint ad pauperum compendium ſub correctione & iudicio ſa-
niori ſanctiſsimæ Sedis Apoſtolicæ & reuerendiſsimi ac ſapien-
tiſsimi eius Rotæ Senatus a cuius vnius ſententia diſcedere non
intendo. Sauiliani 15. Ianuarii 1547.

SVMMARIVM.

1 *An ueniat domus ædificata extra muros ciuitatis cum dici-
tur in legato, domus meas.*
2 *Aequalis coniunctio præſumptionem excludit.*
3 *In quo caſu ualet argumentum ab eo, quod communiter fieri
conſueuit.*
4 *In qualibet materia uerba debent intelligi, ut aliquid operen
tur.*
5 *Vna pars teſtamenti per aliam declaratur, & præcedentia per
ſequentia.*
6 *Voluntas teſtatoris declaratur ex ueriſimili.*
7 *Verba uniuerſalia ad plura referuntur.*

CONSILIVM CCXCVII.

¶ Conſilium non vulgare pro Spe. dominis Thoma & Bernardi-
no de Canariis fratribus & ciuibus Saluciarum.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Verba le-
gati ita habent, Item legauit dominis Thomæ
& Bernardino de Canariis fratribus eius con-
ſanguineis ſiue eorum filiis in ſtirpem & non in
capita omnes domos ipſius teſtatoris vbicun-
que ſitæ ſint ſub ſuis cohærentiis ædificatas vel
non ædificatas in ciuitate Saluciarum, nec non & domum cum
viridario quam habet in loco Carmagnoliæ & extra ipſum lo-
cum, ac etiam omnes vineas quas habet Salutiis ſub earum co-
hærentiis. Quæritur modo an comprehendatur ſub tali legato
domus ſita extra muros ciuitatis Saluciarum quæ erat ipſius do
minii Hieronymi Canariæ teſtatoris. ¶ Videretur prima fronte
dicendum quòd non. primo ex doctr. Bar. in l. 2. ff. de verbo. ſign.
vbi Bart. facit differentiam an dictum ſit lego bona exiſtentia in
ciuitate Saluciarum, præmittendo verbum ciuitate, an vero dica
tur de bonis exiſtentibus in Saluciarum ciuitate, præmittendo 1
nomen loci. quia primo caſu quando præmittitur ciuitas, non ve
niunt bona exiſtentia extra muros ciuitatis, quia ciuitas muris
cingitur & finitur. Secundo vero caſu quando præponitur nomẽ
loci, veniunt bona exiſtentia in ſuburbiis & extra muros. ſequun
tur Cano. in c. Rodulphus, de reſcri. ¶ Secundo iſtud videtur pro
bari, quia circa domos Carmagnoliæ, teſtator expreſsit etiã de
domo extra locum ipſum Carmagnoliæ, ergo ſi intellexiſſet de
domo ſita extra muros Saluciarum, ita ſciuiſſet exprimere ſicut
expreſsit de domo Carmagnoliæ. vnica §. ſin autem ad deficien-
tis. C. de caduc. tollen. l. Stichum qui meus erit. ff. de lega. j. c. ad
audientiam, de decimis, cum ſimil. Itaque cum non expreſſerit
teſtator de domo extra ciuitatem Saluciarum dicẽdum videtur
quòd de illa non intellexit, quia non credimus hominem velle
niſi quod dicit. Bal. in l. voluntatis, in fin. C. de fideicom. ¶ Tertio
videtur facere illud generale, quòd teſtator in dubio videtur mi
nus grauare hæredem quàm ſit poſsibile. l. vnum ex familia. §. ſi
rem. ff. de lega. 2. l. apud Iulianum. §. ſcio. ff. de lega. j. l. qui concu-
binam. §. qui ita & l. minoris. ff. de lega. 3. cum ſimil. ¶ † Sed præ-
8 miſsis non obſtantibus contrarium puto de iure † verius, quòd
immo veniat domus extra ciuitatem ſequentibus fundamentis.
Et primo conſidero pro fundamento quòd in materia fauorabi
li & large interpretanda appellatione ciuitatis veniũt ſuburbia.
l. j. §. cum vrbem. ff. de offic. præfec. vrb. l. ſi quando. C. de bonis
vacan. lib. 10. Bar. & Alex. in d. l. 2. ff. de verb. ſig. Abb. & Fely. in d.
c. Rodulphus, de reſcrip. ſed legatum de quo agitur, dicitur fauo
rabile & large interpretandum. In qua re omitto cõtrarietatem
& inconſtantiam doct. qui pro caſus occurrentia dicũt legatum
generaliter large interpretandum, aliquando ſimpliciter dicunt
ſtricte illud intelligendum. nam etiam faciendo concluſionem
& regulam quòd legatum ſtricte debeat interpretari, iſtud non
procedit in legato facto coniunctæ perſonæ, quod ratione con-
iunctionis ſanguinis late debet interpretari. l. ſi ſeruus plurium.
§. ſi. ff. de leg. j. l. Aurelius. §. Titius teſtamento, vbi Bar. ff. de liber.
lega. l. ſi cognatis, vbi Bar. ff. de rebus dubiis. Soc. in l. j. col. 3. ver.
ſecundus caſus. ff. eo. ti. de reb. dub. Corn. in conſ. 3. col. 2. verſ. itẽ
neceſsitudo. in conſ. 244. col. 6. poſt med. lib. 2. & in conſ. 103. col.
2. verſ. item quia legataria. lib. 4. Dec. in conſ. 92. col. j. & alibi ſæ-
pe. Quod procedit etiam in legato facto vxori, quod ſimiliter la
te debet interpretari. l. vnum ex familia. §. pen. ff. de lega. 2. Bald.
in conſ. 459. Quidã inſtituto. lib. j. & in conſ. 209. Illa verba, in fi.
lib. 3. Itaque cum legatum ſit factum coniunctis, illud dicitur fa
uorabile & late interpretandum, conſequenter appellatione ci-
uitatis in iſta materia lata & fauorabili veniet etiam domus ſita
extra muros & in ſuburbiis. ¶ Nec obſtat huic fundamẽto quòd
etiam aduerſarii ſunt coniuncti, & quòd par videatur ratio affe-
2 ctionis erga omnes, † ideo quòd æqualis coniũctio præſumptio
nem excludit. l. non ſolum. ff. de ritu nuptiarum, quia reſpondeo ꝙ
hic non videtur par ratio affectionis erga omnes, immo affectio
nem longe maiorem habuit teſtator ad ipſos legatarios. primo
ex priori nominatione, quia prius fuerunt vocati ad inſtitutionẽ,
ex qua priori nominatione maior arguitur dilectio. l. Lucius, vlti
ma. ff. de hæredi. inſti. l. Publius. §. ſi. ff. de condi. & demon. l. cum
ita. §. ſi. ff. de lega. 2. l. ſi. C. de verbo. ſignifi ſacit tex. in l. quoties. ff.
de vſufr. in l. hæredes mei. §. peto. ff. ad Trebellia. & in l. cum pa-
ter. §. a te peto. ff. de leg. 2. Ad idem tex. in l. ſi ita legatũ, in princ.
ff. de lega. j. vbi quando legatur duobus, primo nominatus eligit.
Tradunt Ang. Imo. & ſcriben. in l. qui ſoluendo non erat ſeruum,
per illum tex. ff. de hæred. inſti. vbi ꝙ ordo prioris denominatio-
nis demonſtrat ordinem charitatis & maioris dilectionis. idem
dicit Bal. in l. pen. in 3. oppo. C. de verbo. ſignifi. & in l. j. C. de edi-
cto diui Adria. tollen. Tradit Pau. de Caſt. & in conſ. 121. Viſa qua
dam petitione. col. 2. in ſi. lib. j. & in conſ. 64. In præſenti cauſa.
col. 2. in ſi. lib. 2. Corn. in conſ. 200. col. 3. poſt med. & in conſ. 210.
col. 2. circa med. lib. 2. Iaſ. in l. qui duos, col. 2. ff. de leg. j. Secundò
maiorem affectionẽ habuit teſtator ad legatarios quia eos plus
honorauit in tot prælegatis domorum & vinearum. Ita maiorem
affectionem arguit Cor. in conſ. 304. col. 3. circa med. lib. j. in con
ſil. 161. col. 2. circa ſi. lib. 2. & in conſ. 167. col. j. lib. 4. argu. d. l. Pu-
blius. §. ſi. de condit. & demon. & authen. hoc amplius. C. de fi-
deicom. ¶ Tertio arguitur maior affectio erga legatarios propter
agnationem,

agnatinnem,quia ipſi fuerunt cognomen & arma teſtatoris, cuius ipſius agnationis rationem teſtator haboit dum eos vocauit in domibus & vineis. & communiter videmus quòd teſtatores es nobili & antiqua ſamilia ipſius agnationis rationem babent
3 etiam eacludendi proprias filias. † & valet argumentum ab eo quod communiter fieri conſueuit in materia præſumptionis & probationis. & glo. & doct. in l. neque natales. C. de proba. Bald. in conſ. 70. Appareat. col. 1. lib. 3. no. in c. j. de cler. nõ reſiden. Nec alia ratio aſsignari poteſt cur teſtator plus honorauerit legatarios quam agnatos, quia reſpectu coniunctionis ſanguinis illi de Scarampis oepotes ex ſorore erant proaimiores, ergo iſta ratio agnationis habetur pro expreſſa, iuxta dictum Bal. in l. quãuis. C. de fideicommiſſ. & in l. in aaimum vitium. C. de liber. præter. cum ſimil. Stante igitur & præſuppoſita maiori dilectione & affectione erga legatarios, ceſſat argumentum l. non ſolum. ff. de ritu nup. ꝙ par ratio affectinnis præſumptionem eacludit, quia datur diſparitas affectionis, ob quam diſparitatem affectionis ceſſat diſpoſitio. d. l. non ſolum. c. accedens, ſecunda, vt lite non conteſta. Dec. in l. qui iuriſdictioni. col. 4. ff. de iuriſdic. omn. iudi. Ea præmiſsis ſtat ſolidum ſundamentum quòd iſtud legatum late debet interpretari, & dicitur fauorabile ratione coniunctionis, agnationis, & maioris affectionis, conſequenter quòd in tali legato ſauorabili appellatione ciuitatis etiam ſuburbia continẽtur. ¶ Secundo principaliter latè interpretari debet legatum de quo agitur, quia factum eſt verbis vniuerſalibus geminatis, nam verba vniuerſalia etiam ſemel tantum prolata latiſsime interpretantur, & omnia comprehendant, quæ dici aut eacogitari poſſunt, quia qui totum dicit nihil excludit. l. Iulianus ff. de leg. 3. l. a procuratore. C. manda. l. omnes. C. ſine cenſu vel reliqui. c. ſolitæ. de maiorit. & obedien. c. 1. de obſerua. ieiun. c. ſi Romanorum. 19. diſtin. Et dicit Bal. in conſ. 326. Rex Romanorum. col. 3. circa fin. lib. j. quòd verba vniuerſalia adeo omnia comprehendunt vt nulla perſona & locus nullus eacipiatur. Et dicit Dec. in conſ. 59. col. 1. in fin. ꝙ comprehendunt verba vniuerſalia omnia quæ eacogitari poſſunt, per l. in fideicommiſſi. §. cum Pollidius. ff. de vſuris. l. cum virum. C. de fideicom. Quod dicemus vbi ſunt verba vniuerſalia geminata. l. Baliſta. ff. ad trebellia. Exiret conſilium in volumen ſi de efficacia verborum vniuerſalium tam ſimplicium quàm geminatorum ſcribere & cumulare vellem, ſed non eapedit, quia ſatis eſt id tangere, quod ipſum neminem arbitror negaturum, verba vniuerſalia large & latè intelligi debere & multomagis ſtante geminatione. Hoc ita præſuppoſito ꝙ iſtud legatum domorum late debeat intelligi propter verba vniuerſalia geminata, dico quòd ſumus in illa communi regula & concluſione, quòd in materia large & late interpretanda, appellatione ciuitatis veniunt ſuburbia & continentia ædificia. ¶ Tertio in terminis ꝙ vbi concurrit ſauor coniunctionis & eapreſsio verborum vniuerſalium, appellatione ciuitatis veniãt ſuburbia, immo & totum territorium, voluit Bald. in conſ. 357. Nota pro duce Turoniæ. lib. 5. ¶ Ex præmiſsis tollitur argumentum ꝙ effectus verborum vniuerſalium reſtringitur per verba ſequentia in ciuitate Saluciarum, quia dico quòd ſi ciuitas in materia latè interpretanda non reſtringitur ad ambitum murorum, ſed comprehendit etiam ſuburbia & territorium, ergo dici non poteſt ꝙ verba vniuerſalia legati maaime geminata reſtringantur ad domos ſitas intra muros ciuitatis immo veniunt domus etiam extra muros & in ſuburbiis ſitæ ex quo verbum ciuitatis, ſuburbia continet. Et ſic argumentum & obiectio procederet quando ſequeretur terminus omnino reſtrictiuus præcedentium, ſed terminus ciuitas, non eſt huiuſmodi, ea quo ſuburbia etiam comprehendit in materia lata aut ſauorabili prout hic. ¶ Quarto ꝙ legatum reſtringi non debeat ad domos quæ eſſent intra muros ciuitatis Saluciarum, arguitur, quia ſi fiat reſtrictio, illa uerba uniuerſalia ubicunque ſitæ ſint, fient ſuperflua & ſine aliqua operatione, quia domus intra muros omnino veniebant ſub aliis verbis uniuerſalibus omnes domos. Ideo ne uerba illa uniuerſalia ubicunque ſitæ ſint, nihil operentur, dicendum eſt ꝙ uerbum ciuitas, trahatur etiam ad ſuburbia, quia in legatis uerba intelligi debent ut aliquid operentur. l. ſi quando, in prin. ff. de lega. j. ubi legatum factum uxori de rebus inter uiuos donatis refertur ad donationem inualidam, quia referendo ad ualidam, nihil operatur. ad idem tex. in l. qui concubinam. §. qui hortos. ff. de leg. 3.
4 Immo † in qualibet materia uerba debẽt intelligi ut aliquid operentur, adeo quòd nullum uerbum debet eſſe ſuperfluũ ſi alius intellectus ſanus poſsit accommodari. l. 1. in prin. & ibi no. ff. qđ metus cau. l. j. in fin. cum ibi nota. ff. ad municipa. l. 3. §. j. qui incipit non fruſtra intelligi debet ſine affecto aliquid operandi. Bal. in l. nec quicquam. §. de plano. col. fi. ff. de offi. procon. & in rub. C. de contrah. emp. in 9. q. & ante Bal. glo. in c. ſolitæ. in verbo tanquam, de maiori. & obedien. Amplius etiam ſyllaba intelligi nõ debet ſine effectu aliquid operandi. gl. & Bal. in d. l. j. ff quod metus cau. quam glo. pro notabili ad hoc citat Dec. in conſ. 48. col. 2. poſt med. & in conſ. 626. col. 2. poſt med. Ideo videmus quòd multa veniunt in diſpoſitione etiam contra naturam verbi, quãdo alias verba nihil operarentur. ob id legatarius venit appellatione hæredis quando alias verba eſſent ſuperflua. Bald. in l. j. q. 34. ff. de rerum diuiſione. in c. j. in princ. de probib. alie. feudi per Feder. ſequitur Dec. in d. conſ. 158. col. 1. in fi. Et generaliter verũ eſt, quòd verba potius impropriantur ſeu proprie intelliguntur quam vt nihil operentur. l. ſi vno in princ. ff. locati. l. ſi olei. C. locati. l. quibus diebus. §. dominus. & quòd ibi Bar. ff. de condi. & demon. Ideo renuncians priuilegio intelligitur renonciare iuri communi quando priuilegium nullum habet, & ſic verba alias nihil operentur. l. j. in fi. ff. ſi quis in ius vocan. non ier. Dec. in c. j. in prin. col. ſn. de iud. & tamen appellatione priuilegii nullo modo venit ius cõmune & tolleratur iſta impropriatio potiuſquã uerborum ſuperfluitas etiam in materia ſtricta prout in ſentẽtia. gl. in l. & puto. ff. ſamil. ercіſ. Rom. in conſ. 14. Idem de iure & patet in renunciatione quæ licèt ſit ſtricti iuris, tamen uerba in ea impropriantur quando alias nihil operarentur ut ſupra dictum eſt in eo qui renunciat priuilegio. & in renunciatione tradit Bar. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum, col. 7. uerſi. quarta fuit opinio. ff. ſi quis cautio. ubi quòd uerba renunciationis trahuntur ad caſum fortuitum quando alias nihil operarentur. ſequitur Aret. in conſ. 104. Breuitas. col. 3. in fi. uer. ultimo hoc clare patet. Rurſus hoc uidemus in legatis ꝙ in eis uerba intelliguntur ut operentur, & tamen dictum eſt ſupra quòd legata dicuntur ſtricti iuris. ſi uerba trahuntur ad caſum omnino improprium contra eorum naturam ut aliquid operẽtur, quid dicemus in uerbo ciuitas, quod non uidetur, impropriari ſi comprehendat ſuburbia tanquam eius acceſſoria? Et quod uerbum ciuitas, in materia lata aut indifferenti, quæ poteſt ſe habere ad fauorem & odiũ ſeu in qua nulla ratio diuerſitatis reddi poteſt cur ſuburbia nõ ueniant, illa cõprehendit, uoluit Fel. in d. c. Rodulphus, poſt Abb. & alios de reſcrip. Rurſus ſi procedunt præmiſſa in ſimplici uerbo ut intelligi debeat cum effectu alicuius operationis immo idem in ſyllaba, quid hic dicemus ubi ſunt uerba uniuerſalia geminata quæ enixiorem & magis deliberatam oſtendunt mentem diſponentis? c. & ſi Chriſtus, de iureiu. gl. fi. in c. ſi quis iratus. 2. q. 3. ſi enim teſtator tantum legaſſet domos ædificatas & non ædificatas in ciuitate Saluciarum, omittendo illa uerba uniuerſalia omnes domos ubicunque ſitæ ſint, cui dubium quòd ueniſſent omnes domus intra muros. Itaque apponendo illa uerba uniuerſalia geminata omnes & ubicunque ſitas, aut illa nihil prorſus operabũtur contra intentionem & deliberatam mentem diſponentis & contra omnes iuris regulas, aut ſi uelimus operari, neceſſario fateri oportet intellexiſſet teſtatorem etiam de domibus extra muros, & quòd appellatione ciuitatis ſuburbia intelligerentur tanquam acceſſoria ad ipſam ciuitatem. ¶ Quinto conſidero quòd hic ſumus in materia indifferenti. in qua ratio diuerſitatis reddi non poteſt cur teſtator magis uoluerit legare domos intra muros ciuitatis Saluciarum, quàm extra, quia quando locutus eſt de domibus Carmagnoliæ, expreſſit etiam domum ſitam extra ipſum locum. quæro quare magis uoluerit teſtator legare domum extra locum Carmagnoliæ quam extra muros ciuitatis Saluciarum? iden cum ſimus in materia indifferenti dicẽdum eſt appellatione ciuitatis etiã ſuburbia contineri per ſupradicta. Amplius dico ꝙ maior ratio erat legandi domum extra muros Saluciarũ quia legatarii habitabant prout habitant Saluciis, non Carmagnolię, ob id domus illa extra muros magis arridebat & arridet eorum uotis & delectationi quam domus ſita extra locum Carmagnoliæ. Et ſi dicas, quare non expreſſit teſtator etiam de domo ſita extra muros Saluciarum ſicut eapreſſit de domo extra locum Carmagnoliæ, dicam infra reſpondendo ad contraria.
¶ Sexto conſidero quod neceſſario oportet intelligere iſtud legatum etiam de domo extra muros Saluciarum, quia domos quæ ſunt intra muros ſitæ, ſunt in eodem loco ſola uia publica intermedia, & una domus conſueuit ſeruire alteri. Ideo ſi teſtator ſolum intellexiſſet de domibus intra muros, non uerſimiliter dixiſſet omnes domos ubicunque ſitæ ſint, quia dictio ubicunque,

denotat

denotat multitudinem locorũ. Idem enim eſt dicere vbicunq; quòd in quolibet loco. c. ſi. vbi Archi. de priuil. lib. 6. cum ſimi. vt per Soc. in conſ. 209. col. 3. lib. 2. Ideo non videtur bona nec congrua locutio intelligere dictionem vbicunque, de domibus ſitis in eodem loco ſola via intermedia. & poſito ſitę eſſent domus in duobus locis, adhuc non videretur congrua locutio, dicere domos vbicunque ſitas, ſed tunc conuenirent verba in vtroque loco vel in duobus locis ſitas & tanto minus eſſet congrua locutio geminando verba vniuerſalia omnes domos & vbicunq; ſitas, quæ geminatio videtur pluſquam inepta & nullus ſenſus ſi referatur ad duas tantum domos ſeu ad ædificia ſita in duobus locis tantum. Pro quo in terminis adduco Bald. in l. in teſtamento. q. 7. C. de teſt. milit. vbi quòd dictio omnes, refertur ad plura quàm duo ſecundum artem grammaticę, quę attẽdi debet. quid hic dicemus vbi teſtator legauit non ſolum omnes domos, ſed etiam vbicunque ſitas ædificatas ergo niſi velimus omnino violare rectam locutionem, neceſſario oportet dicere ꝙ intellexerit etiam de domo extra muros. quod ipſum fundamentum videtur efficaciſſimum, nihil enim opus erat his verbis vniuerſalib' ſi nõ de pluribus domibus intelligebat q̃ de illis ſitis in duobus locis. ¶ Septimo conſidero ꝙ intra muros, ni fallor, Saluciarũ ſolum conſtat vna domus ædificata, altera autem domus non videtur ædificiis perfecta, quod ipſum ſi ita verum ſit in facto, res videtur ſine dubio, quia dum dixit teſtator omnes domos ædificatas aliter uerificari non poteſt legatum in plurali, niſi intelligendo de domo extra muros quia numerus pluralis vno contentus non eſt. l. vbi numerus. ff. de teſtib. l. ſi. ff. ad trebell. reg. pluralis locutio. lib. 6. conſequenter dicendum eſt appellatione ciuita-
5 sis etiam ſuburbia contineri. ¶ Octauo † vna pars teſtamẽti per aliam declaratur, & præcedentia per ſequentia declarantur. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi. & l. qui filiabus. ff. de lega. j. l. ſi cui dulcia. ff. de tri. vino oleoque lega. cum ſimilib. ſed vbi teſtator locutus eſt domibus Carmagnoliæ quia ibi duas tantum habebat de vtraque mentionem fecit, Salutii verò quia plures habebat q̃ Carmagnoliæ, magis vniuerſaliter locutus eſt dicendo omnes domos & vbicunque ſitas. ſi enim voluiſſet teſtator ſe reſtringere ad domos intra muros, veriſimiliter locutus non eſſet per tot verba vniuerſalia ſed in ſpecie expreſſiſſet domos quæ eſſent intra muros, ſicut expreſſit in ſpecie de domib' Carmagnoliæ quia duas tantum haberet. ¶ Nono nos habemus ꝙ in vltimis voluntatibus attenditur voluntas teſtatoris etiam contra proprietatem verborum. l. non aliter. ff. de lega. 3. l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demon. cum infinitis ſimilib. vt per Moder. in l. 3. C. de libe. præter. & alibi ſæpe, ſed voluntas teſtatoris non clare magis aut euiae apparere poſſet q̃ ex verbis vniuerſalibus geminatis quæ præciſam vim habent & deliberatiſſimam mentẽ diſponentis oſtendunt vt ſupra dictum eſt. ¶ Decimo diſpoſitio teſtatoris ita intelligi debet ne reſultet contrarietas. l. nam ad ea. ff. de condi. & demon l. ſancimus. C. de teſtamen. immo receditur a proprietate verborum vt contrarietas fugiatur. Gemi. in cõ ſ. 122. circa med. Soc. l. j. col. 3. circa prin. ver. vnde habeamus dicere. ff. de leg. j. cum infinitis quæ cumulare poſſem, ſed laborioſum eſſet potiuſquam ſubtile apud viros doctos. Sed niſi verbũ ciuitas comprehendat ſuburbia, videtur in teſtatore contrarietas ꝙ voluerit legare omnes domos vbicunque ſitas ædificatas & non ædificatas & ꝙ ſtatim voluerit legatum reſtringere ad domos intra muros ſitas. talis enim reſtrictio aperte repugnat & contrariatur illis verbis vniuerſalibus geminatis. quod enim magis contrarium & repugnans q̃ legare omnes domos & vbicunque ſitas, deinde dicere ꝙ ſolũ voluerit legare domos intra mu-
6 ros? ¶ Vndecimo † voluntas teſtatoris declaratur ex ueriſimili quia præſumitur teſtatorem id voluiſſe quod veriſsime ſit. l. Titius. §. Lucius, vbi Alex. & Mod. ff. de libe. & poſthum. l. eum res, ver. j. ff. leg. j. l. mulier. j. in prin. ff. ad trebell. l. 3. C. de inſtit. & ſubſtit. l. ſi. C. de poſthu. hære. inſti. & qui arguit a veriſimili, arguit a ratione naturali, quia veriſimilitudo dicitur cognata naturæ. Bal. in conſ. 180. Mortuo filio. li. 3. & habetur veriſimilitudo pro lege. Oldr. in conſ. 13. Cum quæſtio, in ſi. & ſic allegans veriſimilitudinem dicitur habere textum legis pro ſe ex quo lex mãdat veriſimilitudinem obſeruari debere. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. Sed quæſo reſpondeat mihi qui in ſola naturali ratione delectatur, quando intentio diſponentis eſt aliquid excipere aut reſeruare de eius diſpoſitione an is conſueuit verbis vti prægnantibus & vniuerſalibus omnino contrariis & repugnantibus tali exceptioni aut reſeruationi? Profecto neminem id arbitror auſum dicere. Et enim qui aliquid reſeruare aut detrahere de ſua diſpoſitione intendit, is aut verbis reſtrictis vtitur aut ſaltem ſimplicibus, non vniuerſalibus & adeo prægnantibus, itaq; nullo modo eſt veriſimile ꝙ teſtator voluerit reſtringere Legatum ad domos intra muros ex quo verbis vſus eſt adeo amplis & prægnantibus, ſi enim intendiſſet reſeruare domum extra muros & in ſuburbiis ſitas, non veriſimiliter dixiſſet omnes domos ædificatas & non ædificatas vbicunque ſitas, ſed ſimpliciter dixiſſet domos ſitas in ciuitate Saluciarum. ¶ Duodecimo domus ſitas extra muros Saluciarũ in ſuburbiis dicitur domus ſplendida nec parui pretii, itaque ſi intendiſſet teſtator domum tam nobilem excipere de legato veriſimiliter talem exceptionem in ſpecie feciſſet, ne alias rem magnam & grandem neglectui dicatur habuiſſe, cum magna & notabilia ſoleant in ſpecie declarari & exprimi. l. prætor ait. §. quod autem. ff. de iniuriis. l. eos. C. de aquæductu. lib. 11. ideo in generali mandato non veniunt ea quę ſunt de maioribus. Cald. in conſ. 3. in tit. de offi. vica. Similiter in generali impetratione de perſonatu, dignitate, vel officio non venit eccleſia cathedralis. Oldr. in conſ. 185. Thema tale eſt, Titius canonicus. col. j. itaque cum domum tam amplam in ſpecie non reſeruauerit, immo legando domos vſus fuerit verbis ampliſſimis & prægnantibus, dicendum eſt ꝙ intellexerit domum ipſam comprehendi. ¶ Decimotertio ſi dicimus domũ extra muros ſub legato contineri, tunc verbum ciuitas, large intelligitur ut comprehendat ſuburbia & eius acceſſoria quod de facili ſit in materia fauorabili vel indifferenti aut alias large interpretanda, vt ſupra dictum eſt. ſi autem dicimus domũ ipſam extra muros in legato non venire, violamus verba vniuerſalia geminata, illa reſtringendo contra eorum ſignificationem & naturam. ſed minus inconueniens eſt intelligere verbum vnum large ut comprehendat ſua acceſſoria q̃ pluribus uerbis geminatis tantam uim facere & illa uiolare per uiam reſtrictionis, quia inter plura mala aut inconuenientia illud toleratur quod minus eſt ut maius euitetur. c. ueniens, qui cler. uel uouen. c. denique. 4. diſt. c. hi qui. 26. quia. q. 2. c. ſi quod verius. 33. q. 2. & facit quod dicimus, ſtatutum ita intelligi debere ut minus corrigat ius commune q̃ ſit poſſibile. l. ſi quando, in prin. C. de inoff. teſta. ſic etiam uoluntas aut diſpoſitio teſtatoris ita intelligi debet ut minus lædatur proprietas uerborum q̃ ſit poſſibile, ſed minus malum eſt unum uerbum ſimplex large intelligere ut comprehendat ſua acceſſoria, q̃ uerba plura uniuerſalia & prægnantia uiolare & reſtringere. ¶ Ex præmiſſis abunde (ut arbitror) firmata eſt concluſio in fauorem legatariorum ꝙ ueniat domus extra muros. ſolum ſupereſt ad contraria reſpondere, quæ ipſa ſatis quidem ea præmiſſis diſſoluta appareret, ſed enim ad maiorẽ declarationẽ rñdeo in ſpecie ad ſingula. Itaque non obſtat primũ argumentũ ꝙ uerbũ ciuitas muris terminatur, & ꝙ ubi uerbũ ciuitas prępponitur nomini loci, reſtringitur diſpoſitio aut legatum ad ea quæ ſunt intra muros, quia illud procedit in odioſis & in materia ſtricte interpretanda, ſecus in materia fauorabili aut late interpretanda, quia tunc ueniunt ſuburbia, ſed hic ſumus in materia latè interpretanda cum ratione maioris affectionis erga legatarios cõiunctos prius uocatos & magis honeſtos & in quibus cognomẽ & agnatio teſtatoris conſeruatum, tum ratione uerborum uniuerſalium & quidem geminatorum, per late ſupra adducta.

¶ Secundo reſpondeo ꝙ ea quo legauit teſtator etiam domum extra locũ Carmagnoliæ, pluſquàm ueriſimile eſt ꝙ uoluerit legare ẽt domum extra muros Saluciarum, immo maior ratio legandi militat in domo extra muros Saluciarum ubi habitant legatarii. ¶ Tertio pro reſponſione ad argumentum repeti poſſunt omnia fundamenta ſupra facta pro hac parte in fauorem legatariorum, quæ ipſa repetita tædio eſſet ad laborem inutilẽ duntaxat pertinens. ¶ Non obſtat ſecundum argumentũ ꝙ ſicut expreſſit teſtator de domo extra locum Carmagnoliæ, ita expreſſiſſet de domo extra muros Saluciarum, ſi illam legare intendiſſet, quia reſpondeo ꝙ ſatis expreſſit domum extra muros Saluciarum utendo uerbis uniuerſalibus & ipſis geminatis, quæ ipſa niſi referantur ad domum extra muros nihil prorſus operantur. quod non eſt dicendum cum nulla ſyllaba intelligi debet appoſita ſine aliquo miniſterio. & plusq̃ abſurdum eſſet dicere ꝙ teſtator ſuperfluo & ſine aliquo effectu locutus fuerit per uerba adeo ampla & prægnantia, quæ ipſa præciſam & omnino deliberatam oſtendunt mentem diſponentis, ut ſupra dictum eſt. ¶ Secundo reſpondeo ꝙ expreſſum quid dicitur per uerba uniuerſalia, nã dicitur quid expreſſum verbis generalibus. Bart. & doc.

in l.

in l.prætor ait,in prin.per illum text.ff. de operis noui nuncia. & in l.j.col.ſ.ff.de vulga.no.in l.fi.C.quod cum eo. quanto fortius dicetur quid expreſſum p verba vniuerſalia longe maioris efficaciæ q̃ ſint generalia.l.3.§.iuncta.l.coiti.ff.pro ſoc. vbi qđ plus eſt coire ſocietatẽ vniuerſalẽ omniũ bonorũ quá generaliter ↄ̃ctum ſocietatis inire.ſimiliter plus eſt dicere ab oĩ munere q̃ a munere ſimpliciter.c.ſunt nonnulli.j.q.j.gl.in c.paſtoralis.in verbo tẽporaliter.de donat. & infinita referre poſſem de virtute verborũ vniuerſaliũ,ſed hic operũ non impendo cumulationi,quá ipſam tritici venenditoribus relinquo. Et in terminis ꝙ verba vniuerſalia vim habeãt ſpecialis expreſſionis adduco Bar. in l.ſ. ff.de nouatio.vbi ſi quis promittit centũ cõputato omni alio inſtrõ,dr̃ ſacta nouatio per illa verba vniuerſalia, & tñ nouatio non inducitur niſi expreſſe & ſpecialiter agat.l.ſi.C.de nouatio. Ad idẽ adduco Bar.in l.j.in fi.ff.ſi quis in ius vocat.non ierit, vbi qđ paria ſunt renunciare oĩ priuilegio vniuerſaliter,& renunciare priuilegiis in ſpecie. Ad idẽ Soc.in l. Gallus.§.forſitan.coſi.ff.de lib.& poſthu. vbi li. ẽt in ptãte legitimandi conceſſa cõmitti requirat ſpecialis expreſſio circa infantes vt eos legitime poſſit,dr̃ tñ in ſpecie data ptãs p verba vniuerſalia & prægnantia qñ dr̃ qđ poſſit legitimare ſpurios,adulterinos & alios quoſcunq;. Et idẽ tenet Soc.in l.quidã relegatus,col.3.ff.de rebus dub.Dec.in cõſ.316.col.2.nõ obſtat.& in conſ.367.col.pen.in fin.ver.& qđ verba priuilegii. Et profecto qſio clare magis potuiſſet teſtator exprimere & declarare qđ intendebat legare domũ extra muros q̃ dicendo & oẽs domos vbicunq; ſitas & ædificatas? Et licẽt dixerit in ciuitate Saluciarũ.illud nõ dixit reſtrictiue ſed demõſtratiue ad demõſtrandũ loca in quibus domos hr̃et,quia in dubio verba intelliguntur demõſtratiue potius q̃ reſtrictiue aut limitatiue.l.ſi.§. Titia. ff. de li.le.Bar.in l.Centurio.col.11.ver.ſed qđ ſi dixi.ff.de vulga.& in l.cũ pr̃.§.meoſe.ver.q̃ro quid ſi teſtator.ff.de leg.2. Ideo ſi fiat legatũ annuũ alicui pro ſuis neceſſitatibus, peti põt legatũ pro tẽpore p̃terito in quo ceſſauit neceſſitas,quia verbũ neceſſitatibus ſtat demõſtratiue nõ reſtrictiue. Cal.in conſ.51.col.2. in tit.de teſta. & tantò magis iſtud hic procedit quia intelligendo verbũ ciuitate reſtrictiue verba vniuerſalia p̃cedentia & ipſa geminata fierent ſuperflua & pro nihilo appoſita dicerentur, immo videretur reſultare ↄ̃rietas & repugnantia in diſpoſitione teſtatoris qđ voluerit legare oẽs domos vbicunq; ſitas in ciuitate Saluciarum & qđ noluerit cõprehendi domũ in acceſſoriis ipſis ciuitatis ſitã. ¶Tertiò rñdeo retorquendo fundamentũ qđ in domibus Carmagnoliæ ideo expreſſit domũ extra locũ , quia ibi non habeat tot ædificia,ſed duas tm̃ domos, vnã intus & foris , alterã ob id facilis fuit expreſſio,ſed Saluciis plures habebat, ideo vſus fuit

7 uerbis uniuerſalibus † quorũ natura eſt ut ad plura duobus referãtur,ut ſupra dictũ eſt.inepta uerò fuiſſet locutio vti uerbis uniuerſalibus circa duas tm̃ domos loci Carmagnoliæ. ¶Quartò reſponden ꝙ uerbũ ciuitas cõprehendit ẽt ſuburbia in materia fauorabili aut latè interpretanda uel indifferenti vt ſupra totiẽs dictũ eſt,ideo cũ agat hic materia fauorabilis,& latè interpretanda,dicẽdo de domib⁹ ciuitatis,ſatis expreſſit de domo in ſuburbiis. ¶Quintò rñden qđ ideo expreſſit teſtator de domo extra locũ Carmagnoliæ quia locutus fuerat p uerbũ ſingularis numeri de domo Carmagnoliæ, ob id niſi expreſſiſſet de domo extra locũ , illa non ueniſſet in legato quia numerus ſingularis ad plura nõ refert ut ſupra dictũ eſt: ſed ubi locutus eſt teſtator de domibus Saluciarũ locutus eſt p uerba pluralis numeri immo & per uerba uniuerſalia & ipſa geminata, ideo non opus erat ulteriori expreſſione, quia ſatis ſuperq; putauit teſtator expreſſum ex tot uerbis uniuerſalibus & p̃gnantibus . & pro hac rñſione adduco Cot.in conſ.244.circa fi.lib.2. ubi qđ teſtator de aliquo qñq; nõ exprimit gratia breuitatis , putans illud tacitè & ſatis contineri per repetitionẽ aut coniecturas. Quid hic dicemus ubi non tacitè p coniecturas tm̃ aut repetitionẽ cõtinet domus extra muros Saluciarũ ſed ex ui & natura uerborũ uniuerſaliũ,quæ oĩa comprehendunt & trahunt ẽt ad caſus improprios? Rurſus uis & natura uerbi ciuitas trahitur ẽt ad ſuburbia in materia fauorabili aut late interpretanda uel indifferenti, ut ſæpe dictũ eſt . ¶Sexto pro rñſione ad argumẽtũ adduco gl.in c.ſi forte,in uerbo dignitate.de electio.li.6.ubi gl.dicit qđ diſpoſitio illius textus nõ eſt trahenda ad beneficia ſimplicia,quia ſi de eis intelligi uoluiſſet, uel expreſſiſſet,uel gñaliter locutus eſſet. & ſic uult glo. ꝙ ubi ſunt uerba gñalia,non procedit argumentũ.d.l.unicæ.§. finaũt ad deficientis.C.de cadu.tollen.quia ſatis dr̃ quid expreſſum p uerba generalia apta illud cõprehendere. Quid hic dicemus ubi ſunt uerba nõ generalia ſed uniuerſalia & ipſa geminata , q̃ ipſa uim habent ſpecialis expreſſionis ut ſ dictũ eſt? ¶Septimò rñdeo ꝙ argũ non procedit qñ rõ diſpõnis eſt generalis apta oĩa cõprehendere,quia tunc fit extẽſio ad oĩa in quibus militat ipſa rõ.ita rñdet gl.in c.ea eo.in uerbo Epi de electio. li.6. Sed ut ſ dictum eſt,rõ illius p̃legati domorũ alia conſiderari non põt niſi conſeruationis agnationis & armorũ teſtatoris cuius agnationis rõnẽ magis habuit teſtator in domib⁹ q̃ in aliis ,quia domus cõtinue habitant & in eis frequentior continua magis eſt memoria agnationis. Idõ in pleriſq; locis ſunt ſtatuta p̃ferẽtia agnatos cognatis in domibus,prout Thaurini.& profectò ſi argũ illius.§. finaũt ad deficientis,paſſim admitteret, In totũ corrueret materia extẽſionis & nunq̃ fieret extenſio , ſed ſemp dici poſſet extenſio fieri non debet, quia ſi uoluiſſet diſponẽs intelligere de alio caſu aut in alia re,utiq; ſciuiſſet exprimere ſicut expreſſit in alio caſu aut in alia re.non dico tñ ꝙ hic fiat extenſio ad domũ ex̃ muros ,ſed dico ꝙ domus ex̃ muros comprehendit ſub uerbis legati tã amplis & p̃gnantibus,& ꝙ uerbũ ciuitas in caſu de quo agitur, ad ſuburbia ẽt ptinet. ¶Octauo rñdeo ꝙ illa expreſſio domus extra locũ Carmagnoliæ facta eſt ampliatiue in fauorẽ legatariorũ,nõ reſtrictiue ut p eã reſtringeret legatũ de domib⁹ Saluciarũ , ideo ex illa expreſſione argui non dẽt in odium legatariorũ.ita Iaſ.in conſ.202.in fi.li.2.ubi ꝙ incluſio unius non eſt excluſio alterius qñ inducta ad unũ effectũ operarentur ↄ̃rium. Et ultra Iaſ.adduco Bal.in conſ.208.Qõ eſt.col.2.circa med.li.4.ubi ꝙ incluſio unius nõ eſt excluſio alterius,qñ aliqd includit nõ rõne reſtringẽdi ſed ne illud uideat neglectũ cũ incluſio ſpecialiter eſſet prouidẽdũ. mõ incluſio domus ex̃ locũ Carmagnoliæ nõ eſt facta aut expreſſa gratia reſtringendi legatũ de domibus Saluciarũ ſed gr̃a ampliandi,ergo ex tali incluſione aut expreſſione non debemus arguere ad excluſionẽ domus ex̃ muros Saluciarum ut illa non veniat ſub legato . ¶Nõ obſtat tertiũ & ultimum argũ ꝙ in dubio teſtator cenſet minus grauare hæredẽ q̃ ſit poſſibile , & ꝙ fit interpretatio legati ſtricte ↄ̃ legatariũ in fauorẽ heredis,quia illud non procedit qñ ſit legatũ coniunctæ pſonæ uel ei ad quẽ teſtator magnã habeat affectionẽ,quia tunc fit interpretatio ↄ̃ hæredẽ ut ſ probatũ eſt,ſed hic concurrit cõiunctio ſanguinis, agnationis fauor, & magna affectio ut ſ abunde dictũ eſt . ¶Secundo rñden ꝙ argũ procedit quia hæres cenſet magis dilectus q̃ legatarius,ideo fit interpretatio pro pſona magis dilecta. ſed hi legatarii ẽt ipſi æqualiter ſunt hæredes & ultra titulũ inſtitutionis fuerunt ẽt p̃dilecti in tot p̃legatis nõ tenuis precii, ideo tale p̃legatũ interpretari dẽt in fauorẽ ipſorũ legatariorũ ↄ̃ alios cohæredes ẽt ceſſante rõne cõiunctionis ſanguinis & agnationis. ¶Poſtremo cõſidero in fauorẽ legatariorũ ꝙ ipſi magis indigebãt & indigent domo illa ex̃ muros quã domibus intra muros Saluciarũ,quia intra muros domũ habẽt omniũ celeberrimã & ampliſſimã,ꝙ ipſe teſtator ↄ̃iunctus & cõcius minime ignorabat, itaque dicendum eſt ꝙ intẽtio teſtatoris fuerit domũ illã extra muros,cuius magis indigerent legatarii ſub legato cõprehendi, quia diſpõ teſtatoris ita intelligendi debet ut cenſeat prouiſum in caſu magis neceſſario.Bal.in conſ.35.Pr̃ filio.col.2.li.2. p text.in l.j.§.quid ergo.ff.de uentre inſpi.& in l.qđ Labeo.ff.de carb.edi. & profectò non ſine cã & miniſterio locutus fuit teſtator per uerba tã ampla & p̃gnantia circa legatũ domorũ. ¶Ex p̃miſſis ſplẽdidiſſima facta vr̃ cã legatariorũ, in quorũ fauorẽ de iure reſpõdeo,ſaluo ſaniori iudicio.Sauiliani 7. Februarii 1547.quo tempore niues immodicæ ceciderunt per dies duos continuos & vltra ſ uiuentium memoriam,eadem ipſa die mulier quædam Sauiliani peperit infantẽ habentẽ duo capita & brachia tria , duo uidelicet a lateribus, tertiũ rectũ inter duo capita digitos habẽs duplicatos, baptiſma collatũ eſt ambobus capitibus, & Ioannis nomẽ impoſitum utrique. Aymo Crauetta ex Sauiliano.I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo ius offerendi competat ratione hypotheca.*
2 *Hypotheca contrahitur eo reſpectu quo reuocari poteſt.*
3 *In re legata competit legatario hypotheca quatenus &c.*
4 *Ceſſante pignore,ceſſat eius confirmatio.*
5 *Res aliena hypothecari non poteſt.*
6 *Generalis hypotheca non cõprehẽdit impoſſibilia hypothecãri.*
7 *Actiones perſonales non tranſeunt in ſingularem ſucceſſorẽ.*
8 *Ius offerendi dicitur ius reale competẽs ratione hypotheca quo iure agitur hypothecaria.*

9 *He-*

9 *Hæres hæredis dicitur hæres primi teſtatoris.*
10 *Contractus ab initio ſunt uoluntarij, ex poſt facto neceſſarij.*
11 *Res ſemel extincta amplius non reuiuiſcit.*
12 *Facilius quid conſeruatur in eſſe quam amiſſum aut extinctũ recuperetur.*
13 *Duo contractus incontinenti facti unus poſt alium dicuntur correſpectiui.*
14 *Vbi inquietatur emptor per actionem hypothecariam, nõ agit emptor de euictione, ſed auocatur poſſeſſio.*
15 *Fortius declaratur uoluntas factis quam uerbis.*
16 *In qualibet materia attendi debet ueriſimilitudo.*
17 *Dolus arguitur ex ſilentio.*

CONSILIVM CCXCVIII.

¶Conſilium vt vberrimum, ita vtiliſſimum in materia iuris offerendi pro Magdalena Pia ex Sauiliano contra Ferminũ Didoli.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Ferminus
Didoli ex Sauiliano emit quædam prædia a Frã
ciſco Pia de eodẽ loco quæ ipſa poſtea vendidit
Ioanni Baptiſtæ & aliis de Molineriis fratribus,
mortuo dicto Franciſco Pia, Magdalena eius v-
xor egit hypothecaria ↄtra dictos de Molineriis
tanquam poſſeſſores bonorũ hypothecatorum. fertur ſñia in fa
uorem ipſius Magdalenæ agentis, qua lata rei condemnati trãſi
gunt cum ipſa Magdalena & eidem cedunt & remittunt ipſa bo
na pleno iure, ipſi aũt poſſeſſores condemnati indemnes fiunt p
dictum Didoli authorem eorum. Quibus oĩbus ita geſtis & im-
pletis dictus Didoli ad iudiciũ prouocauit memoratam Magda
lenam vtendo iure offerendi, petendo bona ei remiſſa p empto-
res oblatis dotibus. Quæritur quid iuris? ¶Videreť dicendũ pri
ma fronte eſſe locũ iuri offerendi. & conſidero ꝙ duplex in hac
materia vř ius offerendi, vnum quod competit poſſeſſori conuẽ-
to hypothecaria & iſtud cõpetit cuilibet poſſeſſori ẽt malæfidei
& iniuſto. l. Paulus. §. j. ff. quibus modis pignus vel hypo. ſol. glo.
in l. mulier, in verbo iuſtus. ff. qui potior. in pig. hab. Ange. in §. itẽ
ſi quis in fraudem, col. pe. ante med. inſti. de actio. deciſio. Neap.
deciſ. 159. io fi. & ratio eſt quia creditor agens hypothecaria non
concludit ad rem præciſe, ſed quouſque ſoluatur debitum, itaq;
ſi poſſeſſor ẽt iniuſtus offert debitum, id facit ex voluntate credi-
toris, & iſtud ius offerendi competens poſſeſſori ſolum durat vſ-
que ad litis conteſtatioñẽ in cã executionis iudicati. Bart. in l. ſti-
pulationes non diuiduntur, col. penul. ſed iuxta prædicta moueo
vnũ dubiũ ff. de ver. obl. & in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in
melle, in fi. ff. de ſolutio. tradit Bal. in conſ. 109. quilibet. col. 2. li. 3.
deciſio. Neap. deciſ. 187. vbi tñ voluit Afflictus admitti purgatio-
nem moræ. Alterum eſt ius offerendi competens creditori nõ ra
tione poſſeſſionis ſed rõne hypothecæ, puta ſi debitor priori cre
ditori pignus vendiderit aut inſolutũ dederit, nam põt ſecũdus
creditor pignus auocare a priori creditore offerendo debitum,
vt hř in l. j. C. ſi antiq. cred. pig. vendi. Poteſt. n. ſecundus creditor
liberare pignus a primo credito & confirmare ſuam hypothecã
vt hř in l. potior. §. fi. ff. qui potio. in pig. hab. & l. j. C. eo. ti. & iſtud
ius offerendi cõpetens creditori hypothecario vř introductũ ra
tione æquitatis, vt ſi pignus plus valeat quã ſit creditum aut ius
prioris creditoris, pertineat illud plus ad poſteriorem credito-
rem, ſatis. n. viſum eſt ſi creditor prius ius ſuum cõſequatur. ¶His
ita præmiſſis & conſideratis dicendum vř ꝙ licet non competat
Fermino agenti ius offerendi rõne poſſeſſionis, facta iam ad in-
tegrũ executione iudicati ceſſisq; & remiſſis bonis p emptores
1 condemnatos ipſi Magdalenæ. † Competere tñ vř ex altero capi-
te. i. rõne hypothecæ cũ ſit creditor hypothecarius habẽs ius of
ferendi ↄtra ipſam Magdalenam priorem creditricẽ per d. l. po-
tior. §. fi. ff. qui potio. in pig. hab. l. j. C. eo. tit. Immo competeret ta
le ius Fermino, ẽtſi Franciſcus Pia debitor talia bona inſolutum
dediſſet ipſi Magdalenæ. d. l. j. C. ſi anti. credi. a fortiori vř compe
tere nulla facta ceſſione aut remiſſione p ipſum debitorẽ. ¶Nec
dicatur ꝙ hypotheca non videatur contracta in bonis venditis
ipſi Fermino p dictũ debitorem Franciſcum Piam, quaſi nõ cõſ
ſtat pignus in re propria ipſius Fermini in quem dñium transfe-
rebatur ipſorũ bonorum. l. neq; pignus. ff. de regu. iur. quia iſtud
2 non procedit qñ res non ſit propria irreuocabiliter, † nam eo re
ſpectu quo reuocari põt, contrahitur hypotheca. l. ex ſeſtante. §.
Latinus. vbi Bar. ff. de excep. rei iudi. no. idem Bar. in l. ſi finita. §.
Iulianus. col. pen. circa med. ff. de dam. infec. Soc. in l. j. col. fin. ff.
de leg. j. Ideo vř ꝙ ẽt in ipſis bonis emptis conſtat hypotheca, &
ꝙ obligatio bonorum Franciſci Pia venditoris generaliter fa-
cta trahitur ẽt ad ipſa bona vendita quatenus reuocari poterant
ab ipſo Fermino emptore p Magdalenam priorem creditricem.
videmus ẽt quod licet dñium rei legatæ tranſeat in legatariũ re-
3 cta via a morte teſtatoris. l. a Titio. ff. de furtis. † tñ in re legata cõ
petit legatario hypotheca quatenus non ſit res legatarii irreuo-
cabiliter, & quatenus poteſt ab reo reuocari, vt habetur per ſcri
ben. in d. l. j. vbi Soc. col. fi. ff. de leg. j. ¶Neque non videtur obſta
re deſiderio ipſius Fermini quod emptores dictor bonorũ ha-
bentes cãm ab ipſo Fermino bona ipſa ceſſerint & remiſerint di
ctæ Magdalenæ priori creditrici, quia talis ceſſio aut remiſſio no
cere non debet ipſi Fermino venditori. reg. non debet. ff. de reg.
iur. l. ſi defenſor, in prin. l. ſi ſine, in fin. ff. de interro. actio. l. ſi quis
in ſuo. §. legis. C. de inoffic. teſta. c. non debet, de reg. iur. libr. 6. cũ
ſim. itaque non videtur fuiſſe in facultate ipſorum de Molineriis
derogari hypothecæ ipſius Fermini & iuri offerendi eidem Fer-
mino competenti virtute talis hypothecæ. quod maxime vidť
procedere quia coactus fuit Ferminus emptores indemnes præ-
ſtare ob cauſam euictionis, ideo cũ vniuerſum onus illius actio-
nis hypothecariæ ad perſonam ipſius Fermini reciderit, in hoc
ipſo ſaltem vř releuandus vt facultate iuris offerendi nõ defrau-
detur. l. cum qui, in prin. ff. de iureiur. Alias addi videtur afflictio
afflicto contra. l. diuus. ff. de offic. præſidis. l. tam dementis. C. de
naufra. lib. 11. cum ſi. iſta ſunt quæ adduci poſſe videntur in fauo
rem dicti Fermini. ¶Sed præmiſſis & aliis ſimilibus quæ adduci
poſſent, non obſtantibus, contrarium puto de iure verius, ꝙ im-
mo ius offerendi nullo modo competat dicto Fermino agenti.
Et pro fundamento conſidero ꝙ ius offerendi competẽs nõ poſ-
ſeſſori cõuento actione hypothecaria ſed creditori poſteriori, ſo
lum datur creditori hypothecario. l. cum tibi, vbi Salic. ita ſum-
mat. C. qui potio. in pign. hab. l. nulla. C. de ſolutio. Feder. de Se-
nis in conſ. 126. Quæſtio uidetur. Bal. in conſ. 84. Præmittendum
eſt ad euidentiam ꝙ quando conſ[tante] matrimonio. col. j. poſt
med. uerſic. reſtat ergo uidere libr. 3. ubi ꝙ naſcitur ius offerendi
pp hypothecam & ei deſeruit, & durat tanto tempore quantum
durat hypotheca. Idem probatur in d. l. j. C. ſi antiq. credit. ubi ꝙ
competit ius offerendi ſecundo creditori ad confirmandũ eius
4 pignus, ergo † ceſſante pignore ceſſat confirmatio eius. c. cũ ceſ
ſante. de appell. & ceſſante præſuppoſito ceſſat diſpoſitio loquẽs
de ipſo præſuppoſito. gl. in l. mancipia, in uer. aduocandum. C. de
ſeruis fugi. ubi Iac. But. Sal. & Fulg. quam gl. pro not. ad hoc citat
Soc. in l. j. §. ſi is qui cccc. col. 2. ff. ad Trebel. Dec. in c. conſtitutus.
col. 2. de reſcrip. & in conſ. 201. col. 5. & alibi ſæpiſſime. Sed ius
offerendi datur præſuppoſito pignore quod confirmetur per ip-
ſum ius offerendi, ergo ceſſante præſuppoſito ceſſabit ius offerẽ-
di. Iam datur ius offerendi reſpectu pignoris ut illud confirmeť
ſublato credito antiquiori per ius offerendi, ergo ceſſante pigno
re ceſſabit & ius offerendi neceſſario, quia in correſpectiuis ſi v-
num ceſſat, ceſſat & alterum. l. etiam. §. ex cauſa. ff. de minor. l. ſi.
ff. de acceptila. l. Clemens. §. j. ff. de hæredib. inſtit. l. filio. §. matri.
& l. alumnæ. §. Seia. ff. de adim. lega. Poſtremo, materia iuris offe-
rendi tractatur in titulis in quibus de pignoribus agitur, ergo da
tur intelligi ꝙ non competat niſi creditori hypothecario. l. impe
ratores. ff. de in diẽ adiectio. Sic in ſimili arguit glo. in c. j. in prin.
in gl. 2. de offi. deleg. li. 6. ubi ꝙ conſeruatores dicuntur hřeiuriſ-
dictionem delegatam quia eorum materia ponitur in ti. de offic.
deleg. ſequitur Gemi. in conſ. 75. col. j. Alibi ẽt in ſimili a titulis &
rubrica arguit idem Gemi. in conſ. 87. poſt princ. ꝙ unio eccleſia
rum dicitur alienatio, quia ponitur materia unionis in titulo de
rebus eccle. non alie. ¶Hoc ita præſuppoſito ꝙ non competat ius
offerendi per uiam agendi creditori non hypothecario, dico ꝙ 6
non poteſt competere huic Fermino, in quo non reperitur hypo
theca in bonis in quorum nomine agitur: & quidẽ clariſſima res
eſt quo ad bona alienata per Franciſcum Pia ante venditionem
factam ipſi Fermino. quæ ipſa bona antea alienata nullo modo
potuerunt hypothecari eidem Fermino tanquam aliena & tran
5 ſlata in priores. † res enim aliena hypothecari non poteſt. l. alie-
na res, & l. rem alienam. ff. de pigno. actio. l. qui filios. C. quæ res
pigno. obl. poſ. toto titu. C. ſi aliena res pigno. data ſit. Hinc uide-
mus quòd agens hypothecaria tenetur probare rem hypotheca
tam fuiſſe in dominio debitoris hypothecantis de tẽpore hypo-

thecæ.l.cum res.C.ſi aliena res pign.data ſit.Bar.in d.l.rem alie-
nam.ff.de pig.actio.Bal.in conſ.255.in cauſa ſuper bonis.libr.4.
quod declarat idē Bal.in conſ.ſeq.266. & poſito q ſufficeret pro-
bari de poſſeſſione debitoris hypothecantis (quia ad pñs tra-
ctare non intendo) adhuc ſuccūberet Ferminus quò ad iſta bo-
na antea alienata quia de tpe ſuæ hypothecæ Franciſcus Pia nō
poſſidebat iſta bona antea alienata, ſed illæ poſſidebantur per
antiquiores emptores & q res prius alienata hypothecari non
poſſit.tex.eſt in l.q prædium.C.ſi aliena res pign.data ſit. ſi talis
res in ſpecie hypothecari non pōt, multominus ueniet in gene-
6 rali hypotheca † quia generalis hypotheca non cōprehendit im
poſſibilia hypothecanti vt in terminis hypothecæ eſt text. in l.
ſpem.C.quæ res pig.obli. poſ. Quod eſt generale in qualibet di-
ſpoſitione vt in ea non cenſeātur cōprehenſa, quæ ſunt impoſſi-
bilia diſponenti.l.quamquam.ff.de ritu nuptiarū.l.ſi pater. ff.de
his quæ in fraud.cred.l.Lucius.§.pen.ff.ad muni. c.tua, de deci-
cimis.c.a nobis.vbi Abb.in tertio not.de ſent.excom. Bart. in l.ſi
quis ſub conditione, in fi.ff.de condi.& dem.& alibi ſępe doc. Ex
alio clariſſime ſuccūbere dēt Ferminus quo ad iſta bona quia cre-
ditor agens hypothecaria debet probare rem fuiſſe prius hypo
thecatam q tertio poſſeſſori conuento alienatam.l.de rebus, vbi
Cin.& Bal.C.de dona.ante nup. ſed iſtud non ſolum probari nō
poteſt, ſed ēt apparet de contrario, itaq; neſcio quo ore aut quo
ſpiritu potuerit Ferminus experiri ad iſta bona antea alienata p
ius offerendi. Sed dñs aduocatus partis illud fortiter ſuſtinere tē-
tauit cōpetere ius offerendi creditori ēt chirographario, allegā-
do Pau.de Caſt.in d.l.ſi res, col.pe.uerſ.pone.ff.de leg.j. vbi Pau.
de Caſt.dicit totū contrarium bene dicit Pau. poſſe creditorem
chirographariū pignus redimere offerendo debitū, ſed tñ talis
luitio pignoris non proderit offerenti vt illud conſequatur, ſed
proderit vel debitori vel alii creditori poſteriori hypothecario.
& quod poterit creditor chirographarius agere nego.geſt.con-
tra debitorē cuius negociū vtiliter geſſit pignus liberando & p
eo ſoluendo, iuxta l.ſoluendo.ff.de neg.geſt.¶ Videndū eſt modo
de aliis bonis, in quibus idē puto non competere ius offerendi.
Et conſidero q licèt creditor uendens rem ſibi hypothecatā nō
tanquam creditor aut iure creditoris, iuxta text.in l.ſi cōuenerit.
ff.de pig.act.in §.j.inſti.quibus alie.licet uel non.& in l.fin. C.de
iure dot.impetr.non transferat ius hypothecæ in emptorem. l.ſi
cū uenditor.in fi.prin.ff.de euic.ubi quod emens a creditore qui
non vendidit iure creditoris, ius pignoris non conſequiř nec ſer-
uianā habet iſtud tñ non procedit qñ creditor uendit rē cū om-
nibus iuribus ſibi cōpetentibus in ipſa re, quia tunc trāſit ius pi-
gnoris, qđ alias non transiret.ita in terminis tradit Pau.de Caſtr.
in conſ.332. Viſa ſupra ſcripta facti narratione.col.2.poſt med.
lib.2.per text.in l.ſi res quam a Titio.ff.de euictio. Comprobatur
7 iſtud, † nam actiones perſonales non tranſeunt in ſingularē ſuc
ceſſorem.l.quædam.§.is autem.ff.de edendo.l.3.in fi. ff. uſufruc.
quemadm.cauet.l.eum, in prin.ff.de furtis.Bart.in l.ſi tertius.§.ſi
quis prius.ff.de aqua plu.ar. Et iſtud tñ non procedit ſi cedantur
iura emptori aut ſingulari ſucceſſori in ſpecie aut in genere ce-
dendo rē cū oībus iuribus uenditori aut cedenti cōpetētibus in
re aut pp rē. Bar.in l.3.circa med.C.quod met.cau.Paul.de Caſt.
in conſ.270. Viſo puncto.col.fi.circa med.& in conſ.332. Viſa ſu-
praſcripta facti narratione.col.2.poſt med.Addo Bar. in l.Iulia-
nus, in fi.ff.de uerb.obl.& in l.ſi pro re.§.j.ff.de euictio. Et quod
ſcribit Bal.in conſ.287. Dicta mulier.col.2.li.4. ubi ſucceſſor ſin-
gularis pōt agere pro ſpolio commiſſo contra eius authorē qñ
ipſi ſucceſſori generaliter ſunt ceſſa iura authoris, per text.in l.q
ſi in diē.§.Iulianus.ff.de pet.hęre. Si in generali ceſſione ueniunt
ceſſiones pſonales multo magis uenient iura realia, q de ſui na-
tura tranſeunt in ſingularē ſucceſſorē, licèt expreſsè non cedan-
tur in ſpecie nec in gñe.l.ſi.ff.de ope.no.nun.ubi Bar.facit tex. in
l.3.§.opus.in fin.ff. de ſuperficieb.tradit Bart.in d.l.ſi tertius.§.ſi
8 quis prius, ubi ēt qđ tranſeunt iura in rē ſcripta. † Sed ius offeren
di dř ius reale cōpetens rōne hypothecæ quo iure agitur hypo-
thecaria.d.l.j.C.ſi antiq.cred. Seu Ferminus Didoli in uēditione
facta ipſis de Molineriis ceſſit eis oīa iura ſua conſequenter ius
hypothecæ & ius offerendi translatū fuit in ipſos de Molineriis,
ergo poſt tranſlationē ipſorū, amplius experiri pro eis non pōt,
ſed opponi pōt exceptio ceſſiſti iura tua alteri, ex quo facta eſt
ceſſio ad cōmodum ipſorū ceſſionariorū aut emptorū haben-
tium cauſam ab ipſo Fermino. Bar.in l.ſi cū emptorē, in fin.ff.de
pac.& in l.factā.§.ſi hæres.ff.ad Trebell. Guido Papæ q.530.& q.
966. & ſic apparet q poſt ceſſionē poſſet opponi de iure tertii
tanquam excluſio iuris agentis ipſo iure.l.ſi.C.de rei uendi.Bart.
in l.2.ff.de exc.rei iudi. Amplius dico ex quo Magdalena cauſam
habet ab ipſis emptoribus pōt ſe tueri & excipere de iure ipſorū
emptorū licet illud nō eſſet excluſiuū iuris fœminini agentis ip-
ſo iure. Dy. Bar.& Bal in l.2.ff.de excep.rei iudic. Pau.de Caſtr.in
conſ.369. Viſo & examinato diligenter.col.2.circa med.li.2. Ne
ſcio igitur quō uidere potuerit Ferminus experiri ad ius offeren
di tranſlatis iuribus in alios. ¶ Secundò principaliter conſidero
q Magdalena Pia dř hře cauſam ab ipſo Fermino mediantibus
perſonis ipſorū de Molineriis ſucceſſorū particulariū ipſius Fer
9 mini, † ſicut dř de hærede hæredis, q dř hæres primi teſtatoris.
l.ſi.C.de hæred.inſti.& iſtud ſine dubio procedit, qa iſti empto-
res ceſſerunt oīa iura eius cōpetentia ipſi Magdalenæ quo caſu
adeo dř Magdalena cām hře ab ipſo Fermino, q ſi ab alio con-
trouerſiā pateretur, poſſet ſtatim & immediate litem denuncia-
re ipſi Fermino authori authorū ſuorū & eū cogere ad defenſio
nē litis. Bar.in l.ſi pro re.§.j.in fin.ff.de euictio. & in d.l.Iulianus,
in fi.ff.de verb.obl. per tex.in d.l.ſi res.ff.de euictio. hoc ita pſup-
poſito q ipſa Magdalena dicatur hře cauſam ab ipſo Fermino,
dico nullo mō audiendū eū eſſe in iure offerendi qđ non cōpetit
ei, qui rē alii ceſſit aut remiſit, ob id ſi debitor rem hypothecatā
vendit aut inſolutū dat creditori, non audiretur debitor volens
10 offerre creditori & recuperare rē.d.l.j.C.ſi antiq.credi. † Cōtra-
ctus.n.ab initio ſunt voluntarii, ex poſtfacto neceſſitatis. l.ſicut. C.
de actio.& obl. cum ſi. Itaque nihil refert an Ferminus res ipſas
immediate ceſſerit ipſi Magdalenæ aut mediate mediātibus pri-
mis emptoribus & ſi ſtante ceſſione facta per ipſos de Moline-
riis ipſi Magdalenæ, poſſet ipſa Magdalena agere ꝯ ipſum Fermi-
num de ipſa euictione, a fortiori eundem Ferminū agentem pōt
repellere.l.uendicantem.ff.de euictio. ¶ Tertiò conſidero q ratio
cur in venditione facta per creditorem ſimpliciter non iure cre-
ditoris, non veniat ius hypothecæ competens creditori vendīti,
non eſt quia iura realia non tranſeant ad ſingularem ſucceſſorē
ſine ceſſione expreſſa, nam immo tranſeunt licèt expreſſè nō ce-
dantur.d.l.ſi tertius.§.ſi prius.ff.de aqua plu.arcen.vbi Bar.hř in
d.l.ſi.ff.de ope.noui nunc.& tradit Pau.de Caſt.in conſ.439. Ad
euidentiā quæritur.col.2.li.2. Amplius non ſolum tranſit ius rea-
le ſed ēt pactū factum occaſione rei tranſit ad ſingularē ſucceſ-
ſorem quo ad ius excipiendi.l.ſi poſt.ff.de conſti.pec.Bar.in l.ſi ti-
bi.§.cū poſſeſſor.ff.de pact.Pau.de Caſt.in conſ.328. Viſis & con
ſideratis omnibus.col.2.poſt med.li.j. immo cogi pōt author ſin
gularis ſucceſſoris ad cedendum ius competēs ex tali pacto ipſi
ſingulari ſucceſſori ad effectū agendi.gloſ.in fi. in l. ſi ſub vna.ff.
de verb.obl. Ratio igitur cur non tranſeat hypotheca in emptō-
rem ementē a creditore uendente non iure pignoris, eſt quia
p talem venditionem pignus diſſoluitur ex quo creditor vendēs
accepit pretiū iſta ōi rationem aſſignat text.in d.l.ſi cū venditor,
in prin.ff.de euictio. itaq; ſi per alienationem factam per Fermi-
num diſſoluta eſt hypotheca eius in bonis venditis, quō pōt ex-
periri ad ius offerendi qđ competit ratione hypothecæ & q ſine
hypotheca conſiderari non poteſt? Arguam igitur in hoc tertio
fundamēto a ſufficienti partium enumeratione, Aut per uēditio
nem Fermino hypotheca ſoluta non eſt in bonis ab eo vēditis,
& habeo intentum, quia tunc ius reale hypothecæ tranſiuit in
emptores etiam ſi iura competentia ratione bonorum ceſſa ex-
preſſa non fuiſſent vt ſ viſum eſt, multo fortius facta expreſſa ta
li ceſſione ꝯñr ius offerendi ab hypotheca deſcendēs in ipſos ēt
emptores tranſlatū eſt vt ad illud venditor experiri amplius non
poſſit. Aut ſoluta eſt hypotheca p talē venditionē & æque inten
tū habeo, quia ſublata hypotheca neceſſario tolliř & ius offeren
di. ¶ Nec dicatur q licet extincta ſit hypotheca per venditionē
rei ſimpliciter factam non iure creditoris, d.l.ſi cum venditor. ff.
de euictio. illa tamē reuiuiſcat auocatis bonis per Magdalenam
11 in iudicio hypothecario, quia reſpondeo quod † res ſemel extin
cta, amplius non reuiuiſcit.l.qui res.§.aream.ff.de ſolu.nec obſt.
quod ſupra dictum eſt, non extingui hypothecam ex dominio
ſuperuenienti quando non fit res creditoris irreuocabiliter, quia
aliud eſt hypothecam non extingui, aliud q extincta reuiuiſcat,
12 † facilius enim quid cōſeruatur in eſſe q amiſſum aut extinctum
recuperetur.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui uel alieni iuris,
l.j.§.cauſam.ff.de poſtulan.l.vſu retinetur.ff.quemadmodum ſer
ui.amitta.l.ſicut.§.final.ff.quod cuiuſque uniuer.nomi. Et in
terminis hypothecæ quòd ſemel extincta amplius nō reuiuiſcat
eſt text.in l.fina.vbi Bald.C.de remiſ.pign. vbi iure pignoris ſe-
mel ſoluto, quia conſenſerit creditor eius alienationi, illud non

reuixiſſet licet redimat debitori pignus alienatum.¶Secundò re
ſpondeo,quòd ubi in p. çiudicium ueritatis pignus ſolutū poſſet
reuiuiſcere,talis pignoris reſurrectio cede et ad utilitaté empto
rum,nō uenditoris,quia (ut dictum eſt) tranſeunt iura realia in
emptores.¶Quartò conſidero in fauorem Magdalenę fundamē
tū vnū iudicio meo efficaciſſimum,& ineuitabile lata ſnia in a-
ctione hypothecaria in fauoré ipſius Magdalenæ cōtra ipſos de
Molineriis,Ferminus uēditor,& ipſi de Molineriis emptores in-
ter ſe tranſegerūt,quia Ferminus indemnes eos præſtitit.dein-
de inuicem ſe quitauerunt occaſione ipſorum bonorū ſuper qui
bus in hypothecario iudicio fuerat pronunciatum. Quia quita-
tione ſtante , nemo dixerit , ipſos de Molineriis non ſecuros fa-
ctos, & ꝙ aduerſus eos ius offerendi proponi non potuiſſet ſi bo
na retinuiſſent , & Magdalenæ creditrici ſoluere æſtimationem
bonorum maluiſſent . Modo dico,quòd pactum factum cū ipſis
de Molineriis occaſione iſtorū bonorum trāſit ad ipſam Magda
lenā habenté cauſam & titulū ſingularem ab eis quò ad ius ex-
cipiēdi & ꝙ ipſa ita pōt excipere ↄtra ipſum Ferminū, & ſe iuua
re illo pacto:ſicut poterant ipſi de Molineriis cedentes quia ut ſ
dictū eſt,pactum factū occaſione rei tranſit ad ſingularé ſucceſ-
ſoré quo ad ius excipiendi.d.l.ſi poſt.ff.de conſti.pecu. Bar.in d.
l.ſi tibi.§.cum poſſeſſor.ff.de pactis. Pau.de Caſt. in d.conſ.329.
col.2.poſt med.li.j. Et in hoc quarto fundamēto aduertatur ob-
ſecro ad calumniā ſeu duriciē iſtius Fermini agentis. Si ipſi de
Molineriis emptores non remiſiſſent iſta bona ipſi Magdalenæ,
ſed retinuiſſent ſoluta eorū æſtimatione iuxta naturam hypothe
cæ,non eſt dubium,ꝙ eos moleſtare nō poſſet nec uti contra eos
iure offerendi.qua igitur conſcientia aut qua æquitate tantope-
re contēdit inquietare ipſam Magdalenam quæ ipſa ſucceſſit in
locum ipſorū de Molineriis? Quotiens conſidero ad illud fun-
damentum,qui aliud ſentiunt, eos ipſos per tenebras duci exiſti
mē,ſi non aliter lucis ſuæ rōnem reddant. ¶Quintò cōſidero qđ
Ferminus uēditor trāſegit cum ipſis de Molineriis emptoribus:
illico & incontinenti ipſi de Molineriis corā eiſdem teſtibus ceſ
13 ſerunt & remiſerunt ipſa bona eidē Magdalenæ quo caſu † cōſi
dero ꝙ iſti duo contractus incontinenti facti unus poſt aliū dōr
correſpectiui.i.unus factus cōtemplatione, & reſpectu alterius,
& habent relationem ad inuicem, ita ꝙ unus non eſſet factus ſi-
ne altero.Bal.in l.petens.col.pen.C.de pactis.Ideo ſi mulier do-
nat aliquid hoſpitali , & incontinenti hoſpitale obligat ad dan-
dum aliquid mulieri ſingulis annis, cenſetur hoſpitale hoc feciſ
ſe reſpectu præcedentis donationis , ideo non dr̄ donatio pura
ſed ob cauſam.Similiter ſi maritus confitetur habuiſſe dotes, &
ſequitur incontinenti promiſſio ipſarum dotium, cenſetur facta
confeſſio reſpectu illius promiſſionis.tradit Socin. in conſ. 156.
col.4.uer.iſta.n.ſimul,& latius in conſ.274.uer.confirmatur hoc
quia ex quo.lib.2.Actus.n.qui incontinēti ſequitur declarat qua
lis fuerit uoluntas in præcedentibus.l.ſi uentri. §.ſi.ff.de priuileg
credi. & contractus ſequens incontinenti præſumitur factus oc-
caſione eorum quæ immediate præceſſerunt. Alex.in conſ.43. li.
j.cum ſi.ut per Dec.in conſ.545.col.3.in conſ.265.col.2. uerſi.3.
aduertendum,& in conſ.579.col.ſi. Ideo uidetur quod illa con-
uentio facta inter uenditorem Ferminum & emptores facta fue
rit contemplatione remiſſionis poſtea & incontinenti per ipſos
emptores dictæ Magdalenæ factæ, & ꝙ ideo conuenerit Fermi-
nus cum ipſis emptoribus,ut ipſi emptores libere poſſent conue
nire & concordare cum ipſa Magdalena, & ei remittere bona
hypothecata. Immo iſti duo actus incontinenti celebrati unus
poſt alium non ſolum cenſentur correſpectiui, & celebrati unus
reſpectu alterius , adeo ꝙ unus ſine altero factus non eſſet , ſed
amplius reputentur pro uno actu, & perinde eſt ac ſi in uno &
eodem contractu omnia geſta eſſent.l.hæredes palam.§.uno cō
textu.ff.de teſta.l.cum antiquitas.C.eo.tit.Iaſ.in conſ.230. col.2.
lib.2. & incontinenti in materia iſta factum quid dr̄ quod fit ea-
dem die,ut per Cor.in conſ.ult.in prin.lib.j.& in conſ.36. col.2.
circa med.li.2.fortius uoluit Aneh.in conſ.434.Ex narratis ſupe-
rius,col.2.uer.præterea aduertendum.quod ēt incōtinenti factū
dr̄ in hac materia correſpectiuationis quod fit die ſequenti , ſed
hic nullum habitū eſt interuallum . Infertur ex præmiſſis quod
remiſſio facta p ipſos emptores Magdalenæ incontinenti poſt
conuentioné factam cum ipſo Fermino, dr̄ facta de uoluntate &
conſenſu expreſſo ipſius Fermini & cōſenſus Fermini expreſſus
in prima conuentione cenſetur ineſſe in remiſſione bonorū in-
continenti ſecuta,quia q̄ incontinenti fiunt,cenſentur ineſſe. l.iu
rigentium.§.quinimmo.ff.de pact.l.lecta.uer.dicebam. ff.ſi cer.

pet. & profecto ipſi de Molineriis emptores nunquā feciſſent ta
lē remiſſionē bonorū ſine uoluntate & conſenſu ipſius Fermini
qđ ēt de iure præſumitur,quia ut dictū eſt,quæ incontinenti fiūt,
cenſentur correſpectiua adeo quod unum non fieret ſine altero.
¶Stante igitur voluntate & cōſenſu ipſius Fermini in tali remiſ-
ſione,non eſt dubiū, hypothecā oēm (ſi qua adhuc cōpetiuiſſet)
fuiſſe ſublatam , q2 tollitur hypotheca qñ alinaẗ res hypotheca
ta de cōſenſu creditoris.l.4.§.j l.ſicut.§.ſi voluntate.l Lucius.& l.
ſeq.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſolui.cū ſimi.ſublata igitur hypo-
theca tollitẗ oīs effectus, qui ab ea pduci ſolet , & ſic ius offerēdi
qđ naſcitur & pcedit ab hypotheca,q2 ſublata cauſa tollitur &
cauſatū.l.nam origo.ff. qđ vi aut clam.l. ſi dno.§. idē Iulianus.ff.
de iureiu.l.ſi.C.de oup.cū ſumi.¶Omitto quod probatur Fermi-
nū eum fuiſſe,q'dictā cōuentionē factā inter emptores & Magda
leoā fieri procurauit,cum moleſtaretẗ ab ipſis emptoribus vt eos
indemnes pſtaret & bona hypothecata liberaret. ¶Seºtò quod
Fermino agenti non cōpetat ius aliqđ offerendi , adduco duos
tex.in terminis in l.qm̄ liberū.C.de cōpenſa.& in l.cū tibi. C.de
euictionib. Pro quorū iurū faciliori intelligentia & inductione
14 † conſidero qđ ubi inquietatur emptor p actionē hypothecariā
a creditore,non agit emptor de euictione cōtra uenditoré quaſi
res euincatẗ,quia reipſa p hypothecariam uere nō euincitur,ſed
tm̄ auocatur poſſeſſio ab emptore donec creditori agenti ſolua
tur debitū petitū aut litis æſtimatio. d. l. ſi cū uenditor ff.de eui-
ctio.Ita gl.no.l.qui rē & in l.ex his pdiis.C.de euictio.Et niſi uen
ditor liberet rē uenditā ab onere hypothecæ , teneẗ emptori ad
intereſſe.Ang.& doc.in l j.§.ſi hæres.ff.ad Trebel. Alex.in conſil.
63.col.pe.in ſi.lib.6.¶ Hoc ita præſuppoſito quod venditor tene
tur liberare rē ab onere hypothecæ,dico quod talis liberatio fie
ri debet ad vtilitaté emptoris,nō ipſius venditoris,non.n.liberat
venditor rem ab hypotheca, vt ipſe eam habeat, ſed vt emptori
hr̄e liceat ſm naturam contractus.¶Ideo ſi venditor velit libera
re rem ab hypotheca prout tenetur , oportet ꝙ offerat creditori
agenti hypothecaria debitū petitū vel litis æſtimationē. i.valo-
rem rei hypothecatæ.Et ſic vides qđ iſta oblatio quæ fit credito
ri agenti hypothecaria p venditorē ad effectū tollendi oneris hy
pothecæ,non fit pro ipſo uenditore aut ad eius vtilitatē, ſed ad
vtilitatem emptoris vt habeat emptor rē liberā ab onere hypo-
thecæ . ¶His ita declaratis vide modo quid dicant illa iura in d.
l.qm̄ liberū C.de cōpēſa.& in d.l.cū tibi. C.de euictio pro amplia
tione ſ dictorū.Deciditur in d.iuribus quod non ſolum pōt em-
ptor agere contra venditoré, vt liberet rē ab onere hypothecæ,
ſed ēt pōt emptor hypothecā liberare aut tollere offerendo litis
æſtimationē aut valorē rei creditori agenti hypothecaria.Et de-
inde pōt emptor ita ſoluēs repetere qđ ſoluit ab ipſo venditore,
nec pōt imputari emptori ſoluenti cur ita ſoluerit, cur non deoū
ciauerit litē venditori , quia tenetur venditor actione ex ēpto ad
tradendū rē liberā, & cum vere appareret de hypotheca, potuit
emptor hypothecā tollere ſoluendo æſtimationē litis . & quod
omiſſio denunciationis iſto caſu non noceat,tradit gl. in d.l.qui
rem.C.de euictio.Alex.in d.conſ.63.col.ſi.libr.6 ¶Soluendo igi-
tur emptor litis æſtimationem creditori,fecit id, ad quod uendi
tor omnino tenebatur & negocium eius vtiliter geſſit:ob id cul-
pa emptori ſoluenti imputari non pōt . Conſideremus mō æ rea
ceruice demiſſa,ſi ius offerendi vēditori pōt cōpetere ad eius vti
litaté,eſto millies hypothecā habeat uenditor, nā ſi non obdure
mus in opinione,ex dictis iuribus res vẗ ſole meridiano ſplēdi-
dior nullo mō cōpetere venditori ēt hypothecario ius offerendi
pro eo & ad eius cōpendium.¶Et enim nemo dixerit nō obliga-
ri venditorē ad liberandū rē ab onere hypothecæ in fauorē &
ad vtilitatem emptoris ex lege contractus,quia vendidit rem li-
berā,ergo tenetur liberā defendere,& vbi liberam expreſſe non
vendidiſſet,liberam tñ præſumitur alienaſſe. d. l. ex his prædiis,
vbi gl.C.de euictio.¶Si tenetur uenditor ad liberandū ab onere
hypothecæ in fauorem emptoris , ipſum hoc non aliter præſtarẽ
poteſt atq; ſoluto debito uel ſoluta litis æſtimatione creditori,
& ſic tale ius offerendi conceditur venditori non pro ſeipſo ſed
in gratiam emptoris. Et in tm̄ hoc procedit,ꝙ pōt ipſe emptor
offerre creditori, uenditore aliter nō monito, & deinde ab ipſo
uenditore repetere.d.l.qm̄ liberum.& d.l.cum tibi. Et quo ma-
gis hypothecam uenditor habet,eo facilius pōt rem venditā li-
berare ab onere hypothecę offerendo creditori eo caſu quo ſim
plex poſſeſſor offerre nō poſſet . Quam ipſam oblationē tamen
tenetur vēditor facere ad vtilitatē emptoris . ſi tenetur uenditor
offerre ad utilitaté emptoris ut eo modo rē liberet ab hypothe-

eã, q̃uo tentare nunc audeat tale ius offerendi ad vtilitatẽ ipſius
venditoris? videtur. o. agere ludum pnerorũ, qui ſẽ ad alios tran
ſlatã, niſi recuperent, defleant. ¶ Sed dicet aliquis, p̃miſſa proce-
derent qñ emptores de Molinerijs voluiſſent bona retinere pro
ſeipſis, ſed ipſi non curauerunt illa hr̃e aut retinere pro ſe ipſis,
ſed concordauerunt cũ ipſo Fermino & contenti fuerunt pecu-
nia: bona aũt remiſerunt ipſi Magdalenæ creditrici agenti, ob id
æquius & iuſtius vr̃ q̃ Ferminus habeat ius offerendi ad eius vti
litatẽ ex quo ipſe grauatus eſt in ſatisfaciendo ipſis emptoribus.
Ad illud rñdeo retorquendo fundamentũ, & dico q̃ per illã tran
ſactionẽ apparet q̃ noluit Ferminus vti aliquo iure offerendi ad
eius vtilitatẽ, quia ſi voluiſſet pro eo vti, de voluntate ipſorũ em-
ptorũ vtique ſoluiſſet æſtimationẽ bonorũ hypothecatorũ ipſi
Magdalenæ, non ẽt permiſiſſet q̃ emptores bona ipſa remitte-
rent. ¶ Secundo rñdeo q̃ tali iure offerendi uti Ferminus non po
terat niſi de conſenſu & voluntate ipſorũ emptorũ, quia vt ſ̃ di-
ctum eſt, cum moleſtarentur emptores ratione hypothecæ, tene
batur Ferminus venditor ad liberandũ bona ab ipſa hypotheca
pro ipſis emptoribus & ad vtilitatem ipſorum, qđ ius ipſis com
petens auferre Ferminus non poterat ipſis inuitis. l. ſi. ff. de pact.
l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. Sed emptores non ſolum nõ cõ-
ſenſerunt quod Ferminus hr̃et ipſa bona aut iure offerendi pro
eo vteretur, immo expreſſe contradixerunt facto ipſo cedendo
& remittendo ipſa bona dictæ Magdalenæ creditrici, ex quo fa-
cto animus ipſorum emptorum declaratur. l. Paulus reſpondet
15 non tm̃ verbis. ff. rem ratam haberi. † immo fortius declaratur
voluntas factis q̃ verbis. l. ſi tm̃. §. et qui dicit. ff. de ædil. edic ver-
bis. n. ſæpius quid dicitur contra intentionẽ, quod ſecus eſt in fa
ctis ceſſante metu aut violentia. ¶ Et ſi dicas, non vr̃ q̃ talis ceſ-
ſio aut remiſſio fieri potuerit p emptores in p̃iudicium Fermini
cauſatũ eſt facto ipſius qñ emit a marito Magdalenæ bona hy-
pothecata, ab ipſis aũt de Molinerijs emptoribus cauſam habẽ
tibus ab ipſo Fermino præiudiciũ nullum paſſus eſt neq; patiẽ
quod ceſſerunt bona Magdalenæ, nam ut dictũ eſt tenebatur Fer
minus ad manutenendum bona vendita & ea liberare ab hypo
theca ad vtilitatem ipſorũ emptorum, ipſi aũt emptores potue-
runt & poterant de bonis ſic liberatis diſponere ad arbitrium. l.
in re manda. C. mand. & ſic potuiſſent pro ſe retinere, potuerunt
ẽt illa cedere & remittere potuiſſent ẽt eiſdem abuti. l. ſed & ſi
lege. §. conſuluit. ff. de pet. hære. ¶ Et quæſo, qui ꝯtrariam opin. rigi-
dius defendunt, rñdeant ad hoc fundamentum. Poſtquã Fermi
nus concordauit cum emptoribus ratione illius oneris hypothe
cæ & eis ſoluit pecuniam conuentam, de qua fuerunt emptores
contenti pro liberatione hypothecæ aut pro intereſſe, ſi empto-
res ſoluiſſent debitum aut æſtimationem litis Magdalenæ credi-
trici agenti hypothecaria, & bona retinuiſſent pro ſeipſis, poſ-
ſet ne Ferminus agere contra eos & auferre ab eis bona & dice
re, Ego ſatisfeci vobis in pecunia, volo bona? Profecto neminem
arbitror auſum ita dicere, nam ſatisfecit Ferminus pecuniã quia
tenebatur pro liberatione hipothecæ pro qua contenti fuerunt
emptores pecunia illa, ſed talis ſatisfactio facta fuit & fieri de-
buit ad effectũ liberandi bona hypothecata & vt liceret empto
ribus hr̃e bona vendita libera ab omni hypotheca, vel facta fuit
ſatisfactio pro eorũ intereſſe, ergo non debet operari talis ſatiſ-
factio contrarium effectum vt per eam priuentur emptores bo-
nis emptis. l. legata inutiliter. ff. de lega. j. l. cum tale. §. legato fal-
ſam. ff. de condi. & demon. Si emptores ſine omni dubio potuiſ
ſent bona pro ſe retinere poſt habitam concordiam cum Fermi
no, ſoluendo eſtimationem litis Magdalenæ, quam ipſam etiam
ſolutionem facere potuiſſent ante ſententiam inſcio ipſo Fermi
no & deinde eum cogere ad reſtituẽdum d. l. qm̃ liberum. C. de
compenſa. l. cum tibi. C. de euictio. & ſ̃ abunde viſum eſt, quare
non potuerunt eadem bona ad libitum trãsferre & alienare aut
illa cedere & remittere ipſi Magdalenæ. ¶ Tertiò reſpõdeo quòd
vbi præmiſſa ceſſarent (quæ ipſa tñ fortiſſime vrgent) adhuc non
poteſt Ferminus aliquo modo vti iure offerendi contra Magda-
lenam, quia hypothecam Ferminus non obtinet immo vel illa
diſſoluta eſt vendendo ipſis de Molinerijs d. l. cum venditor, in
prin. ff. de euict. aut ſi ſoluta non eſt, illa tranſiuit ad emptores tã
quam ius reale ut in præcedentibus abunde probatum eſt, ſine
hypotheca aũt ius offerendi competere nõ poteſt poſteriori cre
16 ditori per uiam agendi vt ſupra viſum eſt. ¶ † Quartò reſpondeo
q̃ in qualibet materia attendi debet veriſimilitudo. l. ob carmẽ.
§. fin. ff. de teſtibus. c. in noſtra, eod. tit. Dicitur enim veriſimilitu-
do cognata naturæ. Bal. in conſ. 180. Mortuo filio, lib. 3. Et habetur
veriſimilitudo pro lege. Oldr. in conſ. 13. Cum quæſtio. in fi. cum
infinitis ſimil. quæ adduci poſſent. Sed dico nullo modo veriſimi
le eſſe q̃ in illa tranſactione facta inter Ferminum & emptores,
intentio ipſorum tranſigentium fuerit, neque alterius ipſorum,
q̃ ex ea tranſactione acquireretur ius aliquod ipſi Fermino cir-
ca ius offerendi ipſi Magdalenæ creditrici, nam vt dictum eſt ſu-
pra incontinenti poſt illam tranſactionem ipſi emptores remi-
ſerunt ipſa bona eidem Magdalenæ pleno iure. Profecto ſi inten
tio Fermini fuiſſet recuperare illa bona, vtiq; procuraſſet ne fie-
ret illa ceſſio & remiſſio & ipſi emptores veriſimiliter potiꝰ ceſ-
ſiſſent eorũ iura ipſi Fermino authori q̃ Magdalenæ aduerſariæ,
ſed ideo neq; emptores retinere voluerunt neq; Ferminus cura
uit recuperare ſoluendo litis æſtimationem quò ad æſtimatio &
valor p̃diorum per id belli tp̃s omnino iaceret. ¶ Nec obſt. rñſio
dñi aduocati partis q̃ ideo Ferminus tunc non vſus fuerit iure
offerẽdi, quia offerri oportebat integras dotes, nec coacta fuiſſet
Magdalena accipere particularem ſolutionem ſi Ferminus vo-
luiſſet offerre valorem tm̃ bonorum quæ ipſi de Molinerijs em-
ptores poſſiderent. Quia rñdeo duobus modis. ¶ Primò q̃ ẽt ſol
uendo integras dotes cõſultum erat Fermino per exceptionem
cedendarum petendo ſibi cedi iura & hypothecam ipſius Ma-
gdalenæ ꝯ alios poſſeſſores bonorum hypothecatorum contra
quos iam ipſa Magdalena experiebatur. l. Modeſtinus, vbi latè
Bart. ff. de ſolutio. l. mulier. ff. qui potio. in pig. hab. l. Paulus. §. j. ff.
quibus mo. pig. vel hypo. ſolu. & nihil opus erat q̃ dubitaret Fer
minus dotes integras offerre & ſoluere. ¶ Secundò reſpõdeo, q̃
ſi non curabat Ferminus ceſſionem ſibi fieri ꝯ alios poſſeſſores
bonorum hypothecatorum, quia litibus implicari nollet, non te
nebatur offerre integras dotes ipſi Magdalenæ, ſed ſatis erat of-
ferre valorem bonorum poſſeſſorum per ipſos de Molinerijs ha
bentes cauſam ab eo. Pone enim q̃ creditor ſcutorum centum
agat hypothecaria ꝯ poſſeſſorem rei quæ decem tm̃ valet, nun- 17
quid cogetur poſſeſſor offerre centum ſi velit rem ab hypotheca
liberare? certè neminem id puto dicturum alias eſſet auferre eo
aut tertio poſſeſſori facultatem iuris offerendi. & clariſſime hoc
voluit Bar. in l. in bis. C. de prædijs & omnibus rebus nauicula.
lib. 11. vbi ſi emptor conuentus hypothecaria meliorauit rẽ, ſuffi
cit ſi offerat creditori pretium ſecundum antiquam æſtimatio-
nem ante facta melioramenta, ergo apparet non obſcure ex d.
Bar. q̃ non tenetur conuentus hypothecaria offerre aut ſoluere
vltra pretium rei, quia ſi vlterius teneretur, fruſtra quæreretur de
expenſis melioramentorum an deduci debeant. quod Bar. dictũ
ſequitur Alexan. in l. ſi fundus. §. ſi res. ff. de pign. Et profecto vbi
lex circa hoc deficeret, ſola ratio naturalis ſufficeret ad deciſio-
nem. Etení quando creditor magnæ quantitatis agit hypotheca
ria contra poſſeſſorem rei valoris longe minoris atque colligit cre
ditum, non intendit creditor ſatisfactum ſibi eſſe in ea re pro to-
to credito ſed tm̃ quatenus res valet. ergo audiri debet poſſeſſor
pignoris ſi tm̃ offerat quantum valet res alias ſequeretur abſur-
dũ q̃ magis faueret lex actori q̃ reo, & q̃ poſſet actor hr̃e rem pi
gnoratã pro decẽ tm̃ ſaluo iure conſequendi reſiduũ, & q̃ no lic
eret reo & poſſeſſori pignoris illud pro eo pretio retinere, con
tra reg. l. Arrianus. ff. de actio. & obliga. l. fauorabiliores. ff. de re-
gu. iur. ¶ Rurſus, fauorabilior eſſet cauſa petitionis creditoris q̃
retentionis rei, contra tex. in l. per retentionem. C. de vſur. in l. 4.
vbi Bal. C. de fideicom. cum infinitis ſimil. ſed non ſtudeo hic cu
mulationi. Et quæ crudelitas eſſet illa q̃ liceret creditori petere
rem hypothecatam & illam retinere ſolum pro ea quantitate q̃
valet ſaluo ſibi iure reſidui, & q̃ denegaretur reo & poſſeſſori co
pento pro illa quantitate & iuſta æſtimatione retinere. ¶ Non
obſt. q̃ creditor inuitus non cogitur ſolutionem particularẽ ac-
cipere. l. quidã æſtimauerunt. ff. ſi cert. pe. quia argũ procedit qñ
agitur ꝯ perſonaliter obligatum ad debitum, qui ſolutionẽ diui-
dere non poteſt, ſecus qñ agitur contra poſſeſſorem hypotheca
ria, quia non tenetur plus ſoluere q̃ valeat res quæ petitur, cũ ſo-
lum teneatur ratione ipſius rei & quatenus res valet. ¶ Secundo
reſpondeo quod regula procedit in creditore inuito, quia volẽs
bene põt recipere particularem ſolutionem, ſed qñ creditor ma
gnæ ſummæ agit hypothecaria ad rem minoris valoris, non in-
tendit agere ad totũ creditũ, quia ſi poſſeſſor dimittat rẽ credi-
tori, nõ intẽdit creditor ſibi ſatisfactũ eſſe quo minꝰ poſſit agere
pro reſiduo. ¶ Patet igitur q̃ intentio creditoris ita agentis non
extẽditur vltra valorem rei, ergo ſi poſſeſſor offerat quatenus res
valet, dicitur offerre & ſoluere ex voluntate ipſius creditoris q̃
in effectu ſolũ dicitur petere ſolutionẽ particularem, quatenus
valet

valet res. ¶Tertiò rñdeo q procedit regula in creditore poſsidête pignus quia ſi debitor aut alius velit illud repetere & liberare, non cogitur creditor illud reſtituere niſi ſoluatur totum debitum. l. bis conſequenter. §. ſi Celſus. l. hæredes. §. idem iuris in fi. ff. fa. erc. l. ſi neceſſarias. §. ſi vnus. & l. ſi rem. §. omnis. ff. de pign. actio. ſecus qñ creditor agit contra poſſeſſorem pignoris, quia latis videtur ſi valor pignoris offeratur. Nec ob. tex. in l. a. C. ſi vnus ex pluribus hæredi. credi. quia loquitur tex. qñ vnus hæredũ debitoris ſolum offert pro portione hæreditaria, quam habet in re hypothecata & ab eo poſſeſſa, qñ offert totum valorẽ ipſius rei. & licèt gl. in d. l. a. dicat quod hæredes tenentur inſolidum non pro portionibus hæreditarijs, iſtud videtur intelligendũ quãdo pignus tantũ valet non tamen videtur negare quin offerri poſsit ad valorẽ pignoris. Aliter etiam reſpõdetur ad d. l. a. quod loquitur in hæredibus, qui requiruntur perſonaliter obligati, ideo concurrẽte obligatione perſonali nimirum ſi totum tenẽtur offerre ſi velint pignora liberare, ſecus in extraneo poſſeſſore nullo mõ obligato, alias ſequerentur abſurda de quibus ſupra. ¶ Ex præmiſsis comprobata & confirmata ſatis videtur cauſa Magdalenæ Piæ p tex. iuris, per rõnes efficaciſsimas & argumenta fortiſsime vrgentia. Cõſidero nũc aliud & ſeptimũ fundamentũ cõſiſtẽs in æquitatẽ de tẽpore dictarũ cõuentionũ inter ipſum Ferminũ & eius emptores inteſus inter emptores & ipſam Magdalenã, nunquam curauit Ferminus iure aliquo offerendi vti eo q iacerẽt & viliſſima eſsẽt (vt dia) rerũ pretia ob tẽporis & belli inſaniã. Similiter ſemper Ferminus tacuit quãdiu rerũ pretia gn immo erãt & ipſa exilia & perpuſilla. Planè vt primũ in pretio eſſe cæperunt bona, tũc verò iudiciũ ꝓpoſuit aduerſus viduã mulierẽ. In qua ipſa re pondero quod dolus arguitur contra ipſum Ferminũ ex longo ſilentio quandiu rerũ pretia in contẽptu omnibus erãt & minimi

17 ducebãtur.† Ita dolũ ex ſilẽtio arguit tex. in l. ſi quis forte. §. j. ff. de pœnis. Et quod p illũ tex. in pulchro caſu arguit Old. in conſ. 283. Factũ tale eſt, vacãte eccleſia. col. 2. in fi. vbi quod ſuſpitio eſt contra ſniam quã quis diu tacuit & occultã tenuit . Sic etiã ex ſilẽtio & tarditate ſuſpitionẽ & dolũ arguit Fed. de Senis in cõſ. 23. col. 2. in princ. & col. 3. in princ. vbi q ſuſpicio eſt contra parrochianũ accuſantem prælatũ de crimine & petentẽ eum remoueri a dignitate & officio quando non ſe oppoſuit ſtatim cũ potuit ob id quod talis parrochianus admitti non debet ad accuſandũ. Sic etiã ſuſpitionẽ cõtra eum qui diſtulit falſi accuſationẽ proponere, arguit Bal. in conſ. 37. Quidam tabellio. in fi. lib. j. Eodem modo ſuſpitionem & dolũ contra eum qui tardat exceptiones proponere, arguit Aneh. in conſ. 234. Caſus talis eſt poſt præceptum, col. j. Pau. de Caſt. in conſ. 281. In cauſa iſta quinque. col. j. poſt med. & in cõſ. 282. col. 3. ante med. lib. j. Et profectò ſi quis interrogaret Ferminum, cur tacuiſti tanto tẽpore, cur non ab initio curaſti offerre æſtimationem litis Magdalenæ, antequã fieret ei ceſsio & remiſsio per emptores, nihil aliud q̃ vtilitatẽ & cõtemptũ bonorũ ſeu prædiorũ per id temporis excuſaret. Neque applicuiſſet animũ ad ipſum iſtud ius offerẽdi & recuperationẽ bonorũ eodẽ conſtante tẽpore & perſeuerãte tenuitate pretij ac æſtimationis bonorũ, itaque deſideriũ ipſius Fermini aduerſatur omni æquitati naturali petẽdo nunc bona per ius offerẽdi aucto pretio bonorũ, quę ipſa nõ vtique deſiderat pretio extenuato aut diminuto. l. ætas. C. de reſcin. ven. l. pe. C. de ſolutio. ¶ Nec obſt. reſſio aduocati partis q ab initio non poterat Ferminus vti iure offerẽdi quia opportuiſſet eũ offerre integras dotes, cũ non ceſſet creditor recipere particularem ſolutionẽ, quia ſupra rñſum eſt duobus modis. Et quo magis excuſatiões ad hoc Ferminus quęrit, eo ſplendidior cõtra eũ laborat ſuſpitio. ¶ Ex quibus apparet non obſcure cãm memoratæ viduæ Magdalenæ nõ mõ legibus, iuriſque rõnibus & authoritatibus cõfirmari, verũ ẽt ab ipſa illa naturali æquitate adminiculũ non breue ſuſcipere. ¶ Solũ ſupereſt ad cõtraria rñdere, quæ ipſa licèt ea præmiſsis abũde ſatis diſſoluta ꝓbenẽ, tñ vt ſplendidior fiat res rñdeo ad ea in ſpecie. Et quidẽ ad primũ argm̃ q ius offerendi cõpetit poſteriori creditori hypothecario, & q Ferminus habet hypothecam in iſtis bonis, negat q habet hypothecã, immo illã amiſit cedẽdo & vendẽdo bona ipſis de Molineris. tex. eſt clarus in d. l. ſi cum venditor. ff. de euictio. & cũ ſemel fuerit a miſſa, illa amplius reuiuiſcere nõ poteſt ex aliquo caſu ſuperuenienti. d. l. fi. C. de remiſsio. pignorum. facit tex. in l. nouatione. ff. de nouatio. & declarat Bart. in l. ſicut §. ſuperuacuum, col. 2. verſi. venio ad ſecundũ. ff. quibus modis pign. vel. hipo. ſol. & latius in d. l. fi. C. de remiſsio. pign. ¶ Secũdò rñdeo quod vbi ius hypothecę extinctum non eſſet per illam venditionẽ, adhuc reperiretur Ferminus ſine hypotheca q illa trãſiuiſſet ad emptores ẽt ſine ſpeciali ceſsione, quia vt ſ dictũ eſt, iura realia tranſeunt in ſingularem ſucceſſorem licèt expreſſe dictum non ſit, multo fortius in caſu iſto vbi venditio ample facta eſt cum ceſsione iurium. ¶ Nõ ob. quod ceſsio aut remiſsio facta per emptores Magdalenæ Piæ nocere Fermino nõ debet in iure offerendi quo minus vti poſsit iure offerendi ꝯtra ipſam Magdalenam, quia rñdetur qđ Ferminus non poteſt prætendere pretiũ aliquod in amiſsione aut priuatione iuris offerendi ex facto emptorum, ſed illud amiſsit ex facto ſuo proprio alienando bona, p quam alienationẽ aut ſoluta fuit hypotheca aut illa tranſlata in emptores, & ſic illa ceſsio ſolũ præiudicat emptoribus cedentibus quibus ipſis competebat ius offerendi, nõ Fermino vt ſ abũde probauimus. ¶ Nõ ob. qđ onus euictionis totum ceſſerit periculo & damno ipſius Fermini, ob id qđ æquum videretur eum in alio releuari vt bona conſequi poſsit p ius offerendi, & in hoc totum (vt audio) vr̃ conſiſtere fundamentum partis aduerſę, ſed miror de tali argõ tam tenui tamque infimo. ¶ Quia, vt in præcedentibus viſum eſt, qñ creditor obtinet in hypothecaria, res nõ dr̃ euincei, quia non auocatur proprietas rei, ſed ſola poſſeſsio vt ſolũ poſsideat creditor iure pignoris donec fuerit ſatisfactũ. d. l. ſi cũ venditor. ff. de euictio. ideo iſto caſu emptor condemnatus in hypothecaria ſolũ agit vt res liberetur, aut intereſſe ſoluatur, & iſta liberatio ab onere hypothecæ fieri debet p emptorem rei hypothecatæ & ad eius vtilitatem, non ad vtilitatem venditoris, quia tenetur venditor tradere rẽ liberam emptori ſed hic Ferminus vellet q iſta liberatio ab hypotheca cederet ad eius vtilitatẽ, non ad vtilitatẽ emptorũ, quid abſurdius? Pro iſta. n. liberatione rerum hypothecatarũ concordauit Ferminus cũ emptoribꝰ ſoluendo eis pmias quibus ſolutis nõ erat dubiũ quin potuiſſent emptores liberare res ab hypotheca offerendo earũ æſtimationẽ Magdalenæ, & ſicut potuiſſent liberare pro ſe ipſis & ad eorũ vtilitatẽ, ita potuerunt ipſas cedere & remittere Magdalenæ creditrici d. l. in re mandata. C. manda. ¶ Rurſus ſi emptores ſoluiſſent æſtimationẽ bonorũ Magdalenę poſt illã cõcordiã & bona liberaſſent, ſolo an non poſt talẽ liberationẽ potuiſſent de ipſis bonis ad arbitriũ diſponere, cũ ẽt non potuerunt ipſa bona non liberare, ſed illa remittere Magdalenæ ſicut potuiſſent alii prorſus extraneo. vellẽ hic q ad fundamentũ hoc rñſum aliquod redderetur, & ſanè quo magis conſidero, eo magis admiror quo modo potuerit pars illud ius offerendi in iudicio proponere. Itaque totum pıudicium qđ ſuſtinet Ferminus, illud ſuſtinet non ex facto emptorũ, ſed ex facto proprio, emendo temere bona obligata a marito Magdalenæ, debebat. n. perquirere vendentis facultates. l. qui cũ alio. ff. de reg. iur. ¶ Rurſus illud pıudicium patitur vendendo bona hypothecata q̃ ſi retinuiſſet, non fuiſſet obligatus ꝑ liberatione hypothecæ in fauorẽ & ad vtilitatẽ emptorũ, ſed illa potuiſſet liberare ꝑ ſeipſo & ad eius vtilitatẽ . ¶ Tertiò patitur intereſſe aut pıudiciũ ex facto ſuo proprio, nõ emptorũ, quia qñ cõcordauit cũ emptoribus ſi volebat recuperare bona ꝑ ſeipſo, debebat cõuenire cũ emptoribus & curare q ſibi cederentur iura emptorũ in ipſis bonis, q̃ ceſsio facile obtenta fuiſſet, & facilius ceſsiſſent emptores iura ipſi Fermino q̃ dictæ Magdalenæ, ſed non curauit Ferminus talẽ ceſsionẽ hr̃e nec bona tunc recuperare quia in pretio non eſſent, ſed parui tũc fierent. Enimuero aĩum applicauit ad recuperandũ vt primũ vidit reſtituta eſſe bona ad priſtinã æſtimationẽ, ob id viduã Magdalenã prole orbatã tãtopere tãq; diu fatigare & inquietare lite iniquiſsima nõ erubuit. Cui ipſi Magdalenæ ſi de tpe illius cõcordiæ pecunias ſuas obtuliſſet, nõ grauate illas accepiſſet eaſq; in cõparatione pdiorũ expoſuiſſet cũ meliori ẽt conditione ſua q̃ fecerit p illã ceſsionẽ & remiſsionẽ. Ex quibus apparet nõ ſolũ nõ militare iudiciũ aliqđ æquitatis pro ipſo Fermino, ſed oẽm rõnem iuris tum ciuilis tũ naturalis fortiſsime latrare aduerſus ipſum Ferminũ. ¶ Aliter ẽt rñdeo ad argm̃, q ceſsio & remiſsio facta p illos de Molineriis emptores Magdalenæ Piæ, facta eſt de voluntate expreſſa ipſius Fermini, quia vt ſ dictum eſt, remiſsio incontinenti fuit facta poſt habitã cõcordiã inter Ferminũ & ipſos emptores, quo caſu talis concordia cenſetur correſpectiua ad ipſam remiſsionem bonorum & ecõtra nec vnus actus fuiſſet ſine altero. immo actus concordiæ inter Ferminum venditorẽ & emptores cenſet̃ ineſſe ipſi remiſsioni incontinenti ſecutæ, per dicta ſ in quinto fundamento. Stante igitur voluntate ipſius Fermini, fruſtra quæritur de iure offerendi, cũ ſublata dicatur oĩs hypotheca & conſequenter ius offerendi deſcendens ab ea, vt ibidem dictum eſt.

Quod ipſum fundamẽtum vnicum ſolum videtur ad victoriam ſufficere. ¶ Ex quibus concludo bene, ſancte & religioſe iudicatum per ordinarium Sauiliani, male autem pronunciatum in ſecunda inſtantia, & ſententiam primi iudicis confirmandam eſſe, ſaluo ſaniori iudicio. Sauiliani 10. Februarii. 1547. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Vbi deficit cauſa finalis contractus, ſine qua quis alter contracturus non fuiſſet, contractus nominatus reſoluitur.*
2 *Conditio ſine cauſa competit etiã ad recuperandã poſſeſſionẽ.*
3 *Quando in aliquo caſu contractus principalis reſoluitur, etiã conſtitutum reſoluitur.*
4 *Reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris.*
5 *Poſſeſſio iniuſta nemini prodeſſe debet.*
6 *Conditio dicitur actio perſonalis, nec datur contra tertium poſſeſſorem.*
7 *Dominium probatum obſtat in poſſeſſorio, ſed non probãdum.*
8 *Notorius defectus proprietatis dicitur, de quo conſtat ex actis.*

CONSILIVM CCXCIX.

¶ Pro Antonio & Catherina de Milocanis iugalibus ex Monaſteriolo contra Catherinam Tibaudi a Caſali graſſo.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Antonius & Catherina de Milocanis ea Monaſteriolo vendiderunt certa prædia quondam Reuerendo domino Michaeli de Solario ex dominis dicti loci & canonico Taurinenſi cum conſtituto & cũ pacto extra inſtrumentum appoſito, ꝙ idem dominus emptor faceret retrouendi & remitti eiſdem venditoribus certa prædia per hæredes quondam Spec. domini Briancii Tapparelli. ¶ Deinde dominus emptor eadem prædia dedit in dotẽ cuidam puellæ, modo oritur quæſtio inter venditores & dictam mulierem ſuper poſſeſſorio dictorum bonorum in interdicto retinendæ & reintegrandæ. Quæritur vtra partiũ iura potiora obtineat? Breuiter non arguendo ad partes, quia litis qualitas non deſiderat, videtur cauſam Milocanorum iuſtiorem eſſe, nam aut pars ſe fundat ſuper conſtituto venditorum in fauorem domini emptoris, aut ſuper poſſeſſorio eiuſdem domini emptoris, aut poſſeſſorio ipſius partis aduerſæ, & oſtendam nullum iſtorũ parti prodeſſe. ¶ Ad cuius rei euidentiam præmitto ꝙ illud pactum appoſitum in fauorem venditorum de faciendo eis remitti certa prædia per hæredes domini Briancii Tapparelli probatur nõ ſolum per teſtes Milocanorum ſed etiam ex confeſſione domini emptoris in teſtimonialibus rogatis de anno 1531. die 13. Auguſti. hoc ita præſuppoſito, dico ꝙ licèt illud pactum non redderet contractum venditionis conditionalem ſed modalem, tamen ille modus erat cauſa finalis ipſius contractus quia reſpiciebat fauorem ipſorum venditorum vt eis remitterentur prædia per hæredes domini Briancii, iuxta not. in l. 2. §. fin. ff. de do. no. Aoge. in conſ. 134. Iolus domini Dalmatii. col. pen. circa med. verſ. Circa ꝙ conſidero ꝙ cauſa quæ reſpicit commodum venditoris ꝙ dicit
1 finalis. tradit Soc. in conſ. 26. col. fi. circa med. lib. 3. ¶ † Planè vbi deficit cauſa finalis contractus ſine qua quis aliter contracturus non fuiſſet, contractus etiam nominatus reſoluitur & poſſunt vẽditores ab eo recedere. l. cum te. C. de pactis inter empt. & vendi. vbi doct. maximè Sal. Soc. in d. conſ. 26. col. fi. circa med. lib. 3. Corn. in conſ. 101. col. fi. verſ. nec obſtant adducta in cõtrarium. lib. 1. in conſ. 102. col. 5. poſt med. verſ. inhærendo autem veritati. lib. 2. Ideo cum dominus emptor nõ impleuerit ex parte ſua, nec implere potuerit, vt ipſe dixit in illis teſtimonialibus, licitè potuerunt venditores a contractu recedere etiam ſine alia declaratione domini canonici emptoris ꝙ ipſos venditores reſtituebat in priſtinum ſtatum. Et cum poſſeſſio ipſorum bonorum eſſet apud dominum emptorem ſine cauſa, implemento nõ ſecuto, potuerunt & poſſunt illam poſſeſſionem repetere per condictionẽ
2 ſine cauſa, nam † competit condictio ſine cauſa etiam ad recuperandum poſſeſſionem. l. 2. in fi. ff. de triti. Alex. in conſ. 1. col. 6. in 2. dub. li. 4. Iaſ. in §. ſic itaque, col. pen. inſtit. de actionib. Quod remedium poſſeſſionis recuperandæ per condictionem ſine cauſa ſatis dicitur intẽtatũ in cedula incipiente Illuſtres partes &c. producta ſub die 25. Maii 1542. vbi fit mentio defectus cauſæ finalis & petitur recuperatio poſſeſſionis, iuncta maximè clauſula ius & iuſtitiam miniſtrari, ꝑ quam cenſetur intentatũ omne remedium qđ ex narratis colligi põt licèt cõcluſio aliter ſonet, puta ſi quis narret poſſeſſoriũ & concludat in petitorio tñ, nã fertur ſñia poſſeſſorio narrato ſi illud probetur, non habita ratione concluſionis in petitorio. c. 2. vbi Cal. Ant. & doc. de ordi. cognit. Ant. in c. 1. de iudi. cum ſi. vt per Moder. in §. omniũ, col. 20. inſtit. de actio. & alibi ſæpiſſime doc. multo fortius operabitur hic iſta clauſula ius & iuſtitiã miniſtrari, vbi & narratio in dicta cedula & concluſio optimò conueniũt. ¶ His ita præmiſſis, dico nõ poſſe partem ſe iuuare ex conſtituto appoſito in inſtrumento venditionis, quia conſtitutum tanquam acceſſorium ad contractũ vẽditionis recipit omnes condictiones & modos ſub quibus con-
3 tractus factus eſt, † & vbi ꝯctus principalis reſoluitur ẽt conſtitutum reſoluitur. Bal. & doc. in l. ex teſtõ. in fi. C. de fideicom. Alex. & Moder. in l. 1. §. ſi vir. ff. de acq. poſſ. Soc. in conſ. 78. col. 1. lib. 3. Ideo fateor ꝙ ꝑ conſtitutũ fuerit tranſlata poſſeſſio in emptorem, ſed dico qđ ex quo emptor non impleuit ea parte ſua, ſicut reſoluitur ꝯctus principalis & ab eo receditur, ita reſoluitur cõſtitutum & poſſeſſio tranſlata virtute ipſius conſtituti cõdici poteſt condictione ſine cauſa vt ſ̃ dictũ eſt, & ſi ipſis Milocanis venditoribus competit actio. i. condictio ſine cauſa ad repetendum poſſeſſionem, a fortiori ipſis conuẽtis & reis concedi & permitti debet exceptio. l. inuitus. §. cui domus. ff. de reg. iur. l. 1. §. ꝙ ait. ff. de ſuperficiebus. l. 3. C. de condi. indeb. cum ſi. & ſi reſolutum fuit conſtitutum reſpectu domini emptoris ergo ẽt reſpectu ipſius Catherinæ Tibaudæ cauſam habentis ab ipſo emptore, quia
4 † reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris. l. lex vectigali. ff. de pig. l. ſi quis domũ. ff. locati. l. ſi ex duobus. §. fi. vbi Bar. ff. de in diẽ adiec. l. ſi res. ff. quibus mo. pign. vel hypo. ſol. l. Statius florus. §. Cornelio. ff. de iure fiſci. cum ſi. quod procedit quocũque reſoluatur ius datoris ſiue ꝑ cauſam ſiue per eius culpam. Bald. in c. 1. §. ruſus, quib. mo. feu. amitta. Calc. in conſ. 102. col. 2. circa med. ¶ Similiter non põt pars ſe iuuare ex poſſeſſorio dñi canonici emptoris, quia licèt dominus canonicus hẽret poſſeſſionem, illa tñ erat affecta dũmodò ipſe emptor impleret promiſſa & eo non implente veniebat reſtituenda poſſeſſio per condictionem ſine cauſa vt ã dictum eſt. ¶ Similiter non prodeſt parti aduerſæ quod dicat ſe poſſediſſe aut poſſidere, quia talis poſſeſſio fuit reſoluta reſpectu iuris, quia reſoluto iure datoria reſoluitur ius acceptoria vt dictum eſt. Conſequẽter ubi aliqua poſſeſſio ſit apud partem, talis poſſeſſio reperitur vitioſa aut iniuſta poſt reſolutio-
5 nem † ꝯctus, poſſeſſio autem iniuſta nemini prodeſſe debet. l. cũ ſponſus. §. ſi res. ff. de publicia. l. cõi diuidũdo. §. inter prædones. ff. cõi diuid. l. ſi duo. vbi Bar. ff. vti poſſid. Bart. in l. filiã fructibus. ff. ad Trebel. vbi Bar. ꝙ fideicommiſſarius non dicitur legitimatus ꝯdictor qñ eius poſſeſſio eſt vitioſa. & dicit Bal. in conſ. 230. Statuto cauetur ꝙ conductor, in fi. lib. 1. ꝙ poſſeſſiones illicitæ fouendæ non ſunt ne detur materia delinquendi. Alibi ſcribit Oldra. in conſ. 219. In cauſa hoſpitalis. col. 2. in fi. verſ. ex quibus relinquitur. ꝙ vbi poſſeſſio eſt nulla vel vitioſa, reſtitui quis ad eã non debet. & magis in terminis tradit Cald. in conſ. 3. circa prin. titulo de cau. poſ. & propr. ꝙ ſi præſentatus tenet eccleſiam poſt caſſatam & reſolutam eius præſentationem in cauſa appellationis, talis poſſeſſio dr̃ vitioſa & de facto, nec ea ea acquiritur poſtremo quaſi poſſeſſio iuris patronatus. eodem modo dicamus ꝙ reſoluto iure datoris poſſeſſio partis dicatur iniuſta & uitioſa. ¶ Sed dicet aliquis, tu vis ꝙ poſſeſſio poſſit repeti per condictionem ſine cauſa, ſed iſtud non videtur procedere in iſtis Milo-
6 canis, † quia condictio dr̃ actio perſonalis nec datur contra tertium poſſeſſorem. l. bis ſolis. ff. de condi. indeb. §. ſic itaque. inſti. de actio. Feder. de Senis in conſ. 81. Laicus, col. 2. cir. med. Paul. de Caſt. in conſ. 468. Ad primum quo quæritur an dictæ filiæ. in fi. lib. 1. Ad iſtud reſpondeo ꝙ Milocani opponunt de implemento non ſecuto & de defectu cauſæ finalis per modum excipiendi ad iudicium prouocati, ius autem excipiendi competit contra tertium poſſeſſorem. l. in venditione, vbi glo. ff. de actio. em p. l. ſi ſuperatus. §. fi. ff. de pig. Bar. in l. ſi tertius. ff. ſi quis poſt. ff. de aqua pluuia arcen. Paul. de Caſt. in conſ. 330. Libellus iſtorum agentium. col. 2. in fi. lib. 2. Itaque licet condictio ſine cauſa ad repetitionem poſſeſſionis ſolum poſſet intentari contra dominum canonicum emptorem aut eius hæredes, ius tamen excipiendi qđ poſſeſſio ſine cauſa fuerit apud canonicum & ſucceſſorem eius ſingu-

ſingularem, poteſt opponi contra ipſum ſucceſſorem agentem remedio poſſeſſorio. ¶ Secūdò reſpondeo, quòd ipſis Milocanis competit etiam per viam agendi remedium canonis reintegranda. 3. q. 1. rurſus condictio triticaria, & remedium l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. pet. vt inferius videbimus. ¶ Sed iterum dicet aliquis, non videtur φ contra partem ſupplicantem opponi poſſit iſta exceptio defectus cauſæ finalis tanquam reſpiciat petitoriū. l. ſi de vi. ff. de iudic. cum ſi. vt per ſcriben. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ. Ad iſtud reſpondeo tribus modis. Primò φ ſicut contra ipſum dominum emptorem agi poſſet condictione ſine cauſa ad recuperandum poſſeſſionem: & multo magis excipi contra eum de impleméto nō ſecuto, & defectu cauſæ finalis, ita videtur competere ius iſtud excipiendi cōtra ſingularem ſucceſſorem per ſupradicta. ¶ Secundò reſpondeo, φ admittitur exceptio rei conuenti ſuper poſſeſſo, quando cōcluditur ad defectum aut deſtructionem ipſius poſſeſſionis, puta, ſi reus excipiat φ ſpoliauit actorem incontinenti defendendo poſſeſſionem ſuam, vel quod actor poſſidebat ſub cōditione, quæ defecit, vel φ actor renunciauit poſſeſſioni. Ita Gemin. in conſil. 24. col. 3. in fi. per tex. c. ex parte, & in c. ex tráſmiſſa, de reſti. ſpol. vbi contra agentem poſſeſſorio in cauſa matrimoniali admittitur exceptio minoris ætatis aut impotentiæ ad coitum, quia talis impotentia deſtruit poſſeſſorium, cum ſine potentia renunciandi quaſi poſſeſſio matrimonii acquiri non poſſit. & in exceptione renunciationis φ opponi poſſit contra agentem poſſeſſorio, quādo quis renūciat ante ſpoliationem vel poſt ceſſante metu, tradunt Abb. & ſcriben. in c. ſollicite. de reſti. ſpol. Alex. in conſil. 93. col. 2. lib. 5. Addo Gemin. in conſ. 18. col. 3. poſt med. ver. restat reſpondere ad obiecta. Fed. de Senis in conſ. 90. Caſus talis eſt, quidam clericus. col. 2. poſt medium. modo dico φ iſta exceptio. Tu non impleuiſti pro parte tua id quod erat cauſa finalis cōtractus, & ſine quo alias contracturus non eram. deſtruit poſſeſſionem agentis, quia illa poſſeſſio habita fuit ex tali cōtractu reciproco vltro citroque obligatorio, & ſic cum pacto implēdi. Conſtante autem impleméto dicitur poſſeſſio eſſe apud emptorem ſine cauſa, in tantum φ condici ab eo poſſet, ergo videtur quòd ius excipiendi de tali implemento non ſecuto, & de defectu cauſæ finalis competat contra tertium poſſeſſorem, quia tendit ad demonſtrandum iniuſtitiam poſſeſſionis ſuæ & eius autoris, & quod ſine cauſa priuaretur excipiens poſſeſſione rei. ¶ Tertiò reſpondeo, poſito (& nō conceſſo) φ talis exceptio admitti non debeat contra agentem poſſeſſorio, tamen poſtquam admiſſa fuit, & ſuper ea teſtes examinati & productæ teſtimoniales, ſuper ea debet pronunciari. l. de qua te. ff. de iudi. quorſū enim attinebat admittere capitula concernentia remiſſionē aut renunciationem poſſeſſionis ex defectu & non impleméto cauſæ finalis, ſi non ſuper eis pronuncietur. & in terminis eſt text. in c. 3. de reſtit. ſpolia. vbi ſi agens poſſeſſorio recuperandæ conſentiat probationes fieri ſuper petitorio, debet ſuper eo pronunciari in fauorem rei probantis de dominio. Nec iſto caſu liquidata cauſa in petitorio, ferri debet ſententia in poſſeſſorio tanquā fruſtratoria. Oldr. in conſ. 326. Quidam epiſcopus. in fi. vbi φ manuter diſputatur de poſſeſſorio etiam recuperandæ, quando cōſtat de petitorio. Idem voluit Ancha. in conſ. 146. In prędicta quęſtione reperio. col. 1. verſ. & ſi dicatur, per tex. not. in c. paſtoralis, de cau. poſſ. & proprie. & ſic vbi exceptio probanda concernēs petitorium non admittetur in poſſeſſorio, probata tamen admittitur. Oldr. in conſ. 226. De toto themate. col. 1. verſ. ſecundo obiicit. vbi φ dominium probatum obſtat in poſſeſſorio ſed nō probandum. Idem voluit Ino. in c. conſtitutus, de filiis presby. & ratio huius, quia vbi facta eſt probatio ſuper petitorio, dicitur notorio conſtare de non iure agentis poſſeſſorio, quia acta inducūt notorium. l. diuut. ff. de offi. præſidis. l. qui ſententiam. C. de pœnis. c. cum olim, vbi Abb. de verb. ſign. Inno. in c. per tuas, de teſtibus. & in c. ex inſinuatione, vbi Moder. de appell. Ideo quicquid in iudicio probatum eſt, dicitur notorium. Anto. de Butr. in c. fin. in 6. no. per illum tex. de tempo. ordi. Soc. in conſ. 96. col. 4. lib. 4. Sed agenti poſſeſſorio etiam recuperandæ obſtat exceptio defectus & notorii proprietatis. c. ad decimas. de reſti. ſpol. Innoc. in d. c. conſtitutus, de filiis presbyt. Anto. de Butr. in c. in literis, column. 10. de reſti. ſpol. cum ſim. vt per Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune, col. 16. in decima fallentia. ff. de acquir. poſſ. Socin. in conſ. 87. col. 5. lib. 3. Dec. in conſ. 191. col. 4. in fin. vbi Dec. † quòd notorius defectus proprietatis dicitur, de quo conſtat ex actis. ſpitius dicit Soc. in d. conſ. 87. col. 5. quòd notorie dicitur conſtare de non iure ſpoliari per inſtrumenta. quod Socin. dictum ſine dubio admitterem, quando contra inſtrumenta nihil validū opponeretur. Itaque cum notorie conſtet ex actis de reſolutione cōtractus ex implemento nō ſecuto, & defectu cauſæ finalis ipſius contractus, ſine dubio videtur pronunciandum ſuper tali exceptione: & ſi noleba t pars agens poſſeſſorio recuperandæ quod pronūciaretur ſuper tali exceptione debebat ſe opponere ab initio aduerſus admiſſionem capitulorum partis Milocanæ, immo appellare ab admiſſione, quia non appellando cenſetur admiſſioni cōſenſiſſe, vt in terminis tradit Aret. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. 7. ff. de acq. poſſ. quem refert & ſequitur Feli. in c. inter monaſterium, co. 14 poſt medium, verſ. forte tamen eſt neceſſaria, de re iudi. Quid dicemus vbi pars non modo nō appellauit, ſed etiam expreſſe conſenſit admiſſioni? ¶ Quartò reſpondeo, quòd ex forma decretorum patriæ proceditur in cauſis ſola facti veritate inſpecta, quo caſu agenti poſſeſſorio etiam recuperādæ obſtat exceptio dominii & proprietatis, vel alia concernens petitorium, cuius probatio incontinenti offeratur. Dec. in conſ. 449. col. 3. circa fi. ſequitur Rubeus Alex. andrinus in conſil. 4. col. pen. poſt medium. ¶ Sed dicet aliquis, præmiſſa procederent ſi pars Milocana concluſum habuiſſet in petitorio, vt ſuper eo poſſit pronunciari, ſed ipſa concluſionem dedit in poſſeſſorio tantum, in poſſeſſorio autem potior videtur cauſa partis aduerſæ. Ad iſtud argumentum reſpondeo multis modis: & primo quòd etiam in poſſeſſorio iuſtior videtur cauſa Milocanorum, quia non eſt dubium φ ipſi antiquitus poſſidetunt: nec id negat pars cum ſe fundet ex alienationibus ipſorum Milocanorum & conſtitutis in eis appoſitis, quæ antiquior poſſeſſio præualet in cauſa poſſeſſoria. c. licet cauſam, de proba. Nec obſtat quod ipſi Milocani ceciderint a poſſeſſorio ex cauſa & facto ipſorum per alienationes ab eis factas, quia dico quod iſto caſu reducta eſt ad non cauſam, ex quo dominus emptor non impleuit id, quod fuit cauſa finalis ipſius cōtractus, quo caſu paria ſunt quod quis ceciderit a poſſeſſione ſine aliqua eius cauſa, vel quod illa cauſa redacta fuerit ad non cauſam. l. 1. & l. pen. ff. de condi. ſine cau. ideo potuerunt & poſſunt excipere, quòd ſine cauſa ceciderunt ab eorum poſſeſſorio, & conſequenter quod ideo debent manu teneri. ¶ Secundò reſpondeo quod etiam per viam agendi potuiſſent & poſſent experiri iudicio poſſeſſorio ex remedio c. reintegranda, 3. q. 1. quod remedium competit cuilibet cadenti a poſſeſſione ſua ſine cauſa, vt ibi habetur per Inn. & doct. in c. querelam, de elect. in c. ſæpe. de reſtit. ſpol. cum ſi. vt per Alex. in conſil. 90. in princ. lib. 1. ſed ipſi homines de Milocanis dicuntur cecidiſſe a poſſeſſione ſine cauſa iuſta, ex quo cauſa illa redacta eſt ad non cauſam per ſupradicta. & ex hoc tollitur etiam argumentum ſupra factum, quòd condictio ſine cauſa non competit contra tertium poſſeſſorem. ¶ Tertiò reſpondeo quòd etiam Milocanis videtur competere contra tertium & bonæ fidei poſſeſſorem condictio triticaria, & remedium l. ſi me & Titium. ff. ſi cer. pet. ad recuperandum poſſeſſionem, quando æquitas non patitur vt poſſeſſio ſit apud tertium cum damno agentium. Bart. in l. ſi coloni. C. de agri. & cenſ. lib. 11. Alex. in conſ. 91. col. 2. poſt medium. & in conſ. 92. col. 2. circa medium. li. 5. ſed hic æquitas non videtur ſuſtinere vt ſit poſſeſſio apud partem, & quod Milocani illa defraudētur, cum poſſeſſionem tranſtuliſſent ob cauſam finalem, quæ ſecuta non eſt, & qua ceſſante ad talem contractum minime deſcendiſſent. ¶ Quartò reſpondeo, poſito citra præiudicium veritatis, quod ipſis Milocanis remedium poſſeſſoriū nullū competeret, tamen ex quo ipſi fuerunt prouocati ad iudicium, & ſuſtinent etiam vices reorum inſtantibus iuribus in petitorio, ſuper quibus probationes receptæ ſunt, quæ rem notoriam faciunt vt ſupra dictum eſt, licet in petitorio concluſionem non feciſſent, tamen ſatis eſt quod tanquam rei abſoluentur a concluſis & petitis a parte in ſuo poſſeſſorio, quod nihil operatur, vbi adeſt petitorium probatum vt ſupra dictum eſt. ¶ Quintò reſpōdeo, φ ex quo Milocani in ſuis oppoſitionibus narrauerunt petitorium & ſuper eo probationem præſtiterunt, licet concluſum habuiſſent in poſſeſſorio tantum, tamen ſententia dicenda eſſet in petitorio ſecūdum narrata, ſtante clauſula, ius & iuſtitiam miniſtrari. d. c. 2. de ord. cogni. vbi Oldr. & doc. & ſupradictum eſt, & maxime iſtud debet procedere, quoties in cauſis proceditur ſola facti veritate inſpecta vt hic. ¶ Ex quibus concludo male iudicatū, & bene appellatum ſaluo ſaniori iudicio. Sauiliani, 10. Februarii. 1547.

Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. D. ſub correctione.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius doloſo uerſando circa uſumfructum perdit ius ſuum.*
2 *Vſufructuarius cadit a iure ſuo quoties malo uerſatur in rebus, nec illis utitur arbitrio boni uiri.*
3 *Grauius eſt delictum facientis quam omittentis.*
4 *Vſusfructus amittitur propter occultationem bonorum.*
5 *In legato uſusfructus ueniunt etiam ea, quæ uſu conſumuntur.*
6 *Quod teſtator non loquitur, uelle non præſumitur.*
7 *Per aditionem hæreditatis actiones confunduntur.*
8 *Legata diminui non debent ob æs alienum hæredis quando remanent bona ad illud ſufficientia, & etiam ad Falcidiam.*

CONSILIVM CCC.

¶ Pro nobili Iacobino Garneii ex Caballario maiori contra nobilē Lucretiam relictam quondam nobilis Dominici Garnerii.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. In facto
propoſito per nobilem Iacobum Garnerii con-
tra no. Lucretiam eius cognatam, dubitatur pri-
mo an dicta Lucretia ceciderit a iure vſusfruct⁹
ſibi relicti per quondam no. d. Dominicum Gar
nerii eius virum eo ꝙ ex fide non conſignauerit
omnia bona mobilia ſibi relicta quò ad vſumfructum. Breuiter
1 puto ꝙ ſic, † quia vſufructuarius doloſe verſando circa vſumfru
ctum, perdit ius ſuum, puta ſi deterioret res in quibus hēt vſum
fructum. Pau. de Caſt. in auth. qui rem. & ibi Iaſ. in ſcđn no. C. de
ſacroſ. eccl. & idem Iaſ. in repe. l. nemo poteſt. in vltimis verbis.
ff. de leg. j. ſed occultando bona in ꝑiudicium hæredis proprieta
rii, ſine dubio cōmittit vſufructuarius dolū. Bal. in l. fraus. ff. de le
gib. Iaſ. in l. ſub prætextu. 2. col. 2. C. de tranſac. & in l. non dubiū.
col. 10. C. de legib. Dec. in conſ. 399. in fi. Pro quo tex. optimus. in
l. hæreditatem. §. fi. ff. ad legem Falc. vbi quod hæres occultās res
hæreditarias dr̄ illas ſubtrahere, & ſic occultans dr̄ furari. & per
illum text. ad hoc citat Iaſ. in l. 3. §. ſi rem, col. 2. ff. de acq. poſſ. &
inſtit. de actio. & in vltimis. ¶ Secundò, ſi vſufructuarius cadit a
iure ſuo pro ſimplici deterioratione ut no. Pau. & Iaſ. in d. auth.
qui rem. C. de ſacroſ. eccl. quanto fortius debet cadere ob dolū
tam manifeſtum in occultando & ſubtrahendo ipſa bona cum
ſit dolus longe maior rem in totum ſubtrahere, quam diminue
re aut deteriorare. Ideo ſi punitur vſufructuarius in amiſſione iu
ris ſui pro delicto leuiori, a fortiori pro grauiori. l. qui indignos.
ff. de ſenator. l. relegatorū. §. poteſt. ff. de interdic. & relega. l. nec
ea vbi Bar. ff. de adulter. l. cui pacto. ff. de ſerui. expor. c. ultrū, de
ſen. excom. ¶ Tertiò in hac materia datur concluſio generalis, ꝙ
2 † vſufructuarius cadit a iure ſuo quoties male verſat̃ in reb⁹ nec
illis vtitur & fruitur arbitrio boni viri, vt hr̄ per Iaſ. in l. nemo po
teſt, in vltimis verbis in 2. lectura. & ſic ſolum conſiderat̃ dolus.
Itaq; non refert qūo dolus committatur, mō commiſſus ſit, quia
non curamus de modo dūmodo habeamus effectū. l. fi. ff. mand.
l. mulier. ff. ad Trebell. l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit. c. in his, de
verb. ſig. ¶ Quartò nos habemus qđ ſi vſufructuarius nolit caue-
re de vtendo & fruendo arbitrio boni viri non facit fruct⁹ ſuos
immo illos tenet̃ reſtituere, quia non dr̄ bona fide eos percipere
non pſtando cautionē qñ fuit requiſitus. Bar. in l. vſufructu, circa
fi. C. de vſufr. Bal. in l. 2. C. eo. tit. cum ſim. vt per Dec. in conſ. 607.
col. 2. poſt med. & in conſ. ſeq. ſed iſta ratio malæfidei magis vr-
get qñ vſufructuarius occultat bona ne deſcribantur qua quan
do recuſat cauere quia recuſando cauere ſolū delinquit in omit
tendo, ſed occultationis delictum conſiſtit in faciendo. ¶ † Gra-
3 uius autem eſt delictum faciētis quam omittentis. gl. in l. ſi mo-
ra. ff. ſolut. matr. l. licèt. §. filius. vbi Bart. ff. de pœn. l. 2. ff. ad Sylla.
cum ſi. Rurſus cautio præſtatur & requiritur ad finem vt vſufru-
ctuarius bona fide vtatur & arbitrio boni viri, mō ſi amittit vſu-
fructuarius ius ſuum non cauendo poſt requiſitionem, & ſic non
faciendo id quod ordinatur ad finem vtendi & fruendi arbitrio
boni uiri, a fortiori debet priuari iure ſuo quando male verſatur
circa ipſum finem, quia finis eſt nobilior omni eo quod ordinat̃
ad ipſum finem. l. & ſi non ſint. §. perueniamus. ff. de auro & ar-
4 gen. lega. ¶ † Concludo igitur in hoc primo dubio eſſe locū amiſ
ſioni vſufructus ob occultationem bonorum quando requiſita
vſufructuaria de conſignando & deſcribēdo bona mobilia om-
nia, recuſat profiteri, ſed aliqua occulta tenet, quorum nomine
poſtea conuincitur. & hoc dummodo talia occultata ſint nota-
bilis æſtimationis, quia in modicis ceſſaret ſuſpitio doli aut frau
dis. c. & ſi quæſtiones, de ſimonia, & tradit Iaſ. in d. auth. qui rē,
col. 3. C. de ſacroſ. eccl. ¶ Secundò dubitatur, teſtator de tempo-
re mortis reliquit multos fructus iam perceptos & domi recon-
ditos, an illos lucretur vxor vſufructuaria? Breuiter concludo ꝙ
5 tales fructus veniant in legato, quia † in legato vſusfructus ve-
niunt etiam ea quæ vſu conſumuntur. l. j. C. de vſufructu. not. in l.
omnium. 5. ff. eo. tit. & in l. vxori vlt. ff. de vſufr. lega. Alex. in conſ.
55. col. 2. circa fi. verſ. in legato enim generali. lib. 3. Ideo in tali-
bus perceptis de tempore mortis teſtatoris & ante aditam hęre
ditatem habet vſufructuaria ius vſufructus, non tamen tales fru
ctus omnino ſuos facit, ſed pro eis tenetur cauere de reſtituēdo
finito vſufructu, aut tandem eorum æſtimationem prout in reb⁹
quæ vſu conſumuntur. Ita Bal. in conſ. 337. Paſtucius libr. 5. ꝙ eſt
repetitum in conſ. 451. eo. lib. 5. tradit Cor. in conſ. 187. colum. 2.
lib. 2. ¶ Tertiò dubitatur, quia vxori relictus eſt vſufructus donec
caſte & vidualiter vixerit, ſi vxor ſecundo nubat an lucretur fru-
ctus perceptos ante ſecundum matrimonium. Breuiter reſpon-
deo ꝙ ſic, quia tot ſunt legata quot ſunt anni & dicuntur legata
conditionalia, ideo pro annis præteritis pro quibus cōditio im-
pleta eſt lucrari debet fructus. Ita Bald. & Imol. in l. cum filius. §.
qui mutianam. ff. de lega. 2. ſequitur Iaſ. in l. ſi fundum ſub condi
tione. §. ſi paterfamilias. col. 3. circa med. ff. de leg. j. & multominus
ſi viduitatem ſeruet, hæres ipſius Lucretię tenebitur fructus
perceptos in vita vſufructuariæ reſtituere. ¶ Nec obſt. præmiſſis
quod teſtator voluerit vxore ſecundo nubēte bona reuerti ad hę
redem, quia fateor ꝙ reuertuntur bona quia amplius non perci
pietur vſusfructus, ſed non dicit teſtator quod eo caſu teneatur
vxor reſtituere fructus antea perceptos durante viduitate, itaque
6 † quod teſtator non loquitur, velle non præſumitur. l. ſi ſeruum.
§. non dixit prætor. ff. de acqui. hære. l. vnica. §. ſin autem ad defi-
cientis. C. de caduc. tollend. & verba teſtatoris mandantis bona
reuerti, debent intelligi ſecundum diſpoſitionem iuris. l. Gallus.
§. quidam recte. ff. de libe. & poſthu. l. ſi duo. ff. de acqui. hæredi.
Bar. & doct. in l. hæredes mei. §. cum ita. §. ad Trebell. conſequen
ter debent intelligi illa verba ſecundum quod ius diſponit. i. ꝙ
poſt ſecundas nuptias amplius non percipiet vxor fructus, non
ēt ꝙ ante perceptos teneatur reſtituere. ¶ Quarto dubitatur, pau
lo ante mortem teſtatoris, ipſe teſtator & hæres fratris venerant
ad diuiſionem domorū, ſed quia portio teſtatoris amplior erat,
conuentum fuit de ſoluendo hæredi ſcutos centum & quadra-
ginta, an vxor vſufructuaria grauata de ſoluendo æs alienum ex
fructibus teneatur ad illos ſcutos 140. Breuiter ſi quærimus an hę
7 res poſſit agere contra vſufructuariam videtur quod non, † quia
per aditionem hæreditatis actiones ſunt confuſæ. l. debitori. C.
de pactis. aut quærimus an Iacobinus hæres poſſit ſibi retinere
& reducere de bonis in quibus vſusfructus legatus eſt quod ipſi
hæredi debetur, & ſimiliter dicendum videtur ꝙ nullo facto in-
uentario, quia legatum factum vxori non eſt vniuerſale, omnium
bonorum, ſed particulare reſtrictum ad bona mobilia & immo-
bilia, ſed contra legatarios ſingulares aut particulares nulla ho
die fit detractio aut deductio eius quod hæredi debetur nullo fa
cto inuentario, quia tenetur hæres vltra vires hæreditarias, ideo
confectione inuentarii opus eſt ſi hæres vult retinere debitum ſi
bi, licet ſecus in fideicommiſſo vniuerſali. Ita Pau. de Caſtr. & A-
lex. in l. ita tamen. §. ex Trebelliano. ff. ad Trebellia. Idem Pau. de
Caſt. in conſ. 19. Vltra ea q̇ tanguntur, in ſcđo & tertio dubio in
conſ. 77. Viſa facti narratione ſatis Ion. in conſ. 186. Dubiū facit
in omnibus prędictis. & in conſ. 188. quia dubia. col. 2. poſt med.
li. 2. Alex. in conſ. 124. in fi. li. 6. Soc. in cōſ. 44. lib. 3. ¶ Sed dubium
eſt ſi hæres faciat inuentarium an poſſit deducere illos ſcutos
140. ex præmiſſis videretur quod ſic. Sed caſu iſto puto contra-
rium, quia præmiſſa procedunt quando ſine deductione hæres
defraudaret credito ſuo, ſecus ſi habeat adhuc alia bona hære-
8 ditaria ex quibus ſibi ſatisfactū dicatur, † non. n. diminui debent
legata ob æs alienū hæredis qñ remanent bona ad illud ſufficiē-
tia & ēt ad Falcidiam. Sed in caſu noſtro apud hæredē remanet
proprietas bonorū quæ ipſa valet lōge vltra illos ſcutos 140. Im
mo remanet etiā apud hæredem area una cum ſuis pertinentiis 8
pleno iure tam reſpectu vſusfructus quā proprietatis, remanent
etiam nomina debitorum vt infra dicimus in quinto dubio.

¶ Ex

¶ Ex quibus cócludo in hoc quarto dubio non eſſe locũ actioni
neq; deductioni aut retentioni ob cauſam dictorum ſcutorum
540. ¶ Quinto dubitatur, an uxor debeat habere vſumfructum
aut vſum in nominibus debitorum? Breuiter puto quod non,
quia relictus fuit vſusfructus bonorum mobilium & immobiliũ,
quorum appellatione non veniunt nomina debitorum, quæ di-
cuntur tertia ſpecies. l. quam Tuberonis. §. pe. ff. de pecul. l. a di-
uo pio. §. in venditione. vbi Iaſ. in quarto not. ff. de re iudica. Ale
xan. in conſi. 9. col. fi. in conſi. 45. col. 4. in conſi. 52. col. 2. circa me
dium lib. j. & alibi ſæpe. Et in terminis noſtris quando relinqui
tur vſusfructus bonorum mobilium & immobilium quod non
ueniat vſus nominum debitorum, voluit Barto. in conſi. 50. Gi-
lius Petri. ſequitur Iaſ. in d. l. a diuo Pio. §. in vẽditione. adde Bal.
in conſi. 413. Andreas lib. 3. Suiliani. de penul. Februarii. 1547.
Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. doct. Sub correctione.

SVMMARIVM.

1 *Donatio quando uere dicatur ob cauſam*
2 *Verba procemij deno tant cauſam finalem.*
3 *Vbi effectus repugnat uerbis magis attenditur effectus quam ſo-
nus uerborum, & tunc denominatio contractus fit ad effectu
potiuſquam a uerbis.*
4 *In dubio fieri debet interpretatio per quam ſatis fit utrique caſui
quando inter aliquos caſus diuerſitas reperitur.*
5 *Verba in dubio cenſentur prolato demonſtratiue non reſtrictiue.*
6 *Diſponens cenſetur uelle prouidere in cauſa magis neceſſaria.*

CONSILIVM CCCI.

¶ Pro nobilibus Ioanne Laurentio Io. Bartbolomæo de Grionis
fratribus ac nobili Ioanne Garroni ex loco Brayde contra nobi-
lem Cbriſtopborum Fixoris.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. De anno
1543. & die 20. Maij reuerẽdus dominus. Petrus
Fixorius prior eccleſiæ S. Andreę loci Braydæ di-
cens ſe alienaſſe q̃ plurima bona no. Chriſtopho
ri Fixoris cum uoluntate tamen ipſius Chriſto-
phori & promiſſione de ipſum remunerando &
recompenſando, & vlterius conſideratis q̃ plurimis beneficijs,
ſeruitijs & obſequijs acceptis ab ipſo Chriſtophoro ad ſugien-
dum ingratitudinem omni meliori modo, &c. gratisque & ob
immenſum amorem erga ipſum Chriſtopborum, & quia ſic ſibi
facere placuit liberaliter ex ſua ſpontanea uoluntate ac mera li-
beralitate dedit, &c. ¶ Quęritur modo an talis donatio dicatur
facta animo compenſandi cũ bonis alienatis per ipſum donato-
rem. ¶ Pro parte dicti Chriſtophori donatarij dr̃ quod non pri-
mo, quia in donatione dr̃ ꝙ fit ex mera liberalitate, ſed non vide
tur mera liberalitas ſi dicatur facta donatio animo compenſan-
di. iſta enim eſt ratio cur donatio aut legatum non dicantur fie-
ri animo compenſandi quia non eſſet donatio aut legatum. ita
Alex. in conſi. 12. col. 2 di. 2. & conſ. 7. col. pe. in vltimo dubio. li. 6.

¶ Secundo allegatur pro parte donatarij, poſito quod dicere-
tur facta donatio animo compenſandi, talis tamen compenſatio
reſtringeretur ad prædicta alienata de voluntate ipſius donata-
rij pp verba donationis, & ſic ad prædia quorum alienationi do
natarius conſenſit nõ ẽt extẽderetur ad alia prædia quorum alie
nationi donatarius conſenſit, quia vnius incluſio, alterius eſt ex-
cluſio. l. cum prætor. ff. de iudi. cum ſimi. ¶ Sed præmiſſis nõ ob-
ſtantibus contrariũ puto de iure uerius, quod immo talis dona-
tio dicatur donatio remuneratoria & facta ob cauſam compen
1 ſandi. ¶ † Primo, quia fuit deuentum ad benemeritorum expreſ
ſionem in ſpecie ſeu ad expreſſionem cauſæ in ſpecie, quo caſu
dr̃ donatio ob cauſam non obſtantibus illis verbis pure, libere,
ſimpliciter & liberaliter. Old. in conſi. 5. Titius dedit. in fi. ſequi
tur Alex. in conſi. 40. in 3. dubio. lib. 4. Soc. in conſi. 53. col. 2. lib.
j. Dec. in l. ſi donatione, col. 5. ante med. C. de collatio. & colla-
tio. & licẽt loquantur doct. quod cauſa in ſpecie expreſſa reſpi-
cit commodũ donantis, tñ cauſa hic expreſſa ẽt reſpicit commo
dum donantis ut liberetur donator ab onere & promiſſione re
munerandi, ꝙ ſe facturum promiſerat. ſimiliter reſpicit eius cõ
modum quod donatarius cõſenſerit alienationibus factis de bo
nis ipſius donatarij quia per talem conſenſum non poteſt alie-
nans aut habentes cauſam ab eo moleſtari. ¶ Secũdo principali
ter dicitur donatio iſta facta animo compenſandi propter ver-
ba expreſſa in procemio ipſius donationis, in quo narratur de
iſtis alienationibus factis de bonis donatarii & ꝙ donator pro-
miſerat ipſum donatarium recompenſare. ex quo procemio o-
ſtenditur cauſa finalis ipſius donationis ꝙ motus fuerit donator
ad donandum principaliter ut recõpenſaret † quia uerba procee-
2 mij denotant cauſam finalem. l. fi. vbi Bart. & Bal. ff. de hære. in-
sti. gl. in l. j. ff. de iud. Bal. in l. pacta nouiſſima. C. de pactis. ¶ Rur-
ſus ex procemio declaratur voluntas diſponentis. l. item quia. ff.
de pactis, ergo apparet quod cauſa donandi finalis fuit propter
cõpenſationẽ, & quod in donante omnino fuerit voluntas recõ
penſandi, ſed ubi apparet de volũtate donatoris quod uoluit do
nare animo compenſandi, ſine dubio ſtamus tali uoluntati. l. cre
ditorem. ff. de leg. 2. l. ſi compenſandi. C. de hære. inſti. Alex. in cõ
ſi. 19. in 5. dubio. lib. 6. cũ ſi. & iſta uoluntas hic apparet per uer-
ba expreſſa & clara, quia teſtator donauit propter cauſam remu
nerandi & recompenſandi quo ſe facturum promiſerat. ¶ Tertiò
iſtam quæſtionem uidetur in terminis magis dubitabilibus de-
cidere Cor. in conſi. 115. lib. 4. vbi Corne. quod teſtator cenſetur
legare animo compenſandi quando in præfatione legati dicit ſe
illud facere ad obuiandum diſcordiis & moleſtiis inter legata-
rium & hæredẽ, quanto fortius dicendũ eſt donationem iſtam
cenſeri factam animo compenſandi in qua donator in eius præ-
fatione aſſerit ꝙ alienauit bona quamplurima donatarii, & ꝙ eũ
recompenſare promiſit, & ſic in caſu iſto donator in ſpecie ex-
primit cauſam recompenſandi nec ita generaliter loquitur pro-
ut in caſu Cornei. ¶ Quartò niſi dicamus compenſationem fa-
ctã eſſe per uerba illa ſpecialia poſita in procemio donationis
nihil operabuntur ac de nihilo deſeruient, ſed non eſt dicendũ
uoluiſſe donatorem ad talem expreſſionem deſcendere ſine ali-
quo effectu & miniſterio. l. ſi quando. ff. de leg. j. c. ſi Papa. de pri-
uil. lib. 6. cũ ſuis ſimili. quæ hic cumulare non intendo. ¶ Ex quib9
puto hanc partem abunde ſatis firmatam eſſe. Reſtat reſponde-
re ad contraria, ad quæ ex præmiſſis ſatis reſponſum apparet.

¶ Sed tamen ad maiorem declarationem reſpondeo in ſpecie.
& ad primum quod non uidetur facta donatio animo compen-
3 ſandi propter illa uerba ex mera liberalitate, &c. reſpondeo † ꝙ
ubi effectus repugnat uerbis, magis attenditur effectus quam ſo
nus uerborum, & tunc denominatio contractus fit ab effectu po-
tiuſquam a uerbis. l. ſi uno, in prin. ff. loca. l. inſulam. ff. de præſcri-
ptis uerbis. l. Lucius, primo ubi doc. ff. depoſiti. l. ſi alienam in fi.
& l. vbi donatur. ff. de dona. cau. mor. Bal. in l. cotem. §. qui maxi-
mos. ff. de publica. & in diſpu. incip. Publicanus. cum ſi. ſed hic
effectus donationis factæ ob cauſam & animo compenſandi ac
remunerandi donatarium iuxta promiſſa, repugnat uerbis ſonã-
tibus in meram liberalitatem, ergo dici debet donatio ob cau-
ſam & facta animo compenſandi conſiderato effectu, & non at-
tento ſono verborum & in terminis quod ubi in ſpecie exprimi-
tur cauſa donationis, illa dicitur facta ob cauſam non attentis il-
lis uerbis pure, mere, ſimpliciter & ex mera liberalitate tradit
Old. in d. conſi. 5. in fi. Alex. in d. conſi. 4. lib. 4. Soci. in d. conſi.
54. lib. j. Dec. in d. l. ſi donatione. col. 5. C. de collatio. ¶ Secundo
reſpondeo, quod bona donata excedunt ualorem bonorum alie-
natorum, ideo quatenus datus exceſſus dici poteſt donatio ſim-
plex & facta ex mera liberalitate, nec repugnat quod cõtractus
dicatur maximus, ſicut uidemus quando fit donatio propter me-
rita quæ non aſcendunt ad ualorem donationis nam quatenus
donatio excedit merita, dicitur donatio ſimplex ideo talis dona
tio non ualet in perſonis ꝓhibitis quatenus fit ultra merita. Bar.
in l. ſi quis pro eo. §. j. in fi. ff. de fideiuſ. Dec. in l. petens. col. 7. C.
de pactis, & in d. l. ſi donatione. col. 3. in fi. C. de collatio. & alibi
ſępe doct. Similiter quatenus donatio remuneratoria excedit me
rita, dr̃ propria donatio, ideo debet inſinuari. Ange. & Imo. in l.
Aquilius. ff. de dona. Soc. in conſi. 22. col. 2. lib. 4. Ex quibus patet
quod eadẽ donatio reſpectu diuerſarum quantitatum poteſt di-
uerſo iure cenſeri, quia quatenus adeſt cauſa, dr̃ ob cauſam, &
quatenus cauſa ceſſat, dr̃ ſimplex & propria. & ſic in caſu iſto
quatenus ceſſat cauſa recompenſandi. & quatenus bona donata
plus ualent quàm bona alienata, dicitur propria & ſimplex do-
natio procedens ex mera liberalitate, & iſta reſponſio optime
4 quadrat & conuenit rationibus iuris, quia † in dubio fieri debet
interpretatio per quam ſatis fit utrique caſui qñ inter aliquos ca
ſus diuerſitas reperitur l. adoptiuus. §. j. in fi. ibi, ſed in re dubia.
ff. de ritu nuptiarum. Bal. in l. bonorum. in tertia quæſtione. C. qui
admitti

admitti. Pau. de Caſt. in conſi. 179. In cauſa quam magnificus. co
lum. 5. circa med. lib. j. Sed per talem interpretationem ſatiſfit
vtriq; calui, quæ uere erit donatio ob cauſam recompẽſandi qua
tenus illa militat, vere etiam erit donatio propria ex mera libera
litate, quatenus bona donata plus valent q̃ bona alienata p do-
natorem. ¶ Non obſtat ſecundum argumentũ, ꝙ talis compenſa
tio debet reſtringi ad bona alienata de voluntate & conſenſu ip
ſius donatarij, quia reſpondeo duobus modis. primo ꝙ illa uer-
ba de voluntate, &c. non ponuntur limitatiue, aut reſtrictiue, ſed
enunciatiue & demonſtratiue, quia donator uoluit demonſtrare
ſe non alienaſſe inuito donatario, ſed volente ad demonſtrandũ
beneficia ipſius donatarij, qui permiſit bona ſua alienari pro
ſubueniendo ipſi donatori, quæ beneficia voluit alienans per il-
5 lam donationem recompenſare, in dubio enim † verba cenſen-
tur prolata demonſtratiue, non reſtrictiue. l. fi. §. Titia. ff. de liber.
lega. Bar. in l. cum pater. §. menſe, verſi. quæro quid ſi teſtator. ff.
de leg. 2. & in l. Centurio, col. 11. verſi. ſed quid ſi dixi. ff. de vul-
gar. Pau. de Caſt. in conſi. 519. In cauſa quæ uertitur coram do-
mino poteſtate meſta. col. 2. poſt med. lib. 5. cum. n. aſſeruerit do
nator uelle recompenſare beneficia, & dixerit alienaſſe quãplu
rima bona donatarii de eius uoluntate, illa uerba, de eius volon
tate, cenſentur appoſita ad probandum ipſa beneficia, vt talia
ſint ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant. l. 3. vbi Bar. ff. de ſun
do inſtru. l. ſi vno. ff. loca. l. qui vinum. ff. de triti. uino oleoq; lega.
l. defenſor. ff. de interro. actio. c. inter dilectos. verſi. cæterum, de
fide inſtru. Bal. in c. j. de natu. ſucceſ. feud. Pau. de Caſt. in conſi.
321. Viſa quadam petitione. col. 2. circa fi. lib. j. ¶ Secundo reſpon
deo, poſito & nõ conceſſo, ꝙ uerba illa de uoluntate, & c. poſita
eſſent reſtrictiue, tamen dico ꝙ donator aſſeruit ſe alienaſſe quã
plurima bona cum uoluntate tamen ipſius donatarii. illa dictio
tamen, eſt limitatiua præcedentium. l. ita tamen. ff. ad Trebellia.
& reſtringit dictio tamen ſeu limitat omnia præcedentia. Bal. in
conſi. 195. Laudare. col. pe. ante med. uerſi. 3. etiam ex natura ter
mini. lib. 2. & ſic aſſeruit teſtator nihil ſe alienaſſe niſi cum uolu
tate ipſius donatarii, ergo cum acceſſerit uoluntas donatarii in
omnibus alienatis, omnia pertinẽt cauſa & animo compẽſandi.
¶ Nec obſtat ꝙ omnibus inſtrumentis alienationum forte non ex
primatur de uoluntate & conſenſu ipſius donatarij, quia nõ ſe-
quitur, donatarius non interuenit in ſcriptura inſtrumentorum,
ergo nolente eo habitę ſunt alienationes, nam potuit haberi vo
luntas eius extra ipſa inſtrumenta ante ea uel poſt. & cum dona
tor aſſeruerit de uoluntate ipſius donatarii in omnibus aliena-
tionibus, & utatur donatarius inſtrumento donationis, nõ põt
contrauenire aſſertioni in eo factæ. reg. ex qua perſona. ff. de reg.
iur. & quia producens inſtrumentum cenſetur fateri omnia in
eo contẽta uera eſſe. c. cum olim, de cenſ. c. cum uenerabilis. obi
late ſcriben. de exceptio. ¶ Preterea, poſito & non conceſſo, quod
donatarius non conſenſiſſet omnibus alienationibus, tamen ad-
hoc dici debet facta donatio animo compẽſandi cum omnibus
alienatis, quia ſi donator voluit recompenſare donatarium pro
alienatis de eius uoluntate, a fortiori pro alienatis citra eius uo-
luntatem, quia maior ratio & maior neceſſitas cõpenſandi erat
circa alienata ſine conſenſu donatarij quàm circa alia, quia niſi
facta eſſet recompenſatio pro alienatis ſine conſenſu donatarii,
potuiſſet donatarius vendicare bona ſua ab emptoribus, & em-
tores habuiſſent regreſſum de euictione contra ipſum donato-
rem eorum autorem, aut eius hæredes: nõ ita fieri poterat in a-
lienatis de uoluntate donatarii, ergo dicendum eſt quod dona-
tor voluerit recompenſare donatarium in illis etiam bonis, in q
6 bus militabat maior neceſſitas recompenſandi, quia † cenſetur
diſponens uelle prouidere in caſu magis neceſſario. Bal. in conſ.
35. Pater filio. col. 2. lib. 2. & in conſi. 113. Proponitur ꝙ quidam,
col. j. poſt med. verſi. contrarium eſt modo. li. 5. ¶ Poſtremo quã-
do dubitatur an aliquid includatur in diſpoſitione, optimus in-
terpres ad iudicandum eſt ualor rei, ex quantitate enim precij
pręſumitur quid & quantum ueniat in contractu. gl. no. in l. ſem-
per in ſtipulationibus, in gl. magna circa med. ff. de regu. iuris,
Alex. in conſi. 26. lib. 4. modo conſidero quod bona donata non
ſolum ſufficiunt pro recompẽſatione omnium alienatorum, ſed
etiam ualorem alienatorum excedunt in magna quantitate, ita-
que dicendum eſt, quod uoluerit donator recompẽſationem fie
ri quoad omnia. & poſtquã fecit donator mentionem de recom
penſatione generaliter illam non reſtringendo, generaliter intel
ligi debet facta recompenſatio. l. de precio. ff. de publicia. cum
ſimi. maxime, quia (vt dictum eſt) maior eſt ratio & neceſſitas re
compenſandi in bonis alienatis ſine conſenſu donatarii, ubi nõ
in omnibus conſenſiſſet, ſed fruſtra de hoc diſputatur, poſtquam
aſſeruit & teſtificatus eſt donator, quod omnia alienauit cũ vo-
luntate ipſius donatarii. ¶ Ex quibus concludo contentum eſſe
oportere donatarium bonis donatis, nec aliquid poſſe petere no
mine alienatorum, & ita de iure & æquitate reſpondeo, ſaluo
ſaniori iudicio. Sauiliani. 4. Martij 1547.

Aymo Crauetta ex Sauiliano I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus de poſſeſſione ſine ordine & probatione reſtitui debet.*
2 *Quando ſpoliatus non reſtituatur.*
3 *Quæ differentia inter ſpoliatum a priuato, & ſpoliatum autho-
ritate iudicis.*
4 *Iudex dicitur priuatus, quando procedit ſine cauſæ cognitione.*
5 *Executio facta uirtute ordinationis inualida dicitur nulla.*
6 *Spoliatus nõ reſtituitur, quãdo notorie conſtat de nõ iure ipſius.*

CONSILIVM CCCII.

¶ Pro Maria relicta quondam Thomæ Gingoli ex Sauiliano con-
tra Franciſcum Variri ab eodem loco.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. In hac cau
ſa Mariæ Gingolæ contra Franciſcum Variri, de
duobus quæritur. Primo, an dicto Franciſco Va-
riri competat poſſeſſorium recuperandæ? ¶ Secũ
do, an ſi competat, obſtet exceptio proprietatis?
1 ¶ 1 Circa primum dubium puto breuiter conclu
dendum competere remedium poſſeſſorium, licèt ſpoliatus fue
rit agens authoritate iudicis, ex quo iudex proceſſit non ſeruato
iuris ordine, immo ordinatio de mittendo dominum directum
in poſſeſſionem lata eſt parte non uocata: conſtat autem com-
petere remedium poſſeſſorium ad recuperandam poſſeſſionem,
licèt a iudice ſpoliatus quis fuerit quando proceſſit iudex non
ſeruato iuris ordine, c. cauſam matrimonii. & c. cum cauſam, vbi
Abb. in 4. no. de offi. deleg. c. ex inſinuatione, de procura. c. con-
querente, de reſtitu. ſpo. c. referente, ubi Dec. in 2. no. de præben.
l. meminerint. C. unde vi. gl. 3. q. j. in ſumma. Bal. in conſi. 134. Co
pioſe. in fi. l. 3. ubi quod ſpoliatus ſine ordine & probatione re-
ſtitui debet. tradit idem Bal. in conſi. 147. Spoliatus. lib. 3. An. de
Butr. in conſi. 12. in 2. quęſtione. & in conſi. 18. col. 10. verſic. nec
obſtat quod Chinus. lib. j. Amplius datur reſtitutio poſſeſſionis
non ſolũ, qñ procedit iudex contra citatum, ſed etiã ſi contra ci-
tatum, ad locum tñ non tutum. Bal. in conſi. 327. Iniuſtiſſima. li.
2. Idem ſi iudex procederet ſeruato iuris ordine, ſi tamen non
eſſet iudex competens, nam ſine dubio competeret remedium
poſſeſſorium. Anch. in conſi. 548. Ad prædicta dubia, in primo
dubio. Soc. in conſi. 15. col. 4. verſi. facit etiam ad prædicta. lib. j.
Dec. in conſi. 125. Quod procedit, quando iudex nulliter proce-
deret per errorem iuris, ſecus ſi per errorem facti ductus aliquo
probabili errore facti, quia tunc non competeret remedium poſ
ſeſſorium, ſed aliter agendum eſſet officio iudicis, aut uia nulli-
tatis. Abb. in d. c. ex inſinuatione, in tertio nota. de procura. ſequi
tur Dec. in d. conſi. 125. col. 3. in fi. ¶ Similiter procedunt præmiſ
ſa, quando ſententia iudicis ſpoliatiua alterius eſſet nulla, ſecus
2 ſi ualida † mero iure, licèt iniuſta, quia tunc ſpoliatus authorita
te talis ſententiæ non reſtituitur. Abb. in d. c. cũ cauſa, de offi. de
leg. Fely. in d. c. dilectus. j col. j. poſt med. in tertia fallentia. de re
ſcriptis. ¶ Hoc tamen non procederet, quando iniuſtitia ſenten-
tiæ eſſet notoria, quia illa æquiparatur nullitati, ideo competit
tunc remedium poſſeſſorium, ut per Fely. in d. c. dilectus, de re-
ſcript. ¶ Venio nunc ad ſecundum dubium, an contra agentem
poſſeſſorio obſtet exceptio proprietatis concernens petitorium.
videretur prima fronte dicendum ꝙ non, per glo. 3. q. 1. in ſum-
ma. ubi ꝙ contra ſpoliatum a iudice ordine iuris non ſeruato nõ
admittitur exceptio criminis, aut minus canonicæ inſtitutionis
ſequitur Soc. in d. conſi. 12. in 2. quæſtio. lib. j. ubi Socin. loquitur.
quando proceſſit iudex parte non citata. Idem etiam & magis
generaliter uoluit Bald. in d. conſi. 147. Spoliatus. lib. 3. ubi quòd
contra ſpoliatum per ſententiam nullam non admittitur exce-
ptio concernens iuſtitiam poſſeſſoris. Idem tenet Hoſtien. in ti-
tu. de reſtitutio. ſpolio. §. quando facienda, in prin. ubi quod ſpo-

liatus

ſpoliatus nō ſeruato iuris ordine incontinenti reſtituitur, ſi uero ſpoliatur ſeruato iuris ordine non reſtituitur ante cauſæ cognitionem. an iuſte fuerit ſpoliatus vel non ſequitur Fely. in d.c. dilectus, de reſcri. ſed hic iudex proceſſit non ſeruato iuris ordine, & parte non uocata, ergo &c. ¶Sed præmiſſis non obſtantibus contrarium puto de iure verius ꝙ immo admitti debeat exceptio concernēs petitorium. & pro fundamento cōſidero ꝙ doc.
3 faciunt † differentiam inter ſpoliatum a priuato & ſpoliatum authoritate iudicis. quia ſpoliatus a priuato incontinenti reſtituitur, ſed ſpoliatus authoritate iudicis non reſtituitur niſi cauſa cognita an iuſte fuerit ſpoliatus vel non propter præſumptionē quam iudex pro ſe habet. Oldr. in conſi. 224. Iſtæ ſunt allegationes. col. 5. verſi. in contrarium. Gemin. in conſi. 141. Dominus Burgenſis. col. 3. Calca. in conſi. 126. col. 2. ante med. Dec. in conſi. 449. colum. pe. poſt med. Iaſ. in l. 3. §. ſi. in fi. ff. de acqui. poſſ. & in conſi. 38. colum. 3. in fi. lib. 3. ¶Hoc ita præſuppoſito neceſſe eſt dicere ꝙ iſtud procedat quando ſententia iudicis per quam quis ſpoliatur, eſt nulla, quia ſi eſſet valida licèt iniuſta, non competit remedium poſſeſſorium, conſequenter fruſtra tunc diſputatur an contra petentem reſtitutionem opponi poſſit exceptio. ¶Sed dicet aliquis, quid reſpondes ad contraria? Ego pro declaratione & intelligentia iſtius difficultatis puto diſtinguendū, qđ aut iudex procedit omnino ut priuatus & extraiudicialiter, ut potè parte non uocata, & tunc idem iudicetur de eo ſpoliante ut de priuato ex quo ut priuatus omnino procedit, & ſic iſto caſu non obſtat exceptio. & idem ſi partem quidem uocaret, ſed eam non audiret in ſuis defenſionibus & exceptionibus, & iſto caſu procedat dictū Card. in cle. 1. §. fi. in fin. de celebra. miſſ. ubi † quòd iudex dicitur procedere, ut priuatus quando procedit
4 ſine cauſę cognitione. quod dictum refert & ſequitur Felyn. in d.c. dilectus, de reſcrip. Dec. in l. factum a iudice. ff. de regu. iuris. non enim dicitur procedere iudex ſine cauſæ cognitione quando citat partes. §. fi. inſtitu. de pœna temere litigan. l. in cauſæ. §. cognita. ff. de minor. l. 3. §. cauſa cognita, ubi glo. & Bart. ff. de bon. poſſ. c. fi. de ſupplen. negli. præla. & ꝙ allegari non poſſe cauſæ cognitionem non interueniſſe ubi citatio adhibita eſt, tradit Gemin. in conſi. 122. poſt princi. per tex. in c. inter quatuor, de maiori. & obedien. Poſſet etiam dici procedere iudicem ut priuatum quando eſſet iudex incompetens, quo caſu etiam datur reſtitutio. Anch. in d. conſi. 148. in 3. dubio. Socin. in d. conſi. 14. colum. 4. verſi. facit etiam ad prædicta. lib. 3. Dec. in d. conſil. 525. ſimiliter diceretur iudex procedere vt priuatus quando eſſet iudex delegatus qui procederet non ſeruata forma ſuæ commiſſionis, quia non dicitur iudex in eo in quo excedit formam ſui mandati. Oldr. in conſi. 527. De toto themate. colum. 3. in fine Aut procedit iudex parte uocata, ſed omittit aliquas alias ſolennitates iudicii ex quibus ſententia reddit̄ nulla, puta litis conteſtationem aut aliā, & iſto caſu procedat opi. ꝙ ſpoliatus authoritate iudicis non reſtituitur niſi cauſa cognita an iuſte, vel iniuſte fuerit ſpoliatus. Ratio eſt, quia licèt ſententia dicatur nulla ex omiſſione alicuius ordinis ſuæ ſolennitatis, tamen iudex non dicitur proceſſiſſe vt priuatus & extraiudicialiter, ex quo partem uocauit, niſi partem uocatam & comparentem audire noluiſſet. & niſi ita dicamus & diſtinguamus, neſcio uidere quomodo procedat differentia doct. inter ſpoliationem iudicis & priuati. in qua differentia uoluerunt doc. plures tribuere ſpoliationem iudicis q̄ priuati. In propoſito igitur cum proceſſerit iudex ad executionem parte vocata, non poteſt dici ꝙ proceſſerit ut priuatus & extraiudicialiter. ¶Nec obſtat ꝙ nō fuerit citata pars in ordinatione demittendo in poſſeſſionem, quia fateor, & ob id dico quòd talis ordinatio dicitur nulla, ſed dico ꝙ ex quo fuit citata pars ad actum executionis & miſſionis in poſſeſſionem, & ſic ad actum ſpoliationis, quòd talis ſpoliatio non poteſt dici facta extraiudicialiter & ut a priuato, quia ſi comparuiſſet pars in actu executionis & defenſiones aut exceptiones validas propoſuiſſet, ueriſimiliter fuiſſet audita, maxime cum illa ordinatio de mittendo nulla, tranſire non potuiſſet in rem iudicatam, ſpoliatio enim immediate facta eſt per miſſionem in poſſeſſionem, non per ordinationem de mittendo. ¶Actus autem immediatus debet attendi non mediatus. l. ſocium qui in eo. ff. pro ſocio. l. pe. ff. de condi. ob turpem cau. l. cum de hoc. ff. excep. rei iudi. l. ſi mulier. ff. rerum amo. glo. in l. 1. in gl. 3. ff. de edendo. Barto. in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de uulga. cum ſimi. ſatis igitur videtur adhibitam eſſe citationem ad actum ſpoliationis immediatum quo ad hoc ne iudicatur iudex ſpoliaſſe tanquam priua-
5 tus omnino & extraiudicialiter. † & licèt executio facta virtute ordinationis inualidæ dicatur nulla, tanquam proueniens ex radice infecta l. fi. C. de natu. libe. tamen dici non poteſt, ꝙ proceſſerit iudex ad talem executionem tanquam priuatus poſtquam partem citauit. ¶Sed poſito & nō cōceſſo, ꝙ exceptio concernēs petitorium admitti non deberet in tali ſpoliatione facta a iudice quia iudex proceſſiſſet omnino ut priuatus & extraiudicialiter tamen dico ꝙ ex quo talis exceptio fuit admiſſa & ſuper ea receptæ probationes debet iudex ſuper petitorio de quo cognouit pronunciare. l. de qua re. ff. de iudi. & in terminis exceptionis petitorii aut proprietatis contra poſſeſſorium quod ſuper ea debeat pronunciari quando ſuper ea fuerunt probationes receptę, eſt tex. in c. 1. de reſtitu. ſpolia. tradit Inno. in c. conſtitutus. de filijs presbyter. cum ſimi. ut per Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. 16. in decima fallentia. ff. de acquir. poſſ. Iaſ. in l. 1. in princi. col. 2. poſt med. ff. de ope. no. nun. & in l. patre furioſo. colum. 5. verſic. 15. facit. ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris. Ratio huius eſt, quia factis probationibus ſuper proprietate, dicitur notorie conſtare de non iure ſpoliati agentis cum acta indicant notorium c. cum olim, vbi Abb. de verb. ſign. Inn. & doc. in c. ex inſi-
6 nuatione, de appellatio. ¶Sed ſpoliatus non reſtituitur † quando notorie conſtat de non iure ipſius. Inno. in d.c. conſtitutus. de filiis pręsbyter. Alex. in d. §. nihil commune. in decima fallentia. Soci. in conſi. 87. col. fi. lib. 3. Dec. in conſi. 4. in fi. uerſi. quarto facit. Addo Oldr. in conſi. 224. Iſtæ ſunt allegationes. col. 5. verſic. ſoluebat & aliter. & col. fi. ver. nec obſtat quod de poſſeſſorio debeat. Ideo dominiū probatū ex actis obſtat agēti poſſeſſorio, licèt non dominium probandum, quia vbi eſt probatum, notorie conſtat de non iure ſpoliati. Old. in conſi. 227. De toto themate, col. 2. verſi. ſecundo obiicit. & in conſi. 274. In cauſa quæ vertitur ſuper diœceſano. col. 3. hinc videmus ꝙ regula iuris quod ſpoliatus etiam prædo ante omnia reſtitui debet, non procedit quando ex actis conſtaret ipſum eſſe prædonem, quia tunc notorie conſtaret de non iure ipſius. Ita Inno. & Abb. in c. cum eccleſia ſutrina, de cau. poſſ. & proprie. ſequitur Rubeus Alex. in conſi. 167. colum. 4. In propoſito noſtro cum admiſſa fuerit exceptio proprietatis & ſuper ea factæ probationes per teſtes & inſtrumētum albergamenti, dico quod ſuper tali exceptione debet iudex pronunciare d. l. de qua re. & quia factis probationibus notorie conſtat de non iure agentis poſſeſſorio. Immo notorie dicitur conſtare de non iure agentis ex ſolo inſtrumento albergamenti. Socin. in d. conſi. 87. col. fi. lib. 3. Ex quo Socin. dicto infertur quòd admitti debet exceptio proprietatis quādo eius probatio impletur per ſolam productionem inſtrumenti. ¶Quod ipſum tamen putarem procedere quando contra tale inſtrumentum validi nihil opponeretur, ſed hic contra inſtrumentum nihil fuit oppoſitum, neq; opponitur, immo pars illi inhæret, ſed tantum inſtat ſuper poſſeſſorio. Amplius dico ꝙ admiſſa exceptione proprietatis & ſuper ea factis probationibus, ex quibus cauſa ipſius proprietatis liquidata ſit, ꝙ non debet iudex pronunciare ſuper poſſeſſorio ſed ſuper petitorio tantum quod abſorbet cauſā poſſeſſorij. Ita in terminis tradit Ancha. in conſi. 145. In prædicta quæſtione reperio. col. 2. poſt med. verſi. & ſi dicatur. per tex. no. in c. paſtoralis. de cau. poſſ. & proprie. Idem voluit Oldr. in conſi. 226. Quidam Epiſcopus, in fi. vbi quod inaniter diſputatur de poſſeſſorio, quando conſtet de petitorio. ¶Sed dicet aliquis, pręmiſſa forte procederent quando ſpoliatus conſenſiſſet admiſſioni exceptionis proprietatis, ſed hic expreſſe contradixit. Reſpondeo quod non ſufficit ſimplex contradictio ſed requiritur appellatio, debebat enim appellare quando vidit exceptionem proprietatis admiſſam, quia non appellando cenſetur admiſſioni conſenſiſſe. Ita in terminis tradit Areti. in d. l. naturaliter. §. nihil commune, col. 7. ff. de acqui. poſ. quem refert & ſequitur Fely. in c. inter monaſterium, col. 14. poſt med. verſi. forte tamen eſt neceſſaria, de re iud. quicquid aliter & nimium generaliter ſcripſerit Dec. in conſi. 84. col. 2. verſi. 3. & vltimo. ubi tamen de Areti. & Fely. mentionem non facit. Similiter nimiū generaliter videtur locutus Alex. in conſi. 6. colum. 5. uerſi. nec obſtat ſi dicatur. lib. 5. fortius dico ꝙ licèt exceptio proprietatis admiſſa non eſſet & pars admiſſioni contradiceret parata appellare, adhuc admitti deberet, quia regula quod ſpoliatus reſtitui ante omnia debet, non procedit quando poteſt quis ingredi poſſeſſionem propria authoritate, & illam apprehendit ſine uitio, quia ſic apprehendens non cogitur poſſeſſionem reſtituere. Veronenſis in conſ. 40. Omiſſa tactu ferie, colum. pe. in 5. dubio. ſequitur

quitur

quitur Deci. in d.conſi.191.colum.penul.verſic. 7.quod ſupradictum eſt confirmatur. ſed dominus directus finita emphytheuſi poteſt emphyteutam propria authoritate expellere ubi non inuenit reſiſtentiam, & quando non negatur rem eſſe emphyteuticam, ut habetur per ſcriben.in l.2.C.de iure emphy. tradit Socin.in conſi.167.col.5.lib.2.Cor.in conſi.93.& in conſi. 271. lib. 3.ſed in caſu noſtro pars fateturbona eſſe emphyteutica & per inſtrumentum albergamenti conſtat emphytheuſim finitã quoad portionem Marchioti.Similiter per teſtes agentis conſtat ꝙ Bernardus Variri donauit aliqua bona patri agentis nec conſtat de conſenſu domini.potuit igitur dominus directus apprehendere poſſesſionem bonorum propria authoritate ſine licentia iudicis,ergo nõ tenetur poſſesſionem reſtituere,& quidem multominus tenetur quia poſſesſionẽ apprehendit authore prætore, quam iure proprio poterat accipere & quia ipſam poſſesſionem accepit ſine vitio cum neminem inuenerit reſiſtentem nec verbis nec facto, quo caſu ſuccedit dictum Socin.in d. conſilio 87.colum.fi.poſt med.verſi.tertio & vltimo.lib.3. vt quando poſſesſio ad aliquem iuſte peruenit & ſine vitio,non tenetur poſſidens illam reſtituere, ſed hic poſſesſio iuſte peruenit ad dominum directum emphyteuſi finita, peruenit etiam ſine vitio nemine reſiſtente ergo &c. ¶Secundo principaliter conſidero ꝙ agens propoſuit poſſeſſorium recuperãdæ pro omnibus bonis: ſed remedium non videtur competere reſpectu portionis Marchioti defuncti, quia non probatur quod mortuo Marchioto apprehendit poſſesſionem reſpectu portionis ipſius Marchioti, immo conſtat de contrario quia mortuo Marchioto continuo dominus directus poſſesſionem accepit portionis ad Marchiotum pertinentis, nec poteſt agens dicere quòd poſſesſio Marchioti fratris continuetur in hæredem.l.cum hæredes.ff. de acqui.poſſ.quomodo igitur poteſt agens reſtitui ad poſſesſionem quam nunquam habuit. ¶Itaque non poteſt agens obtinere in poſſeſſorio qđ nũquam habuit, & ubi habuiſſet obſtat exceptio proprietatis in qua per inſtrumentum albergamenti & emphyteuſis apparet quod in emphyteuſi de qua agitur, non eſt locus iuri accreſcendi,ſed quod portio Marchioti variri defuncti ſine liberis reuerſa eſt ad dominum directum. ¶Laus Deo Virgini ac diuo Ioanni Euangeliſtæ,totique curiæ cœleſti. Amen. Sauiliani.10.Martij 1547.

Aymo Crauetta ex Sauiliano.I.V.doct.Sub correctione.

SVMMARIVM.

1 *Animiles Hieroſolymitanus ſuccedat in feudo.*
2 *In feudo vero & proprio an cenſeatur electa induſtria perſona.*
3 *Induſtria perſona eſt electa, quando negocium non habet certã et demonſtratam formam.*
4 *Prohibitio alinationis feudi quando non habet locum.*
5 *In Francia appellatione heredũ veniunt etiam extranei.*
6 *Pia cauſa non fauemus in præiudicium tertij.*
7 *Princeps non poteſt tollere ius gentium.*
8 *Eſt regula quod is in feudo non ſuccedat, qui feudo ſeruire non poteſt.*
9 *Matrimonium, & beneficium eccleſiaſticum inuicem non compatiuntur.*
10 *Conuerſi non admittuntur ad feudum.*

CONSILIVM CCCIII.

¶Pro magnifico domino Claudio ex Comitibus Ploaaſchi,& dominis Nomi contra magnificum & reuerendum dominum Philibertum eius fratrem & militem Hieroſolymitanum.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Quæritur an Magnificus & reuerendus dominus Philibertus miles Hieroſolymitanus admitti debeat ad ſucceſſionem feudi Comitatus Plozaſchi. videretur dicendum prima facie quod ſic, nam ita decidit Barba.in rubr.de feudis colum. 4. quem ſequi videtur Curtius Iunior in tracta.feu.in 3. parte. in ſecunda regula.q.10.in ſeptima limitatione char.29. Iſti enim milites pugnantes pro fide contra infideles non depoſuerunt arma bellica ſed in melius commutauerunt ideo intelliguntur ſeruire domino & feudum retinere debent.quam rationem conſiderat Baldus in conſi. 170. Ad euidentiam præmittendum eſt quod de rebus.lib.2. Sed vltra Curtium addo Alua.in c.3.col.penul.de milite vaſal.qui arma bell.depoſuit vbi quod iſti milites non immutant ſed augent,ob id non perdunt feudum ſed poſſunt honeſte ſeruire per ſubſtitutum.idẽ tenet Præpoſ.in d.c.3.in fi. ¶Sed præ-
5 miſſis non obſtãtibus contrarium puto de iure verius,† ꝙ miles Hieroſolymitanus non ſuccedat in feudo de quo agitur, quia feudum de quo agitur,dicitur feudum proprium,& verũ,in quo inhabiles non admittuntur nec illud tranſit ad fœminas nec ad hęredes extraneos,quo caſu in tali feudo cenſetur electa induſtria perſonæ vaſalli ut oporteat vaſallum ſeruire domino per ſe ipſum,non per ſubſtitutum, ut per Alex.in conſi. 10.lib.5. & in l. ſi finita.§.ſi de vectigalibus, colum. 7. Imo.in d.l. eorum. ff. de dam.infec. Curt.Sen. in conſi.62.& in conſi.63. Dec. poſt alios in c.in præſentia.col.antepe.q.10.de proba.in quibus locis traditur regula quod clericus aut monaſterium non ſuccedit in feudo,a qua regula excipiuntur plures caſus puta quando monaſterium poteſt ſeruire domino per ſubſtitutum,uel quando eſt tale ſeruitium quod ab eccleſia honeſte præſtari poteſt,ut quia conſiſtat in pecunia aut in alia re. Ergo volunt doc. ꝙ regulariter in feudo cenſeatur electa induſtria perſonæ,quia alias non eſſet tractandum in quibus caſibus poſſet ſuccedere clericus aut monaſterium in feudo quia ſemper & indiſtincte ſuccederet cum poſſit ſeruire per ſubſtitutum. & iſtud ꝙ in feudo regulariter monaſterium aut clericus non ſuccedat,ſed cenſeatur electa induſtria perſonæ latiſſime diſputat & concludit Curt.Iu.in tracta.feu.in
2 3.parte in x.q.prin.¶†Secundo ꝙ in feudo vero & proprio cẽſeatur electa induſtria perſonæ probatur.nam induſtria perſonæ dicitur electa.quando quid committitur alicui ratione confidentię quam committens de eo habet.Anto.de Butri. in conſil. 48. Abſque diſtinctione.circa fi.per l.unicam.§.ſi autem.C. de cadu. tollen.ſed feudum datur vaſallo ratione confidentię quia dominus confidit de eo & de eius deſcendentibus & domo hinc feudum dicitur a fidelitate.cap. nulla,per quos fiat inueſti. & feudatarius fidelis dicitur.c.j.§.item ſi fidelis,quibus mo.feu.amit. & ſic cum dominus cõfidat de vaſallo cui feudum concedit, & vaſallus fidelitatem promittat,in dubio videtur electa induſtria perſonę. ¶ Tertio induſtria in dubio uidetur electa in vaſallo, quia † induſtria perſonæ dicitur electa quando negocium non
3 habet certam & determinatam formam.Barto.in l.fi.ff.de diuer. & tem.præſcrip. Panor. in c.fi.de offic. delega. Bald. in conſilio 128.Cum quidam vſurarius.colum.j.poſt med.lib.3.Cor.in conſi. 243.colum.6.poſt med.lib. 3. Iaſ.in l. quod quis,colum. 2. in 2.limitatione.C.de procura.ſed ſeruitia perſonalia debita domino per vaſallum non habent certam & determinatam formam cum debeantur vario modo ſecundum qualitatem temporis & exigentiam caſuum,ergo &c.¶Quarto in rebus & negociis arduis dicitur electa induſtria perſonæ. Imo. & Florent. in d. ca. fi.de offic.deleg. Cor. in d.conſi.243.colum.6.lib.3.& in conſil. 257.colum.2.io fi.lib.4.Dec.in l.j.col.6.circa med.ff.de offi.eius. Iaſ.in l. a iudice,colum.fi.in 58.limitatione.C.de iudi.ſed cum dubium ſeruitia debita domino per uaſallum ardua & grauia eſſe, ſi ea conſiderentur quæ in fidelitate uaſalli continentur ergo dicendum eſt induſtriam perſonæ uaſalli in dubio electam eſſe.

¶Quintò pro hac concluſione adduco Bald.in conſi.291. Ad euidentiam præmittendum eſt quod io decima.in fi.lib.2.vbi qđ cõtra naturam feudi videtur eſſe ut trãſeat in eccleſiam aut monaſterium, niſi quando ſeruiri poteſt per ſubſtitutum. vult ergo aperte Bald.ꝙ in dubio per ſubſtitutũ ſeruiri non poſſit, ſed induſtria perſonæ vaſalli cenſeatur electa alias non eſſet cõtra naturam feudi quod tranſeat in eccleſiam. Idem clariſſime uoluit Bellamera in conſi.48.col.2.circa med.verſi.circa quartum dubium,vbi quod Epiſcopus aut ſacerdos non poteſt ſuccedere in feudo Comitatus,quia eo ipſo ꝙ incipit eſſe miles Dei, inhabilis fit ad beneficia ſecularia nec poteſt deſeruire per ſubſtiturũ. ergo vult Bellamera ꝙ induſtria perſonæ cenſeatur electa. licèt Bellamera poſtea variauerit in eodem conſi.colum.7.in fi. & eo tum.ſeq.& col.13. Eãdem opi.ꝙ ſeruiri non poſſit feudo per ſubſtitutum latiſſime tenet Cur. Iun.in d.tracta.feud.in 3. parte in 10.q.prin.ut ſupra allegaui.¶Hoc ita præſuppoſito,quòd in feudo comitatus Plozaſchi dicatur electa induſtria perſonæ,& ita eo ſeruiri non poſſit domino per ſubſtitutum:dico quòd miles Hieroſolymitanus neceſſariò in tali feudo reputatur inhabilis,quia

ex quo

ex quo neceſſe habet vacare militiæ fidei contra infideles, non
poteſt uacare militiæ ſeculari pro domino directo, ſed quoties p
ſona quæ vult ſuccedere in feudo, non poteſt ſeruire domino, il
la excluditur a ſucceſſione, prout videmus in clerico, monacho,
muto, ſurdo, fœmina, & ſimilibus ineptis ad ſeruitia. & hac ra-
tione in terminis quod miles Hieroſolymitanus in feudo ſuccedere
non poſſit, tenet Bald. in d. conſi. 170. Ad euidentiam præmitten
dum eſt quod de rebus feudalibus. lib. 2. quem refert & ſequitur
Brunus Aſtenſis in conſi. 17. Eandem opi. tenet Barba. in trac. de
præſtantia Car. in 5. q. primæ partis colum. 3. verſi. poſſet etiam
quiſquam dubitare. vbi tamen non allegat illud conſi. Bal. Im-
mo allegat Bald. contrarium tenere in c. j. de milite vaſallo qui
arma bell. depoſ. ¶ Nec dicendum eſt illo caſu quòd miles Hie-
roſolymitanus percipiat commoditatem feudi in uita ſua, quia
illud procedit quando admittitur ad ſeruiendum dominum per
ſubſtitutum, ſecus in feudo in quo ſeruiri domino non poteſt
per ſubſtitutum, quia abſurdum eſſet quod perciperet commo-
ditatem ſine onere. reg. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. & ſi ui
deantur doc. dicentes eccleſiam aut clericum percipere com-
moditates feudi in uita ipſius clerici, expreſſe loquuntur in eo
caſu quo deſeruiri feudo poteſt per ſubſtitutum. & clare hoc vo
luit Bal. in conſi. 291. Ad euidentiam præmittendum eſt quod
in decima. in fi. lib. 2. uel poteſt clericus aut monaſterium perci
pere commoditates feudi in uita ingreſſi quando pro feudo nul
lum debetur ſeruitium perſonale ſed reale, vel tale quod a cle-
rico aut ab eccleſia honeſte præſtari poteſt. Veronenſis in conſi.
22. & in conſi. 36. ¶ Secundò principaliter dico excludi dominū Phy
libertum a ſucceſſione feudi quia narratur in facto, licet inſtru-
mentum nullum uiderim, quod quitauit omnia bona ſua Magnifi-
4 co domino Claudio eius fratri ſine vlla reſeruatione. † In qua re
conſidera quod prohibitio alienationis feudi nō habet locum quā-
do fieret alienatio in fratrem aut alium agnatum habilē ad ſuc-
ceſſionem feudi in quem poteſt fieri alienatio ſine conſenſu do-
mini c. j. de alien. feu. pater. Alber. Bal. Rau. de Caſt. & mod. in l.
voluntas, per illum tex. C. de fideicom. Bald. in conſi. 98. De de-
tractione. in fi. lib. j. hoc ita præſuppoſito quod quitatio aut alie
natio feudi non ſit prohibita in agnatum, & maxime æque pro
ximum, dico quod generalis quitatio bonorum traditur etiam
ad bona feudalia quando in feudo nulla cadit prohibitio. Illud
enim quod dicitur in generali diſpoſitione aut alienatione non
uenire feudū. c. in generali, ſi de feudo fuerit contro. inter domi.
& agn. c. j. in prin. de cap. qui cur. ven. procedit quando feudum
prohibetur alienari, nam ſi includeretur in diſpoſitione gene-
rali, diſponens incideret in pœnam amiſſionis feudi, ideo non
eſt uerisimile quod in diſpoſitione generali fuerit cogitatum de
eo per quod in pœnam quis incideret l. ſi procuratorem. ff. de con-
dic. indeb. ſed ubi ceſſat iſta ratio quia feudum poſſit alienari, im
puta ſine conſenſu domini, ut hic, tunc in generali diſpoſitione
includitur feudum. Ita Cor. in conſi. 325. in fi. lib. 4. Cur. Iun. in
conſi. 10 26. colum. 4. & in conſi. 109. col. 4. verſi. ſed quantum ad
alia feuda. & in conſi. 110. colum. 10. in fi. verſi. ſed quid fortius.
Ripa in l. obligatione generali. col. 9. ff. de pign. hinc videmus quod
in Francia vbi feuda redacta ſunt ad inſtar patrimoniorum natu
rales legitimati ſuccedunt in feudo licèt ſecus in feudo quod a-
lienari non poteſt, & quod non habet inſtar patrimonii. Ita Gui
5 do Papæ. q. 59. Similiter † in Francia appellatione hæredum ue-
niūt etiam extranei licèt ſecus vbi feudum retinet naturam ſuā,
quia ſolum ueniunt deſcendentes. Guido Papæ quæſtione 230.
Similiter in Francia fœmina ſuccedit in feudo, Guido Papę quę
ſtione 297. Ex quibus apparet quod ubi in feudo non cadit prohi-
bitio alienationis in eo ceſſant iura loquentia de feudo, ſed tunc
idem iudicatur de feudo quod de aliis bonis patrimonialibus, ſed
ut dixi, prohibitio alienandi feudum ſine conſenſu domini non
habet locum quoties frater alienat fratri, ergo quitatio bonorū
facta a fratre fratri extenderetur etiam ad bona feudalia. Quod
maxime procedet ſi in quitatione ſint uerba prægnantia & vni-
uerſalia. ¶ Ex præmiſſis apparet intentionem domini Claudii a-
bunde eſſe firmatam. ſolū ſupereſt ad contraria reſpōdere. Ad
quæ ex præmiſſis ſatis quidem reſpōſum apparet, ſed enim quo
ſplendidior fiat res reſpondeo in ſpecie. Itaque non obſtat quod
miles Hieroſolymitanus non perdit ſtatutum, ſed illum in me-
lius commutat, nam fateor, tamen poſt talem commutationem
efficitur inhabilis quia non poteſt ſeruire domino, & cum non
poſſit ſuſtinere onera feudi, iniquum eſſet quod admitteretur ad
eius commoda. d. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. & propter
hanc inhabilitatem & impotentiam ſeruiendi domino ita deci-
dit Bald. in d. conſi. 170. lib. 2. quem ſequitur Brunus in d. conſilio
17. ¶ Secundo reſpondeo quod iſta commutatio ſtatus in me-
lius non debet prodeſſe ipſi commutanti in præiudicium tertij,
6 idest domini directi cui debentur ſeruitia, quia † etiam piæ cau-
ſæ non fauemus in præiudicium tertii. Socin. in conſi. 116. colu.
j. lib. j. ¶ Tertio reſpondeo retorquendo rationem doc. tenentiū
contrarium, nam dicūt quod amittitur miles Hieroſolymitanus
quia poterit ſeruire per ſubſtitutum, ſed iſta ratio non procedit
in feudo proprio & vero, in quo cenſetur electa induſtria perſo-
næ ut ſupra abunde uiſum eſt. Ideo cum hic agatur de feudo co
mitatus uero & proprio in quo ceſſat ratio ſeruiendi per ſubſti-
tutum, ceſſebit etiā dictum doc. fundatum in tali ratione. l. adi-
gere. §. quamuis. ff. de iure patro. cap. cum ceſſante, de appella.
cum ſimilibus. ¶ Aduertendum tamen quod ſi princeps & do-
minus directus uellet admittere dominum Phylibertum ad ſer-
uiendum per ſubſtitutum & eum inueſtire de feudo non obſtan
te militia ſua, admitteretur tunc ad feudum ſi aliud non obſta-
ret, quia quod miles Hieroſolymitanus, clericus aut monaſteriū
non admittatur ad feudum, illud ſolum fuit introductum in fa-
uorem domini directi ne ei ſeruiatur per extraneum ſubſtitutū,
de quo veriſimiliter non ita confidit ſicut de vaſallo, ſed poteſt
dominus huic eius fauori renunciare. l. pe. C. de pactis. cum ſim.
& in terminis quod poſſit dominus directus admittere clericū
ad ſucceſſionem feudi, tradit Alex. in d. conſi. 10. col. 4. circa fi. li
bro 5. poſt And. de Iſer. per eum allegatum. Cur. Iun. in tracta. feu.
in 3. parte. in 10. q. prin. col. 5. in fi. uerſi. uel aliter & tertio char.
29. Brunus Aſtenſis in d. conſi. 16. in fin. Rubeus tamen Alex. in
conſi. 80. voluit quòd miles Hieroſolymitanus ita demū in feu-
do ſuccedat volente domino quando non eſt electa induſtria p-
ſonæ, ergo vult quod vbi induſtria perſonæ eſt electa, nō poſſit ſuc-
cedere etiam uolente domino. ſed non placet illud dictum, quia
poteſt dominus (ut dictum eſt) renunciare fauori ſuo. quod ip-
ſum tamen intelligerem niſi tenor inueſtituræ aliud loqueretur
excludendo clericos aut alios inhabiles in fauorem agnatorum
quorum iuri conſenſus domini directi præiudicare non poſſet,
ideo non poteſt dominus directus conſentire alienationi feudi
in præiudicium agnatorum. cap. j. de aliena. feu. pater Bald. in ca.
j. §. hoc quoque, col. pe. verſi. ſexta concluſio. de ſucc. ff. feud. Ale
xan. in conſi. 15. col. fi. lib. 5. ¶ Quarto reſpondeo quòd ceſſat
argumentum in caſu noſtro in quo dominus Phylibertus quita-
uit eius partes bonorum domino Claudio, quæ quitatio perti-
net etiam ad bona feudalia ut ſupra dictum eſt, & ſtante iſta qui
tatione nullo modo admitti poteſt dominus Phylibertus ad feu
dum etiam volente domino directo, quia non poteſt dominus
directus præiudicare iuri domini Claudij quæſito ex quitatio-
7 ne ipſius domini Phyliberti. & ſic hēt dominus Claudius † ius
quæſitum de iure gentium, quod princeps tollere non poteſt. c.
j. de proba. ubi late mod. no. ſcribens in l. fi. C. ſi contra ius, vel u-
til. pub. & in c. quæ in eccleſiarum, de conſti. & ſic ſtante quita-
tione cauſa domini Claudij videtur in tuto ſi aliud non obſtat
quia quitationem non uidi, ¶ Secundo principaliter quæritur,
an dominus Balthaſar filius quondam Magnifici domini Flori-
mondi ex eiſdem comitibus clericus primæ tonſuræ beneficia-
tus tamen ſit admittendus ad ſucceſſionem feudi prædicti cū
aliis ſuis fratribus? videtur dicendum quod ſic, quia prohibitio cle
rici ne ſuccedat in feudo, nō uidetur procedere in clerici ne ſuc-
cedat in feudo, non uidetur procedere in clerico primæ tonſu-
ræ cū ipſe poſſit ſeruire domino perſonaliter & in terminis cle-
rici primæ tonſuræ quod ſuccedat in feudo, uoluit Bald. in d. cap. j.
de benefi. fœm. alias ſub. rub. de fid. fœmi. poſt glo. ibi Feli. in
d. c. in præſentia, col. 21. in 2. fallentia de proba. Cur. Iun. in tra-
cta. feud. in tertia regula. q. 10. char. 26. Addo Barb. in tract. de
præſtan. Card. in 5. quæſtione primæ partis col. 5. ubi quod iſta ope-
nio tenetur in practica iudicando & conſulendo. quod uidetur
procedere etiam in clerico beneficiato ex eo quod ſcribunt Bal.
& Felin. in c. inter dilectos. per illum tex. de fide inſtrum. ubi quod
vaſallus factus epiſcopus non perdit feudum comitatus. refert
& ſequitur Iaſ. in conſi. 157. col. 3. in fi. lib. 4. ¶ Sed præmiſſis nō
obſtantibus contrarium puto de iure uerius, quod immo clericus
primæ tonſuræ beneficiatus non ſuccedat in feudo, quia ut ſu-
pra dictum eſt in primo dubio in iſta materia feudi datur regu-
8 la, quod † iſto feudo non ſuccedat, qui feudo ſeruire nō poteſt,
c. j. ſi mutus uel ſurdus. tradit Aucha. in conſi. 420. Quidam ſer
Antonius, colum. 2. ubi quod natura feudi eſt, ut deueniat ad talem
ſucceſſorem,

ſucceſſorem, qui feudo ſeruire poſſit, ob id quod monaſtrium in feudo non ſuccedit. idem tradit Iaſ. in l. 1. col. 1 1. verſi. aliã differentiam. C. de iure emphy. & in vſibus feudorum. col. 36. num. 1 17. ſed clericus beneficiatus non poteſt feudo ſeruire quia tenetur reſidere beneficio & illi ſeruire licèt illud ſit minimum. c. quia nonnulli. c. quia in tantum. & quaſi per totum de cler. non reſiden. c. patre, de officio vicar. c. peruenit, de appella. c. ſanctorum. 70. diſt. no. duc. in fi. de cler. non reſiden. Panor. in c. extirpãdæ. §. qui vero, de præben. in quibus locis habetur iſtud procedere etiam in beneficiis non curatis. ¶ Etenim licèt beneficiatus in minoribus conſtitutus miſſas non celebret, ſed per vicarium id agat, alia tamen ſunt reſidentiam deſiderantia, quæ pertinent ad ſtatutum & defenſionem aut cultum beneficii, ut pote circa diſtributionem redditũum in pauperes & fabricam eccleſiæ, circa ſeruitium ipſius eccleſię ot ſubditi bene gubernentur & alia id genus: & ſi tenet̃ clericus ſeru re beneficio, ergo domino feudi ſeruire non poterit, quia duobus dominis ſeruire nemo poteſt l. fi. C. de offi. aſſeſſo. c. quia in tantum, & c. de multa, de præben. quã rationẽ in materia ſucceſſionis feudi conſiderat Alexã. in d. conſi. 10 col. j. lib. 5. ¶ Secundo pro hac concluſione adduco Bal. in conſi. 141. Thema huiuſmodi ſubijcitur. col. j. lib. 2 ubi quando feudum eſt tale quod clericus neceſſe haberet ceſſare a diuinis, nõ poteſt in eo clericus ſuccedere, ſed feudum commitatus de quo agitur, requirit ſeruitia perſonalia vaſalli, quę ſi clericus beneficiatus præſtare teneatur, neceſſario a cultu diuino & ſeruitio beneficii ceſſare enim oportet, ergo in feudo ſuccedere clericus beneficiatus non poterit. ¶ Tertio pro hac opi. adduco Rotã Dec. 26. impetratur, in nouis. ubi ſi clericus beneficiatus in minoribus conſtitutus contrahit matrimonium, beneficium ſtatim
9 vacat, † quia matrimonium & beneficium eccleſiaſticum inuicem non compatiuntur, ideo per actum ſequentem incompatibilem cum beneficio cenſetur ipſi beneficio renunciatum. ergo idem in vaſallo quod ſi obtineat beneficium eccleſiaſticum cenſeatur feudo renunciare, a fortiori propter beneficium prohiberi debet in feudo ſuccedere. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. & ſi clericus primæ tonſuræ vellet in feudo ſuccedere & dominus eum reciperet, cogeretur beneficio renunciare, niſi Papa ſecum diſpenſaret ſuper reſidentia. ſed puto ꝙ talis diſpenſatio ſimpliciter facta non ſufficeret, niſi in ſpecie detur licentia ſeruiendi domino eo ꝙ honeſtum nõ videtur nec dignũ clerico beneficiato vt videatur in ſeruitiis domini ſecularis maxime circa rem bellicam, & quia licèt diſpenſetur clericus ſuper reſidentia, non tamen diſpenſatur ab officio quia clericus tenetur ad officium propter beneficium licèt ſit in minoribus. Panor. in c. j. col. 3. in fi. de celebra. miſſ. Dec. in c. ad audientiam, col. fi. ante med. de reſcri. & in c. apoſtolicæ. col. fi. de exceptio. Sed iſta videntur incompatibilia, uacare armis & officio. ſtante igitur cõtrarietate, & incompatibilitate inter iſta duo ſeruitium feudi, & officium eccleſiaſticum alterutrum ceſſare neceſſe eſt, quia duo contraria ſimul ſtare non poſſunt. & pro hoc in fortioribus terminis adduco Præpoſi. in c. j. §. & quia uidimus, col. 14. circa me. qui feu. dare poſſ. vbi loquitur in clerico cõſtituto in minoribus quod licèt ſuccedat in feudo, tamẽ neceſſe habet poſtponere habitum clericatus & clericatum dimitte e. a fortiori idem erit in clerico beneficiato cũ beneficiõ eccleſiaſticum magis repugnet feudo quam ſimplex clericatus in minoribus. Quarto pro hac opi. adduco Bal. in c. j. §. qui clericus, in titu. ſi de feu. fuer. controuer. inter domi. & agn. alias eſt ſub rubricella propter clericatum feudum amitti. ubi Bal. expreſſe voluit quod clericus nõ habens ordinem ſacrum ſi habet beneficium, feudum amittit ꝓpter incompatibilitatem beneficij & feudi allegat tex. in clemẽ. gratiæ, de reſcri. vbi quod per ſecundam impetrationem beneficii incompatibilis cum primo cenſetur primo. renunciatum quod Bald. dictũ refert & ſequitur Barb. in d. tracta. de præſtan. Card. in quinta quæſtione primæ partis col. 2. ¶ Quinto pro iſta
10 opi. adduco text. in c. j. de feudo fœmi. vbi † ꝙ etiam conuerſi non admittuntur ad feudum. & tamen conuerſi non habent ſacros ordines nec etiam neceſſario profitentur vota religionis. c. duo ſunt genera. cum ibi no. 12. q. j. Immo dicitur conuerſus per ſona laica. c. cum ex eo. in fi. de electio. lib. 6 Calde. in conſi. 7. in titu. de iudi. & in conſi. 4. in titu. de regula. Gemin. in conſi. 41. colum. 2. Cur. Iun. in trac. feu. in 5. parte. in 10. q. prin. colum. 4. in fi. char. 28. ubi tamen de Calderi. & Gemin. nulla mentionem non facit. & loquitur Cur. in terminis noſtris feudalibus. Ratio igitur cur conuerſus non ſuccedat in feudo, non eſt propter ordines ſacros aut propter profeſſionem, ſed quia cum habitet in monaſterio & illi ſeruiat, non poteſt feudo ſeruire. iſta ratio magis militat in clerico beneficiato, qui magis aſtringitur ad ſeruitium eccleſiæ ſuæ quam ſimplex conuerſus ad ſeruitium monaſterij. ¶ Sexto pro hac opi. adducitur dictum Bar. in l. concubinatu. colum. j. in fi. ff. de concubi. ubi filij nati ex concubina clerici beneficiati non legitimantur per ſequens matrimonium, ſecus in natis ex cõcubina clerici non beneficiati. ratio diuerſitatis eſt quia ſtante bñficio concubina nõ poterat eſſe vxor. & ſi maius impedimẽtũ matrimonij eſt ĩ clerico beneficiato, q̃ nõ bñficiato, licèt vterq; in minoribus ſit cõſtitutus, eadẽ rõne dicẽdum eſt quod maius impedimentum habendi feudum ſit in clerico beneficiato quam non beneficiato, quia beneficium eccleſiaſticum & feodum inuicem non compatiuntur per ſupradicta. quod dictũ Barto. ad hoc propoſitum citat Præpoſi. in d. c. j. §. & quia vidimus, col. 14. in fi qui feu. dare poſſunt. Barba. in d. tracta. de præſtan. Cardi. 5. quæſtio. partis. colu. 2. ubi fortius voluit Barba. excludi clericum in minoribus conſtitutum a ſucceſſione feudi licèt beneficiatus non ſit, ſed hoc non placet. ¶ Ex præmiſſis clara facta videtur intentio fratrum memorati domini Balthaſiris. Solum ſupereſt ad contraria reſpondere, quæ ipſa ſatis diſſoluta videntur ex prædictis, ſed enim ad maiorem declarationem reſpõdeo in ſpecie. & ad primum quod clericus primæ tonſuræ nõ ꝓhibetur in feudo ſuccedere. reſpondeo quod illud procedit in clerico non beneficiato, qui non prohibetur ſuccedere feudo & & domino ſeruire, quia prima tonſura non aſtringit ad ſeruitiũ aut officium eccleſiæ, ſecus videtur in clerico beneficiato qui tenetur ad reſidentiam & officium, & in quo militat ratio incompatibilitatis cum ſeruitio feudi, ut ſupra late viſum eſt. ¶ Nõ obſtat dictum Bal. & Fel. in d. c. inter dilectos. col. 2. de fide inſtru. vbi quod vaſallus factus epiſcopus non perdit comitatum, quia reſpondeo quod ille tex. non videtur probare dictum iſtud, quia ibi non declaratur ꝙ ille comitatus eſſet feudum, & ita reſpondet Præpoſi. alias Card. Mediola. in d. c. j. §. & quia vidimus. colum. 12. poſt med. verſic. & pro hac parte facit tex. qui feud. dare poſ. ¶ Secundo reſpondeo, ꝙ dictũ illud procederet quando in feudo ſeruire poteſt per ſubſtitutum, uel quia dominus velit, vel quia pro eo debeatur tale ſeruitium quod per alium poteſt explicari, alias eſſet contra communem concluſionem quod clericus in feudo non ſuccedit, immo propter clericatum feudũ amittitur. & ſic patet quod Bald. & Fely. nimium generaliter loquuti ſunt, & quod ita intelligi debeat dictum Bald. & Fely. probatur ex ratione eorum dum dicunt quod vna dignitas non tollitur ꝑ aliam compatibilem, ergo loquuntur neceſſario quando feudũ compatitur cum epiſcopatu, quæ compatibilitas conſiderari nõ poteſt niſi feudo ſeruiri poſſit per ſubſtitutum. in alio etiam nimium generaliter loquitur Fely. quia uoluit quod factus profeſſus perdat feudum, & tamen illud nõ procedit in feudo quo ſeruiri poteſt per ſubſtitutum; quia illud non perditur ſed tranſit in eccleſiam aut monaſterium, vt per Alex. in d. conſi. 10. lib. 5. & ſupra abunde viſum eſt. Tertio principaliter quæritur an filii domini Hectoris, & domini Florimondi qui dicũtur in quinto gradu, cum dominus Hector & Florimondus eſſent fratres patrueles in quarto gradu, ſuccedant in bonis feudalibus quondam domini Petri in ſtirpes, vel in capita. Breuiter ultra fratres patrueles videtur ꝙ ſucceſſio fiat in capita §. ſi vero neq; fratres, ĩ Authen. de here. ab inte. venien. Bal. in conſi. 199. Ad euidentiam eſt præmittendum in 3. q. lib. 3. Alex. in conſi. 55. Proſpectis his, col. 3. in prin. verſi. & idem probatur. lib. 4. & in conſi. 29. col. 3. circa med. verſi. dum autem quæritur. lib. 5. in quibus locis loquuntur Bald. & Alex. etiam in bonis feudalibus ex quo in eis non reperitur aliter deciſum. Ideo ſi dominus Petrus & agnati, qui volũt ſuccedere ei ſi domino Petro, erãt vltra quartum gradum, videtur ꝙ ſucceſſio fiat in capita. & ita de iure reſpondeo ad omnia ſupraſcripta dubia ſaluo ſaniori iudicio. Saoiliani die 13. Martij. 1547. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. doct. Sub correctione.

S V M M A R I V M.

1 *Quoties in actu ſit mentio alterius ad quem negocium pertinet. cenſetur actus celebratus nomine illius.*

2 *Effectus ratificationis eſt quod mandato æquiparatur & trahitur retro ad tempus actus celebrati.*

3 *Cauſa facti cur aliquid fiat ſemper inſpici debet.*

Debitor

4 *Debitor ſoluens vni non creditori pro creditore, non ſoluit ad vtilitatem recipientis ſed viri creditoris.*

5 *Actus ita interpretari debet ut trahatur ad caſum magis neceſſarium.*

6 *Vna & eadem res diuerſo iure cenſeri non debet.*

7 *Actus agentium non debet operari ultra communem intentionẽ primariam uel ſecundariam.*

CONSILIVM CCCIIII.

¶Pro Maria relicta quondam Philippi Iaconi de Marenis mãdamenti Sauiliani contra Emanuelem Iaconi eius filium & hæredem dicti Philippi.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. In diuiſione bonorum Frãciſci Philippi, Nicolai, Andreæ & Matthæi de Iacobinis fratrum ex loco Marenarū mandamenti Sauiliani aſſignatæ fuerunt octo iornatę terræ prati dicto Philippo pro dotibus Marię eius vxoris. & promiſit dictus Philippus de ratificari faciendo per dictam Mariam eius uxorem. Quęritur nunc an dicta Maria quæ pecunias in dotẽ dedit, poſſit petere dictas iornatas octo pro dotibus ſuis ſoluto matrimonio per mortem dicti Philippi. ¶Videretur prima fronte dicendum qđ non per tex. in l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſolut. matrimo. vbi ſi pater promittit dotem genero pro filia, filiæ non competit actio, ſed marito aduerſus hæredes promittentis, filia autem poteſt agere contra maritum, ut dotem exactam reſtituat, vel vt actiones vxori cedat contra promittentem aut eius hæredes. idem habetur in l. ſi pro te. C. de dotis promiſſ. Eodem modo videtur ꝙ vxori Philippi non competat actio ad iſtas octo iornatas. & facit regula generaliter ꝙ alteri per alterum actio non quæritur. §. alteri, inſt. tit. de inutil. ſtipu. cum. ſi. ¶Secundo filiæ cõpetit ius virtute ſui inſtrumenti dotalis ad pecuniam a quo inſtrumento nõ videtur receſſum per dictam aſſignationem, quia nouatio contractus non inducitur niſi expreſſe agatur, l. ſi. C. de nouatio.

¶Nec videtur obſtare quod maritus promiſerit de ratificari faciendo per eius vxorem, & ſic quod illa aſſignatio octo iornatarum uideatur facta nomine vxoris & ad eius vtilitatem, quia illa promiſſio de ratificari faciendo videtur facta ad ſecuritatem & vtilitatem fratrum aſſignantium ne in futurum moleſtari poſſent per ipſam Mariam ſi forte dotes ab eis peteret tanquã obligatis virtute inſtrumenti dotalis. Ideo illa promiſſio de ratificari faciendo inducta ad effectum ſecuritatis aliorum fratrum, nõ debet operari alium & diuerſum effectum vt cogi poſſit Philippus cui aſſignatio facta eſt ad reſtituendum dotes in bonis aſſignatis. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. cum ſi. ¶Rurſus, cum intentio fratrum contrahentium in illa aſſignatione eſſet, vt promiſſum eſſet in idẽnitati ipſorum fratrum ne amplius inquietari poſſent per dictam Mariam, talis aſſignatio non debet operari vltra intentionem ipſorum fratrum ut cedat aſſignatio ad utilitatem ipſius Mariæ. l. non omnis, in prin. ff. ſi cer. pe. ¶Sed præmiſſis non obſtantibus contrarium puto de iure ucrius, ꝙ immo agere poſſit ipſa Maria ad dictas octo iornatas, & pro fundamẽto conſidero ꝙ aſſignatio & acceptatio iſtarum octo iornatarũ
5 facta eſt nomine uxoris Philippi. nam † quotiens in actis fit mentio alterius ad quem negocium pertinet, cenſetur actus celebratus nomine illius. puta ſi quis vẽdat rem Titii vel rem communẽ cum alio, nã cenſetur vendere nomine Titii aut nomine ſocij. l. ab vno, vbi Alex. C. de nego. geſt. Bar. & doc. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. ff. de lega. j. ſed in aſſignatione bonorum de quibus agitur facta eſt mentio vxoris Philippi, & facta eſt aſſignatio pro dotibus ipſius uxoris, quæ cauſa dotium ſine dubio pertinet ad ipſam vxorem, ergo videtur facta aſſignatio nomine ipſius vxoris, & ad eius vtilitatem.

¶Secũdo dr̃ facta aſſignatio nomine vxoris ex illa promiſſione ratificari faciendo per ipſam vxorẽ, quæ de ratificatiõ tunc proprie competit quando fit actus nomine illius qui debet ratificare l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego, vbi Bar. ff. de nego. geſt. l. ſi ſeruus. ff. de precar. c. cum quis, de ſenten. excommu. in quibus iuribus habetur non poſſe quem ratificare ꝙ ſuo nomine geſtum non ſit, & licèt ratificari poſſit actus in præiudicium ratificantis, licèt eius nomine geſtus non ſit l. ſi fundus. §. j. ubi Barto. ff. de pigno. l. mater tua. C. de rei vendica. tamen ſatis eſt ꝙ ratificatio proprie, & vere conſideratur in actu qui fit nomine ratificantis.

¶Hoc ita præſuppoſito ꝙ iſta aſſignatio octo iornatarum facta fuerit & acceptata nomine ipſius Mariæ, dico ꝙ per ratificationem ipſius Mariæ acquiſitum fuit ei dominium in ipſis octo
a iornatis, quia † effectus ratificationis eſt quod mandato æquiparatur & trahitur retro ad tempus actus celebrati l. licèt. ff. de iudi. l. ſi pecuniam. C. de nego. geſt. c. penũl. de ſenten. excommu. lib. 6. c. fin. de iureiuran. lib. 6. reg. ratihabitionem, de reg. iur. in eodem lib. & ſic perinde eſt ac ſi Maria mandaſſet Philippo, ut acceptaret illas octo iornatas nomine ipſius Mariæ, & operatur ratificatio quod facit negotium dici proprium ipſius ratificantis. l. ſi pupilli. §. item quæritur. ff. de nego. geſt. & d. l. pecuniam. C. eod. titu. Ideo ratum habens dicitur auctor facti. l. ſupra iter. §. Caſſius, in ſi. ff. de aqua plu. arcen. ubi Bald. ad hoc no. & dicit ꝙ non reperitur in pluribus locis. & illum tex. ad hoc citat Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri, col. 4. in ſi. ff. de verbo. obliga. Ideo perinde eſt ac ſi ipſa Maria acceptaſſet illas octo iornatas pro dotibus ſuis & illi aſſignationi præſens fuiſſet, quæ præſentia fingitur ex ratificatione. l. cum decem. §. j. in verbo ſi præſenti, & ibi Bal. ad hoc no. ff. de ſolutio. Iaſ. in d. §. alteri, colum. 4. in fin.

¶Et quòd ex ratificatione illius aſſignationis dominiũ acquiratur ipſi ratificanti facta traditione ei qui acceptauit nomine ratificantis, voluit Specu. in titu. de loca. §. nũc aliqua, verſi. 547. vbi ſi maritus accipit emphyteuſim pro ſe & vxore vtrique acquiritur ius pro dimidia. Idem voluit Barto. in l. patrous, colum. 2. C. commu. vtri. iudic. vbi ſi frater emit rem pro ſe & fratre vtrique acquiritur ius pro dimidia, refert & ſequitur Dec. in conſil. 58. colum. 2. & quòd ratificanti acquiratur ius quando eius nomine actus eſt celebratus, voluit Abb. in conſi. 86. Viſis lib. 2. quem refert & ſequitur Dec. in l. quo tute. §. ſi. ff. de reg. iur. Addo Curtiũ Iuniorem in conſi. 49 colum. 15. circa med. Iaſ. in l. huiuſmodi, in prin. colum. 4. in ſi. ff. de lega. j. ¶Nec dicatur quòd ea ſola ratificatione non acquiratur ius perfecte niſi ratificanti cedantur actiones per eum qui nomine ratificantis ſtipulatus eſt l. poſſeſſio quoque. §. fin. ff. de acqui. poſſ. l. penul. cum ibi no. C. de neg. geſt. glo. in d. §. alteri, in glo. 2. in ſi. inſtit. de inutili ſtipu. & in l. quecũque gerimus. ff. de actio. & obliga. cum ſimi. & quia iſtud procederet ſi maritus Mariæ, qui ſtipulatus fuit nomine ipſius Mariæ, non poſſideret ita quòd agendum eſſet contra eius fratres aſſignantes, ſed vbi maritus poſſidet aut eius hæredes fruſtra tractatur de ceſſione, cum tantum opus ſit ut bona ipſe tradat. Si enim tenetur ſtipulans nomine alterius ad cedendum actionẽ contra tertium ei cuius nomine ſtipulatus eſt, a fortiori poſſideat rem, quam ſtipulatus ſit nomine alterius illam tenebitur reſtituere cum ceſſio actionis ut res recuperetur, & propter vnũ quodque tale & illud magis. l. quanto magis. ff. de iureiu. auth. multomagis. C. de ſacroſan. eccl. ¶Secundo reſpondeo ꝙ etiam ſi fratres Philippi qui aſſignauerunt iſta bona pro dotibus illa poſſiderent, adhuc non eſſet neceſſaria ceſſio actionum contra eos propter iuramentum quod præſtiterunt ex quo iuramento actio utilis quæritur abſenti ſine ceſſione, ut per Alex. in conſi. 217. colum. 2. lib. 7. ¶Ex præmiſſis intentio Mariæ abunde & efficaciter videtur comprobata. ¶Solum ſupereſt ad contraria reſpondere, ex quorum ſolutione res ipſa ſplendidior fiat. Itaq; non ob. tex. in d. l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſolut. mat. & in l. ſi pro te. C. de do. promiſſ. quia retorqueo fundamentum & ipſa iura, nã licèt filia pro qua pater dotem marito promiſit, non agat ad dotem contra patrem promittentem, agit tamen contra maritum, qui ſtipulatus eſt dotem nomine filiæ vt exactam dotẽ reſtituat, vel vt actiones cedat contra promittentem aut eius hæredes. ſed hic non agit Maria contra fratres Philippi qui bona pro dotib. aſſignauerunt, ſed agit contra Philippum cui aſſignatio facta eſt nomine ipſius Mariæ contra quem Philippum poteſt agere, ut probatur in d. §. Lucius. & ſic ille tex. videtur decidere caſum iſtum. & quòd agi poſſit contra maritum cui promiſſio facta eſt pro vxore, tradit Cor. in conſi. 285. col. j. lib. 4. per tex. in l. j. C. de rei vxor. actio. ¶Non ob. ſecundum argumentum ꝙ per illam aſſignationem non videtur receſſum a contractu dotis præcedenti cum nouatio non fiat niſi expreſſe agatur, quia fateor ꝙ inuita Maria non potuiſſet fieri nouatio ad eius præiudicium l. ſi. ff. de pac. l. id quod noſtrum. ff. de regu. iur. Similiter non dicitur facta nouatio quominus dos ipſius Marię ſit tanta prout cõtinetur in eius inſtrumento dotali & quominus poſſit agere cõtra ipſos fratres Philippi ſi velit, ſed dico loco pecuniæ dotalis facta fuit datio inſolutum in prædiis aſſignatis pro dotibus nomine ipſius Mariæ ex qua aſſignatione ipſi Mariæ ratificanti quę-

ritur

ritur ins ī ipſis bonis,& ſic nulla ſit nouatio reſpectu principalis
cótractus ſed ſolū reſpectu modi ſoluendi. ¶ Secundo reſpódeo
ꝙ reſpectu modi reſtitutionis dotium expreſſe actū eſt ꝙ fieret
nouatio: nā cum dos eſſet in pecunia,& loco pecuniæ factā fue
rit aſsignatio in prædiis, neceſſario actum eſt ꝙ non tenerentur
amplius ipſi fratres ad dotem in pecunia,per actum .n.ſequentē
incompatibilem cum primo dicitur a prima receſſum l. pacta
nouiſsima,vbi ſcirben.C.de pactis, vbi Dec.in prin. no.Bal.in
d.l.ſi.C. de nouatio. Duo enim contraria ſimul ſtare non poſ-
ſunt l.vbi repugnantia.ff.de regu.iuris.Ideo cum Maria ratifica-
uerit illam aſsignationem factā pro dotibus ſuis , reſtitui debet
dos in prędiis aſsignatis,non in pecunia ſecundum formam in-
ſtrumenti dotalis a quo neceſſario receſſum fuit per illam aſsi-
gnationem circa modum ſolutionis & reſtitutionis dotium.
¶Nec obſtat tertium argumentum ꝙ illa promisſio de ratifica-
ri faciendo per ipſam Mariam facta fuerit principaliter in fauo-
rem ipſorum fratrum aſsignantium ne amplius inquietari poſ-
ſent,quia fateor. Sed conſiderandum eſt cauſa propter quam
noluerunt poſſe moleſtari,quia videlicet pro dotibus Mariæ aſ-
ſignauerunt certa prædia nomine & ad vtilitatem ipſius Mariæ
3 ✝nam cauſa facti cur aliquid fiat ſemper inſpici debet l. verum ,
ſecunda.ff.de furtis.l.cum tale.§.fin.ff.de condi. & demon. glo.
in l.legata inutiliter.ff.de adim.legat.c.intelligentia. vbi gloſſ.in
verbo ex cauſis, de verbo.ſigni.c.& ſi Chriſtus. §. quædam , ubi
glo.in verbo ea cauſa ſecunda. de iureiurádo.cum ſimilibus. có
ſiderata igitur cauſa illius promisſionis de ratificari faciendo
per ipſam Mariam, dicendum eſt quòd nomine ipſius Mariæ ,
& ad eius vtilitatem facta ſit aſsignatio dotium prædijs. ¶ Secū
dò reſpondeo ad argumentum , illud retorquendo , nam ſicut
illa promisſio de ratificari faciendo per Mariam facta eſt ad uti
litatem ipſorum fratrum aſsignantium ne moleſtari poſſent per
ipſam Mariam,ita dicendum eſt quòd voluerint aſsignationem
facere pro ipſa Maria & ad eius vtilitatem ut mediante illa aſsi
gnatione contenta eſſet, nec cauſam haberet moleſtandi ipſos
fratres aſsignantes,ſi enim uoluerunt ꝙ Maria ratificando renū
ciaret iuri ſuo contra ipſos fratres,ergo illud etiam cēſentur vo
luiſſe quod commoditas,& vtilitas bonorum aſsignatorum ad
ipſam renunciantem pertineret.reg.ſecundum naturam.ff.de re
gu.iuris.¶Tertio reſpondeo ꝙ fratres aſsignantes erant obligati
pro dotibus erga Mariam , non erga Philippum eius virum tan
quam heredem patris qui dotes receperat , ideo cum ipſi fra-
tres debitores fecerint illam aſsignationem aut dationem inſo-
lutum, dicendum eſt quòd illam fecerint in fauorem & ad utili
tatem ipſius Mariæ creditoris,non ad vtilitatem Philippi , qui ip
4 ſe creditor non erat. ✝ debitor enim ſoluens uni non creditori
pro creditore,non ſoluit ad vtilitatem recipientis, ſed veri credi
toris,& cum ipſa Maria eſſet creditria fratrum aſsignantium nó
ipſe Philippus, illa aſsignatio aut datio inſolutum cenſetur fa-
cta ad utilitatem ipſius Marię creditricis, cuius intererat , & ad
quam negotium pertinebat,quia in dubio cenſetur prouiſum il
li cuius intereſt illi actio acquiritur licèt alius in actu nomine-
tur l.fideicommiſſa.§.interdum,ubi Barto.ff.de lega.3. & licèt il
le tex.loquatur in vltima voluntate,tamen idem eſt in contracti
bus.Barto.in l.ſi ita ſtipulatus.§.poſſum.ff.de verb.obli. quem re
fert & ſequitur Deci. in conſi.407.colum.3.in ſi.uerſi. 4. ad idem
bene facit . Itaque non eſt inſpiciendum quòd aſsignatio facta
fuerit Philippo ſed inſpicienda eſt perſona Mariæ creditricis, cu
ius contemplatione aſsignatio facta eſt,& ad quam uti creditri
cem negotium pertinebat & pertinet.Ad idem facit tex. in l. cū
ſeruus, cum ibi no.ff.de uerbo.obliga.ubi quòd actus præſumi-
tur factus ab eo qui illum tenebatur facere,eadem ratione dien-
dum eſt quod actus cenſeatur actus ei cui erat faciendus & cui
5 faciens erat obligatus . ✝ Actus enim ita interpretari debet , ut
trahatur ad caſum magis neceſſarium.Bald.in conſi.35. Pater ſi
lio.col.2.li.2.& in conſ.113. col.3.poſt med. lib. 5. Sed aſsignatio
dotium Mariæ non erat neceſſaria propter Philippum cui fratres
non erant obligati, ſed propter Mariam cui dos ueniebat reſti-
tuenda,ergo ipſi Mariæ cenſetur facta aſsignatio non Philippo.
¶Quartò reſpondeo quòd illa aſsignatio prædiorum facta fuit,
ut per eam liberarentur aſsignantes ab obligatione qua teneban
tur ipſi Mariæ,quod patet quia fecerunt ſibi promitti per Philip
pum de ratificari faciendo per ipſam Mariā,modo liberatio non
inducitur niſi ſoluatur ei cui ſolui debet.l.filiæ.ff.de ſolutio. ergo
fratres aſsignantes aut dantes inſolutum cenſentur aſsignaſſe
bona , aut illa inſolutum dediſſe ad utilitatem ipſius Ma-
riæ cui ſoluendum erat,& ſine qua ſolutione ipſi Mariæ facta li-
berari non poterant . ¶Quinto reſpondeo quòd niſi intentio fra
trum aſsignantium fuiſſet aſsignationem illam facere nomine,
& ad vtilitatem ipſius Mariæ,non feciſſent ſibi promitti de rati-
ficari faciendo per ipſam Mariam,ſed aſsignaſſent illa bona Phi
lippo fratri, qua aſsignatione mediante ipſe aſſumpſiſſet in ſe
onus ſatisfaciendi ipſi Mariæ & promiſiſſet de præſtando indē-
nes ipſos fratres aſsignantes erga ipſam Mariam . Ideo autem
non aſſumpſit in ſe onus ſatisfaciendi Mariæ nec indemnitatem
promiſit quia acceptabat illam aſsignationem aut iſolutum do
nationem nomine eiuſdem Mariæ qua ratificante illi ſatis erat.
¶Sexto reſpondeo quòd illa promisſio de ratificari faciédo fuit
generalis non limitata ad aliquid particulare , ergo generaliter
debet intelligi reſpectu totius aſsignationis & cū omnibus ſuis
qualitatibus.vulg.l.precio.ff.de publicis.Cōſequentèr debet in-
telligi promisſiu quòd vxor ratificaret illam aſsignationem tan-
quam factam pro dotibus ſuis , & ſic quòd illa bona aſsignata
ſint loco dotis . ¶ Septimò in iſta aſsignatione concurrit etiam
perſona ipſius Philippi pariter obligati pro ſua virili ad reſtitu-
tionem dotium & pro hæreditaria portione , & qui Philippus
partem ſuam habebat in ipſis bonis aſsignatis. & [illegible] ipſe
Philippus dicitur aſsignationem feciſſe pro parte [illegible], ſed ipſe
maritus dici non poteſt ꝙ ſibi ipſi aſsignauerit , quia nemo ſibi
ipſi poteſt ſoluere,aſsignationem igitur fecit Philippus pro vxo
re ſua & eius nomine, ergo aſsignatio aliorum fratrum cenſeri
debet facta etiam nomine uxoris vt æqualis ſit determinatio. l.
6 iam hoc iure.ff.de vulgar. & ne ✝ vna & eadem res diuerſo iure
cenſeatur.l.eum qui ædes.ff.de vſuca. ¶Octauo conſidero quòd
iſte maritus videtur acquiſiuiſſe iſtas octo iornatas ex dote ip-
ſius Mariæ,ſed in dote ſpeciale eſt ꝙ acquiſitum ex pecunia do-
tali acquiritur mulieri licèt fiat acquirentis. l. vxor marito. ff. de
dona.inter vir.& vxor.Dec.in l.ſi pecuniam,in ſ.no.ff.ſi cer.peta.
Quid hic dicemus vbi acquiſiuit maritus ea dote vxoris & nomi
ne ipſius vxoris,nam generale eſt in omnibus quòd res empta
nomine alterius & de eius pecunia acquiritur ei cuius nomine
comparatur.l.ſi ex ea pecunia.C.de rei vendi.gl.ſi.in c.cū tu, de
vſur. immo ſufficit acquiri nomine alterius licèt non ea eius pe
cunia ut alij acquiratur per ſupra adducta.¶Nono cóſidero ul-
tra fundamentum iuris unum fundamentum conſiſtens in æqui
tate , nam æquitas a iure comprobata uult ꝙ ubi lucrum aliquis
facit occaſione rei meæ, illud mihi reſtitui debeat. Abb.in conſi.
6.in §. dubio.lib.2.per tex.in l.ſi me & Titium. ff. ſi cer. pet. Sed
philippus maritus habuit iſta bona propter dotem vxoris qua
dote ceſſante non illa habuiſſet,ergo teneri videtur ex æquita-
te ad reſtituendum illa bona ipſi vxori,cum tale lucrum non cō
ſiſtat in fructu, ſed in ipſa ſubſtantia rei dotalis. ¶ Non ob. quòd
actus aſsignationis illarum iornatarum non debet operari ultra
intentionem fratrum aſsignantium, quia fateor, ſed dico quòd
intentio aſsignantium fuit,vt bona aſsignata eſſent in ſolutum,
quę ſolutio pertinet ad uxorem creditricem.Ea aliis etiam pluri
mis arguitur intentio ipſorum fratrum per late ſupra adducta.
7 ¶Secundo reſpondeo ✝ ꝙ actus agentium non debet operari vl
tra eorum intentionem primariam uel ſecundariam , ideo licèt
deficiat voluntas primitiua,ſatis eſt ꝙ non deficiat ſecunda.Bal.
in l.ſi abſentis, per illum tex.in 2.oppoſi.C.ſi cer.peta. Iaſ. in l.3.
in prin. col.5.ver.ſed ad hoc reſpóde dupliciter.ff.de acq. poſſ.
& in conſi.32.colu.4.circa med.li.3.Ideo plerunque extra id ꝙ
agitur,tacita naſcitur obligatio l.ſi is qui in ſi.ff.commoda.ob id
licèt primaria intentio fratrum aſsignantium fuerit prouidere
& conſulere eorum indemnitati,ſecundaria tamen intentio fuit
tradere inſolutum iſta bona Mariæ creditrici ad quam negociū
pertinebat,ut mediante tali ſolutione liberi fierent ab obligatio
ne. ¶Tertiò reſpondeo ꝙ iſta donatio inſolutum aut aſsignatio
bonorum dicatur facta nomine & ad vtilitatem ipſius Mariæ ,
hoc uenit in conſequentiam neceſſariam ipſius aſsignationis ,
nam cum aſsignantes voluerint liberari ab obligatione dotis, fe
cerunt illam aſsignationem pro dotibus & uoluerunt ꝙ ratifica
retur per ipſam Mariam , ergo in conſequentiā neceſſariam dūr
voluiſſe ꝙ bona eſſent ipſius Mariæ cui ſoluendū erat, & ad quā
pertinebat liberatio. Iſtam reſponſionē ad reg.d.l.nō oīs,in prin
ci.ff.ſi cer.pe.tradit Imo.In conſi.35.col.pen. circa med. Si.n. vo
luerunt ꝙ Maria ratificaret aſsignationem bonorū factam pro
dotibus,ergo neceſſariò voluerunt ꝙ poſſet habere bona illa ꝑ
dotibus. Poſtremo in terminis & in indiuiduo pro hac opi.adau
co Soc. in conſi.22.col.2.poſt med,ver.nec ob.ꝙ præfatus.lib. 3.
vbi

vbi Soc. voluit q ex tali adiudicatione bonorum facta inſtrumento diuiſionis bonorũ pro dotibus vxoris alterius fratris res adiudicata non fuit fundus dotalis quando tali adiudicationi mulier non conſenſit, ergo vbi interuenit cõſenſus mulieris fundus ſit dotalis. Nec obſtat dictum Bar. in conſ. 123. Titius. quia Bart. dicit q mulier non cogitur acceptare in dotẽ talia bona aſſignata, ſed non dicit quin nõ poſſit acceptare ſi velit. ¶Sed opponit Mariæ agenti q͛d perdidit dotes pp ſtuprum. Pau. de Caſt. in cõſi. 147. Reuocatur tñ dubiũ li. 2. rñdeo primo q ſtuprum non videtur probatum. Secundo dico ẽt ſtuprum probatum eſſet, non tñ videtur locus amiſſioni dotium. Alex. in l. ſororem. C. de his quib. ut indig. Dec in l. cũ quædam puella. col. 2 in fi. ff. de iuriſd. omn. iud. & in c. paſtoralis. col. ſi de iud. vbi dicit opi. Alex. eſſe æquiorem, pro qua allegat tex. in l. ſi vxor. §. j. ff. de adult. Eandem opi. tenet Ial. in l. fideicommiſſum. C. de fideicommiſſ. vbi dicit opi. Pau. de Caſt. eſſe falſam & q ↄtra eum conſultaret. eandem opi. ↄtra Pau. tenet Crotus in l. 4. §. Cato. col 40. ver. pro quo ẽt adducitur. ff. de ver. obl. in prima lectura & in 2. lectu. col. pe. ver. 6. quærit Bar. vbi confirmat hanc opin. quia leuius eſt crimen ſtupri q̃ adulterii cum leuius puniatur ſtuprum. §. item l. Iulia. inſtitu. de pub. iudi. iuncto c. non afferamus. 24 q. j. vbi q crimẽ dicitur grauius, quod grauius reperitur vindicatum, quia minor eſt iniuria quæ ſit defuncto q̃ illa quæ ſit viuenti, iuxta not. per Bar. in d. l. fideicommiſſum. C. de fideicommiſſ. Sed vltra ſcriben. io hac materia dico q iſta opi. ineuitabiliter probatur per tex. in §. fi. in Auth. de reſtit. & ea quæ parit vbi q vidua luxurioſe viuens patitur pœnas, quas patitur mulier ſecundo nubens infra annum luctus iure ciuili. no. Dec. in l. j. col. 2. in fin. C. de ſec. nup. pœnę aũt mulieris nubentis infra annum luctus enumerantur in d. l. j. ſed inter illas pœnas non enumeratur amiſſio dotis, ergo dicẽdum eſt dotem amiſſam non eſſe. & hoc arguendi modo utitur iuriſconſultus in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iur. ſ. mulier. n. ſecundo nubens infra annum luctus ſolum perdit ea, q̃ habuit a marito titulo lucratiuo, ut in d. l. j. C. de ſec. nup. ſed dotem a marito non habuit ex cã lucratiua. Ergo ẽt uidua luxurioſe uiuens ea ſolum perdet quæ a marito habuit ex titulo lucratiuo cum par ſicetur mulieri ſecundo nubenti infra annum luctus & uiduæ ſtuprum committenti. Pro eadem opi. adduco in fortioribus terminis Fedc. de Senis in conſ. 167. Mulier accuſata. ubi ſi uxor habeat copulam carnalem cum alio eo tempore quo erat communis opinio & fama probabilis de morte mariti, non incurrit pœnas legales impoſitas pro crimine adulterii, qu a illa fama & communis opinio excuſat mulierem a dolo. ſi uiuente marito mulier excuſatur a pœnis legalibus adulterii propter famam de morte mariti, quid dicemus in uidua mortuo uere marito. Eandem opin. ſoleo aliter comprobare reſpondendo ad argumenta Pau. de Caſt. in d. conſ. 147. ſed hic paucis iſtis contentus ero quia ſatis aliunde omiſſum eſt conſilium, & quia ſatis uidetur habere tex. pro hac opi. Sauiliani 19. Martii 1547.

Aymo Crauetta ex Sauiliano I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *An ſubſtitutio facta uulgariter & pupillariter continere poſſit fideicommiſſariam.*
2 *Magis attenditur effectus ſubſtitutionum quam ſonus uerborum.*
3 *Quo caſu uerbum uulgariter, cenſeatur abuſiue poſitum.*
4 *Verba ſubſtitutionis habent tractum temporis.*

CONSILIVM CCCV.

¶Conſilium ut ſubtile ita admodum utile in materia ſubſtitutionis directæ quando obliquetur, pro Iacobina vxore Ioannis Mariæ Raneti contra hæredes Ludouici & Innocentii Lenini de Sauiliano.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Verba teſtamenti aut ſubſtitutionis Antonii Lenini quondam Innocẽtii ita ſe habẽt: poſt inſtitutos Innocentium & Ludouicum eius filios & altero ipſorum decedente ſine liberis a ſe legitime deſcendentibus alium ſuperuiuentem ſubſtituit & eius hæredes uulgariter, & pupillariter, & ipſis duobꝰ ut decedentibus ſine liberis a ſeipſis deſcendentibus ſubſtituit prædictam Iacobinam eius filiam in florenis mille in reliquis aliis bonis ſubſtituit Franciſchinum Ioan. & Emanuelem eius fratres, nec non Sebaſtianum Petrum & Bernardinum eius nepotes ex Bertino fratre & quemlibet ipſorum pro quarta parte, videlicet fratres ſuos prædictos pro tribus partibus, & dictos nepotes pro alia quarta parte. Quæritur modo an ſubſtitutio facta filiis teſtatoris vulgariter & pupillariter contineat fideicommiſſariam?

¶Videtur dicendum prima fronte quòd non, quia verba ſubſtitutionis videntur clara, ſolum enim ſubſtituit teſtator vulgariter & pupillariter, vulgaris autem & pupillaris non continent fideicommiſſariam cum directa & obliqua inuicem contrarientur. Bal. in conſ. 272. Caſus talis eſt, quidam teſtator. col. 2. li. 2. contrarium autem alterum contrarium continere non poteſt, cum duo contraria ſimul ſtare non poſſint. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.

¶Secundo pro hac opinio. videtur facere, nam licet ſubſtitutio facta verbis directis obliquetur quando ab initio valere nõ potuit iure directo. glo. & doct. in l. verbis ciuilibus. ff. de uulga. Pau. de Caſt. in conſ. 12. Præſens conſultatio. col. 2. lib. 2. Iſtud tamen non procedit quando teſtator ſubſtitueret pupillariter expreſſe, puta ſi filius deceſſerit in pupillari ætate, quia tunc nõ valet ſubſtitutio vt fideicommiſſaria ſecundum Bart. & doct. in d. l. verbis ciuilibus. ſed hic teſtator ſubſtituit pupillariter expreſſe, ergo. &c. Sed præmiſſis non obſtantibus contrarium puto de iure verius, 1 † q immo valeat ſubſtitutio in vim fideicommiſſi ſequentibus fundamentis. Primo conſidero quòd ſubſtitutio fideicommiſſaria dicitur quando habet tractum temporis in futurũ & ſic poſt aditam hæreditatem. l. generaliter. in prin. ubi Aret. not. C. de inſti. & ſubſti. Bar. & doct. in l. Centurio. col. 11. uerſi. 2. opponitur ad prędicta. ff. de uulga. ubi Soc. col. antepen. in ſi. uer. quarto inducitur. Sed hic facta eſt ſubſtitutio per tractum temporis caſu quo alter hæredum moreretur ſine liberis & ſic trahitur ſubſtitutio ad tempus mortis. Secundo ex alio efficacius probatur, q uoluit teſtator facere ſubſtitutionem fideicommiſſariã quia mortuis ambobus hr̃dibus ſine liberis ſubſtituit Iacobinã. quæ ſubſtitutio neceſſario importat fideicommiſſum, quia fit ultimo ipſorum hæredum decedenti & grauatur ultimo moriens de reſtituendo Iacobinæ ſorori. l. Titia Seio. §. Seia. ff. de lega. 2. l. codicillis. ff. de uſuf. lega. per quæ iura ita dicit Pau. de Caſt. in cõſi. 194. Videndum eſt utrum fides. col. 2. in 2. dubio. lib. j. Talis. n. ſubſtitutio uulgaris dici non poteſt quia in uulgari non requiritur mors amborum hæredum, ſed ſufficit quomodocunque hæreditas non adeatur ex capite uoluntatis, aut impotentiæ. Itaque cum noluerit teſtator ſubſtitutionem hr̃e locũ niſi mortuis ambobus hæredibus conſiderauit caſum aditionis hæreditatis & uoluit q altero defuncto ẽt poſt aditã hæreditatẽ alter ſuccederet. Similiter talis ſubſtõ facta de Iacobina poſt mortem amborũ hęredũ pupillaris dici non poteſt, quia pupillaris ſolum durat uſq; ad pupillarem ætatem, non autem extenditur ad tempus mortis amborum hæredum indiſtincte Similiter illa uerba ſine liberis aperte repugnant pupillari, quia conſiderauit teſtator tempuſ quo liberi poſſent procreari, quæ procreatio ceſſat in pupillari ætate. Hoc ita præſuppoſito q effectus ſubſtitutionum ſonet 2 in fideicommiſſarias, dico quòd † magis debet attendi effectus ſubſtitutionũ quales ſint ſecundũ rem & effectum q̃ ſonus verborum quãdo effectus repugnat verbis. l. ſi vno. in princip. ff. locati. l. Lucius. 1. ff. depoſi. l. inſulam. ff. de præſcript. verbis. Barto. in l. eotem. §. qui maximos. ff. de publica. & in diſpu. inci. Publicanus. Alex. in conſ. 108. col. j. verſ. non obſtat etiam ſi diceretur. li. 3. Soci. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. col. 5. poſt med. ff. de. lib. & poſthu. in conſ. 88. in primo dubio li. j. & in conſ. 156. in princ. li. 2. de re enim & effectu curandum eſt, non de verbis. c. putant. & cap. plerique. 14. quæſtio. j. Ideo quando nomen non conſonat rei, tale quid dici nõ poteſt quale denominatur. puta cella patẽs quæ ab omnibus videri poteſt, cella dici non poteſt cum dicatur cella a celebrando. Ita Feder. de Senis in conſil 72. Benedictus. In propoſito effectus ſubſtitutionum ſonat in fideicommiſſarias rationibus prædictis nec conuenit pupillaribus, ergo fideicommiſſariæ iudicari debent conſiderato effectu, non ſono verborum. Secundo pro hac concluſione adduco Oldra. in conſilio 45. Cum in narratione. vbi teſtator, ſi contingeret filium ſuum hæredem vniuerſalem decedere ſine liberis, ſubſtituit Titium vulgariter, dicit Oldr. quòd erit ſubſtitutio fideicommiſſaria ex

quo effectus conuenit fideicommiſſariæ quia teſtator conſidera-
uit quòd filius ſuus eſſet hæres & ſic ſubſtituit poſt aditam hære
ditatem. nec attenditur enunciatio ꝙ vulgariter ſubſtituerit, q̃a
3 talis enunciatio rei veritatem non immutat, & verbũ † illud vul
gariter, cenſetur abuſiue poſitum, maxime a literarum ignaro.
quod ipſum Oldr. dictum videtur quæſtionem hanc in terminis
decidere, nam hic conſiderauit teſtator tractum temporis vſque
ad mortem filiorum, conſiderauit etiam tempus pubertatis pro
pter illa verba ſine liberis, quæ omnia conueniunt fideicommiſ-
ſariæ ſubſtitutioni. Immo illa verba ſine liberis, ſola videntur ſuf
ficere ad obliquandum ſubſtitutionem directam, vt per Anch. in
d. conſ. 57. col. j. in 2. dubio. Pau. de Caſt. in conſ. 410. Viſo facto &
dubiis. col. 2. in prin. lib. j. ergo ſubſtitutio fideicommiſſaria iudi
cari debet, non pupillaris cum filii eſſent maiores annis 25. qui-
bus pupillariter ſubſtitui non poterat. Tertio pro hac concluſio-
ne adduco not. per gl. & Doct. in d. l. verbis ciuilibus. ff. de vulga.
vbi cõmuniter hr̃ ꝙ ſubſtitutio directa quæ ab initio valere non
poteſt iure directo, obliquatur vt valeat in vim fideicommiſſi, p
tex. in l. filiusfamilias. §. vt quis hæredem. ff. de leg. j. in l. ex facto,
in prin. & in l. Scæuola. ff. ad trebell. tradit Pau. de Caſt. in conſil.
410. Viſo facto & dubiis. col. j. in fi. lib. j. & in conſ. 15. Præſens cõ
ſultatio, col. 2. li. 2. Alex. in conſ. 32. in prin. lib. 2. & alibi ſæpe Do-
cto. ſed iſta ſubſtitutio facta vulgariter & pupillariter ab initio
valere non potuit vt pupillaris, quia filii erant puberes & coniu-
gati maiores annis 25. ergo in vim fideicommiſſi valere debet.
¶Nec obſtat dictum Bar. & Paul. de Caſtr. in d. l. verbis ciuilibus.
ꝙ iſtud non procedit quando apparet de voluntate teſtatoris, ꝙ
voluit pupillariter ſubſtituere, quia reſpondeo ꝙ Bar. & Pau. non
loquuntur quando ſubſtitutio haberet tractum in futurum, &
quando effectus ſonaret in fideicommiſſariam prout hic, ſed lo-
quuntur quando appareret de voluntate teſtatoris, ꝙ noluit in
omne tempus ſubſtituere ſed ſolum in pupillari ætate licet filii
eſſent maiores, puta quia teſtator dicat, Si deceſſerit in pupillari
ætate filius meis pupillariter ſubſtituo, nam tali caſu apparet, ꝙ
teſtator noluit in omne tempus ſubſtituere, ſed ſolum ad certum
tempus, ideo ſi filii ſint maiores, non valet ſubſtitutio vt fideicõ-
miſſaria, quæ fieret contra voluntatem teſtatoris, qui noluit poſt
pubertatem ſubſtituere. ¶Sed in caſu noſtro apparet de volunta
4 te teſtatoris ꝙ voluit in omne tempus ſubſtituere, quia † verba
ſubſtitutionis habent tractum temporis, & conſiderauit teſtator
tempus pubertatis quo liberi procreari poſſunt. quo caſu fieret
contra volũtatem teſtatoris niſi valeat ſubſtitutio iure fideicom-
miſſi. ¶Ideo ut uoluntati teſtatoris ſeruiamus recedere debem⁹
a proprietate verborum. l. non aliter. ff. de legat. 3. l. pediculis. §.
Labeo. ff. de auro & argen. leg. l. Publius. §. j. ff. de conditio. & de
monſt. l. hæredes mei. §. cum ita. ubi Barto. ff. ad trebel. l. ſi is qui.
cc. §. item ſi pater. ubi etiam Bar. ff. de reb. dub. & iſto caſu dicen
dum eſt cum Oldr. in d. conſ. 45. ꝙ uerbum pupillariter, cẽſetur
abuſiue poſitum. & iſta reſponſio videtur realis & fundamenta-
lis. ¶Secundo reſpondeo ꝙ dictum Bar. & Pau. de Caſt. non pro-
cedit quando teſtator ſubſtituit pupillariter filio maiori quẽ ſcie
bat eſſe maiorem, quia tunc videtur facta ſubſtitutio ſub condi-
tione impoſſibili ſi deceſſerit filius in pupillari ætate, quæ condi
tio impoſſibilis requiritur in ultima uoluntate ſeu uitiatur & nõ
uitiat. l. j. ff. de condi. inſtit. l. 3. ff. de conditio. & demonſtra. & ſic
dictum Bar. & Pau. de Caſt. procederet quando teſtator putabat
filium eſſe impuberẽ, qui pubes ſit. Ita Imo. & Moder. in d. l. ver-
bis ciuilibus. ¶Sed in caſu noſtro pater ſciebat filios pupillos nõ
eſſe, cum eſſent coniungati maiores annis 25. ergo &c. ¶Nec ob
ſtat opinioni Imolæ & ſequacium conſideratio Soci. in d. l. Cen-
turio. col. fi. ff. de vulga. ubi ꝙ conditio impoſſibilis non uidetur
reiicienda de ſubſtitutione ut ualeat quando non ualet ſubſtitu-
tio in eadem ſpecie ſed diuerſa, nam teſtator ſubſtituit pupillari
ter, ſi reiiciatur conditio, valebit ut fideicommiſſaria. quia reſpõ
deo ꝙ immo non fit tranſitus ad ſpeciem diuerſam, quia licet
ſubſtituerit teſtator pupillariter, tamen lex præſumit quòd uo-
luerit facere actum ualidum, & ſic ſubſtituere iure fideicõmiſſi
ex quo aliter ſubſtituere non poterat, conſequenter ꝙ de pupilla
ri per errorem aut abuſiue mẽtio habita fuerit. quod ſine dubio
procedit quando effectus ſubſtitutionis ſonat in fideicommiſſa
riam per ſupradicta. ¶Tertio reſpondeo, & iſta reſponſio e. it u-
num & quartum principale fundamentum huius concluſionis,
ꝙ ubi præmiſſa ceſſarent, quæ ipſa tamen fortiſſime urgent, ex
alio procedit concluſio illa ut ualeat ſubſtitutio in uim fideicõ-
miſſi: quia appoſuit teſtator clauſulam codicillarem, cuius uir-
tus eſt, ut ſubſtitutio directa obliquetur etiam quòd ab initio ua
lere potuerit iure directo, ideo ſubſtitutio directa facta impube
ri quæ ualere potuit iure directo, ideo ſubſtitutio directa facta
impuberi quæ ualere potuit iure directo, durante pupillari æta-
te, poſt pubertatem ualet iure fideicommiſſi. Bal. & Moder. in d.
l. uerbis ciuilibus. Anch. in conſ. 57. Non ſeruato ordine. col. j. in
ſecundo dubio. Alex. in d. conſ. 82. col. 2. uerſ. & multo magis. lib.
5. Soc. in l. j. col. j. verſ. poſtremo ſubdebam. ff. de uulga. & in con
ſil. 94. col. j. lib. 4. Corn. in conſ. 307. circa fin. lib. j. Curtius Iunior
in conſ. 139. col. fin. circa med. ſi ſubſtitutio directa quæ ab ini-
tio ualere potuit iure directo obliquatur propter clauſulam co-
dicillarem, a fortiori obliquabitur iſta ſubſtitutio facta pupilla-
riter maioribus, quæ nunquam ualere potuit iure directo, quo ca
ſu facilius fit obliquatio, ut d. l. uerbis ciuilibus. iuncta d. l. Scæ-
uola. ff. ad trebell. & ſic ſtante clauſula codicillari, non poteſt di
ci quòd teſtator ſolum uoluerit ſubſtituere uulgariter & pupilla
riter, quia immo uoluit ſubſtituere etiam iure fideicommiſſi cũ
in codicillis per obliquum tantum poſſit ſubſtitui.

¶Quarto reſpondeo quòd in teſtamento eſt etiam clauſula
omni meliori modo &c. qua ſtante dici non poteſt quòd teſta-
tor uoluerit ſe reſtringere ad uulgarem & pupillarem tantum,
quia teſtator uoluit quòd diſpoſita per eum ualerent non ſolum
prout locutus eſt teſtator ſed omni meliori modo quo fieri pote
rit, & ſic ſi ſubſtitutio pupillariter facta ut pupillaris ualere non
poſſit quòd ualeat ut ualere poterit. Bal. & Imol. in l. cum pater.
§. filius matrem. ff. de lega. 2. Bal. in l. quoties. col. fi. C. de hæred.
inſti. Card. & Imo. in c. ex literis. de offic. deleg. Dec. poſt Feli. in
c. cum ſuper. col. fi. de offi. deleg. nam iſta clauſula omni meliori
modo &c. æquipollet clauſulæ ſi non ualet quod ago ut ago ua-
leat ut ualere poteſt Iaco. de Puteo inter conſilia Calca. in conſi.
62. col. 4. circa med. per tex. in c. j. de poſtula. præla. lib. 6. ideo ſtã
te iſta clauſula res poſita uidetur extra omnem difficultatem.

¶Ex præmiſſis abunde comprobata & confirmata legitur iſta
concluſio quòd ſubſtitutio, de qua agitur ſit fideicõmiſſaria con
ſiderato effectu, non ſono uerborum, immo etiam ſecundum ſo
num uerborum propter clauſulam codicillarem & illam clauſu
lam omni meliori modo &c. In quibus clauſulis teſtator per ver
ba clara declarauit uoluntatem ſuam quòd nollet ſe reſtringere
ad ſubſtitutiones expreſſas, ſed quod ualerent omni meliori mo
do &c. & prout in codicillis ſubſtitui poteſt in quibus directo
non ſubſtituitur.

¶Non obſtant modo allegata in contrarium, quia ex præmiſ-
ſis diſſoluta apparent, tamen ut clarior fiat res, reſpondeo in ſpe
cie. Itaque non obſtat primum argumẽtum quòd teſtator ſolum
ſubſtituerit uulgariter & pupillariter, quia dico quòd talis enun
ciatio aut ſonus uerborum attendi non debet ſed effectus, effe-
ctus autem conuenit fideicommiſſariæ non pupillari ut ſupra
abunde dictum eſt.

¶Secundo reſpondeo quòd argumentum procederet quando
ualere poſſet ſubſtitutio ut directa ſaltem aliquo tempore, ſed
hic ut directa pupillaris ualere nunquam potuit ob maiorẽ æta
tem, ergo ad obliquam ſubſtitutionem uenire neceſſe eſt per ſu-
pradicta, maxime quia apparet expreſſe de uoluntate teſtatoris,
quòd uoluit ſubſtituere iure fideicommiſſi.

¶Tertio reſpondeo quòd etiam conſiderato ſono uerborum
uoluit teſtator ſubſtituere iure fideicommiſſi propter clauſulã
codicillarem & aliam clauſulam omni meliori modo &c. qua-
rum clauſularum quælibet de per ſe ſufficiens erat per ſupradi-
cta. ¶Ad ſecundum argumentum fuit ſupra in ſpecie abunde re-
ſponſum in tertio fundamento facto pro parte affirmatiua, ideo
non repeto. Sauliani 23. Martii 1546.

¶Aymo Crauetta ex Sauliano. I. V. Doc.

SVMMARIVM.

1 *Argumentũ a ſufficiẽti partiũ enumeratione de iure procedit.*
2 *Vt ſubſtitutio reciproca tacita inter aliquos inducatur, duo copulatiue requiruntur.*
3 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ad hæredes.*
4 *Fideicommiſſum ad quod uocantur ſuperſtites tranſmittitur ad hæredes ex coniectura ta mente defuncti.*
5 *Vbi habetur ratio agnationis, filia non uocantur.*
6 *Prohibitio alienãdi facta filius, nõ porrigitur ad nepotẽ ex alio.*

Conſilium

CONSILIVM CCCVI.

¶ In materia teſtamenti Simeonis Turleti ea Summa Ripa.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Verba inſtitutionis & ſubſtitutionis Simeonis Turleti ex loco Summæ ripæ de boſco ita habent, In omnibus antem alijs bonis & rebus ſuis hæredes vniuerſales inſtituit Facinum & Antonium, ita quòd vno decedente abſque hæredibus legitimis & naturalibus ex ipſo procreatis quòd alter ſuperuiuens ſuccedere debeat illi ſic decedenti in dictis bonis & hæreditate ſuis. ſi vero prædicti ſui filij ambo decederent vt ſupra, eiſdem ſubſtituit prædictam Belietam & Linorē eius filias, & quòd vna alteri vt ſupra decedenti ſuccedat, & ſi a caſu prædicti filij & filiæ eiuſdem teſtatoris omnes decederent abſque hæredibus legitimis & naturalibus ea ipſis procreatis, eiſdem omnibus ſic vt ſupra decedentibus ſubſtituit proximiores parentes eiuſdem teſtatoris de eius agnatione in gradu ſuccedendi per capita diuidendo. & ita eos eas & eorum quemlibet inſtituit & ſubſtituit pupillariter, vulgariter & per fideicommiſſum. Deinde mortuo teſtatore moritur facinus relictis duobus liberis, poſtea mortuus eſt Antonius relicta filia quæ deceſſit in pupillari ætate, ſuperſtite matre. Oritur quæſtio circa ſucceſſionem filiæ Antonij inter liberos Facini & matrem ipſius filiæ. Quæritur quid iuris? ¶ Videretur dicendum liberos Facini admitti non poſſe, arguendo
1 † a ſufficienti partium enumeratione, quod argumentum de iure procedit. l. patre furioſo. ff. de his, q ſunt ſui vel alieni iuris, cũ ſimi. Aut enim liberi Facini volunt venire ab inteſtato, & non poſſunt, quia mater præfertur in ſucceſſione filij fratribus patruelibus. authen. defuncto. C. ad Tertul. Aut volunt venire liberi Facini ea teſtamento & virtute ſubſtitutionis prædictæ, & ſimiliter non videntur admittendi, nam aut liberi hæredum ſolum poſiti in conditione prætendunt ſe vocatos ex aliqua coniectura, & tunc ſolum cenſerentur vocati in portione patris cuius reſpectu poſiti fuerunt in conditione, non reſpectũ portionis patrui quia non cenſentur ſubſtituti cohæredi dato patri vel matri cuius reſpectu poſiti non ſunt in conditione. Pau. de Caſt. in l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de lega. primo. Soc. in l. hæredes mei. §. cum ita. colum. j. ff. ad trebellia. Cur. Iunior in conſilio 96. colum. penul. poſt med. & in conſilio 135. col. penul. verſi. poſtremo aduertendum. Galtaul. in reper. l. Centurio. colum. 24. verſic. tertia vtilitas. ff. de vulga. Ripa in l. j. colum. 4. circa med. C. de pactis. ob id non poſſent liberi Facin. ſuccedere Antonio patruo ſi defunctus eſſet ſine liberis cum ſolum dicerentur vocati ad portionem patris, ergo multominus poterunt ſuccedere liberis Antonij remotioribus & quibus nullum omnino grauamen videtur impoſitum. Aut volumus dicere ꝙ illa ſubſtitutio facta Antonio ſi decederet ſine filijs cenſeatur facta etiam filijs decedentibus ſine filijs, ex aliquibus coniecturis quas poſui in conſilio 98. colum. 5. limitando dictum Old. in conſilio 21. & adhuc non videntur admittendi liberi Facini, quia quòd grauamen iniunctum Antonio decedenti ſine filijs extendatur ad filios Antonij decedentis ſine filiis, hoc videtur intelligendum in fauorem ſubſtitutorum ipſi Antonio & qui fuerunt vocati ad bona & hæreditatem ipſius Antonii, ſed liberi Facini non fuerunt ſubſtituti Antonio, nõ expreſſ. quia de eorum vocatione expreſſa verbum nullum, non tacite, quia vbi tacite vocati eſſent talis vocatio tacita reſtringitur ad portionem Facini patris vt proxime dictum eſt. ¶ Aut volunt venire liberi Facini ad bona filiæ Antonij ex ſubſtitutione reciproca tacita quaſi liberi Facini & Antonij hæredum vniuerſalium tacite cenſeantur inuicem ſubſtituti, & ſimiliter non videntur admittendi ex hoc capite, quia vt ſubſtitu-
2 tio † reciproca tacita inter aliquos inducatur, duo copulatiue requiruntur. Primum, quòd fiat ſubſtitutio vltimo morienti. Secundum quòd fiat in tota hæreditate vt habetur in l. poteſt. ff. de vulga. & in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. Curtius Senior in conſilio 43. colum. 12. in fine, & alibi ſæpe docto. ſed hic neutrum iſtorum videtur interueniſſe. Præterea de ſubſtitutione tacita reciproca tractatur quando fit ſubſtitutio poſt mortem aliquorum, ſed hic non fit ſubſtitutio poſt mortem liberorum poſitorum in conditione decedentibus ipſis liberis, quia de morte liberorum nihil dicitur, vt eis decedentibus alij ſubſtituantur cum liberi ſolum fuerunt poſiti in conditione. & ſi dicantur vocati, id fuit tacite & ex coniecturis nec vocati ſimpliciter alij ad bona aliorum liberororum, ſed tantum reſpectu parentum ſuorum vt ſupra dictum eſt. ¶ Aut volunt venire liberos Facini virtute transmiſſionis quaſi Facinus eſſet ſubſtitutus non ſolum Antonio ſed etiam eius liberi, ita quòd liberi Antonij dicantur grauati in fauorem patrui ea coniecturis de quibus in dicto meo conſilio 68. col. 2. & conſequenter quòd ipſe Facinus præmortuus filiæ Antonij trãſmiſerit ius fideicommiſſi ad eius liberos, & ſimiliter non videntur admittendi ex capite transmiſſio-
3 nis, quia † fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ad hæredes. glo. communiter approbata in l. vnica. C. de his qui ante aper. tabu. ¶ Quod ſine dubio videtur hic procedere vbi ſubſtitutio facta eſt de altero ſuperuiuenti. verbum enim ſuperuiuenti, non videtur conuenire filijs hæredis. ideo impediri videtur ius tranſmiſſionis etiam vbi alias ea coniecturis locus eſſet tranſmiſſioni, ita in terminis tradit Curtius Iunior in conſilio 69. Sed fortius videtur impediri tranſmiſſio, quia dictum eſt in ſubſtitutione quòd alter ſuperuiuens ſuccedat: ex quo verbo alter, magis enixe videtur apparere de voluntate teſtatoris quòd intelligere deberet de tantum ſuperuiuẽti, non de eius filiis, quia dictio alter, non dicitur proprie niſi de duobus. l. ſed interpellatur. §. ſi ea altera. ff. de arb. not. Paul. de Caſt. in conſilio 264. videtur dicendum pro matre. lib. 2. Ideo verba illa alter ſuperueniens, non videntur verificari in filijs hæredis quia hoc modo dictio alter referretur ad plures quam duos. ¶ Sed in contrarium quòd immo liberi Facini admittantur ad bona filiæ Antonij iure tranſmiſſionis conſidero ꝙ non ſolum Antonius videtur grauatus ſi decederet ſine liberis, ſed etiam filia Antonii quæ poſtea deceſſit ſine liberis ea veriſimili mente teſtatoris. nam teſtator prędilexit maſculos fœminis quia maſculos inſtituit hæredes vniuerſales. ¶ Itaque ſi maſculos grauauit contemplatione maſculorum, a fortiori dicendũ eſt ꝙ voluerit grauare filias deſcendentes ex maſculis in fauorem ipſorum maſculorum ne remotiores & minus dilectæ ſint melioris conditionis proximioribus & magis dilectis. l. ſi viua mater. C. de bonis mater. cum ſimi. ¶ Secundo quia teſtator fecit plures gradus ſubſtitutionum & in ſecũdo gradu vocauit filias proprias quas inuicem ſubſtituit: & ipſis filiabus decedentibus ſine liberis ſubſtituit proximiores agnatos, ſi filias proprias grauauit in fauorem agnatorum, quanto fortius dicendum quòd voluerit grauare nepotes ea filijs remotiores. dicta l. ſi viua mater. ¶ Hoc ita præſuppoſito quòd Facinus eſſet vocatus mortua filia Antonij, & quòd filia Antonii eſſet grauata reſtituere Facino videtur quòd Facinus tranſmiſerit ius fideicõmiſſi ad eius liberos quia ius fideicommiſſi conditionalis tranſmittitur ad liberos ex coniecturis. vt per Bald. in dicta l. vnica. C. de his qui ante aper. tabu. in l. vnica. C. vt actio. ab hæred. & contra hære. Socin. in dicta l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. in l. in conditionibus primum locum. §. j. poſt I mo. ibi. ff. de conditio & demonſt. Coniectura autem tranſmittendi videtur quia teſtator fecit mentionem de hæredibus filiorum, dicendo & reſtituendo ſi ſine hæredibus legitimis & naturalibus decederẽt. quo caſu videtur de hæredibus cogitaſſe & ad eos affectionẽ habuiſſe. Iſtam coniecturam in terminis tradit Bald. in l. ſi pater. in 4. quæſtion. C. de inſtit. & ſubſti. ſequitur Iaſ. in conſilio 531. colum. 3. in fin. libro 2. vbi etiam Iaſ. quòd fit tranſmiſſio quando apparet quòd teſtator habuit rationem agnationis prout hic vbi vltimo loco ſubſtituti fuerũt proximiores agnati. ¶ Nec ob. iuri tranſmittendi quòd teſtator ſubſtituerit alterum ſuperuiuentem, quia non ſequitur, vocatur ſuperuiuens, ergo impeditur tranſmiſſio, nam hoc modo ſemper impediretur tranſmiſſio cũ nullus poſſit admitti niſi ſuperuiuat. Ideo enim vocauit teſtator alterum ſuperuiuentem quia cogitabat de ſuperuiuentia alterius, ſed non ſequitur quin non voluerit ad liberos præmortui ius fideicõmiſſi tranſmitti. Et in terminis contra Curtium Iuniorem in d. conſi. 69. adduco Cuma. in conſi. 13. Titius inſtituit Seiũ. vbi q̃ etiam fideicommiſſum, ad quod vocantur ſuperſtites trãſ-
4 mittitur ad hæredes ea coniecturata mente defuncti. ſequitur Deci. in conſi. 369. col. 2. circa med. ¶ Sed tenendo primã opi. videtur ceſſare ius tranſmiſſionis, quia non videtur ꝙ filia Antonii dicatur grauata in fauorem Facini patrui. & ꝙ grauamẽ impoſitum heredibus extendatur ad filios eorum decedentes ſine filiis hæredibus. l. ex facto. §. pen. ff. ad Trebellia. l. ſi quis hæredem. C. de inſti. & ſubſti. l. cũ vxori. C. quan. dies lega. ce. Old. in d. cõſ. 21. cum ſimil. ¶ Nec ob. ꝙ dictum Ol. non videtur procedere quãdo teſtator habuit rationem agnationis quia tunc vt agnatio cõſeruetur, oportet extendi grauamen ad filios hæredũ vt dixi in d.

conſili. 98.colum.2.quia nego φ teſtator hic habuerit rationem
agnationis.nam morientibus eius filiis & hæredibus ſine liberis
ſubſtituit eius filias,quarum altera,id eſt Belieta iam erat nupta.
profectò † vbi habetur ratio agnationis, filiæ non vocantur cum
in eis finiatur agnatio & initium ſumatur cognationis.§.cæterũ,
& §.media.inſti.de legiti.agna.ſucceſſ.vbi media iuris prudẽtia
quæ agnatos vocabat, non admittebat filias, quia licèt eſſent a-
gnatæ non tamen erant aptæ ad conſeruationẽ agnationis quos
tex.ad hoc pro optimis citat Soc.in conſ.63.col.8.ante med. lib.
3.& quòd filiæ agnatæ non admittantur vbi ratio habetur agna-
tionis,voluit Ioan. de Anan.in conſil.4. in ſecundo dubio. Bald.
in conſil. 473. Circa quæſtionem.colum.2. verſicu.ſed quorum
agnatorum.libr.5.Pau.de Caſt.in conſil.190. Nouiter. colum.1.
verſicu.ſed aduertendum eſt.libr.2.Alexand.in conſil.188.col.2.
in fin.libr.6.Dec.in rubric.C.vnde legiti.in fin.in l.2.nume.95.ff.
de regu.iur.& alibi ſæpe docto. Amplius liberi filiarum non po-
terant dici agnati teſtatoris & tamen per eos excludebãtur agna
ti in ſubſtitutione prædicta.Itaque quod dicitur grauamen extẽ-
di ad filios hæredum propter cauſam agnationis, illud procede
ret quando teſtator omnino habuiſſet rationem agnationis,quę
aliter conſeruari non poteſt niſi extendatur grauamen ad filios
hæredum,quæ ratio hic ceſſat per ſupradicta. Ex alio etiam non
fuit habita ratio agnationis,quia in ſubſtitutione facta filiis hæ-
redibus non fuit dictum ſi decederent ſine liberis maſculis,ideo
filiæ hæredum excluſiſſent ſubſtitutos,quod ſine dubio procedit
quia filiis ſubſtitutæ fuerunt filiæ teſtatoris , ob id dicendum nõ
eſt quòd teſtator voluerit filias hæredum excludi propter alias
fœminas,vt voluit Pau.de Caſt.in conſ.409. Caſus iſte frequẽter
contingit.libr.2.& magis clarè Socin.in conſil.227. colum. final.
verſicu.ſed fundamentum non obſt.libr.2.Dec.in conſ.370.& in
conſil.568.Itaque ſi ſacinus non dicitur ſubſtitutus liberis Anto
nii fruſtra tractatur an tranſmiſerit ius ſubſtitutionis,quæ nõ eſt.
l.traditio.ff.de acquir.rer.domi.reg.nemo plus.ff.de reg. iur.

¶ Poſtremò, in dubio videtur pronunciandum pro matre ne
excludatur a luctuoſa hæreditate filiæ.l.final.C.de inſtitu.& ſub-
ſtitu.Bald.in conſil.258.Appellatione patrui.colum.2.lib.3. Dec.
in conſil.314.colum.2.ante med.& in conſil.315. col.2. in prin-
cip.ideo numerus pluralis nõ reſoluitur in ſingularitates ne ma-
ter priuetur luctuoſa hæreditate filii.Oldr.in conſ. 142. Factum
tale eſt.Similiter tacita pupillaris non admittitur contra matrẽ.
l.precibus.vbi gloſſ.& Docto.C.de impube. Barto.& Docto.in l.
2.ff. de vulgari . & efficaces debent eſſe coniecturæ vt mater ex-
cludatur per tacitam pupillarem.Dec.in d.conſil.315.col.j. in fi.
& dicit Bal.in d.conſ.258.col.2.libr.3. quòd ſucceſſio matris eſt
extendenda non reſtringenda.

¶ Nec obſtat præmiſſis quòd hoc modo filia Antonii grauati
erit melioris conditionis quam ipſe Antonius proximior ſi dica-
mus filium grauatum & neptem ex eo non , quia non eſt abſur-
dum,φ neptis ueniens ex perſona patris proximioris ſit melio-
ris conditionis.Alex.in conſ.37.col.fi.li.6. ¶ Secundò reſpondeo
φ tollitur argumentum & abſurdum , quia teſtator habebat fi-
lios proximiores magis charos & dilectos , ideo voluit grauare
eos inuicem unum in fauorem alterius, ut inter eos bona conſer
uarentur,quod grauamen pp reciprocationem non vr̃ odioſum.
l.de fideicommiſſo.C.de tranſactio.De nepotibus autẽ aut nepti
bus remotioribus nõ adeo curauit teſtator quòd inuicem ſucce-
derent,ideo ſolum inuicem ſubſtituit filios & filias caſu quo fi-
liæ admitterentur ad ſubſtitutionem,liberis autem filiorum & fi
liarum nullum grauamen impoſuit.ſimiliter quãdo filiabus ſub
ſtituit proximiores agnatos,inter ipſos agnatos nullam fecit ſub
ſtitutionem.¶ Tertiò reſpondeo, φ argumentum & abſurdũ de
quo ſupra procedit negatiuè & priuatiuè, putà proximior non
admittitur, ergo multò minus remotior, vel proximior excludi-
tur,ergo multò magis remotior ex his quæ not. Iaſ. in l. Gallus.
§.nunc de lege,colum.penul.ff.de libe. & poſthu. ſed non pro-
cedit argumentum affirmatiuè aut paſſiuè, puta teſtator graua-
uit proximiorem , ergo etiam remotiorem quod probatur in iu
ribus, & autoribus ſupra adductis,in quibus apparet quòd gra
uamen iniunctum hæredi non extenditur ad eius filios.Simplici
6 ter uidemus † quòd prohibitio alienandi facta filiis non porrigi
tur ad nepotes ex eis glo.in §.nos igitur.in Authen. de reſtitu. fi-
deicommiſſ. Barto. & Docto.in l. filiusfamilias. §. diui. colum.
fi.ua.ff.de lega. j. & Iaſ.colum.15.in 10.quæſt. Barto. & in repe.
col.21.& niſi ita dicamus , ſequeretur quòd oẽs ſubſtitutiones
traherẽtur ad infinitũ,φ omnes remotiores ſuccedentes hæredi
grauato cenſerentur & ipſi grauati & quo magis in remotiori
gradu quis ſit, eò amplius dicatur grauatus:ideo dicamus,nõ ſe
quitur , voluit teſtator conſeruari bona in proximioribus quos
inuicem ſubſtituit & grauauit, ergo idem voluit & in alijs remo
tioribus.¶ Ex quibus videtur filiam Antonij grauatam non cen-
ſeri & ita de iure reſpondeo, ſaluo ſaniori iudicio. iſtæ quæſtio-
nes videntur difficiles quia agitur de interpretanda voluntate
teſtatoris , quam imperiti notarij neſciunt explicare, homo au-
tem cor hominis intueri non poteſt ſed conſuluit aut iudicat ſe-
cundum quod iura interpretantur.Sauiliani,vltima Martij.1547.

¶ Aymo Crauetta ex Sauiliano.I.V.Doc.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de lucro dotis generaliter loquens,generaliter intelli gi debet.*
2 *Quoties tractatur de aliquo præſupponitur habilitas ex alio capite.*
3 *Interpretatio ſtatuti non debet eſſe grauato contraria.*
4 *Correctio facilius fit in his quæ ſequuntur ex interuallo quam in his quæ fiunt incontinenti.*
5 *Appellatione teſtamenti non venit contractus.*

CONSILIVM CCCVII.

¶ Pro Iacobo Garriboſij de Foſſano contra Margaritam vxorẽ
Antonini Maglani.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Statutum
Foſſani ſub rubrica de teſtando,legando,& ſuc-
cedendo,dicit φ mulier habens maritum & nõ
liberos ex eo marito,non poſſit facere,ſiue fece
rit ordinamentũ ſiue non , quin maritus habeat
medietatem dotis liberam & quietam & expedi
tam ſine aliquo onere funerali , & propinqui mulieris habeant
aliam medietatem . ſequitur in eodemmet ſtatuto modico dato
interuallo,& mulier habens filium vel filios nõ poſſit facere nec
modo aliquo ordinare cũ teſtamento vel codicillo quin eius filij
ſuccedant in totũ.modo deceſſit Catherina relicta quondã Mac
chiori de Richa ex Foſſano primi mariti relicta Margarita filia &
hærede relicto etiam Lazaro Gariboxij eius ſecũdo marito.Quę
ritur, an dictus Lazarus lucratus fuerit dimidiam dotium dictæ
Catherinæ ex ſtatuto prædicto?¶ Breuiter non arguendo ad par-
tes puto eſſe locum lucro ſtatuti de dimidia parte dotis. & pro
2 fundamento conſidero † φ ſtatutũ,de lucro dotis generaliter lo
quens generaliter debet intelligi ſiue extent liberi ex primo ma
trimonio ſiue non quò ad hoc vt in totum non ceſſet ipſum ſtatu
tum.Eſt verum φ extãtibus liberis primi matrimonij deſalcatur
lucrum ſtatuti & reducitur ad terminos l.hac edictali. C.de ſe-
cund.nup.ſecundum Bar.& doct.ibi tradit idem Bart.in q.7.Mu
lier habens amplum patrimonium.colum.3. ante medi. Bald.in
conſil.495.Quædam domina Helena, col.penulti. lib.5.Paul.de
Caſtr. in conſi.339.Ad primum Quæſitum reſpondetur φ dicta
emancipatio.in 3.dubio lib.2.Cur.ſenior in conſi.79. Deci.in au
then. præterea.in 4.nota. C.vnde vir & vxor. fortius voluit Bald.
in d.conſilio 495.col.penulti.quòd vbi ſtatutum defert lucrum
marito non extantibus liberis ex eo,non fiat tunc aliqua deſalca
tio lucri propter liberos primi matrimonij,ſed in totũ cenſeatur
correcta d.l.hac edictali. Idem vult Dec. licèt Bald. non alleget
in conſi.283.colum.j.& 2.ſed iſtud dictum Bald. pro nunc affir-
mare non audeo,quia non expedit.¶ Hoc ita præſuppoſito φ ta-
le ſtatutum de lucro dotis locum habeat non obſtantibus libe-
ris primi matrimonij,ſaltem ſecundum terminos d.l.hac edicta
li,dico φ ex quo non extat niſi vnica filia ex primo matrimonio,
locus eſt ſtatuto vt loquatur , ideſt φ ſecundus maritus habeat
dimidiam dotium & reducatur ad æqualitatem cum filia primi
matrimonij vt voluit Pau.de Caſt.in conſilio 348.Viſo caſu & al
legationibus.col.2.circa med.lib.2.In vno tantum fieret deſalca
tio lucri iſto caſu per filiam primi matrimonij quia ſtatutum vult
quòd maritus habeat dimidiam liberã ab omni onere funerali,
ſed propter diſpoſitionẽ d.l.hac edictali, reducẽdo rem ad æqua
litatẽ,teneretur maritus ad illud onus pro rata in 2.¶ Non obſtat
modo cõcluſioni ſupra firmatæ diſpoſitio ſequẽs eiuſdẽ ſtatuti
φ mulier habens filios non poſſit facere,quin eius filij ſuccedãt
in totum

in totum. quia reſpondeo, q iſtud ſtatutum in hac parte debet
intelligi quando ceſſante ordinamento mulieris filij erant in to
2 tum ſucceſſuri, quia † quoties tractatur de aliquo, præſupponi-
tur habilitas ex alio capite, puta, quæritur an legatarius poſſit eſ-
ſe teſtis in teſtamento, præſupponitur q aliunde teſtis ſit habilis
& idoneus ceſſante cauſa & commodo legati. l. qui teſtamento.
in prin. ff. de teſtam. Ad idem text. in c. j. de æta. & quali. lib. 6. c. j.
de filijs presby. lib. 6. Dec. in c. j. eum omnes. col. j. circa med. de
conſti. in 2. lectu. & alibi ſæpe. ſtatutum igitur admittens liberos
ad totalem ſucceſſionem matris non obſtante eius ordinamen-
to intelligitur eo caſu quo ceſſante ordinamento liberi erant in
totum ſucceſſuri & ſic eo caſu quo ceſſat lucrum ſtatuti, puta
ſtantibus filijs ex ſecundo matrimonio qui filij ſuccedant non
obſtante ſtatuto. Sed in caſu noſtro etiam ceſſante ordinamento
filij primi matrimonij non erant in totum ſucceſſuri propter lu-
3 crum dotis ſecundi mariti. ¶ † Secundò reſpondeo quòd inter-
pretatio ſtatuti ita fieri debet ne inducatur contrarietas in eo-
dem ſtatuto & ne ſtatuentes cenſeantur in continenti velle ſeip-
ſos corrigere. l. nam ad ea. ff. de condi. & demon. quæ lex proce
dit etiam in ſtatutis. Roma. in conſ. 104. Pater reuerende. col. 2.
circa med. & in contrarietate ſtatutorum tradit Ioan. And. poſt
Ioan. Monachi in c. j. de conſti. lib. 6. & in c. j. de iureiu. lib. 6. quē
refert & ſequitur Gemin. in conſi. 72. col. 2. in fi. vbi quando repe-
riuntur duo ſtatuta, quæ videntur inuicem contrariari debent re
duci ad concordiam ſi fieri poſſit per diſtinctionem. modo dic
q diſpoſitio ſtatuti ſequens debet intelligi ne contrarietur præ-
cedenti per diſtinctionem, id eſt q filij ſuccedant in totum quan
do non eſt locus lucro ſtatutario, vt quando decedit mater reli-
ctis liberis ex ſecundo matrimonio quando ſecundo nupſit, vel
ex primo quando ſemel tantum nupſit, alias enim eſſet euidens
contrarietas quia per diſpoſitionem præcedentem maritus lucra
tur partem dotis quando liberi ex eo non extant licèt exiſtant ex
primo matrimonio ſecundum terminos tamen. d. l. hac edictali.
Nec dicatur nullam eſſe contrarietatem quaſi ſtatutum præce-
dens deferens lucrum dotis locum non habeat ſtantibus liberis
primi matrimonij, quia verba ſtatuti aperte repugnant deferen
do lucrum dotis non extantibus liberis ex eo matrimonio, ergo
non ceſſat lucrum licèt extēt liberi ex alio matrimonio licèt eo
caſu videatur reducenda res ad æqualitatem vt ſeruetur æquali
tas inter ſecundum maritum & liberos primi matrimonij ſecun
dum Pau. de Caſt. in d. conſi. 348. lib. 2. Roma. in con. 44. vbi Ro-
ma. voluit ſeruari æqualitatem ceſſantibus illis verbis vniuerſa-
4 libus in omni caſu. ¶ † Tertio pro reſponſione conſidero quòd
correctio facilius fit in his quæ ſequuntur ex interuallo quàm in
his quæ fiunt incontinēti, ideo propter interuallum temporis par
tes cenſentur receſſiſſe à præcedenti proteſtatione. l. per inten-
tionem. C. de vſuris. Actus enim qui fit ex interuallo, dicitur ma-
gis liberatus. Dec. in l. legem, col. 3. ante med. C. de pactis, itaque
ſi in ſtatutis factis ex interuallo interpretatio ita fieri debet vt cō
trarietas fugiatur, quanto fortius in verbis eiuſdem ſtatuti talis in
terpretatio habenda eſt. Quartò dico q verba generalia ſequen
tia q filij ſuccedant in totum non ſunt ſufficientia ad inducendū
correctionem præcedentiū niſi ſpecialiter dicatur. Bar. in l. præ-
cipimus, in fi. per illum tex. C. de appella. Iaſ. in conſi. 164. col. j.
in fi. lib. 2. per hoc tex. in §. tribus. in Auth. quibus modis natu. ef
fi. ſui. quem tex. ad hoc citat deciſio Neapoli. deciſi. 351. numero.
6. itaque ad derogatum verbis præcedentibus delatiuis lucri ne
ceſſe erat dicere q filij ſuccederent in totum, nec tunc extanti-
bus aliquibus liberis locus eſſet alicui lucro dotium in fauorem
mariti, & verba generalia ſequentia potius debent intelligi ſecū
dum præcedentia quàm vt inducatur correctio. l. quoties. C. fa
mil. ercíſ. & lex ſequens generalis reſtringitur per præcedentem
vt correctio euitetur. Roma. in conſ. 49. Vt præſens, colum. 3. poſt
medium. ¶ Quintò reſpondeo q diſpoſitio ſtatuti ſequens nullo
modo derogat præcedentibus nec in genere nec in ſpecie, etiam
citra auxilium diſtinctionis, quia ſtatutum in illa parte qua dicit
filios in totum ſuccedere, ſolum loquitur reſpectu matris vt ma-
ter nihil poſſit diſponere teſtando vel codicillando in præiudi-
cium filiorum quin filij in totum ſuccedant, & ſic quatenus atti-
net ad factum matris, illud filijs non nocet quominus inſolidum
ſuccedant, ſed reſpectu lucri ſtatutarij ſtatutum in ea parte nihil
dicit quod illud impediatur, verba igitur ſequentia prolata re-
ſpectu matris debent intelligi & reſtringi ſecundum illum re-
ſpectum quo fuerunt prolata. l. ſi quis dominum. §. quid autem.
ff. locati. l. profectitia. §. fi. ff. de iure dotium. l. debitor. §. fi. ff. ad
trebellia. quæ iura ad hoc citat Dec. in c. ſi pro debilitate col. 9.
de offi. deleg. & in conſi. 283. col. 1. ¶ Sexto reſpondeo q ea ver-
bis illis ſequentibus non cenſentur ex alio præcedentibus dero-
gatum in genere nec in ſpecie, quia maritus non conſequitur il-
lud lucrum tanquam hæres, ſed aliud habet ex diſpoſitione ſta-
tuti citra titulum hæredis. quod patet, quia ſtatutum non vult te
neri maritum ad impenſam funeris, ſed vult q portio mariti ſit
libera, itaque non ſequitur filij ſuccedunt in totum, ergo mari-
tus non conſequitur lucrum ſuum. quia licèt maritus percipiat
lucrum ſuum, filij tamen ſuccedunt in totum, id eſt in tota hære-
ditate, quæ hæreditas conſideratur & tota dici poteſt non obſtan
te illa perceptione lucri quod detrahitur tanquam æs alienum
cum hæreditas contineat omnia iura actiue & paſſiue, l. nihil a-
liud eſt hæreditas. ff. de verbo. ſignifi. & quòd detrahatur tale lu
crum tanquam æs alienum no. Ancha. in conſil. 101. Ex themate
5 prædicto, in quarto dubio ¶ † Septimo reſpondeo quòd per ſta
tutum mater non poteſt præiudicare ſucceſſioni filiorum te-
ſtando aut codicillādo, & ſic per viam vltimæ voluntatis ſed per
viam contractus aut donationis inter viuos, non prohibetur ma
ter diſponere & filijs præiudicare, quia prohibitio alienandi per
viam vltimæ voluntatis non extenditur ad alienationem inter vi
6 uos, † quia appellatione teſtamenti non venit contractus nec ecō
tra. l. verba geſſerunt. ff. de verbo. ſignific. l. teſtamentū non ideo.
C. de teſtamen. vbi Bal. & doct. not. quòd ſtatutum loquens de te
ſtamento non habet locum in contractu & econtra. tradit Iaſ.
in l. quæ de delegato. col. 4. ff. de leg. j. & in d. l. teſtamentum. in j.
not. ſed iſtud lucrum dotis nō prouenit ex vltima voluntate vxo
ris teſtamento aut codicillo ſed ex contractu inter viuos & con-
ſtitutione dotis, per quem contractum non prohibetur mulier
præiudicare filijs, & ſic ſtatutum Foſſani admittens filios ad to-
talem ſucceſſionem non derogat contractibus & donationibus
præcedentibus, ſolum igitur prohibetur mulier relinquere mari-
to in præiudicium liberorum per viam vltimæ voluntatis non
per viam contractus. Ideo ſicut per viam contractus poſſit mu-
lier expreſſe marito futuro donare ex pacto appoſito in contra-
ctu dotis & matrimonij vel etiam contracto matrimonio cum
iuramento, ita potuit præbere cauſam lucro ſtatutario conſtituē
do dotem. l. cum quid. ff. ſi certum petatur, cum ſimi. Ex quibus
concludo eſſe locum ſtatuto circa lucrum dotis, ſaltem vt æqua
lis fiat conditio mariti ſecundi & Margaritæ filiæ primi matrimo
nij. & ita de iure reſpōdeo ſaluo ſaniori iudicio. Sauiliani. 4. Apri
lis. 1547. Die 1. Aprilis. 1547. viſa ſunt ſigna in cœlo circa horam
prandij, id eſt, quatuor arcus, tres igniti circa ſolem & ſimul per
tranſuerſum colligati, quorum vnus amplior erat alijs duobus
amplitudine & longitudine. quartus autem arcus erat albus e re
gione ſolis diſtans ab ipſo ſole & valde longus & latus cœlo ſe-
reno. deinde die 6. Aprilis & ſummo mane nuncium allatum eſt
de morte Franciſci Chriſtianiſſimi Francorum regis.

¶ Aymo Cranetta ex Sauiliano. I. V. Doc.

SVMMARIVM.

1. *Princeps nō poteſt tollere aut auferre iura priuatorū ſine cā.*
2. *Collecta aut ſubſidium quo caſu imponatur.*
3. *Verba generalia generaliter intelligi debent, etiam in odioſis.*
4. *Vbi ſit mentio de parte aliqua, intelligitur de qualibet particu la etiam minima.*
5. *Donatio cauſa mortis impropriè dicitur vltima voluntas.*
6. *Verba vniuerſalia negatiue concepta omnia comprehendunt etiam inſolita.*
7. *Verba debent intelligi ſecundum qualitatem perſonarum inter quas proferuntur.*

CONSILIVM CCCVIII.

¶ Pro omnibus & communitate Renelli contra excellentiam marchionalem.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. In franchiaia hominum Renelli inter cætera habentur verba ſequentia. Et ita & taliter quòd aliqua perſona de Renello vel ibi habitans vel habitatura a modo in antea non poſ-
ſit nec debeat inquietari & requiri vel exigi ſeu

moleſtari per dictum dominum marchionem vel hæredes ſeu
ſucceſſores eius, nec per aliquem caſtellanum, nuncium, rectorē
clauarium vel officialem ipſius vel eorum, occaſione alicuius fi
cti, quinti, diuti foreſtariæ, iuuatici, calmagij, fogayroni ſeu za-
bottariæ tertij acconaamenti, ſucceſsionis pro rebus bonis ſeu
poſſeſsionibus ſeu iuribus, quę ſunt vel erant in territorio & fi-
nibus Renelli. Nec aliqua alia perſona vndecunque ſit, pro dictis
rebus, bonis poſſeſsionibus ſeu iuribus quas vel quæ haberent
in Renello vel poſſe, quæ teneantur ab ipſo domino Marhio-
ne. & ꝙ ipſę res iura & bona & poſſeſsiones ſint liberę & libera
& francha a dictis fictis ſeu debitis foreſtaria, drictis, quintis, &
vaytis, roxijs, tertiis ſucceſsionibus, acconzamentis, inueſtituris
iuuaticis, fogayronis colmagiis & zabottariis, & tali itaque mo
do ꝙ prædictæ res & bona vbicunqe fuerint princeps in Renel
lo ſeu eius territorio vel poſſe, & etiam bona eorum mobilia
vbicumq; fuerint deinceps non poſsint capi vel peti vel commiſ
ſæ vel commiſſa dici propter aliqua ficta præterita non ſoluta
vel futura, nec propter aliquem vel alicuius perſonæ ſucceſsio
nem, nec propter aliquod tertium vel acconaamentum alicuius
conditionis eſſeut dictæ res feudales ſeu vſuales vel alterius con
ditionis, ſed ſint prædictæ res poſſeſsiones & bona & iura mobi
lia liberæ & libera, franchæ & francha. immunes & immunia,
abſolutæ & abſoluta ab omnibus fictis, quintis, drictis. vaytis,
foreſtariis, tertijs ſucceſsionibus, accōzamentis iuuaticis, fugay
ronis, culmagis, & zabotariis & ab omnibus & ſingulis ſeruitu
tibus ſupranominatis. Quæritur modo an homines Renelli te-
neantur ad onus hoſpitandi aulicos aut curiales, Illu. d. Mar-
chionis? Breuiter non arguendo ad partes, puto non teneri, ſe-
quentibus fundamentis. Et primo ſine alia franchixia intentio
communitatis Renelli videtur fundata de iure communi, nam
1 de iure communi † princeps non poteſt tollere aut auferre iura
priuatorum ſine cauſa. Barto. & doc. in l. fi. C. ſi contra ius vel vti.
pub. Cano. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtitu. & in caſibus in
quibus poteſt princeps auferre ius tertij aut illud tollere, intelli
gitur dummodo reſtituat pretium. Bartol. Bal. & doct. in l. fi. §. j.
ff. de pigno. act. o. Alexand. in conſi. 151. in 2. dubio. lib. 6. Iaſ. in l.
Barbarius. colum. 8. verſi. inuenio tamen. ff. de offici. prætoris. in
conſil. j. colum. 9. poſt med. lib. j. in conſilio 233. colum. 8. circa
medi. lib. 2. & in conſilio 46. colum. 4. lib. 3. deciſio Neapoli. deci.
321 colum. pen. num. 16. ſed ſi princeps continue reſidens in ali-
quo loco cogeret ſubditos ad onus hoſpitandi, in effectu priua-
ret eos iuribus ipſorum, id eſt penſionibus debitis pro conditio
ne & hoſpitio. ſi cogantur locare gratis vel forte ſubditi agentes
illis membris cogentur ipſi alibi conducere, vel cogentur abſti-
nere ab aliquibus traficis aut negociationibus ſolitis aut quas de
nouo inchoarent. Et ſi dicatur, Marchio habet ius imponendi
collectas aut ſubſidia in ſuo marchionatu, pari ratione videtur
ꝙ ſubditos Renelli poſsit cogere ad onera hoſpitorum. reſpon-
deo, non diſputando de poteſtate ſua, ꝙ diuerſa eſt ratio colle-
2 ctæ & hoſpitij, quia collecta aut ſubſidium non † imponitur niſi
in caſum neceſsitatis quando aliter ſuccurri non poteſt. Bal. in l.
j. in fi. C. de oper. libe. quod dictum pro pulchro refert & ſequi
tur Iaſ. in repeti. l. admonendi. col. 81. in fi. ver. & quod pulchre
nota. Bal. ff. de iureiur. Ideo collecta continue non imponitur &
ſingulis diebus ſed per temporum interualla ſecundum vrgen-
tiam neceſsitatis, ſed talis neceſsitas non conſideratur in ho-
ſpitijs, nam licèt egeant curiales hoſpitijs, non ſequitur quin
habeat pecunias pro coditione ipſorum aut quin princeps
pro eis poſsit ſoluere, alioquin ſequeretur quòd tenerentur
ſubditi ad omnia alimenta principis, & profecto ſicut ſol-
uunt pro alijs alimentis curiales, quare non idem præſtare
debent. & circa ius habitandi? ¶ Secundo reſpondeo quòd in
collecta aut ſubſidio ſeruatur æqualitas & imponitur toti pa-
triæ marchionali pro qualitate locorum, ſed iſtud ius hoſpitan-
di particulariter deſideratur ab hominibus Renelli & ſic fieret
inæqualitas quòd ipſi ſoli grauarentur ad onus hoſpitandi quæ
inæqualitas in oneribus fugienda eſt. l. 2. & l. in fraudem. C. de
anno. & trib. lib. 10. Bart. in l. j. C. de munc. & in quo loco & alibi
ſæpe doct. Ex quibus infertur ꝙ de iure communi bene poſſet
dominus cogere ſubditos ad locandum hoſpitia pro neceſsita-
te ſua vbi aliter hoſpitari curiales non poſſent, in qua re pri-
mum diſcuti oporteret domos ſolitas locari. Sed non poſſent co
gi ad hoſpitandum gratis, & ſi neceſsitas tanta eſſet ꝙ non poſ-
ſet ſuperior mercedes ſoluere, teneretur aut deberet collectam
imponere toti patriæ pro tali ſolutione ſeruando æqualitatem.
& præmiſſa loquor quando ſuperior ordinarie reſidet in aliquo
loco, ſecus in tranſitu ſeu quando per modum tranſitus. Non
etiam intendo hic loqui de hoſpitiis militum ex cauſa belli, quę
ipſa aliam requirunt indaginem.

¶ Secundò principaliter dico quòd ceſſante diſpoſitione iuris
communis adhuc uidentur nō teneri homines Renelli ad iſtud
onus hoſpitādi neque cum pecunia neque ſine pecunia propter
verba franchixiæ, quibus liberantur ab onere foreſtariæ. in qua
3 re conſidero quòd † uerba generalia generaliter debent intelli-
gi etiam in materia odioſa quatenus eorum proprietas patitur.
l. cum lege, vbi Aret. ff. de teſtamen. glo. in c. contra Chriſtianos.
de hæretic. libr. 6. Calder. in conſi. j. in titu. de conſanguini. & af-
finita. & in conſ. 24. in titu. de præben. Alex. in auth. ex teſtamen-
to. C. de collatio. bonus tex. in c. ſi quam. de ſenten. excommuni.
quem ad hoc citat Dec. in c. non liceat. col. 2. in fin. in tit. de præ
ben. ſed verbum foreſtaria, eſt generale aptum comprehendere
omne onus forenſium ſiue ſit in hoſpitando ſiue alimentando
ſiue aliter. foreſtaria. n. dicitur habito reſpectu ad forenſe nego-
cium, ideo onus foreſtariæ dicitur ꝙ ad forenſes pertinet. hinc
videmus quòd in monaſteriis religioſorum communiter eſſe ſo
lent certa membra quæ appellantur foreſtariæ deputata ad ho-
ſpitium forenſium religioſorum & etiam quandoque ſecularium,
in tantum quòd ſecundum communem vſum loquendi foreſta
riæ appellantur loca ordinata ad hoſpitationem forenſium, ſe-
cundum quem vſum loquendi communiter verba franchixię de
bent intelligi & interpretari. l. librorum. §. quod tamen Caſſius.
ff. de leg. 3. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſuppel. lega. Quod pro
cedit in qualibet materia etiam pœnali & odioſa, in qua intelli-
gi debent verba ſecundum communem vſum loquendi. Abb. in
c. 2. in princip. de arbi. in cap. j. col. fina. de iudic. & in c. per tuas.
col. 2. ubi Aret. col. 4. de proba. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quo-
que. in fi. ff. de verbo. obliga. in l. fi. C. de ſucceſſ. edic. & in conſil.
51. col. 3. in fi. lib. 3. multo magis intelligenda erunt verba ſecun
dum communem vſum loquendi in materia franchixiæ in odiū
ipſius ſuperioris & ad fauorem ſubditorum. l. fina. ff. de inſtitu.
prin. & quia agitur de fauore libertatis contra onera citra præ-
iudicium tertii. l. libertatis. ff. de regu. iur.

¶ Sed dicet aliquis, iſte communis vſus loquendi probari de-
bet de tempore franchixiæ quòd tunc onus foreſtariæ intellige-
retur de onere hoſpitandi forenſes, & quòd foreſtariæ tunc dice
rentur loca aut membra deputata ad hoſpitium forenſium. A-
lex. in l. 5. in princip. col. 3. ff. de verbo. oblig. Fulgoſ. in conſ. 163.
In quæſtione propoſita. col. penul. quem refert & ſequitur Dec.
in c. præſentia. col. 10. verſ. 5. fallit. de probat. tradit etiam Curt.
Iunior in conſ. 5. col. 6. & in conſ. 166. col. 3. ſed iſta probatio vi-
detur impoſsibilis cum franchixia facta fuerit de anno 1327. &
die 25. menſis Septembris. ¶ Ad iſtud reſponde quòd ſufficit pro
bare communem uſum loquendi per tempus, cuius initii memo
ria non extat in cōtrarium, quia hoc probato præſumitur quòd
fuerit talis uſus de tempore conceſsionis franchixiæ. Ita in ſpe-
cie declarat Soc. in l. Gallus. §. ſi eius. col. fi. ff. de liber. & poſthu.
ubi refert Cuma. ita conſuluiſſe. Sed vltra Soc. adduco doct. in c.
cum apoſtolica: de his q̃ fiunt a prę la. ſine con. cap. vbi laicus nō
poteſt retinere decimas niſi conceſſas ante concilium Latera-
nenſe, quærunt docto. quomodo probabit laicus conceſsionem
ſibi factam ante illud concilium Lateranenſe, nam iſta proba-
tio videtur impoſsibilis cum homo uiuens non poſsit de hoc
teſtificari, reſpondent docto. quòd ſufficit probare laicum poſ-
ſediſſe decimas per tempus cuius initii memoria non extat in
contrarium, quia hoc probato, præſumitur conceſsionem deci-
marum factam eſſe ante Concilium Lateranenſe alias eſſet gra
uare ad probationem impoſsibilem. ſequitur Iaſ. in conſil. 156.
col. j. li. 2. tertio principaliter arguitur, & poſito (& non conceſ-
ſo) ꝙ uerbū illud foreſtariæ aliam ſignificationē habere poſſet,
tamen cum ad præmiſſam ſignificationem referri poſsit, dico ꝙ
latiſsime interpretari debet ut omnia comprehendat cum aga-
tur de conceſsione principis de cuius ſolius præiudicio tractat.
d. l. fi. ff. de conſtit. princ. & quia agitur de fauore libertatis citra
præiudicium tertii cuius libertatis fauore latiſsima ēt hrī debet
interpretatio. d. l. libertas. ff. de reg. iur. immo ēt ſi ageret de ma-
teria ſtricta, adhuc idē dicendū eſſet, quia facta eſt cōceſsio uer
bis uniuerſalibus, nā in primis verbis franchixiæ quę ſūt in thema
te relata ſunt dī de omnibus & ſingulis tertiis ſucceſſoribus ac-
conaamentis, inueſtituris, iuuaticis, fogayronis, culmagiis. zabo
tariis, foreſtariis &c. quę uerba oībus & ſingulis, ſunt uniuerſa-
lia.

tia.l.j.vbi late docto. ff.de lega.j. Similiter in verbis ſequentibus
ſupra relatis in themate dictum eſt φ homines Renelli moleſta
ri non poſſunt ratione aut occaſione, alicuius foreſtariæ. quæ di-
ctio alicuius, eſt etiam vniuerſalis omnia comprehẽdens.l.ſi ſer-
uum.§ prætor ait, vbi Bar.ff.de acqui.hæred.vbi in edicto præto
ris ſit mentio quando quid ſeu aliquid ex hæreditate amouetur.
dicit Bart. quòd illa dictio quid ſeu aliquid, verificatur in quali-
bet particula rei. Ad idem text.in l.mulier.§.fin.ff.de condi.inſti.
iuncta gloſſ. vbi conditio. ſi quid legaueris teſtatori verificatur
etiam ſi quid modicum legatum ſit. Similiter licet appellatione
4 partis intelligatur de dimidia. tamen † vbi ſit mentio de parte
aliqua, intelligitur de qualibet particula etiam minima. gloſſ. in
clemen.j.in verbo aut earum parte, de foro compe. glo.in c.aua
ritiæ, in verbo parte, de elect.lib.6. Geminia.in conſ.6.poſt med.
& quòd dictio aliquis ſit vniuerſalis omnia comprehendens, tra
dit Gemin.in conſ.29.col.j.poſt med.& in conſ.65.colum.3.cir-
ca med. Ideo ſi quis promittat quòd damnum ab aliquo non in-
feratur, intelligitur promiſſio etiam ſi inferatur damnum a ſupe
riore. Gozad.in conſ.27.col.5.poſt medium.& ſic vides quòd di
ctio aliquis, omnia comprehendit maxima & minima. Similiter
illa verba modo aliquo vel ingenio, idem ſignificant quod nullo
modo. Goza.in conſil.31.col.3.ante medium.verba autem nullo
modo, ſunt vniuerſalia negatiua quæ omnia excludunt & ne-
gant. gloſſ.in c.ſtatutum, in verbo nullum.de reſcript.libr.6.cum
ſimil.vt per Geminia.in conſ.72.colum.j. poſt med. Ideo Fran-
chixia loquens de omnibus foreſtariis & quòd Renellentes non
teneantur ad onus alicuius foreſtariæ debent intelligi vniuerſa-
liter ſecundum eorum naturam & proprietatẽ de omni & qua-
libet foreſtaria quæ dici vel excogitari poſſit, quia verba vniuer
ſalia omnia comprehendunt, quæ dici aut excogitari poſſunt.l.
in fideicommiſſi.§.cum Pollidius.ff.de vſuris.l.cum virum.C.de
fideicom.vbi Bald.in 2. oppo. quæ duo iura ad hoc citat Dec.in
conſil.29.colum.2.in fin.not.Socin.in conſil.26.columna 2.circa
princ.lib.3.alibi ſcribit Bald. in conſ.326. Rex Romanorum.co-
lum.3.circa fin.libr.j.quòd verba vniuerſalia omnia comprebẽ-
dunt.ita quòd nulla perſona & locus nullus excipitur. Alibi ſcri
bit Fede.de Senis in conſil.74.in puncto, quòd ſermo vniuerſalis
omnia comprehendit nullo excepto. Alibi ſcribit Gemi.in c.de-
cet.in prin.col.3.de immunita.eccle.libr.6. φ vbi lex aut ſtatutũ
dat poteſtatem cognoſcendi de omnibus cauſis, nulla cenſetur
excluſa aut excepta.quod Gemi. dictum refert & ſequitur Iaſ.in
conſ.13.colum.3.li.3. Itaque nullum onus foreſtariæ cenſetur ex
cluſum aut exceptum in verbis Franchixiæ vniuerſalibus quod-
cunque onus illud ſit ſiue maximum ſiue minimum. ¶ Amplius
dico poſito & non conceſſo, φ verbum foreſtariæ impropriè cõ
prehenderet onus illud hoſpitandi, φ ipſum tamẽ propriiſſime
comprehendit ex verbis & mente contrahentium, adhuc tamẽ
verba franchixiæ vniuerſalia ad tale onus hoſpitandi pertinerẽt
quia iſta eſt natura dictionis aliquis vniuerſalis, vt omnia cõpre-
hendat etiam quæ impropriè ueniunt.gloſſ.in l.2.in verbo alias.
C.de quadr.præſcript.vbi licèt appellatione actionis propriè nõ
veniat officium iudicis, iſtud tamen fallit quando ſit mentio de
actione verbis vniuerſalibus puta ſi dicatur, quælibet alia actio,
nam tunc venit officium iudicis licet illud impropriè dicatur a-
ctio.quam gloſſ.ad hoc propoſitum citat Alexand. in conſ.155.
col.2.ver.accedunt illa verba.lib.2.illam etiam glo.pro ſingula-
ri ad hoc citat idem Alexand.in conſi.17.libr.6.Iaſ.in conſil.55.
col.2.poſt med.in conſil.63.col.3.ante med.lib.3.& in conſ.115.
colum.8.lib.4.Addo glo.in clemen.2.in verbo quocunque, de vi
ta & honeſta.cler.ubi licet appellatione beneficii nõ veniat pen
ſio. c.quamuis.de præben.libr.6.iſtud tamen fallit ſi fiat mentio
de beneficiis per verba uniuerſalia puta de quocunque alio be-
neficio, nam tunc uenit penſio.ſequitur Felin. in c.poſtulaſti.col.
25.uer.4.declaratio.de reſcript.& in c.de 4.col.5.ou.15. de præ-
ſcrip.& in terminis dictionis aliquis, quòd comprehẽdat etiam
impropria, tradit Cor.in conſ.41.col.2.lib.3. vbi licet in ſtatuto
appellatione cõtus nõ veniat donatio, quia impropriè dr̃ cõtractus
iſtud tñ fallit ſi ſtatutũ loquat̃ uniuerſaliter φ cõtractus aliqs fie-
ri non poſſit, quia tunc comprehenditur etiam donatio. Idem
uoluit Cur.Iunior.in conſi.122.colum.2.in fin.ubi fortius uoluit
ſtante tali ſtatuto quòd contractus aliquis fieri non poſſit, prohi
bitam cenſeri etiam hæredis inſtitutionem. de quo tamen dubi-
tarem, quia hæredis inſtitutio etiam impropriè non uidetur ue-
nire appellatione contractus. Alibi ſcribit Corne.in conſil.16.co
lum.pen.lib.3. quod ubi Papa reſeruat omnia beneficia in curia

uacantia ueniunt omnia beneficia etiam impropria puta com-
5 mendæ & præceptoriæ. Similiter licet † donatio cauſa mortis im
propriè dicatur ultima uoluntas, tamen ubi clauſula codicilla-
ria concipitur uerbis uniuerſalibus, puta, uoluit ualere omni me
liori modo &c. tunc uenit etiam donatio cauſa mortis. Corne.in
conſil.237.libr.4. Similiter, licet titulus pro hærede in filio pro-
priè non cadit, iſtud tamen fallit quando ſit mẽtio de titulo per
uerba uniuerſalia, puta de omni aut quocunque titulo. Dec. in
conſ.222.colum.2.uer.ſecundo reſponderi poteſt. fortius adeo
ſunt efficacia uerba uniuerſalia ut comprehendant etiam friuo
la & fruſtratoria. puta ſi lex uel ſtatutum dicat quòd omnis aut
quælibet appellatio admittatur, nam intelligitur de omni appel
latione etiam friuola & fruſtratoria.c.quamuis. ubi gl.in uerſic.
quaslibet, de electio.lib.6.& ibi Gemi.in 2.no.quod dictum re-
fert & ſequitur Iaſ.in d.conſ.56.colum.2.poſt med. in d. conſil.
63.col.3.ante med.lib.3.& in d.conſ.116.colum.8. libr.4. Sic in
materia etiam ſtricta & odioſa puta in ſtatuto prohibitorio &
contra ius commune, in reſeruatione beneficiorum per quã de-
rogatur iuriſdictioni ordinariæ, uerba uniuerſalia latiſſime intel
liguntur ut comprehendant etiam caſus improprios, quid hic
dicemus in materia undique fauorabili ubi agitur de contractu
cum principe celebrato, in quo de ſolius principis præiudicio
agitur ubi etiam agitur de fauore libertatis citra tertii præiudi-
cium? ¶ Rurſus, ſi uerba uniuerſalia adeo ſunt efficacia ut com-
prehendant etiam caſus improprios, quid hic dicemus in onere
hoſpitandi curiales, quod ipſum propriiſſime & appoſitiſſime
uidetur uenire ſub uerbo foreſtariæ. Et ſi procedunt præmiſſa in
uerbis uniuerſalibus ſimplicibus aut ſemel tantum prolatis, quid
hic dicemus ubi uerba uniuerſalia ſæpius fuerunt reiterata, &
quidem quatuor fuerunt repetita uerba uniuerſalia ſi bene le-
gantur, quæ ipſa uerba uniuerſalia geminata comprehendunt
diſſimilia & maiora expreſſis, ut per Socin.in conſil.67.col.6.in
fin.libr.4.Iaſ.in conſi.96.colum.2.circa prin.lib.4.nec patiuntur
reſtrictionem uerba uniuerſalia geminata.Iaſ.in l.j.§.nunciatio,
colum.5.circa med.uerſic.ego limito alio modo. ff.de ope.nou.
nuncia. Alibi ſcribit Curt.Iunior in conſ.177.col.3.circa fi.quòd
uerba uniuerſalia geminata comprehendunt etiam ius decimã
di.¶ Quarto conſidero uerba franchixiæ poſita in principio, li-
cet ſupra in themate ſcripta non ſunt, in quibus poſt expreſſa o-
nera ad quæ Renellenſes teneri noluerunt, ſubiicitur, in quibuſ-
cunque conſiſtant ſiue in denariis ſiue in grano, blaua, uino, ca-
ſtaneis, ouis, pullis, gallinis, ſpalis porcinis ſeu ouibus, ſeu in o-
peribus perſonarum ſiue in quibuſcunque aliis iuribus conſiſtãt
& quocunque nomine appellentur, & tam pro perſonis quam
pro rebus & bonis eorum exiſtẽtibus in poſſe ſeu finibus Renel-
li. poſtea ſubiiciuntur illa uerba poſita in themate, ita & taliter
quòd aliqua perſona &c. Ecce quam clariſſima uidentur uerba
franchixiæ φ noluerunt teneri Renellẽſes ad aliqua onera realia
neq; perſonalia neq; mixta dum ſibi cautũ & prouiſum eſſe no-
luerũt per tot uerba uniuerſalia & pregnantia & ampliſſima ſæpius
repetita in tantum φ licèt in ſpecie dictum non eſſet de onere fo
reſtariæ & hoſpitandi tamen illud onus ſatis ſuperque incluſum
legitur ſub illis verbis vniuerſalibus & ampliſſimis. nam poſt
ſpecificata onera in ſpecie ſubiicitur clauſula vniuerſalis, ſiue in
quibuſcunque aliis iuribus conſiſtens & quocunque nomine ap
pellentur, & tam pro perſonis quam rebus & bonis eorum. quæ
verba reſtringi non poſſunt ad onera ſpecificata, ſalua ratione
recti ſermonis. Ideo videmus φ licèt verba generalia reſtringan
tur ad ſpecificata.l.ſi de certa.C. de tranſact.l.ſi ex maiore. C.de
excep.ſecus tamen eſt in verbis vniuerſalibus.l.emptor. §. Lu-
cius, vbi gl.& doct.ff.de pactis.Bar.& doc.in l.ſi de certa Cyn.
in d.l.ſi ex maiore.Paul.de Caſtr.in conſilio 333. Dubium vide-
tur prima facie columna.j.lib.2.Calca.in con.17.colum.2.& alibi
ſæpe doct. Amplius verba vniuerſalia trahuntur etiam ad non
cogitata, quia licèt dicantur non cogitata in ſpecie in genere ta-
men dicuntur cogitata.l. tres fratres. ff. de pactis vbi quitatio
vniuerſalis trahitur etiam ad occultata de quibus cogitatum nõ
eſt.& licèt ibi pactum ſit inefficax quo ad occultata per replica-
tionem doli illud eſt quia dolus interuenit, ſed dolo ceſſante ma
net efficax pactum. Ad idem text.in l. ſub prætextu ſpecierum.
C.de tranſa.vbi trãſactio facta verbis vniuerſalibus trahitur etiã
ad inſtrumenta de nouo reperta, & ſic ad incogitata & ignorata
& ibi tradunt Bald.& doct.tradit Alex.in conſ.42.col.4.poſt me.
6 lib.j.Corn.in conſil.6.col.2. & 3. lib.j ¶ Fortius dico φ † verba
vniuerſalia negatiue concepta omnia cõprehendunt etiã inſoli-

ta, & ſtantibus talibus verbis vniuerſalibus negatiuis non proce
dit tex.in l Seio.§.j.ff.de annuis legat.de quo per Bartol. & doct.
in l.ſed ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cautio. ita pulchre & ſingula
riter tradit Pau.de Caſt.in conſ. 170.Viſo puncto contra ſcripto.
col.fin.lib.j.Quid hic dicemus in onere hoſpitandi minime inco
gitato & ignorato & minus inſolito, vbi etiam ſunt verba vni-
uerſalia negatiue concepta & ipſa ſæpius reiterata? ¶ Quinto cõ
ſidero ꝙ licèt in ſpecie dictum non eſſet de onere hoſpitandi,
prout tamen dictũ eſt, vt ex præmiſsis apparet, adhuc dico ꝙ ſtan
tibus illis verbis vniuerſalius in ſpecie dicitur prouiſum & cau-
tum de iſto onere hoſpitandi, quia verba vniuerſalia vim habẽt
ſpecialis expreſsionis.Bar.in l.2.ff.de noua.& in l.j. in fi ff.ſi quis
in ius voca.non ierit.refert & ſequitur Iaſ.in conſ.45.col.pe.poſt
med.lib.j.tradit etiam Soc.in l.Gallus.§.forſitan, col.fi.ff.de lib.
& poſthu.& in l.quidã relegatus, col.3.ff.de reb.dubijs & alibi
ſæpe docto. quomodo enim ſpecialibus exprimi potuiſſet caſus
hoſpitandi q̃ poſt expreſſa tot onera & in ſpecie ſubijciendo illa
verba ampliſsima & prægnantia ſiue quibuſcũque alijs iuribus
conſiſtaut & quocunque nomine appellentur, & tã pro perſonis
quàm pro rebus & bonis eorum &c. In quibus verbis conſidero
illam dictionẽ ſiue cuius natura eſt ampliare nõ reſtringere.Bar.
in l.cum quis decedens.§.fi.ff.de leg.3.& in l.ſi quis ita.ff.de auro
& arg.lega.pondero etiam copulam & reiteratam cuius natura
ſimiliter eſt ampliatiua.l.ea.tamen adiectio, vbi Bar.ff.de legat.
3.cum ſimil.& ſic pondero ꝙ ponũtur verba vniuerſalia ſæpius
reiterata cum dictionibus ampliatiuis.¶ Sextò conſidero ꝙ in di
ctis pactis & cõuẽtionibus ſpecificata fuerunt ea in quibus tene
rẽtur ſubditi Renelli.i. cẽſus annuus in pecunia & ille equus de
tempore belli cum reſeruatione iuriſdictionis & ſuperioritatis,
ex quibus reſeruationibus clare datur intelligi ꝙ nõ tenerentur
Renellenſes pro alijs oneribus non reſeruatis quia exceptio fir-
mat regulam in non exceptuatis.l.legata inutiliter, in prin.& ibi
Bar. in fin.ff.de leg.j.l.quæſitum. §. deniq̃.& ibi Bar. ff.de fundo
inſtru.cum ſimil.Aliquorum enim incluſio, cæterorum eſt exclu-
7 ſio.l.cum prętor.ff.de iud.l.maritus.C.de procur.¶ Septimò † ver
ba debent intelligi ſecũdum qualitatem perſonarum inter quas
proferuntur.l.plenum.§.æquitij.ff.de uſu & habita.l.ex militari.
de teſt.milit.l.quibus diebus.§.dominus vbi Socin.in 2.not.ff.de
condi.& demon. verba enim debent conuenire rebus & perſo-
nis.c.ſi pater, de teſta. lib.6. ſed illa pacta & conuentiones fiebãt
inter dominũ & ſubditos & ſuper liberatione ab oneribus, ideo
cum ſuperiores ſoleant grauare ſubditos oneribus hoſpitandi,
paciſcendo ꝙ non teneantur ad onus foreſtariæ, veriſimile eſt ꝙ
ſenſerint contrahentes de onere hoſpitandi ſecundum qualitatẽ
domini & ſubditorum.¶ Octauo verba referri debent ad ipſum
diſponẽtem, nõ ad aliũ, puta ſi teſtator prohibeat alienari bona
extra familiam, debet intelligi prohibitio de familia teſtatoris
prohibentis non alterius.Dyn.Pet.Bar.& doc.in l.peto.§.fratre.
ff.de leg.2.per tex.in l.cum acutiſſimi, in fi.C.de fideicom.Idem
tradit Bar.in l.filiusfa.§.cum pater.ff.de lega.j.& in l.ſi cognatis.
ff.de reb.dub. Ideo illa conuentio quòd Renellenſes non tenean
tur ad onus foreſtariæ, debet intelligi de foreſtaria ipſius Mar-
chionis & ſic de hoſpitatione curialium ipſius, non de foreſtaria
alterius.¶ Nonò diſpoſitio contrahẽtium intelligi debet ꝙ volue
rint prouidere caſui magis neceſſario.Bal.in conſ.35. Pater filio,
col.2.lib.2.& in conſi.113.col.j.poſt med.lib.5. ſed caſus proui-
dendi ne tenerentur Renellenſes ad hoſpitandum curiales domi
ni erat & eſt magis neceſſarius quam aliorum foreſium, ideo ad
illum caſum trahi debent verba pacti & conuentionis.Ex quibus
concludo ad fauorem hominum Renelli plura ſcripturus adhuc
ſi opus fuerit.Sauiliani die 14.Aprilis. 1547.
Aymo Crauetta ex Sauiliano.I.V.D.

S V M M A R I V M.

1 *Prohibitio generalis de non receptando bannitos, non comprehen dit perſonam patris.*
2 *Vxor non prohibetur communicare cum viro bannito.*
3 *Sic puniuntur receptatores bannitorum vt delinquentes.*
4 *Bannitus æquiparatur excommunicato.*
5 *Prohibitio inter patrem & filium dicitur contra ius naturale.*
6 *Auxiliũ ad homicidiũ cõſiderari nõ poteſt ſine animo occidẽdi.*
7 *Circa ignorata animus trahi non poteſt.*

CONSILIVM CCCIX.
¶ Pro Iacobino Bruneto.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Fiſcus Ca
ramaniç inquietat Iacobinum Bruneti ꝙ recepta
uerit eius filios bannitos contra formam prohi-
bitionum ſuper tali receptatione ſacturum.Quæ
ritur an teneatur pater ad talem pœnam? Breui-
1 ter puto ꝙ non, † quia prohibitio generalis de
non receptando bannitos non videtur comprehendere perſo-
nam patris, nam videmus quòd iuramentum vaſalli erga domi-
num de ipſum defendendo contra omnem perſonam, non com
prehendit perſonam filij, vt pater vaſallus teneatur iuuare domi
num contra filium ipſius vaſalli. Bald.in l.j.q.24.ff.de rerum di-
uiſ.in l.vnica.§.ne autem.C.de cadu.tollen.& in c.j.de noua for-
ma fidel. quod dictum refert & ſequitur Felin. in c.afferte mihi
gladium, col.j.poſt medi.de præſumpt. ſi iuramentum non ligat
patrem contra filium, multominus ſimplex prohitio cum in iu-
ramento fiat extenſio fauore animæ vt habetur in Authenti. ſa-
cramenta puberum.C.ſi aduer.vendi.¶ Secundò iſta quæſtio vi-
detur decidi ex dicto Spec. in titul. de dote poſt diuor.reſtitu.§.
2 formatis, verſicu.quid ſi vir.vbi † vxor non prohibetur commu-
nicare cum viro bannito, nec bannum priuat maritum alimen-
tis in bonis dotalibus. ſic vult. Specu. quòd pœna receptationis
bannitorum non afficiat vxorem receptantem maritum ban-
nitum.quod ipſum etiam voluit Alexand. in l.2. ff. de recepta.in
addit.ad Bartol.Felin.in cap.cum quidam.column.penult.de iu
reiurand.in quibus tamen locis Alexand. & Felin.corruptè alle-
gant Specul.in titul.de donatio.inter virum & vxorem §.fina.Ea-
dem ratio videtur militare in patre & filio, quia dicuntur vna ca
ro.capitu.contradicimus.§.hac.autoritate 35. quæſt. 3.l. fina.C.
de impub. vbi Modern. confirmatur iſtud per text. in l.penulti.
C.communia vtri.iud. vbi ita prohibetur ſeparatio liberorum a
parentibus ſicut coniugis a viro.Quis enim ferat, dicit tex. libe-
ros a parentibus, vel fratribus ſorores, a viris coniuges ſegrega-
ri? ¶ Tertiò conſidero quòd ratio puniendi receptatores delin-
quentium eſt, quia ſine tali receptatione diu latere non poſſunt.
3 l.j.in princip. ff.de receptator. † & ſic puniuntur receptatores vt
delinquentes facilius apprehendantur & puniantur. Sed iſta
ratio ceſſat in patre qui filium accuſare aut iuſtitiæ præſentare
non poteſt vt puniatur. Immo ſi pater filium accuſet aut præ-
ſentet iudici vel principi puniendum ex hoc debet filius libera-
ri.l.milites agrum.§.deſertorem.ff.de re milit. & quod per illum
text. dicit Paul. de Caſtr. in l.propter inſidias. C. qui accuſ. non
poſſ.vbi ſi pater accuſet aut præſentet filium tanquam reum læ-
ſç maieſtatis, non debet filius puniri. & dicit Paul.quòd impera-
tor viſo dicto.§. deſertore filio pepercit in tanto crimine & eum
in exilium ſolum miſit. Quod Paul.de Caſtr. dictum refert & ſe
quitur Felin.in cap.accuſaſti, colum.2.de accuſat.Auguſti.in ad-
di.ad Ange.maleſi. in verbo & ad querelam, quæſt.21. nume.23.
chart.32. ſecundm paruam impreſſionem. Mar.in l.j.§. ad quæ-
ſtionem, nume.31.ff.de quæſtio.& alibi ſæpe. itaque ſi non puni-
retur filius bãnitus præſentatus iuſtitiæ per patrem, & ſic in re-
ceptatione patris ceſſat ratio ob quam puniuntur receptatores,
ergo etiam ceſſare debet legis diſpoſitio.l. adigere. §. quamuis.
ff.de iure patron.capi.cum ceſſante, de appellat.Simile videmus
ꝙ ceſſante cauſa interdicti eccleſiaſtici ceſſat ipſum interdictũ,
iuxta not.in clement.j.§.terra de pœnis.Hiero. Tortus in conſi-
lio ſuo quod eſt poſt conſi.Anto.de But. col.5. & in prohibitio-
ne tradit Oldr.in conſ. 108. Titius veniens ad mortem, col.2.cir.
med.vbi ꝙ ceſſante effectu prohibitionis ceſſat prohibitio. Ita-
que cum ceſſet hic effectus prohibitionis receptandi bannitos
in patre qui filios bannitos accuſare aut iuſtitiæ præſentare non
poteſt, ceſſare debet & prohibitionis pœna.
4 ¶ † Quarto bannitus æquiparatur excommunicato cap. primo
in princip.in titu.hic finitur lex deinde conſue.regni incipien.gl.
in cap.paſtoralis, in gloſſ.fina.de appellat.Iaſ.in conſilio 168.co-
lum.2.in fi.li.2.ſed pater non prohibetur communicare & parti
cipare cum filio excommunicato.capitul. quoniam multos.11.
quæſtio.3.cap.inter alia, de ſenten.excommuni.ergo eadem ra-
tione non debet prohiberi pater quominus participet & com-
municet cum filijs bannitis.
5 ¶ Quinto † prohibitio tollens communicationem & participa
tionem inter patrem & filium dicitur contra ius naturale.l.ami

ciſſimos,

ciſsimos, in fi.ff.de excut.tuto.l.qui cum vno.§. fin. ff.de re milit. ſed non valet, lex contra rationem naturalem.§.pen.inſti.de iure natu.gen.& ciuili.c. erit autem lex.4. di.ergo non eſt dicendum ꝙ ſub illa prohibitione generali de non receptando bannitos comprehēdatur perſona patris.l.qui ad certum. ff.locati, cum infinitis ſimilibus.¶ Sextò pœna receptationis non ligat receptantem coactè.Bal.in l.in delictis.ff.de noxa.Soci.in conſ.262. col.fi. verſi.prætereà & tertia, lib.2.ſed pater debilior non poteſt prohibere filios plures numero & robuſtiores quominus in domo bibant & commedant, ergo &c. ¶Circa aſsiſtentiam & auxilium ex teſtibus partis fiſcalis probatur quòd Iacobinus auxilium nullum præſtitit cum eſſet inerminis cum ſols veſte aut cappa clamans aggredientibus ne ad rixam accederent: nam † auxilium ad homicidium conſiderari non poteſt ſine animo occidendi.l. fin.ff.de ſiccar.Pau.de Caſt.in conſi.277.In cauſa incarceratorū, colum.3.in fin.& in conſilio 335. Viſa & ponderata ſupraſcripta accuſatione.libr.2.Anchara.in conſ.206.in fi.Corn.in conſ. 198. colum.penult.circa.med.lib.ſecundo.ſed quomodo poteſt conſiderari animus occidendi in Iacobino, qui arma nō habebat?¶Secundò etiam in armato non ſemper præſumitur animus occidendi, immo ex genere armorum poteſt cognoſci ꝙ animum occidendi non habuerit, puta ſi quis percuſſerit haſta, cum ferro poſſet percutere.l.j. §.diuus, vbi gloſſ.in verbo. percuſſerit. ff.de ſiccar.cap.ſignificaſti.2.in fin.de homicid.Bald.in l. ſed ſi quæcūque.§. ſi magiſter.ff.ad legem aquil.& in conſilio 492. Dicitur ꝙ certi.circa fi.lib.j.Pau.de.Caſt.in conſilio 277.In cauſa incarceratorum.column.3.ante med.lib. ſecundo. ſi in armato etiam percutiente poteſt ceſſare animus occidendi, quid dicemus in iſto Iacobino omnino inermi, & qui nihil pecuſsit neque manibus neque pedibus?¶ Tertiò ex alio ceſſat animus delinquendi in Iacobino, quia non venit ad rixam deliberatè animo alicui nocendi ſed in præmediato impetu quodam audiens rumorum & rixam cum eius liberis, quo caſu auxilium cōſiderari non poteſt, quia requiritur vt quis teneatur de auxilio quòd principaliter venerit ad rixam animo percutiendi. Anchara. in dicto conſilio 216.in.fin.Paul. de Caſtr.in conſi.335.lib.2.¶ Quartò ceſſat omnis malus animus in Iacobino quia ſe oppoſuit contra aggreſſores filiorum ne in eos irruerent, dicendo & clamando, ſtate retro aut fortius. in qua re conſidero primum quòd aduerſarij erant aggreſſores & inſultantes cum armis, quo caſu quod fit per inſultatos dicitur fieri ad defenſionem. Bartol. in d.l. ſed & ſi quemcunque, in pricip.ff.ad legem aquil.cum ſimil.vt per Alexand.in conſilio 109.colum.2.in fi.lib.j.Deci.in conſil.459.& alibi ſæpe doc.Secundò conſidero quòd licitum eſt alium occidere pro defenſione filij.Bartol.in l.vt vim.colum. penul.ff.de iuſti.& iure Deci.in d.conſil.459.in d.conſilio 678. Modò dico quòd ſi eſt licitum inſultantes occidere pro defenſione filiorum, quantò magis licitum fuit huic Iacobino clamare contra inſultantes ne irruerent contra filios? Quod ipſum quò magis conſidero, eò amplius admiror quomodo auſus fuerit fiſcus reum inquietare de aſſerto auxilio.¶ Quintò conſidero quòd ipſe Iacobinus Bineti non erat in loco homicidij, immo adeo longe ꝙ neque ipſe Iacobinus neque teſtes fiſci potuerunt videre Dominicum qui dicitur ocidiſſe neque occiſum. Itaque dici non poteſt ꝙ voluerit Iacobinus auxiliari Dominico quem non videbat nec ſciebat
7 vbi eſſet, quia † circa ignorata animus trahi non poteſt.l.mater decedens. ff.de inoffici.teſtam. cum ſimili. & in terminis ad hoc adduco.Bal.in l.ob hæc verba, ante fin.ff.de infamibus. vbi ꝙ opem ferre dicitur qui ſtat armatus cum alio ita prope quòd poteſt ſibi auxiliari, ſecus ſi remotius. allegat Innoc.in c.continentiam, de cleri.percuſſ. ꝙ eſt in c.ſi.quod dictum refert & ſequitur Iaſ.in conſi.137.col.fi.lib.j.¶Sextò vbi res dubia eſſet, quā ipſam ex premiſsis clariſsimam putamus, in dubio pronunciandū eſt contra fiſcum.l.non puto.ff.de iure fiſci in reg.fauorabiliores.ff.de reg.iuris.Sauiliani.22.Aprilis.1547.

Aymo Crauetta a Sauiliano Iuriſconſultus

¶ Circa ortum ſolis diei memoratæ 22.Aprilis.1547.viſus eſt ſol maior ſolito tremere aut aſsiduè moueri ſine ſplendore habens barras tres tranſuerſas & ipſas nigras cuius radij terram veluti ſanguineam reddebant in locis qui per radios ipſos tangebantur.Similiter die 18.eiuſdem Aprilis viſus eſt ſol in ortu ſuo in forma ampliſsima & valde rubra inſtar flammæ.Prodigia etiam ſol dedit die 23.eiuſdem menſis Aprilis & ſequenti, nam videbatur emittere quoſdam orbiculos diuerſorum. colorum & ſanguineos in quibus videbatur certare & illos iaculari inſtar bombardæ bellicæ.Similes orbiculi apparebant circum circa montes ab omnibus lateribus.

S V M M A R I V M.

1 *Seipſum nemo recompenſare poteſt.*
2 *Dictio videlicet, eſt declaratiua præcedentium.*
3 *Ex quantitate pretij arguitur an aliquid veniat in venditione vel non.*

CONSILIVM CCCX.

¶ Pro nobili Bernardino de Brayda ex loco Cumen contra nobiles Antonium & Franciſcum eius fratres.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Verba pacti diuiſionis bonorum communium inter Antonium Franciſcum, & Benardinum Braydæ fratres, ita ſe habēt: & cōuenerunt ipſi fratres quòd de pluri & maiori ſumma prædiorum quàm erunt prædia alterius ipſorum fratrum Antonii & Franciſci, idem Bernardinus Brayda habeat iornatas decem terræ videlicet quinque pro quolibet ex alijs prædijs. Modò quæritur an iſtas decē iornatas de pluri habere debeat ipſe Bernardinus ſuper portionibus proprijs ipſorum Antonij & Franciſci, an verò etiam computato iure ipſius Bernardini. Verbi gratia, quòd habeat illas 10. iornatas de pluri ſuper bonis communibus, an verò ſuper portionibus iam diuiſis, puta ſingulis fratribus faciendo partes æquales debent adiudicari iornatę 40. an ſuper ſingulis 40. aliorum fratrum debeat habere Bernardinus iornatas quinque ita vt ipſe habeat iornatas quinquaginta, & alij trigintaquinque tantùm, an verò, vt ipſi Antonius & Franciſcus habeant quadraginta iornatas pro quolibet & ipſe Bernardinus quinquaginta? ¶ Breuiter negari non poteſt quin verba ſint dubia & trahibilia ad vtrunque ſenſum, quia alij fratres habuerunt aquam non modici reditus in finibus Curnei. rurſus habuerunt ædificia grangiæ: ipſe autem Bernardinus accepit in eius portionem prædia ſine ædificijs & aqua, & ipſa in diuerſis diſtantibus locis ſita, ob id pro ædificis & aqua voluerunt recōpenſare ipſum Bernardinum in decem iornatis de pluri. Ideo videbatur dicendum ꝙ iſta recompenſatio fieri debeat de portionibus propriis ipſorum fratrum non de communibus, quia quatenus in communibus partem habet ipſe Beroardinus nulla
1 videtur recompenſatio † cùm ſeipſum recompenſare nemo poſſit de ſuo proprio, ſicut dicimus quòd filia dotata a patre dici non poteſt quando dotatur de bonis proprijs ipſius filiæ.gloſſ. in l.3.§.ſed virum.ff. de minor. Bald.in l.ſcimus, in princip.in 4. quæſtio. C. de inoffici. teſtament. ſic videmus non poſſe legari rem propriam ipſius legatarij. §. ſed ſi rem, inſtitu. deg.ſic res ſua nemini ſeruit. l. vtifrui in princip. ff.ſi vſufruct. præſta. ¶ Secundò fortius videtur facere pro ipſo Bernardino, quia declaratum fuit quomodo & qualiter haberet illas decem iornatas
2 de pluri videlicet quinque pro quolibet. nam † dictio, videlicet, eſt declaratiua præcedētium.c.ex literis, vbi Deci. poſt Aret. in ſexto nota.de probatio.gloſſ. in clementi.cauſam, in verbo videlicet, de electio declarauerunt igitur fratres diuidentes quòd velent capi illas decem iornatas ſuper portionibus Antonij & Franciſci, non ſuper bonis communibus. dum dictum fuit quòd ipſi fratres Antonius & Franciſcus darent quinque iornatas pro quolibet, ſi enim illę decem iornatę caperentur ſuper bonis communibus, falſum eſſet dicere ꝙ darent Antonius & Franciſcus quinque iornatas pro quolibet, & maximè quia illud verbū quolibet ſignificat inſolidum.l.hoc articulo, vbi Bartol.ff.de hæredi. inſt.l. ſi pluribus, in princip.ff.de leg 2. itaque ex illis verbis non obſcurè videtur declaratum ꝙ ipſi Anto. & Franc. debeant dare ſinguli inſolidum quinque iornatas, ergo de portionibus eorum proprijs, non de communibus bonis, quia ſi darent de bonis cōmunibus, inſolidum non darent ſed pro parte tantum cum ipſe Bernardinus etiam partem habeat. ¶ Tertiò ſi velimus dicere ꝙ dictio videlicet, in caſu iſto non ſtet declaratiue ſed limitatiue aut reſtrictiue prout etiam videtur eſſe de natura iſtius dictionis videlicet.l. videlicet. ff. de pactis. l. fi. in fin. C. in quibus cauſ.in integ.reſtit.non eſt neceſſ. Bart.in l. quæſitum.§. ſi quis fundum, col. antepenult. ff. de fundo inſtr. adhuc idem & multo fortius

nam

nam quia potuiſſet intelligi ꝙ decem iornatæ traderentur ſuper
bonis communibus ad tollendum iſtud dubium partes limitauerunt
& reſtrixerunt illud pactum ꝙ non intelligeretur ſuper bonis
communibus, ſed ꝙ quilibet ipſorum fratum Antonij & Frãciſci
inſolidum daret quinque iornatas. ¶ Et licèt iſta fundamenta
videantur vrgentia, mihi tamen non adeo placét fundamenta
iuris ſimpliciter, quin magis arrideant fundamenta æquitatis &
in naturali ratione conſiſtentia. In hac igitur quæſtione puto habendam
eſſe rationem valoris bonorum & portionum adiudicatarum
ſecundum quem valorem verba pacti intelligi debent altero
ex illis modis. puta ſi portiones adiudicatæ Antonio & Franciſco
ſint tanti valoris vt dãdo Bernardino ſuo fratri quinque iornatas
pro quolibet de bonis aut portionibus proprijs, in nullo
remanent læſi, immo æquales fiant, tunc intelligatur pactum ad
præmiſſum modum, id eſt quòd teneantur dare quinque iornatas
pro quolibet de bonis & portionibus proprijs. Per cõtrariũ
ſi ita intelligendo alij fratres remanerent læſi & in damno ita
quòd inſurgeret inæqualitas, tunc intelligatur pactum quod habeat
Bernardinus iornatas decem de pluri ſuper bonis communibus.
In materia enim diuiſionis ad ſciendum aliquid includatur
in aliqua parte vel non, attenditur æſtimatio, quia ſi facta æſtimatione
apparet quòd pars vnius cum illa incluſione non excedit
partem alterius, intelligitur incluſa. Similiter attenditur inter fratres
honeſtas & æqualitas; ideo cenſetur quid incluſum in parte
vnius vel non prout honeſtas vel æqualitas ſuadet. Ita Socin. in
l. j. per illum tex. in quarto no. de rebus dubijs. quod dictum refert
& ſequitur Curt. iun. in conſ. 80. col. 2. Itaque in iſtis decem
iornatis includi debet etiam ius ipſius Bernardini vel nõ, prout
æſtimatio & valor portionum ſingulorum & qualitas vel hone-
3 ſtas ſuadet. ¶ Simile videmus in materia emptionis, nam † ex
quantitate pretij arguitur an aliquid veniat in venditione vel nõ.
gloſſ. not. in l. ſemper in ſtipulationibus, in gloſſ. magna circa
med. ff. de regu. iuris. Alexand. in conſ. 26. lib. 4. ¶ Cõcludo igitur
habendam eſſe rationem æſtimationis bonorum & æqualitatem
ſeruandam inter fratres, & quòd illæ iornatæ decem præſtari
debent ſuper maſſa aut ſubſtantia communi vel de proprijs
portionibus prout dictabit & ſuadebit ratio æqualitatis. ¶ Sed
dicet aliquis, Antonius & Franciſcus ſunt contenti quòd Bernardinus
habeat portionem alterius ipſorum & amplius ſoluere
ſcutos viginti remittente ipſo Bernardino portionem ſuam, nec
vult Bernardinus talem conditionem acceptare. Reſpondeo, ꝙ
non vult acceptare quia non poteſt alienatis bonis pro magna
parte quod ipſum videntes alij fratres obtulerunt eam conditionem
non veriſimiliter oblaturi ſi eius implemẽtum apud ipſum
Bernardinum poſſibile eſſet. Itaque non videtur curandum de
tali oblatione cuius implementum a poteſtate ipſius Bernardini
non dependet. Immo ſi facta æſtimatione portionum appareat
portiones ipſorum Antonij & Franciſci tantum valere vt præſtitis
illis decem iornatis de proprijs portionibus inſolidum, fiat
æqualitas, quod ipſum proponitur in facto, immo amplius quòd
adhuc longè melior erit conditio ipſorum fratrum, ex hoc argui
videtur ſuſpitio contra ipſos fratres facientes oblationem eiuſmodi
quam impoſſibile aut difficile ſit ipſi Bernardino implere.
arg. l. penulti. ff. de iure dotium. vbi quod arguitur dolus contra
eum qui aliquid promittit ſciens ſe ſoluendo non eſſe. Eadem ratione
videtur in dolo eſſe qui ab alio id petit quod fieri aut impoſſibile
aut difficile ſit. Iam magis videtur credendum pluribus
æſtimatoribus expertis in facto alieno q̃ iſtis fratribus in facto
proprio. l. omnibus. ff. de teſtibus. Itaque nõ ſequitur, iſti fratres
faciunt talem oblationem, ergo portiones eorum minus valent.
Sunt enim ſuſpecti poſtquam frater cui fit oblatio, illam implere
non poteſt. Saviliani. 26. Aprilis. 1547.

¶ Aymo Crauetta ex Saviliano. I. V. Doc.

SVMMARIVM.

1 *In legatis fieri poteſt ſubſtitutio vulgaris.*
2 *Ceſſat pœna vbi delictum non eſt.*

CONSILIVM CCCXI.

¶ Pro Antonio Palanchi de Arpeaſco contra Conſtantinum filium
Magdalenæ Palanchæ.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Magdalena
filia quondam Nicolai palanchi de Arpeaſco
marchionatus Saluciarum legauit Bertramo Berteti
eius marito petiam vnam alieni pro faciendis
exequijs, & recordatijs ipſius teſtatricis. & caſu
quo dictus Bertramus non faceret dictas eius
exequias infra ſex menſes poſt deceſſum ipſius teſtatricis, dictũ
legatum reuocauit, illud relinquendo Antonio Palanchi eius cõ
ſanguineo aut fratri patrueli mortuꝰ eſt dictus Bertramus Berteti
in vita teſtatricis, quæritur cui legatum debeatur? ¶ Breuiter puto
ꝙ debeatur legatũ dicto Antonio Palãchi ſubſt tuto caſu quo
Bertramus non faceret exequias, quia legatum relictum Bertramo
factum eſt caducum eo mortuo, viuente teſtatrice, nec tranſmittitur
ad hæredes legatarij: immo debetur ſubſtituto in legato.
l. vnica. §. pro ſecundo, & §. ſin autem aliquid ſub conditione.
C. de cadu. tollen. Pau. de Caſtr. in conſil. 402. Viſis his quæ ſupe-
1 rius. colum. j. lib. 2. nam etiam † in legatis fieri poteſt ſubſtitutio
vulgaris. l. vt hæredibus. ff. de leg. 2. Quæ ſubſtitutio vulgaris facta
in caſum voluntatis vt hic ſi legatarius non faceret exequias
comprehendit caſum impotentiæ caſu quo exequias facere non
poſſet, vt habetur per Bar. & doc. in l. j. ff. de vulg. & in l. cum proponas.
C. de hæredi. inſtitu. ¶ Sed dicet aliquis, præmiſſa concluſio
quòd ſubſtitutio vulgaris facta in legato in caſum voluntatis
comprehendit caſum impotentiæ, non videtur procedere in
tranſlatione legati facta in pœnam quando legatum auſertur
ab vno legatario in eius pœnam, quia aliquid non fecerit, &
transfertur in alium, quia tranſlatio pœnalis ſtrictè videtur interpretanda
vt ſolum procedat in caſu in quo facta eſt: ideo facta
in caſum voluntatis non extenditur ad caſum impotentiæ. text.
eſt in l. pater Seuerinã. ff. de condi. & demon. vbi Bart. no. Bartol.
& doct. in d. l. j. ff. de vulga. Bald. & docto. in d. l. cum proponas,
colum. fina. C. de hæredib. inſtitu. ſed hic legatum al cui ablatum
eſt a Bertramo marito & illud tranſlatuum in Antonium Palanchi
in pœnam ipſius Bertrami non implentis exequias, ergo non
videtur habenda extenſio de caſu voluntatis ad caſum impotentiæ.
¶ Ad iſtud reſpondeo, quòd argumentum procederet
quando legatum poſſet acquiri ipſi legatario & apud eum remanere,
& ageretur de auferendo ab eo & donando alij in pœnam
2 ipſius legatarij non implentis voluntatem teſtatoris 1 † ceſſat
enim pœna vbi delictum non eſt. l. aliud eſt fraus. ff. de verbo. ſignifica.
ſed ceſſat delictum in legatario data impotentia implendi
vt per Bart. in d. l. pater Seuerinam, per Bald. in d. l. cum proponas,
col. ſi. Sed hic non agitur de aliqua tranſlatione pœnali
ex quo legatum acquiri non poteſt legatario propter eius caducitatem
mortuo legatario in vita teſtatricis, ideo agitur & quæritur
cui debeatur, an hæredi, an ei cui relictum eſt caſo quo Bertramus
exequias non faceret. In qua re conſidero, quòd ratio longè
diuerſa eſt an agatur inter ipſos legatarios vtri eorum debeatur,
an vero agatur inter ſecundum legatarium & hæredem poſtquam
primo legatario acquiri non poteſt. nam quando agitur inter
ipſos legatarios non debet auferri vni vt detur alteri ceſſante
delicto & culpa illius a quo aufertur, ſed quando agitur inter legatarium
ſecundum & hæredem potior videtur cauſa ſecundi
legatarij quem teſtator magis voluit habere quàm hæredem,
cum hæredem non vocauerit ad legatum caſu quo primus legatarius
non impleret. iſte enim ſecundus legatarius in effectu dicitur
ſubſtitutus in legato licèt fuerit ſubſtitutus in pœnã primi legatarij.
licèt Ial. in d. l. prima nume. 13. ff. de vulg. & d. l. cum proponas.
col. 3. C. de hæred. inſtit. dicat in d. l. pater Seuerinam, non
agitur de ſubſtitutione ſed de tranſlatione legati facta in pœnam,
tamen Barto. in d. l. pater Seuerinam, dicit ꝙ ibi ſubſtitutio
facta fuit in pœnam. Conſtat autem ꝙ ſubſtituto applicari debet
legatũ quod venit in cauſam caduci quia ſubſtitutus habet pro
ſe voluntatem teſtatoris certam & claram. d. l. vnica. §. pro ſecundo
& §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cadu. tollen. &
pro hoc quod not. Bartol. in l. vxorem. §. hæres. ff. de legat. 3. vbi
quando teſtator priuat hæredem hæreditate ſi moleſtet vxorem
in legatis ſibi factis, nec dicit cui applicari debeat hæreditas dicit
Barto. ꝙ applicari debet ſubſtituto ſi habet, aut cohæredi. ſequitur
Alexand. in conſi. 138. column. fin. lib. 3. ¶ Sed dicet aliquis,
præmiſſa procederent ſi Antonius Palanchi eſſet ſubſtitutus
in iſtum caſum impotentiæ, reſpondeo, ꝙ ſi Antonius Palanchi
expreſſe fuiſſet ſubſtitutus in caſum impotentiæ, non eſſet
opus aliqua determinatione cum res clara per ſe fiat. nam etiam
in caſu Bart. in d. l. vxorem. §. hæres. ff. de leg. tertio, ſubſtitutus

non

non fuerat facta caſu quo hæres moleſtaret vxorem, quia tunc fruſtrà fuiſſet dubitatum cui applicanda eſſet hæreditas, & tamẽ Bart. & doc. dicũt ꝙ applicari debet hæreditas ſubſtituto ſi ſit, & ſic generaliter loquuntur in omni ſubſtituto quomodocunq; ſubſtitutio facta ſit: ratio, quia in ſubſtituto adeſt voluntas teſtatoris magis clara & expreſſa ex quo ſubſtitutus expreſſe vocatus eſt, & eo ceſſante cohæres, quæ ratio cohæredis etiam videtur facere pro ſecundo legatario. Ex quibus concludo in fauorem Antonij Palanchi ſaluo ſaniori iudicio. Sauiliani die 2. Maij. 1547.

Aymo Cranetta a Sauiliano Iuriſconſultus.

S V M M A R I V M.

1 *Patientia de alterius poſſeſſione quando præiudicet.*
2 *Qui poſſidet 30. annos non tenetur reſtituere fructus perceptos quia triennio præſcribuntur.*
3 *Inuentarium factum reſpectu vnius perſonæ non trahitur ad aliam perſonam ſeparatam.*
4 *Additio hæreditatis debet eſſe pura.*
5 *Ius legitimæ tranſmittitur etiam ad hæredes extraneos.*

CONSILIVM CCCXII.

¶ Pro magnificis dominis Aymone & Bonifacio ex Comitibus Plozaſchi & dominis Scalengiarum & Caſtagnoliarum contra magnificum Comitem Fruzaſchi.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. De pluribus quæritur in hac cauſa magnificorũ dñorũ Aymonis & Bonifacij ex Comitib' Plozaſchi & dominis Scalengiarũ & Caſtagnoliarũ cõtra magnific. Comitẽ Fruzaſchi. & primò quia magnificus dominus Antonius Champtonis cãcellarius Subauiæ deceſſit relictis quatuor liberis Ionane, Franciſco, Bernardina & Yolãt, cuius cancellarij hæreditatem ſolus Ioãnes ſenior poſſedit longo tempore ſcientibus & patiẽtibus ipſis Ioan. Franciſco, Bernardina, Yolant, quandiu vixerunt. deceſſit etiã dictus Ioãnes ſenior relicto dño Antonio eius filio & hærede inſtituto eidemq; ſubſtituto ipſo domino Comite Fruzaſchi. Similiter deceſſit dict' dominus Antonius iunior inſtituto eodẽ domino Fruzaſchi qui adiuit hæreditatẽ ipſius domini Antonij cũ beneficio inuentarij. hæreditatẽ autem domini Ioannis ſimpliciter adiuit ex ſubſtitutione fideicõmiſſaria eiuſdẽ domini Ioan. ¶ Modò mater dicti domini Antonij iunioris aut eius hæredes petunt legitimam debitam in bonis filij. opponitur per dominũ Fruzaſchi ꝙ ipſe eſt filius & hæres dictæ dominæ Bernardinæ filiæ domini Antonij Championis cancellarij & ſororis dicti domini Ioannis, & ꝙ Ioannes eius frater inſolidum tenuit bona pertinentia pro parte ad ipſam dominã Bernardinam, quæ tenetur reſtituere & etiam fructus aſcendentes vltra valorẽ proprietatis, quę bona cum fructibus poteſt retinere & ſibi ſatisfacere idẽ dominus Fruzaſchi tanquam hæres cum beneficio inuentarij. Quęritur igitur primò an procedat talis oppoſitio, nam pro domino Fruzaſchi ꝙ ſatisfacere ſibi poſſit multa adducuntur. ¶ † Breui-
1 ter conſidero ꝙ ſi dominus Ioannes & eo mortuo dominus Antonius eius filius poſſederunt bona hæreditaria dicti domini Antonij cancellarij per tempus ſufficiẽs ad præſcribendũ iuri adeũdi idest 30. annorũ ſcientibus & patientibus fratre & ſororibus, talis patientia præiudicat ipſi dominæ Bernardinæ & ſororibus. l. licèt, cum ibi no. per glo. & doc. C. de iure delibe. & præiudicat patientia tanti temporis tam in iure adeundi quàm in iure agendi petitione hæreditatis. Alex. in conſ. 73. col. j. in fin. lib. 5. ¶ Nec obſtat ſi dicatur ꝙ dominus Ioannes nõ potuit præſcribere cum mala fide, quia mala fides non poteſt conſiderari ſi non probetur aditam fuiſſe hæreditatem per fratrem & ſororem patientes bona poſſideri per fratrem. Ita in terminis no. Soci. in conſ. 63. in cauſa vertente inter dominam Catherinam. colum. 4. verſicu. & ſi tunc dicatur. lib. j. vbi rationem aſſignat quia ante aditionem aut immixtionem non poteſt dici ꝙ poſſidens ſciat bona eſſe aliena cum pertineant ad hæredem ante aditam hæreditatem. & idem probat Socin. duabus alijs rationibus de quibus per eũ ibi, vbi etiam pro hoc in terminis adducit authoritatem Anchar. in capi. ſine poſſeſſione, column. 18. de regulis iuris libr. ſexto. ¶ Secundò conſidero ꝙ ſi ſoror Ioannis habuiſſet aliquod negocium cum fratre puta rationes aliquas ſæpius calculaſſent ex cauſa dotium ipſius ſororis aut aliter, in qua calculatione nihil vnquam dictum eſſet de iuribus ſororis in hæreditate paterna: ex hoc cenſeretur ſoror remiſiſſe iura ſibi competentia in hæreditate patris. l. Procula. ff. de probat. vbi Bar. no. gl. & Bart. in l. liberis quos. §. j. ff. de alimen. lega. Rom. in conſi. 517. colum. 4. ante medium verſi. præterea dum quæritur. Alex. in conſil. 56. in fi. lib. 4. ¶ Tertiò conſidero ꝙ præmiſſis ceſſantibus, id eſt quòd dominus
2 † Ioannes non poſſediſſet totam hæreditatem domini Antonij cancellarij per 30. annos & ſic per tempus ſufficiens ad præſcribendum iuri adeundi aut immiſcendi tamen fructus perceptos non teneretur reſtituere, quia fructus præſcribuntur triennio. l. ſequitur. §. fructus, vbi Bar. ff. de vſuc. Bal. in l. j. colum. 2. C. de vſur. & fru. lega. Curt. ſen. in conſi. 72. colum. 4. circa medium, & col. 10. circa med. Ia. in l. ſi me & Titium, colu. 2. ante med. ff. ſi cert. pet. in l. 3. §. Neratius, in 3. nota. ff de acquir. poſſeſſ. & in conſilio 84. colum. 2. poſt med. lib. j. ¶ Nec obſtat ꝙ fructus non potuerunt præſcribi cum mala fide domini Ioannis, quia dico quòd ante aditam hæreditatem per ſororem non poteſt conſiderari mala fides cum bona ad ſororem non pertinerent ante aditionem vt ſupra probatum eſt. Amplius dico ꝙ ſi ſoror adiuiſſet hæreditatem patris & fructus fuiſſent communiter conſumpti ad communem victum illi repeti non poſſent, etiam ꝙ expenſa domini Ioannis eſſet maior quam expenſa ſororis, vt quia dominus Ioãnes haberet maiorem familiam. Bald. & doct. in l. fin. C. de coll. Angel. in l. duobus. §. Titium. ff. de. neg. geſt. Anchara. in conſilio 302. Materia de qua quæritur, in fin. Roman. in conſilio 172. in vlt. dubio. Alexand. in conſilio 49. colum. 5. verſic. 2. probatur. li. j. Socin. in conſil. 4. Deci. in conſil. 66. colum. penult. in 4. dubio & alibi. ſæpe doct. ¶ Et poſito conſumpti non eſſent fructus ad communem victum, tamen ſi ſoror adiuiſſet hæreditatem inſcio fratre, non diceretur frater illos percepiſſe in mala fide, quia ſcire non poterat fructus pertinere ad ſororem antequam ſciret de aditione, ſine qua aditione ad eam fructus pertinere non poterant per ſupradicta. ¶ Quartò principaliter conſidero quòd dominus Fruzaſchi in ſuis poſitionibus poſitione 315. fecit ſe hæredem domini Ioannis Championis eius auunculi ſimpliciter & ſine aliquo beneficio inuentarij virtute ſubſtitutionis fideicommiſſariæ adiectæ in teſtamento eiuſdem domini Ioannis, ideo tanquàm hęres non poteſt allegare turpitudinem defuncti quòd indebitè occupauerit bona aliena & illa detinuerit. l. venditrici. C. de rebus alienis non alienan. l. filios. C. de his quæ in fraudem credi. immo etiam ſucceſſor ſingularis cauſam habens lucratiuam non poteſt allegare turpitudinem ſui autoris. Bald. in conſi. 258. Viſo puncto prædicto. lib. 4. per tex. in l. ſi igitur. ff. pro ſocio. & in l. ſi ſeruus plurium. §. j. ff. de lega. j. ¶ Nec obſtat quòd fecerit dominus Fruzaſchi inuentarium de bonis domini Antonij iunioris filij domini Ioannis quia tale inuentarium prodeſſet quando dominus Fruzaſchi ſolum eſſet hæres domini Ioannis mediate & mediante perſona ipſius domini Antonij tanquam hæres hæredis, iuxta l. fi. C. de hæred. inſti. tunc enim ſicut prodeſt inuentarium reſpectu perſonæ & hæreditatis domini Antonij iunioris ita & reſpectu perſonæ & hæreditatis domini Ioannis, & ita poſſet detrahere debitum a domino Ioanne ſicut ab ipſo domino Antonio. Sed hic dominus Fruzaſchi non dixit ſe hæredem domini Ioannis mediatè, mediante perſona domini Antonij, ſed immediatè virtute ſubſtitutionis fideicommiſſariæ per quam ſuccedit teſtatori nõ hæredi grauato. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. Itaque † inuentarium factum reſpectu vnius
3 perſonæ non trahitur ad aliam perſonã ſeparatam cuius quis eſt hæres immediate & de per ſe, quia actus noſtri voluntarij non extenduntur vltra quàm gerantur. l. j. §. Iulianus. ff. de itinere actuq; priua. Ideo ſi debitor latitet propter vim creditorum tantùm, omnes creditores bona latitantis poſsidere aut ea vendi facere nõ poſſunt, ſed is tantum creditor, cuius cauſa debitor latitat, licèt verũ ſit debitorẽ latitare, quia animus latitantis inſpicitur: & cùm ſolũ latitet reſpectu vnius creditoris, eius voluntas ad alios creditores trahi non debet. l. Fulcinius. §. ꝙ ſi aduerſus, & §. denique. ff. quibus ex cau. in poſſ. eatur. Similiter ſi quis adeat hæreditatẽ ab inteſtato, cum eſſet hæres ex teſtamẽto, non ſit ex tali aditione qa voluntas eius fuit limitata ad cauſam inteſtati, ideo nõ trahitur ad aliã cauſam. & econtra ſi quis adeat ex teſtamẽto cũ ſit hæres ab inteſtato quia voluntas adeuntis inſpicitur & reſtrin-

gitur

gitur ad cauſam ex qua adit. l. ſi. is ad quem. ff. de acq. hæred. Ad idem quod voluntas limitata non extendatur vltra ſuos limites, eſt text. in l. fina. C. ne vxor. pro mari. in. l. voluntarie. C. de execu. tutor. in l. tutori. C. de negoc. geſt. in l. tutores. C. de admi. tuto. & in l. operis non poſitis. ff. de oper. liber. Itaque cum ſeparauerit dominus Fruzaſchi hæreditatem filij ab hæreditate patris & filij quidem adierit hæreditatem cum beneficio inuentarij, hæreditatem autem Ioannis patris ſimpliciter adierit ea alia cauſa quam ex teſtamento non tanquam hæres hæredis, talis voluntas inſpici debet, nec animus facientis inuentarium de hæreditate vnius extendi debet ad hæreditatem alterius, quæ venit diuerſo & ſeparato iure, quia ſeparatorum ſeparata eſt ratio. l. ſi. ff. de calumnia. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. qui fundum. §. ſi fundus. ff. pro emptore. ibi, propriam & ſeparatam conditionem habent. l. inter ſtipulantem. §. ſacram ibi, ſed hæc diſſimilia. ff. de verb. obli. c. cum in illis. §. cum autem. de præben. lib. 6. cum ſimilib. Iſta eſt conſideratio noua in hac materia quod ad me, ideo eam ſubijcio iudicio & determinationi melius ſentientis. ¶ Quintò conſidero quòd dominus Fruzaſchi prætendit dominam Bernardinam eius matrem ſucceſſiſſe fratri eius domino Ioann. Franciſco ac ſorori Volant, ſed non probatur quòd domina Bernardina adierit hæreditatem tranſuerſalium: aditio enim cum ſit quid facti non præſumitur niſi probetur. l. quæcunque. ff. de publicia. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. l. j. C. de mand. princ. cum ſimil. & in terminis aditionis quòd probari debeat, eſt tex. in l. 2. & 3. ff. de interro. actio. in qua. l. tertia dicitur probationem aditionis plerunque difficilem eſſe. tradit Bartol. in l. is poteſt. ff. de acqui. hæred. Bald. in conſilio 272. Factum dicit eſſe tale. colum. fin. & lib. j. & alibi ſæpe. non probata igitur aditione clarum eſt quòd hæreditas tranſuerſalium non adita non tranſmittitur. l. quoniam ſororem. C. de iure delibe. ¶ Nec dicatur quod ſaltem tranſmiſſum fuit ius petendæ reſtitutionis in integrum ex capite ignorantiæ. l. Pãton us ff. de acquir. hæredi. Barto. & Mod. in l. qui duos. ff. de reb. dubi. Alexand. in conſi. 168. colum. fin. lib. 2. quia abunde reſponſum fuit in allegationibus ſuper hoc redditis per alios dominos conſulentes quòd hic nulla prorſus cadit iuſta cauſa ignorantiæ cum ratione coniunctionis ſanguinis tum ex diuturnitate temporis, tum propter præſentiam perſonę, ideo non repeto. Prętereà petenda erat reſtitutio intra quadriennium. l. fin. C. de tempo. in integr. reſti. per Bald. in conſi. 395. Super eo quod quęritur ſi hęditas, ante ſi. l. 5. vbi Bald. quòd peti debet talis reſtitutio licèt hęres poſſideat bona illius hęreditatis non aditę per defunctum. Sed dicet aliquis, immo probatur aditio in domina Bernardina pe quaſdam teſtimoniales, quas non legi, in quibus dicitur contineri quòd ipſa dixit eius viro ſe velle petere bona ad ſe pertinentia. Breuiter videnda eſſent verba teſtimonialium, ſi enim in genere dictum eſſet quòd volebat petere iura ad ſe pertinentia, talia verba tanquam incerta & obſcura nihil probarent. l. non hoc. C. vnde leg. c. in pręſentia, de proba. probatio enim debet eſſe ſpecialis non generalis, quia generalitas parit obſcuritatem ita Gemi. in conſi. 48. col. 5. poſt prin. ¶ Sed poſito verba teſtimonialium eſſent ſpecialia, quia diſiſſet, volo petere bona & iura ad me pertinentia in bonis & hęreditate patris, fratris, & ſororis: adhuc iſta verba non videntur ſufficere ad inducendam aditionem. glo. Bart. & doct. in l. ſerui electione, in prin. ff. de lega. j. Iaſ. in l. j. col. 4. verſi. item aduerte. C. de ſumma Trini. & fide catho. Quod maxime procederet, ſi dixiſſet ſoror, volo & intendo habere bona & hęreditatem talium aut iura ſi qua mihi ſpectãt
4 aut ad me pertinent, quia † aditio debet eſſe pura, non per verba ſuſpenſiua, conditionalia & incerta, cum ſit actus legitimus. l. quod ſi dubitet. ff. de acqui. hęredi. l. actus legitimi. ff. de regul. iur. Ita Ancharan. in conſil. 440. In quęſtione quę vertitur inter egregiam. colum. 2. poſt. med. verſi. item dictam dominam. ¶ Videndum eſt etiam circa iſtas teſtimoniales an fidẽ faciant, an teſtes iurauerint parte vocata & ſeruatis ſeruandis. Secundo principaliter dubitatur an pro legitima aut eius ſupplemento agi potuerit contra dominum Fruzaſchi inſolidum tanquam hæredem domini Antonij in cuius bonis legitima debetur? in hoc dubio pro hac parte domini Fruzaſchi allegatur agi non potuiſſe contra eum inſolidum cum non poſſideat omnia bona hęreditaria, & legitima dicatur quota bonorum. ¶ Sed pręmiſſis non obſtantibus contrarium ſine dubio aliquo eſt de iure verius, quod immo agi poſſit ad legitimam contra ſolum hęredem licèt bona poſſideantur etiam per alios puta legatarios: nam pro legitima aut eius ſupplemento cõpetunt tres actiones condictio ex lege, actio ex teſtamento, & petitio hæreditatis, quòd competat condictio ex lege, eſt tex. in l. ſcimus. & in l. omni modo. C. de inoffi. teſtam. tradit Bald. in repetitio. l. pater filium. colum. 6. ff. eodem titul. & iſta conditio ſolum competit contra hæredem, quia dicitur actio perſonalis: ita in terminis not. Pan. de Caſt in conſ. 204. Super primo dubio. libr. 2. Corne. in conſil. 148. lib. 4.

¶ Quod cõpetat actio ex teſtamento pro legitima aut eius ſupplemento tradit Bald. in l. ſi quis in ſuo verſicu. quæro ergo. C. de inoffi. teſtam. clarum eſt autem quòd actio ex teſtamento dicitur perſonalis & competit contra ſolum hæredem ex teſtamento obligatum. ¶ Quod competat petitio hæreditatis pro legitima aut eius ſupplemento, not. Bald. in d. l. ſi quis in ſuo, verſic. quæro ergo. in l. ſi quis filium. circa med. verſicu. 3. quia ſecundum alios. C. de inoffic. teſtamen. Curt. ſenior in conſ. 13. col. 4. in ſi. Corn. in conſ. 264. col. j. in ſi. lib. j. in conſ. 190. in ſi. ſecundi dubii. li. 2. in cõſi. 148. & in conſ. 579. col. 5. in 2. dub. libr. 4. & iſto caſu adhuc agi poteſt contra ſolum hæredem, immo ſi filius ageret contra legatarios aut tertios poſſeſſores ad legitimam, repelli poſſet, quia legitima capi aut eligi non poteſt in bonis poſſeſſis per tertios niſi loca poſſeſſa per tertios eſſent de melioribus, ut per Dec. in cõſi. 81. in 7. dubio. poſt Alex. & alios in l. in quartam. ff. ad leg. falc. tradit Imo. in conſ. 112. Alex. in conſ. 12. li. 5. Cor. in conſ. 106. col. ſi. lib. 2. & in conſ. 180. in 4. dubio. lib. 4. Crotus in l. filiusfamilias. §. diui. col. 4. ff. de lega. j.

¶ Ex quibus apparet apertiſſime actum eſſe contra ſolum hæredem de quo non eſt dubium quin agi poſſit contra eum ad legitimam: immo dubium eſſet ſi actum eſſet contra tertios, ut ex præmiſſis apparet, & ubi contra tertios ageretur, ipſi haberent regreſſum contra hæredem.

¶ Tertiò principaliter quæritur, an potuerit agi ad legitimam generaliter? & quidem contendit dominus aduocatus partis quod non, ſed quòd agi debuit ad ſupplementum, allegando Iaſ. in d. l. omnimodo. col. 2. uerſic. 3. extende. C. de inoff. teſta. ubi Iaſ. hoc non dicit, & ſi diceret peſſimè loqueretur, tunc enim agendũ eſt ad ſupplementum quàndo quis partem habuit, ſed ubi nihil acceptum eſt nomine legitimæ, neceſſariò agendum eſt ad totã & integram legitimam niſi uelit partem remittere & quitare. & quod dicit Iaſ. ad ſupplementum legitimæ loquitur quando aliquid relictum eſt præſupponendo quod filius aut aſcendens tale relictũ habuerit; tunc. n. ad integram legitimam non poteſt, & quod procedit libellus aut petitio generalis in legitima petendo legitimam ſimpliciter & generaliter, not. Bald. in c. conquerente. col. ſi. poſt Inn. ibi de offi. ordi. quod dictum pro ſingulari refert & ſequitur Iaſ. in rub. ff. ſolu. mat. col. ſi. circa med. verſ. & ultra ſcripta omnium. tradit idem Bal. in l. ſi quis in ſuo. per illum text. ubi Iaſ. in 4. not. C. de inoffic. teſtamen.

¶ Quartò dubitatur an domina Bernardina mater domini Antonii tranſmiſerit ius legitimæ aut eius ſupplementi poſito quod ipſa mater illud nõ agnouerit. Pro parte domini Fruzaſchi dicitur quod non. Sed contrarium ſine dubio eſt de iure uerius ut in termi-
5 nis not. Sal. in l. ſcimus, in prin. in 2. q. C. de inoff. teſta. † ubi quòd tranſmittitur etiam ad hæredes extraneos ſequitur Alex. in conſi. 56. col. 3. & in conſ. 150. col. fin. lib. 2. Dec. in conſ. 81. col. j. circa med. in conſ. 303. in prin. & alibi ſæpe doct.

¶ Quintò quæritur an magnifica domina Barbara agere potuerit ad iſtam legitimam tanquàm hæres ſororis ab inteſtato cum ipſa domina Bernardina fecerit teſtamentum, in quo inſtituit hæredes filios ipſius dominæ Barbaræ? Breuiter partis non intereſt iſtud opponere, quia opponit de iure tertii quod non eſt excluſiuum iuris agentis ipſo iure, ex quo tertius inſtitutus hæres declarauit ſe nolle proſequi ius teſtamenti. Dici enim poteſt contra opponentem Amice quo ad te liberas ædes habeo. l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſerui. uendi. Rurſus, quando ius tertii nõ habet effectum de illo opponi non poteſt. ideo opponi non poteſt emphyteotæ agenti quòd ceciderit a iure ſuo ob canonem non ſolutum niſi dominus declarauerit ſe uelle ius emphyteotæ commiſſum eſſe ſine qua declaratione ius caducitatis effectum non habet. l. 2. cum gl. ff. ſi ager uectig. uel emphyt. pet. Socin. in conſil. 78. col. 2. poſt med. libr. 4. Quid hic dicemus ubi hæres teſtamentarius expreſſe repudiauit? Nec poteſt pars opponere in fraudem id factum eſſe aut quod talis repudiatio fieri non potuerit, quia partis non intereſt, ſed iſtud poſſent opponere legatarii aut alii ius prætendentes ex teſtamento aditam eſſe hæreditatem aut ab inteſtato. ¶ Audiri igitur pars non debet cuius non intereſt. l. prætoris. §. final. l. qui bona. §. qui damni. ff. de damn. infect. l. j. in princ.

princ.ff.quorum appell.non recip.e cum inter prima.de electio. cum ſimilib. immo exceptio, tua non intereſt, impedit litis ingreſſum Bartol.& Alexand.in l.poſthumus.§. ſi quis ea his.ff.de inoffic.teſtam.¶ Sextò dubitatur, nam pars opponit quòd domina Bernardina mater domini Antonij approbauit teſtamentum filij, an ea tali approbatione vbi de ea conſtare poſſet, ipſa mater ſibi præiudicauerit in iure legitimæ? Pars contendit quòd ſic: ſed contrarium videtur de iure verius, quia vt præiudicium fiat in legitima, requiritur expreſſa & ſpecialis renunciatio, quòd promittat quis non petere etiam ratione legimæ: generalis autem approbatio teſtamẽti non trahitur ad ius legitimæ.l.ſi quando.§.& generaliter.C.de inoffic.teſtam.& in terminis approbationis teſtamenti φ non nocet in legitima, tradit Ancha. in conſ. 152.plura ſunt dubia.col.3.verſic.ergo dico.Deci.in conſilio 81. colum.j.in conſi.218.colum.2. & alibi ſæpe. ¶ Non loquor de 7. dubio, an aſcendentes ſuccedant in bonis feudalibus in patria Sabaudiæ, quia conſuetudo eſt generalis. ¶ Ex præmiſſis puto diſſolutas difficultates quæ in medium afferuntur aduerſus intentionem dominorum agentium, in quorum fauorem ita de iure reſcribendum putaui ſaluo ſemper ſaniori iudicio. Sauiliani.13. Maij.1547.

Aymo Crauetta ex Sauiliano I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Allegans ſolutionem tenetur eam probare.*
2 *Qualitas adiecta verbo debet adeſſe ſecundum tempus verbi.*
3 *In tacitis & præſumptis non fit extenſio ſicut in expreſſis.*
4 *Ex actibus difformibus & varijs non poteſt cõſuetudo induci.*
5 *Conditio debet impleri in forma ſpecifica.*

CONSILIVM CCCXIII.

¶ Pro communitate Caballarij maioris contra Illuſtriſſ. dominum Philippum de Sabaodia dominum & Comitem Raconixij conſilium ſubtile & vtiliſſimum ſuper intellectu l.quicunque.C. de apochis pub.lib.10.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Debitor cẽus annoi interpellatur ad ſolutiones præteriti tẽporis: ſic fides de ſolutionibus plurium annorũ, & ibi reperiuntur ſolutiones trium annorum cõtinuorum. Sed de qua debitor interpellatur medio tempore, in vltimo verò tẽpore quo iudiciũ cœptum eſt, non probantur ſolutiones integri triennij, quæritur an debitor præſumatur retro aut in p̃teritũ ſoluiſſe & tempore illius duplicis triennij, & ſic an diſpoſitio l.quicunq;. C.de apoch. pub.li.10.procedat quomodocumque reperiantur ſolutiones factæ per trienniũ cõtinuum ſiue illud trienniũ ſit vltimum aut proximum.de tempore iudicij ſiue intermedium, vt ex tempore illius triennij retro præſumatur ſolutum.¶ Iſte caſus videtur difficilis & ſubtilis, ſuper quo ipſo diutius mecum cogitaui, maxime quia doctores duo non obſcuri dicuntur reſpondiſſe locum eſſe diſpoſitioni d.l.quicunque, quæ generaliter loquitur ſecundum eos, ergo generaliter debet intelligi.vulg.l.de pretio.ff.de publicia.cum ſimil.& quia eadem videtur ratio in ſolutionibus triennalibus intermedij reſpectu præteriti temporis quæ in ſolutionibus vltimi triennij, ergo idem videtur in l.illud. ff.ad legem acquil. cum ſimil. Iam ponamus φ de tempore primi aut ſecundi triennij creditor petijſſet cenſum præteritorum annorum, nonne debitor probando de ſolutionibus vltimi tunc triennij, præſumetur retro ſoluiſſe prout præſumeret nunc ſi probaret ſe ſoluiſſe tribus vltimis annis proximis & continuis? certè ſic, ergo talis præſumptio debet durare ad præſens nec illa videtur extincta aut ſublata per tempus ſubſecutum: immo potius confirmata ex plurimis ſecutis ſolutis ſolutionibus. Iſta ſunt quæ animum meũ in ambiguo & incerto diu tenuerunt, ſed tandem latius conſideranti contrarium verius viſum eſt de iure & æquitate ſequentibus fundamentis.¶ Et primò conſidero φ diſpoſitio. d.l.quicunque, videtur exorbitans a diſpoſitione iuris communis: nam de iure communi l.allegans ſolutionẽ tenetur eam probare.l.quin-
1 quaginta. ff.de prob. Bald.in conſilio 508. Tenor.column.j. poſt med. lib.5. probatio autem debet eſſe clara, certa & neceſſariò concludens.l.hoc.C.vnde legiti.c.in præſentia, vbi latè docto.de probat. ſed non ſequitur, ſoluit quis tribus annis proximis, & cõtinuis, ergo ſemper ſoluit in præteritum. & in terminis ſolutionis φ debeat clarè & concludenter probari, tradit Bald.in conſ. 220.Proponitur φ A.lib.j.vbi ſi teſtes deponant φ creditor dixit debitori.ſum contentus, ex his verbis non probatur de neceſſitate ſolutio, quia iſta verba poſſunt referri ad animum id eſt animo quieſco, aut contentus ſum. ſimiliter ſi creditor in ducentum dicat debitori, debeo a te centum habere, non arguitur ex hoc quòd alia centum fuerint ſoluta, & φ ſit creditor in centum tantum, niſi vtatur creditor verbis taxatiuis quòd centum tantum ſibi debeantur. Bart.in l.ſi cum dos.ff.rerum amota.& in l.ſi quidẽ. C.de tranſact.Alexan.in conſi.14.colum.2. poſt med. lib.2.Hoc ita præſuppoſito, quòd diſpoſitio d.l.quicunque, dicatur exorbitans & multum priuilegiatiua, dico quòd verificari debet qualitas requiſita per ipſam legem, quia qui ſe fundat in iure exorbitanti debet probare omnia quæ continentur in ipſo iure.glo.in clementi.ſi.de reſcript.do.in l.ſi quis maior.C.de tranſac. Corn. in conſ.165.col.j.circa med.lib.3.in conſi.50.colum.j.in con.65. colum.j.in ſi & in conſi.323, col.2.lib.4. & dicit Bald.in conſilio 403. Quòd non ſit ſufficienter.ante fin.lib.5. quòd quotieſcunque receditur a iure communi per ſtatutum in alicuius caſus exiſtentia, ad hoc vt ſtatutum deroget iuri communi, requiritur exiſtentia illius caſus, nec talis exiſtẽtia præſumitur. Ideo ſcribit Romanus in conſi. 163.Conſtitutio. quòd volens gaudere beneficio authen.hoc niſi.C.de ſolutio.tenetur probare omnia in ea requiſita, quia illa diſpoſitio eſt exorbitans extra regulas iuris communis. Immo etiam ceſſante exorbitantia, regula eſt quòd fundans ſe in aliqua lege aut ſtatuto debet probare omnes eius qualitates.l.j.§.ait prætor.ff.ne quid in flum.pub. Ideo fundans ſe in iure nouo tenetur probare qualitates ipſius iuris noui. Cor. in conſilio 175.colum. fina.lib.3. Similiter fundans ſe ſuper cõſuetudine debet probare omnes eius qualitates. Socy.in conſi.111.lib.4. modo illa l.quicunque, requirit quòd quis proferat apochas de ſolutionibus trium annorum cohærentium ſibi.glo.in verbo ſibi exponit id eſt præſenti coniunctioni. & ſic vult text. iuncta glo. φ illa coniunctio ſeu cohærentia trium annorum ſit de præſenti, ergo non ſufficit cohærentia aut coniunctio trium annorum in præteritum. & hoc legendo gloſſ. in verbo ſibi, prout habeo in libro meo, ſed legendo prout legit Lucas de Penna & quidem melius & conſonantius, res videtur non paulò clarior. nam Lucas de Penna legit ſibi, id eſt præſenti cõuentioni, ſecundum quę verba requirit text. φ illi tres anni cohæreant & coniungantur præſenti conuentioni, id eſt præſenti tempori, quo reus conuenitur: quaſi dicat, non ſatis eſſet ſi probaret reus de tribus annis cõiunctis aut cohærentibus in medio tempore aut ante, ſed oportet talem cohærentiam trium annorum eſſe de tempore conuentionis in iudicium. Sed iſtud clarius voluit glo.in d.l.quicunque. in verbo annorum, dum exponit proximorum, ergo excludũtur triennia præcedentia vtcunque cõtinua, coniuncta, aut cohærentia, quia proximi tres anni dicuntur quos alij nulli antecedunt.l. proximus.ff.de verborum ſignific.idem enim eſt dicere trium annorum proximorum φ vltimorum. Ideo Lucas de Penna in d.l. quicunque, ſuper glo.in verſi. annorum. dum gl.dicit proximorum, ipſe Lucas dicit & vltimorum. Itaque licèt in medio inueniantur ſolutiones trium annorum cohærentium, continuorum, & coniunctorum, tales tamen ſolutiones non habent illam efficatiam vt ex eis præſumatur retro ſolutum, quia iſta efficacia tribuitur ſolutionibus trium annorum vltimorum & cohærentium, non qui in medio ſunt. Iſtud idem φ intelligatur tex. de tribus annis vltimis, voluit Alex.in conſi.105.col.j.in fin.lib.3. Cremenſis not.78.Tu ſcis.Ial.in l.ſi certis annis.col.2. verſic. adde ſi-
militer.C.de pactis.& pro hoc facit regula iuris, φ qualitas adie- 2
cta verbo debet adeſſe ſecundum tempus verbi.l. in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa.cum ſimi. itaque dum tex.in d.l.quicunque. facit mentionem de tribus annis cohærentibus, debet intelligi de cohærentia, quæ ſit ſecundum tempus verbi, id eſt de tempore quo diſputari cœptum eſt de ſolutionibus. & cum verba text. glo. & docto. ſint clara, non vlterius videtur dubitandum. l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de lega.3.cum ſimilib.¶ Vniuerſa difficultas conſiſtit in reſpondendo ad contraria: ex quorum confutatione res ipſa clariſſima ni fallor, eluceat. itaque non obſtat quòd diſpoſitio d.l.quicunque, generaliter loquitur, quia negatur, immo loquitur ſpecialiter & conditionaliter, ſi proferantur quitationes aut apochæ trium annorum cohærentium ſibi: quę verba intelliguntur de tribus annis proximis & vltimis, & cohærentibus

rentibus de tempore conuentionis quo res in iudicium aut in diſceptatione deducitur, ſecundum gl. & doc. ubi ſupra. ¶ Non obſtat quòd eadē videtur ratio in tribus annis inter medijs vt abinde retro præſumatur ſolutum quæ in tribus annis vltimis & immediate præcedentibus quis negatur, immo diuerſa eſt ratio.

¶ Primo quia in vltimis annis eſt maior difficultas probandi ſolutiones totius præteriti temporis propter longitudinem antiquitatem & maiorem temporis curſum quam in annis intermedijs. Ideo non ſequitur. voluit lex ſubuenire debitoribus in caſu maioris difficultatis & neceſſitatis, ergo etiam in caſu facilioris probationis & in quo neceſſitas tanta non conſtat.

¶ Secundo diuerſitas rationis ſumitur arguendo a communiter accidentibus. nam in iſtis debitis annuis non ſolent creditores experiri in iudicio niſi poſt longam ceſſationem debitorum in ſoluendo. & in patria Delphinatus vbi frequētiſſimus eſt mos annuorum cenſuum, fere petunt creditores præteriti temporis ſolutiones, quæ ipſa vocant arreragia, per tempus annorum 29. ob id viſum fuit legiſlatori quòd ſi de tempore iudicij oſtendantur ſolutiones trium annorum cohærentium & immediatē præcedentium præſumptio fit pro debitore quòd retro ſemper ſoluerit, niſi probet creditor negatiuam quòd ſolutum non fuerit. ſed ratio iſta ſic præſumendi non militat in tribus annis intermedijs ante petitionem iudicialem cum ſoleant creditores diu tacere in eiuſmodi iuribus annuis maxime valoris non ita magni. Itaque non ſequitur, præſumit lex pro debitore quòd retro ſoluerit probando ſolutionem trium annorum vltimorum, quando creditor cenſum annuum petit, ergo etiam præſumi debet in tribus annis intermedijs antequam creditor peteret, cum ſit maior ratio præſumendi tempore quo creditor petit quam in tempore, quo nihil petitum eſt per ſupradicta. ¶ Alia & tertia diuerſitas rationis, nam quando creditor petit in iudicio & debitor fidem facit de tribus ſolutionibus cōtinuis vltimorum annorum apparet de diligentia & vigilantia, immo (penè dixerim) impatientia creditoris, qui in vno termino peti noluit ceſſationē ſolutionis. ob id lex præſumit quòd ſi noluit creditor expectare ceſſationem duarum ſolutionum ſtatim vocando debitorem ad iudiciū poſt lapſum vnius termini multominus expectaſſet in tot terminis præteritis arguendo de præſenti ad præteritum. l. non eſt neceſſe. ff. de probat. ſed iſta ratio ceſſat in ſolutionibus intermedijs, continuis & cohærentibus quando non apparet quòd creditor debitorem in ius vocauerit: qua vocatione ad iudicium ceſſante non militat ratio præſumptæ diligentiæ creditoris, & paſſus non eſſet ceſſationem in præteritis annis. & ex iſta tertia ratione diuerſitatis puto medullitus declaratam diſpoſitionem d. l. quicunq. & rationem eius finalem explicatam iudicio meo.

¶ Secundo principaliter reſpondeo, poſito & non conceſſo, conſiderari poſſet identitas rationis in triennio intermedio, quæ eſt in triennio vltimo, tamen cum materia ſit exorbitans non fit extenſio. l. ius ſingolare. & l. quod vero contra. ff. de legib. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matr. Bar. & docto. in l. omnes populi. in 5. q. prin. ff. de iuſti. & iur. Socin l. j. §. bonorum. ff. ad Trebell.

¶ Tertio tex. in d. l. quicūque. fundatur in tacito & præſumpto, quia præſumit ſolutiones præteriti temporis ex ſolutionibus triū annorum cohærentium, ſed † in tacitis & præſumptis nō fit ex-
3 tenſio ſicut in expreſſis. gl. in clem. ſæpe, in verbo partibus. circa fi. de verb. ſign. Pau. de Call. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdic. omn. iudic. & in conſ. 334. Viſa appellatione, col. 3. circa med. libr. j. cum ſimil.

¶ Quarto tex. in d. l. quicunque, vt ſtatim dictum eſt, fundatur in præſumptione præſumendo ſolutum in præteritum quando probatur ſolutum in tribus annis cohærentibus & proximis, ſed vna præſumptio alteram tollit. l. non ſolum. ff. de ritu nuptiarum. l. diuus. ff. de in integ. reſtitu. l. j. in fi. C. qui & aduer. quos. l. cum de ætate. ff. de probatio. l. ſi is qui. C. de adulter. c. literas. de præſcrip. c. accedens. de falſis. modo ſi ex ſolutionibus trium annorum intermediorum velis præſumere ad ſolutiones præteriti temporis. reſpondetur quòd ex poſtea ceſſauit debitor a ſoluendo, ita potuit ceſſare in præteritum ante ſolutiones illorum triū annorum, quia ex præſenti arguitur in præteritum. l. non eſt neceſſe. ff. de probatio. & d. l. quicunque. C. de apochis pub. lib. 10. Itaque ſicut ex præſenti arguitur ſolutum in præteritum quando de præſenti reperiuntur ſolutiones ultimi triennij & continui. d. l. quicunque. ita per contrarium quando non reperitur ſolutum in vltimo triennio & continuo, præſumi debet retro aut in præteritum ſemper ſolutum non fuiſſe, licet medio reperiantur ſolutiones trium annorum cohærentium. Illæ enim ſolutiones non operantur ad inducendum præſumptionem pro debitore, poſtquam apparet de alia præſumptione cōtraria ex eo quòd poſtea non ſemper ſoluit, nam ſicut defecit debitor in multis ſolutionibus poſt illas ſolutiones trium annorum, ita potuit defeciſſe etiā ante ipſas ſolutiones. l. nō omnes. §. a Barbaris. ff. de re militari.

4 ¶ Quinto difformitas actuum impedit effectum iuris, † Ideo ex actibus difformibus & varijs non poteſt conſuetudo induci. Bar. in l. 2. circa fin. princ. ff. ſolut. matri. & in l. ſolent. § non uero. col. j. ff. de offi. procon. Floria. in l. quod autem. ff. de ſeruit. urba. prædio. Dec. in l. ſi certis annis. col. fi. C. de pactis. & in conſ. 215. col. 5. uer. 2. hoc idem probatur. modo cum appareat debitorem aliquando ſolui ſſe, & aliquando non, dici non poteſt ꝙ ſit locus diſpoſitioni. d. l. quicunque. C. de apochis pub. lib. 10. quòd ex ſolutionibus unius triennij præſumatur ſemper ſolutum in præteritū ex tempore illius triennij, nam cum vere appareat quòd poſt illud triennium ſemper non ſoluit, datur difformitas temporis & actuum, quia aliquando ſolutum, aliquando non. ſtante autem difformitate, ceſſat præſumptio iuris. & in terminis præſumptionis iuris quòd non cadat in actibus difformibus, notant Iacob. de Are. Cyn. Bal. & doct. in l. j. C. de probatio. glo. 3. in c. per tuas. de condi. appoſi. Calca. conſ. 121. col. pen. in fin.

¶ Sexto conſidero vnum fundamentum iudicio meo efficaciſſimum fundatum in ratione iuris & æquitate, nam vt ſupra dictum eſt, tex. d. l. quicunque. C. de apo. pub. continet ius exorbitans & probari debent omnes qualitates in eo requiſitæ. modo ille tex. loquitur conditionaliter ſi debitor producat aut proferat apochas aut ſecuritates trium annorum cohærentium, ſed debitor hic non profert aliquas apochas aut ſecuritates creditoris trium annorum cohærentium ſed depoſita recuſante creditore pecunias oblatas recipere, ideo ille tex. loquens in apochis, aut ſecuritatibus non debet extendi ad depoſita, etiam quòd eſſet identitas rationis in depoſitis quæ eſt in apochis, quia (vt dixi) in iure exorbitanti & odioſo vbi agitur de præiudicio tertij, non fit extenſio ex identitate rationis. Sed enim dico non eſſe eandem rationem in depoſitis quæ eſt in apochis aut quitationibus creditoris: quod ipſum oſtenditur ratione euidentiſſima. nam apochæ, aut quitationes creditoris habent eius cōſenſum, & voluntatē, & præſumit lex quòd ex quo creditor fecit tres quitationes debitori pro tribus annis cohærentibus & continuis, illas veriſimiliter non feciſſet niſi pro toto exacto aut ante acto tempore ſatisfactum eſſet. argum. l. cum de indebito. ff. de probat. Sed iſta ratio ceſſat in depoſitis in quibus non ſolum non adeſt conſenſus creditoris, immo diſſenſus expreſſus, ſiunt enim depoſita in caſum recuſationis creditoris. Itaque recuſante creditore accipere pecuniam oblatam & depoſitam, non poteſt argui aliquis eius conſenſus in præteritum quòd tacite videatur confeſſus in præteritum quid ſolutum fuiſſe.

¶ Infertur quòd extendere d. l. quicunque, loquentem in apochis ad depoſita, nihil aliud eſt quam arguere in caſibus omnino diuerſis in facto & ratione, ſunt enim contraria conſenſus & diſſenſus, quitatio ſeu receptio ſolutionis & recuſatio pecuniæ oblatæ. ¶ Septimo d. l. quicunque. loquitur conditionaliter ſi apo-
5 chæ aut ſecuritates proferantur. conditio † autem debet impleri in forma ſpecifica. l. qui hæredi. & l. Meuius. ff. de condi. & dem. ſed depoſitum non dicitur apocha aut ſecuritas, ideo qui deponit, ſoluere non dicitur. Bar. in l. item. §. qui paratus. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. Iaſ. in conſ. 216. col. 5. in fi. lib. 2. nec admittitur depoſitum vbi pecuniæ ſolutio eſt in conditione. Goazd. in conſil. 100. col. pen. poſt med.

¶ Octauo illa l. quicunque. non procedit quando creditor reciperet ſolutiones illorum trium annorum tantum, quia tunc ceſſat præſumptio iuris quòd cenſeatur tacite confiteri ſolutū fuiſſe in præteritum, non enim tacite confitetur ſolutum quando expreſſe declarat quòd recipit pecuniam pro illis tribus annis tantum, quia ita dicendo tacite videtur negare de alijs annis. & iſtud voluit gl. in d. l. quicunque. in verbo cautionem. in fi. & ibi Lucas de Penna col. 2. poſt prin.

¶ Quid hic dicemus vbi creditor non ſolum non quitauit pro ſolutionibus trium annorum, ſed etiam expreſſe pecunias accipere recuſauit, nonne hic ſumus in caſu clariſſimo quòd creditor nihil confeſſus eſt expreſſe nec tacite, immo expreſſe negauit omnia recuſando ſolutionem? ¶ Nono d. l. quicunque. procedit in caſu dubio, ſecus in caſu claro quando apparet de negatiua, quòd ſolutiones præteriti temporis habitæ non eſſent, ita cōſtat

ille

ille text.in fi. ſed hic apertiſſime probatur negatiua, quia pars aduerſa produxit ſcripturas ſolutionum aut diſpoſitorum præteriti temporis, in quibus non apparet ſolutum fuiſſe pro omnibus annis, ergo apparet q̃ non pro omnibus annis ſolutum ſit, quia nulla melior probatio negatiuæ quàm per inſpectionem actorum. l. fina. C. de rebus credi. l. Titiæ textores, vbi Iaſ. in 3. not. ff. de leg. j. l. iuſtum. vbi Dec. in 3. not. C. de edendo. ¶ Itaque tex. in d. l. quicunque, procedere poſſet quando ſolum producerẽtur tres ſolutiones medii temporis cohærentes & continuæ, ſed quando plures aliæ ſolutiones præteriti temporis producuntur non cohærentes, tunc dicitur apparere de veritate q̃ non ſemper ſolutum fuerit in præteritum. & pro hoc q̃ ſcribit Paul. de Caſtr. in conſi. 81. In cauſa quæ vertitur inter reuerendum patrem. colum. 3. in fi. lib. 2. vbi licèt præſumatur ſolennitas extrinſeca inſtrumẽti propter antiquitatem temporis, iſtud tamen non procedit quando in inſtrumento enunciantur ſolennitates quæ dicuntur adhibitæ, ex qua enunciatione apparet q̃ non omnes ſolennitates fuerunt obſeruatæ, & ſic magis nocet exprimere ſolennitates adhibitas quàm illas omnino tacere. l. expreſſa. ff. de reg. iuris. nam vbi tacentur, illę præſumuntur propter antiquitatem temporis, ſed vbi exprimuntur, ceſſat præſumptio quia in claris ceſſant coniecturæ. & illud dictum Pau. de Caſt. refert & ſequitur Felin. in c. ſicut, col. 15. verſi. ſeptimo & vltimo declara, de re iud. Deci. in conſi. 13. col. j. in conſi. 31. col. 3. in fi. verſi. ſecundo reſponderi poteſt. & in cap. quoniam contra, col. 20. verſi. ſucceſſiue. Abb. de proba. Iaſ. in l. j. col. 5. in quinta limita. C. qui admitti. & in conſi. 176. col. fin. lib. 2. Curtius Iunior in conſi. 130. colum. fi. in fi. Addo Abb. in conſ. 61. colum. fi. verſi. item antiquitas. lib. j. Veronenſem in conſi. 25. ad finem primi dubii. Alibi ſcribit Bellamera in conſ. 20. col. 10. in princ. q̃ licèt præſumatur titulus ex tempore cuius initii memoria non extat in contrarium, iſtud tamen non procedit quando expreſſe producitur titulus nullus & inualidus. Eodem modo in caſu noſtro ſi ſolum producerentur tres ſolutiones continuæ medii temporis tunc forte poſſet procedere opin. contraria quòd etiam in ſolutionibus medii temporis procedat dicta l. quicunque. quæ tamen opinio mihi non placet. ¶ Sed vbi cum illis tribus ſolutionibus medii temporis producuntur etiam aliæ ſolutiones vlterioris temporis, ex quibus apparet q̃ non pro omnibus annis ſolutum ſit, tunc ceſſarę debet præſumptio. d. l. quicunque, quia ſi in præteritum ad integrum ſolutum eſſet, ita veriſimiliter inuentę eſſent ſolutiones aliorum annorum ſicut eorum de quibus fides facta eſt. Itaque cautius fuiſſet parti ſi ſolum produxiſſet tres ſolutiones continuas medii temporis aliis tacitis & retentis. & dici poteſt parti producta & expreſſa nocent, quæ non expreſſa non nocerent. d. l. expreſſa. quod ipſum vnicum fundamentum videtur reale, ęquum & ſufficiens ad victoriam cauſæ. ¶ Decimo ex præcedentibus & ſequentibus ſumitur declaratio. l. ſi ſeruus plurimum. §. fin. l. qui filiabus. ff. de lega. j. l. penulti. C. de inſtitu. & ſubſtitu. Sumitur enim declaratio a prioribus & a poſterioribus. Bald. in l. domum. colum. j. in fi. C. de rei vendica. Iaſ. in conſilio 315. colum. 3. circa med. libr. 2. & in conſilio 5. colum. 3. in fin. libr. 3. modo arguendo ex præcedentibus, ante illas tres aut quatuor ſolutiones medii temporis continuas plurimæ apparent ſolutiones non cohærentes neque continuæ. Similiter arguendo a ſequentibus poſt illas ſolutiones triũ aut quatuor annorum multæ etiam apparent ſolutiones non continuæ neque cohęrentes, ergo dicendum eſt quòd pro illis tantum annis continue ſolutum fuerit, pro quibus leguntur productæ ſcipturæ ſolutionum aut depoſitorum. ¶ Vndecimo in materia præſumptionum ſemper præſumptio fortior vincit & tollit debiliorem. l. qui autem. §. non ſimpliciter, vbi Ange. ff. ſi quis omiſſa cau. teſtamen. Bald. in l. j. ſiue poſſidetis. circa fi. C. de proba. modo pars aduerſa allegat duas ſolutiones triennales continuas & cohærentes, ſed contra partem adducuntur ſolutiones multo plures non continuæ neque cohærentes, ergo magis capienda eſt præſumptio a maiori numero ſolutionum non cohærentium quàm a modico numero cohærentium ſolutionum: ſicut videmus in vera probatione teſtium q̃ cæteris paribus præferuntur teſtes numero plures. l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſtibus. c. cũ nobis. c. licèt ex quadam, & c. licèt vniuerſis, extra eod. titu. ſemper enim quod plus eſt vincere conſueuit. Bal. in conſi. 380. Tres ſunt caſus. col. 2. circa med. lib. 5. & duo teſtes præferuntur vni cuiuſcunque fuerit dignitatis. Deci. in conſi. 284. col. 3. poſt princi. per tex. in d. c. cum nobis. in d. c. licèt ex quadã. & in d. c. licèt vniuerſis. Quid igitur ſe fundat pars in duobus trienniis continuis quibus ſemper ſolutum ſit, quando oſtenduntur tot aliæ ſolutiones aut tot alia depoſita habentia non modica interualla, quibus ſolutum nihil probatur, & ſemper militat contra partem reg. d. l. expreſſa. Sauiliani. 3. Iunij. 1547. ¶ Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. D. ſub correctione, &c.

SVMMARIVM.

1 *Qui habet ius perpetuum poteſt imponere leges ſubditis.*
2 *Dominus inferior poteſt facere ſtatutum in auxilium prohibitionis ſuperioris.*
3 *Portans arma præſumitur habere malum animum.*
4 *Defenſio non excuſat niſi ſit neceſſaria.*
5 *Antiquitas temporis non minuit peccatum, ſed auget.*

CONSILIVM CCCXIIII.

¶ Pro Magnificis dominis Monaſterolii contra eorum ſubditos an poſſint domini prohibere delationem armorum.

DIVINO ſubſidio ex coi de poſtulato. Illud quęritur, an dominus caſtellanus Monaſterolii potuerit inhibere delationem armorum ſubditis ipſius loci ſub pœnis de quibus in ipſa inhibitione ratione vitandi ſcandali ob homicidium admiſſum in perſonã Iacobi de Palatio die præcedenti: videretur dicendum prima fronte quòd non, iuriſdictio enim caſtellani tota dependet a poteſtate dominorum ipſius loci, quia non poſſunt domini concedere maiorem poteſtatem eorum officiariis quã ipſi habeant. l. traditio. ff. de acqui. rerum domi. regu. nemo plus. ff. de reg. iur. ſed non videtur q̃ domini alicuius loci habeant poteſtatem faciẽdi eiuſmodi inhibitiones aut proclamata inhibitoria, ideo non poteſt dominus alicuius caſtri aut loci inhibere ſubditis ius piſcandi aut venandi. Ioann. Fabri. in §. flumina autem. inſtitu. de rerum diuiſ. Guido Papæ. q. 414. Vtrum barones. refert & ſequitur Deci. in conſilio 271. in princip. & in conſilio 302. colum. 6. nume. 9. Addo Bald. in conſ. 410. Quæritur vtrum dominus. colum. 2. circa fin. lib. 5. ¶ Secundo dicunt ſubditi ſe arma deferre ob cauſam defenſionis & ob militũ incurſiones, quæ defenſio dicĩ de iure naturali nec a ſupremo principe tolli poteſt, vt habetur in l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. & licitum eſt homicidium ex cauſa defenſionis etiam de iure diuino. ſecundo Regum. c. 2. Bald. in conſilio 312. Viſis actis. colum. 2. poſt med. lib. 4. ergo iniuſta videtur prohibitio vnius inferioris per quam defenſionis facultas aufertur. ¶ Tertio allegant ſubditi conſuetudinem antiquiſſimi temporis circa ius deferendi arma per locum Monaſterolii & eius diſtrictum, ideo talis conſuetudo ab inferiore tolli non poteſt. nam conſuetudo dicitur ius ciuile tantum ſeu non ſcriptum, a principe approbatum. §. ex non ſcripto. inſtitu. de iure natu. gen. & ciuili ſed inferior a principe ius ciuile tollere aut ei derogare non poteſt. l. minor autem magiſtratus. ff. de minor. capi. cum inferior. de maior. & obedi. cum ſimilibus. ſolus enim princeps dicitur ſupra ius poſitiuum. & contra illud poteſt diſpenſare de plenitudine poteſtatis. l. princeps. ff. de legibus. l. digna vox. C. eodem titu. cap. ſignificaſti. de electio. cap. j. de tranſacti. cap. propoſuit. de conceſſi. præben. cum ſi. Solus igitur princeps habet poteſtatem tollendi conſuetudinem vel alius habens poteſtatem ſtatuendi contra ius commune, iuxta nota. in l. omnes. populi. ff. de iuſti. & iure. ¶ Sed præmiſſis non obſtantibus contrarium puto de iure verius, quòd immo potuerint domini Monaſterolii aut eorum caſtellanus facere eiuſmodi proclama inhibitorium delationis
1 armorum ſequentibus fundamentis. Et primo, † quia poteſt dominus loci habens ius perpetuum non temporale ſtatuere & ordinare contra eius ſubditos imponendo legem quam vult dummodo nihil faciat ad æmulationem ſuperioris. Bald. in conſilio 359. Veriſſimus eſt. in fi. lib. 2. & poteſt dominus loci ſtatuta condere, dummodo illa non fiant ad priuatam vtilitatem ipſius domini, puta quòd ſubditi vadant ad molendum ad eius molendina aut coquendum ad eius furnum, vel dummodo talia ſtatuta non contineant dolum aut iniquitatem. late Bald. in conſilio 410. Quæritur vtrum dominus. libr. 4. & poteſt dominus alicuius loci etiam ſuperiorem recognoſcens ſtatuta condere præter ius dum-

dummodo illa ſint honeſta & iuſta. Bald. & Seueri. in d.l.omnes Populi.ff.de iuſtit. & iure.Alexand. in l.nemo poteſt,columna j. in fin.ff.de lega.j.Socin. in conſilio 272. colum.5. verſicu.quinto principaliter.lib.2. Ideo poteſt dominus loci ſtatuere circa cauſam damnorum deputando camparios & multa imponendo contra damnum dantes. Deci.in conſi.199. colum.2. poſt medi. Brunus Aſten.in conſilio 101. Similiter poteſt dominus loci ſuperiorem recognoſcens facere ſtatutum ſuper ordine & modo procedendi in cauſis eius curiæ. Ange.in conſilio 316. Ex themate & actis.colum.fi.circa med.Similiter poteſt dominus ex cauſa ſi timeat proditionem inhibere ſubditis ne accedant ad territorium hoſtis ipſius domini. Bald. in conſilio 483. Magnificus dominus.colum.j. Modo prohibitio armorum videtur ſancta iuſta & honeſta, conformis iuri communi vt infra dicemus in ſequenti fundamento. nec pertinet talis prohibitio ad vtilitatem dominorum priuatam ſed publicam vt omnia in quiete & ocio fiant, ergo valida videtur ordinatio vt ne arma circumferantur.

2 ¶ † Secundo, licet inferior dominus nihil poſſit ſtatuere aut ordinare contra ius commune.l formam.C.de offici.præfect.l.nam & magiſtratus.ff.de arbitr.Alexand.in d.l.nemo poteſt,colum.j. ff.de leg.j. in princ.colum.4. ff. quòd quiſque iuris, poteſt tamen dominus loci inferior facere ſtatutum in auxilium prohibitionis ſuperioris apponendo pœnam aut mulctam prohibitioni ſuperioris.gloſſ.in clementi.ne Romani.in verbo tolli.& ibi Cardi.q. 3.de electio.Mod.in c.quod ſuper his, de maior. & obe. Deci.in d.conſil.199.colum.3.in princ.Addo Feder.de Senis in conſi.182. ſtatuto epiſcopi. in fi. vbi quòd epiſcopus conſtitutionibus ſuis pœnalibus poteſt ius commune iuuare pœna etiam in iure non expreſſa, allegat Hoſt. in cap. fin. de offi. archipresby. & tamen non poteſt epiſcopus ſtatuere contra ius commune. Ex qua concluſione in terminis videtur decidi tota difficultas præſentis cõſultationis, nam vſus armorum de iure communi prohibetur. C. vt armorum vſus. in rubro & nigro. lib.11.in Auc.de armis. Bart. in l.j.ff.ad legem Iul. de vi pub. quod maxime procedit in ruſticis.c.j. §.ſi quis ruſticus. de pace tenent.in vſibus fe. vbi ruſticus arma ferens, vel arma perdit, vel ſolidos viginti ſoluit nomine pœnæ ad iudicis electionem. Itaque domini Monaſterolii interdicendo delationem armorum nihil ipſi videntur de nouo feciſſe, ſed tantum legis præceptum exequi. Actus enim non attribuitur exequenti, ſed mandanti aut conſtituenti.l.item eorum. §. ſi decuriones.ff.quod cuiuſque vniuer.nomin. Bart.in l.vnum ex familia. §.ſi de falcidia. ff. de leg.2. vbi ſi conſilium generale dat poteſtatem prioribus nominandi aut eligendi poteſtatem, dicitur poteſtas electus a conſilio mandante non a prioribus mandatum exequentibus. qui enim factum alterius exequitur aut declarat, nihil dicitur noui facere c.literis.de reſcrip.c.nouit, de appella. Ideo ſi hæres vendit rem ex mandato teſtatoris, dicitur emptor rem habere ex vltima voluntate & ab ipſo teſtatore: non ex venditione hæredis.l.ſi hæres.ff.de actio.emptio. Itaque ſubditi cõquerentes aduerſus dominos interdicentes armorum vſum magis videntur lamentari de lege prohibente quam de ipſis dominis legis inhibitionem exequentibus. ¶ Tertio cõſidero quod non ſolum potuerunt domini Monaſterolii eiuſmodi inhibitionem pœnalem facere per ſupradicta, ſed etiam ad eam faciendum tenebantur, nam tenentur domini ſubditis vt iuſtitiam faciant. Bal.in d. conſi.483. Magnificus dominus, col.2.lib.j. argu. text. in c.j.de forma fideli. dicitur enim dominus pater ſubditorum.l.ſi in fi C.de debito. ciui.lib.11. Guido Papæ quæſtio.641. colum.8. verſi. quinimmo homines. pater autem tenetur ad inſtructionem & caſtigationem liberorum. Regum.c.3. In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli omnia quæ locutus ſum ſuper domum eius, incipiam & complebo. prædixi enim ei quod iudicaturus eſſem domum eius in æternum propter iniquitatem, eo quod nouerat indigne agere filios ſuos, & non corripuerit eos &c. ſequẽ. exponitur plaga magna, qua Heli correptus a domino. Idem in principe qui debet ſubditos corrigere, alias ſanguis eorum de manu eius requiritur.c. irrefragabili. de offic. ordi. nec excuſatur paſtor ſi lupus oues comedit ipſo paſtore neſcio. Ezechiel.c. 34.cap. quamuis de regu.iuris. Ideo negligens in puniendo delinquentem quem corrigere poteſt, dicitur fautor eius & particeps criminis.c.quanto.de ſent.excom.c. nec regiminis.j. quæſt. 7.c.negligere.2. quæſtio.7.& c. error. 23. diſt.cap. ſicut dignum de homicid.c.dilecto, de ſenten.excom.lib.6.reg. culpa caret.ff. de regu.iur.a contrario ſenſu. ¶ Et in domino loci videmus ꝙ tenetur deputare cuſtodes ne damna dentur in bonis ſubditorum. Ange.in l.ne quid.ff.de incen.rui. nau.per tex.in l.j.C.de litto.& itinerum cuſto.lib.12.ſequitur Alexand.in conſilio 88. columna fina.lib.5. ſi dominus caſtri tenetur cauere ne dentur damna in prædiis, quanto magis teneri debet vt curet ne offendantur perſonæ, per viam prohibitionis armorum. Etenim ratio prohibendi arma non alia fuit, niſi vt malo obuiam eatur. Ideo dicunt do-

3 cto.† quòd portans arma præſumitur habere malum animum. gloſſ. in c.j.§. ſi quis ruſticus, in verbo mercator.de pace tenen. Alex.in d.l.j.ff.ad legem Iul.de vi pub. in addi.ad Bar. & in conſ. 103.colum.3.ante med.verſicu.pro eo facit.lib.3. Veronen.in cõſil.2.col.2.verſi.quinta coniectura.Iaſ.§.ex maleficiis,col.13.nu. 81.inſtitu.de actio.itaque male videntur ſubditi conqueri in dominos illud facientes ad quod ipſum iure tenentur. Amplius dico quod dominus negligens in puniendo ſubditum priuatur iure ſuo & dominio directo, quod habet in bonis ſubditi.c.ad abolendum.de hæret.Ioan.Fabri. in aue. bona damnatorum.q.pen. C.de bonis.damnato.Feli.in c.excommunicamus. col.2. verſic. nos.ibi, ſaluo.iure, &c. de hæreti. & maxime prohibenda erat delatio armorum ſtante homicidio admiſſo in die præcedenti iuxta illud, præteriti ratio ſcire futura facit. Ideo enim dat natura prudentiam hominibus vt futura proſpiciant.Bal. in conſi. 182. Locata fuit.col.2. in fi.lib.j. per text.in l.ſi quis domum. §.pen.ff. locati. Debuerunt enim domini Monaſterolii proſpicere ꝙ alia etiam homicidia ſequi poſtent aut vulnera & rixæ, ſi armorum vſus prætetea toleratus fieret, quia ex præterito præſumitur de futurum.c.mandata.& c.ſcribam.de præſumptio.& pro dominis tex.ille diuinus in l.æquiſſimum.ff.de vſufruct.cur enim (inquit Iulianus) ad arma & rixam procedere patiatur prętor, quos poteſt iuriſdictione ſua compeſcere? Amplius ratione vitandę diſcordiæ non ſolum poſſet iudex prohibere delationem armorum, ſed etiam poſſet præcipere & prohibere partibus ſe inuicem perſequentibus ne vna tranſeat ante domum aut portam alterius. Bart. & doc.in l. quod iuſſit. ſuper glo.prima vbi Iaſ.col. 4.circa medium.ff.de re iudica. Ex præmiſſis abunde ſatis videtur iuſtificata intentio dominorum Monaſterolii. ſolum supereſt ad contraria reſpondere, ex quorum diſſolutione quæſtio ipſa ſplendidior fiat. Itaque non obſtat primum argumentum ꝙ dominus loci aut caſtri non poteſt prohibere ius piſcandi aut venandi, quia ius piſcandi in mari aut in fluminibus cuilibet liberum eſt de iure gentium.l.nemo igitur.ff.de rerum diuiſ.§.flumina autem, inſtit. eod.titu. & iure naturali piſces efficiuntur capientium.l.j.§.fi.ff. de acqui.rerum domi. idem in iure venandi, quod cuilibet liberum eſt de iure gentium.l.j.2. & 3.ff.de acquiren.rerum domi.& æquiparantur ius piſcandi & venandi.l.item ſi fundi.§.aucupiorum quoque.ff.de vſufruct.nimirum ſi dominus vnius loci aut caſtri tale ius piſcandi & venandi prohibere non poteſt, quia etiam princeps non poteſt tollere aut prohibere ea quæ competunt de iure gentium.Bar. & docto.in l.fina.C. ſi contra ius vel vtilita. publi. ¶ Et in terminis quod non poſſit princeps prohibere ius piſcationis aut venationis, tradit Dec.in conſi.197.colum.2.Iaſ.in conſi.119.libr.4 poſt Doct. canoniſtas in cap.non eſt, de decimis. Bene fateor, quod ſi qui redditus ex iure piſcandi aut venandi percipiantur puta ex præſcriptione temporis antiquiſſimi aut aliter, tales redditus annumerantur inter regalia & principi ſoli competunt aut alij domino habenti iura regalia. Aluaro. in cap.j. colum.4.in titu. quæ ſint regal. Deci.in conſi.197.column.fina.poſt princip. Secus autem eſt in iure portationis armorum, quod ipſum ius non dicitur de iure gentium nec cuilibet liberum eſt, immo expreſſe prohibitum de iure ciuili vt ſupra viſum eſt: Immo etiam iure diuino prohibita arma videntur Pſal.67. Diſſipa gentes quæ bella volunt. Ideo cum vſus armorum prohibitus ſit de iure, potuerunt & poſſunt domini Monaſterolii talem iuris prohibitionem exequi etiam pœnas apponendo vbi a iure appoſitæ non eſſent vt ſupra oſtendimus. Itaque non valet argumentum da iure piſcandi & venandi ad ius ferendi arma, quia eſſet arguere a caſibus omnino diuerſis habentibus rationem omnino diuerſam & ſeparatam contra l. ſi.ff.de calumnia.l.Papinianus cauſ.ff.de minor.l.naturaliter.§. nihil commune.ff. de acquiren. poſſeſſ.cum ſimilib. ¶ Secundo reſpondeo, poſito & non conceſſo, vſus armorum permiſſus dici poſſet de iure aut conſuetudine, tamen etiam inferior ex cauſa poteſt ſtatuere contra ius.l.ſi hominem.ff.mandati.vbi Bar.& idem Bartol.in l.ambitioſa.column.2. in fin.ff.de decre.ab ordi. facien.Alexand.in dicta l.nemo poteſt.colum. ſecunda.ff.de leg. primo. Iaſ.in dicta l. omnes populi.in fin. & in repe. columna 2.

in l.j.colum.j.C.de precibus imper.offer.Similiter ex cauſa valet ſtatutum in præiudicium ſingularium perſonarum,vt per Iaſ. in l.j.col.2.ff.de legibus.Cauſa autem euidens,& neceſſaria fuit ad vitandum ſcandalum ob homicidium admiſſum die præcedenti.Conſtat autem recedi a diſpoſitione iuris ratione vitandi ſcandali.c.quoniam.de iure patro.glo.penul.ca.2. de ope.noui nuo.& ratione vitandi ſcandali abſoluitur quis a iuramento & licito.Oldra.io conſi.95.col.pen.in fi.per tex.in ca. authoritate. 25.quæſt.6.¶Negatur tamen ius eſſe deferendi arma ex conſuetudine,quia talis conſuetudo ſæpius interrupta eſt & interrumpitur per principem armorum vſum pro temporum qualitate prohibentem,ideo de tali conſuetudine interrupta curandum non eſt glo.in l.nemo.§.temporalis ff.de reg.iur. cum ſim.ut per Alexan.in conſi.173.col.fi.lib.6.¶Non obſtat ſecundum argumentum,quod licita ſit delatio armorum ex cauſa defenſionis, quia iſtud procederet probata cauſa defenſionis puta ſi probetur inimicitia capitalis cum aliquibus perſequentibus, nam allegans defenſionem tenetur eam probare,vt late habetur in d.l. vt vim ff.de iuſt.& iure.¶Secundò reſpondeo,quod ratio defenſionis allegari non poteſt reſpectu hominum & habitantium in loco Monaſterolij quia prohibitio ferendi eſt generalis omnes reſpiciẽs, ideo ceſſantibus armis nihil eſt quod alter ab altero metuat.nã ſublatis armis tollitur cauſa offendendi,& in cõſequentiam ceſſat neceſſitas defendendi,radice enim præciſa,omnia corruunt, & omnes effectus ab ea prouenientes.l.ſi duo.§.idem Iulianus. ff.de iureiurã.l.nam origo.ff.quod vi aut clam.l.fi.C.de nuptiis. cum ſimil.Ea qua reſponſione retorquetur argumentum contra partem cum talis prohibitio delationis armorum fiat in odium impiorum & perſequentium alios ut cautum & proſpectum ſit bonis ocium deſiderantibus,vt ne eos oporteat arma capere ob cauſam defenſionis.¶Infertur etiam ex hac reſponſione ſuſpitionem eſſe contra partem ſe opponentem aduerſus talem prohibitionem delationis armorum,quia vt ſupra dictum eſt, præſumitur malus animus contra arma deferentem,ergo multo fortius contra ſe opponentes ne ceſſet armorum delatio.¶Tertiò reſpondeo,poſito & non conceſſo,conſiderari poſſet aliqua cauſa defenſionis,illa pertineret ad aliquos particulares tantum odia capitalia exercentes aut ſuſtinentes,in quibus defendendi neceſſitas conſiderari poſſit.¶Sed hic non particulares ſe oppoſuerunt,ſed ipſa communitas in qua ipſa ius defenſionis conſiderari non poteſt ob odium particularium,immo potius damnũ offenſionis totius reipublicæ, ſi armorum vſus paſſim permiſſus ſit,ex quo quies publica perturbetur.Itaque ad officium cõmunitatis pertinebat viſo homicidio,& odiis cœptis ad dominos adire & eos ipſos rogare,armorum vſum vt inter dicerent, non etiam aduerſus tale interdictum ſe opponere.neque videbatur recipienda appellatio communitatis cuius intereſſe nõ uidebatur.l.j.in fi.ff.quorum appel.non recip. Communitatis enim intereſſe non videtur circa armorum delationem niſi incumbat hoſtis publicus totius loci iacturam & interitum captãs:quo ipſo tamen caſu non quæuis loca ſe defendunt,ſed quæ munita ſũt & fortia ad hoſtem propulſandum,cęterum locus Monaſterolij non is eſt,qui ad defenſionem irruentis inimici audeat cogitare.¶Argui igitur poteſt a ſufficienti partiũ enumeratione, Aut vult communitas Monaſterolij ſe opponere prohibitioni armorum ex cauſa tangente publicam vtilitatem,& oppoſitio eſt euidẽter friuola,& patiens retorcutionem,immo plena admirationis ſi audeat communitas adeo tenuis publice bellum agere aut ſuſtinere.Aut ſe opponit ob cauſam aliquorum particulariũ, & ſua non intereſt,ſed cauſam agant ipſi particulares qui ſua intereſſe putant,immo cõmunitatis tunc magis intereſt armorum vſum interdictum eſſe,ad quem modum occaſio ceſſat diſcordiæ,& rixę.Bene poſſet intereſſe communitatis quando dominis ius non eſſet ita prohibendi,& vellent eos ad ſubiectionem aſtringere contra ius.Non obſtat cauſa incurſionis militũ, quia talis cauſa potius cederet damno ipſius communitatis, arguendo a communiter accidentibus,iuxta glo.in l.neque natales.C.de probatio. Etenim ſi armorum delatio permiſſa ſit ob militum incurſiones,nihil aliud quam loci totius pernicies deſideratur. Siquidem non ſuſtinet ſuperior ius aliquod ſibi dicere propria authoritate,& quid futurum cenſet communitas Monaſterolii,ſi pro damno aliquo militum aut famulantium eiſdem mors aut vulnera inferantur,an non totus locus in diſcrimẽ adducitur,quod ipſum ſatis probatum ſit ſolo experimento,& effectu. Ruſſus per tempus induciarum aut pacis,& ſub principe iuſtitiæ ſtudioſiſſimo cum ceſſent querelæ militum,& inſolentium,ceſſare oportet & cauſa defenſionis. Iam cum cauſam defenſionis probare appellantes oporteat per ſupradicta,probãdę erant inſolentiæ militum aut eorum ĩcurſiones ex quibus geſtatio armorum neceſſaria comprobetur,non etiam ſufficit allegare cauſam defenſionis,alioquin nunquam prohiberi poſſet armorum vſus ſi quidem nunquam non allegaretur eorum neceſſitas.¶Non obſt.quod dicitur de inſolentia familiarum familiæ dominorum, quia adeundus eſt ſuperior dominos caſtigans ſi ſubditos male tractent aut inquietari permittant ab eorum familia.Præterea talis inſolentia non pertinet ad totam communitatem.Recurrant particulares quorum intereſt ad ſuperiorẽ,cũ non de futura ſit prouiſio aut per viam cautionis de nõ offendẽdo aut p viã licentiæ deferendi arma ob cauſam defenſionis.Cæterum non debebat tota uniuerſitas ſe opponere,quaſi odiũ capitale exerceatur cõtra oẽs,& ſingulos de vniuerſitate, & quaſi eo modo bellũ in loco cõmoueri oporteat. In qua re conſidero ꝙ defenſio non excuſat niſi ſit neceſſaria.Bal.in l.data opera.C. qui accu.non poſſ.late ſcriben.in d.l.ut vim.ff.de iuſti.& iure, ſed non ſequitur,aliqui ſubditi alias fuerunt inſultati,ergo eos oportet omni tempore arma ferre,vt ſe defendant,quia,vt dixi, poſt inſultum potuerunt,& poſſunt ſibi prouidere alia via quàm armorum.i.per viam cautionis de non offendendo,aut aliter adeundo ſuperiorem,quo ipſo remedio cum uſi non fuerint,ſed elegerint,& eligant arma circum ferre in dolo arguuntur,nam præſumitur dolus cõtra eos qui non utuntur iuris remediis opportunis.l.ſi procuratorem.§.ſi ignorantes.ff.mandati.l.fi.§.illud ſũma ope.C.de temp.appe.quæ iura ad hoc citat Bal.in conſi.395. Pro domino Dinaldo.col.2.lib.2.& maximè hic cadit ſuſpitio doli quia vt dictum eſt animus malus præſumitur in deferente arma,& ſi iſta excuſatio ſubditorum admittatur,ſequeretur ꝙ armorũ delatio nunquam poſſet prohiberi,nam ſemper dicitur conſtare odia capitalia,ſi alias inſultatio facta eſt,immo factum inſultationis cauſa præſtat ita prohibendi ne veniatur ad arma, & præmiſſa reſpõſio vrgentiſſime cõprobatur p tex.in d.l.æquiſſimum.ff.de vſuſru.¶Non obſt tertium argumentum fundatum ſuper aſſerta cõſuetudine armis deferendi,quia rñdeo qđ prohibetur armorũ vſus ob cauſam publicæ vtilitatis,vt ne quies publica perturbetur,neve cædes ſequantur & vulnera,ſed diſſidia ceſſent,& rixæ,quo caſu non valet conſuetudo contra talem prohibitionem tanquam præſtans materiam delinquendi.l.conuenire.ff.de pactis dotal.c.ex parte,& c.fi.de conſuetu.c.nos cõſuetudinem.12.diſt.c.flagitia.32.q.7. Calde.in conſi.j.in titu.de regular. Bellamera in c.Romana.in prin.col.4.poſt med.& col.6. circa fi.de foro compe.lib.6.Roma.in conſi.90.in fi.nec dicitur iſta cõſuetudo,ſed corruptela perniciosa c.mala.8.diſt.Idem in lege aut ſtatuto dante materiam delinquendi quod non valet l.cum lex,ubi Bar.& Bald.ff.de legib.cum ſi.ut p Iaſ.in l.ait prætor.la j.in prin.in 3.no.ff.de iureiu.in l.ſi vnus.§.illud nulla.ff.de pac.nec poteſt ſtatutum delinquentibus fauorabile a principe confirmari tanquam odioſum legi,& naturæ & ſacris moribus Bal.in c.ad noſtrã,de pbatio.quod Bal.dictum pro egregio cõmendat Iaſ.in l.centeſimis.§.j.col.pen.circa fi ff.de verb.obl.& iniuria id genus cumulari poſſent ad tædium.¶Nec iuuari põt conſuetudo nutritiua peccati ex lapſu tẽporis antiquiſſimꝰ, cu-
5 ius initij memoria non extat in contrarium,† quia antiquitas tẽporis peccatum nõ minuit,ſed auget.c.cum tanto,in prin.de cõſuetu.ad idem tex.in c.j.de conſuetu.lib.6. quem tex. ita declarat Cur.Iunior in conſi.48.col.5.verſi.eſt verum quod reperitur. & quod mala conſuetudo tempore non firmetur, eſt tex.in §.j. Authen.vt nulli iudi.ſimile videmus in lege iniuſta,quæ nõ præſcribitur aliquo tpe,quia lapſus temporis legẽ iniuſtam non validat.glo.in c.inter cætera.16.q.3.videmus ẽt quod antiqua poſſeſſio non iuuat poſſeſſorem beneficij ſine titulo valido ne detur occaſio intruſionis.c.dilecto.de præbeo.c.3.de inſtituto.c.j. de reg.iur.lib.6.Cald.in conſi.9.in tit.de rerum permuta.Iã nemo negabit non valere ſtatutũ aut conſuetudinem quod delicta non puniant,ideo nõ valet ſtatutũ ꝙ calumniator non puniatur. Bal.in l.q crimẽ.C.qui accu.non poſſ.Immo nõ valet ſtatutũ minuens pœnã,puta qđ pro homicidio puniaẽ quis pecuniariter. doc.in c.fi.de conſue.Dec.in c.cognoſcentes.de cõſtitu.Ergo ẽt valere non poteſt cõſuetudo impunitiua eius p quod ad delictũ peruenitur,& ſic qua ratione delictum homicidij, & vulnerum permitti impune non poteſt,eadem ratione permitti non poteſt delatio armorum,per quæ ad homicidia & vulnera peruenitur.

l.oratio.ff. de ſponſal. Ideo ſicut non valet ſtatutum aut conſue-
tudo quod calumniator non puniatur, ita non ualet conſuetu-
do ꝙ aduocatus non teneatur iurare de calumnia, quia per talē
conſuetudinem daretur occaſio delinquendi, & calumniādi. ita
Bellamera in d.c. Romana, in prin. colum. 4 poſt medium de fo
ro competen. lib. 6. Nec dicatur, quòd talis conſuetudo ſiue bo-
na ſiue mala, ſatis eſt quòd a principe toleratur ob id ab infe-
riore tolli non poteſt, quia dico, prout iam dixi, quod immo ſæ-
pius interrupta eſt, & interrumpitur talis conſuetu. a principe ſe
cundum temporis conditionem. Secundò reſpondeo ꝙ conſue
tudo dicitur ſtricti iuris, & reſtringitur ad ſuos terminos. l. j. §. Iu
lianus ubi Barto. ff. de itinere actuq; priua. Moder. in l. de quibus,
ff. de legibus. Ideo conſuetudo deferendi arma. vbi efficax dici
poſſet, reſtringi deberet ad limites patientiæ dominorum, non
ſubſiſtente aliquo timore ſcandali, non etiam extendi debet ad
caſum quo domini ea cauſa vitandi ſcandali propter homicidiū
recens armorum delationem prohiberent. ¶ Non obſtant, & ꝙ
domini Monaſterolij olim tollerauerint delationem armorum
in ſubditis, quia talis tollerantia nō prodeſt qñ per eā occaſio pſ-
ſtatur delinquendi: nam quando docto. dicunt non ualere cōſue
tudinem per quam datur materia delinquendi, neceſſariò præ-
ſupponunt tolerantiam eorum ſine quibus cōſuetudo induci nō
poteſt, & tamen concludunt conſuetudinē non valere, & ſi prin
ceps non poteſt expreſſe condere legem iniquam per quam oc-
caſio datur delinquendi, multo minus dominus caſtri inferior
poterit conſentire conſuetudini nutritiuæ peccati & iniuſtitiæ.

¶ Secundò reſpondeo quod multa per patientiam tollerantur
quę ſi deducta fuerint in iudicium iuſtitia exiſtente tollerari non
debent. c. cum iam dudum de præben. Oldra. in conſil. 14. Cum
quæritur. colum. fin. Rota deciſ. 840. Vtrum valeat conſuetudo,
in antiquis.

¶ Poſtremò conſidero quòd ſi non poſſit dominus inhibere
ſubditis delationem armorum, ligari quodammodo uidentur
manus ſuperioris ne iuſtitiam reddat, ius enim conſiſtit in prohi
bendo. l. legis virtus. ff. de legibus, ſed non ualet conſuetudo p
quam ligantur manus ſuperioris. Rota deciſ. 113. Nota quòd
non valet. in antiq.

¶ Sed dicet aliquis, ergo ſubditi Monaſterolij armis perpetuo
abſtinebunt, quæ ipſa tollerat ſuperior. reſpondeo ꝙ ceſſante ti-
more ſcandali pace compoſita inter rixantes, vel cautione præ-
ſtita de non offendendo ab utraque parte, inſtare poterant ſub-
diti apud dominos circa ſublationem prohibitionis, aut alias ad
ſuperiorem adire, ceterū talis appellatio ita ſimplex iuriſdictio-
nem dominorum nimium uiſa eſt lædere.

¶ Circa aſſertum grauamen, quod iudex non poterit neque de
buerit declarare pœnam 20. ſolidorum de qua in d. § ſi quis ru-
ſticus, de pace tenen. intelligi de 20. aureis, & quod id lege ali-
qua cautū non reperitur, non vř laborandū, quia immo videtur
cautum per tex. in §. fi. inſtit. de pœna temere litigan. iuncto text.
in l. ſi libertus & in l. fi. ff. de in ius vocan. Ex quibus iuribus ſimul
iunctis probatur ꝙ ſolidus & aureus in iure pro eodem accipiū
tur, ut declarat glo. in d. §. fi. & glo. in l. quicunque, in glo. 2. C. de
ſeruis fugiti. cum ſim. vt per Iaſ. in d. l. fi. ff. de in ius vocan. & di-
cit Barto. in l. quotieſcunque. C. de ſulceptor. & archa. lib. 10. ꝙ
ibi dictio ſolidus profertur a iure, intelligitur de aureo ſolido,
ſed vbi profertur ab homine intelligitur ſecundum conſuetudi-
nem regionis de ſolido minuto paruæ monetę. Sauiliani 13. Iu-
nij 1547. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. doc. Sub correctione.

SVMMARIVM.

1 *Deſiſtens ab vſu inſtrumenti falſi poſt productionē nō tenetur.*
2 *Incertitudo rei quid aliquando poſſit operari.*
3 *In re non deciſa a legibus ciuilibus creditur iuri canonico.*

CONSILIVM CCCXV.

¶ Pro Franciſco Hoſpitalerii de Caſtiglolis contra procuratorē
curię eiuſdem loci.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Frāciſcus
Hoſpitalarij de Caſtiglolis Marchionatus Salu-
ciarum produxit inſtrumentum quoddam qui-
tationis in iudicio contra quoſdam de Roſana
creditores Blaſij Hoſpitalerii fratris ipſius Fran
ciſci. quoſtquam productio venit ad notitiam
ipſius producentis illud inſtrumentum eſſe falſum, ob id ab vſu
eius abſtinuit. Quęritur, an de falſo teneatur poſtquam abſti-
nuit ab vſu?

¶ Videretur dicendum quòd ſic, quia ubi opponitur utēti fal
ſo inſtrumento quòd ipſe vtens illud fabricauit aut fabricari fe
cit, non euitat pœnam falſi abſtinendo ab vſu. l. ſi falſos. C. de fal
ſis. modo nos habemus, vt quòd vtēns falſo inſtrumento præſu-
mitur illud fieri feciſſe niſi nominet aut oſtendat autorem. Iaco.
Butr. & Bald. in l. maiorem C. de falſis. per tex. in l. iubemus. C. de
proba. quod dictum pro notando refert, & ſequitur. Alexan. in
conſi. 77. colum. 2. verſicu. ſextum iudicium. lib. 3. Iaſ. in conſil.
168. colum. 2. poſt medium lib. 4. Itaque ſi præſumitur producēs
inſtrumentum illud fieri feciſſe, ergo abſtinentia ab vſu non ex-
cuſat per d. l. ſi falſos.

¶ Sed præmiſſis non obſtantibus, quę verè non obſtant, contra
1 rium † puto de iure verius, ꝙ deſiſtendo ab vſu puniri non de-
beat niſi probetur quòd producens inſtrumentum falſo fabrica
uerit aut fabricari fecerit, per tex. in c. inter dilectos, verſi. ue. ū
nos attendentes, de exceſ. pręla. vbi producēs literas falſas aut
clauſulam falſum habens fuit abſolutus quia non fuit probatū
quòd producens clauſulam illam falſam appoſuerit aut apponi
fecerit, vel quòd ſcienter literis illis falſis vſus fuerit, & ideo di-
cit Abb. in quinto not. ꝙ vtens inſtrumento falſo in iudicio puni
ri non poteſt pœna falſi niſi probetur ꝙ ipſe falſauerit, vel ſcien
ter uſus fuerit, & ꝙ præſumitur ignorantia ſi poſt obiectionem
falſi deſiſtit ab vſu eius. ¶ Secundò cōſidero ꝙ Blaſius frater pro
ducentis debitor erat & inſtrumentum quitationis loquitur in
fauorem Blaſij defuncti cuius eſt hæres ipſe Franciſcus produ
cens qui ipſum inſtrumentum reperit inter ſcripturas domus
poſt mortem ipſius Blaſij, ſuper qua inuentione dicti inſtrumen
ti eſt paratus iurare, iuramentum autem in tali caſu videtur ſuffi
cere, ſicut dicitur de eo qui iurat ſe inueniſſe inſtrumentum de
nouo ad retractandum ſententiam. Bar. l. admonendi, colum. 2.
circa medium verſi. ꝙ autem iſta inſtrumenta. ff. de iureiurā. p
tex. in c. paſtoralis, de exceptio. Ad idem tex. in l. fi. C. de fide in-
ſtrumen. in c. nulli, & in c. vt circa, de electio. lib. 6. quę tria iura
ad hoc citat Soci. in conſi. 194. in prin. lib. 2. ſed ante eum illa ad
duxit Roma. in d. l. admonendi, ubi Iaſ. in rep. colum. 25. verſic.
qualiter autem probabitur & ſi ſufficit iuramentum ad retractā
dum ſententiam in præiudicium tertij a fortiori ad uitandum
pœnam. hoc ita præſuppoſito quòd ipſe Frāciſcus inuenerit iſtā
ſcripturam quitationis poſt mortem fratris in ſaculo ſcriptura-
rum. dico ceſſare præſumptionem contra ipſum Franciſcum cū
potuerit reponi talis quitatio per Blaſium defunctum, & ratio
ne incertitudinis ipſe Franciſcus puniri non poſſet in aliquo l. ab
ſentem. ff. de pœnis. Roma. in conſilio 401. eodem præſuppoſi-
to. Salice. in l. fi. C. de quæſtio. vbi fortius uoluit Salic. quòd quā
2 do plures fuerunt in rixa & mortuus non habet † niſi unicum
uulnus, nec ſcitur a quo fuerit illatum, nullus poteſt torqueri ra
tione incertitudinis, & tamen in caſu Salice. apparet quòd om-
nes fuerunt in rixa. quid dicemus ubi non apparet quòd vterq;
frater immiſerit talem quitationem in ſacculum, ¶ Non ob-
ſtant modo adducta in contrarium quòd utens falſo inſtrumen
to præſumitur illud feciſſe aut fabricari feciſſe niſi nominet, vel
oſtendat autorem, quia illud dictum ſalua reuerentia tantorum
patrum non uidetur uerū, immo contra tex. in d. c. inter dilectos.
de exceſ. prę la. ut ſupra deduximus. ¶ Non obſtat tex. in d. l. iube-
mus. C. de proba. quia loquitur contra eum qui ſcripturam ſuſpe
ctam comminiſcitur, & ſic præſupponit tex. quòd illud appareat
& probetur quòd quis cōuentus fuerit ſcripturam ſuſpectam. i.
illam fecerit aut fieri fecerit, ꝙ tunc niſi probet eam eſſe ueram
ex quo ſuſpecta eſt, habetur vt ſuſpectus de falſo, non autem di-
cit tex. quòd producens ſcripturam ſuſpectam præſumatur illā
feciſſe, aut fieri feciſſe. ¶ Non obſt. tex. in d. l. maiorem. C. de fal-
ſis. quia retorqueo illum tex. nam tex. iuncta glo. facit differētiam
inter utentem falſo inſtrumento, & falſo reſcripto, quia in falſo
reſcripto adhibetur maior aſperitas. quam etiam differentiam
expreſſe voluit glo. in d. c. inter dilectos, de exceſ. præla. itaq; cū
d. l. maiores, ſolum procedat in utente falſo reſcripto, non de-
bet extendi ad utentem falſo inſtrumento, quia eſſet agere a ca
ſibus omnino diuerſis, & ſeparatis habentibus diuerſam ratio-
nem inter quos lex expreſſe cōſtituit differētiam. l. naturaliter. §.
nihil commune. ff. de acqui. poſſ. cum ſimi. neſcio igitur quō mo-
do doc. legem loquentem in reſcripto voluerint trahere ad in-
ſtrumentum, in quo ipſo lex ipſa expreſſe voluit aliud eſſe.

¶ Po-

1 ¶ † Poſtremò caſus de quo agitur, expreſſe reperitur deciſus per ius canonicum in d. cap. inter dilectos. In iure autem ciuili negari non poteſt quin res ſit dubia cum nullus tex. ita clare & expreſſe loquatur, ergo ſtatutum erit diſpoſitioni iuris canonici, iuxta not. cap. j. & 2. de operis noui nuncia. per Alex. in l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccle. in addi. ad Barto. & contrarium poſset procedere ubi ageretur de facto proprio, ſecus ubi de alieno p out hic.

¶Sed finge citra præiudicium ueritatis, dictum Iacob. Bartq. Bald. Alexan. & Iaſ. procedere (quod mihi nequaquam placet) dico quod ſecundum eos ſatis eſt nominare autorem, ſed hic reus nominat autorem, ideſt ꝙ reperit quitationē in ſacculo ubi etiam frater defunctus tenebat ſcripturas, & ipſum hoc probare paratus eſt per iuramentum, nec habet præſumptionem iuris contra ſe, quin frater defunctus ad quem negocium pertinebat, ipſum illud facere potuerit, ergo melius eſt nocentem abſoluere q̄ innocentem condemnare. d. l. abſentem. Amplius probabit reus per teſtes, ſi opus fuerit, ueritatem facti, ideſt quòd defunctus frater debitum omne diſſoluit, quo ſtante res videtur clara, etiam quòd illa quitatio eſſet omnino falſa quia nulli præiudicialis. l. damus. C. de falſis. ſed ſuper hoc latius non inſiſto quia ad præſens non expedit.

¶Ex quibus videtur concludendum procedi non poſſe criminaliter contra ipſum hoſpitalerii niſi probetur quòd ipſe fabricauerit aut fabricari fecerit inſtrumentum productum cum deſiſtat ab vſu eius, audito ꝙ intendit fiſcus ipſam quitationem impugnare de falſo, per tex. in d. c. inter dilectos. & ibi procedi poſſit contra eum tamen ex tali præſumptione condemnari nō poteſt neque torqueri, ſed tantum ad capturam procedi, quia text. in d. l. iubemus, dicit quaſi falſarios eſſe detinendos, non etiam dicit puniendos aut torquendos. vel procedit ille text. in ciuilibus, non in criminalibus, ut in ciuilibus quando ciuiliter agitur ſola ſuſpicio falſitatis habeatur pro falſitate, ut inſtrumentū ſuſpectum non probet, ſed vbi agitur criminaliter non operatur ſola ſuſpicio niſi reſpectu capturæ, ita declarat Deci. in cap. porrecta, de confir. vtili vel inutili. in conſil. 175. colum. 5. in conſi. 189. colum. 2. in conſi. 602. colum. 2. in fi. & in conſi. 615. colu. fi. Idem videtur ſequi Cur. Iunior in conſi. 64. colum. 3. in conſil. 332. col. fi. in conſi. 156. colum. 3. & in conſi. 178. colum. 3. circa med. Sauiliani. 15. Iunii 1547.

Aymo Crauetta ex Sauiliano I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Quod bona alienata imputentur in legitimā & trebellianicā oportet quod fiat alienatio ex cauſa voluntaria.*
2 *Fructus in quo caſu non veniant in reſtitutionem.*
3 *Credita teſtatoris dicuntur bona hæreditaria.*
4 *Fideicommiſſum reſtitui debet deducto ære alieno.*
5 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur.*

CONSILIVM CCCXVI.

¶Pro Anna & Petrina filiabus quondam Matthæi Bricii de Carmagnolia contra Sebaſtianum Bricij.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Matthæus Bricij de Carmagnolia inſtituit Ioan. Amadeum, Manfrinum & Bartholomæum eius filios, quos inuicem ſubſtituit, & ipſis omnibus decedentibus ſine filiis ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum Sebaſtianum & Clementē nepotes ſuos, & Auguſtinam ſororem ſuam, nec non filios Petrinæ etiam ſororis ſuæ æquis portionibus in ſtirpes, & non in capita. Deceſſerunt filii, & hæredes teſtatoris omnes ſine liberis ſuperſtitibus Sebaſtiano & liberis Petrinæ, Auguſtina autem ſoror teſtatoris præmortua, & Manfrino fratre qui ultimo loco deceſſit ſine liberis. ſimiliter prædeceſſit Clemens ſuper quo themate oriuntur dubia ſequentia. ¶Et primo quam partem petere poſſit dictus Sebaſtianus virtute dicti fideicommiſſi. Breuiter puto ꝙ portio ſubſtitutorum qui deceſſerunt ante diem fideicōmiſſi. i. Clemētis & Auguſtinę accreuerit Sebaſtiano & filiis Petrinæ ſubſtitutis ſuperuiuentibus, quia ius accreſcendi locum habet etiā in fideicommiſſis vniuerſalibus. l. vnica. §. in primo itaque, ibi, vel coniunctus fuerat. & §. his itaque. C. de cadu. tollen. Barto. in conſi. 53. Picaredus. Guido Papæ. q. 325. Cur. Iunior in conſi. 83. col. 7. Cōſequenter portio Auguſtinæ accreuit filiis Petrinæ eius ſororis, & portio Clementis accreuit Sebaſtiano fratri, quia in iure accreſcendi ſeruatur ordo iuris ut præferantur coniunctione legali, & qui ab inteſtato alios excludunt. Bal. in conſi. 37. proponitur quod domina Margarita. & in conſi. 116. Conſiderato, libro 4. & poſito citra præiudicium veritatis, omnibus ſuperſtitibus accreſceret ſine aliqua prælatione, adhuc idem iuris, quia ex æquo omnibus accreſceret. itaque concludo in hoc primo dubio quod Sebaſtianus ſolum poteſt agere pro dimidia, nec pōt aliquid petere pro portione ſpectante ad alios ſubſtitutos, ideſt ad filios Petrinæ, quia in ea portione ius nullum habet, ſine iure autem & actione experiri nemo poteſt. l. ſi pupill. §. videamus ff. de nego. geſt. ¶Secundò dubitatur, quia Manfrinus hæres teſtatoris grauatus & vltimo loco defunctus alienauit aliqua bona hæreditaria pro ſolutionibus talearum & onerū quibus fructus bonorum minime ſuppetebant, an talia alienata imputari debeant in legitimam & Trebellianicam ipſius Manfrini?

1 ¶Breuiter puto quod non, quia ut † bona alienata imputentur in legitimam & Trebellianicam, oportet quod fiat alienatio ex cauſa voluntaria, vel ſi ex cauſa neceſſaria quod cedat in utilitatem hæredis grauati. Barto. & docto. in l. Marcellus. §. res quæ, poſt glo. ibi. ff. ad Trebellia. Soci. in conſi. 114. colum. j. in fi. & colum. ſequen. lib. 3. Ideo ſi hæres alienat res hæreditarias ſteriles, aut res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, talia alienata non imputantur in Trebellianicam, ſed tantum imputatur precium qđ ex tali alienatione hæres accepit. gl. & docto. in d. §. res quæ. ſed iſtę alienationes factæ ſunt ex cauſa neceſſaria pro diſſoluendis oneribus publicis, nec ex talibus alienationibus hæres quicquā percepit aut in eius vtilitatem conuerſum eſt, quia dici non poteſt quod per eas fructus ſeruauerit cum fructus non ſupereſſent. ¶Tertiò dubitatur de fructibus perceptis per Manfrinum ex bonis hæreditariis an debeant reſtitui ſubſtitutis. Breuiter dico ꝙ non, ſed cedunt fructus iam percepti per hæredem grauatum antequam eueniret dies fideicōmiſſi lucro ipſius hæredis.
2 † Immo etiam percepti poſtquam ceſſit dies fideicommiſſi ante moram hæredis propter negligentiam fideicommiſſarii non petentis non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi. l. fideicommiſſaria. in prin. vbi late doct. ff. ad Trebellia. fructus vero pendētes de tempore mortis Manfrini in bonis fideicommiſſi debent reſtitui ſubſtitutis niſi negligentes in non petendo & percepti fuerint tales fructus ante aliquam interpellationem & ceſſante mora hæredis grauati. d. l. in fideicōmiſſaria. & l. mulier. §. ſi hæres, eod. titu. tradit Ange. in conſilio 331. An in reſtitutione, colum. 2. in fi. verſi. quintumo. Cor. in conſi. 168. circa fi. lib. 3.

3 ¶ † Quartò dubitatur circa credita teſtatoris exacta per hæredem grauatum, an ueniant in reſtitutione fideicommiſſi? Breuiter reſpondeo quod ſic, cum dicātur bona hæreditaria teſtatoris. l. deducta, in prin. & §. j. ff. ad Trebellia. ſi vero iſta exacta cōuerſa fuerint in ſolutionem onerum, ex qua ſolutione nihil conuerſum fuerit in vtilitatem hæredis, quia non ſoluerit pro debitis propriis, ſed publicis cum fructus non ſuppeterent, idem videtur dicendum in iſtis creditis quod ſupra diximus in alienatis in ſecundo dubio.

¶Quintò dubitatur, an in reſtitutione fideicommiſſi veniunt bona obuenta Manfrino ex ſucceſſione Ioannis Curtini auunculi dicti Manfrini poſt mortem teſtatoris, & alia acquiſita per ipſum Manfrinum? Super quo dubio breuiter reſpondeo ꝙ non, quia ſolum veniunt bona hæreditaria quæſita iudicio teſtatoris qui fideicommiſſum reliquit, non aliunde obuenta d. l. fideicommiſſaria. §. j. & 2. ff. ad Trebellia. ubi ꝙ non veniunt fructus percepti poſt mortem teſtatoris, & poſt hæreditatem, quia nunquam fuerunt hæreditarij. ſimiliter ibi habetur ꝙ non uenit prælegatum quatenus illud percipitur a cohærede, ſed tantum quatenus percipitur a ſeipſo iure hæreditario. Ad idem tex. in l. poſtulante. in fi. l. ita tamen. §. j. eodem titu. in quibus iuribus probatur quod in reſtitutione fideicommiſſi non veniunt non hęreditaria licèt occaſione hęreditatis obuenerint, quanto minus venient nō hęreditaria non obuenta occaſione ipſius hæreditatis, & cum iſta bona obuenta aliunde quam a patre dicantur bona propria ipſius Manfrini, non veniunt in reſtitutione quia fideicōmiſſo bona propria non teneotur. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. tradit Deci. in conſi. 55. col. 5. in ſecundo dubio & alibi ſæpe. 1

¶ Sextò quæritur, an de tali fideicōmiſſo ante omnia detrahi

debeat dotes Catherinæ vxoris teſtatoris? Breuiter reſpondeo
4 q ſic tanquam æs alienum, † qui fideicommiſſum reſtitui debet deducto ære alieno. l. æris alieni. & l. ſucceſſores, vbi Bald. C. ad legem Falci. immo deducitur æs alienum etiam debitum hæredi a teſtatore. l. ab omnibus. §. fin. ff. de leg. j. quod procedit licèt hæres non fecerit inuentarium. Pau. de Caſt. in conſi. 19. Vltra ea quæ tanguntur. in 2. & 3. dubio. lib. 2. eum ſimi. vt dixi in conſil. 194. colum. 2. in quibus dotibus habenda eſt ratio bonitatis monetæ a tempore contractus iuxta doctri. Barto. in l. Paulus. ff. de ſolutio. ¶ Septimò quæritur an detrahi debeant de fideicommiſſo legata ſoluta filiabus teſtatoris pro earũ dotibus, & legitima Breuiter etiam concludo quòd ſic, quia hæres non tenetur ſoluere legata de ſuo proprio. Barto. in l. Marcellus. §. idem Pomponius. col. j. verſi. quæro quid ſi teſtator. ff. ad Trebel. immo ſi hæres grauatus reſtituere fideicommiſſum non detractis legatis pœum ſolutis, poſſet illa repetere a fideicommiſſario. Roma. in cõſi. 276. in ſeptimo dubio Calc. in conſilio 37. colum. 4. ¶ Octauò quæritur an Auguſtina ſoror teſtatoris ſubſtituta nepotibus pro vna parte quæ deceſſit ante Manfrinum nepotem, tranſmiſerit ius fideicõmiſſi ad eius hæredes? Breuiter dico quod non, quia
5 † fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur. l. unica. §. ſin autem ſub conditione. C. de cadu. tollen. quod procedit etiam in aſcendente qui non tranſmittit fideicommiſſum conditionale ad hæredes. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. glo. communiter approbata in l. unica. C. de his qui ante aper. tabu. Soci. in l. Paulus. 2. in prin. ff. de rebus dubiis & alibi ſæpiſſime doc. ¶ Nonò dubitatur de capitali, & mercibus relictis in hæreditate Mathæi, an veniant in reſtitutione fideicommiſſi? ſuper quo dubio dicendum eſt quòd hæres grauatus tenetur reddere rationem fideicommiſſario aut ſubſtituto de omnibus mobilibus inuentis in hæreditate teſtatoris ac de adminiſtratis & conſumptis. l. cum tale. §. Titius, ubi glo. & docto. ff. de condi. & demon. l. mulier. in §. ſi hæres. & §. ſequen. ff. ad Trebel. cum ſimi. ut per Alexan. in conſi. 82. colum. fi. lib. 2. quod eſt repetitum in conſi. 40. libro 3. tenetur tamen fideicommiſſarius probare talia mobilia relicta fuiſſe per teſtatorem & perueniſſe ad manus hæredis grauati, ut per Alexand. in d. conſi. 82. col. fi. lib. 2. vbi fortius voluit q tenetur probare fideicommiſſarius de dominio teſtatoris in talibus bonis. quod idem voluit Alexan. in conſi. 139. colum. 3. circa medium lib. 6. Bal. in conſi. 64. Res prohibitę, circa fin. & in conſi. 89. Dominus Thomas Aſinarius. lib. j. Pau. de Caſt. in cõſi. 94. Clarum eſt in iure, in vltimo dubio lib. 2. Aret. in conſi. 90. col. pen. poſt medium verſi. ſed dato q probaretur. Sed iſtud de probatione dominij videtur intelligendum quando ageret ſubſtitutus contra extraneum poſſeſſorem, ſecus ubi ageretur contra hæredem grauatum qui non poteſt allegare turpitudinem ſui autoris & dicere q defunctus poſſedit bona aliena. Bald. in conſi. 4. In cauſa Baſilij. lib. 4. Ideo ſaltem teneretur Sebaſtianus ſubſtitutus probare de plena poſſeſſione defuncti de tempore eius mortis q teneret, & poſſideret talia mobilia. Bal. in conſil. 352. Materia feudorum, in fi. lib. j. Si autem dicantur conſumpta talia bona pro oneribus publicis, recurrendum eſt ad ſcripta ſupra in ſecundo dubio. ¶ Decimò quæritur, deceſſit Ioannes Amedeus Bricij filius Mathæi teſtatoris relictis Catherina matre, Manfrino & Bartholomæo fratribus ac duabus ſororibus Viuentia, & Petrina, qui ſucceſſerint ipſi Ioan. Amedeo ab inteſtato. Dico quòd ſucceſſerunt mater fratres, & ſorores æqualiter auth. defuncto. C. ad Trebel. ¶ Duodecimò & vltimo quęritur, deceſſit Viuentia relictis duobus fratribus Manfrinu & Bartholomæo ac duobus ſororibus quarum una quitauerat, qui ſucceſſerint dictæ Viuentiæ. ¶ Reſpondeo q ſucceſſerunt fratres & ſoror quæ non quitauit. Circa ſororem quę quitauit, videndum eſt, an quitauerit etiam bona fraterna cum iuramẽto per ea quæ habentur in l. pactum quod dotali. C. de collatio. ideo non poſſum tute reſpondere niſi viſis verbis quitationis, & an renunciauerit iura ſua fratribus tantum aut etiam ſorori. ¶ Ex quibus puto ſatisfactum ad omnia dubia. Saviliani, die 27. Iunij 1547.

Aymo Crauetta ex Sauiliano I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Vbi eſt caſus inſtrumenti, non eſt dubitandum, ſicut dicitur de caſu legis.*
2 *Ex antiquitate temporis præſumitur ſolennitas extrinſeca tam in iudicialibus quam in extraiudicialibus.*
3 *Ex titulo præcedenti præſumitur ſecuta poſſeſſio.*
4 *Ex poſſeſſione particularium ius non acquiritur vniuerſiti.*
5 *Actus noſtri Volũtarij non extenduntur Vltra quam gerãtur.*

CONSILIVM CCCXVII.

¶ Pro Magnificis dominis Monaſterolii contra eorum ſubditos.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. In cauſa prohibitionis venandi inter magnificos dominos Monaſterolii & eorum ſubditos, uideretur prima fronte dicendum intentionem dominorum non eſſe iuſtificatam per laudum prodoctum ſtante oppoſitione ſubditorum q non apparet de mandato compromittentium & tranſigentium, quia mandatum non videtur præſumi ex antiquitate temporis etiam mille annorum. Bald. in l. 2. C. ſi ex falſis inſtru. & in l. j. C. de rebus alie. non alie. ſequitur Alexan. in l. ſciendum. ff. de verbo. ob. in l. qui in alienam. in prin. ff. de acqui. hære. in conſi. j. colum. penul. lib. 4. & in conſi. 91. colum. 2. poſt medium verſi. nec obſtat longitudo temporis. lib. 6. Veronen. in conſi. 26. col. 6. circa medium Socin. in conſi. 254. colum. 2. poſt medium uerſi. Pręterea non ſumus in caſu certo. lib. 2. Deci. in conſi. 205. colum. 2. verſi. vlterius in tali inſtrumento. Cur. iunior in prima parte tracta. feud. q. j. colum. 2. Deciſio. Neapo. deciſ. 345. col. 3. & deciſ. 348. colum. 4. verſicu. item allegabatur. Ceſſante autem mãdato cõmunitatis, clarum eſt q non potuerunt aliqui particulares totã communitatem obligare, quia non poteſt quis compromittere de re alterius eo inuito. cap. per tuas. de arbitr. Geminia. in cõſilio 69. colum. j. quod generaliter procedit in qualibet materia, vt vnus alium obligare non poſſit. l. inter ſtipulantem. in prima ſecunda, & tertia reſpon. ff. de verbo. oblig. auth. ſi quando. verſicu. cum autem. C. de conſtituta pecu. alteri enim per alterum iniqua conditio afferri non poteſt. l. non debet. ff. de regu. iur. c. non debet. eodem titulo lib. 6. Amplius, licèt coniunctus agat pro cõiuncto ſine mandato, ei tamen præiudicare non poteſt niſi coniunctus ratificet. l. 3. §. ſed & ſi forte. ubi Barto. ff. iudic. ſolu. l. j. C. quibus res iudic. non nocet. Paulus de Caſtro in conſil. 310. In cauſa mihi commiſſa. in fi. lib. j. & in terminis vniuerſitatis eſt glo. in l. item magiſtri. ff. de pactis. ubi q priores ciuitatis non obligant vniuerſitatem niſi ſit eis ſpecialiter aut libere commiſſum. tradit Alexan. in conſilio 135. in princi. libro 7. ſi hi quos conſtat eſſe priores ciuitatis uniuerſitatem non obligant, quanto minus aliqui particulares de quorum officio publico non conſtat.

¶ Sublata autem efficacia dicti laudi reducitur res ad terminos iuris communis, ſed de iure communi venandi ius unicuiq; liberum eſt de iure gentium. l. j. 2. & 3. ff. de acquiren. rerum domin. §. ferè igitur. inſtit. de rerum diui. ſed ius gentium tolli non poteſt etiam a principe, ut per Bar. & doc. in l. fi. C. ſi contra ius, vel vtili. publi. per cano. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtit. & in terminis q ius venandi a ſuperiore tolli non poſſit, tradunt canon. in cap. non eſt, de decimis. Iaſ. in conſi. 119. lib. 4. ſi princeps ius venandi tollere non poteſt, multo minus inferior.

¶ Sed præmiſſis non obſtantibus, quæ verè non obſtant, cõtrarium puto de iure verius, quod potuerint domini inhibere ſubditis ius venandi vltra & pręter formam laudi & tranſactionis. nam intentio dominorum fundatur per inſtrumentum publicũ,
1 † Ideo dici poteſt ubi eſt caſus inſtrumenti, non eſt dubitandũ, ſicut dicitur de caſu legis. ita Bald. in conſi. 215. Proponitur q inueſtituræ. colum. 2. circa fin. lib. 2. & habet inſtrumentum publicum vim diffinitionis cauſæ. Bal. in conſi. 233. Si per inſtrũ a li. j. dici põt de inſtrumento publico, noli me tangere. Bal. in conſil. 249. Super libris. in fi. li. j. quod eſt repetitum in conſi. 400. li. 5. dicitur inſtrumentum probatio probata. clemen. ſæpe, de verbo. ſigni. Bal. in conſi. 33. Statuto cauetur. colum. 2. in fin. li. 5.

¶ Vniuerſa difficultas conſiſtit in reſpondendo ad contraria, quibus ſublatis res ipſa clariſſima fiat. itaq; non obſt. q nõ appareat de mandato compromittentium, quia dico q illud præſumitur ex lapſu tanti temporis vltra centum annos. Ita in mandato tenet Bald. ſibi contrarius in conſi. 337. in primis. colum. fi. lib. j. Cur. ſenior in conſi. 76. vbi quòd Bald. in d. l. 2. C. ſi ex falſis inſtrumen. loquitur ex capite ſuo ſine lege. Idem quod pręſumatur

ſumatur mandatum ex antiquitate temporis, tenet Dec. ſibi con
trarius in conſi. 199. circa fin. verſi. præterea etiam in mandato.
in conſi. 297. col. 2. in fi. verſicu. nec obſtat quod iſta. firmius idē
tenet Deci. in conſi. 456. col. fi. ubi pro hoc alleg. text. in l. fi. ff. de
vſucap. pro emptore. & idem Deci. in conſilio 638. colum. 2. Iaſ.
in d. l. ſciendum. colum. 8. verſicu. limitat do. Alexan. ff. de verb.
obliga. & in l. j. colum. 5. in ſecunda limitatione. C. qui admitti.
Boer. in ſuis deciſi. Burdegalenſibus q. 124. colum. 5. in fin. & q.
281. colum. 12. in fi. Sed ultra mod. adduco Pau. de Caſtr. in con-
ſi. 84. Viſa dicta facti narratione & his quæ copioſe. circa fin. li.
primo. Ad idem facit quod Soci. ſcribit in conſi. 153. col. j. verſi.
ſecundum quod videbatur obſtare. lib. 2. vbi quòd ex antiquita-
te temporis præſumitur pro ſolennitate tutelæ, & tamen tutela
idem uidetur quod mandatum quod refertur per teſtatorem aut
legem. ¶ Et iſta opi. uidetur de iure uerior, nam docto. conue-
2 niunt † quòd ex antiquitate temporis præſumitur ſolennitas ex
trinſeca tam in iudicialibus, quàm in extraiudicialibus, ut per
docto. in d. l. ſciendum. ff. de uerbo. obliga. in d. l. qui in aliena,
in princi. ff. de acquir. hæredi. & in d. l. j. C. qui admit. In qua re
conſidero quòd ſufficit lapſus 30. annorum etiam in præiudiciū
tertii ad præſumendum talem ſolennitatem extrinſecam. c. per
uenit. de emptio. & vendi. Alexan. in conſi. 179. colum. 3. lib. 7. So
cin. in conſilio 254. colum. 2. verſicu. ſed contra præmiſſa vide-
batur obſtare, & in conſilio 270. colum. 3. verſi. confirmatur.
quia ex quo longiſſimo tempor. lib. 2. Cor. in conſi. 180. colum.
6. verſicu. ſed ſolum dubitatur. lib. 2. Deci. in conſi. 442. colum.
5. in princi. verſicu. tertio illa præſumptio. & in conſi. 638. col.
2. verſicu. & contra Bald. eſt regula. Iaſ. in conſi. 54. colum. 5. lib.
j. Gozadi. in conſi. 73. colum. 3. poſt medium. uerſicu. ſecundo
& fortius. Ideo neſcio videre rationem diuerſitatis inter ſolen-
nitatem mandati & alias ſolennitates. & ſi in ſolennitate extrin-
ſeca præſumenda ſufficit tempus 30. annorum, etiam in præiu-
dicium tertij, quid hic dicemus in tempore ultra annos centū?
¶ Secundò reſpondeo, poſito & non conceſſo, opinio contraria
procederet, ut non præſumatur mandatum ex antiquitate tem-
poris, illa tamen non procedit quando in tranſactione, laudo,
aut alio inſtrumento fit mentio de mandato, quia tunc ſtatur ver
bis enunciatiuis mandati propter antiquitatem temporis. Dec.
in conſilio 36. colum. 6. verſicu. non obſtat quòd mandatum. ſe
quitur Gozadi. in conſilio 11. colum. 4. Socer meus Purpuratus
in authen. ſi quis in aliquo documento. in fi. C. de edendo. Boer.
in ſuis deciſio. Burdegalen. quæſt. 281. colum. 12. in fi. Addo ul-
tra eos Bald. in conſi. 112. Quæritur qui intelligantur. colum. 2.
poſt medium verſicu. quæritur ulterius. lib. j. Veronen. in d. con-
ſilio 26. in ſecundo dubio. & eſt generaliter uerum quod ſtatur
verbis enunciatiuis in antiquis. gloſſ. & docto. in c. cum olim. in
gloſſ. j. de cenſibus. Anto. de Butr. & docto. in c. ii. de ſucceſſ. ab
inteſt. Bald. & docto. in l. cum aliquis. C. de iure delib. ſed in caſu
noſtro de mandato fit mentio in laudo & tranſactione, immo
enunciatur tempus ipſius mandati per annum & diem cū ex-
preſſione nominis notarij, ergo &c. ¶ Tertiò reſpondeo, poſito
citra præiudicium veritatis, procederet opi. contraria quod nō
præſumatur mandatum ex antiquitate temporis, illa tamen nō
procedit concurrente quaſi poſſeſſione & diuturna patientia,
quia tunc præſumitur mandatum ex lapſu 30 annorum. Alexā.
in conſilio j. colum. penul. lib. 4. Brun. Aſten. in conſilio 96. col. j.
poſt medium, ſed hic domini Monaſterolij ſemper fuerunt, &
ſunt in poſſeſſione percipiēdi linguas bouum & vitulorum quæ
3 mactantur ad macellum ex titulo dictæ tranſactionis † quia præ
ſumitur ſecuta poſſeſſio ex titulo præcedenti. l. quædam mulier.
ff. de rei vendica. l. 4. C. de acquir. poſſeſ. a primordio. n. tituli po
ſterior formatur euentus. l. j. circa fin. C. de impo. lucra. deſcrip.
lib. 10. in qua perceptione linguarum communitas Monaſtero-
lij nunquam ſe oppoſuit. Immo nouiſſime domini Monaſtero
lij obtinuerunt ſententiam ſuper dictis linguis apud magnifi-
cos dominos iudices appellationum contra duos lanistas aut
macellarios, nec tamen comparuit communitas in eo iudicio
aduerſus ipſos dominos, & ſic conſtat de patientia communita
tis in iudicio & extra. ¶ Non obſtat aſſertum poſſeſſorium uenā
di contra formam dictæ tranſactionis, quia reſpondeo quod cū
ius venationis competat ſolis dominis priuatiue ad ſubditos
quatenus prohibentur ſubditi venari per ipſam tranſactionem,
& ius uenandi habeat cauſam diſcontinuam, non potuerūt ſub-
diti præſcribere contra ipſam tranſactionem niſi per tempus
cuius initij memoria non extat in contrarium. l. j. §. denique. ff.
de aqua pluuia arcen. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quo
tidiana & æſti. not. in l. ſeruitutes, la grand. ff. de ſerui. Alexan. in
conſi. 108. colum. 2. circa medium. lib. 1. ſed de tali tempore te-
ſtes non deponunt. ¶ Secundò reſpondeo ꝙ talis poſſeſſio vide-
tur vitioſa, & cum mala fide, cum non ignorarent ſubditi talem
tranſactionem, ſed poſſeſſio vitioſa, & cum mala fide non rele-
uat. l. communi diuidundo. §. inter prędones. ff. com. diuid. l. 2. &
l. ſi duo. vbi Barto. ff. uti poſſid. l. filiam fratribus. ff. ad Trebell.
Oldra. in conſi. 209. In cauſa hoſpitalis, colum. 2. in fin. verſicu.
ex quibus relinquitur. & in conſi. 226. Quidam Epiſcopus, circa
fin. Feder. de Senis in conſi. 148. Quidam de ciuitate Tuderti. co
lum. 2. poſt medium. Bal. in conſi. 330. Statuto cauetur quod cō
ductor, in fi. lib. j. & in conſi. 137. Statutū, lib. 5. cum ſimi. ¶ Tertiò
reſpondeo, poſito & non cōceſſo probatum eſſet de poſſeſſorio
temporis antiquiſſimi, cuius initij memoria non extat in con-
trarium, iuxta not. in c. j. de præſcrip. lib. 6. & ꝙ talis poſſeſſio
venandi contra formam tranſactionis vitioſa non eſſet, tamen
talis poſſeſſio non prodeſſet communitati Monaſterolij, ſed tan
4 tū particularibus qui ita uenati eſſent, † quia ex poſſeſſione par-
ticularium ius non acquiritur vniuerſitati, niſi fiant actus poſſeſ
ſorij nomine ipſius vniuerſitatis, vel de eius mandato, per liberā
enim perſonam alteri non acquiritur non præcedente eius man
dato. l. ſi ego. ff. de nego. geſto. l. j. §. per procuratorem. & l. poſſeſ
ſio. §. & ſi poſſeſſio. ff. de acquiren. poſſeſ. & in terminis quod ex
poſſeſſione particularium non acquiratur vniuerſitati, tradit
Bald. in conſi. 438. Præmittendum eſt ad euidentiam quòd quā-
doque. lib. j. Soci. in conſi. 95. colum. penul. verſicu. ꝙ autē poſ-
ſeſſio. lib. 3. Cor. in conſi. 130. colum. fin. in conſi. 148. circa fin. in
conſilio 299. colum. 3. lib. j. in conſi. 46. colum. 3. lib. 3. & in con
ſilio 68. lib. 4. Deci. in conſi. 5cc. colum. fin. & in conſi. 221. co-
lum. 3. verſicu. ſimiliter non probatur. Ioan. Anto. Rubeus Ale-
xandrinus in conſilio 4. in fi. oportebat igitur probare ꝙ com-
munitas Monaſterolij mandaſſet talibus particularibus ut uena
rentur nomine ipſius communitatis, puta pro offerendo aliquo
munere ſuperiori aut alijs bene merentibus, vel quod tales par
ticulares ita venati eſſent nomine ipſius vniuerſitatis. Si. n.
particulares uenati ſunt pro eis & ad eorum utilitatem, ex tali-
5 bus actibus nihil uidetur quæſitum vniuerſitati, quia actus no-
ſtri voluntarij non extenduntur vltra quàm geruntur. l. prima. §.
Iulianus. ubi Barto. ff. de itinere actuque priua. l. voluntarie. C. de
excu. tu. l. fin. C. ne vxor pro mari. cum ſimilibus. & quòd actus
factus nomine vnius non extendatur ad alios, eſt tex. in l. ſi ue
proponas, arguendo a ſpeciali. C. de rei vendica. Immo etiam 1
ex contractu ſocij nomine ſuo proprio ſocio non acquiritur,
etiam quòd acquirat ſocius de pecunia communi niſi eſſet ſo-
cietas omnium bonorum. l. ſi patruus, vbi Barto. & Bald. C. cō-
mu. utr. iudi. cum ſimilibus, ut per Alexand. in conſilio 78. lib.
2. Corn. in conſilio 167. lib. primo. Moder. in l. ſi ſocius. ff. ſi
cert. peta.

¶ Rurſus patientia dominorum qui dicuntur paſſi aliquos
particulares ſubditos venari vltra, aut contra formam tranſa-
ctioni, non debet trahi aut extendi extra limites ſuos ipſius pa
tientiæ ad totam uniuerſitatem aut ad omnes de uniuerſitate,
quia patientia limitata ad aliquos ad alios extendi non debet. l.
iubemus. C. ad velleia. c. Titius cum Sempronio. ſi de feu. fuer. cō
tro. inter domi. & agna. Alexan. in conſi. j. col. 11. lib. 5. Iaſ. in con
ſi. 107. col. 4. poſt med. lib. 4. Etenim potuerunt domini tolerare
aliquos ſubditos amicos venari, non æque toleraturi omnes de
vniuerſitate. Sauiliani 21. Iunij 1547.

Aymo Crauetta ex Sauiliano. I. V. doct. Sub correctione.

SVMMARIVM.

1 *Res ſemel diuiſa amplius diuidi non poteſt, non exiſtente cauſa diuiſionis.*
2 *Actus conſtituendi officiarios ſeparatim fieri non poſſunt citra diuiſionem iuriſdictionis.*
3 *Quando aliquid factum damnoſum alicui eſſe poteſt, ex facto partis arguitur ad factum totius.*
4 *In materia præſumptionis magis præſumitur pro plus operante.*
5 *Diuiſio ſubditorum ipſis inuitis fieri non poteſt.*
6 *Innocentia principum eſt nemini iniuriam inferre.*

CONSILIVM. CCCXVIII.

¶Pro Illuſtr. domino Ioan. Antonio de Saluciꝭ domino Prati de leues, & condomino Montis Orozij contra illuſtrem dominum Ioan. Federicum de Saluciis dominum Montis mali, & cõdominum dicti loci Montis Orozij, cõſilium non vulgare in materia diuiſionis iuriſdictionis.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. In cauſa Illuſtr. domini Ioannis Antonij de Saluciis domini Prati de leues, & condomini Montis Orozij contra Illuſtr. d. Ioan. Federicum de Saluciis dñm Montis mali, & cõdominum Montis Orozij Marchionatus Saluciarum, in qua quæritur de diuiſione iuriſdictionis dicti loci Montis Orozii videretur prima fronte dicendum iuriſdictionem diuidi poſſe per diuiſionẽ ſubditorum vt vnuſquiſque habeat ſuos ſubditos ſeparatos quã do agitur de feudo inferiori non habente dignitatem annexam, quæ dignitas conſideratur in feudo ducatus, Marchionatus, & comitatus. Ita in feudo inferiori tradit And. de Iſer. in c. imperialem. §. præterea ducatus, de prohi. alie. feu. per Fede. cum simili. vt per Alexan. in conſi. 25. colum. 4. verſi. non obſt. ꝙ alia feuda. libro 5. Soc. in conſi. 67. Viſis inueſtituris col. 12. lib. j. & in conſil. 288. col. 2. in 2. q. lib. 2. Dec. in c. prudentiam. in prin. col. 5. verſi. vltimo notandum, de offi. deleg. Iaſ. in l. ſtipulationes non diuiduntur, col. 20. ver. ſed aduerte pro magna limitatione. ff. de verbo. obl. & iſta diuiſio fieri poteſt altero de tribus modis. Primò diuidendo adminiſtrationem aut exercitium alternis annis ꝙ unus adminiſtret uno anno & alter alio. Secundò diuidendo territorium quòd unus exerceat iuriſdictionem vſque ad talem locum & alter in reliquo. Tertiò ſi ſint plura caſtra aut loca ſingula ſingulis adiudicando. Ita Soci. in d. conſi. 67. col. 13. lib. j. Itaque audiendus videtur dominus Montis mali ſi feudum aut iuriſdictionem uelit diuidere per territorium adiudicando partẽ territorii uni & partem alteri, & cum talis diuiſio magis pertineat ad euitandas lites, illa uidetur tenenda, & recipiẽda. arg. l. æquiſſimum. ff. de vſufru. Etenim cauſa diuiſionis non alia fuit quam ut diſcordiis obuiam eatur in l. in re communi. ff. de ſerui. vrba. præd. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. l. ſancimus. §. ſin autem. C. de donat. ¶Sed præmiſſis non obſtantibus contrarium puto de iure & æquitate verius ſequentibus fundamentis. & primo

1 conſidero † ꝙ res ſemel diuiſa amplius diuidi non debet non exiſtente cauſa cur diuiſio facta retractari debeat. l. ſi maior, quæ eſt l. pen. C. commu. diui. l. ſi inter. C. commu. vtr. iudi. facit text. in l. ſicut. C. de actio. & oblig. Quod autem iuriſdictio diuiſa ſemel fuerit, probatur iuris præſumptione, nam pars fatetur diuiſionem caſtri Montis Orozij, molendinorum, & omnium excepta iuriſdictione, quam modo uult diuidere. Sed dico ꝙ etiam iuriſdictio diuiſa eſt per uiam diuiſionis exercitii aut adminiſtrationis, nam modus diuidendi iuriſdictionem feudi inferioris cæteris laudabilior eſt per diuiſionem exercitii aut adminiſtrationis ut ſupra dictum eſt, & adeo commendatur talis modus diuidendi ꝙ ſecundum Abb. in d. c. prudentiam. in prin. de offi. delega. & in conſi. 71. lib. j. niſi in feudo ſint plura caſtra quæ diuiſionem commodam recipiunt feudum diuidi non poſſit niſi reſpectu commoditatis utendo iuriſdictione alternis annis. idem uoluit Ange. in l. 2. §. ex his. ff. de verb. obli. Alexan. in conſi. 7. col. penul. verſi. confirmo prædicta. lib. 5. Cur. ſenior in conſi. 69. col. 5. in prin. Sed ultra tantos patres adduco tex. in l. & puto. § 2. ff. fami. erci. & in l. ſi quis putans. §. officio. ff. com. diui. & ubi in iudicio diuiſorio iudex poteſt adiudicare uni fundum & alteri uſũfructum ipſius fundi quando commoditas diuidendi ita præſcribit & monet. Ecce ꝙ ualet diuiſio per quam in eadẽ re unuſquiſque ſociorum ius habet uidelicet unus proprietatem, & aliter uſumfructum, quanto laudabilior uidetur diuiſio de qua agitur, & licèt contra opinionem Abb. doc. aliqui teneant, non tamen negant quin ad eum modũ diuiſio iuriſdictionis fieri poſſit, & debeat licèt dicant ꝙ etiam alio modo fieri poſſit. Itaque cum iſte modus diuidendi iuriſdictionem per uiam exercitii & adminiſtrationis cæteris videatur potior, æquior & honeſtior, & ipſi domini conſortes & eius prædeceſſores poſt diuiſionem caſtri, molẽdinorum & aliorum ſemper exercuerint iuriſdictionem alternatim deputando & conſtituendo caſtellanos alternis annis, dicendum eſt ꝙ ad eum modũ iuriſdictionem diuiſam eſſe voluerint, ſicut dicitur de pluribus fratribus aut ſociis poſſidentibus longo tempore bona diuiſim, & ſeparatim ꝙ præſumitur inter eos facta diuiſio. glo. & doc. in l. pen. in gl. j. C. commu. diuid. Barto. & doc. in l. qui in aliena. in fi. prin. ff. de acq. hæred. Bald. in conſi. 437. Quædam puella. in fi. lib. j. Alex. in conſi. 92. colum. 1. lib. 2. Feli. in c. ſicut, col. 14. in tertia fallentia. de re iudic. Dec. in conſi. 89. in tertio dub. Iaſ. in l. ſi certis annis. col. pen. C. de pact. & in §. quædam. col. 6. poſt med. inſti. de act. ¶Secundò ꝙ præſumi debeat diuiſionem eſſe factam iuriſdictionis ex illo uſu antiquiſſimo conſtitutionis officiorum alternis annis, apparet quia niſi intendiſſent prædeceſſores litigantium ad eũ modum iuriſdictionem diuidere, vtique non alternis annis ita uſi eſſent, ſed communiter ſemper & ſimul officiarios conſtituiſſent ſeparatim, igitur conſtituendo alternis annis non obſcure arguitur voluntas utentium ꝙ ad eum modum iuriſdictionem diuidere uoluerint. l. Paulus reſpondet non tantum verbis. ff. rem ratam haberi.

2 Iſti enim † actus conſtituendi officiarios ſeparatim & diuiſim fieri non poſſunt citra diuiſionem iuriſdictionis, ergo ex eis diuiſionem factam eſſe dicendum eſt ſicut dicitur de aditione hæreditatis ꝙ inducitur ex actibus qui fieri non poſſunt citra ius & nomen hæredis. l. pro hærede. in prin. §. Papinianus. & l. ſi quis mihi bona. §. quid ſi mandaui. & l. gerit. ff. de acq. hæred. Similiter renunciatio iuris ſui inducitur ex actibus qui fieri non poſſunt citra ipſam renunciationem. l. Titius. ff. quib. mo. pign. vel hypo. ſol. l. fin. C. de pactis dotal. c. literas. de præben. c. j. de conſuetu. lib. 6. cum ſimi. ¶Sed dicet aliquis, iſti actus conſtituendi officiarios ſeparatim alternis annis non inferunt neceſſario diuiſionem iuriſdictionis quò ad proprietatem, ſed ſolum reſpectu adminiſtrationis, ergo de adminiſtratione ad proprietatem non videtur arguendũ tanquã ex ſeparatis. l. fi. ff. de calumnia. l. Papinianus exuli. ff. de minor. cũ ſimi. Rñdeo ꝙ argumentum forte procederet quando caſtrum & alia bona diuiſa non eſſent, ſed ex quo omnia diuiſa ſunt, & ſolum prætendit pars iuriſdictionem diuiſam non eſſe, dicendum eſt ꝙ etiã iuriſdictionẽ ad eum modũ diuidere voluerint, cũ ille ſit potior, honeſtior, & & laudabilior modus diuidendi iuriſdictionẽ, qui inueniri poſſit quando in feudo caſtrum vnũ tm̃ conſtat, ne alias vnus & idẽ locus diuerſo iure cenſeatur ideſt pro parte diuiſus & pro parte indiuiſus. l. eum qui ædes. ff. de vſuca. c. quia circa. de priui. & c. cum in tua, de decimis. ¶Secundò reſpondeo ꝙ ex quo prædeceſſores litigantium venerũt ad diuiſionem caſtri, molendinorũ & aliorum, dicendũ eſt ꝙ ideo venerint ad diuiſionem quia in communione ſtare nollent aut non poſſent tanquam nutritiua diſcordiarum, ex diuiſione igitur aliarũ partium dicẽdũ eſt præſumi factam eſſe diuiſionem iuriſdictionis reſpectu proprietatis,

3 ne alias communio iuriſdictionis diſcordias pareret. nã † qũ aliquod factum damnoſum alicui eſſe poſſet, ex facto partis arguitur ad factum totius. Bar. in l. ex duobus. & in l. ſi is cui res. ff. de leg. 2. deciſ. Neap. deci. 13. nu. 2. ſtringo fortius iſtud argumẽtum, nam ſi ex facto partis tantum non apparente de altera parte in aliquo arguitur ad factum totius, quid hic dicemus ubi apparet de facto totius? nã apparet de vera & certa diuiſione ædificij caſtri ꝙ vni inſolidum fuit aſſignatum aut adiudicatum, apparet de diuiſione molendinorum & aliorum, apparet etiã de iuriſdictione ꝙ circa eius exercitium conſtituuntur caſtellani ſeparatim ſingulis annis tm̃ dubitatur an iſta conſtitutio caſtellanorum facta fuerit ex titulo diuiſionis omnimodæ. facilius igitur præſumi debet circa declarationem aut qualitatem actus ꝙ circa ſubſtantiã. gl. in l. talis ſcriptura. §. fi. in fi. ff. de lega. j. & in l. cum quis. §. ſi quis ꝓ co. ff. de ſolu. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. col. 6. ff. de verb. oblig. & in l. Gallus. §. forſitan. col. 5. ff. de liber. & poſthumis. ¶Tertio reſpondeo, ꝙ † in materia præſumptionis

4 magis præſumitur pro plus operante, ob id, quia cã naturalis eſt fortior accidentali, magis præſumitur pro cauſa naturali. l. qui habet. ff. de tute. c. 2. de conuerſ. infid. Itaque ille vſus iuriſdictionis antiquiſſimus per alternos annos præſumi debet factus ex cauſa diuiſionis omnimodæ & magis operantis, non etiam ex cã diuiſionis (vt ita dixerim) per modum prouiſionis. ſemper enim præſumitur pro eo quod multum poteſt. Bald. in capitu. primo. in titu. de contro. inter maſcu. & fœmi. argumen. l. domus. ff. de contrahen. empt. & idem Bald. in cap. quia veriſimile, de præſumpt. quod Bal. dictum refert & ſequitur Calca in conſi. 1 t. columna. 3. circa mediũ. ad idem adduco Alex. in l. ſi ſeruus. §. ſi numerus. columna 2. in fi. ff. de legat. primo. ubi quòd in dubio cẽſetur quis actum facere eo modo quo efficacius poteſt, ideo

In dubio cenſetur quis pronunciare ut arbiter, non ut arbitrator
quia ſententia arbitri dicitur efficacior. Dicendum eſt igitur di-
uiſam fuiſſe iuriſdictionem prout efficacius potuit. ¶Quartò re
ſpondeo, ubi illa deputatio caſtellanorum ſeparatim per annos
alternos duobus modis fieri potuerit, uno modo per uiam pro-
uiſionis, altero per viam plenæ diuiſionis, in dubio dicendum eſt
eam factam fuiſſe prout vtrique parti vtilius erat. Alexan. in con-
ſi. 55. col. 2. ante medium & col. 3. poſt medium verſi. quartò re-
ſpondeo, lib. 5. Sed diuiſio iuriſdictionis per viam exercitij aut
adminiſtrationis alternis annis ſuper alios modos diuidendi cō
mendatur tanquam utilior, honeſtior, nobilibus dignior, & mi
nus habens odij & inuidiæ ubi unum tantum conſtat caſtrum.
¶Quintò reſpondeo, poſito quod talis diuiſio dicatur facta ſolum
reſpectu exercitij & adminiſtrationis iuriſdictionis, nō reſpectu
proprietatis, tamen dominus Io. Antonius adhuc habet intentū
ſuum, quod diuiſio iuriſdictionis facta reſpectu exercitij & ad-
miniſtrationis reuocari non debeat, & altera de nouo fieri reſpe
ctu proprietatis, quia ut dictum eſt ſupra circa diuiſionem iu-
riſdictionis, docto. dant tres modos diuidendi, unum inter cæte
ros reſpectu exercitij & adminiſtrationis ſeu reſpectu commo-
ditatis ipſius iuriſdictionis. Itaque cum iſte modus diuidendi a
doctoribus recipiatur & a conſortibus unius caſtri electus fue-
rit, quod ſemel placuit, amplius diſplicere non debet. reg. qđ ſe
mel. de reg. iur. li. 6. & ſufficit quē ſemel voluiſſe. l. ſi dic. ff. de aqua
pluuia arcen. & via quam elegiſti, hæc tibi pateat. l. ſi mulier.
in fi. ff. quod metus cau. c. ut quis duas, de elect. cap. vnico. de po
ſtula. præla. lib. 6. & maxime hoc procedit cum electa fuerit via
per antiquos & candidos prædeceſſores quæ inter dominos, &
nobiles ex ſanguine principali tantopere a docto. commēdatur
cuius ipſius uiæ variatio ad indignationem, odium & inuidiam
pertinet potiuſquam ad amicam coniunctionem & gratiam, nā
diuiſio ad modum deſideratum indignationis eſt plena Itaque
non ſequitur, diuiſio iuriſdictionis facta & probata ex lapſu tē-
poris antiquiſſimi ſolum reſpicit adminiſtrationem & exercitiū
ergo ex integro fieri debet, quia (vt dixi) fieri poteſt talis diuiſio
etiam reſpectu ſolius exercitij, & adminiſtrationis, nec ſemel fa
cta ad vnum modum amplius debet rectari. ¶Sextò reſpondeo
& dico quòd intentio prædeceſſorum qui venerunt ad diuiſio-
nem caſtri, molendinorum & aliorum, fuit quod etiam iuriſdictio
eſſet diuiſa ad modum prædictum per uiam exercitij aut admi-
niſtrationis, & quod talis diuiſio rata eſſet. nam inter conſor-
tes illius temporis qui venerunt ad diuiſionē erat ſinceritas quę
dam & fides antiqua circa modum diuidendi, quia noluerūt ve-
nire ad incommodam diuiſionē. quod ipſum probatur quia ædi
ficium caſtri non fuit ſeparatum per diuiſionem, ſed inſolidum
adiudicatum prędeceſſoribus domini Ioan. Antonij, igitur qua
ratione voluerunt euitare incommoditatem diuiſionis in ædifi-
cio caſtri, eadem dicendum eſt quod talem incommoditatē fu-
gere voluerint in diuiſione iuriſdictionis, & ob id quod eam di-
uidere voluerint reſpectu vſus, adminiſtrationis, & exercitij. Im-
mo maior incommoditas verſatur circa diuiſionem iuriſdictio
nis quàm circa diuiſionem vnius caſtri: quod patet, quia in ædifi
cio caſtri non conſiderant doct. illum modum diuidendi per u-
ſum, exercitium, aut adminiſtrationem alternis annis, quem mo
dum conſiderant in diuiſione iuriſdictionis, Itaque quod voluerint
& intēderint conſortes diuidere iuriſdictionem ad eum modū,
probatur per argumentum a maioritate rationis, quod argumē
tum procedit etiam in materia odioſa. l. qui indignus. ff. de ſena
tor. l. cui pacto. ff. de ſeruis expor. l. nec in ea. ubi Bar. ff. de adul.
l. relegatorum. §. poteſt. ff. de interdic. & relega. c. illorum. de ſen
ten. excommuni. ¶Tertiò principaliter, poſito & non conceſſo,
iuriſdictio diuiſa nunquam eſſet neque in proprietate neque re-
ſpectu exercitij aut adminiſtrationis, adhuc illa diuidi non poſ-
ſet ad modum deſideratum per D. Ioan. Federicum, ideſt vt di-
uidantur ſubditi ſimul cum territorio Montis Oroaij, ita quod unus
habeat ſubditos in tali parte territorij, & alter in alia parte, quia
dicitur quod ſubditi proteſtati ſunt coram Excellentiam Marchio-
nali quod non intendunt habere duplicem caſtellanum neque du-
plicem vniuerſitatem. ¶Quæ ipſa proteſtatio iuri videtur cōfor-
mis arguendo a maioritate rationis hoc modo, nam dominus
non poteſt facere conditionem ſubditorum deteriorem alienan
do eos inuitos. c. j. §. prętereà ducatus, de prohi. alie. feudi per
Feder. glo. ſing. in l. inuitus. ff. de fideicommiſ. liber. Specu. in ti
tu. de feud. §. quoniam. ver. 29. Bal. in c. j. §. ſi quis miles. in primo
nota. quo temp. miles in c. j. circa fi. de reſtit. ſpol. in l. in teſtamē
to. C. ad legem Falcid. in conſi. 324. Quæritur verum Papa. colū.
2. in conſi. 326. Rex Romanorum. col. 2. lib. j. & in cōſi. 410. Quę
ritur vtrum dominus. col. 3. circa prin. lib. 5. Hoſt. Abb. & Fel. in
c. dilecti. de maio. & obedien. Pau. de Caſt. in conſi. 70. quia fru-
ſtra, col. 3. poſt med. lib. j. Cur. ſenior in conſi. 65. col. 13. in prin
ci. Soci. in conſi. 39. col. 3. lib. 3. Dec. in c. j. col. 4. de proba. & in cō
ſi. 689. col. fin. poſt med. Iaſ. in l. debitorum. col. 2. poſt medium.
C. de pactis. in conſi. 56 lib. j. & in conſi. 227. col. j. lib. 2. Cur. iu-
nior in conſi. 174. col. 4. late Ripa lib. 2. reſponſ. de reſcrip. capit.
25. Immo dominus alienans ſubditos inuitos priuari debet pro-
prietate eorum. Cur. iunior in d. conſi. 174. col. penul. in fi. ſi non
poteſt dominus in totum alienare omnes ſubditos inuitos, mul-
tominus poterit eos ab inuicem ſeparare, & diuidere, ut habeāt
dominos & iudices ſeparatos, vt habeant uniuerſitates ſepara-
tas, per quam ſeparationem conditio ipſorum non paulo fit de-
terior atque per ſimplicem alienationem. nam duplicitas caſtel
lanorum & officiariorum non poteſt damnum non inuehere, iu
xta illud uulgatum, Solus cor ſolo, quid erit ſi creuerit alter.
Quod maximè procedit in villa breui & modica, in qua pro mō
ſtro videtur quòd habeat duo capita ſeparata ius reddētia. Ideo
videmus quòd eadem diœceſis non debet habere duos præla-
tos aut duos epiſcopos c. quoniam in pleriſque. de offi. ord. Ge
min. in conſi. 88. col. 2. circa med. & ſola experientia docet quòd
maiora grauamina ſuſtinerent ſubditi etiam in re pecuniaria a
duobus officiariis quàm ab vno non modicum etiam ſuſtinerēt
incommodum ex ſeparatione conſilij aut vniuerſitatis tam in ſē
tentiis reddendis per conſilium publicum. quàm ex multiplici-
tate ſyndicorum & aliorum officiariorum quibus ſalaria conſti
tuuntur. ¶Et pro hac opi. quod ſubditi inuiti diuidi non poſſint in
vno caſtro, adduco Alex. in conſi. 25. col. pen. ver. prætereà in ca
ſu in quo loquitur Ang. lib. 5. ubi Alex. poſt Ang. voluit quod diuiſio
ſubditorum videtur contra bonum publicum quando agitur de
diuiſione vnius caſtri tantum: ob id recipienda non videtur di-
uiſio dominorum contra bonum publicum. l. ius publicum. ff. de
pactis. l. ſi quis. §. hi quoque, ubi docto. ff. ad Syllania. cum ſimi.
5 ¶† Ad idem quòd diuiſio ſubditorum ipſis inuitis fieri non
poſſit, adduco glo. Abb. & doc. in c. ad audientiam. de eccleſ.
ædifican. vbi quod epiſcopus ſine conſenſu capituli non poteſt diui
dere vnam parochiam in duas, & per hoc dictum in terminis no
ſtris quod ſubditi inuiti diuidi non poſſint, ita tenet Ripa in d. li
bro 2. Reſponſ. de reſcrip. cap. 25. colum. 3. verſi. nonò facit. ¶Et
iſtud ſemper dicitur obſeruatum in Marchionatu Saluciarum.
Plus narratur quòd ſemel deuentum fuit ad diuiſionem ſubdito
rum Coſtigloliarum inter dominos, ſed poſtea reclamantibus
ſubditis ad veterem ſtatum vnionis redacti ſunt per viam ſentē
tiæ. Similiter ante annos lea ſubditi dominorum Montanhiæ, Te
gholarum, Ronati, & Melleti litigarunt contra ipſos dños uolē
tes eos diuidere, & tandem iudicatum fuit contra ipſos dños in
curia epiſcopali Papiæ, & conſuluit pro ſubditis d. Albertus Bru
nus Aſtenſis ob id ſubditi remanſerunt indiuiſi. ¶De qua ipſa re
Illuſtriſſimus Marchio apud quem cauſa tractatur, poteſt, & de
bet ſe informare, quia princeps non iudicat ſm acta, allegata,
& probata, ſed ſm veritatem vt Deus. gl. in Auth. de hære. & fal.
ci. in prin. & decidit, aut iudicat princeps ſola facti veritate in-
ſpecta. Bal. in c. j. §. j. de noua forma fidel. Etenim omnia iura po
ſitiua degenerant in actu & ſententia principis. c. in noſtra, de ſe
pultu. Soci. in conſi. 39. col. pen. poſt med. verſi. & probatur opti
mè. lib. j. ob id valet ſententia principis ſuper non petitis. Bal. in
l. eos. in prin. C. de appel. & in d. c. j. §. j. de noua forma fidel. Cur.
ſenior in conſi. 66. colum. 5. in fi. ¶Iam ſi in toto Marchionatu Sa
luciarum ſubditi vnius caſtri tantum nūquam fuerunt diuiſi, im
mo ſemel diuiſi redacti ad vnionem per uiam ſententiæ, non de
bet princeps deſiderium implere dñi Io. Fede. talem ſubditorū
diuiſionem expectantis, etenim fugiendæ ſunt nouitates. ca. cum
conſuetudinis. de conſuet. c. quod dilectio. de conſang. & affin.
nouitas. n. in periculo ſemper eſt. Ant. de But. in c. non debet. de
conſang. & affi. Ideo reprehenditur qui nouitates inducit. c. fi.
11. diſt. immo ex nouitate arguitur fraus quia quid ſtatuitur con-
tra antiquam conſuetudinem. Anto. de But. in conſi. 42. viſis pū
cto & quæſitis prædictis. col. j. ¶Sed dicet aliquis, dñs Ioan. Fe-
dericus non id quærit, vt ex diuiſione fiat deterior conditio ſub-
ditorum, quia non intēdit, vt augeatur numerus caſtellanorum,
ſyndicorū & aliorum officiorū, neq; vt fiant duæ vniuerſitates;
immo intendit quod vnus tantum caſtellanus utatur iuriſdictio
ne, ius reddat & adminiſtret, & vna tantum maneat vniuerſitas.

¶Reſpondeo q̧ ſi eius intentio talis ſit, ergo petit rem impoſſibilem, nam ſi idem caſtellanus ab utriſque dominis conſtitutus ſubditis omnib⁹ imperet, ergo iuriſdictio neceſſario remanebit indiuiſa, duplici reſpectu. Primò ſi ſimul cõſtituatur caſtellanus ab vtroque domino ſimultanea cõſtitutio eiuſdem caſtellani repugnat diuiſioni, quia non poteſt ſciri nec videri pro qua parte diuiſa ſit meus caſtellanus & pro qua tuus, immo in qualibet minima parte unuſquiſq; partẽ habet pro indiuiſo. l. Meuius. §. duobus. vbi glo. ff. de lega. 2. Secundò quia ſi caſtellanus conſtitutus ab utroque domino imperat ſubditis vnius, neceſſario imperat etiam ratione poteſtatis ipſi caſtellano attributæ per alterum dominum cũ eius iuriſdictio & poteſtas indiuidua. ¶Sed dicet aliquis ego non intendendo q̧ iſte caſtellanus ſimul & communiter conſtituatur ab utroque domino cõtra omnes ſubditos, ſed ſeparatim hoc modo, quia vnus dominus cõſtituet eum caſtellanum contra eos ſubditos, & alter contra ſuos & ſic iſte caſtellanus ſuſtinebit vices duorum caſtellanorum. Reſpondeo, quòd iſtud repugnat naturæ diuiſionis, quæ eſt vt fiat diuiſio per partes certas aut limitatas aut per adiudicationẽm inſolidum. §. ſi familiæ. inſtitu. de offic. iudic. Itaq; ſecundum naturam diuiſionis debet vnuſquiſque aut ſuum caſtellanum conſtituere diuerſum & ſeparatum, aut eius conſtitutio alteri inſolidum tribui p alterationes annorum quo caſu non poſſunt ſubditi diuidi quia facta diuiſione non poſſet caſtellanus ab vno tantum domino conſtitutus ſubditis alterius domini imperare in quos ius nõ haberet. C. ſi a non compe. iud. per totum. ¶Secundò reſpondeo q̧ ſi permiſſa ſit diuiſio ſubditorum ea lege quod unus, & idem caſtellanus omnibus ius dicat, incidit res in maius diſcrimen diſcordiæ atque antea eſſet, quia nunquam aut difficillime concordabunt domini in conſtitutione caſtellani. Immo alter ſuſpectũ habebit nominatũ ab altero & fiet quod uulgo dicitur, Dum uitant ſtulti uitia, in contraria currunt, & ſi pars audet allegare cauſam diſcordiæ ſubditis unitis, quibus imperat unus caſtellanus per annos alternos conſtitutus, quid fiet ſeparatis & diuiſis ſubditis, quia dicet alter dominus, nolo q̧ caſtellanus nominatus ab altero ſubditis meis aliquid mandet. ¶Tertiò reſpondeo q̧ iſte modus diuidendi conſideratus a parte reprobatur per doc. hoc modo, conſiderando doctores circa modum diuidendi conſiderant tres modos ſupra memoratos, inter quos nõ reperitur iſte modus, ut fiat diuiſio ſubditorum quibus imperetur & ius dicatur per unum caſtellanum, ergo iſte modus admitti non debet. Ita in ſimili arguit iuriſconſultus in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, uel alieni iuris ubi q̧ furor ſuperueniens nõ liberat a patria poteſtate, quia iſte modus liberandi non reperitur in ti. quibus modis ius patriæ pote. ſolui. & profectò ſi iſte modus diuidendi probabilis aut rationabilis uiſus eſſet, ueriſimiliter fuiſſet a docto. conſideratus. Ideo autem cõſideratus nõ eſt, quia noxius & inductiuus maioris diſcordiæ q̃ ipſa communio. ¶Ex præmiſſis clare explicata uidetur præſens difficultas. Solum ſupereſt ad contraria reſpondere, quæ ipſa licèt ſatis uideantur per ſupradicta diſſoluta Reſpondeo tamen in ſpecie ad maiorem declarationem, uerũ eſſe q̧ feuda inferiora & iuriſdictiones diuidi poſſunt, ſed dico q̧ hic diuiſio ſemel facta eſt, ut ſupra abunde probauimus, ob id amplius fieri non debet. Secũdo reſpondeo q̧ ubi iuriſdictio diuiſa non eſſet citra præiudiciũ ueritatis, tamen ex quo agitur de iuriſdictione unius caſtri tãtũ, non poteſt fieri diuiſio per ſeparationem ſubditorum ipſis inuitis. Inuiti autem apparẽt, dum non conſentiunt duplicitati caſtellanorum, & uniuerſitatum, ut ſupra probauimus. Ideo ſupereſt unus tantum modus diuidendi per diuiſionem vſus, exercitij, aut adminiſtrationis, qui ipſe modus comprobetur & cõmẽdetur a doc. ſuper alios modos vt ſupra oſtendimus, a principe ipſo non debet omitti. nam debet princeps ſeruare ſummam honeſtatem & ſummam æquitatem tanquam regula, quia ratio a capite edi debet. Bal. in conſi. 19. Factũ ſic proponitur. col. 3. poſt medium lib. 4. & debet princeps clementia & benignitate ſplendere. l. imperialis. C. de nuptiis. l. ij. C de dona. inter uir. & uxor. ſed nulla clementia aut benignitas, ſi admittatur diuiſio ad uotum partis inductiua admirationis & nouitatis contra morem antiquiſſimum, nutritiua maioris diſcordiæ, odij ac inimicitiæ ampliatiua. cum oporteat actum principis ab omni malitia & diminutione alienum eſſe & extraneum. §. illud. in Auth. conſti. quæ de dignita. Bal. in conſi. 24. Ius abbatialis. li. 2. & iniuria a principe maxime debet eſſe remota. l. ex facto. ff. de uulga. l. j. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æſtiua. l. meminerint. C. unde vi.

6 ¶† Innocentia n. principum eſt neminl iniuriam inferre. c. ſapiens. 6. q. j. & ineſt Chriſtianę religioni lenitas & manſuetudo cui eſt contraria crudelitas. c. unum ſolum. 23. q. 5. Gem. in cõſi. 96. col. 4. circa medium ſed ante Gem. illa retulit. Oldra. in conſi. 226. ¶Poſtremo in re dubia quæ ipſa tamen clariſſima videtur in fauorẽ domini Io. Antonij eligi via debet quæ vtriq; parti minus ſit prẹiudicialis. Pau. de Caſt. in l. j. in ſi. ff. ſi quis cautio. & ibi Iaſ. col. 3. poſt medium. Dec. in conſi. 192. col. 2. Addo Bal. in cõſi. 192. Proponitur q̧ in quadam ciuitate. col. ſi. lib. 2. ſed iſta diuiſio iuriſdictionis per uiam exercitij aut adminiſtrationis deputando caſtellanos alternis annis, minus grauis & oneroſa dicitur utrique parti, & eam pro tali doc. recipiunt & cõmendant, quicquid alter dicat pars fingendo occaſionem diſcordiæ, & nihil tale in præteritum accidiſſe probando, prout nec poteſt uccidere ex facto ipſius diuiſionis nam circa conſtitutionem caſtellanorũ nulla occaſio rixæ aut diſcordię eſſe potuit, quia vnuſquiſq; inſolidũ conſtituit ad arbitriũ & libere alternis annis. Rurſus circa perceptionem emolumẽtorum nulla prorſus occaſio diſcordiæ, quia emolumenta ipſo iure diuiſa ſunt cum percipiat unuſquiſque partem ſuam diuiſim, & ſeparatim. l. ea quæ. C. famil. erciſ. Similiter ex communione ſubditorum nulla omnino occaſio diſcordiæ, immo unio ſubditorum ipſa eſt quæ dominos amplificat. Etenim non poteſt unio utilitatem afferre ſubditis quin illa ad dominos defluat tanquam a membris, nam ornatus mẽbrorum ſpectat ad ornatum capitis. l. qui ex vico. ff. ad municip. Iaſ. in l. prætor ait. §. deinde, col. 2. nu. 3. ff. de ope. noui. nun. Ideo cõmodum ſubditorum reputatur commodum domini. l. unica circa ſi. C. de caduc. tollen. & theſaurus principis dicitur ſubditi bene ſe habentes. §. cogitatio, in Authen. vt ind. ſine quoquo ſuffra. & ſubditi pingues, netui dicuntur principis. l. 2. C. de omni agro. deſer. lib. 11. Bal. in conſi. 410. Quæritur utrum dominus. col. 3. lib. 5. & uidemus ipſo rerum experimento quod domini excellẽtiores habentur, qui caſtra & ſubditos poſſident maioris amplitudinis & opulentiæ. Reſpiciat etiam princeps ad cauſam iudicii huius, unde originem ducat Sauiliani. 12. Iulu. 1547.

Aymo Cranetta ex Sauiliano I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *In dubio dolus non præſumitur.*

2 *Caret dolo qui accipit vt domino reſtituat.*

3 *Qui aufert feudum a vaſallo tanquam a rebelle, ſatis dicitur declaratum eſſe rebellem.*

4 *An rumor & fama excuſet a dolo.*

5 *Idem operatur metus & ſuſpitio periculi ad excuſandũ quod ipſum periculum.*

6 *Præſumptio doli ceſſat ratione ſanguinis, & coniunctionis.*

7 *Cauſa facti inſpici debet, non ipſum factum.*

8 *Ex publica proteſtatione in aliquo quis non dicitur doli reus*

9 *Dubitans & ignorans æquiparantur.*

10 *Poteſt vnus ſociorum inſolidum diſponere de re communi.*

11 *Talis præſumitur voluntas præcedens, qualis colligitur ex facto quod ſequitur.*

12 *Ceſſat delictum in acceſſorio vbi principalis non deliquit.*

13 *Appellare dicitur qui ad principem iter arripuit.*

14 *Qui credit hominibus fide dignis, excuſatur ſi deliquit.*

15 *Ceſſante dolo de pœna aliqua tractare non oportet.*

16 *Facienti quod debet, culpa aſcribi non poteſt.*

17 *Culpa qualibet etiam leuiſſima abeſſe præſumitur ab his, qui operam dant rei licitæ.*

18 *Vbi actum dupliciter poſſet intelligi, eo modo intelligitur, quid declaratur per proteſtationem.*

19 *Quoties agitur de vitanda pœna, ſufficit error quicunque.*

20 *Contumax in non faciendo non punitur quãdo fuit probabilis cauſa aut impedimentum ita non faciendi.*

21 *Prohibitus damnum dare, tenetur curare ne damnum detur.*

CONSILIVM CCCXIX.

¶Pro Magnifico dño Sebaſtiano Penſa ciue Montiſregalis Marſaliæ condomino contra fiſcum Marchionatus Saluciarum.

DIVI-

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Proponitur in facto quòd caſtrum Marſaliæ in Marchionatu Salúciarum, quod primo inſolidum acquiſitum fuit per Magnificum dominum Sebaſtianũ Penſam, poſtea per modum prouiſionis ſuæ ſummariæ conuentionis commune factum eſt Illuſtr. Marchionis Gabrielis & ipſius Penſæ, donec aliter iudicio deciſum ſit. Deinde accedente, & augeſcente rumore & fama quòd Marchio ipſe ab humanis receſſiſſet & quòd Illuſtr. D. Ferdinandus Gonzaga Cæſaris vices ſuſtinens Pedemontium aduentaret, & iam eſſet in loco Clataſch, metuẽs dominus Sebaſtianus vt ne caſtrum Marſaliæ de improuiſo inuaderetur in quo ipſo neque milites neque annona eſſet, moræ periculo incumbente, milites quoſdam non obſcuros, viles aut pauperes, immo honeſtorum morum & bona poſſidentes elegit, & in dicto caſtro dimiſit cum mandato tenendi caſtrum ipſum communi nomine id eſt Illuſt. Marchionis ſi ageret inter viuos, aut eo defuncto nomine ſucceſſorum. qui ipſi milites ob moræ periculum dicuntur annonam in caſtrum contuliſſe, quam a ſubditis Marſaliæ etiam inuitis acceperunt. Quam ipſam rem Marchio audiens continuo cauſam reſtitutionis caſtri domino Rufinetæ Marchionali commiſſario delegauit, qui præceptis pœnalibus inſtetit cõtra cuſtodes & milites caſtri ad eius reſtitutionem, quam facere noluerunt niſi ad mandatum ipſius domini Sebaſtiani, qui audita voluntate domini illico reſtitutionem fieri procurauit, & ſtatim habita fuiſſet reſtitutio niſi dominus Rufineta cuſtodes caſtri captiuos ad arbitrium voluiſſet. Cuius deſiderio ipſi milites indulgere noluerũt, ſed ad ipſum Marchionem reſcribendum duxerunt vt intelligerent an ex voluntate ſua fieret deſideriũ eiuſmodi. Interea autem dum expectatur iuſſio domini caſtrum remittitur domino Rufinetæ commiſſario militibus ſaluis. Ex præmiſſo themate illud quæritur, an memoratus dominus Sebaſtianus crimen illud admiſerit læſæ maieſtatis, aut aliud ex quo pœnam eum ſuſtinere oporteat ſaltem pecuniariam? ¶ Videretur dicendum prima fronte crimen commiſſum eſſe læſæ maieſtatis, nam tale crimen committitur etiam contra principes inferiores puta Duces, Comites, Marchiones. Archid. & doc. in c. fœlicis, in verbo læſæ maieſtatis, de pœnis. lib. 6. Pao. de Elea. & doc. in clem. paſtoralis, in prin. de re iudi. ſequitur Alex. in conſ. 13. col. j. lib. 6. Calcan. in conſ. 2. col. 8. Quod ſaltem procedit reſpectu amiſſionis bonorum. Barba. in conſ. 70. lib. 4. Brunus Aſtenſis in conſ. 38. & dicit Guido Papæ q. 343. quòd licet non committatur crimẽ læſæ maieſtatis niſi contra non recognoſcentes Cæſarem, tamen de conſuetudine cõmittitur etiam contra magnos barones. ¶ Hoc ita præſuppoſito videtur commiſſum crimen læſæ maieſtatis ex illa contumacia in non remittendo caſtrum. l. 3. §. j. vbi gl. in verbo tenuerit. ff. ad legem Iul. maieſta. vbi quòd cuſtos arcis recuſans illam domino tradere, incidit in crimen læſę maieſtatis: ſed dominus Sebaſtianus reſpectu partis caſtri pertinentis ad Marchionem ſolũ erat nudus cuſtos, ergo &c.

¶ Secundo dominus dicitur vaſallus Illuſt. Marchionis cui iurauit fidelitatem, in quo iuramento promittitur ne vaſallus ſit in aliquo damno domino ſuo neque in perſona neque in bonis, in c. j. de forma fidel. in vſib. feud. ſed tali fidelitati videtur contrauẽtum occupãdo caſtrum inſolidum in quo dominus ius haberet. Conſtat autem contrauenientem iuramento fidelitatis in crimẽ incidere læſæ maieſtatis & proditionis, ut per Alex. in d. conſ. 13. col. 2. in fi. & ſeq. libr. 6. Brunum Aſtenſem in d. conſ. 38. & talis vaſallus contrauenienѕ fidelitati feudum amittit. Bald. in conſ. 327. Pridie, col. 3. lib. j. Nec eſſe peccatum contra principem videtur excuſabile, quia faciens aliquid contra principem dicitur facere contra ius naturale, quia princeps dicitur pater omnium. Calca. in d. conſ. 2. col. 14. poſt prin. allegat Alber. in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris.

¶ Tertio videtur dominus Sebaſtianus commiſiſſe crimen violentiæ cõtra dominum, nam recuſando admittere dominum ad poſſeſſorium rei communis videtur dominum ſpoliaſſe & illi violentiam intuliſſe cum armis vt ſit locus pœnæ. l. ſi quis in tantã. C. unde vi. Ita Anch. in conſ. 128. Ad dubia licita, in fi. per text. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſeſſ. allegat etiam Specu. in titu. de petito. & poſſeſſor. Idem voluit Corne. in conſ. 207. col. fi. lib. 2. allegat Bal. in l. ſi quis in tantam, uerſi. 10. dicitur. Conſtat autem crimen uiolentiæ cum armis non modicum eſſe. §. item lex Iu. 2. de ui. inſtit. de publi. iudi. toto titu. ff. & C. ad legem Iul. de vi publi. Quod ipſum crimen ſi graue eſt contra priuatum, quid dicemus contra Marchionem & dominum? & contra d. Sebaſtianum videtur adduci poſſe dictum Senecæ relatum per Bal. in conſ. 218. Petita venia. col. 2. lib. 3. Cum pari contendere anceps eſt cum ſuperiore ſeu principe furioſum, cum inferiore ſordidum. ex quibus videtur ipſum D. Sebaſtianum effugere non poſſe quin pœnas ſuſtineat aut criminis læſæ maieſtatis aut ſaltem publicæ uiolentiæ & raptus bonorum. quia dicitur rapta etiam farina domini a molendinis communibus ¶ Neque excuſandus videtur reus ex communione dominorum quod caſtrum Marſaliæ commune eſſet, iuxta l. merito. ff. pro ſoc. quia ille tex. non procedit quando ſocius in re communi aliquid facit vltra quam facere liceat iure communionis, & ſe interponit vltra quam exigat ratio partis ſuæ, quia tunc nõ præſumitur facere pro iure ſuo ſeu iure communionis. l. duo fratres, in fi. ff. de acq. hære. Ita in terminis no. Alex. in conſ. 103. col. 4. verſ. nunc reſtat reſpondere, libr. 3. Sed dominus Sebaſtianus pro iure ſuo aut iure cõmunionis non poterat denegare aditum domino commiſſario Rufinetæ & aliis militibus Excellentiæ Marchionalis, ergo &c. ¶ Sed pręmiſſis nõ obſtantibus, quæ uere non obſtant, contrarium puto de iure & æquitate uerius, quòd immo puniri non debeat ipſe d. Sebaſtianus aliqua pœna ſed præmio potius dignus ſit, & quòd excuſetur ab omni dolo & culpa ſequentibus fundamentis. ¶ Et primo ipſe d. Sebaſtianus habet præſumptionem iuris pro ſe, 1 quod in dubio dolus non præſumitur. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. c. 2. de renuncia. libr. 6. & potius præſumitur culpa quàm dolus. l. quoties. §. j. vbi Bar. ff. de hære. inſtit. cum ſi. n. vt per Alex. in conſi. 40. col. fi. libr. 2. Quæ iuris regula maxime procedit in ipſo domino Sebaſtiano uiro notorie probatiſſimo & laudatiſſimo nominis, & famæ integerrimæ. Etenim non tenuis eſt uirtus bonæ famę, quæ ipſa uires debilitat iudiciorum. Bar. in l. j. §. pe. per illum tex. ff. de re milita. Bal. in l. fi. col. fi. C. de proba. & in conſ. 410. In cauſa & quæſtione Antonii. col. 2. poſt med. uerſ. & multum prodeſt. lib. 2. Pau. de Caſt. in conſ. 284. Viſo quodam tali quali proceſſu, in fi. li. 2. Dec. in l. qui accuſare, col. j. poſt med. C. de eden. & alibi ſæpiſſime doc. facit dictum Hoſtien. in c. finem litibus, col. pe. de dolo & contu. ubi quòd qualitas perſonæ magnæ & approbatę fidei excuſat a condemnatione expenſarum, quia nõ eſt veriſimile quòd talis perſona calumnioſe litigauerit. ſequitur Alex. in l. properandum. §. ſin autem alterutra, col. 4. C. de iudi. Iaſ. in conſi. 170. col. 6. lib. 2. Similiter propter qualitatem & honeſtatem perſonæ admittitur probatio contra præſumptionem iuris & de iure. Anto. de But. in c. uidua, in fi. de regular. Dec. in c. poſtremo, de appell. & in conſ. 571. col. 5. in princ. Itaque non eſt ueriſimile quod dominus Sebaſtianus uir fidei probatiſſimæ dolum uoluerit cõmittere contra eius dominum & marchionem. ¶ Secundo ceſſat præſumptio & ſuſpitio doli contra ipſum d. Sebaſtianum ex eius proteſtatione aut ſuo nomine facta coram dom. Ioanne Baptiſta Marraboti poteſtate Ciliarii quòd non intendebat mittere cuſtodes aut milites ad caſtrum Marſaliæ in odium aut damnum ipſius marchionis, immo ad eius commodum & eius etiam nomine ſi uiueret, aut eo defuncto nomine ſuorum ſucceſſorum, & ſic communi nomine propter ſocietatem quam haberent in caſtro. 2 quo caſu dolus omnino ceſſat. 2 nam dolo caret qui accipit rem ut domino reſtituat. l. 3. §. non tantum, uerſ. ſed etenim additum eſt. ff. de incen. ruina naufra. quem tex. ad hoc citat Federicus de Senis conſ. 107. Dominę Franciſcæ. in prin. quem tex. ſtringo fortius in caſu noſtro, nam ibi excuſatur a dolo qui rem rapuit prorſus alienam ut domino ſaluam faceret ex naufragio, quid hic dicemus in domino Sebaſtiano qui rem alienam non accepit ſed communem, quam ſaluam faceret utrique domino? Immo fortius ſtringo quia dominus Sebaſtianus prætendit caſtrum Marſaliæ inſolidum ad ſe pertinere quicquid aliter conuenerit per modum prouiſionis ante rem plenarie tranſactam, ob id iuſtiſſima fuit cauſa cuſtodiendi caſtrum cuius pars dimidia ſine controuerſia eſſet ipſius domini Sebaſtiani in altera autem dimidia ſpẽ obtineret & habeat non uanam, ſiquidem narratur quòd de tempore alienationis factæ per Illuſtr. tunc marchionem Franciſcũ, illa dimidia uendita poſſidebatur per cameram marchionalem ob delictum uaſalli in maledicendo de eius principe cuius maledictionis pœna remittitur arbitrio ipſius principis ut in tit. C. ſi quis impera. maledix. Itaque tenendo & poſſidendo eius bona, non obſcure declarabat princeps eius uoluntatem circa pœnã quòd dimidiam illius caſtri confiſcatam eſſe uolebat cameræ marchionali, quia facto datur uoluntas intelligi. l. Paulus reſpondet non tantum uerbis. ff. rem rat. habe. l. duo fratres. ff. de acqui. hære.

hæred.l.reprehendenda.C.de inſti.& ſubſtit. vbi gl.dicit φ facto datur voluntas intelligi etiam in animalibus brutis.§.ceruns,inſti.de rerum diuiſ. ¶Cæterum non eundo per generalia & ſimilia in terminis adduco Soc.in conſ.244 col.5.verſ.non obſtat, φ ſequitur.libr.2. vbi quòd facto ipſo inducitur ſententia iudicis declaratoria vel interlocutoria puta vt examinentur teſtes ad æternam rei memoriam,requiritur interlocutoria φ primo iudex pronunciet teſtes eſſe valitudinarios vel de proximo abfuturos,dicit Soc. φ ſatis dicitur iudex hoc declarare examen committendo. eodem modo ſatis dicitur princeps declarare pœnam publicationis bonorum,illa accipiendo. Sed magis in terminis adduco
3 eundem Socin. in conſi.4.col.6.circa med.lib.3. † vbi ſi princeps auſert feudum a vaſallo tanquam a rebelle, ſatis dicitur declarare rebellem eum eſſe. ¶Quo ipſo ita præſuppoſito conſideret iudicium facturus ſi ſpes domini Sebaſtiani circa recuperationem ipſius caſtri inſolidum, fuerit & ſit vana aut probabilis.Conſideret etiam quòd a primordio tituli poſterior formatur euentus. l. j.circa ſi.C.de impo.lucra.deſcrip.libr. 10.nec falſum dicitur, φ primordium aliquod habuit veritatis. l cum filius. §. hære.. ff. de lega.1.Itaque reſpiciendo ad primordium & initium rei , cũ pertineret & pertineat caſtrum Marſaliæ ad ipſum dominum Sebaſtianum inſolidum , quod ſubſecutum eſt ad cuſtodiam & incolumitatem ipſius caſtri,ſtante rumore mortis Illu. Marchionis, de aduentu Illuſtr. procæſaris conſtante odio ſubditorum Marſaliæ,ad vitium aut crimen aliquod referri nullo modo põt.

¶Tertiò ſi Marchio de tempore miſſionis militum vere fuiſſet mortuus quemadmodum rumor diſperſus erat, ſtante etiam rumore aduentus procæſaris & Illuſtr. Io. Ludouici fratris ipſius Marchionis,nullus(arbitror) diceret rem male actam per dominum Sebaſtianum conſortem & ſociũ caſtri, ſi illud interim ſaluum eſſe curaſſet ab inſidiis aduerſariorum:ergo idem dicendũ eſt & ipſo marchione ſuperſtite, quia rumor mortis excuſat ipſum dominum Sebaſtianum a dolo & a pœna.l.ſi.ff.de hæred.inſti.vbi quòd ſubueniri debet erranti ex rumore populi. Idem mulier ſecundo nubens propter rumorem mortis mariti longo tranſacto tempore,non patitur pœnas adulterii.l.miles. §.mulier.ff. de adul.Bal.in conſ.488. Sequens quæſtio,in tertio dubio.libr.1.
4 & φ rumor † aut fama excuſet a dolo.tradit Bar.in l.cum quidã. § quod dicitur,col.2.verſ.& ſic facit.ff.de acquir. hæred.& in l.5. col.2.ff.ad turpilia.Idem voluit Oldr.in conſ.304.Infraſcriptæ allegationes.col.2.poſt med.ubi quòd excuſatur impetrans beneficium viuentis quando rumor erat quod eſſet mortuus. & quòd fama excuſet a dolo,voluit Guido Papæ.q.301.in quarto effectu. & idem Papæ q. 44 . vbi loquitur de quodam caſtellano qui fecerat viſitari puellã de qua rumor erat quòd partum enixa erat & occultauerat,licet ita non eſſet,quòd non tenetur iniuriarum, ſed excuſatur a dolo propter illum rumorem. Alibi ſcribit Calca.in conſ.100.col.3.in fi.quòd incidens ligna tanquam in nemore talis , cum non eſſet , excuſatur ſi ea fama aut vulgi opinione tanquam illius appellabatur.& magis in terminis circa principẽ tradit Bald.in conſ.289. Quia conſuetudo.lib.4.vbi quòd fama excuſat primatum vtentem iuribus regalibus quando fama erat quòd talia regalia pertinebant ad anteceſſores ipſius vtentis.fama autem de morte Marchionis iam inualuerat nec modico tẽpore durauerat in tota patria Pedemontium,immo & in ipſo Marchionatu Saluciarum, & in ciuitate Montiſgregalis , & quòd fama talis eſſet,teſtimonia plurima docent:immo ipſi mihi ſcienti Marchionem ſuperſtitem multi volebant perſuadere mortuũ eum eſſe per dies plurimos.

¶Quarto ſi illuſtriſsimus Cæſaris locum tenẽs vere iter inſtruxiſſet cum militibus armatis verſus Marſaliam , & dominus Sebaſtianus Penſa id egiſſet,quod præſtitit & fecit,nemo eum doli,ſi non inſaniat,audeat accuſare.tantum dicendum eſt ſtante ſu-
5 ſpitione ne accederet , † quia idem operatur metus & ſuſpitio periculi ad excuſandum,quod ipſum periculum. & idem operatur ſuſpicio belli quod ipſum bellum . nam ſufficit iuſtus timor quamuis malum aut periculum non contingat. l.habitatores. §. ſi.ff.locati.l in hac ſtipulatione.ff.de damno infecto.quæ duo iura ad hoc allegat Imol.in conſ.7.col.2.not.Soc.poſt Alex.in l.diuortio,in prin.col.4.in 3.not.ff.ſolut.matr. Dec.in l j. col.2. n.67. ff.de offic.eius & in conſ.297.col.2.circa med. Iaſ.in l.clam poſſidere § qui ad nundinas,in octauo not.ff.de acqui.poſſ.immo peior eſt in bello timor ipſo bello. Seneca in tragediis quem refert Ancha.in conſ.88.[illegible] col.2.

¶Quinto magis in terminis adduco tex.in l.3.§.hac actione. ff.de neg. geſt. vbi in materia actionis negociorum geſtorũ æquiparantur neceſsitas gerendi & ſuſpicio neceſsitatis , & ſic paria ſunt quòd quis gerat negotium alterius neceſſario vel quòd ſuſpicetur ſe teneri.modo dominus Sebaſtianus erat & eſt vaſallus domini Marchionis videbat periculum incumbere , probabiliter dubitare poterat de duobus , primo ne iacturam faceret in perditione caſtri in quo ipſo ius inſolidum prætenderet.

¶Secundo ne dominus obijceret inueniens tempus , cur non proſpectum eſſe curaſſet incolumitati caſtri ipſe proximior , aduerſariis appropinquantibus,cum teneatur vaſallus ex forma fidelitatis curare ut ne in damno fiat dominus,ſtante tanta ſuſpitione & metu ob aduentum hoſtium apud omnes regię maieſtati ſubiectos vt eo nomine auctæ fuerint vigiliæ & cuſtodiæ in locis munitis . nam Sauiliani etiam cataphracti equites in vigiliis & excubiis aſsidui erant,& in ciuitate Montiſgregalis equites leuis armaturæ qui foris agerent , intus cuſtodiae agere iuſſi ſunt, & ciues ipſi ad cuſtodiam videbantur vt loquuntur teſtes.

¶Nec extra metum marchionatus ipſe erat præceteris timens notorie.¶Sexto ceſſet doli præſumptio in domino Sebaſtiano,ar-
guendo a fortiori hoc modo : † nam ceſſat doli præſumptio ratione coniunctionis ſanguinis quòd doloſe quis agere quid noluerit aduerſus coniunctum ſanguine l.ſi vxor.§.ſi.vbi gloſ. ff.de adulte.vbi non probans accuſationem propoſitam aduerſus cõiunctum excuſatur a calumnia ratione coniunctionis ſanguinis, quia non eſt veriſimile quòd per calumniam coniunctum voluerit accuſare.Ad idem tex.in l.in ſenatuſcõſultum. §.co..ff.ad turpilia. quantominus præſumi debet dolus contra principem in vaſallo quòd voluerit vaſallus doloſe aut improbe quid agere aduerſus dominum poteſtatem habentem vlciſcendi,cum fatuũ ſit latrare contra eos qui poſſunt mordere.Iaſ.in conſ.167.col.5. ante med.lib.4.& tantominus præſumi debet talis dolus contra vaſallum opulentiſsimum,qui non ignoraret iacturam maxim. & corporis & æris ſi dominum offenderet.

¶Septimo quod egit dominus Sebaſtianus,id fecit cauſa iuris ſui conſeruandi,non etiam vt domino noceret,ergo in dolo dici non poteſt:nam ſi quis ædificium uicini deſtruat orto incendio, ædificii ſui defendendi cauſa,dolo caret, nec tenetur criminaliter neque ciuiliter ad ſatisfactionem damni.l.3. §. quòd ait prætor.ff.de incen.rui.naufra.ubi gl.concord.allegat.

rus videtur Illuſt. Marchionem ſpoliaſſe, non admittendo milites ipſius Marchionis iuxta teſtimonium magnifici domini Boniſacii de Saluciis domini Chiſoni: quia reſpondeo quod ſpoliatio conſiderari non poteſt cum expreſſe fuerit proteſtatus ſe caſtrum cuſtodiri mandaſſe etiam nomine marchionis, & is poſſidet cuius nomine poſſidetur. l. quod meo. ff. de acqui. poſſeſ. Amplius dico quòd licet marchio ipſe aut alius pro eo agens expulſus eſſet de poſſeſſione caſtri, tamen ea quo alii in caſtro erant illud tenentes etiam eius nomine, non diceretur marchio poſſeſſionem ſuam perdidiſſe aut ea ſpoliatus. l. j. §. ſi quis vim. ff. de vi & vi arma. Ideo ſi ego expellar de poſſeſſione, & mei, non competit mihi interdictum recuperandæ, quia per meos retineo poſſeſſionem d. l. j. §. non alii autem. ff. de vi & vi arma. Paul. de Caſt. in conſ. 253. Ad confirmationem. colum. j. li. j. Quid hic dicemus vbi nullus allegatur expulſus, qui intus in caſtro eſſet nomine marchionis?

¶ Secundo reſpondeo in hoc dominus Bonifacius eſt ſingularis nec probat. l. Marcellus. poſt princip. ff. rerum amo. l. iuriſiurand. C. de teſtib. c. cum dilecti, de electio. cum ſim.

¶ Tertio reſpondeo quòd immo non fuit negata admiſſio militum marchionis & amplius ipſius caſtri remiſſio, ſed quia munitum erat caſtrum ob dubium mortis Marchionis, & ob aduentum Procæſaris & ob eam cauſam miſſus erat nuncius ſacerdos Franciſchinus ad ipſum marchionem per quem veritas haberetur. ſolum petita fuit breuiſſima dilatio, dum reſpõſum marchionis acceptum eſſet, ob id non dicitur dominum ſpoliare, qui ipſius domini voluntatem expectat cuius ipſius imperio omnino obtemperet, vt in præcedentibus abunde dictum eſt & ipſemet dominus Bonifacius in eius repetitione dicit conclusionem captam eſſe inter vtranque partem de habendo voluntatem Illuſt. domini marchionis: conſequenter ex teſtimonio eiuſdem domini Bonifacii res videtur clara.

¶ Quarto reſpõdeo cum rumor mortis marchionis potiſſima cauſa fuiſſet illius munitionis caſtri ſtante maximo odio ſubditorum Marſaliæ & aduerſario appropinquante, iuſte potuerunt agentes domini Sebaſtiani non credere verbis & præceptis dominæ Rufinetæ & ipſius domini Bonifacii donec conſtaret de vita ipſius marchionis, quod breuiſſimo tempore futurum erat tráſmiſſio iam nuncio ob eam cauſam iuſtam, quia factum ob aliquam cauſam iuſtam & probabilem, ſi vera ſit, reuocari non debet niſi prius conſtet de falſitate cauſæ. argu. l. diuus. ff. de teſtamen. mili. nec imputandum videtur illud quærentibus ſcire quomodo rei veritas haberet, ne forte iura domini Sebaſtiani in diſcrimen uenirent in tempore tam ſuſpecto, quia vt ſupra dictum eſt in ſeptimo fundamento ad excluſionem doli, permiſſum dicitur factum, quod fit ad conſeruandum ius ſuum. quod ſine dubio procedit, quia interim dum veritas rumoris, & reſponſum domini & voluntas eius expectatur, ius ipſius domini deterius non fiebat nec intereſſe aliquod ipſius uerſabatur, ex quo nomine ipſius caſtrum tenebatur. Ceſſante autem intereſſe, ceſſat ius agendi, ceſſat & pœna. l. ſi duo. §. item ſi duo ff. ſi quis cautio. l. finali. §. & ſi reus. in fin. ff. iudic. ſolui. & leg. fina. in principio. ff. rem ratam habe. quæ iura ad tale propoſitum citat Romano. in conſilio 193. Negari non poteſt. vbi ſi reus promittat de iudicio ſiſti, & non recedendo ſub pœna ſine licentia iudicis ſi recedit illicentiatus, ſed poſtea repreſentetur per fideiuſſorem, pœna non committitur, quia facta repreſentatione ceſſat intereſſe. refert & ſequitur Dec. in l. ex conuentione, in primo not. C. de pactis.

¶ Quintò reſpondeo quòd ſi rumor & ſama excuſant a delicto, vt ſupra dictum eſt in tertio fundamento facto circa excluſionem doli, durare debet excuſatio, donec ceſſet talis rumor & fama l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. c. cum ceſſante, de appellatio. arguẽdo ab oppoſitis. nã cauſa ceſſante ceſſat effectus, ergo cauſa nõ ceſſante non ceſſat effectus, vt cõtrariorũ eadẽ ſit diſciplina. l. prima. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Itaque rumore & fama non ceſſante, non ceſſat effectus qui inducitur ex tali rumore & fama ob id nihil imputandum videtur domino Sebaſtiano neque agentibus pro eo iuſſis caſtrum remittere, ſi illud certe ſcire voluerunt an dominus uiueret ne forte eo mortuo per inſidias æmulantium in diſcrimen perditionis caſtri veniret.

¶ Non obſt. quartum argumentum q̃ dominus Sebaſtianus fecerit in re communi vltra ius quod ſibi competeret tangendo de iure ſocii, quia negatur, immo ius ſocii expreſſe fuit reſeruatum per proteſtationes reiteratas & per reſponſiones militum, qui ſemper reſponderunt ſe caſtrum tenere etiam nomine ipſius Marchionis vt ſupra abunde dictum eſt.

¶ Non obſt. aſſerta ſubtractio victualium contra voluntatem dominorum, quia facilis eſt reſponſio, nam illa munitio caſtri egebat celeritate & fiebat ob vtilitatem publicam, non ſolum ipſius marchionis domini Sebaſtiani, ſed etiam ipſorum ſubditorum Marſaliæ, ne intercepti fuerunt de improuiſo. Sed pro cauſa vtilitatis publicæ vbi mora eſſet periculum allatura, licitum eſt leges tranſgredi. l. de pupillo. §. ſi quis ſuos, vbi moder. ff. de operis noui nunciatio. Immo tali caſu quando periculum eſt in mora licitum eſt non habenti iuriſdictionem punire vſque ad vltimum vitæ ſupplicium, vt per Iaſ. poſt alios in l. j. col. 20. verſi. quod vltimum limitant, ante num. 58. ff. de offi. eius. Quid hic dicemus vbi agitur de modico præiudicio certorum victualium pro quibus nullus conqueritur de ipſo domino Sebaſtiano iuriſdictione non carente?

¶ Secundo reſpondeo q̃ pro cauſa victualium nullus compareret accuſator, ob id ſine accuſatore condemnari non debet. l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem. ff. de mun. & honor. vbi glo. citat dictum Domini: Quis te accuſat, nemo Domine &c. Ideo dici ſolet communiter, ſi legitimus non fuerit accuſator, non fatigetur accuſatus. capitu. j. de accuſa. ideo non accuſatur dominus Sebaſtianus a dominis victualium quia accepta fuerunt cum promiſſione ſatisfaciendi & conuenię inter eos, ob id nihil eſt q̃ inquietetur victualium nomine.

¶ Non obſt. q̃ dicitur attentatum contra Claudium de Bona locum tenentem: quia ſi videantur teſtes ipſe fuit autor rixæ ponendo manum ad dagbam aut pugionem cum nihil diceretur aut fieret cõtra eum cur ita ageret, ob id ipſi prouocati eſt imputandum. l. j. §. cum arietes. ff. ſi quadru. pau. fe. di. l. quoniam multa. C. ad legem iul. de vi. c. fi. de iureiur. nec dicitur incipere qui per iram quid agit, ſed quid ad irã prouocat, quia princeps culpæ dicitur a quo incipit malitia, ſecundum Ariſtotelem relatum per Bal. in conſi. 143. Super quæſtione vertente inter Chriſtophorum. col. 2. lib. 2.

¶ Secundo reſpondeo q̃ cum principium congregationis & miſſionis multum fuerit licitum ob bonum publicum & commune ad ſalutem & incolumitatem caſtri ab aduerſarijs, licet milites congregati, & miſſi mali quid egiſſent etiam percutiẽdo aut occidendo, non tamen tenetur mandans qui principium & operam dedit rei licitæ. Bal. in conſi. 219. Decreto domini. lib. ſecundo. nam quando initium eſt licitum & habet cauſam licitam inſpicimus initium non finem, qui ſequitur, l. q̃ ait. §. q̃ ait. & ibi Barto. ff. de adulter. Nec iſto caſu quando initium eſt licitum & operam quis dat rei licite, procedit regula q̃ qui occaſionem dãni dat, damnum, dediſſe videtur. glo. in c. ſicut nouis, in verbo dederunt. de teſtibus Curt. iuni. in conſi. 137. columna penultima circa medium.

¶ Tertio reſpondeo, poſito, & non conceſſo, dediſſet dominus Sebaſtianus operam rei illicitę, non tamen teneretur pro iniuria Claudii de Bona, quia factum ipſius domini Sebaſtiani non erat ordinatum contra ipſum de Bona, quo caſu ceſſat regula, q̃ qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. quæ regula nõ procedit quando illa occaſio non erat ordinata ad illud damnum Alber. de Roſat. in l. qui occidit. §. fi. ff. ad legem aqui. Alexand. in conſil. 140. colum. 3. circa medi. verſic. pro hoc quia vbi delictum. lib. 2. Socin. in conſilio 56. colum. fi. lib. 2. late. Deci. in conſilio 224. in 2. dubio. & non ſolum factum domini Sebaſtiani non erat ordinatum ad aliquod damnum ipſius de Bona, immo ad eius cõmodum & officium vt reciperet teſtimoniales: ob quã cauſam fieret illa munitio caſtri Marſaliæ, quæ ipſæ teſtimoniales tendebant ad bonũ publicum ad tollendũ ſuſpicionẽ & ſcãdala, quæ alias naſci potuiſſent, ob id imputandũ videtur ipſi de Bona, qui officiũ ſuũ impartiri noluit eius ſuperiori cũ eſſet dñs Sebaſtianus eius ſuperior pro parte: conſequenter in ipſum de Bona iudicium eſſe conuertendũ. ex qua ipſa re odiũ eiuſdẽ de Bona non obſcure proditur contra ipſum d. Sebaſtianũ. ¶ Ex præmiſſis cauſa & innocentia ipſius domini Sebaſtiani ſplendidiſſima facta videtur & poſita extra omnem cõtrouerſiam, pro quo etiam in dubio eſſet pronunciandum. vulg. l. non puto ff. de iure fiſci. cum ſimi. vt dixi in conſi. 6. in fi. & dicam cum iuriſconſulto in l. ſeruus ea lege, in fi. ff. de ſeruis expor. & q̃ pœnæ non irrogatæ indignatio duriciẽ ſolã continet. Sed enim agitur cauſa apud virũ quẽ ipſum nõ ignoro a iudicio recto nõ deuiaturũ, iuxta illud

Prophetæ

P, ophetæ Pſal. 105. Beati qui cuſtodiũt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore. & Pſal. 111. In memoria æterna erit iuſtus, & Pſal. 57. Si verè vtiq; iuſtitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum. Similiter Ezechiel. c. 18. Et iudicium verum fecit inter virum & virum. & profectò omnibus ad integrum conſideratis, in ſuſpicionem aliquam adduci non potui contra ipſum d. Sebaſtianum, in cuius fauorem propterea concludo. Saluo ſemper ſaniori iudicio. Sauiliani die 29. Iunij. 1547. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I.V. doc.

¶ Ad dubium q́ factum mandatarij nocet mandanti, & q́ factũ militum non reſtituentium caſtrum Marſaliæ nocet domino Sebaſtiano, reſpõdetur, q́ immo non nocet ex quo principium fuit licitum. l. quod ait. §. q́ ait, vbi Bar. ff. de adul. pulchre Pau. de Caſ. in conſi. 437 Super dictis quæſitis, in 6. dub. lib. 2. & q́ ſupra dixi ſcientiam procuratoris domino non nocere vt dicatur dominus in mala fide, allegando Rom. in conſil. 289. Addo Iaſ. in l. non ſolum. §. morte. col. 18. ver. tertio limita. ff. de ope. no. nunc. vbi quãdo fit proteſtatio ad cauſandum domini vitium, non ſufficit denunciare procuratori, niſi procurator intimet domino.

¶ Secundò reſpondeo q́ etiam factum militum fuit licitum & iuſtum, nam cum principium fuerit notorie licitum, iniuſtum erat deſiderium domini Ruſinetæ q́ captiuos ſe darent, quia ceſſante delicto ceſſare debet pœna. l. ſi putator. l. qui occidit. in fi. ff. ad legem Aquil. c. ſatis peruerſum. 60. di. reg. ſine culpa. li. 6. itaq; ſtante iniuſtitia præcepti, potuit & debuit expectari ſecunda iuſſio, vt diximus in prioribus ſcriptis.

¶ Nec dicatur q́ dominus Ruſineta ignoraret principium eſſe licitum, quia eius ignorantia nõ debet alijs nocere. l. iniquiſſimũ. ff. de iur. & fact. ignor. l. qui autem. §. ſi quid cum pupillo. ff. de his quæ in fraud. cred. Pau. de Caſt. in cõſi. 94. Clarum eſt in iure. col. 2. ante med. li. 2. Alex. in conſi. 241. col. 1. ver. quinimmo dicit text. lib. 6. Iam eſſet abſurdum immo abſurdiſſimum q́ ignorantia d. Ruſinetæ redderet eius præceptum iuſtũ & q́ ex ea ius fiſco quæſitum ſit, nam ignorantia vnius ſicut non nocet, ita nec prodeſt, vt per Pau. in d. conſi. 94. & ſicut fiſcus nollet damnũ pati ab ignorantia d. Ruſinetæ, ita nec lucrum acciperet.

¶ Itaq; ſunt contradictoria, q́ initium d. Sebaſtiani fuerit licitum, & q́ pro relicita fiant milites captiui.

¶ Non obſt. q́ d. Sebaſtianus elegerit milites imperiales, quia negatur, immo viros elegit ſubditos regi ciues Montis regalis.

¶ Secundò reſpondeo q́ elegit viros diuites ex honeſta familia & parti coniunctos in quos fidem haberet, ideo in culpa non dicitur. glo. in d. l. Titio fundus. nam etiam duces belli milites accipiunt deficientes qui prius hoſti ſeruirent. quod ipſum quotidie videmus, ob id tamen proditores non dicuntur, nec culpantur in aliquo ſi fidem habent fidem dantibus. Finge duos fratres diuerſæ factionis; non ob id inter eos ceſſat ius ſanguinis & fidei obſeruantia. Tertiò reſpondeo q́ non probatur aliquos ex militibus ſecutos Cæſaris militiam.

¶ Non obſt. q́ ipſi d. Sebaſtiano fuerit iniunctum de remittendo caſtrum, quia vt primum notitiam habuit talis præcepti, ſtatim nuncium delegauit pro remiſſione. & licèt milites noluerint remittere, illud fuit culpa d. Ruſinetæ captiuitatem quærentis contra ius & honeſtatem. Secundò reſpondeo q́ neq; d. Sebaſtianus neq; milites tenebantur obedire præcepto captiuitatis tãquam iniuſto, ſtante initio licito ob id potuerunt expectare ſecundam iuſſionem per ſupradicta. ¶ Tertiò dico, q́ aſſerta præcepta facta fuerunt per d. Ruſinetam ipſi d. Sebaſtiano abſenti voce præconia cum certus eſſet locus habitationis eiuſdem d. Sebaſtiani, in abſente autem præſumitur ignorantia. l. tres fratres. vbi Ange. ff. de pact. l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & poſth. late Bart. & doc. in l. is poteſt. ff. de acq. hære. Abſens autem puniri non poteſt. l. generò. ff. de infam. l. cum ancillis. C. de inceſt. nup. cum ſim. ¶ Quartò reſpondeo, q́ vox præconis paucis innoteſcit, etiam præſentibus in loco. auth. qui ſemel. C. quo. & quan. iud. quid dicemus in abſente? ¶ Quintò reſpondeo, q́ ſcientia præſumpta etiam ex fama nõ ſufficit vbi agitur de puniendo præſentem in loco famæ. Deci. in conſi. 327. in fi. quid dicemus in abſente? nam ſcientia præſumpta ex fama non nocet abſenti etiam in ciuilibus, vt per Bar. & doct. in d. l. is poteſt. Corn. in conſi. 313. col. 3. li. 4. quid dicemus in criminalibus? & in terminis citationis per proclama q́ non liget abſentem, tradit Io. An. in cle. grauis, in glo. in ver. præconia. de ſent. excom. Bal. in conſi. 154. Citatio. li. 3. ¶ Sextò reſpondeo, quòd ipſi domino Ruſinetæ executori credendum non erat niſi in literis aut præceptis ſuis inſertus eſſet tenor ſuæ delegationis & poteſtatis, maxime cum dominus Sebaſtianus eſſet abſens a loco Marſaliæ vt per Iaſ. in l. 2. col. 2. ver. 3. effectus. ff. ſi quis in ius voc. non ier. Guid. Pap. q. 176. in fi. Ideo non ſufficit oblatio verbalis de dãdo copiam delegationis ex quo facto opus eſt, id eſt ipſa inſertione tenoris in citatorio aut in præcepto. & ita vidi caſſari quædã expleta cuiuſdam delegati Lugdunenſis contra Ven. d. Frã. Rubei prothonotorium apoſtolicum & rectorem eccleſiæ campi, quia delegatus non fecerat fidem realiter de eius poteſtate, ſed tantum illius copiam obtulerat. amplius non ſolum inſeri debet tenor delegationis in citatorio aut præcepto, ſed etiam citari debet pars ad opponendum contra ipſam delegationem: c. 2. de dilatio. quem tex. ad hoc citat Pau. de Caſt. in conſ. 81. In cauſa quæ vertitur inter Reuerendum patrem, col. 4. circa medium. verſicu. eſt etiam alius defectus. lib. 2. & ſi procedunt præmiſſa in ciuilibus, quid dicemus & in criminalibus? ¶ Tertiò reſpondeo, quòd cum perſona domini Sebaſtiani certa eſſet & certus locus domicilij in ciuitate Montis regalis, nominatim citandus erat ad remiſſionem caſtri, non generaliter voce cridæ in caſtro Marſaliæ vbi non habitabat. Ange. in conſi. 189. Viſo facto. col. 1. circa medium. verſic. contrarium credo verum. Amplius, vbi aduerſarius eſt incertus, ſi tamen de facili poteſt certificari, non ſufficit citatio generalis. Gem. in c. fi. de electio. lib. 6. ſequitur Fely. in ca. cognoſcentes. col. 6. de conſtitu. vbi multa cumulat ad propoſitum & ſi illud in ciuilibus, quid in criminalibus? Ex quibus infertur q́ dominus Ruſineta nimium feſtinanter proceſſerit ad talem executionem.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex non condemnans in acceſſorijs cenſetur ab eis abſoluere, adeo quod peti non poſſunt nouo iudicio.*
2 *Quando intereſſe non debeatur.*
3 *Solitus olim negotiari, non præſumitur hodie negociari.*
4 *Vna præſumptio tollit alteram, & fortior debiliorem.*
5 *Semper inſpiciendum eſt quod fieri debet, non quod fit.*
6 *Intereſſe lucri ceſſantis debetur quando eſt quaſi certum & in potentia propinqua.*

CONSILIVM CCCXX.

¶ Pro hæredibus nobilis Petri Georgij Gambandi a ciuitate Saluciarum contra nob. Thomam Laurentij.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Thomas Laurẽtij ciuis Saluciarum obtinuit ſententiam cõtra nob. Petrum Georgium Gambandi per quam fuit cõdemnatus idẽ Gambandi ad petita. Petitio autem continebat ſummam florenorum mille & ducẽtum cũ intereſſe & alijs acceſſorijs. A qua ſententia cum fuiſſet appellatum ad excellẽtiam Marchionalem Illuſt. Marchio ore ſuo ſententiam dixit per quam hæredes ipſius Petri Georgij condemnauit ad ſoluendum ſummam prædictam 1200. florenorum condemnando ipſum Thomam Laurentij in expenſis vnius inſtantiæ ratione certæ nullitatis, imponendo partibus ſilentium perpetuum. Deinde dictus Thomas Laurentij adhuc egit contra ipſos hæredes ad perſecutionem intereſſe lucri ceſſantis, cum dicatur mercator ſolitus negociari, ad quod intereſſe dicuntur condemnati non obſtante q́ oppoſitum fuerit de exceptione rei iudicatæ. In cauſa autem liquidationis intereſſe dati fuerunt articuli parte hæredum ad cõfutationem intereſſe en q́ ipſe Thomas Laurentij obæratus adeo eſſet q́ negociari nullo modo potuiſſet, qui tamen articuli dicuntur reiecti tanquam impertinentes. Super præmiſſo themate quæritur de tribus. Primò an poſt ſententiam Illuſt. Marchionis condemnari potuerint dicti hæredes ad aliquod intereſſe? Secundò an repulſio articulorum iure fieri potuerit? Tertiò an probatum dicatur de aliquo intereſſe?

¶ Circa primum puto breuiter concludendum non potuiſſe condemnari partem conuentam ad aliquod intereſſe, quia fuerant conuenti abſoluti ab omni intereſſe & acceſſorio per ſentẽtiam principis in qua ſolum fuerunt condemnati ad ſortem principalem, 1 quia † iudex non condemnans in acceſſorio cenſetur ab eis abſol-

abſoluere, quæ peti non poſſunt nouo iudicio, vt per Bertachi.
in verbo iudicis poteſtas, ver. 216. & vet. 272. ſed Berta. dictum
videtur dubium, quia arguit ex omiſſione ad factū, & ſic a con-
trario ſenſu vltra limites ſenſus directi, nam ſenſus directus eſt,
quòd iudex omittens circa intereſſe, ad illud non condemna-
uit, ſed non ſequitur, ergo abſoluit. & ita in ſententia arguit Cor.
in conſi. 49. col. 11. lib. 11. in omni materia ꝙ non ſumatur in-
ſtrumentum a contrario ſenſu vltra limites ſenſus directi, tradit
Pau. de Caſt. in conſi. 106. Incipiendo a ſecundo. lib. 2. Deci. in l.
1. in prin. col. 15. ff. de offi. eius. in conſi. 10. col. 2. in conſi. 116. col.
fina. & conſi. 283. col. 4. nec doct. allegati per Bertachi. dicunt id
ad quod eos allegat. ¶ Sed tamen in caſu noſtro ꝙ pars conuen
ta cenſeatur abſoluta ab omni intereſſe ex alio videtur probari,
ſtante impoſitione perpetui ſilentij de cauſa ipſa præterquam
per eum qui ſequitur modum. pondero illam dictionem præ-
terquam, quæ venit exceptiue ad præcedentia, nam primo po-
nitur ſilentium perpetuum per modum regulæ, poſtea excipiū-
tur ab impoſitione ſilentii contenta in modo ſequenti. quia di-
ctio præter adiecta his quæ continentur ſub præcedentibus ſtat
exceptiuè Barto. & docto. in l. actio. C. de tranſact. Iaſ. in l. Titiæ
textores. col. fi. in decimo nota. ff. de leg. 1. ſed ſub regula perpe-
tui ſilentij in cauſa omnia continēbantur ſors & acceſſoria, er-
go cum excipiatur ſors tantum, in aliis remanet firma regula
impoſitionis ſilentii, quia exceptio firmat regulam in caſibus
non exceptuatis. l. quæſitum. §. denique, vbi Bart. ff. de fundo in-
ſtructum ſimilib. Itaque nō tacite, ſed expreſſe videatur facta ab
ſolutio ab acceſſoris per talem exceptionem. Modo cum ſenté-
tia principis tranſierit in rem iudicatam per expreſſam appro-
bationē partis neſcio quomodo potuerint hæredes Petri Geor-
gij condemnari ad aliquod intereſſe. ¶ Ideo talis ſententia con-
demnatoria intereſſe videtur nulla tanquam euidenter iniqua.
c. inter cæteras, vbi doct. de re iudi. & ibi eſſet aliqua danda re-
ſtitutio minoribus etiam contra ſententiam principis aut præfe
cti prætorio. l. in cauſæ. §. ſi. cum ll. ſeq. vſque ad §. non ſolum. ff.
de minor. c. ſuſcitata. de reſt. in integ. ¶ In qua re conſiderandū
eſt, ꝙ ſententia principis nō fuit lata in breui cauſæ cognitione,
ita ꝙ non fuerit cogitatum de intereſſe, nam habita eſt ratio ex-
penſarum nullitatis inſtantiæ. Ideo autem noluit princeps con
demnare ad intereſſe, † quia illud non debetur ceſſante mora. l.
2 lecta. ff. ſi certum petatur. in tantum ꝙ non valet pactum vt de-
beatur intereſſe ceſſante mora. Aret. in conſi. 141. Viſo themate.
col. fi. in 2. dubio. Sed ſi acta videantur Petrus Georgius habuit
multas cauſas excuſantes a mora cum non prætenderet ſe tene
ri ad principale. Iuſta enim dubitatio excuſat a mora. l. qui ſolu-
tioni. ff. de vſur. l. qui ſine dolo. l. non poteſt videri improbus. ff.
de reg. iur. Pau. de Caſt. in conſi. 88. Videtur dicendū præfatum
Bartholomæum. col. 2. circa med. lib. 2. & niſi princeps vidiſſet
cauſam iuſtam excuſandi a mora veriſimiliter condemnaſſet ad
intereſſe. Cauſæ etiam iuſte excuſandi a mora exprimuntur in ce-
dulis parte ipſius Petri Georgii productis, & ſubſcriptis per do
minos Pelletam & Conſtantiam Caroli, in quibus domini aduo
cati conſtanter tenebant ipſum Petrum Georgium nō teneri ad
reſtitutionem pecuniæ niſi diſcuſſo locatore, ſtante clauſula, niſi
eſſet aliunde relegatua, appoſita in inſtrumento obligationis ip
ſius Petri Georgii, qui ob id dicebat habendam eſſe diſcusſio-
nem contra locatricem, quę prius tenebatur ad reuelandum ip
ſum Thomam Ianuarii. Conſiderandum eſt etiam quòd omne
pondus & onus ſatisfaciendi pertinebat ad Illuſtriſſimam Do-
minam Locatricem ſeu eius hęredes, & quòd ipſe Petrus Geor-
gius erat verus creditor, quæ omnia faciunt ceſſare ſuſpicionem
doli contra ipſum Petrum Georgium. Circa ſecūdum dubiū pu
to ꝙ articuli non debuerint repelli cum videantur pertinentes,
nam licèt Thomas Laurentii ſolitus olim fuerit negociari, ta-
men oporteret probari quòd negociaretur de tempore aſſertæ
moræ Petri Georgii, quia cum debeatur intereſſe lucri ceſſantis
ſolito negociari. l. 3. §. fin. vbi Pau. de Caſt. ff. de eo quod certo lo
co. c. dilecti. de foro competenti. clemen. 1. de vſur. Bar. & doc. in
l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo ꝙ intereſt. probandum erat ꝙ ſo
litus eſſet negociari de tempore aſſertæ commisſionis moræ,
quia qualitas ſolitus, debet adeſſe tempore verbi. l. in delictis. §.
ſi extraneus. ff. de noxal. & cum negociatio de facili mutetur,
quia non continue homines negociantur, ex præterito nō præ
ſumitur in præſenti: † ideo ſolitus olim negociari non præſu-
3 mitur hodie negociari, vt no. in l. ex perſona & l. ſiue poſſide-
tis. C. de probatio. Sed dicet aliquis, quòd Thomas Laurentii nō

mercabatur de tempore aſſertæ moræ, id fuit facto & culpa Pe
tri Georgii non ſoluentis, reſpondeo, quòd ante moram non
potuit Petrus Georgius dici in culpa. l. edicto. §. cùm autem. ff.
de iure fiſci. l. ſororē. C. de his qui. vt indig. quę duo iura ad hoc
citat Bald. conſilio 34. Statuto ſeu capitulo. col. 2. poſt med. lib.
5. ideo ſi Thomas Laurentii deſijt mercari ante morā Petri Geor
gii, ergo non poteſt prætendere intereſſe quod deſierit negocia
ri culpa moroſi, ſed culpa ipſius Laurentii qui æs alienum ma-
4 ius conflauit, quàm vt illud poſſet diſſoluere. † Secundò reſpon-
deo quod vna præſumptio tollit alteram, & fortior debiliorem
l. penul. ff. de reſti. in integ. cum ſimili. ſed Thomas Laurentii erat
onuſtus mole æris alieni, quod ipſum pars conuenta voluit, &
vult probare, ideo præſumendum eſt ꝙ deſierit mercari pro-
pter æs alienum magnum ad ſcutos 2000. nō ob florenos 1200.
quia illa præſumptio magni æris alieni eſt fortior illa præſumptio
ne ꝙ deſierit mercari ob non ſolutos ſcutos 150. & iſtud eſt in-
dubitatum ſi ipſe Laurentii deſierat negociari ante commisſio-
5 nem aſſertę moræ. † Tertio reſpondeo quòd ſemper inſpicien-
dum eſt quod fieri debet, non quid fit. l. licèt. ff. de offi. præſid. l.
nemo. C. de ſenten. c. cum cauſam. de electio. modo de ſuo nego
ciari quis debet non de alieno. argum. l. ſi quis in graui. §. ſi cum
omnes. ff. ad Sylanian. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. ff. de le-
ga. ſecundo. auth. lucrum hoc. C. de ſecun. nup. ca. cęterum, de
donatio. cap. relatum, ſecundo. de teſtamen. ſed bona intelligū
tur deducto ære alieno. l. ſubſignatum. §. bona. ff. de verbo. ſi-
gni. ideo ſi Thomas Laurentii debebat ſcutos 1000. non eſt præ
ſumendum quòd ſi recepiſſet ſcutos 150 in eis negociatus fuiſ-
ſet, ſed præſumendum eſt potius ꝙ curaſſet ſatisfacere credito-
ribus in parte ſaltem. argumen. l. merito. ff. pro ſocio. vel potius
præſumendum eſt ꝙ creditores ſi vidiſſent merces apud ipſum
Laurentii, illas ſequeſtrari & leuari feciſſent. argumen. l. cum de
indebito. ff. de probatio. ff. de probatio. & quia diligens quilibet
pręſumitur circa iura ſua. argumen. l. ſi defunctus. C. arbi. tut. l.
l. fina. C. de alimen. pupilla. præſtan. Roma. in cōſi. 431. Pręſentis.
col. 2. in fi. & id ipſum citra aliam probationem compertum ha
bemus ipſo rerum experimento ꝙ vbi debitor onuſtus eſt credi
toribus, omnes concurrunt & vigilant ſi quid aſſequi valent. nec
eſt veriſimile ꝙ debens ſcutos 1000. negociari incipiat in ſcutis
150. immo qui tantum debent quiduis potius quàm vt cogitēt
negociari cum cauſa multitudinis creditorum negociantes fa-
ciat decoquere, ergo fortius ab initio mercandi abſtinere. l. pa-
tre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Itaque articuli dan-
tes materiam multitudinis creditorum erant & ſunt pertinentiſ
ſimi ad probandum, & præſumendum ꝙ copia creditorum in
cauſa fuit prętermittēdę negociationis, nō aſſerta mora Petri Geor.
6 gij. ¶ Circa tertium dubium ad hoc vt debeatur intereſſe lucri
ceſſantis, non ſufficit ꝙ quis ſit ſolitus negociari, ſed requiritur
quòd tale lucrum ſit quaſi certum & in potentia propinqua. Bar
co. in dicta l. vnica. colum. 9. ver. quoddam eſt lucrum in quo in-
duſtria. C. de ſenten. quę pro eo quod inter. Pau. de Caſt. in d. l.
3. §. fi. ff. de eo quod certo loco. vbi Iaſ. colum. penul. in fi. Deci.
in l. diem functo, in quarto notab. ff. de off. aſſeſſor. & in conſil.
332. colum. 2. §. fin. deciſio. Neapo. in deciſio. 20. in quibus locis
volunt Doc. probandū eſſe quod mercator haberet merces præ
manibus, quas emere omiſit, quia pecuniam debitam habere
non potuit. Quod hic non ſolum non videtur probatum, ſed
nequidem deductum. ¶ Nec ſufficere probare ꝙ Thomas Lau-
rentii ſolitus eſſet conducere bona, quia non omnes conducto
res lucrantur, immo ſępius iacturam faciunt, ſed deberet pro-
bari ꝙ tali anno conductores communiter in illis partibus tan
tum lucrati ſunt. Probandum etiam erat ꝙ habebat talem gran
giam prę manibus, quam volebat conducere, ſed non potuit
ob defectum pecuniæ ſibi debitę per Petrum Georgium per ſu
pradicta. ¶ In tot voluminibus proceſſuum & in tempore tam
breui factum circa probationem aſſerti intereſſe ad integrum
videre non potui, ſed ex præmisſis datur occaſio ſpeculandi
domino Durandi Secretario Marchionali circa factum plenius
inquirendi. ¶ Non omitto quòd intereſſe debet ad plenum pro
bari, intantum quòd in eius probatione non defertur iuramen
tum ſuppletiuum. Bald. in dicta l. vnica in fine. C. de ſenten. quę
pro eo quod inter. quod dictum pro ſingulari refert & ſequitur
Iaſ. in §. curare, colum. fina. circa medium Inſtitu. de actio. Saui
liani. 14. Octobris 1457.

Aymo. Crauetta à Sauiliano Iuriſconſultus.

SVMMARIVM.

1 *Ratio proximitatis depellit ſuſpicionem inceſtus.*
2 *Qui male agit, odit lucem.*
3 *Ex actu inſolito præſumitur dolus.*
4 *Argumentum ab oppoſitis valet.*

CONSILIVM CCCXXI.

¶Pro Federico de Vgho & Catherina eius ſorore ex loco Coſtigloliarum Marchionatus Saluciarum contra procuratorem curiæ eiuſdem loci in materia inceſtus.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato Federicus de Vgho & Catherina eius ſoror de Coſtigloliа marchionatus Saluciarum inquietantur per procuratoré curiæ dicti loci de inceſtu ꝙ ſimul dormierint. ¶Quæritur, an dicatur probatus iceſtus ex illa dormitione ſimultanea ſaltem quo ad torturá requiſitam? ¶Videretur dicendum prima fronte ꝙ ſic, per tex. in c. literis, de præſumptio. in c. præterea, de teſtibus. in c. nec aliqua, vigeſima ſeptima. q. i. vbi ꝙ culpa carnalis probatur ex eo ꝙ aliqui ſimul iacuerint in eodé lecto, & paria videntur dicere iacuit vir cú tali muliere, ac ſi dicatur eá carnaliter cognouit. gl. j. in l. Caij Caſſii. ff. de fideicommiſ. lib. quam glo. ad hoc citat Bal. in c. j. col. 6. quibus modis feud. amitta. Alexan. in conſi. 77. col. 2. lib. 7. & ꝙ ex dormitione aut iacentia ſimultanea probetur copula carnalis, tradit Pau. de Caſt. in conſi. xlv. Licèt per ſupraſcriptum eximiú. col. ſi. lib. 1. vbi Pau. citat illud Ouidij. a iuuene & cupido credatur cognita virgo. no. Ale. & doc. in l. j. ff. ſi cer. pet. Nec videntur excuſari rei ſub obtentu cóiunctionis ſanguinis, quia tex. in d. c. literis, de præſumptio. loquitur in conſanguineis, & tamen arguit inceſtú contra eos. & ita illum tex. contra reos citat dominus aduocatus fiſci. ¶ Sed præmiſſis non obſtantibus contrarium puto de iure verius, ꝙ immo non dicatur probatus inceſtus contra reos vere nec præſumptiue etiam quoad torturam, per tex. in l. cú qui probabilé, C. de epiſcopi. & clerici. & in l. ſi bi qui. C. de adul. in quibus iuri
5 bus probatur, † ꝙ ratio proximitatis & coniunctionis ſanguinis depellit, aut purgat ſuſpitionem inceſtus. & tex. in d. l. eum qui probabilem, loquitur in clerico tenente intra ſepta domus ſuæ matrem, filias ſuſceptas ante clericatú, & ſorores ſeu germanas. In his enim dicit tex. nihil ſæui criminis exiſtimari fœdus naturale permittit. Illa iura loquuntur generaliter nec excipiunt cauſam dormitionis ſimultaneæ, ergo generaliter videtur intelligenda. vulga. l. de precio. ff. de public. Rurſus ratio illorum iurium eſt generalis licèt mater dormiat cú filio, pater cú filia, frater cum ſorore, tamen fœdus naturale non permittit aliquid ſæui criminis inter eos conſiderari, itaque ex ratione generali videtur extendenda lex ad omné caſum in quo militat ipſa ratio. l. actin. ff. de calumniatio. l. regula. §. & licèt, vbi Barto. & Bald. ff. de iuris & facti ignoran. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de legatis, 2. l. nomen debitoris. §. ſi ff. de leg. tertio. Bart. in l. pater filiú. §. fundus in ſi. ff. de lega. tertio. Bald. l. voluntas. C. de fideicommiſ. immo ratio generalis facit dictum extendi ad caſum ad quem alias non adaptantur. verba etiam in materia ſtricta. glo. & Anto. in clemen. 1. de electio. Cor. in conſi. 273. col. 2. in ſi. lib. 4. addo Gemi. conſi. 89. col. 1. vbi ꝙ lex extenditur ad omnes cauſas quibus adaptatur ratio legis, licèt lex ſtrictius loquatur in parte diſpoſitiua. per gl. in d. clemen. 1. de electio. & alias glo. per eú citatas. ¶Quòd ipſum procedit etiam in materia exorbitanti. Gem. in conſi. 2. poſt prin. ideo videmus quod ſtatutum ſiue correctorium ſiue exorbitans extenditur & ampliatur ad omnes caſus qui ſub ratione expreſſa comprehendi poſſunt. Bald. & Moder. in auth. quas actiones, in 2. quæſtione. C. de ſacroſan. eccleſ. Cur. Senior. in conſi. 71. Recte. col. 4. ante med. verſi. & in propoſito noſtro. & hoc videmus ipſa rerum experientia, nam ſæpius uidemus patrem iacere cum filiabus, matrem cum filiis, fratres cum ſororibus, immo & cognatos cum cognatis citra omnem ſuſpicionem mali. ¶Tota difficultas conſiſtit in reſpondendo ad contraria, quibus ſublatis clariſſima fiat res. itaq; non obſtat tex. in d. c. literis, de præſumptio. vbi ꝙ arguitur copula ex iacétia ſimultanea in eodem lecto etiam inter cóſanguineos. Quia reſpondendo multis modis, & primo ꝙ ille text. loquitur in conſanguineis, nos autem in fratre & ſorore in quibus fratre & ſorore non militat tanta ſuſpicio quanta in conſanguineis remotioribus, ideo arguere de conſanguineis ad fratrem & ſororem videtur arguere a caſibus diuerſis habentibus rationem diuerſam quod non permittitur, quia ex ſeparatis non infertur. l. ſi. tia. ff. de calumniato. l. Papinianus exuli. ff. de minori. ¶ Secundo reſpondeo ꝙ tex. in d. c. literis, loquitur quando conſanguineus viſus eſt iacuiſſe cum conſanguinea occultè & clandeſtine ibi, multis locis ſecretis & latebris ad hoc commodis, ex qua clandeſtine arguitur contra eos. l. ſi. ff. de ritu. nup. l. j. C. de interdic.
2 matri. † & qui male agit, odit lucé. c. conſuluit, de officio deleg. c. Anaſtaſius, 19. diſt. nos aút loquimur in fratre & ſorore palam ſimul dormientibus, ex qua dormitione manifeſta, ceſſare videtur omnis mala ſuſpicio. l. non exiſtimo. ff. de admi. tutor. Ideo ſi profeſſus erit palam ordinem & palam ducit vxorem, præſumitur per errorem id facere non per dolú, ideo inquiſitor fidei nó poteſt contra eum procedere Iaco. Butrig. in l. 2. C. de ſumma Trinitate & fide Catholi. ſequitur Abbas in conſi. 68. col. 2. lib. j. ſimiliter ſi quis contrahit matrimonium prohibitú, vt quia inter coniunctos, palam præſumitur per errorem id facere. dicta l. ſi. ff. de ritu nup. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. j. ff. de adulteri. ſimiliter quando datur pecunia teſti palam ut verum dicat, non præſumitur in eo falſitas neque corruptio. Bal. in c. ſi. de appellatio. Deci. in conſi. 189. col. 7. poſt med. verſi. ité dicitur. ¶Tertio reſpondeo ꝙ tex. in d. c. literis, non loquitur in coniúctis ſimul habitantibus quo caſu quando ſimul deprehenduntur occulte iacere, præſumitur contra eos, quia actum inſolitum faciunt.
3 ¶ † Et ex actu inſolito præſumitur dolus. glo. & Barto. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de conditio. inſtituen. nos autem loquimur in fratre & ſorore ſolitis habitare ſimul, ideo non valet argumentum de inſolito ad inſolitum, quia eſſet arguere ex diuerſis in facto & ratione. ¶ Quarto reſpondeo iſti rei iacuerunt ſimul per biennium vt dicitur, & tamen ſoror nunquam inuenta eſt grauida cum publice ſemper fuerit conuerſata in loco Coſtigloliarú. Plane videtur pluſquam veriſimile ꝙ ſi carnaliter commixti eſſent in tanto tempore conceptum partum habuiſſet, cú alias ex ſemine alterius procreauerit. In qua ipſa re bonum videtur argumentum a communiter accidentibus. gloſſ. in l. neque natales. C. de proba. Moder. in cap. in præſentia, de probationi. ꝙ procedit etiam vbi agitur de crimine ciuiliter. Abb. in cóſi. 113. col. 3. lib. 2. ¶Quanto fortius procedit tale argum. a communiter accidentibus in caſu noſtro, vbi agitur de abſolutione criminis. reg. fauorabiliores. ff. de regulis iuris. ¶Quinto reſpondeo ꝙ iſte Federicus de Vgho frater dicitur valetudinarius, & quodam modo frigidæ naturæ ex aſpectu, ideo non militat in eo ſuſpicio Ouidiana, de qua ſupra, a iuuene & cupido credatur cognita vir
4 go, † valet enim argumentum ab oppoſitis, quia contrariorum eadem eſt diſciplina. l. j. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iuris com ſimi. Itaque ſicut in ludis venereis ſuſpicio eſt contra iuuenem fortem & cupidum, ita per contrarium præſumptio eſt pro homine imbecilli valitudinario & inclinatæ iam ætatis.

¶Sexto pro reſponſione adduco quod ſcribit Anchar. in conſil. 209. Facit dubium, vbi licèt vxor traducta ad domum mariti, & quæ cum eo cohabitauit præſumatur ab eo cognita carnaliter per iura ſupra allegata in fauorem fiſci, tamen contra talem præſumptionem admittuntur aliæ præſumptiones in contrarium, & inter alias conſiderat quando vir & mulier negant ſe commixtos carnaliter, & quando mulier ex breui tempore aufugit a viro & religionem ingreſſa eſt, ſed in caſu noſtro plures cócurrunt præſumptiones de quibus ſupra, ſanguinis proxima coniunctio, cohabitatio & ſimultanea dormitio in manifeſto, fratris códitio ad venerem minime procliuis, ſororis venter minime tumidus in tanto tempore. ¶Ex præmiſſis concludo ꝙ reis inquiſitis ſtultitia aut error imputari poteſt potiuſquam dolus, & ꝙ eis interdici debet talis ſimultanea cohabitatio ratione vitandi ſcádali potiuſquam vt ex ea pœnam aliquam ſuſtineant. ¶Non omitto ꝙ ex alio inquietari non debent, quia poſt confeſſionem ſimultaneæ dormitionis relaxati fuerunt mediante cautione ſolita, quæ ordinatio relaxationis tranſiuit in rem iudicatam & approbata fuit a fiſco, ergo fruſtra núc quæritur de tortura, quia ſi torturæ locus fuiſſet, non ad eum modum ordinatum fuiſſet. nec dicatur ſuperueniſſe indicia de nouo, quia ex eiſdem tantú indiciis inſtat fiſcus, itaque competit reis exceptio rei iudicatæ, quæ exceptio obſtat etiam in cauſa criminali. ideo abſolutus in iudicio inquiſitionis, non poteſt amplius moleſtari per viá ac

SS 2 cuſa-

cuſationis, etiam ſi intentatur noua qualitas delicti niſi probetur colluſio in cauſa inquiſitionis, vel niſi offenſus accuſans ignoraret cauſam ipſã inquiſitionis. Bal. in conſi. 192. & primo. li. tertio. & in conſi. 430. Formata fuit. lib. 5. Et ꝙ abſolutus in iudicio inquiſitionis opponat exceptionem rei iudicatę agenti ad idem crimen per viam accuſationis, tradit Rota deciſ. 520. Nota ꝙ tenens. in antiquis. In propoſito noſtro ſatis videntur abſoluti rei a iudicio torturę, niſi alleget iudex turpitudinem ſententiæ ſuæ, ergo de tortura amplius quæri non debet non accidentibus nouis indiciis. Sauiliani 12. Decembris 1547.

Aymo. Crauetta ex Sauiliano. I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Quando in poſſeſſorio beneficij eccleſiaſtici ſufficiat titulus coloratus.*
2 *Ius patronatus probatur per ſolam famam in antiquis.*
3 *In quo caſu priuilegium extinctum reuiuiſcere non poteſt.*
4 *Vbi poſſeſſio peruenit ad aliquem ſine vitio & iniuſte quis ſpoliatus non fuit, non debet ſpoliatus reſtitui.*
5 *Vltima poſſeſſio aliquando conſideratur.*

CONSILIVM CCCXXII.

¶Pro magnificis dominis Valfenerię marchionatus Saluciarum contra Reuerendam dominam Abbatiſſam monaſterii ſancti Anaſtaſij.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Domina Abbatiſſa monaſterij ſãcti Anaſtaſij diœceſis Aſtenſis prætendit habere ius conferẽdi beneficium eccleſiæ ſancti Ioannis Baptiſtæ diœceſis Valfeneriæ marchionatus Saluciarum virtute cuiuſdam priuilegij antiquiſſimi a ſummo Pontifice cõceſſi. Per cõtrarium magnifici domini Valfeneriæ contendunt eccleſiam memoratã eſſe de iure patronatus ipſorũ dominorum. quod ipſum probant ex antiquis teſtimoniis ſuper ipſo iure patronatus examinatis, ex quibus apparet de præſentationibus factis per ipſos dominos. Rurſus per inſtrumenta antiqua in quibus fit mentio de ipſo iure patronatus. Domina autem Abbatiſſa ſolum probat de vnica collatione illius eccleſiæ.

Nunc agitur iudicium inter dominum Galparẽ de Ponziglõtibus tanquam præſentatum a monaſterio prędicto, & dominũ Ioan. Georgium Iſnardi tanquam præſentatum interuenĩẽtibus ipſis dominis Valfeneriæ pro tuitione dicti eorum iuris patronatus, & latæ dicuntur quædam ſententiæ ſuper poſſeſſorio in fauorem memoratæ do. Abbatiſſæ. In ea ipſa cauſa datę fuerunt poſitiones in quibus deducitur ipſum ius patro. dominorũ Valfeneriæ & poſſeſſorium ſeu quaſi præſentandi per tempus antiquiſſimũ. & etiam deducitur ꝙ in vltima vacatione dicti beneficii per mortẽ R. domini Vaſiui Malabailæ Epiſcopi Aſtenſis, & Dini rectoris dictæ eccleſiæ præſentatus fuit dominus Ioannes ſecundus Iſnardi per ipſos patronos, qui dominus Ioan. ſecundus præſentatus inſtitutus per ordinarium & ipſum beneficium poſſedit. deinde illud renunciauit memorato domino Io. Georgio Iſnardi eius fratri de conſenſu patronorũ, qui ipſum dominum Io. Georgium præſentauerunt ex qua prę́ſentatione inſtitutus fuit per ordinarium, & qui ipſum beneficium poſſedit pacifice donec domini Valfeneriæ expulſi fuerunt ab ipſo loco titulo belli, & opponitur in ipſis poſitionibus contra partem regula cancellariæ de triennali poſſeſſore pacifico. Deducitur etiam ipſis poſitionibus ꝙ poſt erectionem epiſcopatus & ciuitatis Saluciarũ collatio omniũ beneficiorum marchionatus conceſſa eſt ordinario aut epiſcopo ipſius ciuitatis, ob id ꝙ ex eo ſolum fundata videtur intentio ipſius do. Io. Georgii. Tandem poſitiones prędictæ repulſæ fuerunt per ſententiam magnifici domini Cõſtantii Caroli iudicis appellationum Excellentiæ marchionalis.

Quæritur nunc de iuſtitia aut iniuſtitia dictæ repulſionis. Videretur dicendum prima fronte tales poſitiones recte fuiſſe repulſas. nam agitur cauſa poſſeſſoria ſuper beneficio eccleſiaſtico coram iudice laico. In quo poſſeſſorio admittendæ nõ videntur poſitiones eiuſmodi tanquam pertinentes ad merum petitorium. l. ſi de vi, ff. de iudi. l. ordinatu, C. de rei uendicatio. l. ſi quis a ſe fundum. C. ad legem Iuliã. de vi. l. ſi coloni. vbi Bar. C. de agri. & cenſi. lib. 11. c. ex conqueſtione, de reſti. ſpo. ¶Quod ipſum vr̃ procedere licẽt probatio petitorii incontinenti offeratur. gl. & doc. in d. l. de vi. nota. in l. 2. C. de edicto diui Adria. tollen. & in c. 1. de reſti. ſpolia. Pau. de Caſt. conſi. 213. Viſo puncto ſupraſcripto. in prin. li. 2. Dec. in cõſi. 57. col. fi. & in conſi. 84. col. 2. ante med. & videntur præmiſſa procedere etiam vbi agitur poſſeſſorio ſuper beneficio eccleſiaſtico in quo vr̃ ſufficere probatio tituli colorati. Guido Papæ. q. 85. ſequiť Dec. in l. fi. col. 5. in nono nota. C. de edicto diui Adria. tollen. & in conſi. 220. col. 2. ſed domina Abbatiſſa oſtendit titulum pluſquam coloratum id eſt priuilegium conceſſum a ſummo Pontifice, ita ꝙ cum oſtendat de titulo & poſſeſſione, res clara videtur in fauorem ipſius dominæ Abbatiſſæ, maxime ſtantibus tot ſententiis in eius fauorem pronunciatis. ¶Sed præmiſſis non obſtantibus, quę vere obſtarẽ non videntur, contrarium puto de iure verius, ꝙ immo poſitiones dominorũ Valſeneriæ admitti debeant. & pro fundamento conſidero ꝙ do. Abbatiſſa hẽt præſumptionem iuris communis contra ſe, quia de iure collatio beneficiorum pertinet ad ordinarium. c. cum ex iniuncto. in fi. de hæreti. c. nullus omnino. 16. q. 7. Fede. de Senis in conſi. 234. Super primo puncto. col. fi. Domini. in c. a collatione. in prin. de appel. lib. 6. Dec. in rub. de electio. colum. 1. in fi. nec competit Abbatiſſæ ius conferendi beneficia, niſi in eccleſijs ſuorum monaſteriorum. glo. & doc. in c. dilecta, de maior. & obedi. hoc præſuppoſito dico quod agenti poſſeſſorio eo caſu quo prę́ſumptio iuris eſt contra poſſidentem obſtat exceptio defectus tituli. c. conſtitutis. de filiis presby. c. ſi ad decimas. de reſti. ſpo. lib. 6. Rota deciſ. 393. Si conferatur. co. 3. in nouis. Anchara. in conſi. 410. Tres domini magnifici. co. 3. poſt me. verſi. his præmiſſis, & colum. fi. poſt med. Bellamera in conſi. 3. colum. 3. in 3. dubio. Ergo admitti debebant poſitiones reorum tendentes ad inualiditatem & ſubuerſionem tituli partis aduerſæ habentis contra ſe præſumptionem iuris. ¶Secundo conſidero ꝙ in poſſeſſorio beneficij eccleſiaſtici non † videtur ſufficere titulus coloratus quando prę́ſumptio iuris eſt contra agentem. 1
quod ipſum ita probatur, nam in poſſeſſorio beneficii eccleſiaſtici regulariter eſt neceſſarius titulus coloratus, licẽt præſumptio iuris non ſit contra agentem, quia beneficia eccleſiaſtica ſine canonica inſtitutione obtineri non poſſunt. c. 1. de reg. iu. lib. 6. ideo dicit Oldra. conſi 1. col. 1. poſt med. ſpoliatus beneficio debet aliqualiter probare titulum iuſtum & legitimæ poſſeſſionis, per reg. d. capituli primi, de regulis iuris. lib. ſexto. & quòd in poſſeſſorio beneficii regulariter ſit neceſſaria probatio tituli colorati, tradit Guido Papæ. q. 85. ſequitur Deci. in l. fi. col. 5. in nono notab. C. de edicto diui Adria. tollen. & in conſi. 520. colu. 2. itaque dum docto. conſtituuntur differentiam circa probationem tituli inter poſſeſſorem non habens præſumptionem iuris contra ſe, & illud poſſeſſorium contra quòd iuris præſumptio ẽ, neceſſarium eſt dicere quod in poſſeſſorio habente præſumptionem iuris contra ſe neceſſaria ſit probatio veri & legitimi tituli nec ſufficiat titulus coloratus, quia alias nihil ſpeciale eſſet in poſſeſſorio eiuſmodi cum requiratur titulus coloratus regulariter in quolibet poſſeſſorio. Ex qua ratione in tali poſſeſſorio habente præſumptionem iuris contra ſe requiritur probatio veri tituli, eadem admitti debet impugnatio & oppoſitio contra titulum productum, quia non dicitur verus titulus qui impugnari poteſt, ſicut traditum nõ dicitur quod reuocari poteſt. l. ſi pars. §. fina. ff. de inoffi. teſta. l. ſi ratio, in prin. vbi gloſſ. ff. de actio. empti. l. non quocunque, in prin. ff. de legat. 1. l. fideicommiſſa. §. ſi quis illicite, vbi Bald. ff. de leg. 3. ſimiliter paria ſunt non habere titulum vel exceptione illum elidi poſſe. l. eleganter. §. ſeruus. ff. de dolo. itaque admittendę erant poſitiones reorum ex quibus titulus partis omnino reddebatur inualidus. ¶Tertio, poſito & non conceſſo, eſſemus in alio poſſeſſorio in quo probatio non eſſet neceſſaria tituli veri neque colorati, adhuc pars aduerſa obtinere non debebat, ſed admittendæ erant poſitiones reorum appellantium, quia aſſertum priuilegium conferendi a parte productum, eſt antiquiſſimum poſt cuius conceſſionem vacationes eccleſiæ plurimæ acciderunt, & tamẽ domina Abbatiſſa non docuit niſi de vnica collatione facta per monaſterium & illa ipſa ſatis recenti. Per contrarium domini Valfeneriæ produxerunt teſtimonia antiquiora illa collatione & alia inſtrumenta antiqua, in quibus probatur ipſam eccleſiam eſſe de iure patrona-
2 tus ipſorum dominorum, †nam Probatur ius patronatus per ſolam famam in antiquis. Bal. in l. cum ſuper. C. de rei vendi. Deci.

in conſi. 117.in fi.& in conſil.126.col.2. circa medium fama aūt probari dicitur ex pluribus ſcripturis aut inſtrumentis de antiquo in quibus fit mentio de ipſo iure patronatus,quia plura inſtrumenta antiqua habent vim probationis famæ. Bald. Sali. & Pau.de Caſt.in l.cum aliquis.C.de iure deliber. Socin. in conſi. 89. In cauſa agitata inter Iacobum.col.3. ver.præterea iſta concluſio.lib.j.& in conſi. 194.col.pen. verſi.ſed ad primum reſpōdetur.lib. 2. & dixi in conſi. 54. col. 3. ante medium & latius in tractatu meo de antiquitate temporis.inſtrumenta autem de antiquo producta ſunt id eſt acquiſitionis caſtri Valfeneriæ, in quibus expreſſe fit mentio de iure patronatus per verba diſpoſitiua licèt ſufficeret in tam antiquis uerba enunciatiua, vt habetur in d.l.cū aliquis.C.de iure deliberan.ſimiliter productæ ſūt illæ atteſtationes tam antiquę expreſſe receptæ ſuper iure patronatus. Ex quibus actis & inſtrumentis euidēter probatur de nō vſu aſſerti priuilegij ad conferendum ex aduerſo producti, & de contrario vſu contra tenorem ipſius priuilegii ob id curandum non erat de aſſerto priuilegio ꝙ vſu receptum non fuit. gl. & Bald. in l.rem non nouam.C.de iudi. gl.& doct.in c.j.de tregua & pace. Bar. in l.fi.§.ſed cum antiquitas,in fi.C.de cura.furio.facit tex.egregius in §.fi.ibi, quoniam non vtendo neglecta eſt, in Auth.quibus mo.natu. eff.ſui.immo perditur priuilegiū ex non vſu per decennium quando euenit caſus quo quis vti poterat durante decennio.l.j.ubi glo.ff.de nundi. glo.& doct. in l. falſo.C.de diuer.reſcri. Iaſ.in l.fi.col.10.ff.de conſti.prin.& alibi ſæpe doct.ſed hic plurimę acciderunt vacationes quibus beneficium de quo agitur conferri poterat,& tamen collatū nunquam fuit per ipſum monaſterium ſancti Anaſtaſij, immo collatum fuit per ordinarium per uiam inſtitutionis ad pręſentationem patronorum ex quo probatū eſt de iure patronatus. ¶ Nec dicatur, receptum vſu fuiſſe dictum priuilegium per collationē factam d.Vaſino,quia vt ſupra dictum eſt , illa collatio eſt ſatis recēs,& multo ante,aſſertum priuilegium perditum erat ex nō
3 vſu ꝙ per vſum contrarium , † ideo ex collatione ſuperuenienti priuilegium extinctum reuiuiſcere non potuit.l. qui res.§. areā. ff.de ſolutio.Sic etiam pignus ſemel extinctum amplius reuiuiſcere non poteſt.l.cum ex cauſa.in fi.& l.fi. C. de remiſſ. pigno.

¶Sic etiam præſcriptione ſemel interrupta,noua præſcriptione opus eſt,nec tempus præcedens ante interruptionem coniungitur cum tempore ſecuto poſt interruptionē.l. naturaliter. & l. Pomponius.§.cum quis.ff.de acquiren. poſſeſſ. ¶Rurſus non obſtat aſſerta collatio facta poſt amiſſum priuilegium , quia ea nō obſtante idem dominus Vaſinus obtinuit confirmationem aut aliam prouiſionem a ſummo Pontifice dubitans de viribus ipſius collationis, ob id dici non poteſt ꝙ tenuerit beneficium virtute ipſius collationis,ex qua noua prouiſione ſummi Pōtificis fundamentum fieri non poteſt ſuper tali collatione. nam cum collatio eſſet inualida poſt perditum ius priuilegij & obtinuerit dominus Vaſinus aliam prouiſionem a Pontifice præſumitur tenuiſſe beneficium ex prouiſione ualida, nō ex collatione inualida.l.miles qui deſtinauerat.ff.de teſtamen.milit.Pau.de Caſtr. in conſi. 144.Dubium videtur facere. in fi.lib.j.ſed magis in terminis adduco Bald.in conſi. 34.In cauſa iſta colliguntur plura. col.2.lib. 2. vbi ꝙ non præſumitur quis poſſediſſe ex titulo præcedenti inualido.ad idem adduco Alex.in conſi.8.col.4.verſicu. nec etiam probatur agnitio. lib. 3. vbi quando ex duplici iure poſſidere quis potuit, præſumitur poſſediſſe ex titulo magis efficaci,ſed titulus habitus a Pontifice ſine dubio erat efficacior ſtante inualiditate collationis Abbatiſſæ,ergo &c.

¶Præterea reſpondeo ad aſſertam collationem , ꝙ illud ſaltē negari non poteſt quin dubitatum fuerit de eius viribus obtinēdo aliam prouiſionem a ſummo Pontifice,ergo ex tali collatione dubia iuuari pars non poteſt,quia dubia probatio non releuat.c. in præſentia, de proba. hinc dicitur ꝙ dubitans & ignorans æquiparantur.l.fi.C.de conditio indebiti.l.fi.§.ſi autem dubius.C.de furtis. ¶His ita præſuppoſitis ꝙ notorie appareat de iure patronatus dominorum Valfeneriæ & de inualiditate aſſerti priuilegii ex non uſu illius,immo & per contrarium vſum, dico ꝙ admittendę erant poſitiones & exceptiones reorum per quas notorie apparebat de non iure ipſius dominę Abbatiſſæ. quia tales exceptiones admittuntur etiam contra ſpoliatum.d. c.ad decimas,de reſti. ſpo.Inno.in d.c.conſtitutus de filiis preſby.cum ſimi.vt per Alex. in l.naturaliter.§.nihil commune, col. 16.in decima fallentia.ff.de acq. poſſ.Soc.in conſi.87. col. fi. lib. 3. Dec.in conſi.191.col.4.in fi.in quibus locis dicunt Socin. & Deci.notorie conſtare de non iure agentis poſſeſſorio ex actis aut inſtrumentis.& de inſtrumentis loquitur So.i. in d. conſilio 80.col. fin.ſed hic producūtur acta atteſtationum ſimiliter producuntur inſtrumenta plura & ipſa valde antiqua in quibus fit mentio de iure patronatus per uerba diſpoſitiua cum ſola enunciatiua ſufficerent , ut ſupra dictum eſt. ¶ Quarto principaliter conſidero in fauorem dominorum Valfeneriæ & rectoris ab eis
4 præſentati, ꝙ vbi † poſſeſſio peruenit ad aliquem ſine vitio, & iniuſte quis ſpoliatus non fuit , non debet ſpoliatus reſtitui.Soc. in d.conſi. 87.colum.fin. poſt medium, verſi.tertio & vltimo.lib. 3.argumento l. prætor. ff. commoda. ſed hic poſſeſſio eccleſiæ peruenit ad dominū Ioan. Georgium rectorem ſine vitio ,quia ex cauſa reſignationis , præſentationis, & inſtitutionis.ſimiliter dici non poteſt aduerſarius iniuſte ſpoliatus cum probetur eccleſia de iure patronatus dominorum Valfenerię nec pertineat eius collatio ad ipſam d. Abbatiſſam vt ſupra ſæpe dictum eſt, ergo &c.¶Quinto conſidero ꝙ dominus Ioan.ſecundus Iſnardi adeptus eſt poſſeſſionem beneficij de quo agitur, de tempore quo uocabat. ſimiliter dominus Ioan. Georgius Iſnardi eius frater accepit poſſeſſionem ipſius eccleſiæ tempore quo vacabat per reſignationem ipſius do.Ioan. ſecundi. ſed ubi apprehenditur poſſeſſio rei uacantis & a nemine poſſeſſæ,ceſſat interdictum recuperandæ poſſeſſionis.& ſi agat quis tanquā ſpoliatus,obſtat exceptio dominii.glo.in l. fi.in uer. ignorantia. C. vnde vi.Bar. in d.l.ſi de vi.ff.de iudi. Ang. in d.l.2.C.de edicto diui Adr. tollen. Dec. in d.conſi.191.col. 4.circa fin. ¶Et conſidero circa præmiſſa fundamenta quod ſi obſtat exceptio concernens petitorium in poſſeſſorio rei tēporalis, multo fortius vbi agitur poſſeſſorio pro beneficio eccleſiaſtico, in quo ſemper eſt neceſſaria probatio tituli ſaltem colorati.

¶Sexto principaliter conſidero ꝙ agenti poſſeſſorio ad beneficium eccleſiaſticum obſtabat exceptio incapacitatis,puta,ꝙ eſt laicus qui ſpiritualia poſſidere non poteſt.cap. cauſam,de præſcri.ita Bal.& Alexan. in d.l. naturaliter.§.nihil commune.ff. de acqui. poſſeſſ.ubi nouiſſime Ripa col. 13.in 11. fallentia. & ratio iſtius eſt,quia iſto caſu non dicitur opponi contra poſſeſſorium,ſed negatur ipſum poſſeſſorium,& concluditur agentem non poſſidere,ſi enim laicus ſpiritualia poſſidere non poteſt,ergo in laico poſſeſſio non conſideratur,conſequenter fruſtra tractatur de reſtitutione poſſeſſionis, quę non eſt , quia non entis nullæ ſunt qualitates.l.3. ff. de vſufru. cum ſimil. Ideo uidemus ꝙ agenti poſſeſſorio ad reſtitutionem vxoris opponi poteſt exceptio ꝙ eſt monachus aut ſacerdos,qui vxorem habere nō poteſt,& ſic per quam exceptionem concluditur agentem non poſſidere.ita Abb.in c.ex parte.colum.fin. de reſti. ſpolia.

¶Ideo agēs ad beneficium eccleſiaſticum prius omnibus debet legitimare perſonam ſuam , & probare ſe eſſe clericum & capacem beneficii.cap.ex literis,de tranſactio.cap. 2. de inſtitu. cap.fin.de præbend. lib.6.clemen. ut hi qui.de ętat. & qualita. cap.fi.ſi quis epiſcopus, & cap. Saluator. 1.q.3. Ancha.in clemē. per literas,de præben. Anto.de But.in capit. in noſtra, colum. 5. quæſtione ſecunda de reſcrip. Simile uidemus quando monachus agit poſſeſſorio ut reſtituatur ad clauſtrum tanquam iniuſte ut conſequatur alimenta,ꝙ tenetur probare de titulo monachi,id eſt ſe eſſe monachum illius monaſterii. Fel. in cap. cum dilecta,de reſcrip. ſequitur Aufrer. in Dec. Toloſa. 495. Quod ipſum adeo procedit , ut non ſufficit probare quaſi poſſeſſionē clericatus ꝙ quis ſit habitus & reputatus pro clerico, ſed ipſam ordinationem ad clericatum probare oportet. Gemin.in conſi. 11.talis enim poſſeſſio ſeu quaſi clericatus non ſufficit ad obtinendum beneficium eccleſiaſticum,ſed ſolum quoad fori priuilegium Ioannes Andreas,& Bald. in cap. dudum,primo de electio.Quod procedit,niſi quis fuiſſet in poſſeſſione clericatus, & etiam beneficii per longum tempus.Hoſtien. Anto. de Butr. Abba.& doc.in cap.illud,de præſumptio.Bal.in l.ſiue poſſidetis,in quarta oppo.C.de proba. Deci. in cap. primo. colum. 6. in fi.in verſicu.finaliter tamen, de fide inſtrumento.& in conſilio 118. ſed aduerſarius nihil prorſus probauit de clericatu neque uere neque pręſumptiue,quia non deduxit aliquam poſſeſſionē clericatus ꝙ incedat in habitu & tonſura clericali, & ꝙ ſit habitus & reputatus pro clerico, tametſi talis & ſola poſſeſſio clericatus non ſufficeret in actore ad petendum & obtinendum beneficium quicquid aliter ſit in reo ad illud reſtituendum. Rota deci.314.Nota ꝙ clericus,& dec.443.Nota ꝙ nō præſumitur,in antiquis.¶Adeo ēt eſt neceſſaria probatio clericatus ad validitatē

collationis q non ſufficeret deputatio ad clericatum cũ inceſſu in habitu & tonſura. Fed. de Senis in conſi. 290. Quia in præſenti. col. 5. poſt prin. Similiter non ſufficeret clericatum ſuperuenire poſt collationem beneficii, quia ubi agitur de ualiditate actus inſpicitur initium, ita Fed. in d. conſi. 290 col. 5. in prin. Nec ideo minus neceſſaria eſt probatio clericatus q Papa conferens beneficium dicat ſe conferre tali ut clerico, quia non ſufficit nominatio Pontificis niſi aliter probetur clericatus. Ioan. And. in reg. non licèt actori, de reg. iur. lib. 6. quod dictum Ioan. And. refert Boerius in deci. Burdegalen. q. 171. col. 2. poſt med. ¶ In qua re conſidero q circa qualitatem clericatus non uidetur neceſſaria oppoſitio, quia collatio facta laico dicitur nulla ipſo iure propter incapacitatem ut ſupra dictum eſt, ſed in his quæ ipſo iure fiunt aut inducuntur, neceſſaria non dicitur partis oppoſitio, quia ſatis ius opponit. glo. in l. cum qui ita. §. qui ita. vbi Imo. ff. de verb. oblig. Bart. & doct. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. colum. 9. & 10. ff. de pactis. Bar. in l. lecta. ff. ſi cer. pet. Deci. in l. 1. colum. 2. in prin. C. de pactis. Iaſ. in § in bonæfidei, col. 2. & colu. 7. in fi. Inſtitu. de actio. ſed tamen ad cautelam abundantem fuit oppoſitum in cedula incipiente, Pronunciatum, in qua dictum eſt, circa fi. q non potuit pronunciari in fauorem domini Ioan. Gaſparis de Ponziglonibus ſtantibus actis prout ſtant. Quod idõ dictũ eſt, quia intentio ipſius de Ponziglonibus fundata nõ erat ſine probatione clericatus, & clarius oppoſitum nouiſſime fuit in cedula incipiente, licèt apparentes &c. Ex quo vnico fundamento deficientis clericatus res videtur clariſſima. ¶ Et ſi dicatur, etiam dominus Ioan. Georgius Iſnardi non docet de clericatu. reſpondeo, q ipſe poſſidet beneficium, & eſt reus originaliter, ideo nihil habet neceſſe probare cum actor non probauerit de iure ſuo. l. qui accuſare. C. de edendo. quæ regula procedit etiam in cauſa beneficiali vti ibi per Decium. col. 2. in tertia ampliatione tradit Oldra. in conſi. 1. col. 5. verſi. vnde & ſi tã meus. in conſi. 217. Gratia. col. 2. uerſi. cum ergo dominus. & in conſi. 312. Thema quæſtionis eſt tale. col. 2. & ad fi. conſ. Rota deciſ. 15. Si in cauſa. Deciſ. 160. Reus, in nouis. deciſ. 70. No. q vbi conſtat. & deciſ. 636. No. quòd ſi aliquis. in antiq. Gemin. in conſi. 38. in prin. ¶ Septimò principaliter conſidero in fauorem dominorũ Valſeneriæ, poſito & non conceſſo, præmiſſa omnia ceſſarent, quæ ipſa tamen fortiſſime vrgent, adhuc in mero poſſeſſorio, & omiſſis exceptionibus pertinentibus ad petitorium, potior videtur cauſa ipſorum dominorum ſuper iure patronatus, & conſidero pro fundamento quod poſſeſſio ſeu quaſi iuris patronatus acquiritur ex vnica præſentatione quę effectum habuerit ſecuta inſtitutione. cap. conſultationibus, de iure patro. gloſſ. & doc. in c. cum eccleſia lutrina, de cauſa poſ. & proprie. Bald. in conſilio 33. Quidam nobilis. in fin. lib. 1. Abba. in cap. cum olim, de cauſa poſ. & proprie. & in conſi. 54. colum. 2. lib. 1. Soc. in conſi. 257. colum. 1. lib. 2. Dec. in conſi. 117. colum. 2. poſt medium in conſilio 124. in princi. in conſilio 126. colum. 1. in conſilio 127. in princi. conſi. 169. colum. 2. circa medium, & in conſi. 134. in prin. ſed hic probatur de pluribus præſentationibus ipſorum dominorum Valſeneriæ tam per illas atteſtationes de antiquo receptas quàm ex ſcripturis pręſentationum & inſtitutionum dominorum Ioan. Georgii de Iſnardi. & iſta poſſeſſio ſeu quaſi iuris patronatus non parum confirmatur ex illis inſtrumentis acquiſitionum caſtri Valſeneriæ in quibus principaliter & expreſſe fit mentio de iure patronatus, & ex quibus efficaciter probatur ipſum ius patro. vt ſupra dictum eſt tertio fundamento. & ſic iuſtificatur poſſeſſio iuris patronatus ex vero titulo ut habetur in cap. licèt cauſam, de probatio. iuſtificatur etiam iſta poſſeſſio iuris patronatus, quia rectores præſentati & inſtituti ſteterunt in poſſeſſione beneficii palam & publice ſciente monaſterio S. Anaſtaſij aut eo ſcire ualente, per ea quæ nota. Calderi. in conſilio 3. & in conſi. 6. in titu. de cauſa poſſ. & propri. & in conſi. 12. in titu. de iure patronatus. Deci. in d. cõſi. 117. colum. 2. poſt medium in d. conſi. 124. colum. 1. & in d. cõſi. 159. col. 2. circa medium, vbi tamen Deci. ſolum allegat illud conſi. 12. Calde.

5 ¶ † Conſidero etiam in hac materia q attenditur vltima poſſeſſio, id eſt vltima præſentatio vt is præferatur in beneficio qui fuit pręſentatus ab eo, qui reperitur feciſſe vltimum actum poſſeſſionis aut præſentationis. d. c. cum eccleſia, de cau. poſ. & propri. ibi vltimo & immediate. Feder. de Senis in conſilio 234. colum. 3. circa medium. verſi. ad ſecundũ. Oldr. in conſil. 312. Thema quæſtionis eſt tale. colum. 2. Rota Deciſ. 557. Quidam impetrauit, in antiqui. Deci. in d. conſilio 117. col. 1. poſt mediũ. verſi. quod autem quaſi poſſeſſio. in d. conſilio 124. col. 1. in d. conſilio 126. colum. 2. circa medium. verſi. pręterea & ſecundo principaliter. & in d. conſi. 159. colum. 2. circa medium. ſed vltimi rectores dictæ eccleſiæ fuerunt præſentati a dominis Valſeneriæ, & ſic vltima poſſeſſio conſideratur ex parte ipſorum dominorum immediate.

¶ Hoc ita præſuppoſito q ſufficiat vnica præſentatio ad acquirendum ius patronatus, & q vltima præſentatio attendatur. Dico quòd licèt ius collationis pertineret in ueritate ad ipſum monaſterium, prout minime pertinet, adhuc pronunciari deberet in fauorem domini Ioan. Georgii præſentati a dominis Valſeneriæ exiſtẽtibus in poſſeſſione ſeu quaſi iuris patronatus, licèt ius patronatus ad eos in veritate non pertineret, ideo inſtitutus ad præſentationem poſſeſſoris remoueri ab eccleſia non debet, licèt ius præſentandi aut conferendi ab alio euincatur. d. c. conſultationibus. de iure patronatus. facit tex. in c. querelam, de electio. not. Fede. de Senis in d. conſilio 234. colum. 2. circa medium. verſi. ſed in caſu propoſito. vbi Fede. q exiſtens in poſſeſſione præſentandi poteſt vti ſua poſſeſſione donec feratur ſentẽtia contra eum ſuper proprietate. tradit Calde. in conſil. vltimo in titu. de iure patrona. Deci. in d. conſi. 117. colu. 2. Immo præſentatus ab eo qui eſt in poſſeſſione pręſentandi pręfertur pręſentatio ab eo ad quem proprietas pertineret iuris patronatus. Anto. de But. Abb. & docto. in c. cõſultationibus, de iure patrona. Deci. in d. conſi. 117. col. 2. circa medium, in d. conſi. 124. col. 2. in d. conſi. 126. colum. 2. poſt medium, in d. cõſilio 129. colum. 2. poſt medium, & in d. conſilio 134. poſt prin. Idem eſt in collatione vt illa præferatur, quæ facta ſit ab eo qui eſt in poſſeſſione conferendi, licèt ipſum ius conferendi ad alium pertineat. Rota in d. Deciſi. 557. in antiqui. nec viciatur collatio poſſeſſoris, licèt poſtea pronuncietur contra eum in petitorio. d. c. conſultationibus. Rota Deciſ. 575. Vtrum ſicut pręſentatus. in antiq. Decius in dicto conſilio 126. colum. 1. Quod ipſum procedit etiam in temporalibus & prophanis, in quibus poſſeſſio ſeu quaſi validat actum. donec a tali poſſeſſione quis amoueatur. l. Barbarius. ff. de offic. præto. l. penul. ff. de aqua quotidiana & æſti. late. Innocen. in cap. nihil, de electio. Barth. in conſilio 82. Punctus quæſtionis. colum. 1. Bald. in conſilio 177. In iſta captura. libro ſecundo. vbi Bald. quòd ſufficit quem eſſe in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, ut acta valeant. Itaque omnibus modis dicendum videtur valere præſentationẽ domini Ioan. Georgij factam a dominis Valſeneriæ tanquam exiſtentibus in poſſeſſione pręſentandi, poſito q ius præſentãdi ad eos non pertineret, quod ipſum tamen pertinet, vt ſupra late probauimus. & ſi ſufficit ſola poſſeſſio ſine iure proprietatis, immo & vnicus actus poſſeſſionis ut ſupra oſtenſum eſt, quid hic dicemus vbi cum poſſeſſione concurrit ius patronatus probatum vt ſupra, & vbi plures actus præſentationum interuenerunt, ut ſupra vidimus?

¶ Octauò fundatum videtur ius domini Ioan. Georgij Iſnardie ex regula Cancellariæ de triennali poſſeſſore pacifico. cũ tenuerit & teneat ipſum beneficium longiori tempore pacifice ante lit. hãc motã, & de quo poſſeſſorio dñi Ioan. Georgij & d. Io. ſecundi deductũ fuit in dictis poſitionibus & in eis expreſſe allegatum ius dictę regulę Cancellariæ de triennali poſſeſſore. Ex quo etiam capite apparet de iniuſtitia repulſionis ſiue reiectionis dictarum poſitionum, nam habens ius in beneficio ſiue ratione proprietatis ſiue ratione poſſeſſionis illud perdit per dictã regulam patiendo alium poſſidere beneficium pacifice per triennium ex titolo ſaltem colorato. Ideo ſi perditur ius, et poſſeſſio, ergo opponi põt exceptio, Tu pdidiſti ius poſſeſſionis. alias fruſtra illud perditũ eſſet ſi de tali perditione opponi non poſſet. Pro quo adduco Fede. de Senis in conſi. 90. Caſus talis eſt quidam clericus vbi q agenti poſſeſſorio obſtat exceptio q perdidit agens ius, quod habebat ſuper ipſo poſſeſſorio, puta trahendo reum ad uetitum examen, ut quia clericus traxit clericũ coram iudice laico. Poſtremo in dubio videtur pronunciandum contra d. abbatiſſam? quia contra eam eſt pręſumptio iuris communis vt ſupra dictum eſt, & quia poſt erectum epiſcopatum in ciuitate Saluciarum oĩa beneficia eius diœceſis reducta fuerunt ad collationem ordinarii. Ad allegata in contrarium nihil eſt q reſpondeat, quia ſupra abunde & in ſpecie reſpõſum eſt, q ĩmo opponi põt exceptio defectus proprietatis. Secundò reſponſum eſt q etiam in mero poſſeſſorio potior videtur cauſa domino-

rum

rum Valſeneriæ. Tertio reſponſum eſt in octauo fundamento ꝙ perditum eſt omne ius partis etiam in poſſeſſorio per poſſesſionem triennalem. d. Io. ſecundi & Io. Georgii, quæ exceptio perditæ poſſesſionis opponi potuit & poteſt.

¶ Ex præmisſis inferuntur duo correlaria. Primum ꝙ omnino pronunciari debeat in fauorem dominorum Valſeneriæ etiam ſi ne illis poſitionibus. Secundum quod ſaltem poſitiones ipſæ ad maiorem cautelam admitti debeant.

¶ Neque obſtant aſſertæ ſententiæ quia leguntur Mille latæ in fauorem eius de cuius capacitate non conſtat, & ſicut beneficiũ laico conferri non poteſt, ita nec per ſententiam laico adiudicari. ſi enim collatio ſummi Pontificis redditur nulla ſi non appareat de capacitate impetrantis vt ſupra dictum eſt, quantò fortius erit nulla ſententia vnius inferioris lata pro eo de cuius capacitate non conſtat. ¶ Secundo reſpondeo ꝙ ſententia lata in cauſa beneficiali nunquam tranſit in rem iudicatam reſpectu ſuperioris, qui etiam appellatione deſerta poteſt cognoſcere de meritis. cap. cum Bertoldus, de re iudica. Rota. deci. 550. Verũ ſi petitor. in antiquis. ¶ Tertio reſpondeo ꝙ pars aduerſa paſſa eſt procedi & cognoſci in meritis petendo pronunciari bene iudicatum & male appellatum, quo caſu auditur quis etiam contra ſententiam, quæ in rem tranſiſſet iudicatam. Inno. in c. cum dilecta. de reſcrip. & in d. c. cum Bertoldus, de re iudi. Iaſ. in l. pater furioſo, col. 5. ver. 16. facit. ff. de his qui ſunt ſui ſui vel alie. iuris. Sauiliani 13. Decembris 1547.

Aymo Crauetta ex Sauiliano. I.V. doct.

SVMMARIVM.

1 *Executores teſtamenti non poſſunt tranſigere ſuper bonis pauperibus relictis.*

2 *Quomodo procedatur in re eccleſiaſtica quando iura non ſunt clara.*

3 *Bona pauperũ gaudent eiſdem priuilegijs, quibus bona eccleſia.*

CONSILIVM CCCXXIII.

¶ Pro inclita communitate Saluciarum.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Quæritur an executores teſtamenti quondam Spec. domini Petri Vaccbæ ciuis Saluciarum & dñi Beluidere dati ad diſtribuẽdum bona pauperibus relicta, posſint tranſigere ſuper ipſis bonis cũ
1 hæredibus teſtatoris? ¶ Breuiter non arguendo ad partes, quia temporis anguſtia nõ concedit, puto quod nõ. & cõſidero ꝙ iſti executores habent minus iuris in talibus bonis q̃ habeat prælatus in bonis eccleſiæ, quia fructus eccleſiæ dicuntur ipſius prælati quatenus indiget pro victu ſuo, licèt ſuperflua teneat cõuertere i piã cauſam. c. j. 82. di. c. paſtoralis. & c. j. q. 2. c. videntur. & c. de redditibus. 12. q. j. c. cõceſſo. c. nulli epiſcopatũ. & c. quatuor. 12. q. 2. ſed iſti executores nihil cõmodi percipiunt ex iſtis fructibus. ¶ Secundo prælatus poteſt donare de fructib. eccleſiæ, vt per gl. in c. fin. 5. q. 3. Abb. in c. 2. de dona. Quod tamẽ intelligo cum modica læſione eccleſiæ & ſeruata forma. Calde. in conſi. 6. in tit. de rebus eccle. non alie. Similiter poteſt prælatus donare ſeu remittere laudemium debitum eccleſiæ gl. in c. bonæ rei 12. q. 2. Calde. in conſi. j. 10 ti. de his quæ fiunt a præla. ſine conſen. cap. Poteſt etiam prælatus donare canonicam portionem debitam ratione mortuariorũ in præiudicium ſui, licèt non ſucceſſoris. Calde. in conſi. 5. in tit. de his quæ fiunt a præla. ſed executor teſtamenti nihil poteſt donare, ſed tenetur diſtribuere ad formam teſtamenti, & talis executor potius æquiparatur tutori aut curatori quàm prælato reſpectu poteſtatis, ſed cõſtat ꝙ prælatus habet maiorem poteſtatẽ in bonis eccleſię q̃ tutor aut curator in bonis pupilli uel adulti, ita Abb. in conſi. 65. col. 1. in fi. lib. j. & in conſi. 10. lib. 2. Soc. in l. legatum. col. 2. ff. de leg. j.

¶ Hoc ita præſuppoſito ꝙ maior ſit poteſtas prælati in bonis eccleſię q̃ unius executoris in bonis pauperum. Dico ꝙ prælatus tranſigere non poteſt de rebus immobilibus eccleſiæ quãdo ex tali tranſactione ſequeretur alienatio, quia bona eccleſiæ parti remitterentur in totum aut in partem niſi ſeruata forma iuris & interuenientibus ſolennitatibus requiſitis in alienatione rei eccleſiaſticę. Fed. de Senis in conſi. 94. Caſus talis eſt prælatus vbi ꝙ prælatus his capitulũ ſolus ſine capitulo cõpromittere aut tranſigere non poteſt, etiam ubi non ſequitur totalis alienatio, & ubi agitur de præiudicio eccleſię temporali tantum non perpetuo. Cum capitulo autem poteſt compromittere & tranſigere ſine licentia ſuperioris ſuper re inferente præiudicium temporale tantum non perpetuum. c. de cætero. c. veniens. de tranſac. & c. niſi eſſent. de præben. gl. in c. ex multiplici. de decimis. Gemin. in conſi. 10. ſecus vbi agitur de præiudicio perpetuo quia tunc requiritur authoritas. Io. And. in c. peruenit, & in c. cum tempore, de arb. Gemin. in conſi. 96. col. 1. & ꝙ in pacto aut tranſactione per quam inducitur alienatio rei eccleſiaſticæ ſint neceſſarię ſolennitates requiſitę in alienatione rei eccleſiaſticæ voluit Gemin. conſi. 129. col. 5. circa med. Ad idem adduco Abb. in conſi. 56. lib. 1. vbi ꝙ prælatus non poteſt compromittere quãdo ex tali compromiſſo ſequitur alienatio. ¶ Si vnus Epiſcopus aut prælatus non poteſt compromittere aut tranſigere quando ſequitur alienatio rei eccleſiaſticæ niſi ſeruatis ſolẽnitatibus iuris, quanto minus permiſſum id erit perſonis laicis ius tm̃ exequendi, & diſtribuendi obtinentibus? ideo mirandum eſt quomodo tales executores adducantur ut tranſigant ſuper bonis pauperum, nã talis tranſactio deſideranda eſt ab Epiſcopo aut alio poteſtatẽ ad id obtinente. tales enim executores temeritatis & impudentiæ accuſari poſſent ſi bona pauperum in alios tranſigendo alienarẽt ſine ſolennitatibus iuris nec iuris cenſuras effugerent.

¶ Secundò principaliter conſidero in caſibus in quibus prælatus poteſt tranſigere cum authoritate ſuperioris & ſeruatis ſeruandis, † illud intelligitur & procedit in re dubia quando iura
2 eccl. ſiæ non ſunt clara & liquida. l. pactũ curatoris. vbi no. C. de pactis. cum ibi no. Sed hic iura pauperum non ſunt obſcura aut dubia, immo clarisſima, per inſtrumenta teſtamenti & tranſactionis, quam ipſam tamen tranſactionẽ conſtare non putem ſine ſolennitatibus iuris, Immo in facto nulla oritur dubitatio, & ſi quid dubitationis a parte excogitetur, illud totũ in iure conſiſtit, de facto aũt non eſt quæſtio, ſed ius ipſum ſemper eſt certũ, & liquidum. l. ornamentorum. ff. de auro & argen. leg. Ideo ſtatutum cogens conſanguineos aut coniunctos ad compromittendum aut tranſigendum, non habet locum vbi ſolum eſt quæſtio iuris, non etiam facti. Bal. in l. ancillæ. per illum tex. in prin. C. de furtis. Alex. in conſil. 62. col. 2. circa med. lib. 2. Iaſ. in l. pe. col. fin. nerſi. hinc dicit Bal. C. de pactis. Itaque cũ ſolum ſit quæſtio. iuris, illud videtur declarandum per iudicem eccleſiaſticum cõpetentem, non per laicos. ¶ Tertiò dico ꝙ poteſtas iſtorum executorum adeo eſt modica, ꝙ non ſolum non poſſunt tranſigere de bonis pauperum ex qua tranſactione ſequatur alienatio, bona pauperum in alios transferendo, immo ne quidem poſſunt facere conuerſionẽ vnius vſus ad alium vſum, etiam ſi uoluntas teſtatoris ſm formã ab eo traditam impleri nõ posſit. Ita Pau. de Caſt. in conſi. 505. Viſis & diligenter conſideratis. col. fi. ver. contrarium tñ &c. lib. j. Immo executor ad diſtribuendum pauperibus nõ poteſt eligere pauperes extraneos, ſed tenetur diſtribuere pauperibus domicilii. Ioan. And. in c. religioſis. de teſti. lib. 6. ſuper gl. quæ incipit in re certa ſequitur Fede. de ſenis in conſil. 282. circa fin. vbi ꝙ ſecus eſt in Epiſcopo, qui dicitur executor iuris quia ipſe põt in extraneos pauperes diſtribuere. Nec dicatur procedere præmiſſa in bonis eccleſiarum, hic autẽ agitur de bonis pauperum, quia † bona pauperum gaudent eiſdem priui-
3 legiis quibus bona eccleſiæ. l. oĩa priuilegia, vbi Bart. & doc. C. de ſacroſan. ecc. §. fi. in auth. de eccleſia. tit. c. ex literis, de cõſuetu. tradit Alex. in cõſi. 9. col. 4. in fi. lib. 5. vbi ꝙ eadem ſolennitas requiritur in alienatione rei hoſpitalis quæ in bonis eccleſiæ per tex. in §. nos igitur, in auth. de non alie. auth. hoc ius porrectũ, vbi Bar. & Dec. C. de ſacroſan. eccle. no. Deci. in c. 1. col. 9. ver. nõ obſtat quod Matheſyll. dicit. de probatio. ¶ In ſimili caſu ſcripſi pro cru. iata Saluciarum vbi concluſimus non valere diſpenſationẽ Pontificis in contrariũ tam ex defectu voluntatis quàm poteſtatis, me tamen ſubmittẽdo determinationi ſanctæ matris Eccleſiæ & Reuerendisſimi Rotę Senatus, & libenter & auide viderem determinationẽ Rotæ ſuper hoc. Agitur. n. res periculoſiſſima in cõſcientia & plenisſima ſcandali ꝙ auferatur pauperibus contra expreſſam uoluntatem teſtatoris. ¶ Ex quibus cõcludo rẽ omnem ad Epiſcopum & iudicem eccleſiaſticũ cuius in ea re poteſtas ſit, remittam oportere, ſaluo ſaniori iudicio. Sauiliani die 26. Decembris in feſto diui Ioannis Euangeliſtæ patroni mei 1547. Aymo Crauetta ex Sauiliano. I.V. doct.

SVMMARIVM.

1 *Quando hæres ex teſtamento poteſt adire ab inteſtato.*
2 *Aliquando aditio ab inteſtato prodeſt etiam alijs hæredibus legitimis.*

CONSILIVM. CCCXXIIII.

¶Pro Magnificis dominis Aymone & Boniſacio ex Comitibus Ploxaſchi & dominis Scalengiarum contra Magnificum Comitem Fruxaſchi.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Magnifici domini Aymo, & Boniſacius ex Comitibus Floxaſchi & dominis Scalengiarum repudiauerūt hæreditatem Magnificæ dominæ Bernardinę de Valpergia earum materteræ, quæ ipſos repudiātes hæredes inſtituerat pro dimidia, & eam ipſam hæreditatem ab inteſtato & pro dimidia adiuit quondam Magnifica domina Barbara mater ipſorum repudiantiū & ſoror ipſius dñę Bernardinæ. Similiter Magnifici domini Guilielmus & Mamon de Valpergia nepotes dictæ dominæ Bernardinæ & hæredes ab ea inſtituti pro alia dimidia adiuerunt hæreditatem ab inteſtato, proteſtantes ꝙ non intēdebāt nec intendunt eſſe hæredes ex teſtamento. Quæritur an valeat talis aditio?

¶Videtur dicendum ꝙ non, quia cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati. l. quādiu 2. ff. de acq. hæred. nec valet aditio ab inteſtato quoties ex teſtamēto hęres quis eſt & ecōtra. l. ſi is ad quē. ff. de acq. hęred. Ideo vr̄ ꝙ domini Guilielmus & Mamon hæredes teſtamentarij ab inteſtato adire nō potuerunt, cōſequenter ꝙ ſine iure & actione experiantur ab inteſtato. ¶Similiter uidetur ꝙ ſine iure & actione experiantur domini Aymon & Boniſacius cum repudiauerint hæreditatem pure & ſimpliciter. Neq; videtur obſtare ꝙ agant tanquam hæredes matris, quę adiuit ab inteſtato ob repudiationem aliorum, quia ſtante teſtamento dominæ Bernardinæ domini Guilielmus & qui ſimpliciter nō repudiauerunt, ſed ſolum ex teſtamento, præſuppoſito ꝙ ab inteſtato adire non potuerint, hæredes remanſerunt ex teſtamento, ob id non potuit domina Barbara adire ab inteſtato, quia hoc modo domina Bernardina deceſſiſſet pro parte teſtata, & pro parte inteſtata, quod ipſum iura non admittunt. l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. Immo vr̄ iſto caſu ꝙ portio dominorum Aymonis & Boniſacii accreuerit cohęredibus, qui omnino repudiauerūt. Immo adiuerunt, licèt ab inteſtato, quod ipſum tamē facere nō potuerunt vt ſupra & ꝙ portiones eorū accreuerint aliis cohęredibus videtur tex. in l. & qui ex duabus §. j. ff. de acquiren. hęre.

¶Sed præmiſſis non obſtantibus cōtrarium puto de iure verius, ꝙ immo viribus conſtet vtraque aditio, idest dominæ Barbaræ ac dominorum Guilielmi & Mamonis ab inteſtato, toto titulo. ff. & C. ſi quis omiſſa cau. teſta. In quibus titu. habetur quòd hæ-
1 res † ex teſtamento ad quem etiam ab inteſtato hæreditas pertinet, poteſt adire ab inteſtato omiſſa cauſa teſtamenti, licet ita adeundo incidat in edictum prætoris quando in fraudem ita adit legatorum aut fideicommiſſorum ob id tenetur præſtare legata & fideicommiſſa in teſtamento relicta perinde ac ſi ex teſtamento hæres eſſet. & maxime hoc & euidentiſſime probatur in l. ſi nō ſolus. in prin. ff. eodem titu. ſi quis omiſſa cau. teſtamē. vbi quando hæres in ſolidum ſcriptus ab inteſtato ſimul cū alio hærede legitimo, uterque tenetur ad legata, etiam is qui ſcriptus non fuit hæres. Ecce ergo quod ab inteſtato aditio quidem tenet non obſtante teſtamento, licèt talis aditio non noceat legatariis & fideicommiſſariis. Alias. n. ſi aditio ab inteſtato non teneret, conueniri alter non poſſet, qui in teſtamento hęres ſcriptus non eſt. & hoc ipſum ꝙ teneat aditio ab inteſtato licèt tertiis non præiudicet quotiens in fraudem fit, probant ferè leges dictorum titulorum. Conſtante igitur aditione ab inteſtato, male opponitur contra agentes ꝙ ſine iure experiuntur. ¶Solum ſupereſt ad cōtraria reſpondere, quibus confutatis clariſſima nõ fiant. Itaque non obſtat primum argumentum, quod cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati: quia iſtud procedit quando in teſtamento eſſet ſcriptus vnus ab inteſtato, & hęreditas ad alium pertineret, nā tunc non pōt adiri hęreditas per hæredē legitimū, qui ipſe excluditur per hæredem ſcriptū. Secus quando idem eſſet hæres legitimus & teſtamentarius, quia talis pōt adire ab inteſtato omiſſa cauſa teſtamenti, & tenet aditio, licèt ita adiens incidat in edictū, & teneatur ad onera in teſtamento derelicta perinde ac ſi ex teſtamento hæres eſſet per ſupradicta.

¶Non obſtat ſecundū argumentum quòd non tenet aditio ab inteſtato quando ex teſtamento quis eſſet hæres. d. l. ſi is ad quē. ff. de acquit. hæredi. q2 illud procedit data ignorantia adeuntis putantis ſe hæredem ab inteſtato cum ignoraret teſtamentum factum. vel ſi quis adeat ex teſtamento putans illud iuſtum aut validum, nam talis ignorantia vitiat aditionem, quia oportet ad ualiditatem aditionis ut ſciat quis cauſam ſuæ acquiſitionis aut aditionis, & ita loquitur tex. in d. l. ſi is ad quem, ſecus quando ſcit quis teſtamentum factum & ſe ſcriptum hęredem, & nihilominus adit ab inteſtato cum ſit hæres legitimus, tenet aditio cum ſciat cauſam ex qua adit, & tūc ita adiens dicitur renunciare teſtamento, ita loquitur tex. in terminis & ibi glo. & docto. declarans in l. illud. ff. de acquiren. hæred. Ex quo tex. clariſſima reddi videtur vniuerſa difficultas.

¶Non obſtat tertium argumentum ꝙ domina Barbara nō potuit adire ab inteſtato ex repudiatione filiorum ſuorum cum adſint alii cohæredes qui ſimpliciter non renunciauerunt, quia reſpōdeo ꝙ immo potuit domina Barbara adire ab inteſtato, quia
2 vbi hæres ſcriptus repudiat ex teſtamento & adit ab † inteſtato, facit locum etiam aliis hæredibus legitimis exiſtentibus in pari gradu, & ſic eius aditio ab inteſtato prodeſt etiam aliis hæredibus legitimis, ita expreſſe dicit tex. in d. l. non ſolus. in prin. ibi, cui etiam profuit. ff. ſi quis omiſſ. cau. teſta. Itaque cum domini Guilielmus & Mamon repudiauerint ex teſtamento & adierunt ab inteſtato, ſine dubio talis aditio profuit dominæ Barbaræ quæ pariter ab inteſtato admittebatur.

¶Non obſtat quod portiones dominorum Aymonis & Boniſacii qui ſimpliciter repudiauerunt, debent accreſcere dominis Guilielmo & Mamoni cohæredib. teſtamētariis. d. l. qui ex duabus. §. j. ff. de acquiren. hęred. quia argumentum procederet ſi ſoli Guilielmus, & Mamon eſſet hæredes, ſed cum repudiauerint ex teſtamento & adierint, ab inteſtato autem concurrat domina Barbara cohæres legitima, dico quod pars repudiantium accreſcit omnibus cohęredibus legitimis, quia portio hæredis ſcripti repudiantis pertinet ad hæredes legitimos. l. ſi quis pecuniā, in prin. ff. ſi quis omiſſa cau. teſt. Itaq; ſi Guilielmus & Mamon adiuiſſent ex teſtamento, quia tūc ipſi ſoli hæredes eſſent excluſa dña Barbara, & ceſſante cauſa inteſtati propter teſtamētum, ipſi Guilielmo & Mamoni ſolis accreuiſſet portio repudiata, ſed cū adierint ab inteſtato & ab eo inteſtato habeant cohęredē dñam Barbarā, omnibus cohæredibus accreuit, & perinde eſt ac ſi dñi Aymo & Boniſacius hęredes ſcripti non fuiſſent.

¶Non obſtat ꝙ domina Bernardina non potuit decedere pro parte teſtata & pro parte inteſtata, quia dico quod ſtante aditione omnium ab inteſtato ceſſat argumentum, nam illud procederet ſi domini Guilielmus & Mamon adiuiſſent ex teſtamento & domina Barbara vellet venire ab inte. etenim non poſſet, ſed tunc accreſceret portio repudiata aliis cohæredibus ſcriptis adeuntibus ex teſtamento. Similiter ſi domini Aymo & Boniſacius adiuiſſent ex teſtamento, non potuiſſent domini Guilielmus & Mamon adire ab inteſtato ſed totum accreſceret dominis Aymoni & Boniſacio adeuntibus ex teſtamento, prout etiā declarat Cor. in conſi. 88. col. pen. poſt medium. verſi. tamen ad hoc reſponderi poteſt. lib. j. licèt non ita clare explicet, & iſta declaratio arguitur neceſſaria & ratione conſtans in hac difficultate alioquin ſatis intricata.

¶Itaque concludo ꝙ iſta oppoſitio de teſtamento dominæ Bernardinæ pertinet ad materiam tit. l. j. C. ſi quis omiſſa cauſa teſta. Conſequenter apparet pertinere talem oppoſitionem ad legatarios aut fideicōmiſſarios ipſius dominæ Bernardinæ, ipſius aut domini & comitis Fruxaſchi nihil omnino pertinet ex res cū teneat aditio ab inteſtato omiſſa cauſa teſtamenti licèt nō noceat legatarij; & fideicommiſſariis quotiens in fraudem ita agitur, itaque procedit reſponſio reddita in priore conſilio ꝙ contra talem oppoſitionem exceptio obſtat, tua non intereſt.

¶Optimū tñ fuit dubitare circa hoc ad inueniendam explicationem & claritatē totius difficultatis. & ita de iure reſpondeo, ſaluo ſaniori iudicio. Sauiliani, die 28. Decembris 1547.

Aymo. Crauetta ex Sauiliano. I. V. doc.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo debet plene probari, & probatio dicitur multum difficilis.*

Quid

2 *Quid oportet ut plus petens cadat a iure ſuo.*
3 *In inſtrumentis attenditur conſuetudo loci in quibus fiunt.*

CONSILIVM CCCXV.

¶Pro Illuſtri domina Fauſtina de Varnano Contra Illuſtrem dominam Camillam de Malateſtis.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Plura mouentur dubia in cauſa Illuſtris dominæ Fauſtinæ relictæ quondam Illuſtris domini Sigiſmondi de Malateſtis agentis ad reſtitutionem dotium contra Illuſtrem dominam Camillam neptem & hæredem memorati domini Sigiſmondi. & primo incipiendo a dilatorijs opponitur de cautione actoris non præſtita circa reſtitutionem expenſarum in caſum ſuccumbentiæ & proſecutionem iudicij. Ad quam exceptionem reſpōſum fuit per D. procuratorem, ipſius dominæ Fauſtinæ, quod talis cautio abijt in diſſuetudinem & ab aula receſsit, vt per Bart. in l. generaliter. C. de epiſ. & cler. Ang. de Are. in §. ſed hodie, Inſti. de ſatiſda. Roma. in conſi. 62. Florentina conſtitutio. in fi. Alex. in conſil. 37. col. 3. ver. ſed præmiſsis non obſtantibus. li. 2. ¶Nec obſtat ꝙ non appareat de tali conſuetudine' contraria iuri, & quod conſuetudo
1 probari debet tanquam conſiſtens in facto, immo plene probari debet conſuetudo. Bar. in repe. l. 2. q. 27. C. quæ ſit longa conſuetu. quæ probatio conſuetudinis dicitur multum difficilis. Bart. & doc. in l. de quibus. ff. de legi. ideo magna eſt opus diligentia in formandis capitulis ſuper probatione conſuetudinis. Cardi. Floren. in c. fi. q. 40. in fi. de conſuetu. Cur. Iun. in conſil. pe. col. pen. in princ. Nec defertur iuramentum ſuppletiuum in probanda conſuetudine. Bal. in l. de quibus. col. antepe. verſ. item vbi agitur de probando. ſequitur Alex. in conſi. 173. col. 2. in fi. libr. 6. ¶Nam reſpondetur quod ſatis videtur probata conſuetudo per aſſertionem tot doctorum dicentium conſuetudinem ita eſſe. Paul. de Caſt. in conſi. 457. Viſo caſu propoſito & pluribus dubijs. in fi. li. 2. Soc. in conſi. 252. col. 7. ver. 4. eadem concluſio & in conſil. 275. col. 2. li. 2. Guid. Pap. q. 139. & q. 565. col. 4. ver. quibus conſuetudinibus. Iaſ. in conſi. 168. col. 5. poſt med. li. 2. & in conſi. 15. in fi. lib. 3. & poſito iſta opinio ſit dubia quoad plenam probationem, vera tamen videtur quoad præſumptionem, vt aſſertio doctoris ſuper conſuetudine inducat præſumptionem cui ſtādum ſit donec probetur contrarium. Ita voluit Bart. in d. l. de quibus. col. 8. in fi. in 4. q. prin. ff. de legib. ſequitur Barba. inter conſi. Cur. Sen. in conſi. 67. col. 17. poſt med. Dec. in l. 2. §. j. col. fi. ff. ſi cer. pet. in cōſ. 420. in fi. in conſi. 540. col. 2. poſt med. in conſi. 459. col. 2. poſt med. in conſi. 691. circa fin. & in conſi. 694. col. j. Cur. Iun. in conſi. 60. col. 4. circa med. Gozad. in conſi. 59. col. 4. in prin. & vbi in aſſertione aut dicto vnius doctoris tantum dubitari poſſet, tamen ſtante aſſertione tot illuſtrium doc. res videtur ſine dubio. Ita Cur. Sen. in conſi. 73. col. 54. circa med. vbi ꝙ communis vſus loquendi probari non debet quando plures illuſtres doc. de eo atteſtātur. modo habemus hic atteſtationem plurium doc. illuſtrium, ideſt Barto. Rom. Ang. & Alex. vt ſupra dictum eſt, qui etiam doc. mouentur authoritate gl. in §. j. Inſtit. de ſatiſda. ob id pars aduerſa contendens contrarium, ideſt conſuetudinem non ita eſſe, tenetur probare, cum ſaltem præſumptionem habeat iuris contra ſe. Secundo dubitatur de viribus mandati ipſius dominæ Fauſtinæ cōtra quod opponitur quod eſt monialis in monaſterio ſancti Antonij ciuitatis Ferrariæ ob id ꝙ agere non poteſt ſine licentia ſui ſuperioris. c. vnico, de ſyndi. c. monachi. 16. quæſtione j. gl. in c. nō dicatis. 12. quæſtione prima. gl. Ant. & doc. in c. cum dilecta. de reſcrip. generaliter nihil pōt monachus agere ſine licentia ſuperioris, ideo non poteſt conſentire electioni, non poteſt eſſe fideicommiſſarius, non poteſt eligere ſepulturam, non poteſt eſſe iudex, aſſeſſor aduocatus, procurator, arbiter ſine licentia ſuperioris. Fede. de Senis in conſi. 104. Primo quæritur. col. 2. ¶ Ad iſta reſpōdetur ꝙ procedūt in moniali profeſſa, quia ante profeſsionē monialis aliqua dici non poteſt, & appellatione monachi intelligitur de uere profeſſo. c. ad apoſtolicā, de regular. gl. in c. 1. in uer. receptio, de religio. dom. li. 6. Geminia. in cōſi. 66. circa fi. & dicit Bal. in conſ. 197. Oīa pacta. in fi. lib. 5. qđ monialis non dicitur nō profeſſa, ſicut ſponſa quæ eſt impubes, non dicitur vxor. hinc videmus ꝙ ſi fiat legatū alicui ſi intrauerit monaſterium, illud nō debetur niſi facta profeſsione. Deci. in c. præſentia. col. 26. de probatio. & in conſ. 330. col. pe. ante fi. in qua ipſa tamē rę hæſit Iaſo nis ſpiritus in l. in ſtipulatione, col. fi. ff. de vulg. ſed profeſsio aliqua D. Fauſtinæ non docetur nec doceri quidem poteſt & onus probandi profeſsionem incumbit allegāti cum in facto conſiſtat, ꝙ non præſumitur niſi probetur. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis. c. cum in iure peritus, de offi. dele. cum ſim. Immo non ſufficeret probare profeſsionem ſimpliciter, niſi probetur quod illa ſit valida. Gemi. in d. conſil. 66. in fi. ¶Hoc ita præſuppoſito, ꝙ domina Fauſtina non ſit profeſſa licèt nouicia, dico quod nouicius habet velle & nolle, & poteſt omnia facere quæ poteſt homo liber, ideo poteſt teſtari & matrimonium contrahere. Ita Fede. de Senis. in conſi. 32. col. fi. ante med. & licèt iſtud de teſtamento videatur intelligendum quando moritur, nouicius ante profeſſionem, ex his quæ ſcripſi in conſi. 152. tamen ſatis eſt ꝙ interim geſta valent ante profeſsionem. Ideo non videtur habenda ratio quod in futurum poſsit profiteri, quia præſens ſtatus eſt conſiderandus & ſecundum præſentem ſtatum iudicandū. eſt l. mouemur. C. ſi ſer. expor. ven. Anch. in conſi. 420. Quidam ſer Antonius. col. fi. circa med. Ad idem tex. in l. hæc venditio. §. fi. ff. de contrah. emptio. venditio fuit facta pro centum & quantiplurimi poſtea repertum fuerit, interim dicitur certa venditio, quia certum habet pretium licèt in futurum alterari illud poſsit. Ad idem ꝙ no. Bar. in l. Iulianus, in fi. ff. de condi. indeb. vbi facta reformatione quod omnes repreſaliæ debeant reuideri, & quæ fuerunt reprobatę nō valeant, poteſt interim fieri executio repræſaliarum licèt in futurum poſsint reuocari, quia ſecundum præſentem ſtatum iudiciū habendum eſt. Ad idem adduco Pau. de Ca. in conſi. 418. Viſis & conſideratis diligenter omnibus. in prin. lib. j. vbi ſi fiat compromiſſum ſuper inſtrumento habente executionem paratam, pendente compromiſſo poteſt creditor petere executionem ipſius inſtrumenti, non habita ratione quod illa retractari poſsit per laudum futurum, quia iudicandum eſt ſecundum præſentem ſtatum antequam laudum prolatum ſit. de cuius tamen dicti veritate videnda ſunt quæ ſcribit idem Pau. in l. qui fidem. ff. de tranſac. & in l. pecuniam, vbi Alex. col. pe. ff. ſi cert. pet. Iaſ. in conſi. 2. poſt med. & in conſi. 109. in 2. dubio. li. j. ¶Sed in terminis. Addo Pau. de Caſt. in conſi. 422. Cum ſtatutum principaliter. col. 2. in fi. verſ. 3. principaliter. & col. ſeq. li. j. vbi ꝙ ſolennitas ſtatuti in donatione minoris quæ non eſt neceſſaria quando fieret donatio eccleſię aut ad piam cauſam, quæ non ſubiacet legibus laicorum, eſt tamen neceſſaria quando ſit moniali ante profeſsionem, quia ante profeſsionem non dicitur fieri donatio monaſterio, ſed ipſi donatariæ inſpecto præſenti ſtatu, nec profeſsio ſuperueniens trahitur retro ad tempus donationis. Ecce multum in terminis loquitur Pau. de Caſt. Eodem modo dicendum eſt ante profeſsionem poſſit nouicia agere ſine conſenſu ſuperioris, neq; obſtare poteſt, ꝙ profiteri poſsit quia præſens ſtatus conſiderandus eſt, non futura profeſsio quæ retro non trahitur. ¶Secūdo principaliter arguitur a ſufficienti partium enumeratione. aut domina Fauſtina obtinebit in hoc iudicio, aut ſuccumbet, ſi obtinebit, nihil eſt quod pars conuenta opponat de nullitate iudicij, quia iudicium eſſet nullum in fauorem monaſterij, non rei. Ideo monaſterium poteſt dicere ego volo iudicium tenere, nec poſſet pars allegare nullitatem in odiū ipſius monaſterio inuito. l. tranſactione. 2. C. de tranſact. gl. in l. & eleganter. in prin. in ver. nullam. ff. de dolo. glo. in l. iuriſgentium. §. prætor ait, in ver. dolo malo. ff. de pact. vbi Ange. gl. in l. ſi dolo. in ver. reſcindi. C. de reſc. ven. vbi ꝙ doloſo non datur actio ſi dolum paſſus velit actum valere. quod in terminis ſententiæ inualidæ tradit Fed. de Senis in conſ. 90. Caſus talis eſt quidam clericus. col. 2. poſt med. quod ipſum infinitis ſimilibus poſſem comprobare, ſed non expedit. Aut ſuccumbet D. Fauſtina & nihil eſt quod præterea quærat aduerſarius niſi circa expenſas litis, nam ſi abſoluitur, nihil præterea petet. & ſi dicatur, immo partis intereſt ſi abſoluatur quia poſſet monaſterium ex integro agere, & ſi opponatur exceptio rei iudicatæ, replicabit de nullitate. Ad iſtud reſpondetur ꝙ immo ceſſat nullitas cum nouicio ante profeſsionem nec profeſsio ſuperueniens retrotrahitur ad firmationem iudicij, regula factum legitime. lib. 6. cum ibi no. ¶Tertio principaliter reſpondeo, quod vbi præmiſſa ceſſarent citra præiudicium veritatis, fruſtra opponitur defectus licentiæ ſuperioris, quia productum eſt aliud mandatum in quo ipſo apparet de ſuperioris licentia ex qua poſita videtur res extra omnem dubitationem, vt habetur in d. c. cum dilecta. de reſcrip. tradit Dec. & in c. j. in prin. de appel. ¶Tertio principaliter dubitatur: opponitur contra d. Fauſtinam quod petijt plus debito, an inciderit in pœnam plus petentis? Breuiter concludo quod non: nā aut quæ-

rimus

timus de pœna amiſsionis iurium vt cadat a cauſa, iuxta l.vnicam. C.de plus petitio, & illa non obtinet, quia duo copulatiue requiruntur vt cadat quis a iure ſuo ob pluris petitionem primũ, quod cautionem ſeu obligationem a debitore plus debito exegerit, ita ꝙ promiſsionem extorſerit debito ampliorem. Secundo quod illud tale promiſſum amplius debito exegerit, vt probatur in d.l.vnica.C.de plus petitio.vbi Bar.& doc.no.gl. & doct.in ea. vnico extra eo.tit.Bar.in l.ſi ſeruus.§.bonæ,in fi.ff.de condi.furti. & in l.qui ſolidum.in prin.ff.de leg.2.Alex.in conſi.70.col.3.verſ, 3.principaliter.& in conſi.83.col.j.in fi.li.6. Sed horum duorum
2 neutrum hic probatur,ergo &c.¶ Secundo vt plus petens cadat a iure ſuo, oportet quod conuincatur plus petiſſe per teſtes aut ſcripturam,ſecus ſi per confeſsionem ſuam quia fateatur ſe plus petijſſe aut per iuramentum partis.gl.& doct.in d.l.vnica in verbo arguatur.C.de plus peti.Ideo ſi agens confiteatur quandocũque ante ſententiam & antequam conuincatur, ſe plus petijſſe, ſit locus pœnitentiæ & vitatur illa pœna amiſsionis debiti: ſed hic agens obtulit ſe paratam detrahere ſoluta omnia, ergo &c.

¶ Conſulo tamen ꝙ in ſpecie confiteatur ſoluta & illa detrahat addendo clauſulam, ꝙ offert ſe paratam accipere quamlibet particularem ſolutionem ſummæ petitæ ſaluo iure reſidui. ex qua clauſula pars ea conſtituatur in mora ſi non offert quod prætendit ſe debere.quam ipſam oblationem ſi non facit,apparet ꝙ omnino erat litigatura etiã reſpectu' partis vere debitæ, ob id excuſari non poteſt.ita tradit Bar.in d.l.qui ſolidum.ff.de leg.2. Guid. Pap.q.496.Iaſ.in l.j.§.ſi ſtipulanti,in fi.ff.de verb.obl.ſocer meus Purpura.in l.edita.nu.298.C.de edendo. ¶ Tertio non poteſt conſiderari pœna plus petentis reſpectu amiſsionis cauſæ quia ipſa D.Fauſtina non comparuit in iudicio perſonaliter plus petendo nec mandatum ſpeciale dedit,vt debito amplius peteretur:plane ſi quid petitum eſt plus debito, id commiſſum eſt a procuratore generali,ſed procurator generalis nihil poteſt per quod dominus in pœnam cadat.l.ſi procurator vbi late Mod.ff.de condi. indebiti. Et in terminis procuratoris plus debito petentis, tradit Alex.in d.conſi.83.col.3.ver.quinimmo etiam ſi prædicta.libr.6. ¶ Aut loquimur de pœna pluris petitionis reſpectu expenſarum ratione temeritatis aut culpæ plus petentis,& in iſtis fateor ꝙ debentur quando apparet ꝙ debitor litigaturus non erat,nec damnum expenſarum paſſurus ſi debito amplius petitum non eſſet, etiam ꝙ agentem pœnituerit, quia talis pœnitentia admitti non debet cum damno partis ſine refectione expenſarum:ſicut dicitur de corrigente,quod licèt admittatur ad corrigendum, tenetur tamen ad expenſas aduerſario. Bart.in l.rura.in fi.C.de omni agro deſer.li.11.Dec.in l.edita circa fi.C.de edendo. & in terminis de pœnitente circa pluris petitionem ꝙ ſemper teneatur ad expenſas,quas indebite paſſus ſit ob pluris petitionem,no.Hoſt. in d.c.vnico.de plus peti.ſequitur Iaſ.in §.ſi quis agens. verſi.ſed hæc quidem.col.2.ante med.Inſti.de actio. ¶ Sed in caſu iſto non puto D. Fauſtinam teneri ad aliquas expenſas ratione pluris petitionis.Primo propter illam clauſulam, ꝙ ſolum intendit petere & conſequi quod ſibi debetur offerendo ſe paratam detrahere omnia quæcunq; ſoluta, & accipere quamlibet particularem ſolutionem ſaluo iure reſidui.nam tunc debitor dicitur in mora reſpectu partis liquidæ niſi eam offerat. Ita Guido Pap.in d.q.496. per doctri.Bar.in d.l.qui ſolidum. ¶ Secundo iſtud clarius procedit ſi poſt detractionem ſolutorum in ſpecie adhuc obduret pars iudicium & litem ſuſtineat: nam tunc apparet ꝙ etiam ab initio æque fuerat litigatura licèt plus debito petitum quid non eſſet. ob id dicere non poteſt ꝙ vexata fuerat in,commodo expenſarũ ratione pluris petitionis,ex quo poſt detractionem illius pluris a lite non deſtitit. ſicut in ſimili dicimus ꝙ ignorantia,contrahentium matrimonium non excuſat quando poſt habitam ſciẽtiam prohibitionis non abſtinent a copula nec prohibito deſiſtunt. l. ſi adulterium cum inceſtu.§.idem Polioni. ff.de adult.l.qui contra.C.de inceſt.nup.c.cum inhibitio,de cland.deſponſa.Ancha. in conſil.401. Stipoſitus. col.j.Similiter non excuſatur mater quæ non petijt prouideri de tutore filio pupillo eo quòd dicat ſe fuiſſe minorem de tempore mortis mariti quando facta maior ęquè fuit negligens.Bal.Nouellus in tract.de dote.11.col.23.ver. quid autem ſi tempore. ſed magis in terminis adduco Guido. Papæ.q. 538.& q.436.col.13.q.48.ubi quod cauſa iuſta litigandi ab initio conſiderari non poteſt,quando ceſſante tali cauſa iuſta adhuc litigat quis, quia præſumitur quod ab initio ſciret ſe fouere cauſam iniuſtam.per tex.in ſimili in l.j.§.circa.ff.de exc.doli.Et licèt reus ipſe in expenſis forte condemnandus non eſſet quandiu perſeueraſſet agens in pluris petitione ſine clauſula illa de qua ſupra offerendo ſe paratum accipere quamlibet particularem ſolutionem ſaluo iure reſidui, tamen ꝙ ipſe agens & plus petens teneatur ad expenſas ob pluris petitionem quando apparet quòd etiam ceſſante illo pluri reus erat æquę litẽ excepturus,hoc a iuris ratione & æquitate uidetur abhorrere. ¶ Quarto principaliter dubitatur de fide inſtrumenti dotalis in actis producti, contra quod fuit oppoſitum tanquam non habeat forte ſolennia requiſita in loco productionis.Breuiter pro reſponſione dicitur ipſum inſtrumentum rogatum eſſe in ciuitate Bononiæ & factum eſſe ſecundum ſtatuta aut conſuetudines ipſius loci, quod ſufficit, quia circa ſolennitatem inſtrumenti & contractus attenditur ſtatutum aut conſuetudo loci ipſius contractus. l.ſi fundus. ff.de euictio.l.3.in fi.ff.de teſtibus.l.2.C.quemadmo.teſta.aper.vbi dicitur ꝙ teſtamenta debent inſinuari ſecundum leges moresque locorum,in quibus inſinuantur. quæ inſinuatio aperte reſpicit ſolennitatem actus Ad idem tex.in l.ſi non ſpeciali. C.de teſtam.& in l.j.C.de emancip.lib.no.Bar.& doct.in l.j.6.q.prin. C.de ſumma tri.& fide catho. ¶ Quod procedit licèt alibi producatur tale inſtrumentum, quia quo ad deciſionem litis quæ oritur ex contractu aut inſtrumento attenditur ſtatutum loci ipſius cõtractus aut inſtrumenti,non loci vbi iudicium agitur,vt habetur in d.iuribus.Io.And.& doc.& in rub.de conſuet. Anch.in repet.c.j.col. 97.de conſtitu.no.in c.2.& in c.quod clericis. de foro competen. 1
Cy.in l.j.q.2.C.quæ ſit longa conſuet.Soc.in conſi.271.col.3.ver. his tamen non obſtan.li.2.ideo ſtante conſuetudine ꝙ libris mercatorum detur fides, probabunt tales libri vbicunq; producantur etiam extra territorium loci ipſius conſuetudinis.Io.Andr.in addi.Spec.in tit.de inſtrum.edi.§.nunc videndum.circa prin.magnæ additionis.Bal.in l.exemplo. C.de prob.in rub.C.de fi.inſtr. col.2.& in d.l.ſi non ſpeciali.C.de teſta.cum ſimil. vt per Deci.in c.j.col.17.in fi.verſic.3.quod dicit Io.And.de proba.Iaſ.in l.quædam.§.nummularios,in ſecundo not.ff.de eden.in l.ſi arrogator, col.16.verſi.breuiter nec tene contrarium.ff.de adopt.in l.admonendi,col.17.verſic.vltimus caſus eſt.ff.de iureiuran.in prima lectura,& ſecunda lectura.col.41.nume.80.in d.l.j.col.5.verſic.ſecundo ex hoc membro.C.de ſumma trin. & fide catho.& in d.l. non ſpeciali, in ſecundo nota. C.de teſta. ¶ Amplius ſi dubitetur quomodo & qualiter contractus aut inſtrumentum concipi de-
3 beat, & quæ clauſulæ apponi debeant, † attenditur etiam ſtatutum aut conſuetudo loci contractus vt apponantur clauſulæ conſuetæ apponi in loco contractus aut inſtrumenti. ideo quando dubitatur de conficiendis inſtrumentis dotalibus & ſuper pactis in eis apponendis, debet ſeruari ſtatutum aut conſuetudo loci contractus matrimonij vbi matrimonium celebratur, quia dos eſt ſequela matrimonij. Alber. de Roſa.in l.exigere dotem. ff.de iudi.Bal.in c.j.§.fi.de inueſti.de re alie.facta.deciſio.Neapoli.deciſio.226.col.pen.

¶ Similiter interpretatio contractus in ſecundum ſtatutum aut cõſuetudinem loci vbi fit.Bar.in l.nemo eſt qui neſciat. ff.de duobus reis.Bal.in l.j.ff.ſol.mat.cum ſimi.vt per deciſio. Neapo.in d. deciſio.226.

¶ Similiter gabella ſoluenda de contractu ſolui debet in loco contractus celebrati.Bal.in l.magis puto.§.illud. ff.de rebus corum ſimi.vt per Alex.in conſi.51.in prin li.3.& in conſil.143.col. 2.li.6.Dec.in l.vinum,col.4.in 5.not.ff.ſi cer.pet.& in conſil.457. in princi.

¶ Nec mirum videri debet ꝙ iudex Bononiæ interponat decretum in contractu & inſtrumento forenſium & non ſubditorum, quia iſte dicitur actus voluntariæ iuriſdictionis,qui actus exerceri poteſt coram quocunq; iudice & in quolibet loco.l.2.de offic. procon.l.emancipari.in prin.& §.j.ff.de adoptio.Ancha.in conſil.320.Primum dubium.in prin.& hoc ſine dubio procedit,quia in tali exercitio iuriſdictionis voluntariæ non agitur de præiudicio tertij ſed ſolum ipſorum contrahentium & iuriſdictionem voluntariam prorogantium.Ideo imperator poteſt creare Comitem palatinum non ſubditum in terris eccleſiæ,quia talis creatio non præiudicat ſummo pontifici cum per talem creationem nõ poſſit Comes legitimare in terris eccleſiæ ſed in terris imperij tãtum. ſimiliter non præiudicat talis creatio comitis ſubditis Papæ,quibus non poterit legitimatus ſuccedere. ita Soc.in conſil. 47.col.7.li.4.vbi alia ponit exempla. Ex quibus abunde arbitror reſponſum apparere ad omnia dubia. Et ſi qua noua accedant, pro viribus conabimur reſpondere. Ferrariæ. 17.Aprilis. 1548. Aymo Crauetta ex Sauiliano.I.V.Doc.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Naturalis nepos inſtitui non poteſt ſtante ſobole legitima, quia tunc prohibitio quæ eſt in patre, militat in nepote.

2 Vel, dictio ponitur inter diuerſa.

3 Conditio, filij poſiti in conditione dicuntur vocati quando ſequeretur abſurdum quod extraneus ſubſtitutus præferretur liberis & deſcendentibus teſtatoris.

4 Subſtitutio extenditur ad liberos ſubſtitutorum ex identitate aut maioritate rationis.

5 Subſtitutio interpretatur ſecundum inſtitutionem, vt prædilectus in inſtitutione cenſeatur etiam prædilectus in ſubſtitutione.

6 Geminata prædilectio voluntatem teſtatoris vehementiorem & efficaciorem demonſtrat.

7 Subſtitutio vna alteram declarat, vt prædilectus in vna ſubſtitutione cenſeatur prædilectus & in alia.

8 Subſtitutio facta in vno caſu trahitur ad alium caſum ex identitate rationis & ex præſumpta voluntate teſtatoris, etiam cõtra naturam & proprietatem verborum.

9 Caſus omiſſus non dicitur vbi ſubeſt eadem æquitas & omnimoda ſimilitudo.

Similes caſus dicuntur habentes eandem vel maiorem rationem.

10 Maioritas rationis operatur in ſtatuto odioſo & contra ius vt fiat extenſio de caſu ad caſum.

11 Luxuria plus caſtitate habere non debet.

12 Voluntas teſtatoris declaratur eo modo quo voluntas ſtatuentium.

13 Extenſio fit etiam in materia præciſa ad caſum impropriũ propter rationem naturalem vt habeat commodum, qui ſenſit incommodum.

Ratio naturalis operatur quod fit extenſio ad caſum improprium etiam in materia præciſa. nume. 13. & in verſicu. extenſio.

14 Relatio clauſula in fine poſita fieri debet ad omnia præcedentia quando non ſubeſt ratio diuerſitatis cur fiat ad vnum potiuſquam ad aliud. vbi ibidem in ſubſtitutione ſeu de clauſula poſita in fine ſubſtitutionis.

15 Clauſula, omni meliori modo &c. operatur ne reſtringatur diſpoſitio ad ſpecificata.

16 Subſtitutio facta filio decedenti ſine filijs an extendatur ad eius filios.

CONSILIVM CCCXXVI.

¶Pro dominis Alexandro & Hieronymo de Amadis fratribus & ciuibus Mantuanis contra d. Alexandrum & Baptiſtam eius filiæ de Balanis etiam ciues Mantuę.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Dominus Iacobus de Sachis ciuis Mantuæ inſtituit Alexandrum & benedictum eius filios naturales & legitimos, ſubſtituendo vnum alteri decedenti ſine filijs maſculis legitimis & naturalibus ſimul, vel naturalibus tantum deficientibus legitimis & naturalibus: & tunc eo caſu deficientibus filijs legitimis & naturalibus ſimul filij naturales tantum ſuccedere debeant eorum patri, vel dictis filijs legitimis & naturalibus ſimul, ſeu eorum filijs legitimis & naturalibus præmorientibus dictos filios naturales tantum ſuperſtites, & tunc eo caſu vnum alteri & alterum alteri ordine quo ſupra ſubſtituit per fideicommiſſum vel omni alio meliori modo, via, iure, & forma, & cauſa, quo, qua & quibus magis & melius fieri poteſt. filias autem mandauit dotari. Deinde prohibuit alienationem bonorum inter viuos & in vltima voluntate. Deceſſit Benedictus relicto Iacobo filio, deinceps mortuus eſt Franciſcus nepos teſtatoris relicto Alexandro eius patruo. Quæritur, an Alexander dicatur ſubſtitutus ipſi Franciſco eius nepoti ex fratre? ¶Quia potiſſima difficultas in eo conſtat, an filij naturales vnius lineæ dicantur ſubſtituti quoad alteram lineam vt ex eo arguatur a fortiori ad ſubſtitutionem legitimorum in vtraq; linea, Ideo ad demonſtrandum ſubſtitutionem factam eſſe de naturalibus reſpectu vtriuſque lineæ conſidero quòd poſtquàm teſtator poſuit naturales tantum in conditione ad excluſionem ſubſtituti, vlterius procedit declarando quomodo & qualiter ſuccedant.

¶Et primo dicit & declarat quòd debeant ſuccedere eorum patri, præſupponendo, ꝙ linea alterius hæredis non deceſſerit, ſed adſint deſcendentes alterius lineæ naturales tantum, ita quòd ſinguli deſcendentes naturales ex vtraque linea ſuccedãt eorum patri. & hoc ſuadetur ponderando dictionem eorum, pluralis numeri quaſi dicat ſi ambo hæredes relinquant naturales tantũ ipſi ſuccedant eorum patri, id eſt in portione patris eorum, quia per fideicommiſſum non ſucceditur patri grauato ſed teſtatori grauanti. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & ꝙ iſta interpretatio ſit vera & naturalis, immo & neceſſaria probatur, quia ſi intelligeremus ꝙ teſtator voluerit ſimpliciter & indiſtincte ſubſtituere naturalem eius patri etiam ꝙ alter filius & hæres reliquiſſet legitimos & naturales, ſequerentur duo abſurda. Primum ꝙ voluerit plus tribuere luxuriæ quàm caſtitati, & præferre naturales legitimis contra diſpoſitionem iuris, quia extante ſobole legitima non poteſt relinqui naturalibus vltra vnam vnciam. l. mater. C. de natu. lib. quod cum expreſſe facere non potuiſſet, dicendum eſt ꝙ multominus tacite facere voluerit. l. qui ad certum.
1 ff. loca. Bart. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condit. inſtitu. ¶ † Et ſi dicas, non agitur hic de ſubſtituendo filios naturales teſtatoris ſed hæredum, reſpondeo, ꝙ eadem videtur prohibitio in nepote ſpurio aut naturali ex patre legitimô, quæ in filio ſpurio aut naturali exiſtente ſobole legitima. l. fin. C. de natura. lib. Deci. in conſil. 258. in princip. Imol. in conſil. 71. ¶ Secundum abſurdum, quia teſtator incontinenti & tacite diceretur ſe corrigere contra l. non ad ea. ff. de condit. & demonſtr. nam ſemper diſpoſuit in fauorem naturalium in defectum legitimorum, & tamen intelligendo illa verba ſubſtitutionis eorum patri licèt ex altera linea ſint deſcendentes legitimi, vocarentur naturales exiſtentibus legitimis, ex quibus apparet neceſſarium eſſe dicere tunc vocatos cenſeri naturales ad portionem patris quando ex altero hærede nulli ſunt deſcendentes legitimi, ſi autem adſunt legitimi alterius lineæ, naturales non ſuccedant in portione patris ſed ipſi legitimi.

¶Secundo conſidero ꝙ poſtquàm teſtator prouidit in fauorem naturalium in linea parentis eorum, caſu quo ex altera linea eſſent alij etiam naturales, voluit vlterius prouidere præſupponendo caſum quo legitimi omnes defuerunt & ex altera linea nulli ſupereſſent neq; legitimi neq; naturales, ſed ſuperſtites tantum eſſent naturales vnius lineæ vocando illos naturales tantum ſuperſtites vbi, vel dictis filijs &c. Et quòd illa clauſula, vel dictis filijs, &c. debeat intelligi hoc modo, neceſſario demonſtraĩ, quia dictum eſt non poteſt intelligi quando ex altera linea ſupereſſet proles legitima, nam tunc naturales ſubſtitui non potuiſſent vltra vnciam. Et ſi dicatur, ꝙ illa ſubſtitutio in illa clauſula, vel dictis filijs. &c. etiam reſtringatur ad portionem patris, dico quòd tunc illa ſubſtitutio facta in oratione ſeparata eſſet ſuperflua, quia iam prouiſum erat in caſu in quo ageretur de portione patris, ergo vt aliquid operetur debet intelligi quando ageretur de portione alterius lineæ. ¶Secundo hoc probatur, quia illa dictio, vel, venit ampliatiue ad præcedentia, addendo caſum diuerſum
a & diuerſam diſpoſitionẽ, quia † dictio vel, ponitur inter diuerſa vt in rub. de conſecra. eccleſ. vel altar. Soc. in conſil. 41. col. 5. in fi. lib. 3. ergo vt cenſeatur prouiſum in caſu diuerſo a primo dicendum eſt quòd loquatur teſtator quando ex altera linea deficiunt naturales ſimul & naturales tantum vt eo caſu naturales tantum vnius lineæ ſuperſtites ſuccedant. ¶ Tertio hæc intelligentia probatur ponderando verbum ſuperſtites, ꝙ verbum non fuit poſitum in præcedenti ſubſtitutione facta in portione patris ad demonſtrandum ꝙ intellexit in iſta ſecunda ſubſtitutione naturaliũ etiam de altera linea, quaſi dicat, licèt ex alia linea nulli ſuperſint neq; legitimi neq; naturales, tamẽ volo ꝙ ſuperſtites vnius lineæ ſuccedant. & ſic vtitur verbo ſuperſtites teſtator, quando ex vna tantum linea ſuperſunt naturales. nam vbi adſunt ex vtraque linea naturales ſecundum communem vſum loquendi non dicimus ſuperſtites, ſed liberos vocamus vtriuſque lineæ, nam illud verbum ſuperſtites, ad reliquias magis pertinet. & ſenſus iſtarum

duarum

dnarum ſubſtitutionum eſt, ſi deficiant ab vtraque linea legitimi
& adſint naturales, ipſos naturales ſubſtituo. ſi vero deficiat legi
timi vtriuſq; lineæ & ſolum ſuperſint naturales vnius lineæ, ip-
ſos ſuperſtites naturales ſubſtituo reſpectu vtriuſq; lineæ.

¶ Tertio ad probandum factam eſſe ſubſtitutionem naturalinm
reſpectu vtriuſque lineæ, conſidero fundamentum vnum natura-
le & efficacisſimum iudicio meo, nam teſtator prætulit alioa na
turales hæredum filiabus proprijs ipſorum hæredum legitimis
& naturalibus ſimul mandando eas dotari, quanto magis dicen
dum eſt ꝙ voluerit præferre naturales vnius lineæ hæredibus ex-
traneis alterius lineæ? Hoc ita præſuppoſito ꝙ naturales dicãtur
3 ſubſtituti etiam reſpectu alterius lineæ, dico ꝙ † quæſtionem no-
ſtram videtur decidere Anch. in conſi. 74. Contra Philippum. vbi
quòd filij poſiti in conditione cenſentur vocati quando alias ſe-
queretur abſurdum ꝙ extraneus ſubſtitutus præferretur liberis
& deſcendẽtibus teſtatoris. ibi enim teſtator inſtituit duos filios,
quos inuicem ſubſtituit, & eis decedentibus ſine liberis ſubſti-
tuit extraneum, moritur vnus filius inſtitutus relictis liberis, mo-
ritur alter ſine liberis, liberi illius inſtituti cenſentur ſubſtituti pa
truo & vocati ne alias extraneus ſubſtitutus eis præferatur, & ſic
in effectu vult Anch. ꝙ inter ipſos poſitos in conditione induca-
tur tacita & reciproca ſubſtitutio. quod Ancha. dictum refert &
ſequitur Soc. in l. cum auus. col. pen. ver. alias autem allegabatur.
ff. de cond. & demon. Eodem modo dicendum eſt in caſu noſtro
ꝙ filij legitimi & naturales poſiti in cõditione, ne quidem ſemel
dicantur uocati inuicem, ne alias ſequatur abſurdum ꝙ filij natu
rales tantum ultimo loco uocati & minus dilecti præferantur ip
ſis legitimis. finge ꝙ Iaco. defunctus reliquiſſet naturalem filium
& Alexandrum patruum ſi dicimus patruum uocatum non eſſe,
naturalis ſine dubio uocatus eſſet per teſtamentum & exclude-
ret patruum eundem & filium naturalem & legitimum teſtato-
ris, quatenus attinet ad eius uoluntatem, licèt de iure id fieri non
poſſit ut ſupra dictum eſt. quo quid abſurdius? cum teſtator no-
luerit naturales admitti niſi in ſubſidium deficiẽtibus omnibus
legitimis. quod unicum fundamentum uidetur efficacisſimum
apud eos quidem, qui ipſi naturali iure utũtur. Et ſi dicas, immo
non admitteretur naturalis extante patruo eodemq; filio legiti-
mo, reſpondeo, ergo apparet ꝙ patruus præferri debet naturali.
& ſi naturalis admitteretur deficiente patruo, a fortiori admitti
debet patruus, & ſi excluditur naturalis propter patruum, ergo
portio ad quam admitteretur naturalis deficiente patruo appli-
cari debet ipſi patruo. l. poſt legatum. §. amittere. ff. de his quibus
ut indig. l. ſi defunctus, ubi Bal. & Pau. de Caſt. C. de ſuis & legi. l.
illam. C. de colla. l. pen. C. de leg. ¶ Secundo principaliter ad deci
4 ſionem † huius quæſtionis adduco quod multum in propoſito
ſcribit Capra. in conſi. 123. in j. dub. nam teſtator ibi ſubſtituerat
Ioan. & Blaſium pro certa parte, & in alia parte ſubſtituerat a-
lios & eorum filios. dicit Capra quòd etiam filij Ioannis & Bla-
ſij cenſentur uocati & ſubſtituti quando in eis militat eadem aut
maior ratio uocationis quàm in filijs aliorum ſubſtitutorum re-
motiorum. & ſic uult Capra fieri extenſionem ad perſonas ex idẽ
titate aut maioritate rationis. Eodem modo, immo fortius dicen
dum eſt fieri extenſionem de caſu ad caſum ea maioritate ratio-
nis, & ꝙ ſi uocauit teſtator naturales per ſubſtitutionem recipro
cam deficientibus legitimis, multo fortius cenſeatur uocaſſe ip-
ſos legitimos per ſubſtitutionem reciprocam cum facilius fiat
extenſio de caſu ad caſum quàm de perſona ad perſonam. l. ſi
quis ita. §. pen. ff. de teſta. Are. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col.
5. ff. de liber. & poſth. & alibi ſæpisſime docto. ¶ Tertio conſidero
5 † principaliter in fauorem Alexandri ꝙ ipſe fuit prædilectus na-
turalibus inſtitutione, ideo ea hoc ſolum cenſeri debet prædile-
ctus etiam in ſubſtitutione. Bar. in l. Lucius. col. pen. uer. ſed quæ-
ro circa hoc de pulchra q. ubi late Alex. & doct. ff. de uulga. Alex.
In l. cohæredi. §. qui diſcretus. ff. de uulg. in conſil. 66. libr. 2. ubi ꝙ
filiæ excluſæ in inſtitutione cenſentur etiam excluſæ in ſubſtitu-
tione, & maſculi prædilecti in inſtitutione cenſentur etiam præ-
dilecti in ſubſtitutione. modo cum filij naturales longe minus di
lecti atq; legitimi fuerint ſubſtituti ipſis filijs legitimis & eorum
filijs utriuſq; lineæ, & etiam fuerint ipſi naturales inuicem ſubſti
tuti, quanto magis idem dicẽdum eſt ad fauorem legitimorum
qui in inſtitutione fuerant prædilecti. ¶ Quarto conſidero ꝙ filij
legitimi non ſolum fuerunt prædilecti in inſtitutione, ſed etiam
in ſubſtitutione, quia prius fuerunt uocati ad ſubſtitutionem &
naturales ſolum in defectum legitimorum. & ſic concurrit du-
6 plex prædilectio, id eſt in inſtitutione & ſubſtitutione, ex qua † ge
minata prædilectione efficacior & uehementior arguitur uolun-
tas teſtatoris in gratiam & fauorem ipſorum legitimorum. ea. &
ſi Chriſtus, de iureiuran. C. de emenda. Iuſti. cndi. in 2. eius editio
ne circa fi. conſtitutionis, ibi, nemini uenit in dubium ꝙ repetita
prædilectio hoc probauit ſatis ualidum famoſumque eſſe. & di-
cit Oldr. in conſi. 253. Factum tale eſt domina V. in fi. ꝙ actus rei-
teratio oſtendit mentis perſeuerantiam. Alibi ſcribit Bald. in cap.
cum te, colũ. 2. ꝙ uerba geminata ſignificant præciſam intentio-
nem diſponentis.
7 ¶ Quinto adduco † quod ſcribit Cur. Sen. in conſi. 76. col. 12. circa
medium uerſi. corroborantur præmiſſa. ubi quòd prædilectus in
una ſubſtitutione cenſetur etiam prædilectus in alia ſequenti ſub
ſtitutione, igitur cum fuerint legitimi prius ſubſtituti & natura-
les uocati in defectum legitimorum tantum ſine dubio dicen-
dum uidetur quod in ſequenti ſubſtitutione & caſu quo uocãtur
naturales in defectum legitimorum prædilecti dicantur legiti-
mi ſi ipſi extiſtant.
8 ¶ † Sexto nos uidemus quod ſubſtitutio facta in uno caſu trahi-
tur ad alium caſum ex identitate rationis ea præſumpta uolunta
te teſtatoris, etiam contra naturam & proprietatem uerborum.
Ideo in expreſſa pupillari continetur tacita uulgaris ex præſum-
pta uoluntate diſponentis, quia ſi uoluit teſtator ꝙ ſubſtitutus ha
beret bona filii exiſtente hærede & moriente in ætate pupillari,
idem præſumitur uoluiſſe ſi hæres non eſſet, quia idem uerſimi-
liter diſpoſuiſſet ſi de eo cogitaſſet. tex. eſt in l. Iam hoc iure. ff. de
uulga. & tamen uerba pupillaris ſubſtitutionis de directo repu-
gnãt uulgari, quia pupillaris concipitur affirmatiue, uulgaris aũt
negatiue ſi hæres non erit. iſta præſumpta uoluntas diſponentis
efficacior eſt in caſu de quo agitur, quàm in terminis dictæ l. iam
hoc iure, quia in caſu noſtro uoluntas iſta tacita colligitur ex mo
do diſponendi, prius inſtituendo & ſubſtituendo legitimos, po-
nendo naturales in conditione demum deficientibus legitimis,
deinde uocando ipſos naturales ſolum in defectum legitimorũ.
quæ declaratio uoluntatis non æque oſtenditur neq; declaratur
in caſu dictæ l. iam hoc iure. ſed lex ipſa declarat iuuando diſpo-
ſitionem teſtatoris, itaq; ſtante tali declaratione uoluntatis teſta
toris in caſu iſto, quis illud audeat dicere non uocatos dici legiti
mos, ſi extant, eo caſu quo uocati ſunt naturales, ſi non extant le-
9 gitimi? ¶ † Septimo conſidero, poſito & non conceſſo, ꝙ caſus de
quo agitur diceretur omiſſus a teſtatore quo ad uerba, non tamẽ
dici poteſt omiſſus a teſtatore quo ad rationem, æquitatem, &
omnimodam ſimilitudinẽ ut legitimus admittatur eo caſu, quo
naturalis admitteretur legitimo non extante. nam caſus omiſſus
non dicitur ubi ſubeſt eadem æquitas & omnimoda ſimilitudo.
Bal. in l. mater. C. de inſti. & ſubſtit. Dicuntur autem caſus ſimiles
qui habent eandem uel maiorem rationem. Bal. in l. illud, col. 2.
C. de ſacroſan. eccle. in l. ſi quis non dicam rapere. in princi. C. de
epiſc. & cle. & in l. curatoris. C. de neg. geſt. ſed in caſu de quo agi
tur vbi omiſſus dici poſſet, maior conſtat ratio uocationis legiti-
mi quàm in caſu expreſſo admisſionis naturalis. & cum maior
ſit ratio vocandi legitimos quàm naturales tam de iure diuino
dum diſponit. Non. n. erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ, ꝗ
de iure humano, vt patet. C. de natur. lib. per totum, & etiam ex
diſpoſitione expreſſa teſtatoris legitimos anteponentis. & ex ip-
ſa maioritate rationis extẽdi debet ſubſtitutio de caſu ad caſum,
10 nam † videmus ꝙ etiam in ſtatuto odioſo & contra ius commu-
ne fit extenſio de caſu ad caſum propter rationis maioritatem.
Bal. in l. quod vero. col. j. poſt med. verſ. ſed pone quod ſtatutum.
ff. de legib. & l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. matr. maior enim ratio mi-
norem includit, dicit Bal. per tex. in l. eni pacto. ff. de ſer. rapor. &
in l. ſi viua matre. C. de bon. mater. Idem no. Bald. in l. 2. in fi. C. de
in ius voc. ſic etiam a maioritate rationis in ſtatuto arguit. Bal. in
l. affinitatis, ver. pone ſtatutum. C. commu. de ſucceſ. & in l. maxi
mum vitium. C. de liber. præter. & ꝙ procedat argumentum a
maioritate rationis etiam in materia odioſa, eſt text. in l. qui in-
dignus. ff. de ſenato. in l. nec in ea, vbi Barto. ff. de cadu. in l. rele-
gatorum. §. poteſt. ff. de interdic. & relega. l. in ſuis. ff. de liber. &
poſthum. ibi, licèt eos exhæredaſſe, quos occidere licebat. l. 2. C.
ne fideiuſ. do. den. c. illorum, de ſenten. excommun. Immo proce
dit tale argumentum a maioritate rationis, etiam in materia cor
rectoria. Imo. in d. l. ſi vero. §. de viro. colum. 5. ff. ſolut. matrimon.
quem refert & ſequitur Dec. in conſil. 333. col. 3. in princip. addo
Fulgo. inter conſil. Curt. Senioris in conſil. 34. colum. 5. circa me-
dium in 3. dubio ſcio in materia odioſa & correctoria admittitur
argumentũ a maioritate rationis in ſtatuto ſecundum memora-

tot patres,quod ipſum tamen dictum non ita ſimpliciter admit
terem,quanto magis procedet tale argumentum in materia non
correctoria,immo nec odioſa ſed prorſus fauorabili, cum aga-
11 tur de extenſione facienda, †ne alias conditio naturalium futu-
12 ra ſit melior atque legitimorum,& ne plus habeat caſtitate luxu
ria,iuxta tex.in §.j.in Auth.de reſt.& ea quæ parit.Pau. de Caſ.&
doc.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus. ff.ad Treb.Alex.in conſil.60.
col.4.lib.2.& ſi ſtatutis ita argumentamur a maioritate rationis,
12 idem dicendum eſt & in vltima voluntate, nam† declaratur vo-
luntas teſtatoris eo modo,quo voluntas ſtatuentium. Bart.in l.j.
per glo.ibi.C.de his quibus vt indig. Rom.in conſi.65.col.fi.& in
conſi.123.col.2.late Cur.Sen.in conſi.27.col.6. & in conſi.29.col.
13 2.circa med.¶ †Octauò conſidero vnum fundamentum non cō-
demnādum, nos habemus quod etiam in materia præciſa aut in
qua verba præciſe debent intelligi,fit tamen extenſio de caſu pro
prio ad improprium propter regulam iuris fundatam in ratione
naturali, puta conditio debet præciſe impleri & in forma ſpecifi
ca.l.Mæuius.& l.qui hæredi.ff.de condit.& dem.& tamē propter
rationem naturalem poteſt impleri in caſu improprio. Ideo con
ditio implenda in perſona hæredis poteſt impleri in perſona bo
norum poſſeſſoris,qui improprie eſt hæres,& hoc propter regu-
lam iuris fundatam in ratione naturali,quod qui ſentit commo-
dum,debet ſentire incommodum. iſte eſt tex.in l.ſi his legatum,
vbi Soc.in 2.no.ff.de condi.& dem. ¶Quid hic dicemus vbi mili
tat æquitas diuina & naturalis, ne melior ſit conditio luxuriæ q̄
caſtitas? & vbi non agitur de habenda extenſione ad caſum im-
proprium,ſed ſolum de præſumendo ꝙ voluerit teſtator legiti-
mos vocare & ſubſtituere eo caſu,quo ceſſantibus legitimis natu
14 rales vocauit.¶ †Nono conſidero illam clauſulam omni meliori
modo,&c.appoſitam in fi.ſubſtitutionum. quæ clauſula ad om-
nes ſubſtitutiones referri debet,ex quo non ſubeſt ratio diuerſita
tis cur ad vnam referatur potiuſquam ad aliam. l 3.§.filius autē
inter medias.ff.de lib.& poſt.l.talis ſcriptura. §.fi.ff de lega.j.l.fi.
vbi Bar.& Mod.ff.de reb.dub.l.quiſquis,vbi Bal.in j.no.C.ſi cert.
pe.l.j.C.de lib.præter.c.inquiſitioni,de appell.& in terminis ſub
ſtitutionis tradit Dec.in conſi.79.col.j.poſt med. vbi quod clau-
ſula poſita in fi.ſubſtitutionis refertur ad omnes gradus præcedē
tis ſubſtitutionis.& dicit Capra in cōſi.123.col.2.poſt prin. quod
clauſula poſita in fine teſtamenti refertur ad omnia præcedētia.
Quod ipſum procedit ſine dubio in caſu iſto,quia maior ratio re
ferendi eſt ad ſubſtitutionem legitimorum vt valeat omni melio
ri modo,&c.cum fuerit magis dilecti quàm ad ſubſtitutionē na-
15 turalium minus dilectorum.¶ †Hoc ita præſuppoſito,dico quod
natura iſtius clauſulæ omni meliori modo,&c.eſt vt non reſtrin-
gatur diſpoſitio ad ſpecificata tantum, apparet enim de mēte di
ſponentis in tali clauſula quod voluit ſe reſtringere ad ſpecifica-
ta.Bal.in l.vinum,col.7.ff.ſi cer.pet.Alex.in conſi.113.li.3.no.etiā
Bal.in conſi.489.In cauſa vertente inter capitulum.col.j.in fi.lib.
3.Soc.in conſi.142.col.antepe.li.j.Ideo licèt teſtator ſolum ſpeci-
ficaliter ſubſtitutionem legitimorum in aliquo caſu,tamen noluit
ſe reſtringere ad illum caſum, ſed voluit eam valere omni melio
ri modo,&c.conſequenter quamdiu extarent legitimi quod ſem
per mutuo ſuccederent, ex quo ipſi deficientibus ſubſtituit natu
rales.¶ Decimo vbi præmiſſa omnia ceſſarent, quæ ipſa tamē for
tiſſime vrgent, ea alia præſens quæſtio videtur clariſſima & ſplē
didiſſima fieri,omittendo illam difficultatem,an ſubſtitutio na-
turalium dicatur facta reſpectu vtriuſq; lineæ. & conſidero ꝙ ſi-
ne dubio Alex. fuit ſubſtitutus Benedicto eius fratri caſu quo de
cederet ſine filijs,qui caſus non euenit, quia deceſſit Benedictus
16 relicto Franciſco,ideo nos ſummus in illa quæſtione, an† ſubſti-
tutio facta Benedicto decedenti ſine filijs extendatur ad Iacobū
eius filium,qui poſtea deceſſit ſine filijs. In qua difficultate licèt
doctores dicant non extendi ſubſtitutionem ad filios grauati de
cedentis ſine liberis,vt per Old. in conſil.21.per text.in l.hæredi-
bus,& in l.ex facto.§.pe.ff.ad Trebelli.l.ſi quis hæredem,vbi late
Mod.C.de Inſtit.& ſubſtit.& alibi ſæpe doc.tamen iſta concluſio
recipit plures declarationes. Et primo non procedit quando te-
ſtator ſimpliciter conſiderat defectum liberorum,quia tūc locus
eſt ſubſtitutioni etiam poſt mortem ipſorum liberorum ſine libe
ris decedentium.Alex.in conſi.43.col.3.verſ.præterea poſito.li.3.
& in conſ.208.in 3.dub.li.7.Soc.in l.ſolemus, in fi.ff.de condit.&
dem.Dec.in conſ.480.col.3.circa med. & in conſ.185.in cōl.194.
col.2.circa med.& in conſ.236.col.2.circa me.Sed in caſu de quo
agitur, licèt teſtator primo loco videatur ſe retuliſſe ad tempus
mortis hæredum, tamen in ſequentibus magis videtur conſide-
raſſe defectum ipſorum liberorum. ¶Secundò principaliter non
procedit dictum illud Old.in d.conſ.21.quando apparet de men
te teſtatoris,quod noluit bona trāſire ad hæredes extraneos.Pau.
de Caſt.in conſ.343.quia ex allegationibus. col.2.circa med.li.j.
Cur.Iun.in conſ.121.col.7.vbi Cur.ꝙ dictum Oldr.non procedit
quando in vltimo gradu ſubſtitutionis vocati ſunt agnati,vel quā
do eſſet prohibitio de non alienando. ſed hic apparet de mente
teſtatoris quod noluit bona tranſire ad extraneos excludendo fi-
lias proprias hæredum prohibēdo alienationem,& amplius præ
ferendo naturales filiabus. ex quo dicto clariſſima videtur res.
¶Tertiò concurrit vnum aliud fundamentum coniecturale effi-
caciſſimum,& ſolum ſufficiens ad victoriam cauſę per quod eui
tatur dictum Oldr.in d.conſ.21. quia teſtator in d.clauſula vel di-
ctis filijs,&c. ſubſtituit naturales non ſolum poſt mortem filiorū
ipſorum hæredum. itaꝙ ſi Benedictus reliquiſſet filium naturalē
is ſuccederet & admitteretur ad ſubſtitutionem mortuo Iaco-
bo, quanto magis dicendum eſt idem iuris eſſe in fauorem pro-
lis legitimæ aut Alexandri expreſſe ſubſtituti Benedicto eius fra-
tri,ꝙ cenſeatur ſubſtitutus etiam filio Benedicti defuncto ſine li-
beris,& ꝙ extendatur ſubſtitutio, ſeu verius facta intelligatur ita
ample in fauorem legitimæ prolis ſicut in fauorem prolis illegi-
timæ ne proles legitima magis dilecta a iure & a teſtatore videa
tur deterioris cōditionis atq; proles impura & infecta.Ideo Ale-
xander cenſetur ſubſtitutus Benedicto fratri ſub duplici condi-
tione alternatiua,ſi ipſe Benedictus aut eius filij decederent ſine
filijs,iuxta doctr.Bar.in l.codicillos.in prin.ff.de vſufr. lega.in l.ſi
ſic.ff.de leg.3.& in l.Centurio.vbi late ſcriben.ff.de vulg.

¶Ex præmiſſis concludo in fauorem agentium concurrendo in
ſententiam præſtantiſſimi domini Ioannis Pauli Medices aduo-
cati Mantuani vti fratris honorandi ſaluo ſemper ſaniori conſi-
lio magnifici Senatus Mantuani.Ferrariæ.22.Maij.1548.

Aymo Crauetta ex Sauiliano.I.V.D.

Laus Deo,Eiuſq; pijſſimæ Matri Mariæ ſemper Virgini.

SERIES CHARTARVM.

† †† ††† †††† †††††. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS.

Omnes ſunt Quaterniones,præter †††††. Quę ſunt Duerniones.

AYMONIS
CRAVETTAE
A SAVILIANO,
EX GENOLIAE DOMINIS,
ET IVRISCONSVLTORVM
ARCI PRAEFECTI RESPONSVM
PRO GENERO.

Cum duobus corollarijs ad eandem materiam, ſiue appendicijs.

IN QVO QVIDEM ELEGANTI RESPONSO
Sicut pari ſimplicitate ac perſpicacia ad viuum, quod res ipſa habet, coacta & libraria fere, pro temporibus ac momentis amplitudine, excutitur, ita panacai, atque ænei nomen non temere ſibi vendicet.



VENETIIS,
Apud Io. Baptiſtam de Manentis.
M D LXXV.

INDEX COMPENDIOSVS EORVM, QVAE RESPONSVM HOC AEQVE MEMORABILE ATQVE FRVGI VNDIQVE SCATENS HABET.

Qui locum Summarij etiam vendicabit.

De litera A.

ABESSE id credi, propter quod numeratio facta precij eſt nu.424.& in verb.habere.

Abſolutionem iuramenti non exigi, quod vacuum conſenſu eſt, erroneum puta aut ob cauſam falſam interpoſitum nu.534.& in uer.periurium.

Abſolutionem ſuperuacuam iuramenti eſſe, quod pro non dato habetur, aut firmitatem non obtinet numero.231. & duobus ſequentibus.

Abſurda, iniquave res eſtimatur, vbicunque frugi nullius fieri diſpoſitio poteſt nu.77.& in ver.inutilem operari.

Acceſſoria ab eo non deberi, qui fortè non debet nu.589 & in uer. laudimium.

Acceſſorius, Contractu principali collapſo non ea quoque concidere nequeunt, quæcunque aſcripta in eo ſunt nu.584.Et in ver.contractu,& in ver.principali.

Actio, quæ ob rem ſtabilem competit, ad exemplum rei immobilis iudicatur, vt citra iuris ſolennia cedi à minore nequeat nu.198.& nu.421.& in ver.alienatio.ceſsio.minor.

Actor ex remedio omni litem vincit, quodcunque colligi ex narratis poteſt, quamuis ad remedium aliud concluſio trahatur, clauſula ius & iuſtitiam miniſtrari adiecta nu.515. Ibique ſemel atque iterum ampliatur.& in ver.clauſulæ ius.remedium.

Additione hæreditatis confuſionem ſeu interitum obligationis induci nu.448.& in ver.confuſionem.

Aduocatorum turbam inhumaniter & contra quam æquitas ferat, aduerſus generum ſtare.nu.469.

Agnationem & familiam conſeruari reipublicę intereſſe num.352. verſi.inde dicitur & in ver.vtilitatem publicam.

Agnationis conditionem meliorem quam cognationis iure priſco fuiſſe nu.353.

Agnatorum ius ex conſenſu domini directi non lædi, qui præſtitus ad alienationem eſt.nu.295.& in ver.conſenſum feudum.

Alienationis rei immobilis prohibitio ad actionem pertinet, quę ob rem immobilem competit nu.198.& nu.421.& in ver.actio.ceſſio.minor.

Alij alterius damnoſam confeſsionem non eſſe nu. 432. & in verb. Tertio.

Alimenta.Quoad prouentus patitur, impenſam faciendam nu.127. & in ver.ſumptum victum.

Alius dictionem ad ſimilia referendam.86.

Alius verba & pro neceſsitatibus alijs quibuſcunque, ad ea in materia ſtricta nõ porrigi, in quibus ratio diuerſa uertitur ſeu quæ maiora expreſsis ſunt.nu.75.& in ver.uniuerſalia.

Alius.Iniquitati maxime datur, iurique naturali repugnat, ex facto alieno quempiam lædi nu.91.& nu.566.& nu.469.Ampliatur nu.92.vt nec patris factum filio obſtet & in ver.patris.

Ampliatur & aliter nu.455.

Alius.Iniuria vni facta onerosa alij non eſt, veluti eum pro alio aut alij, quàm creditori ſoluere iniuſte quis compellitur nu. 270. & in verb.ſolutio.

Alius factum vnius alij nec ſocio, fratrive prodeſſe nu.453.

Alius.Interruptionem præſcriptionis ab vno factam, inutilem alijs eſſe.num.454.

Alterationem feudi ad id reſtringendam in quo facta legitur. numero 356. verſicu. huc & illud conferr. Cui ſententiæ in ſpecie controuerſa non mediocriter adblanditur, quod ſcriptum apud Riminal.eſt in conſi.79.numero.24.Et in verſicu.feudi alterationem.

Ambiguitatem a verbis generalibus exiſtere nu.97.& in verb. dubiam rem.& in uer.generalitas.

Ambiguum dicitur, quod verti multifariam poteſt nu.98. & in ver. dubia res.

Ambiguum dici, quod intelligi dupliciter poteſt nu.316. Ibique amplatur.& in ver.dubium intellectus.

Animum facti eſſe nu.117.& in verbo facti.

Antecedens. Sententiam iudicis ad id porrigi, quod in neceſſariũ antecedens, aut conſequens venit nu.480.verſi.ſententia planè.

Approbationem ad id reſtringendam, in qua facta eſt, nec ad capitula ſeparata trahi nu.461.

Approbationem generalem ad ea non trahi, quæ improbata ſpecialiter ſunt nu.464.& in uer.generalem.

Arbitrium pleniſsimum reſtringendum, nã damno graui ex eo quiſpiam afficiatur num.104.verſi.Bart.hnc.& in ver.pleniſsimum. Tertius.

Arbitrium generale ad inhoneſta non ſpectare, nu.104.& in ver. generale arbitrium inhoneſtum.

Aſſertioni principis non creditur cauſam ſubeſſe, qua remota, fieri actus non poteſt nu.55.& in ver.principis.

Aſſertioni principis iudicisve quibus caſibus creditur, in ſpecie quid aſſerendum aut exprimendum. ne contra probãdi aut defendendi facultas adimatur nu.386.ante fi. Quæ defendendi facultas in quæſtione propoſita, vt in ſpecie exprimi quid debeat, eodem nu. obſeruatur verſi. ratione & alia & in ver. defenſionis cauſa.

Aſſertioni epiſcopi fidem de cauſis alienandi non haberi nu.28.& ſeq.Eodem ſpectant, quæ ſcripta ſunt nu.146,& pluribus ſeq.nu. 187.246.& in uer.epiſcopi.

Autor negocia grauiſsima ab aduocatione diuerſa paſſus nu. 565.

De litera B.

BEnemeritorum expreſsionem inter prohibitos vel vt quaſi ob benemerita, donatio valeat, in ſpecie faciendam. Quo intelligi poſsit, modo ne donationis merita reſpondeant nume. 386.circa fi.Cum Socino item in conſi. 295.ibi commemoraro, quotiens inter prohibitos donatio perficitur. Pariſ.facit in conſ.88.nu.16.& nu.99.lib.3.

Bonitatis præſumptio, de qua in l.merito.ff. pro Socio. reo demum ad abſolutionem prodeſt.nu.63.

Bonus quis non præſumitur, quominus iuris alieni minuendi precidi occaſio debeat.nu.62.

Breuitas temporis præſumptionem induci, vt ob cauſam, quæ non multo ante fuit, acta res intelligatur nu. 383. & in ver. interuallum.

Breuitas temporis decreti virtutem cõſumit.quotiens tempore eodem tumultuarieque omnia expediuntur nume.155.& in ver.cognitio cauſæ decretum.

De litera C.

CAnonum ius æquitate naturali aut gentium niti nu.385.

Cauſa prima obſeruanda nu.33.42.95.& nu.402.

Cauſa.Cum niſi ex cauſa aliqua fieri actus nequit, firmitatẽ non aliter obtinet, quàm ſi ex cauſa factus illa ſit nu. 175. & in ver.tanquam. Ibique ſententijs & deciſionibus id paucis, neque inſcitus enarratur.

Cauſa.Ad cauſam ſuam referri & reſtringi verba debent nu.191.& uer.relatio.reſtringi.

Cauſa falſa decretum reſoluit.nu.200.Ibiq; ampliatur. Significantius nu.252.& in ver.decretum.

Cauſa prima conſumpta,ſequentes omnes confici nu.402.

Cauſa diſpoſitionem generalem reſtringi nume. 416. & in ver. reſtrictionem.

Cauſam in ſpecie nominatimq; exprimendam,quotiens niſi ex cauſa qua fieri actus non poteſt nu. 196. Cumulatius & ſcite magis nu.386.verſi.Hoc ita admiſſo,vt niſi ea cauſa, &c.De quo etiam in ver. generalis cauſarum. & in ver. ſpecialem expreſſionem. Atque vltra in locis & numeris prædictis ſcripta, ex tex. ratione validiore ſententia hac in ſpecie controuerſa iuuatur in §. Aliud quoq; capitulum.in auth.vt cum de appella. cogno. nominatim cauſas exhæredationis enarrandas, neque probationem earum ſatis citra expreſſionem eſſe,neque ex diuerſo probationem ſine expreſſione ſufficere,vt gl.ibi ſecunda docet. Rei cuius ratio intelligi non alia poteſt,niſi vt occaſio malignandi & cauſas falſas cõmiſcendi parentibus adimãt,qui de re nihili in liberos quandoq; commouentur.Rurſus quo faciliorem defenſionis præſtandæ & contra probandi rationem filij habeãt. Quam rõnem perſpectam in ſpecie controuerſa in reſponſo ipſo habemus. Si id ita conſtitutũ in bonis patris eſt, & quæ pro arbitrio diminuere vnius permittitur. Quid in feudo dicendum, quod aduentitium eſt,& quod ex cõtractibus & inueſtituris maiorũ filio debetur. Et quod decretorũ inſtituto remoto,nec ob cauſas alienare neceſſarias licet,vt quotiẽs ob cauſas ipſas neceſſarias alienare id,hypothecæve nectere conceditur, cauſarũ ipſarũ nominatim fieri expreſſio debeat. Quo indemnitati magis cautũ filij ſit.& fraudis præcidi occaſio poſſit. Facilius quippe nõ paulo filio erit,ius defenſionis expreſſione facta,præſtare,& probationes contra inducere quam vbi in obſcuro res manet,& cum ad fraudes arcẽdas neceſſitas hæc expreſſionis ſpectet.fauorabilis haud dubie habetur. Adeo vt in ſpecie pœnali etiam & odioſa lata interpretio fiat.l.1.in fi.ff.de calum.l.Sed Iulianus.in prin.& §.mutui datio.ff. ad macedo.c.quãto.de priuil.c.ſi ciuitas.de ſenten.excom. lib.6. gl.fin.in c.quanquam.de vſur.lib.6.Deci.in conſi.5. in fi.in conſi. 196.col.1.in conſi.277.col.2.in conſ.301.col.2.in conſi.398.in fi. & apud nos in l.1.nu.99. verſi. ampliatur iſta concluſio.ff.de legatis.1. Inde bonum & æquum ſtatutum, quod fraudibus occurendi editũ cauſa ſit,Bal.putat in cõſi.184.municipali.nu.3.verſ. in contrarium lib.1.Ratione & alia fauorem ſentẽtia hæc habet, vt nominatim exprimi cauſas neceſsitatẽ oporteat, quod feudi conſeruatio ad eum modum fit.Quam rationem ad fauorẽ diiudicandũ Bar.& doct.obſeruant in l.1.nu.32.poſt med.C.de ſum. trini.& fide cathol.Vbi fauorabile ſtatutum habetur, quo vxori legare maritus non permittitur,viceq; contrariis, ne amore mutuo ſpoliatio fiat,& inter hæredes legitimos bona conſeruentur. Ius idem probandum, Bartol. & alij ſcribunt, cum teſtandi ius per ſtatutum minori adimitur. Rom. Sequitur.in conſ.39.in 1.dubio.Alc.in conſi.41.nu.5.lib.5.Soci.in conſi.131.nu. 2.verſi. primum probatur.lib.4.Cor.in conſi.232.col.1.lib.4.Dec.in l. fi.nu. 13,ff.de iur.om.iud.in d.conſi.196.in prin.Iaſ.in l.non tantum.nu. 7.ff.de re iudi.in l.fi. nu.16.C.de indic. vidu ita. tollen. & in conſi. 212.col.3.verſi.ſecundo fortius.lib.1. Quæ fauoris ratio vehementior non paulo hic inuenitur. Vbi cõſeruatio feudi vertitur,quod filij eſt, filijq; ex contractibus maiorum debetur. Quod aliter in ſpecie Bar.& aliorum eſt. In qua iuris quicquam hæredibus legitimis non competit,cauſa quorum conſeruatio per ſtatutum fit. Vnde acquiſitio magis,quàm conſeruatio in ſpecie Barto.& aliorum vertitur. Conſeruationem planè hic contingere non dubitatur quam fauorabiliorem acquiſitione eſſe,in manifeſto eſt.cum facilius quid conſeruetur,quàm recens acquiratur.l.patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui vel alie.iuris. l. ut pomum.& l.pro parte. ff.de ſeruitu.l.is cui.ff.de teſta.l.ſi ſeruum.§.fi.ff.de acqui.hæred. l.fi.ff.vnde lib.Inde fit, vt quamuis per alium acquiſitio non fiat. l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb.obl.§.ſi quis alij Inſti.de inutil. ſtipula.Per alium tamen ius quæſitum cõſeruatur.l.ſed & ſi quid 2.§.pen.l.arboribus.§.quid tamen. Ibiq; Bald ff.de vſufru.l.forma.§.ſi cum ego.ff.de cenſi. Sed & per malæfidei poſſeſſorẽ ius in re quæſitum cuſtoditur.l.qui fundum.ff.quem.ſerui.amittatur, Idem ex Bar.oſtenditur in l 1. §. ſi quis hoc interdicto.ff.de itin. actuque priua.vbi ex vſu partis iuris totius, quod quæſitum ſit, perpetuam manere conſeruationem putat.Quod cõtra in acquiſitione fit, quæ ad partem reſtringitur, qua vſus quis ſit.Idem Bar.ſcribit in conſi.189.primo quæritur.col.fi. cũ alijs apud nos aggregatis in tracta. de antiq.temp.parte quarta num.176.verſi. in eo vero,qui tenet.

Cauſa durante,effectum manere nu.492.

Cauſam,non cauſatum obſeruari nu.60.& in ver.cauſatum.

Cauſam magis quàm factum ſpectandam quamuis aliud ſonare verba videantur nu. 192.

Cauſatum quicquid cauſæ cauſa eſt,non poteſt idem & cauſati cauſa non eſſe nu.58.

Cauſatum.Cauſæ vis in cauſatum influit nu.58.ver.cauſæ enim.

Cauſatum.Diſcrimen inter cauſatum eſſe & cauſam oportet.Cum aliud cauſa,atq; effectus eius ſit nu. 59.

Cauſatum cauſæ ſuccumbere,atque ideo cauſæ, non cauſati rationem habendam nũ.60.& in ver.cauſam.

Cauſæ probatio ab eo præſtanda, qui cauſam ipſam profert. Vbicunque niſi ob cauſam illam fieri actus non poteſt nu.24.

Cauſæ remotæ pluris quid atque propinquæ tribui abſurdum num. 433.& in ver.feudum in prædijs.

Certa per incerta non lædi nu.349.& in ver.incerta.

Certam probationem priorem haberi nu.349.ver.& in ſpecie.

Ceſſio, actionem citra iuris ſolennia, minor non cedit, quæ ad rẽ ſtabilem datur nume.198.& nume.421.& in ver. actio. alienatio minor.

Ceſſionem iuris hypothecæ cum prærogatiua fieri num.405. & in ver.hypothecæ ius.

Citatione carere depoſitum non poteſt in ver.depoſitum.

Citationem die feriato admitti, vt die feriato ad iudicem quis veniat num.263.

Citationem & poſt actum adhiberi in quo reſeruatio iuris facta partis ſit nu.263.

Citationi a principe non derogare nu.24.verſi.neque vitium.Declaratur nu.259.

Citationis defectu irritum actum non fieri, quotiens ius contradicendi ſaluum ei ſit,qui citatus non eſt.nu.264.

Clauſula omni meliori modo libellũ nullum non tenetur,dum actoris tamen intentio liqueat nu.217 ver.atque libellum omnem.

Clauſula omni meliori modo remedium complectitur,etiam quod vna ſimul cõſiſtere.cum expreſſo nequit nu.217.ver.hoc amplius.

Clauſula omni meliori modo interueniente,ad caſum quem reſtricta ſcriptura non creditur nu.217.

Clauſula executoria ad naturam rei alterandam non proficit num. 348.& in ver.executoriam.

Clauſula non obſtantibus impedimentum non pluſquam vnum aufer nu.332.ver.hoc amplius.

Clauſulæ ſola facti veritate inſpecta,poteſtas ea eſt,vt ex cauſa non expreſſa ſententiam iudex dicat, modo de cauſa non propoſita liqueat nu.206.& in ver.veritas.

Clauſulæ ius & iuſtitiam miniſtrari vim eam eſſe,vt remediũ propoſitum cenſeatur,quodcunque elici ex narratis poſſit.quamuis alio concluſio ſpectet nume.215.Ibiq; bifariam ampliatur.& in ver.actor remedium.

Clauſulæ ſi preces veritate nitantur,eandemque atq; illius vim eſſe, ſi ita eſſe conſtiterit nu.192.& in ver.conditio.

Coacte compromiſſum factum an dicatur,ad quod faciendum per ſtatutum quis adigitur, quamuis de ſtatuto ipſo mentio in compromiſſo non fiat nu.386.verſ.tertio ſpeciem hanc propius.& in ver.neceſſario.

Cognitio cauſæ,quam decretum iudicis expoſcit,in cauſis ventilandis,probandisq; conſiſtit propter quas alienatio permitti & adhiberi decretum ſolet.quibus prætermiſſis, pro nõ interpoſito habetur nu.147.& pluribus ſeq.

Cognitio,quam decretum exigit in alienatione rei eccleſiæ, aut minoris interponendum,alienationi ipſi præuerti debet num.139.& pluribus ſeq.ſed in ſpecie magis nu.153.& pluribus ſeq.

Cognitio. Scripturam ſeparatam cognitio expoſtulat, quæ exigi in decreto ſolet nu.154.

Cognitio cauſæ,quæ in decreto alienationis,exigitur, interuallum inter cognitionem ipſam & alienationem poſtulat nu.155. & in ver.breuitas.decretum.

Communi non priuilegiario iure rem actam credi nu.442.

Communiter.Ex cauſa quid actum præſumi,ob quam fieri communiter ſolet.nu.441.& in uer.præſumptio.

Compenſationem in culpa admitti,quotiens culpæ reus uterq; eſt. num.18.

Conditio indiuiduum actum efficit.nu.132.Ampliatur. nu. 234. & in ver.indiuiduum actum.

Conditio.Si preces veritate nitantur,hoc ipſo deficere intelliguntur

quod

quod probatio eorũ non præſtatur, quę narrata in reſcripto ſunt. nu. 139. & nu. 151. De quo etiam in verbo obreptitium, & in uer. reſcripti. conditio.

Conditio, ſi preces veritate nitantur, idem, atq; illa pollet, ſi ita eſſe conſtiterit. nu. 152. & in uer. clauſulæ.

Conditione non impleta, pro eo rẽ eſſe, ut ſit acta res nõ ſit nu. 392.

Conditione non impleta, iure ipſo actum interire. nu. 395.

Conditionem tacitam reſcriptum habet, ſi preces ueritate nitãtur nu. 141. & in uer. reſcriptum.

Conditionem impletam liquere iudici oportet. Quare ſatis nõ erit impletam uere eſſe, eum incõgnitum id iudici eſſet num. 144. & in uer. conſtare. ignorantia. ueritas.

Conditionem alterius meliorem facilius, quàm deteriorẽ fieri. nu. 330. & in uer. prodeſſe.

Conditionem ſi particula inducit nume. 162. Ibiq; ampliatio. & in uer. Si.

Conditionis implementum ab eo probandum, qui actu conditionali utitur nu. 141. uerſi. ob id qui reſcripto conditionali &c. Ampliatur nu. ſeq. uerſi. ſed & in conditione id.

Condictionem rei ſuæ ad irritum deduci. numero. 411. & in uerb. rei ſuæ.

Confeſſio eius, qui hæredem ſe aſſerit, utrum inter perſonas alias noceat, ſcite & argute. nu. 466. Ibiq; ſenſus l. fin. ff. de interroga. actio. excutitur.

Confeſſione notoriam rem fieri nu. 224. & in uer. notoriam rem.

Confeſſione probationem, non obligationem induci nu. 466.

Confeſſionem pluris aliquid quàm notorium habere nu. 224. uerſ. quinctiam.

Confeſſionem in genere perinde quaſi incertam nõ obeſſe nu. 350. & in uer. generalis.

Confeſſionem damno non eſſe, quæ ueriſimilis non ſit nu. 384. & in uer. ueriſimilem.

Confeſſioni ſuæ fruſtra quem obſtrepere num. 11. ubi exornatur. De quo etiam nu. 252. uerſi. non obſtat cauſas neceſſarias alienandi & ſequen.

Confeſſioni de caſu permiſſo non credi, quotiens niſi, in caſu permiſſum quid non eſt, uerum aliter quàm per confeſionem conſtare de caſu permiſſo oportere. nu. 187.

Confeſſionis declarationem confitenti permitti nu. 470.

Confiteri quis ea intelligitur, quæcunq; in precibus narrata ab eo ſunt nu. 173. Ibiq; ampliatur, quamuis momenti ullius reſcriptũ non ſit obreptitium puta aut ſubreptitium.

Confuſionem ſeu peremptionem obligationis aditione hæreditatis induci nu. 448. & in uer. aditione.

Conſenſu dempto, delictum non intelligi nu. 234. & in uer. delictũ. periurium.

Conſenſui nihil perinde ut errorem aduerſari. nu. 227.

Conſenſum & poſt actum interponi, ubicunque neceſsitas eius ad præiudicium conſentientis ſpectat nu. 263. uerſi. proinde.

Conſenſum domini directi in feudo alienando, oneroſum agnatis non eſſe nu. 295. & in uer. agnatorum. feudum.

Conſenſum domini directi recte poſt alienationem interponi, quia præiudicij ratione adhibetur nu. 397.

Conſenſu, qui formæ nomine exquiritur, ante actũ, aut in actu præſtandum. nu. 398.

Conſenſum patris fruſtra poſt donationem cauſa mortis accõmodari, cum formæ cauſæ exigatur nu. 398. uer. ea ratione. & in uer. donationem cauſa mortis.

Conſeruandi ius renunciatione fauorabilius nu. 345. & in uer. renũciationem.

Cõſeruatio. gratioſa interpretatio exiſtimatur, per quam incolume ius ſit. nu. 50. & nu. 345. & in uer. fauorabilis. Sed cumulatius in uer. cauſam in ſpecie uerſi. Ratione & alia.

Conſtare iudici oportere, impletam conditionem eſſe, neque mutare impletum uere eſſe, ſi inſcius iudex de hoc ſit nu. 144. & nu. 160. De quo etiam in uerbo conditionem impletam ignorantia. ueritas.

Conſtare. clauſula ſi ita eſſe conſtiterit, probationes legitimas deſiderat nu. 151. uerſi. idq; in ſpecie.

Conſuetudinem pro arbitrio a principe antiquari nu. 261. & in uer. princeps.

Conſuetudinem regionis totius communem necnon & ſingularẽ patriæ ad interpretationem faciendam ualere nu. 317. uerſi. hoc amplius non modo, & in uer. uoluntatem.

Conſuetudinẽ, deſuetudinemue doctoris aſſertione quoad præſumptionem probari nu. 476. uerſi. doctori. planè. Et in uer. doctori. Ibiq; facilius id admittendum, quotiens doc. plures ita aiunt.

Conſuetudinem ex actibus non induci, qui ad effectum non peruenerunt nu. 483.

Conſuetudo in præſumptione aut ueriſimili ſpectanda. Quia quod conſuetum non eſt, factum non præſumitur, neq; ueriſimile æſtimatur nu. 323, & nu. 441. & in uer. præſumi. ueriſimile.

Conſuetudo actuũ frequentiam poſcit nume. 485. Ibiq; ampliatur verſi. hoc amplius.

Conſuetudo feudi alienandi tempus deſiderat, quod hominũ memoriam exuperat nu. 486.

Conſuetudinis probationem in caſu ſpeciali, de quo lis exercetur, ſtandam nu. 487. Ibiq; de conſuetudine feudi alienandi.

Continentia cauſæ diuiduitatem non patitur nu. 2. Declaratur nu. 212. & ſeq.

Contractu diſſoluto, omnia perire, quæcunq; comprehenſa ſub eo ſunt. nu. 284. & in uer. principali.

Contraria in eodem ſubiecto, temporeq; eodẽ non concurrere numero. 449.

Contrarietas diſtinguendo, diuidendoue excludenda num. 305. & pluribus ſeq. & nu. 309. in uerbis inueſtiture id receptum oſtenditur. Et ad inueſtiturã Pariſ. dictum quadrat in conſi. 8. num. 18. lib. 1. Tum maximè cõtradictionem euitandam, cum ſtilo uſitato, & communi ſimilium feudatoriorũ obſeruationi diſpoſitio repugnaret. Verba item vniuerſalia ſecundum præcedentia reſtringenda, ne contradictio inducatur Riminal. ſcribit in conſi. 94. nu 63. in fi. uerſi. nec illa uerba. latius in conſi. 103. num. 33. & ſeptem ſeq. lib. 1. Hoc amplius dicendum, per errorem clauſulam ſequentem, & faciant quicquid velint &c. expreſſam intelligi, quatenus cum verbis cohærere ſuperioribus non poſſet, in feudum rectũ, auitum, &c. ut diſtinctione qua excludi contrarietas non poſſet, ne ex continẽti ſeipſum mutare quis cenſeatur, ut ſcite Imola docet in l. quotiens. §. ſed ſi cum. col. 2. in prin. uerſi. interdũ id, uero quod dicitur. ff. de hæredi. inſti. Quod dictum pro eleganti admodũ Riminal. ſequitur in conſi. 383. nu. 32. & duobus ſeq. lib. 2. Sed & uerba ſuperfluere, potiuſquam præcedentibus derogetur, tolerabilius Riminal. idem putat in conſ. 400. nu. 54. Quid hic admittendũ, ubi citra ſuperfluitatem, & cum effectu non exiguo, intelligi clauſula hæc poteſt, & faciant quicquid velint. Hoc eſt ad contradictionem domini eam referendo, propter quam aut ſuper qua appoſita ſunt. Et ad quam contradictionem clauſulam ipſam referendam ex his oſtenditur, quæ ſcripta ſunt nu 189. & infra nu. 356. Idq; ex Riminal. mirifice adiuuatur in conſi. 79. nu. 24. & in uer. inueſtituram.

Contrarietas. In contradictione ſcripturarũ id alteri præſtare, quod ſpecialius eſt nu. 368.

Contrarietas. Cum inuicem ſcripturæ pugnant, eam ante ſtare, quæ adminiculis maioribus nititur nu. 366.

Contrarietas. Inter ſcripturas pugnantes eam præcedere, quæ veriſimilior ſit nu. 372. & in ver. veriſimilius.

Contrarietas. Cum teſtamenta duo eiuſdem diei conſtant, ſi in vno, pure, ſub conditione in altero eidem datum legatum ſit. Eo ſtandum in quo conditionale legatum eſt nu. 377.

Contrarietate inſtrumentum interueniente potius negatiuum aut prohibitorium haberi. nu. 367.

Contrarietatem euidentem nec in reo excipiente admittendam nu. 449. verſi. audiri igitur.

Contrarietatis pellendæ cauſa reſtrictionẽ admittendam nu. 301. Ibiq; in verbis etiam vniuerſalibus negatiuis ampliatur. Altera ampliatio nu. 303. habetur etiam nu. 304. Sed & læſionem iuris tertij admitti contradictionis excludendæ cauſa, Pariſ. ſcribit in conſi. 70. colum. 1. & ſeq. lib. 1. Quod ſanè intelligendum ita puto, ſi derogari tertio poteſt. Quid in ſpecie controuerſa admittendum, in qua cuiuſquam non intereſt. Et in ver. reſtrictionem. vniuerſalia.

Contrarietatis excludendæ cauſa, verba offendenda num. 310. Et in ver. improprie.

Contrarietatis fugiendæ cauſa ſubauditionem fieri num 357. verſi. Immo enim econtrario. Et in ver. Subauditionem.

Contrarijs inſtrumentis fidem non haberi nu. 366.

Contrauenire alienationi ſuæ vaſallus non permittitur nu. 328. & in uer. Pacto ſuo.

Correctio. Sciti interpretationem ita habendam, vt quàm minimũ poſſit commune ius lædatur nu. 48. plenius nu. 319. & in ver. interpretatio. Statutum.

Correctio.Fauorabilis diſpoſitio,interpretatiove habetur, per quā iuris correctio ſilet nu.49.& in uer.Fauorabilis.
Correctio uerba non ex poſtulat.uerum ſatis habetur,contraquam ſancitum in ſcriptura priore eſt,in poſteriore quid induci nu.113.
Correctio interpretando cauenda,vt quàm minus poſsit,a iure diſcedatur nu.319.
Correctionem iuris agnoſcere tolerabilius, quàm vt ſterilia uerba fiant nu.47.& nu.112.& in uer.operari.
Correctionem per taxatiuam non induci nu.357.verſi.inde fit.
Correctionem per tacitos aut ſubauditos intellectus non induci nu. 357.& in ver.ſubauditos.tacitos.
Correctionia excludendæ nomine veriſimilia verba coercenda, vt quo leuis poſsit, commune ius cædatur nume.83.& in ver.vniuerſalia.
Correctionia vitādæ cauſa,ex aliquo vtile ſtatutum eſſe,ſatia eſt nu. 84.& in ver.operari.
Correctoriam ſcripturam ad caſus in ea expreſſos coercendam nu. 85.& in ver.extenſionem.
hæredum.nu.2.uerſi. pro hac etiam parte poteſt allegari lib. 2.
per tex.in d.l.hæc autem.§.2. Probationes item cauſarum in co-
gnitione hac Caſtren.exigit in conſi. 38. ſuper eo quod quæritur
lib.2.Dec.in d.conſi.556.nu 3.Iaſ.in l.nequicquam.§.ubi decre-
tum num.72.uerſi.item adde.ff.de offi.proconſ.Paris.in con.98.
nu.17.lib.1.& in conſi.12.nu.61.lib.2.Rolan.in d.conſi.33.nu.11,
& in conſi.99.nu. 23.

148 Apparet ex his,inter decretũ & † ſententiam differre,quoniã
nulla ſententia defectu probationum non fit, at iniuſta ueluti cõ
tra ius partis lata.Bar. in l.prolatam.C.de ſenten. Cauſa alia de-
creti eſt,quod nullum eſt iuſtitia fit,quotiens cõtra ius partis fer
tur. Ita quod iniuſtum decretum eſt, idem & nullum habetur.l.
Seiæ egreſſæ.ff.de tutor.& cura.da.ab his,l.ſi putas.C.de petitio.
hæredi.Differentiam hanc expreſſim Alberi.obſeruat in l.fi.ff.de
iuriſdi.om. iudic.Pau. de Caſt. in conſi. 342. conſiderandum eſt
primo col.3.in fi.lib.1.Pariſ.in conſi.41.nu.19.& ſeq.lib.4.ex Bal.
etiam differentia hæc iuuatur in conſi. 331. quædam puella ante
fi.lib.3.ubi nullum decretum aſſerit,quod iuſtum non eſt. Idem
Dec.ſcribit in conſi.410.nu.18.Pariſ.in conſi.89.nu.60.lib.1.Du-
149 bitandum vero † non eſt,quin iniuſtum decretũ probationum
defectu fiat.Similiter vt in ſententia dicitur.l.ſi expreſſim. Ibiq;
Ange.ff.de appella.l.qui accuſare.C.de eden.Bar.in d.l. prolatã.
vnde cum præſtita cauſarum neceſsitatis probatio non fuerit.cũ
interpoſitum decretum eſt,nullum id non fieri poteſt.

150 Cauſæ item cognitionem † in probationibus potiſsimũ ver-
ſari,Signorol.tradit in conſi.203.num.5. vbi probationes plenas
exigit per tex.in l.properandum.§.ſin autem.C.de iudi. Idem Si-
gnorol.ſcribit in conſi.257.nu.5.Cuma.in conſi.50. ſtante ſtatu-
to ciuitatis Vincentiæ colũ. 2. in tertio dubio Geminia.in conſi.
76.nu.7.Deci.in conſi.96.col.2.ante med.

Hoc amplius,vbi præmiſſorum omnium nihil eſſet,neq; pro-
bationes decretum exigeret, neceſſariæ nihilominus hic ob re-
ſcripti formam erant.In quo conditio inſerta expreſſim eſt,ſi pre
ces veritate nitantur. & clauſula adiecta, decretorum forma ad
151 vnguem ſeruata.At enim veritate † preces niti nõ aliter poſſunt,
quàm ſi veritas ipſa ex actis appareat.cum nihil interſit, falſum
quid ſit,an de eo non conſtet.l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tu.& di-
ctum ſupra locupletius habemus num.123.& nume.143.Idque
in ſpecie ex glo.oſtenditur.in Clem.1.in glo.magna.in fi dc offi.
delega.Quæ probationes legitimas ob clauſulam expoſtulat, ſi
ita eſſe conſtiterit. Pro qua ſententia alia etiam Deci. cogerit in
c.cauſam quæ. in fi. tertij nota.de reſcrip. in c.conſultationibus.
in ſexto nota,de offi.delega.& in conſi.158.circa fi.Iaſ.in repe.l.
admonendi nu.252.cnl.106.verſi.vigeſimus nonus caſus.ff.de iu
reiurand.& in l.qui Romæ.§.Augerius.colum. 1. poſt med. ff.de
verb.oblig.Pariſ.in d.conſi.41.nume.20.lib.4. Sed enim tantun-
152 dem † clauſula hæc,ſi preces veritate nitantur, atq; illa pollet,
ſi ita eſſe conſtiterit,ſiquidem veritate niti aut conditio clauſu-
læ huius impleri,non aliter poteſt, niſi ſi manifeſta narratorum
veritas fiat.d.c.2.Ibiq; doc.de reſcrip. cum alijs ſuperius aggre-
gatis nu.139.& ſeq.& de quibus apud nos in d. conſi. ſoliuago.
Atque in ſpecie clauſulæ huius, ſi preces veritate nitantur, aut ſi
veritate narrata,propoſitave fulciantur,neceſſarias probationes
eſſe Oldr.ſcribit in conſi.227.de toto themate colum.1.Itaque ſi
probatio cauſarum alienandi,opus ad cognitionem erat,eisque
prætermiſſis, irritum decretum fit, vtpote cauſa non cognita,
interpoſitum nihil eſt,ꝙ tantopere fruſtraq; aduerſarius ipſe ſo
lus,in cauſaq; ſua ſine iuriſditione vlla,cauſæ adhibere cognitio
153 nem certet.ad capitulorum probationem aggrediẽdo.cũ † ini-
tio ipſo & ante decreti interpoſitionem adhiberi cognitio de-
beat.Idq; Pariſ.etiam nominatim obſeruat in d.conſi.99.nu.7.&
ſeq.& in conſi.ſeq.num.6.lib.1.Rolan.in conſi.33.nume.11. & in
conſi.99.nu.23.Quod idem in cognitione obſeruatur,quam alie
natio bonorum eccleſiæ exigit, vt præuerti alienationi debeat.
c.tua.de his quæ fiunt a præla.c.1.de rebus eccleſ.non alie.lib.6.
c.ſine exceptione.12.q.2.Inno.in c.cum conſuetudinis,de cõſue
ſa.Imola in conſi.116.nu.3.

154 Sed & ſcripturè ſeparatim † fieri de cauſæ cognitione opor-
tet vt Caſtren.ſcribit in d.conſi.38.lib 2.Alex.in conſi.17.num.7.
lib.4.Bologni.in conſi.33.nu.6.verſi.ſexto præſuppono.Felyn. in
c.ſicut nu.27.poſt med.de re iudi.Ruin.in conſi.189.nu.8.lib.1.in
conſi.111.nu.10.lib.4.in conſi.40.nume.3.lib.5.Pariſ.in conſi.99.
nu.9.in conſi.ſeq.nu.6.lib.1.in conſi.36.nu.9.& ſeq.lib.4. Rolan.
in conſi.33.nu.11.

155 Quin etiam interuallum temporis † cedere inter cognitionẽ
& alienationem oportet.Bal. in conſi.511. quidam prælatus.nu.
1.lib.5.per tex.in d.c.1.de rebus eccl.non alien.lib.6.Idq; ratio-
ne iuuatur,ꝙ vbi vnà ſimul omnia fiunt,perfunctoria ob tempo-
ris breuitatem cognitio apparet. Atque ideo vitioſum decretum
fit.Ancha.in conſi.35.viſa quadam petitione.& in conſi.82.Viſis
diligenter.Alex.in conſi.218.num.7.in fi.& ſeq.lib.3.in conſi.163.
in fi.lib.5.Dec.in l.2.nu.36.Ibiq; Iaſ.nu.15.& ſeq.C.de eden.Idem
Iaſ.in l.iudices nu.3.C.de iudi.Ruin.in conſi.95.nu. 5. & in cõſi.
159.nu.3.lib.5.Pariſ.in conſi.98.nu.18.in conſi.ſeq.nu. 10. lib.1.
in conſi.12.nu.62.lib.2.in conſi.85.nu.48.lib.3.Rolan.in d.conſi.
99.n.26.Eodẽ Alc.ſpectat in l.iuſte in quinta fallẽtia.ff.de acq.poſ.
plenã cauſę cognitionẽ in decreto adhibendã.Sequitur Cap.dec.
51.nu.5.verſ.3. facit.Atqui nec ſemiplenã hic interueniſſe cõſtat.

156 Itaq; cũ initio ipſo cauſæ † cognitio adhibenda,atq; neceſsita
tis alienãdi præſtandæ probationes eſſent. Earumq; omiſſione
irritũ atq; ſterile prorſus factũ decretũ ſit,nihil eſt, ꝙ ex proba-
tionibus nouis id roborare aduerſarius certet. l. qđ initio. & l.
pe.ff.de reg.iur.Atq; in ſpeciẽ hãc ꝓpius & ſcite magis, ex Bald.
id de-

ſd declaratur in conſi.122.vtrũ dictus proceſſus.num.1.in fi.verſi.
allegatur tertio.lib.3.vbi cum matrimonio cõſtante dotis conſi-
gnatio fit, inopiæ mariti probatione nõ facta,iuxta l.vbi adhuc.
C.de iure dot.vires eam exprobationibus non accipere,quæ po-
ſtea fierent. Id quia ſub conditione inopiæ conſignatio permit-
titur.ob id conditionẽ impleri aut liquidari ante omnia oportet.
Qua liquidatione omiſſa,vitioſam nullamve omnino dationem
in ſolutum & executionem,ita fieri,vt conualeſcere nequeat.Sed
enim in conditione probationem neceſsitatis hic poſitam, ex
clauſulis demonſtratum habemus,ſi preces veritate nitantur.&
decretorũ forma ad vnguem ſeruata.præterquam q̃ tacite clau-
ſula illa inerat,ſi preces veritate nitantur. Ita cõditio triplex hic
cõcurrit,tacita vna,& expreſsim duæ adiectæ. Ex quo Bal.dicto
extra controuerſiam omnem res ponitur:Iugulum quippe petit.
Huc.& illa ſpectant,quæ ſcripta ante habemus nu.39.
157 Hnc amplius nec ex probatione † inſtrumentaria decretum
cõfirmatur,vnde ius acquiritur,ſeu ex quo alienatio ſequitur.Pau
lo de Caſtr.in conſi. 19. ſupraſcriptæ exceptiones ſatis cauilloſæ
col.2.in fi.lib.j.ubi in decreto ſecundo loquitur,quod inſtrumen
to debiti non lecto,conceditur,ex lectione id eius ſuperueniente
non roborari.Quòd ſi adminiſtrationẽ cuipiã Caſtren.dictum fa
ciat, Dij ueſtrã fidem,admirationi Bal.quanto maior erit in l.ut
debitũ.in fi.C.de hæredi.actio.ne quidem partis cõfeſsione de-
cretum ſecundum cõualeſcere.Quo dicto firman.vtitur in uerſi.
decretũ primum.nu.10.De quo inferius etiã nu.172.Atqui ſecun-
dum hic decretum vertitur, vnde alienatio tam pernicioſiſsima
ſequitur.Quòd ſi vigorem decretum id non habet,quid in mino
re dicendum,qui pubes factus vix eſſet.

Sed enim quorſum in re hac confirmanda laborare,ex proba-
158 tionibus poſtea † accendentibus alienationem decretumve nõ
cõfirmari.An nõ perſpicuom id & textibus & locupletiſsimis do
cto.teſtimonijs fit:quorum commemoratio facta ante eſt.Et qui
bus declaratur initio ipſo cũ alienatio fit, & decretum interponi
tur cauſæ cognitionem adhibendam. & probationes cauſarum
præſtãdas,propter quas alienandi permitti facultas ſolet. Nam-
que ſi à probationibus robor decretum accipit, quæ poſtea fiunt
falſum vtique erit initio ipſo cognitionem & cauſarum proba-
tionem exquiri.Quæ cum ita ſint,in manifeſto capitulorum ad-
uerſarij ineptitudo micat.
159 Tertiò io ſpecie etiam capitulorũ ineptia † atque otium ex eo
oſtenditur,quod in alienatione dici bonorum eccleſiæ ſolet, ſa-
tis non eſſe ob cauſam permiſſam neceſsitatis aut vtilitatis eam
fieri,niſi ſi forma adhibeatur, id eſt tractatus & cauſæ ipſius co-
gnitio Freder.de Sen.iu conſi.142.domini Ioanoi.Expreſsius Cal
deri.in conſi.1.col.2.verſi.vnde licèt cauſæ de baptiſmo . per tex.
in c.tua.de his quæ fiunt a præla.Abb.in d.c.tua num.8.per illum
textum.& in conſi.41.nu.1.lib.j.Geminia.in con.48.col. 2. & ſeq.
Soci.in conſi.29.nu.17.lib.j.Fely.in c.quæ in eccleſiarum colum.
5.de conſti.Ruin.in conſi.86.nume.4.lib.j.& in conſi. 40. nu.etiã
4.lib.5.Cur.Iun.in conſi.130.nu.3. Idq́; locũ non modo in bonis
160 eccleſiæ alienandis,ſed & in ſpecie alia † quauis,vt ſatis veritas
aut iuſtitia ad actum confirmandum non ſit, q̃ cauſa ita facien-
di aut contrahendi vere, interueniat, niſi adhibita & forma ſit,
Bald.docet in conſi.198. punctis. Si ex forma ſtatuti lib. 5. vbi in
forma ex ſtatuto introducta loquitur. ad irritum actum ea præ-
termiſſa deduci,tametſi ex cauſa factus iuſtiſsima ſit.per tex.in l.
cum hi.§.ſi prætor. ff. de tranſactio.authen. hoc ius porrectum.
C.de ſacroſan.eccl.& in c.1.de reſtit. in integ. Quod Bal.dictum
Deci.amplectuur in conſi.466. nu.13. & ſeq.formæ item omiſſæ
vitium a veritate cauſæ non purgari,Soci.ſcribit in conſi. 33. nu.
161 6.lib.j.per tex.in l.1.& 2.ff.de lib: & po.Eiuſdem generi † eſt, q̃d
Bal.ſcribit in l. precibus nume.18. verſi. Sed quid ſi mater dela-
tam ſibi tutelam C.de impub.ſatis non eſſe,ex fide bona, vtili-
terq́; a matre tutelam geri,niſi & rite ſuſcepta tutela ſit.Inde ait,
a ſucceſsione filij matrem ſubmoueri,quæ tutelam legitime mi-
nus ſuſceptam vtiliter adminiſtauit.Idem Bal.ait in l.matres nu-
me.2.C.ad Tertul.in l.cum oportet.§.ſi.q.pen. C. de impub. per
gloſſ.in l. 2. §. ſi mater in uerſi. non legitime. ff. ad Tertul. Cum
Bald.Barba.conſentit in conſi.65. num. 16. ante med. inter Cur-
tij ſen.reſponſa.Deci.in c.ex parte 2.num.5. circa fi. de appella.
Gozadi.in conſi.17.num.5.Eodem pertinet,quæ ſcripta ante ſunt
nu.144.Quam opinionem recipi hic maxime conuenit, vbi cor-
rectio iuris communis feudorum,cum læſione iuris agnatorum,
vertitur. Quam res Soci.obſeruat in d.conſi.33.num.6. Sed enim
duo hic ad feudum alienandũ per reſcriptum regium & decreta
exiguntur. Ideſt veritas cauſæ propter quam alienandi permiſ-
ſio poſtulatur.& formæ decretorum obſeruatio. Quæ forma in
cauſis ipſis neceſſarijs indagãdis,in numeratione pecuniæ per-
ſpicienda, & in conſenſu domini directi impetrando verſatur.
Itaq; cum neglecta forma circa cauſas ipſas neceſſarias exqui-
rendas & circa pecuniarũ numerationem appareat. In quibus
cauſis & numeratione ſumma rei totius conſiſtit.Ad rem capitu
la non attinent, quæ ad veritatem ipſarum cauſarum probandã
ſpectant.Quoniam cauſarum etiam probatione facta, vitium ta
men a veritate earum dilui formæ poſthabitæ nequit.

Formam porro in reſcripto verſari, vltra verba eius expreſ-
ſa,forma decretorum ad vnguem obſeruata, in quibus dubita-
tio non cadit.l.ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega.3.l.conti-
162 nuus.§.cũ ita.ff.de verb.obli.ex clauſula † etiam oſtenditur, ſi
preces veritate nitantur.Per quam ſub conditione alienandi fa-
cultas permittitur,ſi vera ſunt,quæ narrata apparent. Conditio-
nem enim ex ſi particula induci,dubitandum non eſt.l.1. Ibique
Bart.q.1.ff.de condi.& demon.Idq́; locum tum etiam habet,cũ
verbis executorijs particula ſi adijcitur.l.quibus diebus. §. qui-
dam Titio.ff. de condi.& demon. Ripa in l.de pupillo. §. memi-
niſſe nu.21. circa med. ſupra de oper. noui nuncia. Quid hic di-
cendum,vbi in uerbis diſpoſitiuis & circa ſummam rei adiecta
163 particula hæc legitur. Conditione igitur in clauſula † hac ad-
miſſa,iuris incerti non eſt, formam a conditione induci. & quæ
in conditione ſunt,pro forma adimplenda.l. prætor.ibiq́; Barto.
ff.de colla.bon.Bal.in auth.matri.& auiæ num.3.C.quan.mul.tu.
offi.fungi poſſ.Soc.in conſi.32.nu.2.lib.3.Iaſ.in l.2.§.prius.num.
51.ff.de vulg.Deci.in c.de appellationibus nu. 4. verſi. Secundus
caſus in fi.de appella.in conſi.11.nume.9.in conſi.77.nume.1.&
vberius infra nu.395.verſi.idq́; etiam declaratur.
164 Secundò ex verbis illis † ad vnguem,conditio introducitur.
quæ verba ad perfectionem ſpectant, vt ne tantulum quidẽ præ-
terire eorum liceat, quæ actus exquirit. Sic quomodo apud lin-
guæ Latinæ videre doctores eſt.Nihil aliud quippe ad vnguem,
atque perfectæ eſt. Perfectum planè dicitur, quod ex omnibus
ſuis partibus conſtat.l.1.ff. de orig.iur. vnde perfectus actus non
dicitur,cui quicquam deſit.l.pen.in fi.C.de his quibus vt indig.
c.ſi.de reſti.ſpol.c.ſed penſandum.6. di.cap.nihil.7.quæſt.1. glo.
in c.1.de ſacra vnctio.& in cap. 1.de ſacra.iteran.vel non.Quod
cum ita ſit, diuiduitatem perfectio non recipit. cum perfectum
dici id nequeat, quod diuiſum ſit. ſiquidem partes ſuas omnes
165 diuiſa res non habet.Indiuiduitate † planè interueniente, non
poteſt pro forma id non exigi,quod ad vnguem aut perfectæ fie
ri ſuperior iuſſit. cum ea ſit natura formæ, vt diuiduitatem ne-
ſciat.d.l.ſi is qui.400.§.quædam.ibiq́; Alexand. in 2.nota. ff. ad l.
Fal.cum alijs ſupra aſcriptis in tertia reſponſione ad capitula
verſic.indiuiditas hæc aliter etiam enarratur. Sic modus ille ter-
tius, indiuiduitatis demonſtrandæ, ad vſum in conſideratione
hac deducitur. Quoniam formam conditione faciente,cum in
manifeſto ſit, adhibitam formam non eſſe. quæ in veritate eo-
rum indaganda conſiſtebat. quæ nunc demum per capitula in-
dagare & demonſtrare pars certat. Ad rem non attinet, cauſas
ipſas feudi alienandi vere interueniſſe, poſtquam neglectui ha-
bita forma eſt.quia diuiſionem veritas & forma non recipiunt.
cum neutrum carere altero non poſſe, demonſtratum ſatis an-
te ſit.
166 Ad quam meditationem † appoſitiſsime id quadrat, quod
ſcriptum ſupra eſt in tertio modo indiuiduitatis verſicu.non ſo-
lum nume.137.graue adeo formæ omiſſæ vitium eſſe,vt non mo
do forma ipſa,ſed & materia eius indiuidua habeatur. materia
enim,in qua forma contingit ex cauſis neceſſarijs alienandi, ex
numeratione, & domini conſenſu conſtat. Super his enim for-
ma inquirendi ſeu veritatis indagandæ,verſatur. Vnde cum for-
mæ factum ſatis non ſit,nihil eſt, q̃ ad materiã per capitula pars
recurrat.bonamq́; aut idoneam materiam eſſe oſtendat, in qua
cadere forma poſſet.Quoniam forma diſſoluta aut extincta,non
poteſt res ipſa tota,contractusq́; cunctus non reſolui.Idq́; ratio
167 ne etiam naturali oſtenditur. Quoniam a forma † actus eſſen-
tiam aut ſubſtantiam accipit.Ex auro enim aut auri materia ſola
anre anulus non dicitur,neq; anuli ſubſtantia intelligitur, quam
anuli formam aut ſpeciem accipiat. Aeque a calce,lapidibus, ti-
gnis,& alia ædium materiam,ædium intelligi ſubſtantia non po
teſt. verum a forma ipſa ædium ſubſtantia exiſtit. ideſt a parie-
tibus,tabulatis,tignis,tecto, feneſtris, foribus & id genus alijs,
quibus carere domus nequit. Et iſtud verũ eſt,quod dictitane, a

forma

forma eſſe rei dari l. Iulianus. §. ſed ſi quis. ff. ad exhiben. c. in ciui
tate de vſur. Inde fit, vt forma rei extincta, rei quoque ſubſtantia
pereat. c. dixit. in fi. de conſecra. diſtin. 2. Card. in conſi. 149. circa
prin. Idq; natura ipſa ſola docet. Dirue domum, anulũ confrin-
ge, quamuis materia ipſa duret, domus tamen aut anuli ſubſtan-
tia non conſtat. Neque domus præterea dici aut anulus poterit.
168 Inde ratio † tex. colligitur in l. repeti. §. 1. ff. quibus modis vſuſ-
fruct. amit. §. fin. in fi. inſti. de vſufruct. ædibus ſuolatis aut ſub-
uerſis, ne areæ quidem vſumſructum deberi. eo enim id fit, quòd
in ædibus vſusfructus conſiſtit. aut enim ædium ſubſtantia non
eſt, neque intelligi poteſt, forma earum corrupta aut perempta.
Inde etiam fit, vt forma mutata, rei totius interitus ſequatur. d.
l. Iulianus. §. ſed ſi quis. ff. ad exhiben. l. Seiæ. circa fin. ff. de auro
& argen. Idq; natura ipſa patet. veluti ſi ex anulo auriſcalpium
faber aurarius faciat. anulus enim deſinit, & ad ſubſtantiam aliã
abit. Conſequenter his dicendum, vt forma reſcripti in feudo
alienando non adhibita, pro eo res ſit, vt ſi abſque cauſa aliqua,
citra ſuperioris conſenſum, ex libidine mera vaſalli alienatum
feudum ſit. non ſecus atque ſi ædes ædificare is paret, qui artis
ædificatoriæ expers omnino ſit. Conſequens etiam fit, vt ſine re-
ſcripti formam ſubſtantiã vllam habere feudi alienatio nequeat.

Apparet ex his, tripliciter ad formam pertinere, quæ compre-
henſa in reſcripto ſunt. Principio ea verbis reſcripti liquidiſſi-
mis, forma decretorum obſeruata. Secundo ex verbis illis ad vn-
guem. Tertio ea clauſula conditionali, ſi veritate preces nitantur.
169 Quinetiam vbi in dubio † res eſſet, ad formam necne ea perti-
neant, quæ decretis expreſſa & reſcripto ſunt formam in eis in-
telligi omnino oportet quatenus ad perniciem grauiſſimã agna
torum & ſucceſſorum in feudum recidere omiſſio eorum po-
teſt. Si feudi alienandi permiſſio facilis adeo ſit. Bartol. & alij in
l. 2. §. prius. nu. 5. verſi. 3. caſu. ff. de vulg. Dec. in d. c. de appellatio-
nibus. nume. 5. verſicu. hoc tamen videtur procedere. de appella.
Ruin. in rubri. ff. de operis noui nuncia. nume. 5. in fin. Quid hic
170 dicendum, vbi de forma † ipſa liquidiſſime apparet. Quo caſu
viribus omnino actus deficit, quamuis leue a forma omiſſa incõ-
modum ſequatur. l. ſi vnus. Ibique Aretin. in ſecundo nota. quam
ſimul cum l. non idcirco. C. de teſtam. Dec. in d. c. de appellatio-
nibus. num. 5. verſicu. tertius caſus Ruin. in d. rubri. de operis no-
ui nuncia. nume. 5.

Apparet ſecundo indiuiduum contractum alienationis feudi
tam a forma quàm a materia, id eſt a veritate cauſarum alienan-
di eſſe, in qua veritate exploranda adhibenda forma non eſt. At-
que ideo forma ipſa deficiente, ad rem materiam aut cauſarum
veritatem non prodeſſe. Et conſequenter ea materia ipſa ſola con
tractus ſubſtantiam ſine forma non magis ꝙ ſine forma ædes,
anulum, aut rem aliam quamuis cõſiſtere. Ea propter fruſtra ad-
uerſarij conatus ad capitula admitenda fieri, per quæ ex materia
ſola citra formam, rei tribuendam eſſentiam putat.
171 In qua re monendos eos † cenſeo, qui ex occulto, hoc eſt ex-
tra apertum iuris conſultorum campum, lingua licentiore ſer-
monibusque falſis in iudicio hoc Crauettam mordent. perinde
quaſi per iniuriam generi cauſam ſuſcipiat. Non alio iure in feu-
do generi tuendo Crauettam ipſum vti atque in rebus eccleſiæ
a præfectis eius alienatis ſeruandam, æquitas ipſa pontificia cen-
ſet. Idq; longe liquidiſſimum ſuperiora præſtant. Quibus vnum
atque alterum in re eccleſiæ alinanda coniunctim exquiri teſta-
tum eſt, numero 159. cauſarum veritatem ſcilicet atque formã,
vſque adeo vt vnius vitio ex toto alienatio pereat. Quod ſi no-
tiſſimam patris profeſſionem & contrahẽtium ingenium intue-
ri quid lubet, mirum in naturæ, nedum legum ius optimum eui-
dentiſſime cum genere faciat. De æquitate ac inferius etiam me-
moria habetur nu. 285.

Quartò non modo reijcienda capitula formæ vitio dicimus,
172 quæ teſtium probationem expoſtulant. Sed nec † inſtrumenta
admittenda exiſtimamus, ſi qua eorum productio ad veritatem
cauſarum feudi alienandi fieret. ita vt notoriæ alienandi cauſæ
per inſtrumenta eluceant. Siquidem nec in actu notorio impune
negligere formam licet. Quo circa formam examinationis, ad
gradum doctoreum aſpirare ſcholaſticus non poteſt. Tametſi in
manifeſto eius eruditio ſit Alexan. in l. athletis apud Barto. C. de
athletis lib. 10. Corſet. ſing. 235. qualiter ſe habuit in fi. Quid di-
cendum hic erit. vbi e contrario per inſtrumenta publica ex vani
tatibus & commentis ea conflata apparet. ſed nec confeſſione
ipſa formæ vitiũ dilui, ex Bal. monſtratũ ante habemus. in d. l. vt
debitũ. in fi. C. de hæredita. actio. Et quod ſcriptũ ante eſt. nu. 157.

Quintò euidentiſſima capitulorum ineptitudo fit, ꝙ ex cau-
ſis in eis commemoratis feudi factam alienationem non eſſe, ex
confeſſione partis declaratur. quæ recens ſeu de nouo cognitas
cauſas neceſſitatis in precibus dixit, principi oblatis, quæ in di-
173 ctis enarratæ capitulis ſunt. Ex quibus precibus † confeſſionem
induci proculdubio eſt. l. ne ſatisdatio. ff. rem ratam hab. l. cũ in
te. C. de tranſactio. l. cum precibus. C. d. probatio. l. 2. in fi. C. de
inſtitu. & ſubſtitu. l. cum precum. C. de lib. cau. Bart. in l. certum.
§. ſi quis abſente. ff. de confeſ. & in l. 2. §. fi. ff. de iure fiſci. Quod
tum quoque obtinet, cum vires reſcriptum ob ſubreptionem nõ
habet, vt ea Ioan. And. Iaſ. probat in conſi. 161. colu n. 3. in fi. lib. 2
vnde ſi nunc primum & poſt interuallum tam longum cauſas il-
las neceſſitatis intellexiſſe pars confitetur. Quomodo ea cauſis
illis emere feudum potuit. Rurſus ſi emptor ipſe cauſas ipſas ne-
ſciebat, Quomodo notæ eſſe iudici potuerunt. apud quem a par-
174 tibus ipſis probationes fiunt. Itaq; ignorantia † cauſarum ne-
ceſſitatis in parte & iudice admiſſa, ex cauſis ipſis ignoratis fie-
ri alienatio non potuit. l. cum te. & l. tres fratres. ff. de pactis. l. ma
ter. ff. de inoffi. teſtamen. Hoc ita prænarrato, vt ex cauſis ignora-
tis fieri alienatio non potuerit. Conſequens fit, impertinentiſſi-
ma capitula apparere, quæ ad cauſas has ignotas probandas
ſpectant.

Quoniam etſi maximè ita res haberet, vt in capitulis narra-
175 tur, quod ipſo omnino pernegatur, Ex cauſis tamen † ignora-
tis, & ex quibus facta alienatio non eſt, roboris quicquam acci-
pere alienatio non poteſt. Iure quippe vulgatiſſimo vtimur, quo-
tiens niſi ex cauſa qua aut iure quo fieri actus nequit, firmitatem
in eo non aliter eſſe, niſi ſi ex ea cauſa, aut ex iure illo fiat. verbi
gratia vt ſeruitutis ius longo quiſpiam tempore quærat, ſatis nõ
eſt, iure ipſo per tempus longum quem vſum, niſi ex iure illo vſus
ſit. l. ſi. ff. quem. ſerui. amit. l. 1. §. hæc interdicta verſi. Sed & ſi iure.
& §. ariſto. ff. de aqua quot. & æſti. Inno. & alij in c. bonæ. 2. de
poſtula. præla. Bart. in l. 1. in prin. nu. 12. in fi. ff. de acq. poſ. in l. 1. §.
2. nu. 9. ff. de itin. actuq; priua. Bal. in cõſi. 352. materia feudorum.
nu. 3. verſi. itẽ ꝙ ueens, lib. 1. Pau. de Caſt. in conſi. 343. uidetur, ꝙ
non poſſit lib. 2. Alex. in conſi. 50. nu. 8. lib. 3. Cauſa eadem domi-
nij ut illis præſcribendi eſt, ut ſatis non ſit, rem aliquam tempo-
re longiſſimo poſſideri, niſi ex cauſa aut iure dominij utilis poſ
ſideatur. Id eſt tanquam a uaſallo aut emphyteota, obſequia præ-
ſtando, aut canonem pendendo, ita ut uaſallorum atq; emphy-
tarum mos fert. c. 1. §. ſi quis per triginta. ibi ut feudũ, atq; ibi doc.
Si de feudo fuerit conten. inter domi. & agna. Alex. in conſi. 169.
nu. 5. uer. tum etiam quia. lib. 2. Tex. huc ſpectat in l. 2. §. homines.
ff. ui bon. rap. edicto prætoris de bonis ui raptis ob armatorũ coa
ctionem locũ non eſſe, niſi ob cauſam ipſam rapiendi facta coa-
dunatio ſit Eiuſdem generis eſt, quod Alex. ſcribit in conſi. 113.
nu. 2. lib. 3. Qui ex præſtationibus tẽporis longi aut longiſſimi ius
ſuum metitur, ſatis non eſſe de præſtationibus fidem facere, niſi
doceat, ex cauſa eas factas, quæ expreſſa in libello eſt. Idẽ Alex tra
dit in conſi. 108. circa fi. lib. 2. in conſi. 75. nu. 12. lib. 4. Ruin. in cõſ.
63. nu. 20. in conſi. 75. col. 3. in princ. & nu. 5. lib. 1. in conſi. 229. nu.
10. lib. 4. & in conſi. 104 nu. 15. in fi. lib. 5. Et quod ſcriptum apud
nos legitur in conſi. 175, nu. 13. Quoties pro filio mercatore ex ſta-
tuto pater obligatur, locum ſtatuto nõ aliter eſſe, niſi ob cauſam
mercaturæ contractum debitum ſit. Itaq; cum planiſſimum ex
confeſſione partis fiat, ob cauſas in capitulis enarratas feudi alie
nandi datam facultatem non eſſe, utpote quæ incognitæ prorſus
& parti & iudici eſſent. Quorſum de capitulis reijciendis dubi-
tare, quæ ineptiſſima eſſe non ambigitur.

Vires argumentum hoc a ratione fortiore accipit. Namque ſi
ſatis non eſt, factum quid eſſe, niſi ob cauſam factum doceatur,
quæ expreſſa eſt. Quid hic dicendum, ubi ex confeſſione ipſius
aduerſarij perſpicua res ſit, ex cauſis ab eo in capitulis relatis
feudi alienandi conceſſam facultatem non eſſe.

Ratione & altera, ipſaq; fortiore argumentum hoc inualeſcit.
Dictum enim in ſuperioribus habemus nu. 144. & nu. 160. ſatis
non eſſe, ob cauſam aliquam a iudice quid fieri, niſi de ea iudici
ipſi liqueat, tametſi ad cauſam illam cogitauerit, & ex ea acta ab
eo res ſit per tex. in l. hæc autẽ. §. defendi. Ibiq; Bar. ff. quibus ex
cau. in poſ. eatur. in l. 1. §. hæc uerba. ff. ne uis fiat ei. Quid hic di-
cendum, ubi manifeſtarium aduerſarij uoce ſit, ad cauſas ipſas
in capitulis inſertas cogitari non potuiſſe, utpote incognitas.

Conſequens prædictus ſit, confeſſionem geminam aduerſarij
interuenire. unde capitulorum ineptitudo pellucida nitet. Prior
confeſſio ex facto ipſo editionis capitulorum emanat. Hoc ipſa
enim

enim q ob cauſas nonas & initio incognitas locum feudi fuiſſe
alienationi aſſerit, cauſæ cognitionem in cauſis his non interue-
niſſe, probationemq; præſtitam earum non eſſe, apertiſsime con
176 fitetur. iuxta illud † facta loquuntur. c. cauere. 22. q. 2. Et illud di
ui Gregorij de quodam monacho. 4. dialogorum. Et ſi verbis ta-
ceret, facta loquebantur. Et contra Iouinianum diuus Hierony.
in fi. De noſtro grege triſtes pallidi, ſordidati & quaſi peregrini
huius ſæculi, licèt ſermone taceant, habitu loquuntur & geſtu.
refert Ioan. And. in c. conſtitutionem circa med. de electi. lib. 6.
Inde dicimus, potiora verbis facta eſſe. l. 2. §. ignominiæ. ff. de in-
fam. l. ſi inſtituta. §. 1. ff. de inoffi. teſt. l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de ædil.
edic. l. fi. ff. de diuor. l. 1. & per totum. C. plus valere quod agi. In-
de ab effectu, non a verbis cõtractus denominatio fit. l. ſi vno in
prin. ff. loca. l. ſi olei. C. eo. tit. l. inſulam. ff. de præſcrip. verſi. Barto.
in l. cotem ferro. §. qui maximus. ff. de publica. & in q. Publicanus
cum talibus ſexcentis. De quo dictum etiam ante eſt. nu. 109. &
infra nu. 205.

Cauſæ planè cognitione & probationibus cauſarum circa
feudum alienandum, prætermiſsis, inutilem vitioſamq; penitus
alienationẽ fieri, teſtatũ ſupra nec parce aut obſcure habemus.

Altera confeſsio verbis expreſſa, ex cauſis in capitulis enuncia
tis factam alienationem non eſſe, neq; fieri potuiſſe, vtpote quæ
iudicibus clam & parte eſſent. Eaq; ratione ineptiſsima euiden-
tiſsime capitula apparere.

Sed & confeſsio tertia ex parte omni corruſcãs accedit. Nam-
que ſi cauſas neceſsitatis in capitulis expreſſas animaduertim',
ad aureorum vſq; quinq; milia ſunt. Atqui quæ in actu aliena-
tionis cauſæ narrantur, aureorum quingentorum ſupra mille,
ſummam non excedunt. Siquidem aurei alij nummi quingenti in
villæ erogandi redemptionem erant. De qua villa redimenda me
moria in capitulis non habetur. Quomodo igitur ob cauſas in
capitulis expreſſas fieri alienatio potuit, quæ diuerſæ penitus, lon
geque ampliores atque cauſæ ipſæ ſunt, quarum nomine facta
177 alienatio eſt. Ea diuerſitate † quippe ſummarum diuerſitatem
debitorum præſumi incertum non eſt. l. quinquaginta. ibiq; not.
ff. de probatio. l. planè. 1. §. ſed ſi non corpus. l. ſi ita ſit ſcriptum.
ff. de lega. 1. l. cum centum. ſecundum intellectum Iaco. de Aret.
& Bart. ff. de adim. leg. Cardi. in conſi. 52. nu. 2. poſt med. verſi. &
vltra illud.

In qua re euidens capitulorum calumnia emicat. Namque ſi
ære alieno tam graui obrutus venditor fuerat, vt in capitulis aſ-
178 ſeritur. cui fidem Orator quiſpiam † vel acerrimus fecerit. ne-
glectui creditores pecuniam tam ingentem habuiſſe. l. cõtra iu-
ris. §. ſi filius. ff. de pactis. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno.
actio. l. cũ de indebito. §. 1. ff. de proba. l. Campanus. ff. de oper.
liber. l. ſi cum aurum. ff. de ſolutio. c. ſuper hoc de renuncia. Ca-
ptioſam enim liberalitatem interpretatio prudentum fregit. l.
cum Aquiliana. ff. de tranſactio. Sed qui plana magis capitulan-
tis calumnia fieri, atq; ex articulo illo poteſt. quo ſumptus litis
apud curiam parlamenti Pariſijs diſceptatæ, proponitur. Facit
enim pecuniam incredibilem ob eam rem & ex portione vendi-
toris inſumptã contra q̃ inſtrumentum publicum docet, quo ra-
tio habita pecuniæ eius eſt. Et cuius nomine non æs alienum, vt
falſo impudentiſsimeq; aſſeritur, contractum. uerũ acceptũ de-
bitori latum. Inde regula illa notiſsima aduerſarius cæditur, ſe-
mel malus. & illud: crimine ab vno diſcite omnes.

Sextò prædictorum omnium nihil eſſe fac. quæ tam vehemen-
tiſsime mouent. ex alio capitulorum fruſtratio, ociumve palam
fit. Nimirum ex obreptione, quæ cælari & cui aduerſarius eripi,
nec capitulorum probatione ad unguem impleta, poteſt. Narra-
tum enim in facultate alienandi impetranda eſt, aureos num-
mos quadringentos mercium & mutui nomine deberi. De qua
re uerbum in capitulis non fit. Vnde ſatis id ad palmarium litis
totius, & capitula reijcienda eſt. Quoniam in manifeſto eſt, mer
cium ipſarum ex Serico gauſapino, aliove id genus ne in partem
quidem egentem ueditorem feudi fuiſſe. Cui pecuniæ auido id
genus merces multo pluris q̃ eſſent, uenundabantur, quas ipſe
minimo poſtea alijs tradebat, ut pecuniam ratione quauis con-
ficeret. Quæ res ad uerſuram facienda ſpectat. Rei cuius in lu-
cem peruulgandæ cauſa, cum editio libri rationum petita nec ſe
mel ſit, id tamen facere aduerſarius renuit. In qua re fraudis ſe
179 obiectæ † ſuſpectiſsimum reddit, ne editione facta in lucem
nequitia prodeat. l. fi. C. de fide inſtru. Bal. in conſi. 406. præmit-
tendum eſt in fi. lib. 4. Dec. in authen. ſi quis in aliquo documen-
to nume. 22. in fi. C. de eden. & apud nos in conſi. 172. nu. 6. Atq;

in ſpecie, ex Cald. id probatur in conſi. 5. de vſur. ſuſpicione hæ-
redes vſurarij laborare, qui librũ ædere rationũ nolunt, manife-
ſtum ex eo vſuræ ſcelus fieri. Atq; partus ſuppoſiti ſuſpicionem
mulier ſubit, quæ ventri inſpectãdo reſiſtit. l. 1. §. ſed ſi maritus. ff.
de lib. agno. l. 1. §. ſi cui. ff. de ventre inſpicien. In eadem cauſa mu
lier eſt, quæ ſequeſtrari ſe non patitur, ne ab alio ineatur. Pau. de
Caſt. in conſi. 277. quia per primum col. pe. circa med. lib. 1. Appo
ſitè huc tex. confert in l. 2. §. pen. C. de iura. calum. pro confeſſo ha
beri, qui iuramentũ præſtare calumniæ recuſat. De quo Bal. me-
minit in conſi. 257. Titius emit fundum in fi. lib. 1. Pro confeſſo
igitur non haberi aduerſarius non poteſt, qui librũ totiens roga
tus non edit. Grauior porro ſuſpicio creſcit, q rei aut ſuſpicionis
huius & fidei eius malæ apud principis celſitudinem notatus,
æquo eam animo tulit. Quis credat, labẽ tam turpiſsimã apud
principem, proceres, & ſenatũ eius ſupremũ, aduerſarium latu-
rũ, ſi ex fide res acta bona ſit. Cur nõ librũ vel vltro pfert, & obie
180 ctum ex eo flagitiũ diluit. Non ſolũ † aũt priuatũ hominẽ id ge
nus ſuſpicio, ſed & iudicem ipſum cõſtringit. Quotiens ne quid
fiat, parti contradicit, & quod poteſt, impedit gl. in c. ſtatutum in
fi. prin. in verſi. copia in fi. de reſcrip. lib. 6. Cor. in conſ. 232. col. 2.
poſt med. lib. 3. Iaſ. in conſ. 53. col. fi. lib. 3. Rem hanc ſedulo quæ-
ſo animaduertant, animiſq; caueant, qui aduerſarij partes tan-
topere ſuſcipiunt bonumq; eius ius exiſtimant.

Conſequens his fit, vt probatione omniũ præſtita, quæcunque
narrata in capitulis ſunt, ad aliqd pfutura ea nihilo magis eſſe.
Siquidem obreptum in parte hac aureorũ 400. non obſcure ap-
paret. inter cauſas neceſſarias aliendi eam ſummam referen-
do. contra quam veritas ipſa lucidiſsime nitet. Ex obreptione
181 † planè inutile & vitioſum penitus reſcriptum fieri, ambiguũ
non eſt. l. ſed ſi hac. §. patronũ. ff. de in ius vocan. l. magis puto. §.
pe. ff. de rebus cor. l. idem Vlpianus. ff. de excu. tuto. l. 5. §. puberi.
ff. de Carbo. edic. l. cum vero. §. ſubuentum. ff. de fideicom. liber. l.
ſi quis obrepſerit. ff. de falſis. l. & ſi legibus. C. ſi cõtra ius vel vtil.
publi. quæ in canone inſerta legitur & ſi legibus. 25. q. 2. Idq; lo-
cum obtinet, vel cum obreptio cõmiſſa in tantulo eſt. c. ſi propo
nente. de reſcrip. c. ſi motu proprio. & c. non poteſt de præbẽ. lib.
6. Id quod recipi haud dubie hic oportet, vbi ad alienum incom
modum alienandi permiſsio recidit. vbi a iure cõmuni feudorũ
diſceditur. Quid hic dicendũ, vbi in ſumma obreptũ non exigua
eſt. Hoc amplius nec per ignorantiam obreptionis quiſpiam ex-
cuſatur, ſi cum facti veritatem ignoraret, id ita a ſe narratũ impe
trans dicat. Quoniam temeritatis id vitio datur. Oldra. autore
in conſi. 208. quoniam ex tempore col. 1. poſt med. per tex. in d.
c. ſi proponente. & ibi no. de reſcrip. Idem Ruin. ſcribit. in conſi.
182 3. nu. 16. lib. 1. Idq; ratione † fortiore confirmatur, q ius idem
ſubreptionis eſt, vt irritum per eam reſcriptum fiat, quamvis co-
miſſa per ignorantiam ſit vbicunque tertij diſpendium vertitur.
c. conſtitutus. Ibiq; Abb. in ſecundo nota. & c. ſuper literis. de re-
ſcrip. Geminia. in conſi. 105. in fi. Tantundem ſeruandum, cum ex
tantulo commiſſa ſubreptio eſt in conſi. Soluago ſcriptum pro
communi Sauiliano habemus nume. 67. Longe magis hoc idem
probandum in obreptione erit, quo grauius vitium, atq; ſubre-
ptionis eſt. Bal. in conſi. 242. querulæ preces poſt princ. lib. 1. cum
alijs apud nos collectis in conſi. 68. nu. 5. & in d. conſi. Soluago
pro communi Sauiliano nu. 72. obreptio. n. in falſo exprimendo,
in falſo reticendo ſubreptio obſeruatur. Iaſ. in conſi. 2. colum. 2.
lib. 1. & in d. conſi. Soluago nu. 124. in quo ſubreptio declaratur.
Obreptione hac ita patefacta, cum inſolidum actum vitiet, vel
ſi commiſſa in tãtulo ſit. Quorſum capitulorum admiſsio. Qua-
tenus de aureis 400. neq; mentio in eis non fit, ob cauſam neceſ-
ſariam deberi. neq; fieri poteſt, cum in manifeſto res ſit, in profu-
ſionem pecuniam perditam, quæ ea mercibus illis colligi verſu-
ram faciendo potuit. Id quod citra ſcripturæ priuatæ approba-
tionem dicitur.

Illud omittendum in obreptione hac non cenſui, vnde onu-
ſtior aduerſarij ſuſpicio fit. Namq; cum ſuum eſſet, cauſas neceſ-
ſitatis in aureis ipſis 400. edocere per ea, quæ ſatis ſuperq; ſcri-
pta in ſuperioribus ſunt. cũ tex. vocaui mus. in c. 2. Ibiq; doc. de
reſcrp. cũ alijs in d. conſi. Soluago a nobis cõparatis col. 5. non
modo id non præſtitit, neq; præſtare curæ habet. verũ vt id faciat
rogatus. i. vt librum rationum edat, editionem ipſam modis om-
nibus deprecatur: non minus ab ea atq; veneno præſentaneo me-
tuens. Ex qua re quantam ſibi ſuſpicionem conciliet, ratio ipſa
communis docet.

183 Ad obreptionem hanc pertinet, quod † ſcriptum in ſuperio-
ribus

ribus,eſt nume.138.per inutile, quod vtile eſt, viciari, quotiens in
fraudem legis quid fit,ex Bar.in conſi.159.nu. 8. Ruino in conſi.
86.colū. fi. lib.1.& in conſi.109.nume.27.lib.4.ſed enim euidens
fraus ex obreptione fit,vnde dolus arguitur Innoc. in c.dilectus.
s.de reſcrip.& in c.accedens,de crimi.falſi.Ioan.And.in c. ex li-
teris de dolo & contu.Geminia.in conſi.128. in fi. Soci. in conſi.
249.nu.9.verſi.ad ſecundum reſpondeo.& verſi.ſeq.lib. 2. Quod
inter conſi.inſertum Curtij Senioris eſt in conſi.18.Idq; inferius
etiam oſtenditur nu.201.Ibiq; idem in ſubreptione exprimitur.
Non ſolum autem dolus individuus habetur,ſed nec culpa diui-
ſionem recipit, quæ adhiberi in partem nequit.l.ſi vt certo.§.
ſi duobus in fi.ff.commoda.l.ſi duo verſic. ꝙ ſi lancem.ff.depoſi.
Bart.& alij in l.4.§.Cato in ſexta oppoſi.ff.de verbo.obliga. Inde
184 fit,† vt Individua ſtipulatio habeatur, dolum malum abeſſe.l.
inter cohæredes.§.quod ex facto.ff.famil.ercſ.d.l.4.in prin. Bo-
logni.in d.§.Cato nu.38.

Aduerſarij dolo igitur ex obreptione euidentiſſima in facto
ſo,& circa aureos.400.vndiq; refulgente, non poteſt alienatio
ipſa ex toto non reſolui.ſiquidem ab eo,quod inutile eſt, actum
vtilem infirmari,nemo ambigit.& reſtatum id ſatis in ſuperiori-
bus habemus nu. 131. Argumentum hoc ſextum ad generum vi-
ctorem præſtandum & aduerſarium eius deijciēdum vel ſolum
valere,incertum non arbitror.

Septimo prædicta eſto omnia taceant. præſto autori & illud
eſt, ꝙ numerationem pecuniæ,propter quam feudum alienatur,
185 † decretum exigit.In qua re decreti animaduertere rationē li-
cèt,quamobrem feudi ex eo permiſſa alienatio ſit. Ad exemplū
enim iuris communis Romanorum in bonis fideicommiſſis id
ita conſtitutum,vt qua ratione bona fideicommiſſa in perniciem
ſubſtitutorum ob dotem & donationem propter nuptias iure
nouiſſimo alienare.Auth.licèt.Auth.res quæ.C.com. de lega.Ita
ob eas cauſas alienare & feudum permittatur.perinde quaſi ea
dem vtrobique ratio moueat. A iure enim gentium æque teſta-
mentum inuentione aut quoad teſtandi facultatem,atq; contra-
ctus ſunt,vt apud Bart.in l.interdum.ff.de condi.indebi.Vnde &
ius commune in omnibus imitandum decretū cenſuit.Iure pla-
186 nè † communi ad dotem confeſſam, & quam numeratam eſſe,
non conſtat,priuilegium d.auten.res quæ non pertinet, vt Iaſ.
ibi tradit colum.pen.in nona limitatione. Bald.Nouel.in l. 1. nu.
25.ff.ſol.mat.& in tract.de dote parte ſexta priuil.13.Aret.in d.
l.colū.5.poſt med.verſi.& circa priuilegium iſtud prælationis.
Ibiq; Soci.num.87.in fi.Guido Papa in conſi.540.in fi.Veronenſ.
in conſi.38.colum.7.in ſecundo dubio.Ruin.in cōſi.199.nume.5.
lib.2.Cauſa eadem priuilegij eſt, de quo in l. fi. C.qui potior in
pign. hab.Doti enim & id confeſſæ non datur Veron. in d.conſi.
38.Cumulatiſſime Iaſ.in §.fuerat.nu.73.vſq;ad num.92.Inſti. de
actio.Gozadi.in conſi.28.Sed nec hypothecariam contra poſſeſ-
ſores bonorum mariti ob dotem cōfeſſam mulier exercet.Rom.
in conſi.345.conſultatio col.fi.in tertio dubio,Soci. & alij in l.1.
nu.85.ff.ſol.ma.Fely.in c.ſi cautio nu.84.in fi.verſi. fallit vltimo.
de fide inſtru.Crot.in l.ſi conſtante nu.147.verſi.ſecunda conclu
ſio.ff.ſolu.mat.Dos item confeſſa compenſationem patitur, vbi
compenſationi locus in vera dote non eſſet Signorol.in conſi.49.
nu 3.ſi doti confeſſæ & tam fauorabili dotis tribui priuilegia nō
ſolent.Quid in ſpecie dicturi cōtrouerſa erimus,quam odioſam
eſſe,demonſtratum ſuperius eſt.

Sed & decreto de numeratione tacente, ius idem probandū,
vt niſi ad dotem feudi alienandi facultas pertineat, de qua vere
187 & per numerationem conſtat.Idque iure illo † notiſſimo, vbi-
cunque niſi in caſu quo certo permiſſus actus eſt,de caſu illo pro
batinnem ueram præſtandam,neque cōfeſſioni diſponentia aut
actum illum gerentis fidem de caſu habendam. ne alias in arbi-
trio cuiuſuis ſit,actum illum, & extra caſum permiſſum pro li-
bidine & indiſcriminatim perficere, caſum ipſum ſubeſſe confi-
tendo.l.cum hi.§.ſi cum his.ff. de tranſactio. l. qui teſtamentū.ff.
de proba.l.ſi forte.Ibiq; Bar.ff.de caſtren.pecul.l.magis puto. §.
ne paſſim.ff.de rebus eorum.l.cum quis.§.Titia.ff.de lega.3.Bar.
in l.ambitioſa nu.27.ff.de decre.ab ordi.fa.Idem Bart.& alij in l.
ſi donatione num.2.C.de collatio.Capra in conſi.81.in fi. Afflic.
in c.1.in prin.nu.57.de aliena.feudi pater.Tex.huc pertinet in l.3.
C.de dona.ante nup.& in l.2.C.de dote cau.non numer.Qua ra-
tione uxori donare marito non permittitur, ita nec dotem ha-
buiſſe confiteri,ex qua confeſſione paſſim induci donatio poſ-
ſet.De quo apud Bart.& alios in l.ſi diuortio.ff.de uerbo. oblga.
Itaque ſicut feudi alienandi poteſtas niſi ob debita neceſſaria
non eſt.Ita de debitis conſtare uere & per numerationem opor
tet. ne ſi ſola ſatis confeſſio ſit, via ad feudum lata diſſipandum
pateat,vaſallis debita confitentibus.

Sed enim de numeratione verbum in capitulis non fit, ꝙ nu-
merata vaſallo vēditori feudi pecunia a creditoribus fuerit.Qua
re ſterilia atque infructuoſa omnino ex capite hoc capitula fiūt.
188 In qua re error † aduerſarij nec ferendus deprehenditur, qui
precium a ſe numeratum feudi contendit.Quoniam ad numera
tionem hanc pretij decretum non pertinet.verum de numeratio
ne pecuniæ dotis,aut neceſſitatis alterius,propter quam alienan
di facultas datur. Neq; ſatis ſtupidam paruis mirari inſcientiam
licèt,cui viſum ſit,de numeratione pretium,quo feudi venit,de-
cretum intelligendū.contra quam verba eius lucidiſſima ferant.

Secundo cum reſpectu dotis & debitorum neceſſariorum nu-
merationis mētio in decreto fiat, ad dotem & debita ipſa reſtrin
gi numerationem oportet,vt de numeratione in dote & debitis
189 alijs neceſſarijs appareat.Ad eum caſum quippe † referri & re
ſtringi verba oportet,cuius prolata reſpectu ſunt.l.ſi quis domū.
§.quid tamen.ff.de lea.l.profectitia.§.pe.ff.de iure dot.l.debitor.§.
fi.ff.ad Treb.l.inteſtato.ff.de legi.tutor.§.quòd autem Inſti.de le-
gi.agna.tu.§.fi.Inſtit.de codicil.Soc.in conſi.92.nu.23.lib.3.Dec.
in c.ſi pro debilitate nume.6.circa fi.de offi. delega. in c.1.in 13.
nota.de poſtula.præla.io conſi. 283. colum. 1. circa med. & alia
non pauca.

Tertio ſi de numeratione pretij decretum intelligimus,abſur-
da prorſus res conſequitur.vt eo caſu prouiſum a decreto appa-
reat,quo neceſſaria prouiſio non eſt. Quorſum enim laborare,
numeratio pretij facta,an non ſit,quotiens ob dotem vel conſti-
tuendam vel reſtituendam alienatio fit, dum conſtituta modo
vel reſtituta dicatur.ita vt moleſtiam ob eam rē pati conſtituens
aut reſtituens nequeat. Sed enim non tam caſui huic circa con-
ſtituentem aut reſtituentē,quàm ſucceſſorum in feudo iuri pro-
ſpiciendum decretum cenſuit, vt non aliter feudi iacturam per
alienationem faciant,quam ſi de numeratione in debitu,cōſtet,
190 propter quod alienandi permiſſa facultas eſt.Ad caſum † igitur
trahi ſtatutum conuenit,in quo prouidendi neceſſitas maior ver
ſatur.l.Gallus.§.1.ff.de lib.& poſt.l.cum ita.§.fin.& l.pen.§.fra-
tre,ff.de lega.2.quod l.Labeo.ff.de Carbo.edic.l.cum in corpus.
ff.de acq.rerum domi.l.in his.§.ſi forte.ff.de ſolu.Signoro.in cōſ.
22.nume.4.in conſi.103.num.6.& apud nos in rubri.ff.de lega.1.
nume.112.in conſi.106.nu.8.in conſi.135.nu.12.in conſi.149. nu.
12.in conſi.270.num.4.
191 Quarto propter emptorem † feudi,qui creditor non eſt alie
natio non permittitur,verum propter creditores.Vnde quod de
numeratione expreſſum in decreto eſt, ad creditores referri om
nino oportet,quorum cauſa permitti alienatio ſolet. Vt non ali-
ter permiſſionis huius beneficio fruantur, niſi ſi vere creditores
ſint.& pecuniam ab eis numeratā appareat, vt ad cauſam ſuam
verborum relatio & reſtrictio fiat.l.at ſi quis.§.pleriq;.ff. de reli-
gio.l.cancellauerat.ff.de his,quæ in teſta.delen.l.cum tale. §.fal-
ſam.ff.de condi.& demon.

Quinto cauſa vlla numerationis exigendæ in venditione non
ſubeſt.Siquidem credibile non eſt,vt ſine pretio quiſpiam vēdat,
dum cauſæ modo vendendi contingant.d.l.cum de indebito.§.
1.ff.de proba.cum alijs ſupra relatis nu.178.Cauſa porro in dote
& debiti vertitur,ne in fraudem quicquam ſucceſſorum fiat.Cau
192 ſam igitur † ſpectari decreti conuenit,cur ita conſtitutum in eo
ſit,etiam ſi aliter ſonare verba videantur.l.cum hi.§.in cauſa.ff.
de tranſactio.l.ſi procuratorem dedero.in prin.ff.mand.l.cum pa
ter.§.dulciſſimis.ff.de lega.2.l.cum tale.§.fi.de condi.& demo.
l.verum.2.ff.de furtis.l.quamuis.Ibiq; gl.in verſi. curauit in fi.C.
de fideicom.§. ſi tamen alienam purpuram. Inſti. de rerum diui.
c.intelligentia in verſi.ex cauſis.de verb.ſigni.glo.in l. legata inu
tiliter.ff.de adim. lega.& alia compluria. De quo inferius etiam
nu.415.Quid hic dicendum,vbi & verba & cauſa decreti ad in-
terpretationem hanc impellunt.
193 Sexto ꝙ de pecuniæ numeratione † in contractu venditionis
conſtet, ad emptoris id compendium ſpecta, quo implicius ab
eo cōtractus dicatur.Sed enim nihil ad decretum emptor facit,
Ratio emptoris in decreto habita circa numerationem nō eſt.
Nū niſi agnatorum & ſucceſſurum in feudo nomine numeratio
poſtulatur.Vnde ratio habenda numerationis non eſt,quæ facta
ab emptore ſit,cui proſpicere decretum non conſtituit.l.ea lege.
ff. loca. Paul. de Caſtr.in conſil.95. Super primo puncto quan-
ta ſit leg. tima colum.1.lib.1.Et apud nos in conſi.5.nume.15. Ex

his etiam ſentẽtia hæc iuuat, quæ ſcripta infra habemus nu. 401.
Apparet ex his, argumentum hoc ſeptimum, quod in numera
tione ponitur, ſatis & ipſum vnum ad capitula repudienda eſſe.
In qua re obſeruandum, non modo in aſſertis debitis numeratio
nem in capitulis nõ exprimi, ſed nec in pannis holoſericis, quos
ad aureos 400. vaſallo defuncto venditos aduerſarius aſſerit, tra
ditionem interueniſſe capitula narrant.
Rurſus in pannis ſericis obſeruandum, namque cum niſi ob
neceſſitates feudi permiſſa alienatio non ſit, neceſſitatum haben
da memoria erat. ꝙ pannorum tot ex Serico, indigens vaſallus
defunctus eſſet, per ea, quæ de neceſſitate probanda dicta in ſu-
perioribus ſunt nu. 22. & pluribus ſeq. Sed enim neceſſitatis hu-
ius verbum factum in capitulis non eſt. fruſtraque etiam expreſ-
ſio fieret, cum holoſericatus venditor non incederet. Ad hæc nõ
194 modo † neceſſitatis fidem facere ſimpliciter ſufficit, verũ & il-
lud oſtendendum, vſque ad eum modum in libro rationum de-
claratum ſerici indigentem defunctum fuiſſe. Quia quod ob cau
ſam permiſſam neceſſitatis eſt, ad limites reſtringi neceſſitatis
debet. l. ſenatus. ff. de offi. præſid. l. 1. in fi. ff. de ferijs. l. ſed & ſi re-
ſtituatur. §. ſed & ſi dies. ff. de iudi. l. fina. §. quare & ſi. ff. de exer-
citor. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. ff. de lega. 3. l. rem legatam. ff. de
adim. lega. c. quod pro neceſſitate. 1. q. 1. Bar. & alij in l. 1. §. nuncia
tio. nu. 28. ff. de op. noui nuncia. Cor. in conſi. 83. in fi. lib. 4. Dec. in
c. in præſentia num. 68. verſi. vel ſecundo dato. de probatio. Iaſ. in
l. qui Romæ. §. duo fratres nu. 37. verſi. Secundo per iſtam primã
ſolutionem. ff. de verb. oblig.
Reſtrictione igitur facultatis alienandi, ad limites neceſſita-
195 tis facta, conſequens † nõ ſit, merces tantæ traditæ vaſallo ſunt,
ergo indigens tantarum erat. etiam ſi fieri poſſit, vt neceſſarium
tantum ſericum eſſet. quoniam per neceſſe, non poſſibile conclu
dentem eſſe probationem oportet. l. matrem. l. neque natales. &
l. ad probationem. 2. C. de prob. l. non hoc. Ibiq; cumulate Iaſ.
in ſecundo not. C. vnde legiti. l. multis. C. de lib. cau. c. in præſen-
tia. Ibique Deci. nume. 13. nota. de proba. & quod Petrin. Bellus
celſitudinis ducalis conſiliarius de probatione æquiuoca in trac.
ſuo de re mili. & bello ſcribit Card. 47. nu. 135. Quid dicendum
hic erit, vbi nec per poſſibile probatio concludit. Siquidem fa-
milia tanta onuſtus vaſallus non erat, vt pannis ijs carere holo-
ſericia non poſſet. Atq; vbi familia numeroſa fuiſſet, pro modo
facultatum temperanda impenſa vti monſtratum ſuperius ha-
bemus. 127. At enim ſumptui tam graui par familiaris res non
erat. Vnde cauſam neceſſariam habere id genus emptio mer-
cium non poterat. Sed nec probatio vlla præſtita in ſplendidiorẽ
familiæ cultum pannos ipſos ſericeos verſos. Idq; nec proponi
vere poterat, cum magno ſericum emptũ paruo alijs venditum
per verſuram ſit.
Conſequens inſpectioni prædictæ ſit, cum vltra neceſſitatem
extendi permiſſio aut diſpoſitio non ſoleat, quæ ob cauſam fa-
cta neceſſitatis dicitur, in ſpecie cauſas neceſſitatis exprimẽdas.
Ideſt tantum in lite exercenda, tantum in victum & alimenta &
alia id genus impenſum. Sed enim in obſcuro & ſub inuolucro
quodam cauſæ neceſſitatis enarrantur. Ob id nihil faciendæ.
196 Quoniam vbi niſi † ea cauſis quibus fieri quid nequit, cauſas ip
ſas nominatim exprimi, atque ſingulatim oportet Barto. in l. 1. in
princi. q. 6. ff. de oper. noui nuncia. Et eadem l. Caſtren. in §. nunc
videamus Alex. in conſi. 182. in prin. & nume. 6. lib. 2. Deci. in ca.
bonæ numer. 13. circa fin. de appella. Ruin. in conſi. 98. nume. 16.
poſt med. lib. 4. Pariſ. in conſi. 9. nume. 41. in conſi. 12. nume. 165.
libro ſecundo.
Octauo narratio in capitulis facta, aureos quingentos, qui in
villam erogandi redimendam erant, filij volũtate in cauſas alias
verſos, ideſt vt creditoribus ſatis alijs vaſalli fieret. In qua re eui-
dens capitulorũ fruſtratio nitet. Quoniã ob cauſas alias, quàm
197 in venditione expreſſas alienandi permiſſa facultas nõ eſt. Atq;
ideo formæ paritum reſcripti non eſt. & contra quam ſuperior
iuſſit, pecunia inſumpta, ad irritum omnia deducuntur. l. diligen
ter. ff. manda. l. non dubium. C. de ll. c. cum dilecta. de reſcript. Et
cum niſi ob cauſas expreſſas alienandi facta poteſtas non ſit ad
alias eam trahi non oport. e. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis.
l. in lege. & l. Rutilia polla. ff. de contra. emp. l. 1. §. Iulianus. ff. de
inn. actiuq; prius. l. iubemus. C. ad Velleia.
Neq; mutat, conſenſu filij id ita actum. Quoniam ubi liquere
198 de conſenſu poſſit, inutilis prorſus ad rem eſt. Namq; cũ † re-
demptum villam ex parte iri facta promiſſio eſſet, & ad eam rẽ
pecunia deſtinata, a iure illo ſine iuris ſolennibus diſcedere non
magis minori licuit, atque ſi rei cuius ſtabilis alienatio interue-
niat. Id quia per conſenſum id genus actioni renunciatur, quæ ad
bona immobilia redimenda minori competebat, vnde ſicut bo-
na immobilia citra iuris ſolennia alienare minor non permitti-
tur, ita nec actionem cedere, quæ ad immobilia competit. glo. &
doct. in l. 1. C. ſi aduer. tranſac. Bart. in l. poteſt. ff. de auctori. tutor.
& in l. mouentium. ff. de verb. ſig. Bal. in conſi. 423. Andreas lib. 3.
Alex. in conſi. 31. nu. 12. lib. 1. quod repetitum eſt in conſi. 111. lib.
4. & apud nos in rub. ff. de leg. 2. nu. 73. Quod cum ita ſit, nihili
cõſenſus ſimplex minoris faciendus, vbi cõſtare de eo poſſit, vn-
de rei ſtabilis & feudalis iacturam nõ tenuem faceret. Aliter etiã
conſenſus is inferius protenitur nu. 276. verſi. Secundo vbi conſta
re de eo poſſit. & ſignificantius nu. 283.
Nono impertinentia capitula vſq; adeo ſunt, quæ ad confir-
mationem alienationis ſpectant, vt nec actoris ipſius, vel ſi ma-
ior quàm annis viginti quinque eſſet robur ea accipere conſenſu
poſſit. Idq; ita oſtenditur. Namq; formam impletam reſcripti nõ
eſſe, in obſcuro non eſt, quatenus & aduerſariũ id conſiteri hoc
ipſo oſtendimus, ꝙ cauſas nunc ducere per capitula laborat, ex
282 rum ea, ... & intereſſe. Vnde locus † interpretationi aut coniecturæ in manifeſtis non eſt.l.quotiens.§.ſi duo ff.de hæred. inſti.l.quod conſtitutum.Ibiq; Bar.ff.de mili.teſta.l.ille aut ille.§. cum in verbis.ff.non aliter.ff.de legat.3.l.ſi alij.ff.de vſufr.l. ... pedicu... arg ...to.ff.de auro & arg.lega.l.continuus.§.cum ita. ff.de verbor.o... C.de indi.vidui.tollen.c.a.de ... egu.iuri. Et illud eſt, quod dicitur, tacitum ſilere, vbi facta expreſſio eſt. cũ ex ... ff.de vulga.cum alijs ſuperius collatis.num.144.verſ. & illud vero eſt.

283 Non ab re autem de vigore † aut firmitate contractus circa intereſſe hoc ob villã non redemptã mentio facta a nobis eſt. Quæ vitioſitatis nullitate contractu aduerſa, quæ notiſsima eſt, quorſum de ... act & mora in eo cõmiſſa. Quorſum de pecunij ... alijs ſolutis diſceptare. Hæc enim ad rem propoſitam omnino non attinent. Quatenus ex contractu ... o non agitur, vt ... atur. verum nullitas ſeu vitium eius principaliter propoſitũ, vt nullus vitioſus q; cõtractus declaretur. Quo vitio interueniente, de alio ferri ſententiam nequit, quàm vt poſſeſſio bonorum cũ fructibus perceptis, percipiendisve reſtituatur. De quibus iam ... diſſeremus, per ea, quæ dicta in ſuperioribus ſunt

284 ... nu.214.& pluribus ſeq. Intel... certiſsimo vtimur, quo ... conſiſtere contractus non poteſt, ad irritum omnia deduci, quæcunq; comprehenſa fuerint l.fin.ff.de conſti.pecu. ... l.ſi patronus.§.patronum ex aſſe.ff.ſi quid in frau. patro. Bald. in l.ſi ab ... num. ... C. ... cer.pet.in l.in contractibus in prin.nu. 8.C.de non nume pecu. Roma.in conſil.171.pro dec... nu 4. & in conſi.240.clariſsime aſſertor.num.2.vbi tr.at.& alios ... ſententiam hanc vocat. Alciã in conſi.81.nume.9.in fi.& ſeq. lib.3.

Iaſ.

Iaſ.in § ſiterat.nu.76.& pluribus ſeq.Inſti.de actio.in conſi.133. col.fi.lib.4.Ruin.in conſi.70.nu.15.li.5.Gozad.in conſi.28.nu.22. in fi.ver.ſextò hoc ampliatur. Qua ratione mumenti nullius clauſula habetur in teſtamento poſteriori & ipſo vitiolo expreſſa, caſſans & irritans &c.Bar.in l.ſi iure.ff.de leg.3.Bald. in l.ſancimus. col.3.C.de teſta.Iaſ.in conſi.113.col.3.li.2. & in conſi.8.col.pe.li.3.Et alia non pauca.vitium plane ſeu nullitatem contractus apertiſſime in ſuperioribus oſtendimus. Ideſt ex errore & cauſis, falſis, ex obreptione. Ex formę iuxta decretorum, atq; reſcripti regij contemptu. Ad quam rem non leuiter & metum conferre reuerētialem diximus.nu.254.

Argumentum vltimum, quod a confeſſione actoris pendet, euerſum ſupra nō citra flagitium & turpitudinē opponētis, eſt nu. 252. ver.non obſtat, cauſas neceſſarias alienandi, &c.& nu.ſeq.

Hæc ſunt, quæ palam, ſummatimq; diſcepiata ſemel atque iterum ſunt. Primū, apud ſupremū celſitudinis ducalis conſilium. Deinde in cōſpectu ſublimitatis ſuæ, procerumq; & ordinis [illegible]us ampliſſimi. Cæterū locupletiore quēq; perſequi ſermone oportuit. Tametſi laboribus his tam duriſſimis grauiſſimiſq; exhauriendis neq; ætas ſatis, neq; vires ſufficiāt. Iniuria ſe affici aduerſarius ait, cui pretij numeratio non fiat. Sed.n.merito ſuo probe id patitur. Ex diuerſo.n.patris vitio diſpendium grauiſſimum gener agnoſcit. vtpote ad uerſuram faciendam propter aduerſariū ipſum patre coacto. Cognitumq; ſuperi habent, quibus modis pecunias quas de parte acceperit. Quod ſi redemptam villā curaſſet, ex commodis inde perceptis pecunia collecta haud tenuis fuerat, unde incommodis alijs mederi permulti licuerat. Sed.n. modeſtiæ fines tranſiliendos non duxi. Satis erit, notiſſimam uaſalli uenditoris profuſionem nemini nō fuiſſe, qui eū vſū aut uerſati cum ipſo ſunt. Et quoquo uerſum res ſpectet, id unum curæ
285 † genero eſt, ut quod ei a maioribus feudum cōtigit, incolume iure nō alio aduerſus emptorem auditatem, atq; eccleſiæ bona diſtracta pontificium ius tuetur, uti declaratum ſuperius eſt. nu. 271. Aequitate plane iuris naturalis aut gentium pontificium ius niti proculdubio eſt.c.dilecti. Ibiq; not.de iudi. Inde fit, ut ad actionem pariendam pactum nudum canonum iure proſit. c.3.& c.qualiter.de pactis.l. quia, non niſi ad conſenſum promittētis, qui a natura eſt, canones reſpiciunt, ut legere apud pu[illegible]iores eſt in rub.ff de uerb.obli.

Apparet ex his uitijs aut nullitatibus, quas uocant, undiq; alienationem controuerſam ſcatere. Atq; ideo poſſeſſionē bonorū reſtituendam, ſic quō confirmatum ſuperius eſt. nu.214.& pluri-
286 bus ſeq. Non ſolū autem bonorum, ſed & fructuū fieri † reſtitutionem oportet, ut in ſpecie contractus id genus de bonis minorum Dec.ſcribit in conſi.556.nu.6.in fi. Tex. huc ultra eum, accedit in l.2.C.ſi quis ignorans rem minor. Idē in bonis eccleſiæ rite minus alienatis Dec. [illegible]dem ſcribit in conſil. 74. [illegible] fi. Atque ubi pecuniæ quicquam debitū aduerſario appareat. [illegible] eſt ſi in cauſas quas initio neceſſarias erogatū edoceat, diminutiuuē id ex fructibus accipere Pariſ.ſcribit in conſi.100.nu.33.li.3. Inde depoſiti etiam fœcunditas largitasve iuuatur. cum ſorti aut capiti ipſi cedere fructus oporteat. Immo amplius in fructibus non paulo, q̄ in capite eſſe, planum liquidatione fiet. Et quamuis ad fructus
287 quærendos † prodeſſe error iuris dicatur.l.ſed & ſi l.§.ſciue.ff.de pet.hær. Attamen probationem erroris in maſculo maiore expoſtulat, ut Bar.ibi ducet. Idem gloſ.[illegible] it in l.de fructibus.ff.de dona.inter uir.& uxor.& in l.quod uxor.ff.de acq.poſ.Ale.in conſil. 73.nu.[illegible]1.2.& in conſi.121.ante fi.li.4.

Hoc amplius erroris huius probationem inutilē prorſus exiſtimo. Namq; idcirco fructuum ex eo impediri [illegible]ocrū non ſolere doct.aiunt, quòd etſi bona in eo fides non ſit, qui iuris errore ducitur, mala ab eo tamen fides abeſt. Ad quam excludendā [illegible]uta ēt iuriſta, qualis error iuris eſt, ualet gl.2.in l.plagij.C.ad [illegible]auiam de plagiar.Alex.in conſi 92.col.2.li.3.Et alia complura. Sc[illegible].n. fidem hi[illegible] malam, dolumq. aduerſarij ex obreptione [illegible]u liquere, declaratū ſup[illegible]us dilucide habcuius.nu.182 uer. ſed.n.hīc igi-
288 tur † mala interueniente, fructus omnes reſtituēdos non modo percepto[illegible], ſed & qui percipi potuerint, nō dubitatur.l.domum. C.de rei uend. Et in ſpecie titu[illegible] inutilis, excuſationi poſſeſſori malæ fidei non eſt, quominus fructus percipiendos reſtituat, Fulgo.ſcribit in c[illegible]nſi.136.quia ex facto.col.2.poſt med.in 2.dubio. Et in conſi.190.initio.col.fin.in 2.dub.per tex.in l.ſed & partus in prin.l.quod met.cau.& in l.3.C.de fi.inſtr.& iure haſtæ fiſcal.lib. 10.Ibiq; Fulg.hoc ampliat, quamuis res diſtracta a fidei malæ poſſeſſore ſit. Iuramentoq; in item locum aduerſus eum eſſe. Cum ampliatione hac, vt fructus percipiendos re & alienata, fidei malæ poſſeſſor reſtituat. Caſtren.etiā facit in conſi.66.in cauſa, quæ vertitur coram domino vicario domini Epiſcopi Feltrenſis. col 2.circa med.ver.ex quibus etiam patet lib.2.

Quinetiam vbi fructuum percipiēdorum ob titulum excuſari fidei malæ poſſeſſor poſſit, cōtra pupillum tamen aut minorē id nō obtinere, ex gl.oſtendit in l.patri.ver.itē ex diuerſo.in verſ.cū fructibus.ff.de min. Quam vti ſing.Rom.habet ſing.528. Tu habes tex.in l.ſi fundum & in conſi.454.in re præſenti.nu.28.verſi. cæterum dico.Cremenſ.ſing.134.Qui in minore loquitur.

Diſſolutio ex prædictis ſponte ſua quæſtionis ſeu exceptionis emanat, quæ in vectigali ſeu laudimijs, quæ vocāt, contractus incurrit. Quibus reſtituendis actorem adſtrictum reus putat. Quō
289 † acceſſoria hæc refundere actor debebit, qui feudū ſuū te[illegible]e te, vitioſeq; emptum citra pretij vllius reſtitutionē recte vendicat. An non pluſquam abſurda res fuerit, acceſſoria ab eo deberi, qui capiti aut ſorti ipſi inferendæ non tenetur. Vnde qui obligationi principali eximitur, ab acceſſionibus ēt liberatus creditur gl.in c.accuſatus.in ver.iudicari.de hære.li.6.Bar in l.Aurelius.§. Gaius circa fi.ff.de libe.leg.Pau.de Ca.in l.ſi de certi.in princ.C. de tranſac.Iaſ.in l.fi.in fi.ff.de eo, quod certo loco. Qua ratione in acceſſorio intelligi delictum non poteſt, quod in principali non ſit.l.ſi mulier.§.3.ff.rerum amo.l.ſi is qui.§.ſi tu Titiū. Ibiq; Ang. ff.de furt.Bar.in conſi.199.Tudertinus.in prin.Bald.in conſi.497. de acceſſorio li.[illegible]in conſil.410.in cauſa & quæſtione Antonij.nu. 4.[illegible] ca fi.l.[illegible] Alex.in conſi.15.nu.15.li.3. Eodem Bal.ſpectat in cōſi.9.in fin & in conſi.16.in fi.li.3. Acceſſoriæ eum non teneri, qui principaliter non obligatur.
290 Secundò ſecum pugnare aduerſarius † videtur. Qui ob cauſas neceſſarias feudum ali[illegible]natum ait, & laudimium repetit. Namq; ſi neceſſaria alienatio fuit, ergo debitum laudimium non erat, atque ideo indebite id præſtitum ab eo eſt Bar. in l.& ideo per illū tex.ff.de condi.furti.Iaſ.in l.fi.col.12.q.7.C.de iure emphy.Boer. in conſue.Bituri.in tit.de feudo.§.7.col.3.in fi.fol.68.Brun.in cōſil.44.nu.11.

Tertiò extra controuerſiā omnino res ponitur, vitijs tā multis contractu infecto. Iuris quippe exploratiſſimi eſt, ob co[illegible]it[illegible]ctū
291 † nullum vectigal vllum non deberi.l.2.Ibiq; Bal.C.de eu[illegible]ch. l.ea quidem in fi.C.ſi mancip.ita fuerit a iena. Quem text. [illegible] ſententiam hanc Bar.nominat in l.fi.§.fi.nu.3.C.com. de lega. Et eadem l.§.ſed quia noſtra.circa fi.Iaſ.idem ſcribit. Et idem Iaſ.in l. ſi creditori in 7.not.ff.de leg.3.in l.3.§.Nerua.nu.7.ve[illegible]. hinc eſt q̄ talis gabella.ff.de acq.poſ.& in l.non dubium.in 5 not.C de l[illegible]gibus.Rom.huc accedit in conſi.78.licet.Ibiq; Rom.hoc ampliat, etiam cum viribus maximis contractus conſiſt[illegible]t, verum partis voluntate reſcinditur. Cum qua ampliatione Boeri.facit.q.182.nu. 39.in conſi.3.circa fi. in cōſuetu.Bituri.de feudo.§.18.[illegible]ol.2.[illegible] fi 1. fol.73. ex venditione ſub pacto de reuendendo laudimium non deberi Et quamuis in reſciſſione, quæ partium voluntate fit, controuerſiam res patiatur. Attamen vbi firmitatem contractus non habet, vel per legem reſcinditur ab omni rem vacuam ambiguitate arbitror.

Secundum quæ, temeritati & culpæ ſuæ laudimij ſolutionem aduerſarius referat reg.damnum.li.6. Iniquiſſimum plane fieret, ſtultitiā ſuam ad alienam iacturam recide[illegible]e.l.nam iniquiſſimū. ff.de iur.& fac.ign.cum alijs ſupra relatis.nu. 7.91.& num.266

Poſtquam hæc non fœliciter ſatis rē cedere aduerſarijs [illegible]luit, remedio alio, quod præſentaneū arbitrantur, morbo eorum auxilium afferendū, capitiſq; dolores ſedandos ceoſ[illegible]ū. Id eſt vt hæreditarium ſimpliciter & abſolute, Noni feudū dicerent, q̄ quam confeſſus l.& precibus principi oblatis, & inſtrumento ipſo al[illegible]nationis eſt. Idq; per inueſtiturā quandā ſub anno 1291.& die 28.Ianuarij [illegible]a Magnifici Valfredu[illegible] & Bonifacius a Piozaſcho [illegible]nueſtiti fuerunt de caſtro Noni, tam pro ſe quam pro eorum & cuiuſlibet eorum hæredibus m[illegible]ulis & fœminis in nobile, rectum & tāquam in antiquum feudum & paternum, ita & taliter, q̄ p̄dicti domini Valfredus & Bonifacius per ſe & hæredes ſuos & quemlibet eorundem, & vtriuſq; ſexus, d[illegible]ū feudū tanquām noniter acquiſitum, & tanquām nobile, & antiquum, atq; pat[illegible]num poſſideant, ſibiq; inuicem ſu[illegible]cedant & ſub defenſione domini comitis ſupradicti. Et de eo faciant, quicquid facere voluerint, Iure ipſius feudi prædicti tn̄ ſaluo dicto domino comiti & e[illegible]u[illegible] hæredibus quātum ad directum dominiū dicti caſtri & villæ, cum omnibus ſupradictis. De qua inueſtitura Ioānes Ver[illegible]
292 rogatus a Nono dicitur. Per clauſulam enim, & faciant † quicquid

quid facere voluerint, dubitandũ non videtur facultatem alienã
di permitti.c.j.de feudo nõ hab.propriam natu. feu.Alex.in con
ſi.189.nu.8.l a.cum alijs apud nos aggregatis in conſi.84.nu.10.
Et æque ad voluntatem vltimam atq; inter viuos clauſulam illã
trahi Bal.ibi no.circa prin.in ver.dederit.Aſſlic.nu.2.Bal.in conſ.
70.punctus teſtator.nu.4.li.2 Alex.in d.conſi.189.nu.8.li. .Curt.
Sen.in conſi.49.nu.72.in fi.Brun.in conſi.38.nu.3.in conſi.ſeq.nu.
6.poſt med.Cur.Iun.in conſi.4.nu.j.in fi.

Neq; inueſtituræ magni poſteriores faciendæ, Quibus de feu-
do recto,antiquo,auito,&c.mentio fit. Quoniam inueſtituræ pri
mæ omnium ſtandum,vulgo traditur.c.j.de vaſal. decre.æta.c.j.
an agna.vel fil.c.j.de eo qui finem fecit agna.Bald.in conſil.215.
proponitur,ꝙ inueſtituræ.li.2.Rom.in conſi.j.circa fin.Et id ge-
nus innumera.

Sed.n.flocci inueſtituram hanc faci ndã multifariam oſtendi
293 tur.Et primũ quidem † monendi ſumus, domino inconſulto.im
pune feudum non alienari.Toto tit.de prohi.alien.feu.per Fede.
& de prohi.ali.feudi per Lothar.c.quæ in eccleſiarum.de conſti.
Idque ad cauſam etiam neceſſariam primave ſpectare,declara
tum ſuperius eſt.nu.30.locupletius.nu.69. Sed nec hypotheca in
feudo conſtitui domini iniuſſu poteſt.c.j.in prin. Ibiq; gl.& doc.
de prohi.ali.feu.per Fed.Alex.in conſi.2.col.j.& ſeq. & in conſil.
124.nu.8.li.4.Are.in conſi.14.nu.5.Soc.in conſi.19.nu.12.li.j.Iaſ.
in l.fi.col.24.nu.78.verſ.ſubdit etiam Sal.C.de iure emphy.in §.
item Seruiana.nu.114.Inſti.de act.& in conſi.123.col.pen.in fi.lib.
4.deciſio Neapoli.26.in prin. Quod & in hypotheca tacita ſeu a
lege introducta obtinet. Vnde ob dotem reſtituendam tacite obli
gatum feudum non cenſetur, quod expreſſim obligari pro dote
nequit.Soc.in d.conſil.19 num.12.lib.j.Crot.in l.ſi conſtante.nu.
92.& ſeq in j.lect.ff.ſolu.mat.& in altera lectu. nu.136.ob dotem
reſtituendam permiſſam hypothecam non intelligi.Pariſi.etiam
294 [illegible] in conſi.18.in princ.li.j. Inde fit,vt hypotheca † bonorum
generalis ad feudum non trahatur, ne id in genere velle quiſpiã
cenſeatur, quod prohibitum in ſpecie eſt.ca.j.§.in generali.ſi de
feudo fuerit conten. inter domi. & agna. doct.in locis ante rela-
ti. Pariſ.in conſi.7.nu.3.in conſil.12.num.56.li.j.Quòd ſi contra
quam ius prohibet,facta alienatio ſit,ad dominum,ut plerique pu
tant,ſeu ad agnatos frequentiori docto.numero feudum recidit,
eoq; alienator caret.Bal.in d.conſi.215.ante fi.ver.iterum dubita
tur ſi pater.li.2.Iſer.in c.j.§ ſi vaſallus culpam circa prin.verſi.&
nota ꝙ dicit culpam.ſi de feudo defuncti mili.côten.ſit inter do-
mi.& agna.in c.j.ver.& ſi libellus.nume.7.ver.ſi vero ea pacto &
prouidentia de aliena.feudi pater.Alex.in conſi.30.num.15.lib.j.
quod repetitum eſt in conſi.2.li.5.Et alia infinita.Hoc amplius ſi
295 domini † permiſſum feudum alienatur agnatis tamen noxia a-
lienatio non eſt, quominus alienatore ſublato, ad feudum aſpi-
rent.c.j.de alie.feu.pater.Bal.in c.j.§.hoc quoq; nu.16.ver.6.con
cluſiu.de ſucc. feu.in conſil.303. quidam nobilis circa prin.li.3.
Aluaro.in c.j.§.denique.nu.19.ver.vigeſima ſecunda concluſ.quæ
fuit prima cau.benefi.amitten.Alexã.in conſil.106.viſo themate
circa fi.li.4 & in conſi.15.col.fi.li.5.Dec.in conſi.193.col.2.circa
prin. [illegible] conſil.269.col.2.in conſi.390.col.3. in prin.& in conſil.
391.col.

His prænarratis, obſeruandum niſi reſpectu domini dire-
cti poteſtatem hanc feudi pro arbitrio diſponẽdi conceſſam nõ
intelligi,hoc eſt ut quod ad dominum ipſum attinet,quicquid lu
bitum erit, domino ipſo inconſulto, de feudo inueſtiti faciant.
Idque ex verbis non obſcuris & mente inueſtituræ apparet Per
quam quod ad eos ſpectat,ad quos uenturum [illegible] eſſet, initio
ipſo & in verbis expreſſum diſpoſitiuis eſt. Hoc ipſo.n.ꝙ in feu-
dum rectum,auitum & antiquũ facta conceſſio eſt,niſi ad agna
tos maſculos non defertur.c.j.§.hoc autem notandum, qui feu.
dare po.cum tal bus [illegible] eccentis.De quo plenius infra. nume.334.
296 Et [illegible] fœminæ in uerbis hi[illegible], adiectũ nomina-
[illegible] fœm[illegible] ſt.Quæ tamen admiſſæ non niſi ordine ſuc[illegible]ſ-
ſiu[illegible] maſcul defunt.ca.j.§.quin etiam epiſco.
uel A[illegible]a.c.j §.h.de ſucceſ.feu.c[illegible] fi.[illegible] de eo qui ſibi uel hæ
redi [illegible] cum de regula ip[illegible] feudi, qua niſi ag[illegible] maſculi
[illegible] non ſuccede[illegible], tac[illegible] in [illegible] gratiam fœminarum facta ſo-
lum[illegible] do ſit confirmata quantum ad alios intell[illegible]tur [illegible]
in [illegible] non [illegible] l.na[illegible] nd [illegible] uide in fin.ff.de
[illegible] ſitum.§.[illegible] m reſpondit. ff.de fundo [illegible] ſtru l.j.ff.
d[illegible] l. [illegible] .C.de dona. [illegible] quoniam.Ib q; [illegible] .de coniu-
[illegible] pro [illegible] Ibiq; gl.nota 3 q.7. Itaque [illegible] m initio ip-
[illegible] nu[illegible]æ, atque in uerbis eius diſpoſitiuis actum expreſſim

ſit,vt rectum,antiquumve feudum ſit, & niſi ad fœminas maſcu
lis deficientibus,non veniat,neceſſario dicendum habemus,ſi ve
ræ nobis iſtæq; interpretationes arrident, clauſulam circa ex-
tum & executoria ſubiectam,& faciant quicquid velint, ad do-
minum ipſum directum reſtringendam, vt quod ad eũ ſpectat
eo ïnuocato, atque inconſulto pro arbitrio diſponere feudum li
ceat.Cæterum quod ad agnatos ipſos ſpectat,diſpoſitioni [illegible] ta
ctæ ſtandum.hoc eſt vt rectum feudum, auitum & antiquum ſit.
Atque ideo in perniciem diſtrahi agnatorum nequeat.

Secundò in ſpecie de modo prouiſum ſuccedendi eſt. vt pro
feudi recti,auiti & antiqui natura ſucceſſio fiat.vt ab[illegible] i alter in-
teſtatus ſuccedat, vt fœminæ etiam ordine ſucceſſorio inuit[illegible]
297 ob id verba † ſequentia, & faciant quicquid velint, produci ad
id non debent in quo expreſſio & prouiſio facta ſpecial[illegible] eſt.l.
cum in teſtamento.§.fi.ff.de hær.inſti.l.cohæredi. §.qui pat[illegible] em.
Ibique Imol.& Alex.ff. de vulg.l.quod in rerum. §.ſi [illegible] po[illegible] in
fi.ff.de lega.[illegible] vxorem.§.fœliciſſimo.l.qui vxori.§.qui [illegible] at.
ff.de leg.3.l.Stichus nutricis.& l.alimenta. §.baſilicæ.ff.[illegible]
leg.l.doli clauſula & l.ſtipulatione commodiſſimum. ff.de ver.
obli.l.cum quæſtio.C.de leg.Bal.in l.j.C.de leg.n.hæredit.Capra
in conſi.154.nu.11.Alex.in conſi.48.nu.[illegible].li.j.Soc.Iun.[illegible] conſ.98.
nu.31.l[illegible] j.& alia non pauca.Quod cũ ita ſit,clauſula [illegible]la ſe[illegible] uena
ad perſonam reſtringi domini directi debebit, vt cõſ[illegible]um eius
exquiri in feudo diſponendo non oporteat,verum iniuſſu eius di
ſponi pro arbitrio poſſit. Cæterum ad ſucceſſores feudi c[illegible] clauſulã
porrigi ipſam non conuenit. Vtpote de quibus in ino ipſo cautũ
atq; expreſſum in ſpecie eſt.Quocirca ſenſus clauſulæ huius erit,
vt ob alienationem feudi domino ignorante & eo cl[illegible]m factam,
feudo alienator non careat, neq; ad agnatos alios pœnæ nomine
deuoluatur.Cæterum quod aliunde ius, quàm ex cauſa alienatio
nis agnatis competit, læſum id ob clauſulam ipſam nõ creditur.
Rurſus id clauſula ipſa efficit, vt ſatis ſit de feudo alienando in-
ter agnatos ipſos conuenire,quorum intereſt,quamuis cõſenſus
domini non interueniat.Quo cont[illegible]mptu,ad dominum rediturũ
fuerat,cum ab omnibus peccatum [illegible]gnans ſit.

Tertio cum expreſſio de feudi ingenio,aut natura facta in ſu-
perioribus ſit,vt rectum id, auitũ & antiquum cenſeatur, & niſi
fœminæ non admi[illegible]ntur,cu[illegible] maſculi non ſuperant,clauſulam
298 [illegible] ſequentem,& faciant quicquid velint,ſecundum ſuperiora re
ſtringi conuenit. N[illegible]uentibus priora reſtringi, nouum
non eſt. [illegible]hæ[illegible] actio.Ib[illegible] glo.[illegible] Bar.ff.de calumnia. l ſi cum fun-
dum.ff.de v[illegible]b.ſi[illegible] in conſi.41.col.j.Bar.[illegible] conſil. 161.propo
nitur,ꝙ ſ[illegible]ndicus.num.3.Imola in conſil.85.in princ & in conſi.
243.A[illegible].379.dubietas.col.j.poſt med. verſ.nec obſtat,
q; vide[illegible]tur corrigere.Pau.de Caſt.in conſ.417.ꝙ dicti redditus.
col.[illegible] in fi.[illegible]b j.Soc.in conſi. 93.col.j.in fi.li.j.Idque locum verba
etiam vul[illegible]rando,obtinere,Soc.ſcribit in l.j.in fin.primi nota.ff.
de rebus dub.ea Abb.in c.quintauallis.de iureiuran. Si a ſequen-
tibus ant[illegible]ra reſtringuntur, ratio validior facit, vt ex diuerſo
299 † per ſuperiora ſequentia reſtringantur. Siquidem poſteriori-
bus m[illegible]gis anteriora,quàm econtrario influunt,glo[illegible].& Bart. in l.
quiſquis.ff.d[illegible] lega.3.Bar.in l.Auia ff.de cond.& demon. Bal.[illegible] l.
quotiens.2.[illegible] fi.C.de fideicom.Rom. ſingu.665.Matheſila.nota.
151.nota ſingulare dictum Corn.i[illegible] conſi.242.col.3.in fi.li.4.Iaſ.
in conſi.1[illegible].col[illegible].& in conſi.69.col.2.lib.3. Conſequenter his di-
cendum,clau[illegible]lam [illegible]quentem,& faciant quicquid velint,ad ſu-
peri[illegible]r[illegible] reſtringendam,ne feudi naturæ immutatio fiat, quomi-
nu[illegible]ctum,a[illegible]m &[illegible] ſit.Atque id[illegible] niſi ad conſenſum domi-
ni rem[illegible]ndum clauſ[illegible]lam ſequentem refere[illegible]d[illegible]m non eſſe &
faciant quicquid vel[illegible]nt.
300 [illegible]rto in ſpe[illegible]e ſequentium, vt [illegible]ecundum præcede[illegible]ia re-
ſtrin[illegible]antur,ex tex.id iuuatur in l.nam & poſteri[illegible]te[illegible]. I[illegible] q Bart.
in c[illegible]u[illegible]tto.ff.de ll.in l.verum.[illegible]bique Bart.& An[illegible]e.ff.d[illegible] pet[illegible]o.
hær[illegible]d[illegible] fina.§.cui dulcia.ff.de tri.vino,[illegible]leoque[illegible]a.Tradit
Rim[illegible]n[illegible]nſi.203.num.10.lib.2.Gozad in conſi[illegible].nume[illegible].vbi
[illegible]ca &[illegible]lios Goz[illegible].confert. Et in ver[illegible] vniuerſa ibi[illegible] ſe[illegible]u[illegible]dum
præ[illegible]ia reſtringi ea debere,Cuma.ſcribit in conſi. 148.vene
rab[illegible] primo du[illegible]10.G[illegible]min[illegible] in conſi 77.num.4.Hic qu[illegible] ob-
ſeruandu[illegible] r[illegible]tione fo[illegible]orc[illegible]g.hoc[illegible]rgere.Principio,cum text.
citatur in d.[illegible].fi.§.cu[illegible] du[illegible] 12.[illegible] [illegible]cundum p[illegible]dent a reſtri-
cto ſit,qu[illegible]mn[illegible] corre[illegible]io vl[illegible]a voluntatis non interueniat.[illegible]uid
hic dicendum vbi citra mutationem voluntatis, circa feudum
rectum,auitum & antiquum, facultas permitti alienandi nõ po-
teſt Secun[illegible] cum text.nominatur in d[illegible]nam & poſteriores.Ibi-
que Bar.ff.de ll.Ibi enim in diuerſis ſcripturis, quæ poſterior eſt,
ſecun-

ſecundum priorem declaratur & reſtringitur. Quanto magis ius
idem probandum in ſcriptura eadem erit, ne ex continenti ſeip-
ſum corrigere quis cenſeatur. l. nam ad ea. ff. de condi. & demon.
Quintò ſi generaliter clauſulam intelligimus, & faciant quic-
quid velint, contradictio euidens, inter ſuperiora & ſequẽtia in-
curri, vt rectũ feudum, auitum & antiquum ſit, quod alienari in
301 extraneos nõ poteſt, & ꝙ alienabile ſit. Sed. n. iuris † incerti non
eſt, reſtrictionẽ admittendam, ne contrarietas interueniat. Bar. &
alij in l. fi. §. idem quæſijt. nu. 3. ff. de condi. indebi. & apud nos in
conſi. 70. nu. 25. Quin etiã verba vniuerſalia reſtringenda, ne cor
rectio aut contrarietas inducatur, tex. probat in l. fi. in ver. omnes
effectus. iuncta gl. C. de dona. cauſa mortis. Inſti. de dona. in prin.
Iuncta gl. tex. huc pertinet in l. inter omnes cum gl. ff. qui ſat. co-
gan. Idq; & in verbis vniuerſalibus recipi negatiuis ſolet. l. j. §. de-
niq; iuncta l. prohibere. §. ſed ſi permiſerit & §. fi. l. ſi alius. §. bel-
liſsime & §. ſeq. & l. ſemper. §. hoc interdictũ. ff. quod vi aut clã.
In d. l. j. §. deniq; negatiua vniuerſali tex. vtitur, exceptionem nul
lam contra eum obijci, qui interdicto illo vtitur quod vi aut clã.
At. n. in ll. alijs exceptiones permittũtur, quæ expreſſæ in eis ſunt.
Ita per negatiuam vniuerſalem derogatum exceptionibus non
creditur, quæ ſub titulo comprehenſæ eodem ſunt. ne correctio
aut contrarietas in ll. tituli eiuſdem inducatur quamuis diuerſæ
aut ſeparatæ ſint, ob id reſtrictionem verba vniuerſalia negatiua,
contrarietatis aut correctionis excludendę cauſa, admittũt. Idq;
& Bar. no. in d. l. j. §. & parui. nu. 2. & nume. 5. ff. quod vi aut clam.
Quem Alex. ſequitur in conſi. 77. viſis dubitationibus. nu. 13. ver.
poſtremo non obſtat prouiſio. li. 3. cum alijs apud Deci. aſcriptis
in c. ex parte 2. nu. 5. ver. tertio fallit. de offi. dele. in conſi. 44. nu. 1.
in fi. Et in locis alibi non paucis. Quod argumentum ratione va-
lidiore ad ſpeciem controuerſam accommodatur, tripliciter ra-
302 tionem validiorem obſeruando. Primum, ꝙ facilius † generalis
ſermo, quàm vniuerſalis reſtrictionem ſuſtinet. Are. in l. j. col. 4. an
te med. ver. præterea hoc non eſt neceſſe dicere. ff. de leg. j. ex not.
per Bar. in l. ſi pluribus. ff. de lega. 2.
Secundò, quia fortiora verba vniuerſalia negatiua, quàm affir
matiua ſunt glo. in l. hoc genus. ff. de condit. & demonſt. Oldr. in
conſil. 16. Ray. a Forli. inter conſi. Signoroli in conſil 68. nume. 7.
Deci. in conſi. 3. num. 4. in conſi. 364. col. fi. circa med. in cõſi. 490.
num. 6. Text. huc accedit in l. ſi ſic ſtipulatus, Ibique Iaſ. ff. de ver
bo. oblig.
Tertio. ꝙ in ll. diuerſis & ſeparatis reſtrictio hæc verborũ vni-
uerſalium negatiuorum hæc admittitur. Itaq; ſi in verbis vniuer
ſalibus negatiuis & in ll. diuerſis & tempore diuerſo editis ob cõ
tradictionem aut correctionem amouendam reſtrictionem ad-
mittimus, Quanto magis locus reſtrictioni eſſe in verbis vniuer-
ſalibus affirmatiuis ſcripturæ eiuſdem, debebit, ne repugnantia
aut correctio euidens interueniat.
303 Quartò vis maior rationis † inualeſcit, ſi Bart. obſeruamus in
d. l. fi. §. idem quæſijt. num. 3. ff. de condi. indebi. Ibi. n. clauſulam
illam, ſciens ſe ad infraſcripta non teneri, reſtringendam putat,
ne ad verba illa referatur, quæ patri ſuo Meuius credidit, ne con-
trarietas interueniat, quamuis verba alia non ſubſint, ad quæ ſie
ri relatio poſſit. Quanto magis reſtrictio admittẽda hic erit, vbi
verba non deſunt, ad quæ citra repugnãtiam referri clauſula poſ
ſit, & faciant quicquid velint, id eſt ad conſenſum domini, vt eo
non requiſito, pro arbitrio faciant. dum habilia tamen aliunde
interueniant.
304 Quintò ex Alexan. reſponſio hæc contrarietatis † vitandæ iu-
uatur in conſil. 70. libr. 6. Ibi. n. Blaſius quidam a Berouitijs cor-
pus quoddam prædij in ſolutum Bartholomæo & Antonio de
Coſtolis pro dote & libris centum ea lege dederat, ut ſi in alium
prædium id intra quinquẽnium trãſlatum, aut per ipſum redem-
ptum Blaſium nõ eſſet, quãti pluris, æſtimatione ab eligendis fa-
cta, ualeret, Blaſio id ipſi reſtitueretur. Deinde læſioni enormi &
enormiſſimę renunciatur. Et ſi pluris prædium ipſum eſſet, re-
miſſio eius facta a Blaſio eſt. Quærebatur, utrum ex remiſſione
id genus pacto derogatum ſuperiori eſſet, quo quãti pluris præ-
dium eſſet, reſtituẽdum Blaſio erat. mouebat; quòd loco ultimo
facta remiſſio quãti pluris prædium eſſet, a Blaſio fuerat, & læſio
ni enormiſſimæ renũciatum, iuxta l. pacta nouiſſima. C. de pact.
Reſpõſum ab Alexã. eſt, pacto derogatum non intelligi. Id quia
cõtrarietas aut correctio per derogationem inducitur. Sed enim
305 † ita interpretari ſcripturã cõuenit, ne cõtrarietas interueniat,
ubicũque excluſio fieri eius diſtinguẽdo, aut diuidẽdo poteſt. l.
item uidẽdum in prin. & l. illud. ff. de petit. hæredi. §. quibus in j.
conſtitu. C. l. vni. C. de inoffic. dot. & alia apud eum relata. Quod
Ale. dictum ex his roboratur, quæ ſcripta apud nos ſunt in conſi.
70. nu. 15. & ſeq. & in cõſil. 144. nume. 14 diſpoſitioni ſpeciali per
generalem derogatum nunquàm intelligi, quotiens vtraq; ſimul
cohærere aut caſu aliquo procedere citra derogationem poteſt,
Sed. n. clauſula hæc, & faciant quicquid velint, intelligi & proce-
dere caſu omni citra derogationem feudi recti, auiti & antiqui
poteſt, vt quotieſcunq; alienatio eius fiat, impune id facere quan
tum ad dominum directum liceat. ob id ad naturam feudi recti,
auiti & antiqui oſtendẽdam trahi clauſulam hãc ſequentẽ quõ de
cet, & faciãt quicquid velint. Appoſitè huc Abb. accedit in conſi.
4. nume. 7. verſi. nec obſtat ſi dicatur. libr. 2. per ea, quæ ſcripta in
codicillis ſunt, receſſum ab his nõ credi, quæ expreſſa in teſtamẽ
to apparẽt per l. cum qui mutatam. ff. de proba. ſequitur Deci. in
conſil. 190. num. 8. verſicu. quinto ꝙ teſtator. In eãdem ſentẽtiam
Alex. ſcribit in conſi. 122. num. 2. lib. 2. actui præcedẽti nec per a-
ctum derogari, qui poſt interuallum ſequitur per l. ſi binarum. ff.
de ſerui. vrba. præd. & l. ſi tibi liberum. ſecũdum vnum ſenſum. ff.
de act. empt. Quid in eadem hic ſcriptura & ex cõtinenti dicen-
306 dum. d. l. nam ad ea. ff. de cõdi. & dem. Alienum ab his nõ eſt,
quod ſcriptum apud nos legitur in conſi. 26. nu. 7. & in cõſil. 167.
num. 4. præcedẽtibus cõuentionibus per ſequẽtes derogatum nõ
aliter intelligi, niſi ſi neceſſitas cogit, ſeu niſi ſi neceſſaria deroga
tio ſit. Enimuero nulla derogandi neceſſitas, quominus rectum,
auitum & antiquum feudum ſit. & impune tamẽ quoad iacturã
ſine cõſenſu domini, alienatio eius fiat, ita vt niſi neceſſitatem cõ
307 ſenſus ſui remittere dominus nõ cogitet. Non inepte † huc Dec.
applicatur in cõſil. 195. col. 2. circa med. & col. ſeq. priori cõuen-
tioni per poſteriorem, nec ſi in verba cõcepta vniuerſalia ſit, de-
rogari, dum ad cõcordiam modo reduci vtraq; poſſit. Idq; & a
nobis cõfirmatur in d. cõſ. 70. & in d. conſi. 144 Sed. n. concordiæ
hic locus haud dubie eſt, vt rectum feudum ſit. Cæterum vbi vo-
lũtate agnatorum alienatio eius ſit, domino etiam inuocato, id
fiat. Rurſus ob id feudi iactura alienator nõ afficiatur, vt ad agna
tos trãsferatur, quod domini iniuſſu facta alienatio dicat. Quid
enim ſi feudum alienator redimat. Aeque vbi agnatis omnibus
cõſentientibus domino imprudente, feudum alienatur, rediturũ
id ob pactum id genus ad dominum non erit. qui illud ablaturus
pacto remoto, fuerat.
308 Septimò proprius ſpeciem † hanc, ex Bald. argumentum hoc
confirmatur, quod a contrarietate uitanda deducitur, in conſil.
465. hæredi. num. 5. lib. 5. Ibi. n. in ſpecie clauſulæ cõtrouerſæ lo-
quitur. i. in cõceſſione rei ad emphyteoſim patri & filio a prælа-
to ita facta, ut præmorientis portio ad ſuperſtitem perueniat, ad
habẽdum tenẽdum & poſſidẽdum. Et quicquid ipſis patri & fi-
lio ac deſcẽdentibus eorum placuerit, faciẽdum. Deinde, aliena-
tio rei facta a patre eſt, eaq; a domino cõprobata. Quærebatur,
recte necne patre ſublato, per filium res auocaretur. clauſula illa
mouebat, & quicquid placuerit faciẽdum per quam alienãdi fa
cultas competit. Lis illa Baldo definiẽda commiſſa. Qui pro filio
ſentẽtiam dixit, recte emphyteoſim alienatam uẽdicari. Idq; ex
lege in cõceſſione adiecta, ut præmorientis portio ad ſuperſtitem
ambularet. neq; clauſulã obſtare, & quicquid placuerit faciẽdũ.
Quoniam reſtringẽdam eam Bal. ait, ſaluis pactis & natura con-
tractus, ne cõtrarietas incurrat. Quæ Bal. ſententia mirum ni con-
trouerſiã dirimat, & iugulũ eius petat. ut ſaluis ſuperioribus clau
ſula intelligatur, & faciãt quicquid uelint quod uidelicet ad do-
minum directum pertinet. dum feudum tamẽ rectum, auitum &
antiquum in alijs maneat, ſic quomodo, ut tale id eſſet, dictũ an-
te nominatim eſt. eo uidelicet excepto, ut maſculis nõ interuenẽ
tibus, ad fœminas ambularet, non etiam finem acciperet.
Si dixeris, caſu diuerſo Bal. loqui, hoc eſt cum actum eſt, ut al-
tero præmoriente, ad ſuperſtitem emphyteoſis perueniret. Re-
ſpondetur, expreſſum & hic eſſe, ut inueſtitis ſublatis, ad eos feu
dum ueniret, qui ad illud inuitati per feudum rectum, antiquum
& auitum ſunt, hoc eſt ad deſcẽdẽtes, ut infra teſtatũ d. lucide ha
bemus nu. 334. Hoc ipſo. n. ꝙ rectum, auitum, antiquum & ſecũ-
dum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium, feudum eſſe
partibus placuit, utique & illud expreſſum intelligitur, ut niſi ad
eos feudum nõ tranſeat, quos feudi ipſius recti, auiti, & antiqui
natura & bonæ patriæ Pedemontium conſuetudines ad ſucceſ-
ſionem eius uocãt. Expreſſum quippe id habetur, quicquid uer-
borum natura fert, & ſub uerbis cõprehendi expreſſis poteſt. ut
perinde res habeatur, atque ſi expreſſum ſit, ut niſi ſecundum na
turam feudi recti, auiti, & antiqui, & ſecundum bonas conſuetu-
dines

dines patriæ Pedemõtium ſuccesſio eius nõ fiat. Quocirca nõ tacite, at expresſim ad feudum agnati inuitati, & ab eo excluſi extranei intelligũtur, vt Bar. docet in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. nu. j. in fi. ff. de leg. j. & in l. vxorem. §. agri plagam. nu. 2. ff. de lega. 3. vbi expresſim id, nõ tacite legatum putat, quod ex natura verborum deſcẽdit. Sequitur Iaſ. in l. j. nu. 72. ver. cõfirmo per doctrinã. ff. de leg. 1. Idem ex tex. probatur in l. prætor. §. j. iuncta glo. in ver. expreſſum. ff. de oper. noui nunci. Quem text. in ſententiam hanc Cur. Sen. nominat in conſi. 49. memoriæ. num. 45. & nu. 65. in fin. Eodem Ancha. ſpectat in conſi. 393. Viſa diligenter gratia. col. 1. circa medi. Expreſſum dici, quod tacite ex natura diſpoſitionis comprehenditur. ex Barto. in l. j. ff. de vulg. Inde Anchar. ſubijcit, quotiens expresſionem in perſonis, aut rebus lex expoſtulat, ſatis eſſe, ſi ex natura vel iure ipſo communi expresſio fit. Quid hic dicendum, vbi non modo natura ipſa feudi in genere, iusq; ipſum commune feudorum, ſed & ipſa verborum natura & ſignificatio, rectum, auitum, antiquum, & ſecũdum bonas conſuetudines patriæ Pedemõtium, niſi deſcẽdentes nõ vocãt. In eandẽ ſententiam Rom. ſcribit in conſi. 271. vis tota circa fi. Expreſſum intelligi, quod tacite in oratione cõcluditur, per text. in d. l. prætor. §. j. cum glo. in verſ. expreſſum. Inde etiã fit, vt ſubreptionis reſcriptum nõ accuſetur, in quo expreſſum id nõ eſt, quod ex actus natura colligitur, quamuis verba id nõ denotẽt. veluti cum ordinarij ius in exemptione tacetur. gl. & doc. in c. cum olim el. j. de priuil. Card. in cõſi. 92. nu. 4. Cor. in cõſi. 83. col. pe. li. 4. Dec. in c. fina. nu. 6. in fi. ver. & prædicta concluſio. de confirma. vtili vel inutili. in cõſi. 113. col. 2. poſt med. & in conſi. 224. col. 2. in fin. Caſſador. deciſ. 1. de priuil. char. 240. Quid hic dicendum, vbi præter naturam feudi, verba etiam ipſa & propria eorum ſignificatio, rectũ, auitum, antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium, extraneis reſiſtunt. Et in ſignificatu verbi, expreſſum id vere dici, quod verbi ſignificatus habet, ſcite Ang. ſcribit in conſi. 17. comes Brãdiſius. nu. 6. uerſ. unum autem ſolum. Curt. Sen. in d. conſi. 49. num. 45. uerſ. & per illam clauſulam, & illa uerba. & nu. 65. in fi. Gl. huc accedit in l. precibus. in gloſ. fi. uerſ. item notãt quidam. C. de impuber. Quid hic dicẽdum, ubi uerba tot cõueniunt, quæ ſingula extraneos excludunt. Et quidem quo tanta uerborum adiectio, rectum, auitum, &c. niſi ut effectum, naturamve eorum obſeruamus.

Non alienum ab his eſt, quod uulgo dictitant, expreſſum id intelligi, quod ex narratis ſequitur. neceſſe quippe non eſt, ut qui unum exprimit, omnia enarret, quæ ex eo ſequuntur. c. nam concupiſcentiam. de conſti. c. cum ſuper. de offi. delega. Tradit Fede. de Sen. in cõſ. 158. reuerende pater. In eãdem ſententiam Feder. ãdem ſcribit in cõſ. 299. dominus Peruſij. col. 2. circa med. uno expreſſo, expreſſa omnia intelligi, quæcunq; concluſa ſub eo ſunt, & ab eo pendent. per tex. in l. j. ff. quod met. cau. & in d. c. cum ſuper. Idem ex Bal. declaratur in l. uni. nu. 10. in fi. C. de his, qui ante aper. tab. cum alijs apud nos relatis in cõſ. 149. nu. 11. in conſ. 257. nu. 7. & in tract. de antiq. temp. parte. 1. num. 86. ad Venetam impresſionem. Hoc amplius in ſcriptis eſſe id creditur, quod ex uerbis ſcriptis colligitur, aut ex eis ſequitur. Deci. in cõſil. 68. col. 5. in princ. per text. in l. j. §. ſi autem. & quod ibi Barto. ff. de hæredi. inſti. uſque adeo porro expreſſum id dicitur, quod ex narratis colligitur, ut ad rem non attineat, tertij ius ad eum modum lędi. Quare ubi iuris alieni lædendi facultatem princeps habet, ſatis eſt, de uoluntate principis, ut tertij ius lædat, ex his cõſtare, quæ ex narratis ſequuntur aut colligi poſſunt, ut Pariſ. ſcribit in conſ. j. nu. 72. li. 2. ex Rotello ab eo relato. Idem Galiau. ſentit in l. 1. in prin. nu. 26. ff. de lega. j. ubi expreſſum id in materia etiam ſtricta exiſtimat, quod ab expreſſo ſequit. Quid dicturi hic erimus, ubi nõ modo alienum incommodum non contingit, uerum ſpecies fauorabilis uerſatur: ut quo magis poſſit, incolume feudorum ius maneat.

Apparet ex his, ſatis ſuperq; ad palmarium fundamẽtum hoc ſeruũ eſſe. In quo ex Bal. in ſpecie & nominatim dubitatio omnis reſecatur. Dum accurate & animo ſincero modo Bal. mẽtem uerbaq; ſpectemus. uel ſenſu communi prorſus author deficit.

309 Septimò in argumentis † memoratis de contrarietate excludenda, obſeruãdum id demum a doc. animaduerti, utrum ratione aut modo aliquo excludi cõtrarietas poſſit, ſic quomodo in exemplis uidere ante relatis eſt, & apud nos in d. cõſi. 70. nume. 15. & in d. conſil. 144. nu. 14. Et in ſpecie inueſtituræ Caſti. e. tradit in conſi. 311. circa id, quod primo quæritur. num. 2. libr. 2. Deci. in conſi. 68. poſt prin. in conſi. 195. nume. 3. uer. & in uerbis ſententiæ. Sed n. remoueri contrarietatem hic poſſe, ad conſenſum domini remittendum clauſulam applicando, & faciant aliquid velint, teſtatum ne quidem ſemel habemus. Rurſus obſeruandum, curæ doctoribus in reſtrictione hac ob contrarietatem vitãdam non eſſe, ad ea ne fieri reſtrictio poſſit, de quibus in diſpoſitione apparet, vti exemplis patet ſuperius cõmemoratis, & apud Bart. præſertim in d. l. fi. §. idem quæſijt. nu. 3. Ibiq; alij. ff. de condi. indebi. Quid hic dicendum, vbi expresſim id cõſtat, ad quod fieri aut referri reſtrictio poteſt. Ideſt ad conſenſum domini remittendum. ve ſatis ſuperq; argumentum hoc contradictionis cauendæ ad palmarium ſerendum omnibus ſit, quibuſcunque interpretationes placent, quæ a fonte ipſo naturæ & æquitatis manant, Animi affectibus poſitis.

310 Octauò vſq; adeo interpretatio hæc † legibus & doc. adblanditur, vnde contrarietas aut correctio declinatur, vt tolerabilius ſit, verba offendere, quàm contradictionem interpretãdo admittere. l. vnica. C. de inoffi. dot. c. cum expediat de elect. li. 6. Bart. & alij in l. a. §. creditum. ff. ſi cer. pet. doct. in c. cum tu. de teſtib. Iaſ. in l. j. in prin. num. 6. ff. de oper. noui nuncia. Dec. in conſil. 11. col. 2. in prin. ver. ſic. vnde ſi diceremus. Et in verbis legis tradit Socin. in l. j. num. 6. in fi. ff. de lega. 1. Si offenſiuem contrarietatis declinandæ cauſa, verba legis patiuntur. Quid in verbis inueſtituræ a notario non perinde erudito prolatis. cum proprie nec paulo
311 † magis iuriſconſulti, imperatoresve loquantur. Bar. in l. decem. nu. 6. Ibiq; Imola. nu. 8. ver. quandoq; ſimpliciter. ff. de verb. obl. Imo. in l. Titia. §. pen. co. tit. Io. Hannibal in rub. ff. ſol. mat. nu. 64. nu. 74. nu. 344. in fi. & vberius. nu. 395. Calad. Deciſ. 3. col. 3. in fin. de reſeruatio. fol. 84. In ſententia etiam verba vulneranda, ne cõtradictionem habeat, Geminia. ſcribit in conſi. 122. circa med. In verbis libelli idem Are. ſcribit in conſil. 127. in cauſa dominæ Antoniæ. nu. j. Quid hic dicendum, vbi citra vllam verborum læſionem, ita intelligi clauſula hæc poteſt, & faciãt inueſtiti quicquid velint, domino non præmonito, dum incolume tamen pactum ſuperius maneat, hoc eſt vt rectum, auitum & antiquum feudum perſeueret.

Nonò ſi generaliter clauſulam intelligimus, & faciant quicquid velint, inepta & momenti nullius verba tot fiunt, rectum, auitum, antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium: cum alienabile & hæreditarium feudum ſimpliciter fiat. Ita niſi clauſula ipſa, & faciant quicquid velint, effectum non habebit. Si autem ad modum memoratum, ideſt ad conſenſum domini remittendum, clauſulam ipſam accipimus & reſtringimus, vtilitatem ſuam habiturum vtrunq; erit. Rectum quippe, auitum & antiquũ feudũ, & ſecundum bonas patriæ conſuetudines erit. Atque pro arbitrio id diſponere licebit quod ad dñm attinet, iniuſſu cuius alienari agnatis conſentientibus, poterit. q ſi non cõſentiant, iniuſſu dñi alienari nihilominus poterit. quia feudo alienator cariturus ob id non erit. neq; pœnæ nomine ad agnatos deuoluetur. vnde niſi tanquàm agnati & iure inueſtituræ, non ẽt pœnæ aut alienationis cauſa, feudũ non vendicabunt. At enim potiorem haberi interpretationem oportet. vnde vigorem & firmitatem obtinere omnia poſſunt. Nãque ſi verbum uullum
312 vel † minimum, immo nec ſyllabam intelligi ita cõuenit, vt fruſtra fiat, vti nõ parce ſcriptum ante habemus. nu. 46. Quid in verbis tot, quæ ad naturam & ſubſtantiam feudi adiecta demonſtrãdam ſunt. vnde interpretatio diuerſa vti praua reijcienda, per quam infructuoſa verba tot fiunt. Prauum. n. intellectum, ex quo ſterilia verba aut otioſa fiunt, Caſtren. putat in conſil. 175. caſus præſcos valde dubitabilis. col. 4. poſt med. verſi. & dum dicitur, argumentum a contrario ſenſu. li. j. Hoc amplius, intellectum extraneum ſeu a ratione aberrantem magis eſt accõmodari, quàm vt inertia, aut momenti nullius verba fiant. Calca. in conſi. 12. nu. 7. in fi. & apud nos in conſi. 201. nu. 4. in fi. Quid in ſenſu hoc dicendum, qui tam amiciſſimus & verbis, & menti inueſtituræ apparet. Qui ad ipſam feudi naturam quadrat. Quo magis admiter, ſenſum alium aduocationi diuerſæ placere, fundamentive quicquam locari in clauſula memorata poſſe.

Decimò illud ſaltem admiſſurum quemuis non dubitẽ, quin incertus aut ambiguus ſenſus clauſulæ huius, & faciãt quicquid velint, ex ſuperioribus fiat, qui perſpicuus tamen factus vndique eſt. Sed. n. in re dubia declarationi ſtandum vaſallorum videtur, quod genus eſſe feudũ exiſtiment, a quibus venditio bonorũ facta perinde vt de feudo recto eſt, in quo decreti opus forma ſit.
313 Promiſſori quippe † ſermonis obſcuri, qui ex cõtractu naſcitur, declarandi faculta. datur. l. quicquid adſtringẽdæ. §. ſed ne rurſus.

ſus.ff.de verb.obl.Mathcſila.not.161.nota ꝙ vbicunq;. Sed enim feudum Nopi rectum, antiquumve eſſe, cum ante vẽditionem, tũ in vẽditione ipſa cõfeſſus vẽditor vaſallus eſt. Quæ cõfeſsio ante vẽditionem per inueſtituras, cõſignationes & recognitiones facta emptori ipſi noxia haud dubie eſt, ne melior conditio ejus q̃ authoris fiat. Bart. & alij in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad Trebel. cum alijs apud nos comparatis in tracta. de antiq. temp. parte. j. nu. 78. & in conſi. 29. nu. 1. Et in ſpecie recognitionis tradit Soc. in conſil. 50. nu. 8. & in cõſi. 68. nu. 5. & ſeq. li. 4. Rip. in l. ſi rem aliquam. nu. 42. verſi. intellige, vt nõ probet. ff. de acq. poſſ. De quo infra etiam nu. 329. & nu. 429.

Neque argumẽtum mouet, quo doctor ille in actis vtitur, fraudem emptori factam, cui perſuaſum ſit, feudalia bona eſſe, quæ nõ ſint. Namq; tenorem ſuum nõ obſcure argumẽtis his ineptiſſimis patronus ille tuetur. In quem arg. ipſum regeritur. fraudem enim cauſari aut circũuẽtionem aliquam emptor nequit, ſi qualia vẽdita bona ſunt, talia venditor aut feudi ſucceſſor defendit. Quæri enim emptor non poteſt, bona ſe empturum quaſi feudalia, aut ea feudo recto nõ fuiſſe, quæ vt talia expreſſim empta ab eo ſunt. Vñ locus querimoniæ foret, ſi quaſi feudi recti, & in quo neceſſaria decretorum forma ſit, comparaturus bona nõ fuerat. Quid autem in confeſsione inquirimus, facta necne ante venditionem an in vẽditione ſit. Quãdoquidem tãtundem expreſſim confeſſus & aduerſarius ipſe emptor eſt.

314 Secundò ad argumentum reſpõdetur. Iuris † præſumptionem cum genero facere, vt proprium feudum in dubio cẽſeatur Bald. in l. j. q. 35. ff. de rerum diuiſio. in l. 2. nume. 6. C. de iure emphyt. in l. liberti libertæque. num. 31. verſi. quæritur de eo. C. de oper. libe. Alexã. in cõſil. 85. col. fi. lib. 5. Pariſ. in cõſi. 35. nume. 15. libr. 1. Quibus in locis habetur, ſecundum naturam ſuam in dubio præſcriptum feudum intelligi. Atq; ideo rectum & proprium in dubio feudum iudicari. Rurſus præſumptio iuris actori fauet, quæ a cõfeſsione deducitur, Cui ſtandum in dubio eſſe, affatim monſtratum initio habemus. nume. 11. Gemina igitur præſumptione cum

315 genero † faciẽte, Qui improprium, hæreditarium ſimpliciter, atque alienabile feudum aſſeris, probationibus validioribus oſtendere neceſſe habet. Alexã. in cõſil. 99. in fi. lib. 3. Iaſ. in l. ſciendum. num. 10. verſic. nota tamẽ ſtupẽdum dictum. ff. de verbor. obliga. Ga ſiau. in l. centurio. nume. 305. & ſeq. ff. de vulga. cum alijs apud nos collectis in tracta. de antiq. tempo. parte ſecũda. nume. 10. & infra num. 383. verſ. interuallo igitur. Et ſi præſumptio iuris ſimplex probationes validiores ex diuerſo poſcit, quid in præſumptione dicẽdum duplici erit. cum difficilius nõ paulo vinculum ſoluatur, quod duplex eſt. l. cum in adoptiuis. in princ. Ibiq; Bal. C. de adoptio. §. ſi vero. Inſt. eod. titu. auth. itaque. C. com. de ſucceſſ. c. inter corporalia. verſi. vnde cum nõ ſit. de trãſlatio. epi. c. ex tuarum. de author. & vſu palij. c. j. cum glo. de treuga & pace. c. nõ poteſt. de præben. li. 6. Et id genus nõ pauca. vnde erroneam confeſsionem memoratam probationibus validiſſimis & ſane quam perlucidis docere pars compellitur. Sed cum efficax, liquidave probatio nõ cõſtat, quæ ex clauſula memorata deducitur, & faciãt quicquid facere voluerint. quatenus ex verbis ſuperioribus & in parte ſubſtãtiali inueſtituræ aſcriptis quibus in feudum rectum auitum, antiquum & ſecũdum mores bonos patriæ cõceſsio fit, poſteriorem illam clauſulam reſtringendam, ſatis ſuperq; teſtatum eſt.

316 Illud certe inficias quempiam iturum nõ duximus, quin bifariam intelligi clauſula illa poſſit, & faciant quicquid facere voluerint, hoc eſt reſtrictiue, & generaliter. Quo caſu nõ poteſt ambigua non intelligi. l. veteribus. ibique gloſſ. ff. de pactis. l. qui ex pluribus. ff. de verb. obliga. l. quotiẽs in ſtipulationibus. eod. titu. iuncta l. quotiens idem ſermo. ff. de regu. iuris. Teat. huc pertinet in l. ita fidei. ff. de iure fiſci. no. Bal. in l. ſcire leges. num. 3. ff. de ll. in l. precibus. numer. 13 C. de impub. in conſil. 218. petita venia. col. 1. poſt med. in conſil. 340. & præmitto. col. 2. libr. 3. Paul. de Caſtr. in conſi. 195. viſis & cõſiderans omnibus ſupradictis. num. 1. libr. j. Soci. in rubr. ff. de rebus dub. & in l. in ambiguo. in ſecundo no. eo tit. vbi enim pluralitas, ibi obſcuritatem eſſe, Bald. ait in l. hac cõſultiſſima. num. 4. C. qui teſta. fa. poſſ. per text. in d. l. qui ex pluribus. ff. de verbo. oblig. Quod locum habere, etiam cum ſenſum certum a lege diſpoſitio accepit, quæ intelligi multifariam poteſt, Areti. ſcribit in cõſi. 84. diligẽter põderatis. col. 3. poſt med. verſic. & iſta ratio. per tex. in l. eũ qui calẽdis. in prin. ff. de verbo. obl. Quid hic dicẽdũ, ubi interpretationẽ certã ab uſu ipſo clauſula hæc accepit, & faciãt quicquid facere voluerint, uſu enim ipſo receptũ, & propriũ Noni feudũ habeatur, atq; uti propriũ obtineat. Quem vſum lege ipſa potiorẽ eſſe, nemo ambigit. l. de quibus. ff. de ll. §. ex nõ ſcripto. Ibiq; glo. Inſtit. de iure natu. Itaq; cũ ita vſu receptum, moribusq; ſit, ut proprium feudum æſtimetur. Ad eumq; uſum confeſsiones accedant iam ante uenditionem, quàm ſub ea factæ, quis aduerſarium ferat, vt cõtra confeſsiones venire & ſuas & authoris permittatur. 318

Vndecimò vbi ambiguitatis hærere quicquàm poſſit, ex obſeruatione id ſublatum inſecuta eſt. Siquidem pro recto, auito & antiquo receptum feudum ſemper fuit. fœminæ ad id admiſſæ nũquàm ſunt, cum maſculorum linea perſeueret. Ab obſeruatione

317 † plane inſecuta diſpoſitionis cuius vis interpretationem faciẽdam proculdubio eſt. Quæ interpretationum probatiſſima habetur. l. ſi de interpretatione. & l. minime. ff. de ll. l. certi iuris. C. de iudi. c. cum dilectus. de conſue. Bar. in l. diuturna. ver. item not. ff. de ll. in conſi. 59. nu. 6. vbi tex. & alios profert. Cuma. in conſi. 62. col. j circa med. ver. quinimmo cum proponatur. Fulgo. in conſi. 121. quidam. §. col. 2. circa med. Abb. in c. j. nu. 14. de conſtit. Soc. in conſi. 25. nu. 25. ver. decimo probatur. li. j. vbi tex. & alios in ſententiam hanc profert. Rom. his aſſuitur in conſi. 120. nu. 1. Qualitatem contractus ex eo declarari, quod obſeruatum poſtea eſt, ſequitur Dec. in conſi. 116. col. 4. circa fi. Aeque licentiæ qualitatẽ ex vſu ſubſecuto declarari. Bal. ſcribit in c. j. nume. 3. quid iuris, ſi poſtea alie. vaſal. feud. tacuper. Declaratio ſeu interpretatio hæc, quæ ab obſeruatione colligitur, idcirco primas tenet, omniumque optima habetur, ꝙ ab effectu deſcendit, vt Albano. in conſi. 59. nu. 9. in conſi. 62. nu. 9. in conſi. 64. nu. 31. Vſque adeo porro interpretatio hæc arridet, quam obſeruatio inducit, vt potior verbis habeatur, ſeu vt offendere verba liceat, potiuſquam ab interpretatione hac diſcedatur. Soc. in conſi. 209. nu. 4. verſ. nono comprobo. li. 2. in conſi. 66. nu. 15. ver. quod etiam confirmatur. lib. 3. Soc. Iun. in conſi. 53. nu. 12. li. 2. Quid hic dicendum, vbi extra verborum moleſtiam, interpretationem hanc procedere, dictum ante habemus. Hoc amplius interpretationem hanc admittẽdam, quam obſeruatio præſtat, Tum quoque doct. putant, cum rectam eam non eſſe appareat, vt Cum. ſentit in d. conſi. 62. viſa copia. col. j. poſt med. ver. quinimmo cum proponatur. Abb. in d. c. cum dilectus. nu. 7. per illum tex. de conſue. Soc. in conſi. 145. col. 2. verſi. & cum dicebatur, ꝙ erat ineptus modus. li. 3. Quid dicturi hic erimus, vbi rectiſſimam, rationibus iuris, feudiq; naturę ſane quàm conſentaneam interpretationem hanc eſſe, tam cumulatiſſime teſtatum in ſuperioribus habemus. Sed & in materia pęnali hoc genus admitti interpretatio ſolet, quam obſeruatio miniſtrat. verbi gratia pœna in eum ſtatuta eſt, qui vinum in locum de territorio alieno cõducit, nũquid ad extraneum aut foreſem ſtatutum hoc pœnale trahatur. Ab vſu ipſo ſubſecuto ſtatutum declarandum, Caccialup. ſcribit in l. j. nu. 155. in fi. verſ. Sed illis concluſionibus Bar. & aliorum idem tenentium. &c. C. de ſum. tri. & fi. cath. Egregium enim rerum magiſtrum vſum eſſe, ex Cæſare in commentarijs, & Plinio iuniore in epiſtolis ait. & per text. in d. l. minime. & in Clem. paſtoralis. de re iud. Si in ſpecie pœnali ſpecies interpretatio non ſolet, quæ ab vſu inſecuto colligitur. Quid in ſpecie controuerſa dicendum, in qua feudi conſeruatio citra cuius iniuriam, vertitur. Ad hæc gratioſa vſq; adeo interpretatio hęc vãdetur, quæ ab obſeruatione percipitur, vt præſcriptionem obſeruatio non poſcat, hoc eſt vt tempore ita obſeruatũ lõgiſſimo ſit. verũ ſatis erit, ita quãdoq; vſu receptũ Pau. de Caſt. in conſi. 342. quia circa donationem. col. fi. li. j. Alex. in conſi. 107. nu. 25. ver. nec requiritur. li. 2. Are. in conſi. 11. nu. 5. ver. Sed tamen ex ſuperabundanti. Soc. in conſ. 111. nu. 4. ver. ſed certe poſſumus dicere, & nu. ſeq. li. j. Cor. in conſi. 188. col. fi. li. 4. Dec. in c. cum. M. nu. 7. verſi. & ex ſupradictis infertur, de conſtitutio. in c. at ſi clerici. in prin. nu. 25. in fi. de iudicijs. in conſi. 48. col. 2. in conſi. 156. circa fi. in conſil. 441. col. pen. circa fi. Natta in conſil. 406. nu. 16. & apud nos in conſi. 118. nu. 2. Quid hic dicendum, vbi poſt feudum Noni introductum, ita ſemper obſeruatum eſt.

Hoc amplius nõ modo ea obſeruatione particulari circa actũ geſtũ, ſed & generali regionis totius, interpretatio deſumitur. Bald. in conſi. 145. villa vel caſtrũ in fi. li. 3. Signo. in conſi. 172. nu. 4. Pariſ. in cõſi. 7. nu. 40. & ſeq. & in conſi. 50. nu. 41. li. 3. Sed. n. cõis patriæ totius obſeruatio interpretationi huic adblanditur. cũ alienandi ius pro arbitrio in feudis non cõpetat. Immo. n. ante Yolant & Blãchę ducũ decreta, nec pro dotibus, cauſisve alijs neceſſarijs ius feudi alienãdi erat. ita iure cõi feudorũ p oĩa patria vtebatur. Quid hic dicendum, vbi ad conſuetudines ipſas patriæ to

tius expreſſim relatio fit, atq; vbi cum generali patriæ totius cō-
ſuetudine ſingularis etiam in loco Noni vſus conſentit, qui ſatis
vous ad voluntatem declarandam eſt. l. nummis. ff. de leg. 3. l. cū
de lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtr. Signoro. in conſi. 181. nu. 6.
Corn. in conſi. 105. col. 4. ver. & inſuper de more. li. 2. & apud nos
in conſi. 70. nu. 15. & in conſi. 77. nu. 19.
317 Duodecimò reſtrictionem † verba generalia admittunt, vt ad
ea tantummodo referantur, quæ naturæ contractus conueniunt.
l. fundum. ff. de contrah. emptio. Inno. in c. ea literis. de iure patr.
Bal. in l. a procuratore. C. mand. in rub. C. de contrah. empt. q. 9.
in l. fin. C. ſine cenſu vel reliq. cum alijs apud nos relatis in conſil.
25. nu. 2. & in conſi. 258. nume. 5. Idem Sigiſmun. probat in conſi.
24. num. 14. Ius idem verborum vniuerſalium eſſe, Bald. ſcribit in
conſil. 67. quia ea facto. col. 3. poſt med. libr. 3. Calcan. in conſil. 1.
num. 10. in fi. verſi. reſtat modo, vt reſpondeam. Soci. Iun. in conſi.
148. num. 39. lib. 3. & quod ſcriptum inferius habemus. nu. 39. lib.
1. & quod ſcriptum inferius habemus. num. 342. Sed enim feudi
naturæ repugnat, vt in alienos aut extraneos transferatur. Ob id
clauſula illa, & faciant quicquid velint, ad conſenſum reſtringi
domini debet, ne adhiberi eum neceſſe ſit, non etiam intelligi ge
neraliter debet, vt agnatis etiam inuitis, atq; in perniciem ipſo-
rum ad alienos transferre feudum liceat. cum actum expreſſim
ſit, vt rectum id, auitum antiquum, & ſecundum bonas patriæ
Pedemontium conſuetudines datum cenſeatur. Vnde ſi genera-
liter clauſulam illam intelligimus, vis tota clauſulæ illius in par
te diſpoſitiua & principaliter insertæ permittitur. Ipſaque feudi
318 natura inſolidū intercidit. Admittēda igitur interpretatio † erit,
vnde quam minimum poteſt, feudi natura alteratur, & quàm mi
nimum poteſt, iuris communis feudorum correctio ſequitur. l. 1.
C. de inoffi. dot. l. Sancimus. C. de teſta. l. fi. C. de nnuatio. l. præci-
pimus. in fi. de appel. expreſſius in §. tribus in auth. quibus mo-
dis natu. effi. ſui. §. fi. Ibiq; glo. fi. in auth. de admini. offic. §. fi. ibi
vt omnibus modis concordantiæ legum ſeruentur. in authen. de
exhiben. reis. c. cum expediat. de electio. libr. 6. glo. magna & or-
di. in auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. Eodem glo. ſpe-
ctat in l. fi. in verſi. duos pedes. ff. finium regun. promptos nos eſ-
ſe non decere, vt legem abrogemus. Scite huc Bal. quadrat in con
ſil. 495. quædam domina Helena. col. 3. in fi. libr. 5. non aliter cor-
rectionem admittendam, niſi ſi vel expreſſum ſit, vel repugnan-
tia meuitabilis neceſſario correctionem inducat. Sed enim non
modo expreſſum non eſt, vt ad extraneos pro arbitrio transfer-
re feudum liceat, verum contra nominatim in verbis illis cautū,
vt rectum, auitum & antiquum feudum ſit, vt ſecundum bonas
patriæ Pedemontium conſuetudines cōceſſum intelligatur. Sed
nec ob verba taxatiua geminata correctionem admitti iuris con
uenit Alex. in conſi. 130. in cauſa Strazalororum. nume. 8. verſicu.
nec ob. qđ dicatur. libr. 4. Deci. in l. 3. num. 6. C. de bon. poſ. contra
tab. & quod infra ſcriptum eſt. nu. 357. Quid hic dicendum, vbi
verbum vllum taxatiuum nequidem ſimplex inuenitur. Vbi natu
ræ feudi expreſſim verba conueniunt. vbi conſuetudo cum gene
ralis patriæ totius, tum ſingularis in loco Noni, interpretationē
hanc probat.

Decimotertiò ex decreto domini ſententia hæc non medio-
criter adiuuatur, ratione fortiore argumentando. Per decretum
319 enim † verbum vniuerſale quibuſcunque in feudi conceſſione
adiectum, contra naturam ſuam & vulgatiſſimam docto. ſenten
tiam oſtenditur, ne alienabile aut hæreditarium ſimpliciter feu-
dum inducatur, quod alicui pro ſe datum & hæredibus ſuis qui-
buſcunq; eſt. Quamuis iure communi ad extraneos tunc feudū
ambulet. Bald. in c. 1. in princ. nu. 19. de prohi. alie. feud. per Fede.
in l. 1. q. 34. & q. 48. ff. de rerum diui. in conſil. 207. quæſtio eſt ſpu-
rius. nuio 1. in fi. libr. 2. Alex. & Iaſ. in l. Gallus. §. etiam ſi parente.
ff. de lib. & poſt. Alex. in conſi. 7. nu. 8. lib. 7. Soci. in conſil. 19. nu. 4.
verſi. nec eſt neceſſarium. lib. 3. in conſi. 566. nu. 37. verſic. prætere a
Bal. lib. 2. Corn. in conſi. 16. col. 4. lib. 3. Dec. in conſi. 78. colum. pe.
Bolog. in notulis Io. de Ana. in conſi. 84. col. 3. Iaſ. in conſil. 155. co
lum. 2. in fi. lib. 2. in conſi. 17. col. 3. lib. 3. in conſi. 115. col. 8. in con
ſil. 118. col. 3. in fi. in conſi. 124. col. pen. poſt med. & in conſil. ſeq.
col. 6. lib. 4. Ruin. in conſi. 3. nume. 8. in conſi. 16. numer. 5. libr. 1. in
conſi. 59. num. 24. lib. 4. Gozad. in conſi. 6. num. 43. & ſeq. in conſi.
8. nu. 25. in conſi. 14. nu. 22. in conſi. 57. nu. 22. in conſi. 59. num. 15.
& in conſi. 76. nu. 3. Curt. Iuni. in tract. feud. parte tertia. q. vltima.
in conſi. 3. col. 3. & ſeq. in conſi. 48. nu. 3. in cōſi. 60. num. 9. in fi. & in
conſi. 183. nu. 4. in fi. Ripa in l. ex facto. §. ſi quis ita. nume. 16. ff. ad
Trebellia. in l. quæſitū. §. ſi quis cum tutor. nu. 4. & ſeq. ff. de priuil.

credi. Soc. Iun. in conſi. 103. nume. 28. in conſil. 112. num. 3. in con
ſil. 114. nume. 9. lib. 5. Pariſ. in conſil. 71. num. 45. libr. 3. Ex decreto
hoc, rationeque validiore ſpecies controuerſa dirimitur. Namq;
ſi verba vniuerſalia contra probatiſſimam doc. ſententiam offen
di ſimpliciter decretum iubet, atque ideo † offenſionem tum etiā
verba vniuerſalia patiuntur, cum verbis ipſis vniuerſalibus ver-
ba alia ſpecialia non repugnant. Quid in ſpecie propoſita di-
cendum, in qua verba ſuperiora in parte diſpoſitiua & principa-
li adiecta, in feudum rectum, auitum, antiquum, & ſecundum bo
nas conſuetudines patriæ Pedemontium clauſulæ ipſi euidentiſ
ſime repugnant, & faciant quicquid facere voluerint. Quod vni-
cum arg. ad palmarium ſatis rem iuſte caſteq; contemplantibus
videtur.

Decimoquartò ex Oldra. nominatim quæſtio hæc explicatur
in conſil. 178. factum tale eſt. quidam nobilis. Qui in ſpecie inue-
ſtituræ huius caſtri Noni, a vicario comitis Sabandiæ conceſſæ,
de iure reſpondit. Atqui pro vero & rectiſſimo feudum id eum
320 habere, pleniſſimum ea eo fit. Quamuis in † eo notari Oldra. ſo
leat, qđ vigorem in clauſula non admittit, qua iure feudi antiqui
quod nouum eſt, conceditur. ita vt pro antiquo habeatur. De qua
apud nos in tract. de antiq. tempo. parte quinta. nume. 13. Et cum
ſatis demonſtratio duplex ad rem eandem oſtendendam ſit. l. pa
tronus. §. 1. ff. de leg. 3. l. forma. ff. de cenſibus. l. hac conſultiſſima.
C. qui teſta. fa. poſ. Bart. in l. demonſtratio falſa. §. 1. q. 7. ff. de con-
di. & demonſt. Barto. Alexan. & alij in l. ſi quis in fundi vocabulo
ff. de lega. 3. Alexan. in conſi. 72. libr. 3. in conſil. 38. libr. 5. in conſil.
107. libr. 6. & in conſil. 57. libr. 7. Demonſtrationes hic plus quam
duæ interueniunt, quæ inueſtituram eandem controuerſam, at-
que eam arguunt, ſuper qua de iure reſponſum ab Oldra. eſt No-
men inueſtientis, inueſtitorum, res ipſa, de qua facta inueſtitura
eſt, Noni feudum videlicet Inueſtiēdi cauſa, quæ a bello ibi enar
rato deſcēdit. Ita recte ſupputantibus demonſtrationes quatuor
interueniunt. Secundo qui diuerſam inueſtituram cōtrouerſam,
atque illam aſſerit, ſuper qua conſilium datum ab Oldr. eſt, illud
quoque affirmat, de feudo eodem, a perſona eadem, vaſallos eoſ
dem iterum inueſtitos. Sed enim iuri id & veriſimilitudini omni
no refragatur, vt ijdem vaſalli a domino eodem, de feudo etiam
eodem bis inueſtiantur. cum niſi mutatione aut morte domini
ſeu vaſallorum renouatio fieri inueſtiturarum non ſoleat. Etenim
321 cum † dominium vtile ſemel adeptus inueſtitus ſit dominus fie
ri iterum non poteſt. l. ſi id quod. ff. de reſcin. vendi. l. 3. §. ex plur-
bus. ff. de acquir. poſſ. l. non vt ex pluribus. ff. de reg. iuris. Repeti-
tam igitur inueſtituram non recte dixerimus, quæ neceſſaria non
eſſet. l. nō cogendum in fi. ff. de procura. l. hæc ſtipulatio. §. diuus.
ff. vt lega. nomi. cau. Id quidem maxime, quòd citra ſumptum id
genus inueſtituræ non fiunt arg. l. eum de indebito. ff. de probat.
322 cum alijs ante relatis. num. 178. Rurſus cum † repetitio hæc in-
ueſtiturarum fieri ab eiſdem dominis, vaſallis, & de feudo eo-
dem non ſoleat, facta præſumi non debet. l. fideicommiſſa. §. ſi
ſeruo. Ibique Bald. ff. de lega. 3. Alexan. in conſil. 27. circa fi. libr. 2.
& in conſi. 75. num. 13. verſi. oſtenditur etiam. lib. 5. Dec. in conſil.
399. num. 8. Conſuetudinem etiam in præſumptione ſeu veriſimi
li, vt id præſumi debeat, quod vſitatum eſt, viceque contraria,
Bal. obſeruat in l. teſtium. col. fi. verſ. quarto dixi. C. de teſtib. cum
alijs apud nos relatis in tract. de antiq. temp. parte quarta. nume.
229. Quibus Sal. accedit in l. neque natales. in ſecunda oppoſi. C.
de proba. Soci. Iunior in conſi. 48. num. 12. lib. 2. quod plerunque,
aut communiter contingit, veriſimile id haberi & præſumi. ita vt
probandi onus in aduerſarium reijciat. In eandem ſententiam.
Bal. ſcribit in l. neque. 1. num. primo in fin. C. de nuptijs. verum id
præſumi, quod vſitatum eſt fieri. Ergo falſum præſumendum id
erit, quod a conſuetudine abhorret, a contrarijs argumentando.
l. 3. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Idque ex text. probatur in l. ſi
quis ſub conditione. Ibique glo. & Bald. ff. de condi. inſtitu. in l. iu
bemus. in fi. C. de teſtamen. & alia non pauca. Ad hæc pluralitas
præſumi inueſtiturarum non ſolet. Namque ſi teſtamētorum plu
ralitas, non præſumitur. l. fina. Ibique Baldus. in fi. C. de rebus cre
di. l. omnium cum gloſſ. in verſic. comprobatur. C. de teſtam. Sali.
in l. 5. circa med. C. de errore aduo. Alexand. & alij in l. 2. Ibique
Deci. nume. 4. Iaſ. nume. 7. C. de bono. poſ. ſecun. tab. Alexand. in
323 conſil. 4. numer. 12. libr. 7. Longe minus pluralitas præſumen-
da inueſtiturarum erit cum teſtamenta plura ab eodem non ra-
ro fiant. Quod non ſimiliter circa inueſtituram contingit. Itaque
præſumptione iuris, & conſuetudine notiſſima pluralitatem in-
ueſtiturarum de eadem re, inter eaſdem perſonas nō admittere,
eandem

eandem inueſtituram controuerſam, atq; eam eſſe, de qua apud
Old. non poſſumus nõ dicere. Conſequenter rectum Noni feudũ
eſſe, Old. teſtimonio in ſpecie declaratur.
324 Aliter etiam identitas hæc† demonſtratur, q̃ ſi pluralitatẽ in-
ueſtiturarum in vaſallis & dominis eiſdẽ admittimus, ſacramen
ti quoque fidelitatis neceſſe erit iterationem inducere. At. n. fidei
ſacramentum denuo ſubire vaſallus non cogitur Boic. & alij in c.
veritatis. de iureiu. Emanuel a Claris aquis, ſin. 125.
Quid autem dicimus, ab eo inueſtituram non repetendam,
325 qui inueſtitus ſemel ſit. Quatenus nec in ſucceſſoribus eius† ne
ceſſaria æſtimatur qui ſub inueſtitura comprehenſi auctoris de-
functi ſunt Bal. in conſi. 301. proponitur, q̃ Petrus. num. 6. in ſi. lib.
j. Paul. de Caſtr. in conſil. 189. viſo inſtrumento cuiuſdam inueſti-
turæ. col. 5. in princ. lib. 5. Alex. in conſi. 79. col. fi. lib. j. Iaſ. in conſi.
159. col. 3. in fi. verſi. q̃ autem in caſu noſtro. lib. 2. Brun. in conſil.
44. nu. 4.
326 Hoc amplius dico, ſatis† demonſtrationes duas ad inueſtitu-
ram eandem arguendam, quamuis falſæ aliæ inuenirentur. d. l. ſi
patronus. §. j. ff. de leg. 3. Pau. de Caſt. & Alex. in l. ſi in nomine. C.
de teſta.
Decimoquintò mirum ſatisfacere nõ poſſum, inueſtitura hac
quempiam adiuti. Quæ producenti contraria haud dubie eſt, ſi
inueſtituras & recognitiones poſteriores obſeruamus, quibus ni
ſi de feudo recto mentio non fit. Namq; clauſulam illam genera-
liter eſto accipi oporteat. & faciant quicquid facere voluerint.
Verba ſuperiora deſiderari fac, in feudum rectum, auitum, anti-
quum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemõtium,
ex quibus clauſulam ſequentem reſtringendam oſtendimus, ne
feudi naturam mutatam in ſucceſſione dicamus. Rectum nihilo
minus feudum Noni ex inueſtituris poſterioribus factum nõ poſ
327 ſumus non admittere. Cuius rei gratia† ſciendum, errore mani
feſtario eos duci, quibus viſum eſt, alienabile & hæreditariũ feu
dum ex inueſtitura priore ſimpliciter eſſe, Atque ideo inueſtituræ
ipſi priori ſtandum. neq; formam eius in perniciem mutari ſuc-
ceſſorum potuiſſe. Dij boni, errorem tantum quis ferat. Etenim ſi
alienabile & hæreditarium feudum ſimpliciter ex prima inueſti
turarum eſt. Quomodo ius ſibi ex ea quæſitum agnatus, fœmi-
na, aut ſucceſſor vllus contenderit. Quæſitum quippe ius dicere-
tur, Si in necem agnati, fœminæ, aut ſucceſſoris alterius alienare
id non liceat. ita ut ad eos peruenire omnino debeat. Cæterum ſi
hæreditarium aut alienabile ſimpliciter feudum eſt, ita ut ad ex-
traneum id ambulare quemuis poſſit. Quomodo ius cuiquam in
eo intelligi quæſitum poterit. Conſequenter quod dicitur, inueſti
turæ priori ſtandum, obtinere tunc oportet, cum ex ea ius cui quę
ſitum apparet, quod eo lædi inuito non poteſt. Aliter atque cum
ius cuiquam quæſitum non ſit, quia uocatus quiſquam non legi-
tur. uerum in arbitrio uaſalli poſitum feudum eſt. Ibi enim poſte
rioribus inueſtituris, non priori ſtandum, nominatim Pernus ſcri
bit nota. quarto. num. 42. & ſeq. Ibiq; ridiculam eorum opinionẽ
ait, quibus uiſum cõtra ſit, ut priori ſtari inueſtituræ debeat. Quo
argumento pro Illuſtribus Noni regulis uſi ante ſumus, quam
obuius mihi Pernus fieret. Sed enim teſtimonijs, pleriq; uel non
ita grauibus, potiuſquam rationibus, coactis ducuntur. Reſpõſio
nis tantulum ad argumentum hoc ratione inuicta muoitũ, quàm
auidiſſime expecto.
Sed enim ius agnatis & ſucceſſoribus in feudũ, quæſitum eſto
ſit, quod nequaquam admittimus, Iura ea inueſtitura hac priore
aduerſarius metiri nihilomagis poteſt. Rei cuius demonſtrandæ
cauſa, ſciendum, feudum hoc Noni pro recto, auito & antiquo a
uaſallo uenditore tam per inueſtituras, quàm conſignamẽta, quę
uocant, recognitum. Ita us inueſtituris & recognitionibus liquet.
328 Dubitandum plane† non eſt, quin feudi naturam in perniciem
ſuam mutare aut alterare uaſallo liceat. Doc. enim, qui alteratio-
nem hanc non admittũt, de incommodo ſucceſſorum loquũtur,
ne eis noceat Bal. in l. vni. nu. 31. C. quan. non peten. par. Dec. in cõ
ſi. 78. col. 3. circa med. in conſi. 139. col. 2. poſt me. Quod ad uaſal
lũ uero alienatorem ſpectat, cõtra alienationem ſuam uenire nõ
permittitur. l. poſt mortem. in prin. Ibiq; glo. ff. de adoptio. l. non
dicantem. ff. de euictio. c. ueniens, de filijs presby. c. diuerſis falla
cijs. Ibiq; glo. in uer. non per te. de cleri. coniug. Et in ſpecie feudi.
tradit Alex. in conſil. 60. nu. 3. li. 3. ubi contra factum ſuũ in feudo
quempiam non uenire ait, cum niſi ratione iuris tertij prohibitũ
329 factum non ſit. Qua ratione igitur† alterationem feudi in necẽ
ſuam impugnare uaſallo non licet, ita nec aduerſarijs P. & S. cau
tam uel ſingularem a uaſallo ducentibus, ne melior ſucceſſoris
ſingularis quàm auctoris eius conditio fiat. l. ſi. §. j. ff. ad Velleia. l.
ſi ſuperatus. Ibiq; Bar. ff. de pig. l. ſi mater. §. fi. ff. de excep. rei iud.
l. qđ ipſis. ff. de reg. iuri. c. ſaluberrimũ. 12. q. 7. Bar. & alij in l. facta.
§. ſi hæres. ff. ad Trebel. cũ alijs apud nos relatis in tract. de antiq.
temp. parte 1. nu. 78. & in conſi. 29. nu. 1. Et in ſpecie recognitionis
Soc. tradit in conſi. 50. nu. 18. & in conſil. 68. nu. 5. & ſeq. li. 4. Ripa
in l. ſi rem aliquam. nu. 45. ff. de acq. poſſ. Et quod Signorol. ſcribit
in conſi. 138. nu. 3. & quod ſcriptum inferius eſt. nu. 429. Hoc am-
plius Goad. ſcribit in conſi. 26. num. 54. & ſeq. phas eſſe in perni
ciem eorum feudum alterare, quibus ius quæſitum ex inueſtitu-
ra prima eſt, quotiens ita alterando, ad feudi naturam remeatur.
Ex quo dicto ſolo extra controuerſiam res ponitur, cum ad feu-
di naturam alteratio pertineat. Affirmandum tamen Gozadi. di-
ctum ita ſimpliciter non cenſui. Satis tamen erit, opi. hanc ex eo
non vulgariter adiuuari.
Decimoſextò aliter etiam inueſtitura cõtrouerſa retorquetur.
330 Namque ſi alienabile† feudum atque hæreditarium ſimpliciter
dicimus, vt licentia vaſallis ſit, quicquid voluerint, de eo faciẽdi.
Pro arbitrio vaſalli diſpoſuerũt, & quod viſum eis fuit, per inue-
ſtituras poſteriores fecerũt, vt quod alienabile feudũ erat, in re-
ctum, & antiquum abiret. Ad quem modum melior ſucceſſorum
facta conditio eſt. Quia vbi ex priore ius quæſitũ inueſtitura non
eſſet, id uia ex poſterioribus competit. Itaque ſi deteriorem ſuc-
ceſſorum conditionem facere alienando licebat, multo magis
commodiorem. l. ſoluendo. ff. de neg. ge. Inſti. de autho. tuto. cir-
ca prin. cum alijs apud nos relatis in conſi. 206. in prin. Rurſus ſi
in totum feudum alienare ea inueſtitura priore conceditur, mul
to magis naturam eius citra alienationem, alterare. Liberis gen-
tium. §. adeo. ff. de pact. reg. cui licet. li. 6.
Decimoſeptimò extra controuerſiam res ex inueſtitura altera
ponitur eodem die inter eaſdem perſonas, de feudo eodem, per
notarium alium conſcripta. In qua non ita generaliter concepta
331 clauſula controuerſa eſt, & faciant quicquid facere† voluerint.
Verum verbis alijs ita reſtricta, Et iure feudi faciant, quicquid fa
cere voluerint ſine contradictione domini comitis. Quorum ver
borum ſenſus perſpicuus videtur, vt niſi ad conſenſum domini
remittendum cogitatum non ſit. ita vt ſine contradictione eius fa
cere pro arbitrio liceat. Quod ad agnatos plane aut ſucceſſores
attinet, pro arbitrio faciendi data facultas non eſt. Verum vt iure
ad feudi fiat. Ideſt prout iure permiſſum feudi eſt. Quæ verba in-
terpretationem hanc omnino admittunt, verbis etiam ſuperiori
bus remotis, in feudum, rectum, auitum, & antiquum, & ſecun-
dum bonas conſuetudines patriæ Pedemõtium. ſiquidem ad na
turam feudi interpretatio hæc quadrat, & per eam iuri commu-
ni feudorum difficilius derogatur, per ea, quæ ſcripta ante ſunt.
nu. 318. & ſeq. Quid hic dicendum, vbi verba illa interuenerũt, in
feudum rectũ. &c. Vnde fruſtra in verbis tam clariſſimis contro-
uerſia fit. l. ille aut ille. §. cum in verbis. l. non aliter. ff. de leg. 3.
Decimooctauò impedimenta duo in feudo alienando interuo
niunt. Vnum ex parte domini, ne eo inuito aut inuocato, aliena-
tio fiat, vt ſcriptũ ante habemus. nu. 293. Alterum ex parte agna-
torum, in quorum perniciem feudi licentia alienandi vſq; adeo
non eſt, vt ne quidem domino volente, fraudi eis alienatio ſit, ſic
quomodo teſtatum in ſuperioribus habemus. nu. 51. & num. 295.
Ex his duobus impedimentis nõ niſi vnum ſublatum & niſi vnũ
amouere partes noluiſſe, non obſcure liquet. Ideſt quod in cõſen
ſu domini conſiſtit. vt ſine contradictione eius impune feudum
alienetur. Quod autem ad agnatos ſpectat, non tam id auferre,
quàm integrum manere in verbis illis ſenſerunt. Et iure feudi fa-
ciant. &c. ideſt prout feudi mos aut natura patitur. Remotionem
332 igitur impedimenti† vnius ad alterum trahi non conuenit, vt ẽt
in agnatorũ necem diſtrahere feudũ liceat. l. ſi domus. ff. de ſer-
ui. vrb. præd. l. ſi mihi. in prin. ff. de ſerui ruſti. præd. l. nec ts. §. fina.
Ibiq; Iaſ. in 2. not. ff. de acq. hære. l. j. §. Sed videndum. ff. de ſucceſ.
edic. Hoc amplius, clauſulam nõ obſtantibus in verba pluratiua
cõceptam nõ niſi ad impedimentũ vnũ trahendã. Bal. putat in l. ſi
non lex Aeliaſentia per illũ tex. ff. de hæ. e. inſti. Idem Bald. in l. j.
nu. 22. ver. vnũ ẽt ſcias. C. de furtis. in l. j. C. de ſeruit. Pau. de Ca. in
l. humanum. in j. not. C. de ll. in l. fi. C. ſi contra ius vel vtil. pub. in
authen. hoc inter liberos. C. de teſta. Dec. in conſi. 605. in ſeptimo
dubio. Iaſ. in l. fi. num. 20. circa fi. ff. de conſti. prin. Et in locis alibi
333 doc. non paucis. Scite huc Ang.† accedit in cõſi. 177. in facto pro
ponitur, q̃ Baldaſari poſt med. Remiſſionem neceſſitatis appel-
landi, quam emptori venditor facit, ad ius querelæ, aut de nullita
te dicendi non trahi. Quod dictum per quam apposite hoc qua-

drat.vt quamuis neceſsitaa temiſſa cōſenſus domini exquirendi
intelligatur, neceſsitas tamē ſublata in cōſenſu eorum nō ſit, ad
quos feudum rectum vēturum, auitum, & antiquum eſt ſecundū
bonas patriæ Pedemontium conſuetudines.

Decimononò permiſsio & prohibitio hic concurrunt. Per-
miſsio in clauſula controuerſa, & faciant quicquid velint. Pro-
bibitio in clauſula, rectum, auitum, antiquum, & ſecundum mo-
334 res laudatos patriæ Pedemōtium. Namque ſi rectum, † auitum
& antiquum feudum dicimus, vtique id transferri in alienos ne-
quit. verum ad deſcendentes demum ambulat. c. j. §. bis vero de-
ficientibus. & verſi. Si enim Titij auus. de ſucceſſ. fratrum. ca. j. de
benefi. fratrum. c. j. §. cum autem. Ibique doct. qui feu. dare poſſ.
glo. & doct. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. Paul. de Caſtr. in conſil.
11. Super prima quæſito inquantum quæritur. col. 2. circa medi.
lib. 2. Et ſcite magis infra. num. 354. verſicu. Sed enim. Probibitio
& altera in verbis illis ineſt, & iure feudi faciant. Quoniam ſi iure
feudi perfici diſpoſitionem oportet, extraneos ab eo arceri pro-
culdubio eſt, cum niſi deſcendentes non inuiētur. In boc igitur
permiſsionis & prohibitionis cōgreſſu, potiorem prohibitionia
cauſam eſſe non dubitatur. Bal. & poſteriores in l. ſi Ruffinus. C.
de teſta. milit. De quo vberius infra. nu. 367. Quod argumentum
ratione validiore biſariam hic vrget. Principio, quòd triplex hic
prohibitio interuenit, Prima in verbis illis, rectum, auitum, &c.
Secunda in clauſula ſecundum mores probatos patriæ Pedemō
335 tium. Tertia in verbis illis, & iure feudi, &c. Quæ probibitio † ter
tiò repetita potētior quàm ſimplex non paulo eſt. l. baliſta. ff. ad
Trebel. cum alijs ſupra re nu. 315. verſic. quid in præſumptione di-
cendum. Et in ſpecie probibitionis repetitæ, fortiorem eam ſim-
plici eſſe & ægrius tolli, ex text. oſtenditur in §. ſanctiſsimas in au
th. de aliena. & empby. glo. in c. verum in glo. fi. de condi. appoſi.
Barto. Imola & alijs in l. filiusfamilias. §. diui in ſecūda oppoſi. ff.
de leg. j. Alex. in conſi. 93. col. fi. lib. 7. Aret. in conſil. 25. col. j. Corſ.
ſing. 213. vbicūque concurrit. Dec. in conſil. 193. col. j. Soci. Iuni. in
conſi. 48. num. 9. lib. j. & in conſi. 31. num. 72. lib. 2. Vnde ſi fortior
permiſsionem prohibitio vel ſimplex eſt. Quid in probibitione
probandum triplici erit. Ratio altera fortior bic pugnat. Quo-
niam permiſsione validior prohibitio habetur, quamuis momē
ti nullius permiſsio fiat, cum a prohibitione vincatur. Quid di-
cturi hic erimus, vbi vtraque in caſu ſuo effectum babere diſpoſi
tio poteſt, permiſsiua & prohibitiua. Locus enim pmiſsioni quā
tum ad dominum directum erit, vt ſine contradictione eius, alie
nare feudum liceat. Aeque locum & effectum prohibitio babe-
bit, ne in alienos, deſcēdentibus aut agnatis inuitis, feudum con
feratur. Ad quem modum neutra diſpoſitio alteri derogat, con-
tradictio nulla incurrit, iuris feudorū derogatio excluditur. Inuti
lia uerba tot, cum myſterioque aſcripta non fiunt, in feudum re-
ctum, auitum, antiquum, ſecūdum bonos mores patriæ Pedemō
tium, & iure feudi. per ea, quæ prolixius ſcripta ante ſunt. nu. 301.
uſque ad nu. 313.

Vigeſimo iuri ſuo niſi in conſenſu remittendo derogatum eſ-
ſe dominus noluit. In alijs plane ſaluum id eſſe cautum eſt. Qua
ratione igitur ius ſuum lædi niſi in conſenſu cedendo noluit. &
ſaluum expreſsim in alijs fecit. Ita credibile eſt, ut in uerbis illis,
& iure feudi faciant &c. Saluum eorum præſtare ius cogitauerit,
ad quos peruenire feudum ſolet, quod rectum, auitū, & antiquū,
eſt. Idque non iure ſcripto feudorum ſolummodo, uerum etiam
ex optimis patriæ Pedemontium moribus. Ad quem modum
336 pars una ſcripturæ † aut inueſtituræ ab alia declaratur. ut ad re-
ſeruationem iuris agnatorum & uerba illa pertineant, & iure feu
di. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. ff. de eden. l. quemadmo-
dum. §. hæc uerba. Ibique Bal. ff. ad l. Aquil. l. utrum. Ibique Bart.
& Ange. ff. de petitio. hæredit. l. hæredes palam. §. ſed ſi notam. ff.
de teſta. l. qui non militabat. §. Lucius. ff. de hæredi. inſtitu. l. ſi ſer-
uus plurium. §. fi. & l. qui filiabus. ff. de legat. j. l. legatorum. §. 1.
ff. de leg. 2. Idq; locum & in ſcriptura alia tempore diuerſo facta
habere, inferius oſtēditur. nu. 358. Quāto magis ius idem probā
dum in ſcriptura eadem erit.

337 Vigeſimoprimò uerba illa † iure feudi, tantundem atque illa
ualent, & ex cauſa feudi. l. 3. in prin. ff. de uſufruct. Ibi legati iure,
id eſt titulo aut ex cauſa legati. l. procuratoris. §. per hanc. Ibi iu-
re pignoris. ff. de tributoria. l. fin. in fi. ibi iure pignoris rem reti-
nuit. ff. qui potior. in pig. babeā. l. ſi uero. §. j. Ibi quod iure patro-
natus aſſequitur. ff. ſolut. matri. Pro eo igitur res uidetur atque ſi
expreſſum ſit, faciant quicquid uelint ex cauſa aut ſecūdum cau
ſam feudi, prout cauſa aut conditio ipſius feudi patitur, quod re-
ctum conceſſum, auitū, antiquū, & ſm bonos patriæ mores eſt.

Vigeſimoſecundò perſpicua partium mens ex verbis illis fit,
ſine contradictione prædicti domini comitis, & hæredum ſuorū.
Apparet. n. ex verbis his, niſi ad conſenſum domini remittendū,
cogitatum non eſſe. vt quibus caſibus † feudi alienatio fieret, impu
338 ne id domino inconſulto, perficeretur. Proinde † ad id reſtringi
verba oportet, de quo cogitatum a partibus conſtat. l. ſi quis ita.
§. pe. ff. de teſta. tu. Bal. in conſi. 159. ſuper eo, quod quæritur. nu. 5.
in fi. ver. item non obſtat ſi dicatur. li. 3. Alex. in conſi. 76. viſo the-
mate. col. j. circa med. li. 4. Idq; locum & in verbis præciſis habe
re, Caſtren. ſcribit in conſi. 332. viſo teſtamento Michaelis. col. 1.
circa med. li. j. At enim verba bic vlla præciſa non ſunt. ꝙ aliena-
ri feudum omnino debeat.

Vigeſimotertiò ſi mens a domino inueſtienti, & inueſtitis
fuiſſet, vt ſine contradictione etiam agnatorum aut deſcenden-
339 tium licentia feudi alienandi eſſet. Sicut id † expreſſum in domi
no directo eſt, vt ſine contradictione eius alienatio fieret, Ita in
deſcendentibus expreſſum aut agnatis fuerat. l. ſi vero. §. de viro.
ff. ſolu. matri. l. ſi ſeruum. §. non dicit prætor. ff. de acquir. bæredi.
l. Stichum qui meus erit. ff. de lega. j. l. vni. §. ſin autem ad deficien
tia. C. de cad. toll. c. inter corporalia. de tranſla. epiſ. boc ipſo igi-
tur ꝙ verbum de contradictione factum in agnatis non eſt, de iu
re eorum non minuendo partes ſenſiſſe præſumptum eſt dicere.
regula huc pertinet, de qua in l. cum prætor. ff. de iudi. l. maritus.
C. de procura.

Vigeſimoquartò ſi interpretationem diuerſam agnoſcimus, vt
pro libidine paſsimq; alienari feudum permittatur. non modo
verba illa fruſtra fiunt, in feudum rectum, auitum, antiquum, &
ſecundum receptos patriæ Pedemontium mores, verum & illa,
340 Et iure feudi. Sed enim † eliminandam & propulſandam omni-
no hoc genus interpretationem, vnde verba toti parte princi-
pali & cum myſterio inſerta ſterileſcunt, vanaque fiunt; ſatis ſu-
perq; teſtatum ante habemus. nu. 46. & nu. 312. In quo argumēto
obſeruandum, vbi cōtrouerſiam res hæc haberet, atque eiuſmo-
di eſſet, vt interpretationem pati inueſtiti debeant, quod modis
omnibus ſancteq; pernegamus, Attamen locum interpretationi
huic non eſſe, vbicunq; frugi expertia verba fierent. Ibi enim ius
recipi id non ſolet, de quo in l. veteribus. ff. de pact. vt glo. magna
ibi docet. & in l. in lege in glo. fi. ff. loca. Fel. inter conſ. Ruin. in cō
ſi. 206. nu. 5. li. j. Calc. in conſil. 2 a. nu. 7. in fi. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta.
§. in ſtipulationibus. ff. de verbo. obli. Rub. Alex. in l. non ſolum. §.
morte. nu. 283. ff. de ope. no. nunc. Quod locum habet, etiam cum
operari quidem verba poſſunt, verum efficax actus ad actionem
341 non eſt. Qua propter promitto † verbum in ſcriptura relatum,
quod ad pollicitationem, pactum nudum, & ſtipulationem com
petit. l. ſciendum. §. j. ff. de ædil. edict. ad ſtipulationem in dubio
trahitur, & contra promiſſorem interpretatur, vt actionē pariat.
l. ſciendum. ff. de verb. obl. §. ſi ſcriptum. Inſti. de inutil. ſtipula. At
qui inutile promitto verbum non fit, ſi ad pactum nudum refer-
tur, cum excipiendi & retinendi ius producat. l. iuriſgentium. §.
igitur nuda. ff. de pactis. Ita contra promiſſorem in gratiam acto-
ris & contra d. l. veteribus interpretatio fit, ne infructuoſum quā-
tum ad actionem promitto verbum fiat. Ita ex Aretin. percipitur
in d. l. ſciendum. nu. 5. ver. poſſemus tamen dicere. ff. de. verb. obl.
Galiau. in rub. eo. tit. nu. 43. & ſeq. Quid hic dicendum, vbi ex ar-
gumentis tam plurimis, tamq; fortiſsimis manifeſtiſsimum fit,
in fauorem agnatorum aut deſcendentium interpretationē ad-
hibendam.

Vigeſimoquintò, ambiguam rem eſſe fac, quam nitidiſsimam
atq; corruſcam vndiq; in gratiam agnatorum oſtendimus. In re
342 tamen † dubia vtilem gratioſamq; agnatis & deſcendētibus ad
mitti interpretationem cōuenit. quamuis imputandum alias eis
videatur, pro quibus interpoſitum pactum eſt d. l. veteribus. qua-
tenus naturæ & qualitati feudi interpretatio hęc arridet. quod ex
traneos non ſequitur. Ita text. in d. l. veteribus glo. declarat in d. l.
in lege in gl. fi. in fi. ff. loca. Ad quam ſententiam ea cōferunt, quæ
de natura actus ſcripta ante ſunt. nu. 314. & nu. 319.

Vigeſimoſextò vſq; adeo interpretationi inimica lex eſt, vnde
infrugifera verba fiunt, vt ad ius ea remittendum aut renuncian
343 dum producat, potius quam euaneſcant. Qua ratione † ad fidei-
commiſſum cedendum verba diuiſionis generalia proſunt, vbi-
cunque ad ius referri aliud nequeunt. Bart. & alij in l. qui Romæ.
§. duo fratres in ſexta. q. ff. de verbo. oblig. Ibiq; Crot. nu. 128. Ri-
pa. nu. 79. Bal. in conſ. 440. factum proponitur eſſe tale. col. 2. cir-
ca med. ver. itē ſunt hic illa verba. li. 3. Alex. in cōſ. 15. nu. 13. ver. ad
prædicta

prædicta bene facit.lib.2.& in conſi. 102.nu.7.in fi.lib.6.Deci. in
conſi.287.circa fi.Ruin.in conſi.89.nu.8.poſt prin. lib.j.in conſil.
219.num.18.in conſi.144.nu.19.& in conſi.152.nu.8.libr.2. Soci.
Iun.in conſi.116.nu.50.& num.74. lib.j.Pariſ.in conſil.71.nume.
344 14.lib.3.Sed & ad † legitimam remittendam verba generalia va
lere,quotiens in iure alio prodeſſe nequeunt,Capra ſcribit in cõſ.
165.num.22.Soc.in conſi.150.num.12.verſi. pondero etiam ſecun
do.lib.j.Deci.in conſil.789.circa fi.Si ad remittendum & renun-
ciandum verba valent & ad renunciationem trahuntur,ne inuti-
lia fiant.Quanto magis ad ius feudi referenda ſecundum naturã
ſuam conſeruandum erunt,ne ocioſa & frigida maneant.Quan-
do quidem fauorabilior conſeruandi quàm renũciandi cauſa fit:
345 Ius quippe ſuum conſeruare, non † etiam renunciare in dubio
quis creditur.l.cum de indebito.ff.de probat.cum alijs apud De-
cium collectis in l.ſi quis iniquum.§.ſi is pro quo. num.12.in fi.ff.
quod quiſq; iuris.in l.j.nu.19.in fi.C.de pact.in conſil.352.col.pe.
in conſi.402.num.3.in conſi.460.nu.6.in conſi.495.num.29.& in
conſi.625.nu.6.In quam ſententiam non pauca accumularem, ſi
bono hic cui eſſent.Huc etiam ſpectant, quæ ſcripta ſupra habe-
mus.nu.50.

346 Vigeſimoſeptimò ex Bal.interpretatio † hæc & ratione fortio
re iuuatur in l.Liberti.nu.28.in fi.C.de oper.lib. Cum iura filia ce-
dit,quæ in hæreditate paterna habet. Si iuris quicquam in ea nõ
competit.ceſſa iura intelligi, quæ ob dotem maternam repeten-
dam habet,ne inepta,nullave ceſſio fiat.Sequitur Martian repet.
rub.de fideiuſſ.nu.134.Ecce in renunciationa verba vulnerari, &
paterna pro maternis accipi , ne irrita renunciatio fiat. Quid in
conſeruatione admittendum. in qua verborum læſio illa non ver
ſatur.Immo etiam conſeruationi naturæ feudi quàm accomoda-
tiſſime verba applicantur . Quis igitur laturus erit , vt ab effectu
omni vacua verba illa iaceant , & iure feudi , &c.vltra verba tot
alia ſuperiora,in feudum rectum,auitum & antiquum, & ſecun-
dum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium.

347 Vigeſimooctauò ex tex. opinio hæc & † ratione etiam fortio-
rè confirmatur in l.Proculus . Ibique gloſ.ff.de vſufruct. vbi cum
vſumfructum ædium ita teſtator legat, ne altius eas tollere lega-
tario liceat.quamuis illa prohibitio altius tollendi,ad diminutio-
nem aut reſtrictionem facultatis pertineat, augmentum tamen,
atque ideo effectum contrarium parit , vt legata proprietas cen-
ſeatur,ne inanis alias prohibitio fiat. Quis enim dubitat , ius al-
tius tollendi fructuario non eſſe. Itaque effectus vnius id eſt di-
minuendi cauſa introductum,effectum contrarium parit, potius
quàm vigore ſuo actus careat.Quid hic dicendum, vbi ex virtu-
te aut momento verborum,effectus vllus contrarius nõ ſequitur.
Immo cum ſecundum effectum & cauſam ſuam verba intelligũ
tur , Quoniam niſi ad conſenſum domini remittendum adiecta
clauſula non eſt, & faciant quicquid velint . Quod vero ad agna-
tos pertinet,ius eorum aut naturam feudi minuere, in animo do
minus nõ habuit.Immo enim ſaluum id facere ex verbis illis ſen
ſit, & iure feudi faciant. Atque ex verbis ſuperioribus, in feudum
rectum,auitum, &c.

Vigeſimononò obſeruandum, clauſulam illam, in rectum, aui-
tum, antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pede-
montium in parte principali & diſpoſitiua inueſtituræ adſcri-
ptam.Clauſulam vero, & faciant quicquid velint, in exitu ferme
348 & inter executoria ſubiectam. Proinde rationem magis † clauſu
læ habendam,quæ in parte principali poſita & diſpoſitiua appa
ret.Clem.j.in fi.de præben.Bart.in l.j.circa fi.ff.de offic. procura.
Cæſar.Anto.de But.& Imola in c.quoniam Abbas.col.fi.de offic.
delega.Roma.in conſi.498.num.19.verſic.quinta ratio.Alex.in l.
& quia.nu.17.ff.de iuriſd.om.iud.Quem tex.vna ſimul interpre-
tatus cum l.more eſt.Dec.in c.relatum.nu.4.de offi.dele. in conſi.
38.col.5.circa fi.verſi.confirmatur hoc quia illa verba.in cõſi.90.
col.2.circa fi.verſ.ſecũdo,quia iſta vltima reformatio.Iaſ.in l.ius
autem ciuile.nu.8.ff.de iuſti.& iure.& in l.ex pupillari. nu.4.ff.de
vulga. Atque in ſpecie clauſulæ & quibus dederit, rationem eius
nõ habẽdam,quotiẽs inter executoria refertur, Dec.ſcribit in cõ
ſi.193.col.4.verſicu.ſecũdo reſpõdetur. Quod argumẽtum ratio
ne efficaciore nõ paulo hic viget. Siquidem ad naturam rei alte-
rãdam clauſula nõ valet,quæ adſcripta executoriæ eſt . Quamuis
verba vlla nõ interueniãt, quæ ad ipſam rei naturam conſeruan-
dam ſpectant.Quid dicẽdum hic erit,vbi verba tot,tãque clariſ-
ſima & in parte ipſa præcipua inueſtituræ cõſtãt, quæ naturæ feu
di ipſius retinẽdæ cauſa,expreſſa ſunt: In feudum rectum , auitũ,
antiquum, & ſecũdum bonas cõſuetudines patriæ Pedemontiũ.

Atq; vbi inter acceſſoria omnino clauſulam hanc cõtrouerſam,
& faciant quicquid velint, inſertam non eſſe quiſpiam cõtendat,
illud ſaltem non admittere non poterit, in parte longe potiore &
præcipua magis verba illa adiecta,in feudum rectum, &c.Quo-
circa perabſurda res fuerit, per id,quod æque principale non eſt,
derogationem eius induci,quod principaliua ſit. §.ſi tamen alie-
nam purpuram.Inſti.de rerum diuiſio.

Trigeſimò certiſſima atque apertiſſima verba inueſtituræ quã
tum ad naturam eius in ſuccedendo & alienando ſunt , vt rectũ
id,auitum,antiquum & probatis patriæ moribus conſentaneum
intelligatur.Clauſula plane , & faciant quicquid velint ſine con-
tradictione dñi comitis & hæredum ſuorum , non niſi ratione
contradictionis domini comitis certa apparet. vtpote in qua de
læſione iuris deſcendentium agnatorumve mentio non fit. Ea de
349 re † pluſquàm abſurdum fuerit, per voluntatem incertã, et, quæ
certa ſit, derogari.l.non quemadmodum.ff.de iud.l.cum Titio.ff.
ad legem Falc.l.ſi ſtipulatus.in prin.ff.de fideiuſ.c.niſi.de renun-
cia.c.illud.de cleri.ægrotan.c.inuenis cum ibi no. de ſponſa.c.iu-
dicantem.30.q.5.c.ſi quis poſitus in fi.de pœniten.di.7.Et quod
certum eſt,in dubio admittendum,ex text.oſtenditur in ca.Deus
omnipotens.2.q.j.in c.nullus.de pœniten.diſt.6. Et in ſpecie pro-
bationis,eam præualere,quæ certior ſit,ex tex.probatur in l.fi.C.
de edic.diui Adria. tollen. c.præterea.& c.in noſtra.de teſtib.ca.fi.
teſtes.4.q.3.Bal.& alij in l.de rebus.nu.2.C.de dona.ante nup.So-
ci.in conſi.270.num.2.in fi.& ſeq.lib.2.Cacialup. in conſi.poſt re-
ſponſa Card.num.39.verſi.inſuper certitudo . Iaſ.in l.j.numer.4.
verſi.ſecundo ſingulariter limita. ff ſolut.matri. Atque expreſſim
magis,ex Inno.& alijs ſententia hæc declaratur in ca.auditis. de
præſcrip.probationem,quæ in ſpecie fit, probationi antecellere ,
quæ in genere præſtatur. Id quia certior & liquida magis proba-
tio eſt,quæ in ſpecie adhibetur , obſcuritatem genere inducente
vti ſatis ſcriptum in ſuperioribus habemus . nu.97.Idque locum
350 & in confeſſione † habere,quæ in genere ſit , vt quaſi incerta &
obſcura confitenti non obſit,Bald.ſcribit in conſi.98.Betonus de
Couo.lib.j.quod iteratum eſt in conſi.383.libr.5.cum alijs apud
nos collectis in conſi.157.nu.9.& ſeq.Quibus Ioan.de Ana.acce-
dit in conſi.17.col.j.in fi.Fel.in c.inter cæteras. nu.7.& ſeq.de re
iud.Alb.in conſi.14.nu.3.Cum Inno.in d.c.auditis.Alex.conſen-
tit in conſi.88.nu.6.verſi.quinto etiam videtur.in conſi.150.num.
22.in fi.ver.præterea iſte teſtis.lib.5.Aret.in conſi.83.quia multa.
col.pen.circa med.verſic.aduertat etiam iudex ad votum. Soci.in
conſi.96.col.pen.verſi.tertio quia teſtes.lib.j.& in conſi.54.num.
54.lib.4.Bal.Nouel.in l.j.nu.65.ff.ſolu.mat.Dec.in conſi.302.col.
6.Ruin.in conſi.13.nu.14 in fi.lib.4.& apud nos in conſi.94.num.
3.Itaq; cum in ſpecie & nominatim expreſſum legatur, vt rectũ,
auitum, antiquum , & moribus patriæ conſentientis feudum ſit:
Quis adduci eo poterit, vt credat , ex verbis illis & faciant quic-
quid velint, ſine contradictione præfati domini comitis , quæ ad
contradictionem domini ſpectat, & quæ incerta & obſcura quan
tum ad incommodum agnatorum ſunt, feudi derogatum natu-
ræ intelligi . Quod argumentum ſucceſſoribus in feudo mirifice
opitulatur, controuerſiamq; cunctam diſſoluit,verbis etiam de-
tractis & iure feudi faciant &c.Quibus interuenientibus , multi,
ni a dubitatione omni vacua res niteat . Inualeſcit argumentum
351 † hoc.q fidei plus teſtibus duobus habetur, qui in ſpecie loquũ
tur,quam pluribus,qui in genere teſtificantur Nico. de Neap.in l.
turpiã.ff.de lega.j.Iaſ.in conſi.278.col.j.circa med.lib.2.Curt.in
tracta.teſtium concluſ.8.Gozad.in conſi.13.nu.57.Soc.Iun.in con
ſil.88.nume.19.libr.2.Quid hic dicendum, vbi argumenta plura
in ſpecie interueniunt, quæ ad feudi naturam conſeruandam ſpe
ctant,quæ in verbis illis non obſcure emicant.rectum,auitũ,an-
tiquum , ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium . Sed &
in clauſula ipſa,controuerſa,qua pars nititur, probatio in ſpecie
vertitur,quæ deſiderio partis ſignificantiſſime refragatur.Et iure
feudi &c. Aduerſarijs plane nihil in ſpecie. præter remotionem
conſenſus domini adminiculatur in verbis illis, ſine cõtradictio
ne præfati domini comitis & hæredum ſuorum.

Apparet & ex pluralitate hac argumẽtorũ, quæ cũ ſucceſſori-
352 bus in feudo faciũt potentiorẽ eorũ probationẽ eſſe. Similiter † vt
potẽtiorẽ probationẽ maior teſtiũ numerus , æqualitate ab alijs
adim ſſa,efficit.l.3.§.eiuſdẽ.ff.de teſtib.c.in noſtra.eo.ti.Bar.in l.ſi
duo.nu.4.ver.quãque vterq; probauit.ff.vti poſſid. Alex.in conſil.
57.nu.12.li.7.Qd.n.plus eſt,vincere ſemper ſolet.Bal.in cõſi.380.
tres ſunt caſus.nu.3.in 5.Iudex ſit, vt teſtes duo vni pſſent quacũq;
ſ.datus præſſe ſin ca.cũ a nobis.c.licet ex quadã.& c.licet vniuerſis

de teſtib.Deci.in conſil.284.colum 4.& quod de vinculo duplici
dicitur authent.itaque . C.com. de ſucceſſ. cum alijs ſupra com-
portatis.num.315.verſi.quid in præſumptione.& nu.335. Et pro-
bationem infirmiorem a potentiore elidi, ex tex.oſtenditur . in l.
ob carmen.§.ſi teſtes.ff.de teſtib.Bald.in conſil.390.tam profun-
de.col.3.lib.2.Roma.in conſil.356. honorande domine.circa fin.
Potentior plane probatio ſucceſſorum in feudo ; non modo ex
pluralitate argumentorum,ſed & ex eo oſtenditur, quòd rationi
magis congruit Bal.in l.qui accuſare.num.4.in fi.C.de eden.& in
l.teſtium.col.fina.verſi.tertio dico.C.de teſtib.Veronen. in conſi.
60.nu.4.An non rationi propius,feudum iuriſdictionis, comita-
tus præcipue , in gente & familia vaſallorum permanere , quàm
ad alienos ambulādo,intercidere. Quinetiam diuiſionem in feu
do comitatus ob dignitatem eius,ius non recipit. c.1.§.præterea
ducatus.de prohi.alie.feudi per Fed.Abb.in conſi.3.num. 2.poſt
med.lib.2.Bald.huc ſpectat in auth.habita. nu.33.C.ne filius pro
patre. potentius priuilegium haberi , in quo ratio maior contin-
git.Sequitur Deci.in c.in præſentia.nu.51.circa fi.de probat. Hoc
amplius Alex.ſcribit in conſi.27.in fi.lib.2.Teſtes pauciores præ-
ferri,quorum dicta rationi magis conſentiunt.Idem Curtius Se-
ni.probat in conſi.72.num.7.poſt med.verſicu. vel quando teſtes
in pauciori numero.Quid hic admittendum, vbi argumenta lon
ge plura ratione maiore nituntur. Potentior item probatio &
interpretatio hæc habetur , quia feudi naturæ fauet . d.l.ob car-
men . §.ſi teſtes . Secundum quæ , non poteſt fortior probatio &
interpretatio non haberi,quæ ad feudum conſeruandum, & alie
nationem eius prohibendam reſpicit.Et Bart.ſententia hæc iuua
tur in Extrauagant.ad reprimendum . in verſic.non obſtantibus.
col.2.Potentius priuilegium intelligi , in quo vtilitas maior ap-
paret. Idem Dec.probans in d.c.in præſentia. nume.51.ante fin.in
conſi.3.num.6.in conſi.44.ante fi.& in conſi.147.col.fin.in princ.
Maiorem porro vtilitatem in feudo inter agnatos conſeruando,
quàm in permiſſione alienandi verſari , quis dubitet . Inde dici-
tur, vtilem reipublicæ ſcripturam aut diſpoſitionem eſſe, qua in
familia bona cuſtodiuntur. l.1.§.antepenul. Ibi,publice enim in
tereſt,partus non ſubijci, vt ordinum dignitas familiarumq; ſal-
ua ſit.ff.de ventre inſpi.Bald.in d.authen.habita. nume.10.in fin.
C.ne filius pro patre.Scite Ange.in conſil.68. Martinus Ioannes.
nu.4.Pau.de Caſt.in conſil.421.quòd iſta mater.col.3.libr.1.& in
conſi.83.præſens caſus.col.3.lib.2.Alex.in conſil.36.num.7.verſi.
& præſertim,quia ſecundum eos.in conſi. 134.num.3.& in conſi.
344.num.6.lib.6.Soc.in conſi.128.num.5.lib.4. Dec.in conſi.372.
353 nu.8.Qua ratione potior agnatorum, quàm agnatorum condi
tio apud veteres erat.§.cæterum.verſic.qua de cauſa Inſti. de le-
git.agna.ſucceſſ.§.item vetuſtas.Inſtitut. de hæredi. quæ ab inte.
defer.Anchar.in conſi.152.plura ſunt dubia. num.2.poſt med.Et
quamuis contra cognatos fauor is receptus apud Iuſtinianum
non ſit,perinde quaſi iuri naturæ obſtet.l.fi.C.de lib.præter. Atta
men contra extraneos rationem ſummam habet , ne ad alienos
vel obſcuros & infimos feuda abeant.l.fina.C.de teſta.milit.Im-
mo ne liberis extranei anteſtent , conditionem in fideicommiſ-
ſis ſubaudiendam lex cenſuit,de qua in l.cum auus . ff.de condit.
& demon.in l.generaliter.§.cum autem.C.de inſtitu. & ſubſtitu.
354 l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.Hoc amplius verborum offen
ſionem lex agnoſcit , potiuſquàm poſteritati extranei præuertan
tur.l.ſi is qui 200.§.item ſi pater.ff.de rebus dub. ſecundum glo.
ſenſum calculo frequentiore receptum.Idq; Ruino viſum in con
ſil.188.num.6.lib.2.& in conſi.139.nu.20. lib.3.Sed enim deſcen
dentium in feudo cauſa ſemper vertitur . Ad quod non aliter a-
gnati admittuntur, qui ex latere nouiſſime defuncto coniungun
tur,niſi ſi in linea deſcendētium eius ſint, qui inueſtitus primum
ſeu caput aut origo feudi eſt.ca.1.§.cum autem . Ibique doct.qui
feu.dare poſſ.c.1.§.1.de ſucceſſ.feu.cap.1.verſi.his vero deficien-
tibus.& verſi.ſi enim Titij auus.de ſucceſſ.fratrum. alias de gra-
di.ſucceſſ.in fru.c.1.de benefic.fra. vbi fratri frater in feudo non
ſuccedit,quod quæſitū a fratre eſt.ſi frater repellitur, ergo & qui
ab eo deſcendunt . d.ca.1.§.hoc autem notandum. qui feu. dare
poſſ.cum alijs apud Iaſ.relatis in l.Gallus. §.nunc de lege.nume.
12.verſi.tertio adde.ff.de lib.& poſthu. De quo etiam ſupra . nu-
me.334.

Iuque vt neceſſe ſit , ab auctore primo feudi eum exiſtere , qui
feudum eſpirat, ex text. omnium ſignificantiſſimo declaratur in
c.1.u. ti. Ibique Afflict.numer.12.in vltimo nota.ſi vaſal.feu.priue.
cui delera.Idem Afflict. ſcribit deciſ.293.Et alia non pauca. Ne-
355 ceſſarios item, nedum deſcendentes extraneis text.antepoint,
l.ante pe.ff.de pact.in l.3.ff.de priui.credi. In beneficijs item con-
ferendis,coniunctis ius alienos poſtponi.l.in eccleſijs.C.de epi.
& cle.c.nullus inuitus.61.di.c.neminem.80.diſ.gi.in c.ſi propōnē
te.de reſcrip.regula cancella. 15.Sed & in eleemoſynis erogādis
deteriorem alienorum eſſe conditionem conuenit.l.2.in fi.Ibiq;
Io.a Pla.C.de anno.ciuil.li.11.Anchar.in conſi.436.in his dubijs.
Quis igitur interpretationem diuerſam perferat,vnde ad infima-
tes & humiliore loco natos feudum veniat.

Sententia hac aggeribus his legitimis , tamq; munitiſſimis &
firmiſſimis roborata,reliqui aliud non ſuperat, quam vt aduerſa-
ria propulſemus,quibus fuſis,in tranquillo ſint omnia.Itaq; argu
mentum prius non mouet,de quo nu.292.& quod ea tex.pendet
in d.c.1.de feudo non haben.propriam natu. feu.alienabile feu-
dum ex clauſula intelligi , & faciant quicquid facere voluerint,
ſimiliter vt ex clauſula , & quibus dederit.Inter eaſque clauſulas
differentiæ quicquam non videri . ſublatum enim argumentum,
hoc eſt ſuperioribus , atq; per argumentum vnum ſupra triginta,
apparet. Quæ omnia ad confutationem argumenti memorati
ſpectant.Quod in textu prædicto c inſiſtit . Ex quibus argumen-
tis triginta & vno apparet , cauſam multo aliam inueſtituræ &
clauſulæ controuerſæ,atq; Tex.eſſe in d.c.1. In quo verba adſcri-
pta illa non ſunt,in feudum,rectum,auitum,antiquum,& ſecun-
dum bonas conſuetudines patriæ Pedemōtium. Vnde quod alie-
nabile feudū ex clauſula illa fiat,& quibus dederis, abſurdi quic
quam non conſequitur. Abſurda plane non pauca in ſpecie con-
trouerſa ſequi , ſi alienabile & hæreditarium ſimpliciter feudum
dicimus,verbis pluribus teſtatū in ſuperioribus habemus. Quid
enim abſurdius , quàm verba tot in parte præcipua ſcripturæ &
non ſine myſterio inſerta,mortua prorſus iacere , ab omniq; va-
cua effectu eſſe. Contradictionem & correctionem voluntatis di-
ſponentium ex continenti induci.

Secundò in d.cap.1.de feudo non haben. propriam na.feu.re-
ſtricta ad contradictionē domini,ſeu reſpectu eius adiecta verba
illa non ſimiliter vt hic ſunt . Vbi reſpectu conſenſus domini re-
mittendi,clauſula expreſſa eſt,& faciant quicquid velint, ſine cō-
tradictione præfati domini comitis & hæredum ſuorum. Proin-
356 de verba ſtringi hæc oportet,vt quo prolata reſpectu ſunt,in
telligantur.l.item eorum.in prin.ff.quod cuiuſq; vniuer. nom.l.ſi
quis domum.§.quid tamē.ff.loca.l.profectitia.§.pe.ff.de iur.dot.
l.mulier.§.fi.l.debitor.§.fi.l.reſtituta.ff.ad Trebel.l.ſi a me. ff.ad l.
Falci.l.3.§.2.Ibi ſed & ſiquidem tutor ſit , non tamen quaſi tutor
negotia adminiſtret.ff.iudi.ſolui.l.inteſtato . ff.de legiti.tutor . §.
quod autem Inſti.de legiti.agna.tu.§.fi.Inſti.de codicil.cap.1.§.ſi
quis per triginta. in ver.vt feudum.ſi de feudo fuerit contē.inter
dom.& agna.Soc.in conſi.92.nu. 23.li.3.Deci.in c.1.in 13.not.de
poſtula.præla.in c.ſi pro debilitate . nu.6.circa fi.de offi.deleg.in
conſi.283.col.1.circa med.Huc & illud confert,ad id feudi alie-
nationem reſtringendam,in quo facta eſt.d.ca.1.Roma. in conſil.
70.num.2.Alex.in conſi.30.in fi.li.1.quod repetitum eſt in conſil.
2.nume.14.lib.5.Soci.in l.Gallus.§.etiam ſi parente.num.6.poſt
prin.ff.de lib.& poſth.Deci.in conſi.53.col.2.verſic. & quia vt ſu
pra in conſi.183.num.5.& alia compluria. Reſtringenda igitur al
teratio ad conſenſum domini remittendum erit , in quo facta le-
gitur.

Tertiò reſpōdetur,de perſonis in d.ca.1.de feudo nō habē.pro
priam nat.feud.mentionem in genere fieri,ad quas feudum trāſ-
ferri ſimpliciter poſſit.& quibus dederit. In ſpecie plane contro
uerſa , niſi de conſenſu domini remittendo memoria non habe-
tur.Quod autem ad eos attinet,in quos tranſlatio fiat, vtrum per
miſſum id ſimpliciter ſit ; ita vt conſenſus etiam remiſſus agna-
torum dicatur , verbum factum non eſt . Obid cum actum prius
ſit,vt rectum,auitum, &c.feudum ſit , a natura recedi feudi non
debet.per ea,quæ locupletius dicta in ſuperioribus ſunt. nu.318.
357 & ſeq.Neq; a iure & natura feudi diſcedi per tacitos aut ſub-
auditos ſenſus oportet glo.& doc.in c.cupientes. §.q ſi per vigin
ti in ver.petere.& in ver.priuatos.de electio.lib.6. Fulg.in l.vt li-
berta.nu.5.per glo.ibi.C.de colla.Areti.in conſil. 27.nu.4.Soci.in
l.Marcellus.§.1.col.3.in fi.ff.ad Trebel.in conſi.122.num.3.libr.3.
in conſil.35.nu.6.lib.4.Iaſ.in l.ſi arrogator.num.52.verſic.Sed nō
eſſet tutum reſponſum.ff.de adoptio.in authen.nouiſſima.num.
68.C.de inoffic.teſta.in l.ſicut certi.nu.9.C.de teſta.milit. Inde fit,
vt ad correctionem dictio taxatiua nō proſit . id quia ſenſus eius
excluſiuus tacitus eſt,Bartol.in l.1.§.cum Titio . ff.de adimp. leg.
Areti.in d.conſi.27.num.4.& quod ſcriptum ſupra eſt . num.319.
in fi.Immo cum econtrario cōtrarietatis aut correctionis exclu
dendæ

eludendæ cauſa permitti ſobauditio ſolet.glo.in c.Artaldus.8.q.3.Abb.in c.gratum.nu.2.de off.delega.Riminal.in conſil.70.nu.51.lib.1.

358 Quartò reſpondetur,per inueſtituras† alias poſteriores clauſulam hanc declarari,ne alteratio feudi facta præterq̃ in conſenſu domini remittendo cenſeatur. Quibus inueſtituris mentio feudi recti & antiqui citra alienandi facta poteſtatem eſt. Ita in clauſula,& quibus dederit,Dec.reſpondet in d.conſi.193.col.4.verſi.& hoc multum confirmatur. Et ſcripturam unam per aliam declarari,ex tex.oſtenditur in c.audītis.Ibique Bal.col.1.in fi.verſi.in tex.ibi ſi per illa.de præſcr.Alea.in conſi.52.nu.23.lib.4.Barb.inter conſ.Alex.in cõſi.94.col.1.lib.3.Soc.in conſi.37.col.1.lib.4.Calca.in conſi.79.nu.3.Deci.in conſ.190.col.3.Soci.Iunior in cõſi.49.nu.23.lib.2.De quo etiam dictum ſupra habemus.nu.336.

359 Quinto reſpondetur,nihili † clauſulam fieri,& quibus dederit,vbicunque pro deſcendentibus aut agnatis feudum acquiritur.Quia ad deſcendentes agnatosve facultatem reſtringi alienãdi oportet.Goaadi.in conſi.84.num.13.in fi.verſ.ſcatò & ſortius. Sed enim ſi rectum,auitum,antiquum, & ad patriæ mores conſentaneum feudum eſſe,diſponentibus placuit,vtiq; non pro deſcendentibus concedi id non potuiſſe,declaratum ſupra ſatis eſt nu.334.& nu.554.verſi.Sed enim.

Sextò ad tex.memoratum reſpoodetur,ipſum retorquẽdo. in fi.enim expreſſum eſt,vigoris vllius clauſulam illam non eſſe, & faciant quicquid velint,ſeu & quibus dederit,vbicunque ex uerbis alijs inueſtituræ reſtrictio clauſulæ facta id genus apparet. ue
360 luti ſi adiectum ſit,& quibus † in feudum dederit.Sed enim reſtrictionem hic factam multifariam conſtat. Principio in verbis illis,in feudum rectum,auitum &c.Secundo per illa verba,ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemõtium. Tertiò in uerbis illis,& iure feudi.Quartò ſub verbis illis,ſine contradictione præfati domini Comitis,& hæredum ſuorum,reſpectu quorum clauſulam hanc adiectam oſtendimus,& faciant quicquid, &c. Atq; ideo ad reſpectum,quo prolata ſunt,verba reſtringenda.

361 Septimo ex Bal.reſponſio † hæc ſexta iuuatur in l.liberti.nu.33.C.de oper.liber.Cum feudum vaſallo & cui ius dabit, conceſſum eſt, niſi puram & meram feudi naturam verbis his exprimi quoniam ad ius verba pacti aut conceſſionis ſpectant. ſequitur Afflict.in d.c.1.nu.1.in fi. de feud.non hab. propriã na. feu. Atqui ad ius hic relatio hic,& iure feudi faciant. &c.Ideſt ſecundũ ius feudi.& prout natura eius fert, ſic quomodo enarratum in ſuperioribus habemus, nu.331.& nu.337. Declarationi huic vltra Afflict.Signorol.etiam adblanditur in conſi.10.nu.j.in fi.

Octauo ratione validiore tex.reijcimus in d.c.j.in fi. de feudo non haben. propriam natu. feudi. Ibi enim feudi alteratio ſilet, cum dictum eſt,& cui in feudum dederis. At enim ratio fortior alterationi contradicit,cum ad ius expreſsim relatio fit,& faciãt iure feudi.In qua reſponſione & ratione ualidiore obſeruãdum, non modo iuris.ſed & feudi etiam mentionem fieri.Et iure feudi faciant.&c.l.baliſta.ff.ad Trebellia.

362 Nunò ex Curtio poſteriore† reſpõſio hæc confirmatur in conſil.130.nu.7.pro non ſcripta clauſula haberi & quibus dederit, legitime verbo ſubiecto.& quibus legitime dederit. Idem Campeg.probat in conſi.11.col.2.poſt med.ver.ſecundo ex hoc.inter conſi.Brun. vbi locum textui non putat in d.c.j.cum vaſallo feudi conceſsio fit,& cauſam ab eo legitimam habenti. Quid porro intereſt,vtrum dicatur,& cui legitime dederit, vel cauſam ab eo legitimam habenti,an iure feudi faciant &c.

363 Decimò demõſtratum ſupra habemus † nu.337.Idem verba iſta,& iure feudi faciant.&c.atque illa valere,& ex cauſa feudi faciant.&c.vnde ex tex.ipſo in d.c.j.in fi.controuerſia explicari cũcta videtur. Quatenus locum tex.non habet, cum ita conceſsio fit,& cui in feudum dederis. Quæ verba ad cauſam aut titulum haud dubie pertinent,id eſt,& cui ex cauſa feudi dederis.

Vndecimò aliter etiam tex.retorquetur. Quoniam reſponſionibus omnibus tacentibus,de quibus ſupra,ſi alienabile atq; hęreditarium feudum ſimpliciter facimus, qua ratione ex toto trãſferri in extraneos poterat,longe magis natura eius alterari,vt ex improprio proprium fieret.Sic quomodo inueſtituræ docẽt,quæ inſecutæ poſtea ſunt,per ea,quę dicta in ſuperioribus habemus.nu.328.& duobus ſeq.

Apparet ex his, rationem non modo diuerſam clauſulæ controuerſæ ſub inueſtitura memorata comprehẽſæ, atq; illius eſſe, de qua in d.c.j.de feu.non haben.propriam nat.feudi.ſed & contrarium tex.in d.c.j.aduerſarijs reſiſtere.

Ea confutatione argumenti huius, diſſolutum & alterum liquet,inueſtituræ priori ſtandum.Quoniam vt id admittamus,ad rem tamen non attinet.Siquidem vtilis aduerſarijs inueſtitura ipſa non eſt.per quam alterationem vllam inductam feudi non eſſe,ſatis ſuperq; teſtatum in ſuperioribus habemus.Vnde cum rectum,verum & proprium feudum quantum ad ſucceſsionẽ maſculis interuenientibus ſit,nihil eſt, ꝙ inueſtitura memorata aduerſarij nitantur.

364 Secũdò improprium,alienabile,atque† hæreditarium ſimpliciter eſto feudum Noni ſit ,aduerſarijs id tamen onerosum , nedum lucroſum oſtendimus. Quandoquidem ſi pro arbitrio feudi ius diſponendi fuit, facta diſpoſitio in ueſtituris non paucis legitur.Quibus ad naturam ſuam redactum feudum eſt. In qua re meliorem ſucceſſorum factam conditionem eſſe, teſtatum ante habemus.nu.330. Et qua ratione inueſtituris & recognitionibus hoc genus venditor ipſe obſtrepere vaſallus non permitteretur, ſi inter viuos eſſet, ita nec contra eas quid dicere ſucceſſoribus eius ſingularibus licere,demonſtratum ſupra eſt.nu.329.Et infra etiam id iuuatur.nu.429.

365 Locum prædicta eo facilius † habent, quo ad naturam ſuam propius feudum recidit.l.pen.ff.de iuſt.& iure.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.verſi.quod & in ſpecie.ff.de pactis. l.filio quem pater.ff.de lib.& poſthu.glo.in c.cum Vintonienſis.in verſ.tertia.de electio.c.ab exordio.25.diſt.& illud Boetij in tertio de philoſophi.conſola.repetunt proprios quæque recurſus,redituq; ſuo ſingula gaudent.De quo Soc.meminit in conſi.35.nu.6.li.j. Inde ſcriptũ Imola reliquit in conſi.52.in fi.facile renunciationem induci,vbicunque ad naturam res ſuam recidit. Alienandi item prohibitio ad eam non trahitur,vnde naturæ res ſuæ reſtituitur Signorol.in conſi.210.nu.7.ver.tertio ſic. Atque teſtamentum poſterius non ſolenne priori derogat. quotiens naturæ ſuæ aut iuri communi poſterius conſentit.l.2.ff.de iniuſto teſtamẽ. l.hac conſultisſima.§.ſi quis autem.C.qui teſtam.fa.poſſ.Ruin.in conſil.106.numero 8.in fin.libr.j.De quo vberius apud Doc.in d.§.ſi quis autem. Et quod Boeri.ſcribit in conſil.42.numer.7 & ſeq.locum iuri retractus non eſſe,vbicunque ad priorem res dominum reuertitur. Atque in ſpecie feudi Ruin.ſcribit in conſi.2.numer.8.libr.j.iniuſſu domini in eum feudum denuo transferri, qui inueſtitus olim fuerat.Sed accommodate magis atque in feudi ſpecie huc quadrat, quod ſcriptum ante eſt.num.329.ver.hoc amplius.& infra.num.370.& ſeq.

366 Si dixeris, inter has clauſulas diuerſas† ſeu varie cõceptas ad modum memoratum enucleatas cõtrarietatem intercedere.Ob id nihil eſſe,ꝙ vni,magis q̃ alteri filius aut agnatus fidat.Reſpondetur, ſi contrarias inueſtituras in clauſula hac facimus, nihili clauſulas ipſas faciendas. Atque opem ab eis fruſtra aduerſarios expectare.l.vbi repugnantia.Ibiq; Dec.nu.5.ff.de regu.iur.l.ſcripturæ.C.de fi.inſtr.c.imputari.eo.tit.Bald.in l.optimam.nu.12.C.de contrab.& committen.ſtipul.Alex.in l.j.in prin.ff.de ope.noui nunc.Soc.Iun.in conſi.2.nu.11.li.2.

367 Secundò reſpondetur,contradictione† inter clauſulas has admiſſa, potiorem negatiuam aut prohibitoriam eſſe, qua in alienos tranſmittere feudum non licet.Bald. & alij in l.ſi Ruffinus.C.de teſta.mili.Dec.in conſi.44.col.fi.in conſi.147.col.pe.circa fi.in conſi.567.nu.3.in conſi.581.nu.7.in fi.& in conſi.617.col.j.circa med. Negationem porro aut prohibitionem in clauſula hac verſari,& iure feudi faciant &c. proculdubio eſt. vtpote per quã niſi pro iure aut natura feudi alienare id non conceditur.

368 Tertiò in contrarijs potius† id habendum,quod ſpeciale magis eſt.Bal.in auth.habita.nu.33.C.ne filius pro patre.& in l.hac conſultisſima.in princ.nu.j.ver.tu vero conſidera. C.qui teſta.fa.poſſ.Dec.in conſi.3.nu.6.in conſi.18.nu.j.in fin.& in d.conſil.147.colum.fina.Iaſ.in l.Titiæ textores.num.27.ff.de lega.j.& in d.l.ſi Ruffinus.nume.3.C.de teſta.mili. Ratio eadem præſumptionum eſt,quæ inuicem pugnant,vt potior ſpecialis habeatur, & ſpecie in vtraque interueniente,quæ ſpecialis magis eſt,atteſtat. l.cum de indebito. Ibiq̃ue Bartol. ff.de proba. l.ſi qui adulterij. Ibique docto.C.de adul.l.mater.Ibiq̃ue Ange.& Sal.C.de calumnia.Signorol.in conſi.67.num.2.circa med.& in conſi.210.num.5.Bal.in l.ſine poſſidetis. col.j.C.de probat Anchar.in conſil.305.dubium,de quo ſupra.poſt prin.& nu.2.Ruin.in conſil.100.num.4.circa fin.libr.3.Sed enim in ſpecie clauſula loquitur,& iure feudi faciant, &c.in ſpecie enim declaratur, quomodo diſponi feudũ poſſit.i.dum iure feudi modo id fiat. Ruſſus in ſpecie declaratur, quò intelligi clauſula hæc debeat. i.ratione conſenſus dñi

remittendi,vt ſine contradictione facere eius liceat. Quæ in ſpe-
cie demonſtratio facta in inueſtitura aliis non ſimiliter eſt.
369 Quartò inter inſtrumenta duo,quæ†ſecum diſſidét,fidem id
habet,quod adminiculis maioribus iuuatur.Bal. in l.optimam.
nu.12.C.de contra.& committen.ſtip.Alex.in conſi.190.num.22.
libr.6. Sed enim adminiculis maioribus adiuuatur,in quo niſi
feudi iure alienare id non licet. Maius quippe adminiculum ha-
betur ,quod iuri communi & naturæ feudi conſentit . Potentius
enim id habetur,quod fauorabilius eſt.l.verum.§.fi.ff.de minor,
l.ſi hominem.§ quotiens.ff.depoſi.l.interdum.ff.qui potior.in pi
gno.ha.l.ſi pupillus.ff.ad l.Falci.l.Arrianus.ff.de actio.& obliga.
l.fauorabiliores . ff.de reg.iur.Bald.Angel.& alij in l.Titiæ texto-
res.Ibique Iaſ.nu.26.in fi.ff.de legat.1.Deci. in d.cap.in præſentia
nu.51.circa fin.verſic.ſimiliter potentius dicitur. de probatio.Iaſ.
370 in d.l.ſi Ruffinus. nu.2.Sed.n. † fauorabilior iuris cõis feudorũ
obſeruatio,quàm diſceſſus ab eo æſtimatur.l.ſi vnus.§.pactus ne
peteret.verſic.quod & in ſpecie.ff.de pactis.l.non ſtatim. cum ibi
not.ff.de pecu.l.2.C.de noxal.c.cum dilectus. de cõſue.c.ab exor
dio.35.diſt.glo.in Clem. de beneficio. de præben.Calder.in con-
ſi.7.de reſcrip.in conſi.22.de præben. Anch.in conſ.131.ad exclu
ſionem.Rom.in conſi.237.clarum eſt.Et latiſſime verba interpre
tanda.quotiens ita interpretando ad ius commune reditur.Abb.
ſcribit in d.c.cum dilectus.nu.6.de conſue. Roma.in conſil.318.
quæritur.nu.5 Soci.in conſi.38. nu.5.ver.ſexto & vltimo.li.1.Dec.
371 in c.cauſam quæ.num. 5.in fi.de reſcripto. Ea ratione†extenſio
permitti in correctorijs ſolet,quotiens extendendo,ius ipſum cõ
mune renouatur glo.in c.ſtatutum.in verſ.numerandũ.de præbẽ.
li.6.in c.1.in ver.beneficia & in glo.ſeq.iuncto tex.de rerum per-
mu.eod.lib.cum alijs apud Iaſ.accumulatis in d.l.ſi vnus . §.pa-
ctus ne peteret in 4.no.in l.properandum.in prin.nu.27.C.de iu-
di.Ruin.in conſi.195.nu.10.li.1.Apposite huc quadrat, quod ſcri
ptum ante habemus.nu.329.verſ.hoc amplius.& nu.365 . Secun-
dum adminiculum & ipſum validiſſimum in verbis illis ſubeſt,
in feudum rectum,auitum, antiquum & ſecundum bonas cõſue
tudines patriæ Pedemontium,quæ nihili alias fierent , niſi inter-
pretationem recipimus,qua feudi alienatio prohibetur.Tertium
adminiculum ab obſeruatione ſecuta deſumitur . quia pro feũ-
do recto,obſeruatum,auito & antiquo ſemper eſt.Quam obſer-
uationem interpretationem optimam demonſtratum in ſuperio
rioribus habemus.nu.317.
372 Quintò in ſcripturarum certamine† fidem præuerti eius con
uenit,quæ veriſimilior eſt,aut veriſimiliora habet . Qua ratione
fidem maiorem teſtes pauciores habẽt , qui veriſimilia magis di
cunt.l.ob carmen.§.fi.ff.de teſtib.c.in noſtra.eod.tit.& apud nos
in conſi.9.nu.65.& in conſi.195 num.10.Inde etiam fit,vt potio-
res teſtes habeantur, qui negatiuam proferunt , ſi veriſimilior ſit
glo.in c.clerici.81.diſt.cum alijs apud Soci.Iuni.relatis in conſil.
183.num.13.li.2.Suſpecti enim teſtes habentur,qui diſſimilia ve-
ri aſſerunt Abb.in c.quia veriſimile circa fi.de præſum.cum alijs
apud nos relatis in conſi.28.in princ.in conſil.115.nume.12.& in
373 conſil.171.nu.6.Quocirca †teſtibus plene teſtificantibus fidem
tunc non adhibere iudex permittitur Bal.& Ange.in l.Lucius . ff.
de infam.Fely.in c.auditis.nume.23.de præſcriptio. Curt.Iun.in
conſil.17.num.6. Cauſam eandem inſtrumenti eſſe,ne fidem ha-
beat,ſi rem veri non ſimilem habet.Bal.ſcribit in l.ſcripturæ. nu.
6.C.de fi.inſtr. cum alijs apud nos collectis in conſil. 134.nu.38.
Hoc ita admiſſo,vt in ſcripturis pugnantibus ea anteſtet, quæ ve
374 riſimiliora loquitur.veriſimilius id†exiſtimatur , quod cum iu-
re communi & rei natura conſentit Inno.in d.c.auditis.nu.4.ver.
ſolutio ſi teſtes.Ibiq; Ant.nu.15.latius Fel.nu.23.de præſcri. Aret.
in conſil.44.in fi.Sed enim iuri communi haud dubie inueſtitura
adblanditur , qua niſi iure feudi diſpoſitio permiſſa eius non eſt.
Ob id nihili fieri inueſtituram aliam oportet,quæ diſſimilis huic
eſſet.Quamuis diſſimilitudinis quicquam non intercedat.Atque
375 in ſpecie inueſtituræ†interpretandæ , meliorem interpretatio-
nem iudicari,quæ ſecundum commune feudorum ius ſit,Alexã.
tradit in conſi. 26.nu.5.ver.debet ergo.li.5.Brun.in cõſi.80.num.
3.Sigiſmũ.in conſi.1.nu.129.Soc.Iun.in conſi.103.nu.4.li.2. Quid
hic dicendum,vbi perſpicua partium mens lucet , vt iuri feudo-
um feudum contrarium controuerſum non eſſet , in verbis illis
rectum,auitum , antiquum , & ſecundum bonas conſuetudines
patriæ Pedemontium.
376 Sextò in ſcripturarum †concertatione electio eius agnoſcen
da,in qua vtilitas maior vertitur Bart.in Extrauag.ad reprimẽdũ
in ver.non obſtantibus.col.2.cum alijs ante relatis.nu.35 a verſi.
ex Bar.ſententia hæc iuuatur &c. Sed enim vtilitatem locupletio
rem non paulo ſub inueſtitura contineri , qua niſi ſecundum ius
feudi permiſſa alienatio eius non eſt , dilucide teſtatum in d.nu.
352.habemus.
377 Septimò ea Bellamer.ſententia hæc†iuuatur . Deciſio. 372.ſi
producantur. Cum teſtamẽta duo eiuſdem teſtatoris eodem die
per notarium eundem conſcripta proferuntur . Quorum altero
ſub conditione,pure altero eidem relictum legatum ſit. Teſtamẽ
to ſtandum,in quo conditio adſcripta legato eſt. Sequitur Boeri.
q.252.num.6.ver.& idem quando ab vno. Quod dictum ratione
fortiore hic confert . ne a iure communi diſceſſum feudorum in-
telligatur.
Octauò fruſtra diſceptationis huius ſaxum voluitur . Quando
quidem nulla inter inueſtituras has contradictio vertitur. Siqui-
dem nec per inueſtituram alienari feudum conceditur . In qua
clauſula expreſſa ſimpliciter legitur, & faciant quicquid velint ,
verbis illis detractis.& iure feudi. Sic quomodo ſuperius teſtatũ
argumentis ſeptem ſupra decem habemus.quæ ad clauſulam il-
lam profligandam ſpectant,& faciant quicquid velint , ſine ver-
bis illis,& iure feudi . Sed & ea argumentis in clauſula illa expo-
nenda factis,& iure feudi.&c.non pauca inueniũtur,quę ad clau
ſulam alteram conducunt,& faciant quicquid velint, verbis illis
amputatis,& iure feudi,&c.In dubio item contrarietatem exclu
dendam,ſatis ſuperq; ſcriptum in ſuperioribus eſt.nu.301.& plu
ribus ſeq.
Satis in his dictum de inueſtitura habemus ſub anno . 1291.
378 dieq; 28.Ianuarij conſcripta. In qua † modeſtiam meam apud
eos eſſe compertam volui,qui iudicij acta percurrerunt. Quibus
non modo plus nimio aduerſarij ſibi placent , Sed & doli incu-
ſare generum videntur,perinde quaſi ſciens , prudenſve hoc ge-
nus tectam inueſtituram habuerit.Quam genero ipſi vtilem eſſe,
non obſcurum ex ſuperioribus ſit.Tametſi dolo, arteve quid fa-
cere,neque generi minoris,neq; gentis eius illuſtris ſit.Sed enim
Iuriſconſultorum telis,rationibusq;,non dictis acutioribus, lin-
guæve licentia controuerſias peragi iudiciales oportet. Ad extre-
mum ſi quæ acta aut conſtituta a ſenatu excellentiſſimo contra
S.leguntur , mirum ni flocci facta inueſtitura controuerſa argua-
tur ſub anno.1291.
Sed quæſtio hic in lite incurrit, quam a S.gener patitur . Poſt-
quam diſpendijs non leuibus in iudicio factis , non perinde , vt
ſperabat S.ipſi iudicij alia ceſſit. & quam per delegatum ſenten
tiam euicerat, in melius reformatam per appellationem cogno-
uit.a remedio alio opem petijt, hoc eſt ob cauſas initio neceſſa-
rias æs conflatum alienum propoſuit . De quo iudicium hoc il-
latum genero eſt . Videndum , morbo ne eius mederi remedio
hoc recens adhibito poſſit . In qua re primum omnium obſer-
uandum ſumptuum omnium aduerſarium condemnandum ,
quicunque facti in diem hunc ſunt. Cuius rei gratia ſciendum fa
ctum hic alienum quantum ad generum in ius vocatum verſa-
ri , & quod ipſo impubere contractum cum patre dicitur . Quo
caſu cum ignorantiam excuſare maior permittatur . l.qui in alte
379 rius.ff.de reg.iuris.In reo impubere tutè† dici poteſt, etiam quæ
vidiſſet,ignoraſſe.l.nam etſi.in fin.ff.de aliena. iudic.mu.cau.fac.
l.cum prætor.§.penultimo. Ibi,quia iudicio carent . ff.de iudic.l,
pupillus.Ibi,neque enim ſcire,neque diſcernere talis ætas poteſt
non magis quàm furioſus.ff.de acq.hæredi. l.1.circa fi.C.de falſa
mone.§.præterea.Inſti.quibus non eſt per.facere teſta. c.ſunt qui
opes.17.q.4.c.eos.de conſecra. diſti.4.glo.in c.1.in verſi plenum.
de regulat.libr.6.vnde cum culpę quicquam pati reus minor ne
queat,ſi feudum quod poteſt & debet , eccleſiæ exemplo tuetur.
Et obiectum initio ſit,locũ decretis non eſſe, quibus feudi aliena
tio permiſſa niſi propter cauſas neceſſarias nõ eſt, in culpa mani
feſtariæ aduerſarius fuit, qui ſub ipſum initiũ cauſas ipſas neceſ-
380 ſitatis non propoſuit. Vnde cum moram †tam longam,tamque
diſpendioſam liti fecerit, damno eum affici impenſarum opor-
tuit,quas processus retardati doct.vocitant.l.non ignoret . C. de
fructi.& lit.expen. Cyn.in l.vni . C.vt quæ deſunt aduo. Felyn.in
c.accedens.2.col.pen.circa fi.verſic. Sed contra concluſionem.vt
lite non conteſta.& in c.exceptionem.nu.48.verſic. ſubdit Bald.
de exceptio.Iaſo.in l.properandum. §.ſin autem alterutra.nu.28.
in fi.C.de iudi.Marſi.in l.patre.nume.85.ff.de quæſtio.in praxi.§.
381 opportune.nu.91.& in §.diligẽter.n.203.Doli enim †ſuſpicionẽ
ob moram hanc ceſſator ſubdit Ant.de But.in c.licet cauſam.nu.
23.de probatio. cũ alijs apud nos relatis in conſil. 75.nu.9. Neq;
argumento locus hic eſt, a lite generum non deſtitiſſe . poſtquã
edita

edita capitula vidit. Qm̄ fides de re hac, hoc ē de neceſsitate cau
ſarum facta vlla nō eſt. neq; haberi eā aduerſarij aſſertioni opor
tet. l. nullius. ff. de teſtib. l. omnibus. C. eo. titu. c. in omni negotio
eo. tit. Id quidem maximè, q̄ factū alienū fere proſequitur, vtpote
litis aut actionis redemptor. quæſtū non perinde vberē ex merci
monio id genus facturus. Vnde quod dicitur, culpæ ei verti, qui
productione facta, litē non deſeruit. ad productionē inſtrumēti
pertinet, quod exceptionē aut impugnationē non patitur. Cæte-
rum perquam abſurdum fuerit, cogi quempiam, vt aſſertioni
litigatoris credat, & capitula eius, quorum inſcientiſsimus eſt,
confeſsione doceat. Hic quidem in primis, vbi a vero omnino ca
pitula abhorrere, impertinentiſsimaque eſſe, mox oſtendemus.
382 Immo enim culpæ † actor omnino tenetur, qui temere in iu-
dicium deſcēdit. Et quem initio ipſo & ante omnia ius ſuum ex-
plorare accuratius oportuit. Quo circa rationis non videtur, in-
curiam & temeritatem ſuam oneroſam reo fieri. l. eum quem te-
mere. ff. de iud. cum alijs apud Firmanum reconditis. in pęna ſua
Bertachiniana, in verſi. expenſarū condemnatio nu. 24. & nu. 57.
Temeritatem culpæ adſcribi, ex Iaſ. probatur in l. videamus in
prin. col. 1. poſt med. ff. de in litem iuran.

Conſequenter his dicendū, ſumptus litis totius in diē vſq; ca-
pitulorum factos ab actore omnino præſtandos. ne pro libidine
vagari incōmodo alieno nec exiguo liceat. Quę res cū rationem;
tum æquitatē maximam habet. Sumptuum etiam dāno mulctan
dum aduerſarium oportet, q̄ paganica bona peruicacius conten
dit, quæ feudalia eſſe vel inueſtituris, recognitionibusque ſolis
perſpicuum inferius fit nu. 425. & pluribus ſeq.

Secundo in capitulis bis obſeruandum, impoſsibilem proba-
383 tionem eorum, vt proponitur, videri. † neceſsitatem enim æris
alieni faciendi, a ſumptibus litis ob feudum tuendū, aduerſarius
metitur. At qui annis octo nomina hæc debitorū facta poſtea di
cūtur, q̄ finem lis accedit. In qua victores Noni reguli, impendijs
ipſis litis ea actis, fuerūt. Vnde defendi non poteſt, iudicij illius
cauſa poſt interuallū tam longum pecunias creditas. l. ſi ventri.
§. corū. Ibiq; Bar. in prin. & Ripa nu. 10. ff. de priuil. credi. vbi ex
tpis breuitate in cauſam qua actū quid præſumitur. Eodem Bar.
ſpectat in l. poſt contractū. nu. 8. verſi. quinto præſumit. ff. de do-
natio. Alex. in conſi. 43. nu. 2. poſt med. lib. 1. in conſi. 25. nu. 9. in
fi. & nu. tribus ſeq. lib. 2. in conſi. 90. col. fi. lib. 3. Huc & illud acce
dit, ex vicinitate ſcripturarū declarationē & præſumptionē indu
ci. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. Ang. in conſi. 261. thema præ-
dictū col. 3. tantundē in vicinitate temporū dicendū, a rebus ad
tempus argumentando. l. miles ita. §. 1. ff. de militari teſta. Qua
ratione igitur ex vicinitate temporum coniectura deſumitur, ita
econtrario, ex temporū diſtantia & interuallo contrariā percipi
coniecturā oportet, ab oppoſitis argumentando. l. 1. ff. de his qui
ſunt ſui vel alie. iuris. l. ſi cōtra. ff. de vulga. l. fi. ff. de lega. 3. inter-
uallo igitur tam longo interpoſito, iuris præſumptio partis aſſer
tioni omnino repugnat, ne reſpectu aut ob cauſam dictæ litis ac
cepta pecunia dicatur. Quod cū ita ſit, niſi ex probationibus eui
dentiſsimis, teſtibusq; omni exceptione maioribus contrarium
doceri non cōceditur. Ideſt, vt expreſsim declaratū ſit, in cauſam
illam litis pecuniā creditā per ea, quæ ſcripta habemus in tracta.
de antiq. temp. parte 2. num. 26. & in conſ. 129. in fi. & ſupra num.
315. Quibus Dec. accedit in conſi. 195. colū. 3. poſt med. in conſi.
342. col. 2. circa med. & in conſi. ſeq. col. 2. Sed nec fides aſſertio-
ni habenda ipſius debitoris aut mutuū accipientis eſſet, in cau-
ſam memoratam pecuniam ſe accipere, ne in poteſtate eius fiat,
ſucceſſorū in feudū ius lędere, in cauſam per decreta permiſſam
pecuniam ſe accipere confitendo. l. qui teſtamentū. ff. de proba. l.
ſi forte. Ibique Bart. ff. de caſtren. pecul. cum alijs ſuperius enar-
ratis nu. 24. & pluribus ſeq. nu. 187. & nu. 246. Id quidē in primis,
iuris præſumptione tā vehementiſsima aſſertioni reſiſtente. Quo
384 caſu † cum veriſimilis prorſus non ſit, fidem nec in ſpecie alias
confeſsio facit neq; confitendi officit Dec. in l. cū te. 2. nu. 7. C. de
tranſactio. & in conſi. 596. nu. 10. Paris. in conſi. vltimo nu. 23. lib.
2. & in conſi. 153. num. 31. verſi. & benefacit lib. 4. & apud nos in
conſi. 134. nu. 38. & in conſi. 175. nu. 6. Et quæ ſcripta ante in teſti-
bus & inſtrumentis habemus nu. 373. fidem eis non haberi, quo-
tiens a veriſimili diſtant. In qua re etiam obſeruandum, maximā
litis impenſam Pariſijs factam, cuius nomine ſatis fratri patrue-
li per acceptilationē factum, cum pecuniam dño Claudio debe-
ret. Ita vti inſtrumento publico pala fit. quod productū prius cō-
tra P. eſt a ſomnijs cuius commentū hoc ſub ipſum litis euētum
excogitatū eſt. cū deſperabilem morbū eius perſpiceret. At enim
quo veriſimilia minus hæc ſunt eo ſuſpectum calumniæ magis
vna ſimul cum P. ipſo ſe præſtat: quem autorum circiter quinq;
millia in eam litem inſumpta aſſerere non puduit.
385 Accedit ad hæc, cū his † aſſertionē & teſtificationē id genus
pugnare. quæ fieri vulgo aſſolent. Qm̄ poſt annos octo, q̄ finita
lis, & impenſarū eius facta recuperatio eſt, pecuniā mutuari qui-
ſpiā nō ſolet, vnde nomina debitorū ob litē facta diſſoluat. Imò
enim inepta id genus aſſertio teſtificatiove apparet. Proinde ve
riſimile prorſus exiſtimari id nequit, quod ſolitū non eſt, vti ſcri-
ptū ante habemus. nu. 323. ibiq; & falſi ab inſolito ſuſpicionem
oriri ſubiectū. De quo etiā apud nos in cōſi. 145. num. 14. Rurſus
credibile nō eſt, ſi per tp̄s litis & in ſumptus eius credita ab alijs
pecunia fuerat, in annos eós octo exactionem eius ſuſtinuiſſe. l.
cū de indebito. ff. de proba. Præterea creditorū id genus neceſſa
ria declaratio eſſet, a quibus credita tunc pecunia ſit. cum lis ip-
ſa exerceretur. cum facti id ſit, quod probationem deſiderat. l. cō
ſilio. ff. de cura. furio. l. 1. C. de manda. princi. l. aſſeueratio. C. de
non num. pecu. & alia complura. de quibus ſupra nu. 116.
386 Perſonæ item conditio † ad veriſimilitudinē inducendā va
let, gl. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. Ange. in d. cōſi.
261. col. 3. At enim notiſsimū defuncti debitoris ingeniū ad pro-
fuſionem procliue. Quocirca animi magis q̄ neceſsitatis cauſa
pecuniā eum curaſſe credibile eſt. Iam vero id diſsimile habetur,
quo cū rōnabilis iudicis motus nō concurrit. Bal. in l. teſtiū. num.
20. C. de teſtibus. & in l. ſcripturæ nu. 5. C. de fide inſtru. Fely. in c.
auditis nu. 23. in fi. de præſcri. Cui vero quis iudex moueatur, vt
credat, ob litē ante annos octo, vt narratur, tranſactam, & ſum-
ptus eius victoribus reſtitutos, æs ipſum alienū conflatū. Præter
quam præſumptionem, & alias interuenire, declaratum eſt.

Ratione & alia euidens capitulorum partis ineptitudo & pro-
bationum eius fruſtratio fit, etiam ſi pleniſsimæ alioquin appa-
rerent. Qm̄ nō niſi ob debita neceſſaria feudi alienationem per-
miſſam dilucide atq; cumulatiſsime monſtratū in ſuperioribus
habemus nu. 32. & plurimis ſeq. Atq; præter iam ſcripta, obuius
mihi non incōmode, neq; inauſpicato factus Aret. eſt qui opinio
ni huic nominatim fauet in l. is poteſt circa fi. ff. de acqui. hære.
Vbi voluntarium hæredem ait, qui a cauſa ſeu aditione volunta-
ria originē ducit q̄uis poſt aditionē neceſſarius fiat. neceſſariūq;
hæredem negat, qui originē ab aditione voluntaria habet. Sic ini
tio ipſo neceſsitatem exquirit, neq; ad rem neceſsitatē attinere,
quæ ex cauſa aut origine voluntaria deſcendit. Quo Aret. dicto
Alcia. vtitur in l. 2. §. ex his nu. 17. ff. de verb. oblig. Idq; ex his etiā
in ſpecie confirmatur, quæ ſcripta apud nos ſunt in conſi. 131. nu.
14. Vbi initium etiam in debito neceſſario volūtariove dijudicā
do ſpectandum diximus. neq; quicquam facere, quod neceſſariū
poſtea fit. vel quod neceſſarium in defuncto erat, voluntarium in
hærede videtur, cui liberū eſt, hæreditatē an non adeat. Idq; ex
Ancharano in conſi. 26. in quæſtione ſupradicta Viſis ſubtiliter
col. 2. in ſecundo dubio. Caſtrenſis in conſi. 35. videtur dicendū,
& vtrunq; legatū col. 2. circa med. verſiculo. Sed ad hoc reſpon
detur lib. 2. & alia, de quibus ibi.

Idem in ſpecie ex Decio probatur in c. cum ſit Romana. in ter
tio nota. de appella. Vbi neceſſariam cauſam ait, quæ vitari & re-
moueri non poteſt. Quoniā remouendi poteſtate admiſſa, ſi re-
motio non fit, volens quis neceſsitatem patitur. Sed enim cum
initio ipſo neceſsitas non ſubeſt, vtiq; vitari & remoueri poteſt,
ab obligationibus aut nominibus debitorum abſtinendo. In eā-
dē ſententiam Alcia. ſcribit in d. l. 2. §. ex his nu. 17. ff. de verb. obli.
ex neceſsitate factum non dici, quod modo alio explicari com-
mode poteſt. Cui ſententiæ text. ſeruit in l. nepos Proculo. ff. de
verbo. ſign. Quod arg. ratione validiore opinionem hanc iuuat:
Namq; ſi ratio neceſsitatis non habetur, cui aliunde conſuli com
mode poteſt, quanto magis nihil facienda neceſsitas erit, in quā
vltro quis ſe coniecerit, cū initio ipſo nulla eſſet. Sed enim quor-
ſum doct. teſtimonijs rem confirmare, quam perſpicuam facere
tex. videtur in l. fideicommiſſa. §. ſi rem. ff. de lega. 3. qui neceſſariē
alienationem declarat, quæ neceſsitate vrgente fit. Ita initio ip-
ſo neceſsitatem exigit. Aliter porro neceſſaria nulla non erit, ſi
poſt eam factam neceſsitatem obſeruamus. l. ſicut, C. de actio. &
obliga. In eandem ſententiā tex. ſcitiſsimus accedit in c. 2. Ibi-
que Deci. in quarto nota. de teſtib. Qui ineuitabilem neceſsita-
tem poſtulat.

Hoc ita admiſſo, vt niſi ex cauſa debiti neceſſarij obligari aut
diſtrahi feudum nequeat, cōſequens fit, cauſæ ipſius neceſsitatis
expreſsionem in debitis contrahendis in ſpecie & nominatim
facien-

Faciendã, neq; ſatis eſſe, cauſam ipſam vere conſtare aut ſubeſſe, quotiens a regula iuris diſceditur, vt in iudice Innoc. ſcribit in c. præterea poſt prin. verſiculo. Si autem in citatorio. de dila. Bal. in l. 1. §. vſus. in fi. ff. de procura. Roma. in conſ. 324. num. 5. ad uſque conſilij finem. in conſi. 483. dubitatur primo, nume. 14. verſic. Secundo reſpondeo. & in conſi. 499. nume. 3. verſiculo. q; ſi dicatur. Deci. in c. conſuluit. 1. nu. 5. de appella. in conſi. 8. col. 1. Iaſ. in l. fi. nu. 4. C. de procura. Crotus in l. filiusfamilias. §. diui. nume. 104. & ſequen. ff. de legat. 1. Capel. Toloſa. q. 441. Aufrer. in d. deciſ. q. vltima colum. 2. Si cauſam exprimi a iudice oportet, quocum iuris præſumptio facit. l. Herennius. §. Caia. ff. de euictio. l. 2. verſic. quod nõ arbitramur. C. de offi. ciuil. iud. l. generaliter. §. ſi iudex. C. de rebus credi. c. in noſtra. de procura. c. in præſentia de renũ, c. accepimus. Ibi non eredimus. Ibique Ioan. And. & alij. de ætat. & qualit. Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit num. 3. verſiculo quinto ſic. ff. de pactis. Quanto magis ius idem admittendũ contra priuatum erit. At quem priuatum, contractum cuius vacuum a ſuſpicione non eſſe, acta teſtantur. Idem ex Bart. probatur in l. Lucius in fi. ff. de infam. vbi cum fidem teſtibus ob cauſam quam iudex non habet, cauſam illam commamorandam conſulit, ne rationẽ alias in ſyndicatu iudex reddat, ſequitur Deci. in rubr. de iudi. columna 2. in fi. verſiculo ſecundo reſpondent. in ſecunda lectura.

Quid autem in iudice laboramus, cauſam ab eo exprimendã quotiens contra iuris regulam quid tentat, ita vt ſatis non ſit, cauſam ipſam uere ſubeſſe. Immo enim tantundem & in pontifice maximo contra ius quid faciente probandum, vt cauſam & ipſe exprimere debeat, quamobrem a iure diſcedat, veluti cum gratiam canonis cui facit, aut diſpenſat. neque ad rem attinere, cauſam diſpenſandi vere interuenire, Oldr. ſcribit in conſi. 326. q; articuli nu. 5. & in conſi. ſeq. in princ. Sequitur Rom. in d. conſi. 483. nu. 14. licèt ſub numero alio Oldradum in conſi. vno tantummodo nominet. Et idem Roma. tradit in conſi. 499. nu. 3. verſi. q; ſi dicatur. Deci. in d. c. conſuluit. 1. col. 2. de appella. Et in conſi. 8. circa prin. Roma. etiam in d. conſi. 483. Crot. ſequitur in d. §. diui numero 105. verſi. ex quibus verbis infert. Fely. huc ſpectat in c. quæ in eccleſiarum nu. 18. verſi. limita tertio. de conſti.

Secundo principaliter neceſſitatem hanc cauſæ in ſpecie exprimendæ, vltra tot doct. teſtimonia, ratione atque æquitate naturali oſtendimus. quæ a defenſione percipitur, In qua re explicãda, cauſam ipſam indagare oportet, qua pp neceſſitas hæc introducta cauſæ nominatim exprimendæ ſit. Quæ cauſa non alia eſt, niſi ut defendẽdi facultatem cauſa expreſſa, aduerſarius habeat. Conſulendi tum enim ius erit, impugnandam nec ne cauſam illam, & falſi eam conuincendam putet. Quæ deliberandi facultas non perinde erit, cauſæ expreſſione in ſpecie non facta. Quę ratio ex Capel. colligitur. d. deciſ. 441. ex Abb. in c. ad noſtram. ante fi. de appella. ubi cum appellatio a definitiua præterquam in cauſibus aut ex cauſis quibuſdam prohibetur. Qui appellationem ab ea interponit, cauſam exprimere & ipſam certam ideo debet, quo planum fiat, in caſu ne interpoſita permiſſo ſit. Atque ideo ut defendendi, & contra probandi facultatem appellatus habeat. Eadem ratione introductum, ut libellum edi certum oporteat, ne ſi incertus admittitur, defendendi & deliberandi copia reo adimatur. l. 1. in prin. Ibiq; Caſtren. Alex. & Iaſ. ff. de eden. In principe etiã, qui ex cauſa quid agit, quod cauſa illa remota, non permittitur, cauſam & ipſam certam apertamque ab eo exprimendam. Pariſ. ſcribit in conſi. 68. num. 25. lib. 4. Cauſæ ſatis expreſſionem non eſſe, quæ in genere fit quotiens niſi ea cauſa qua iuſta ſieri quid nequit, dilucide etiam monſtratum in ſuperioribus habemus nume. 196. Idem Pariſ. probat in conſi. 12. nume. 162. lib. 2. Quid hic dicendum, vbi nequidem in genere expreſſio ulla facta cauſarum legitur, propter quas pecunia rogata mutuo fuerit.

Tertio ſpeciem hanc propius, ex Sali. dirimi quæſtio hæc uidetur in l. fi. nu. 4. C. de iudi. Cum regulariter appellatio prohibita a ſententia arbitri ſit, & eo demum caſu permiſſa, quo compromittendi neceſſitas ſtatuto iniungitur, nõ aliter locum appellationi eſſe, niſi ſi cauſa neceſſitatis expreſſa in compromiſſo ſit. q; propter ſtatutum ipſum factum compromiſſum ſit, cum nihil prohibeat, ſtatuti etiam coactione remota, arbitros eligi. Quare conſequens non ſit, neceſſario compromiſſum fieri per ſtatutum debet, ergo niſi ſtatuti metu factum compromiſſum eſt. Cui ſententiæ Alex. ſubſcribit in l. 1. nu. 49. in fi. ff. ſol. ma. in l. ſi quis maior nu. 2. C. de tranſact. Fely. in c. fi. in fi. de reiudi. Zuchar. in rubri. C. de pactis. nu. 109. Et quamuis controuerſiam id in compromiſſo hoc genus patiatur, in quo partia intereſſe non dicitur, ſi appellatio interponitur, & per eam iniquitas ſententiæ refellitur. l. Gracchus. C. de adul. c. dilectus. de offi. lega. Attamen in ſpecie controuerſa veriſſimum id æquiſsimumve puto, vt expreſſio cauſarũ fieri neceſſitatis debeat, propter quas mutui nomine pecunia accipitur, quoad hoc vt ex ea alienare feudum liceat, ne aliter interpretantibus, non feneſtra, ſed ianua lata vaſallis pateſiat vnde fraudem in feudo ſucceſſores ſentiant. Perfacile quippe vaſallis erit ad eum modum ſucceſſorum ius lædere, pro arbitrio nomina debitorum faciendo, cum variæ neceſſitatis fingi cauſæ poſſint. Et iſtud vero eſt, quod Bald. ſcribit in conſi. 343. examinanda ſunt col. 1. circa med. ver. ſed notandum eſt lib. 1. fingẽdas neceſſitates non eſſe. Quod Bal. dictum quàm appotiſsime huc quadrat, vbi poſt annos octo, quàm dijudicata lis cum ſubditis eſt, ob cauſam litis illius pecuniam creditam aduerſarius ait.

Tertio demonſtratum in ſuperioribus habemus nu. 194. facultatem hanc ob debita neceſſaria feudi alienandi, ad limites neceſſitatis reſtringẽdam. At enim proh ſuperi, Quomodo modus aut terminus vllus conſtitui aut dijudicari in neceſſitatibus poterit, Quarũ expreſſio prorſus facta vlla non eſt neq; in ſpecie, neque in genere. An non deteriorem ad modum hunc agnatorum cauſam facere conceditur, ſi id genus probationes neceſſitatum in obſcuro, contra omnem veriſimilitudinem non abijcimus. Equidem artem faciliorem ad ius agnatorum eludẽdum hac ipſa haud vllam exiſtimem. Diſsimiliter atque, ſi cauſarum expreſſio, atque ipſa certa & liquida ſit. Ibi enim non difficile erit, aut cedere aut contendere. contra rẽ habere expreſsius, dilucidiusve oſtendendo. Inde non ab re probationem in ſpecie expoſtulari, & flocci probationem faciendam, quæ in genere præſtatur, teſtatum in ſuperioribus habemus num. 349. & numeris tribus ſequẽtibus. Et num. 428. Hoc amplius num. 350. ius idem confeſsioni eſſe oſtendimus, quæ in genere fit. Id quia incertitudo a genere oritur, ſicquomodo ſcriptum ante legitur nu. 97. In certam plane probationem abijci palam eſt. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tut. cum alijs in locis prædictis enarratis.

Quarto obſeruandum, vbi inter viuos Claudius debitor eſſet, Atque in cauſas initio neceſſarias debita contracta affirmaret, fidem nihilo magis aſſertio eius haberet. cum in re prohibita cõfeſſio adhibeatur. l. qui teſtamentum. ff. de probat. cum alijs ſupra relatis nu. 28. 146. & pluribus ſeq. & num. 187. & num. 400. in fin. Atque ubi in ſpecie prohibita confeſſio non cadat, fides tamen eidem habenda perinde quaſi veri diſsimili non eſſe, ſiquidem nec confitenti ipſi noxiam tum eſſe, ſatis declaratum ante eſt nu. 384. Ibique veri ipſa diſsimilitudo explicata. Quanto minus aſſertio muniere aduerſarij debebit, qui ignarus prorſus eorum eſt, quæcunque inter creditores acta & debitorem Claudiũ ſunt. Cum nec hæres ipſe defuncti animum declarat. l. Pomponius ſcribit ſi frumentum. §. fina. ff. de re vendica. l. inter ſtipulantem. §. 1. cum glo. Ibique Bart. & alij. ff. de verb. oblig. Bart. in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. & in l. ita ſtipulatus. in octaua oppoſi. 1. partis. nu. 8. ff. de verbo. obliga. Ex his argumentum hoc adiuuatur, quæ in ſuperioribus ſcripta circa ineptitudinem capitulorum P. ſunt nu. 128. & pluribus ſeq. Et num. maxime 144, & nu. 160. Vbi oſtendimus de rebus & neceſſitatibus vaniſsimis penitusque incognitis capitula. a P. ipſo non citra calumniam & euidentem aduocati eius lapſum, inconſulte plus ſatis edita P. enim impulſu atque inſtigatu capitula & hæc excuſſa ab aduerſario S. ſunt. Affinitatem quippe in re hac capitularia vtriuſque iudicia habent P. & S. Gratioſoſque adeo ſe arbitrantur & deprædicant, vt vel ad ipſa veritatis iuſtitiæque fundamenta conuellenda valere ſe putent. Proinde coloris tantulum latis, quem arti prætexant. Inde iudicij illius iniuria. Sed enim aconito omni medica præſentanea quæ ſenatus optimi atque religioſiſsimi antipathia occurrit.

Quinto cauſas ipſas neceſſitatis in ſpecie ſingulas enarratas in contractibus ipſis fac, Quorum nomine iudicium hoc exercetur, Ad rem id nihilo magis attinet. Quando quidem probationibus contrarijs & quidem per inſtrumenta publica falſi id genus aſſertio conuincitur. Namque cum bonam ſumptuum partem qui in lite facti cum ſubditis ſunt, proſecutio exhauſerit, quæ facta Lutetiæ eſt, aureos tamen ducentos rata debitoris portio non excedit, qui ipſi per acceptilationem aut quitationem, quam vocant, pecuniæ Claudio debitæ ſolutæ ſunt. ſic quomodo ſcriptura publica docet quæ in iudicio alio contra P. etiam

prolata

prolata eſt. vnde ſatis hoc ad commenta partis elidenda fuerit, cum ſententiam ſubditi paſsi litis diſpendia reſtituerit. Quid hic dicendum, vbi doces de vxore ſecunda, & pecunias ob villam feudalem Claudius accepit cognatis vẽditam. vt villam precioſiorem taceam P. ipſi vitioſe adeo diſtractam. Quæ omnia ſi ex fide bona obſeruamus, mirum ni vulgatiſsimam venditoriſve profuſionem confitemur, Tantum abeſt, vt neceſsitate qua vrgẽte, æris quicquam contractum, alienum ſit. Quo fit, vt a vero prorſus aduerſarij capitula abhorreãt, quatenus neceſsitatis cauſas exprimunt.

Sexto quo magis in mentem ſcotentiæ venit, quæ Vercellis lata inter nobiles ab aduocatis eſt die 26. Iunij 1557. ſi recte memini, Eo magis atq; magis contrariã eam & P. & S. inuenio, Idq; ratione validiore rem excutiendo. Ibi enim mala vẽditoris valetudo in manifeſto erat, venditiones villæ non præhibant, vnde collecta pecunia in neceſsitates ſublenandas diceretur. Agnato ibi licet vlterioris gradus, feudum venditum. At enim agnato propiori per ſenatum cum fructibus poſt litem perceptis adiudicatum. An non rationem maiorem non paulo ſpecies controuerſa habet. In qua morbo alio niſi pecuniæ curandæ debitor non tentabatur. In qua nomina tot alia debitorum contracta inſtrumentum ipſum venditionis P factæ oſtendit. vbi & cognatis venditoris alienatio alia villæ feudalia peracta. Apparet ea bis tolerandam prorſus id genus probationem non eſſe ſub obſcuro & incerto penitus eiectam, quatenus expreſsio cauſarum opus in ſpecie & nominatim erat, quarum poſtea probatio fieret, ne vti diximus, copiam alias defendendi ſubtractam, cum circa ſubſtantiam ipſam, tum circa modum neceſsitatum dicamus, quarum fines egredi non licere & ciuilis & naturalis ratio præcipit. Tolerabilis partis deſideriũ foret, vbi expreſsione cauſarum nominatim non facta, defenſionis pręſtandæ negotium durius, grauiusve non fieret. Secundum quæ, non iure extremo, at eo, quod a fonte ipſo naturæ manat, cauſam hic agi, palam fit. Cui ſententiæ & illud ſeruis, quod ſcriptum apud Alexã. eſt in conſi. 182. col. fina. lib. 2. Cauſam, quæ in obligatione exquiritur, certam, intelligibilem, aptam, potentem, & cohærentem exprimendam. Quod idem & Marſi. probat in l. 1. §. præterea. num. 93. ff. de quæſtio. Sed enim cauſæ hic expreſsio in ſpecie facta vllius non eſt, tantum abeſt vt certæ, intelligibilis, aptæ, potentis aut cohærentis facta dici probatio poſsit. Certa enim diceretur, quæ demonſtrationibus certis nominatim declaretur, vt habetur in l. certum. ff. ſi cert. pe. l. certum. ff. de confeſ. Sed enim niſi in genera ob lites, cauſa in capitulis non enarratur. Cum aliter certitudo opus ſit. Tantum in teſtimonijs, aduocationibus, ſportulis, &c. Quo modus certus ſumptum & res certæ appareant, in quas facti ſumptus ſunt. Tameſti otioſa horam diſceptatio ſit, Quatenus ſub inſtrumentis ipſis debitorum neceſſariam hanc expreſsionem diximus. Sed nec fidem tunc expreſsioni habendam oſtendimus, niſi ſi probationibus legitimis confirmetur per d. l. qui teſtamentum. ff. de probat. & alia, de quibus ante nume. 24. & pluribus ſequen. num. 187. & nume. 246. Aptam item, potentem, intelligibilem, & quæ cum re cohæreat aut perſuaderi poteſt, cauſam non eſſe, inſtrumenta vẽditionum, & nomina tot alia debitorum, venditoris & debitoris conditio, profuſi videlicet, euidentiſsime indicant.

Ad extremum, illud certe inficias iturum quempiam non arbitrer, probatione cauſarum neceſsitatis opus in ſpecie eſſe, cum a regula iuris feudorum diſcedatur. Etenim ſi expreſsionem in ſpecie doc. tunc exigere vſque adeo docuimus, vt ſatis non ſit, cauſas vere interueniſſe, atque ideo de cauſis ipſis ex probationibus poſtea conſtare. Quanto facilius admittendum id erit, in ſpecie cauſarum id genus probationes præſtandas. Enimuero probationi præſum. itaque locus tunc non eſt, cum in ſpecie probatio exquiritur. l. Lucius. ff. de condi. & demonſt. Pariſ. in conſil. 104. nu. 8. lib. 4. Atqui quid probationis aliud aduerſarius præſtat, niſi præſumptionem, quandam vaniſsimam a veri prorſus ſimilitudine alienam, cui iuris non præſumptiones modo, ſed & probationes ipſasq; inſtrumentarias reſiſtere oſtendimus.

Gouernatum item in ſuperioribus habemus nume. 349. præſumptiones & probationes quo certas & ſpeciales magis, eo potiores haberi. Sed enim in ſpecie reus oſtendit, ſumptus litis Pariſijs factos. per acceptilationem fratri patrueli a Claudio reſtitutos. Impẽſas in lite factas a iudicis victis redditas, Dotes de vxore ſecunda habitas, Bona diſtracta, nomina debitorum facta. Quamuis non niſi ex parte in ſumptus Claudius ipſe conferret. Non eo hæc dico, quòd in eam cauſam opus pecuniæ tot & nomina debitorum eſſent. Sed quo expreſsior aduerſariorum calumnia fiat S. plane non niſi præſumptionibus quibuſdam commentitijs, improbatis a veri prorſus ſimilitudine alienis ſubniti certat.

Appoſitiſsime ad prædicta conducit, quod dici in eo ſolet, qui cum beneficium vnum, plurave obtinet, aliud contra ius poſtular, in ſpecie ab eo beneficia, quæ habet, exprimenda. Quare ſi beneficium curatum tenet, ſatis ad expreſsionem eius clauſula non eſt, vt neglectui animarum cura non habeatur, quamuis niſi ad beneficium curatum id genus verba non ſpectent. Clemen. 2. de offi. ordi. Clemen. 1. de preben. Oldra. in conſi. 81. § proceſſus nume. 3. & ſeq, Geminia. in conſi. 89. nu. 5. Abb. in c. ad aures. nu. 6. de reſcrip. Quod recipi tum etiam ſolet, cum motu proprio conceſſio fit, vt actor Rebuffi eſt in tracta. nomina. in 11. q. nonæ. q. prin. pag. 39. In eãdem ſententiam Anchara. ſcribit in conſil. 404. tria dubia num. 8. in fi. verſic. pro hoc facit, quod nn. Specu. inhabilitatem perſonæ in ſpecie exprimendam, vt rata diſpenſatio ſuper ea habeatur. Idem in diſpenſatione generaliter Roma. probat in conſi. 272. commiſsio. Et alia non pauca. Si in diſpenſatione, quæ oneroſa tertio non eſt, expreſsionem ſpecialem ob id ſolum ius exigit, quia iuri contradicit, atque ideo odioſa habetur, quid hic dicendum, vbi vltra iuris feudorum offenſionẽ agnatorum & ſucceſſorum in feudo ius læditur ea inueſtituris maiorum acquiſitum. Alienum ab his Ruini dictũ non credo in conſ. 98. num. 15. verſi. & per hoc patet reſponſum lib. 4. Quibus caſibus fidem aſſertio principis de cauſa habet, quæ expreſſa ab eo ſit, id ita obtinere, ſi in ſpecie cauſam exprimit, aliter atque ſi in genere, quoniam ſi expreſsio ſatis generalis ſit, facultas contra probandi parti admittitur. Ita ratione defenſionis non tollendæ Rui. impellitur, quæ ratio ante animaduerſa a nobis eſt. Huc & ea ſpectant, quæ ſcripta apud nos ſunt in conſi. 29. nume. 3. & in conſi. 48. num. 2. Quibus caſibus fides verbis enunciatiuis habetur, recipi id ita ſolere. ſi in ſpecie quid enunciatur. De quo ſcriptum etiam & vberius habemus in tract. de antiq. temp. parte 1. nu. 80. & parte 2. nu. 4. verſi. ſed contrarium.

Opportune non minus & illud his aſſuitur, quod ſcriptum apud Freder. a Senis eſt in conſi. 233. caſus talis eſt, monaſterijs colũ. 2. ante med. Ad reſcriptum ſeu priuilegium lædendum mentionem generalem non valere, at ſpeciali opus expreſsione eſſe per tex. in ca. ſecundo. de dolo & contu. in capit. ſecundo, in fi. de præbend. & in capitu. bonæ. de confirma. vtili vel inutili, Nonne ratione validiore pro ſententia hac dictum Freder. certat. Siquidem non reſcripti aut priuilegij, ad iuris feudorum & contractus, qui ex inueſtituris maiorum procedit, offenſio hic verſatur. vt alienum defuncti æs diſſoluere ſucceſſor in feudo debeat. Ratio item maior hic vrget, quia nequidem in genere expreſſum eſt, ob cauſas neceſſarias pecunias curari. Atque in iure tertij lędendo ſpeciali opus expreſsione eſſe, Tex. declarat in capit. quamuis. Ibi niſi expreſſe dixerimus, Ibique Lap. & Geminia. & in c. ſi propter tua debita. de reſcrip. lib. 6. Inde fit, vt ad ius tertij lædendum clauſula generalis anteferri non valeat. c. pen. de præben. lib. 6. c. pen. de conceſ. præben. eo. lib. Curt. ſen. in conſi. 49. nu. 15. circa fi. verſi. Sic vbicunque. & num 94. circa med. verſi. & iſtud etiam eſt de iure communi, ſi expreſsio ſpecialis ad ius tertij lædendum eo etiam caſu opus in ſuperiore, quæ lædendi poteſtas cõpetit ut in beneficialibus. quid hic in feudi iure minuẽdo dicemus quod a poteſtate vaſalli niſi ob cauſas initio neceſſarias non pendet. ut in ſpecie conſtare non modo neceſsitatibus ipſis, ſed & de modo aut quantitate pecuniæ oporteat, quàm neceſsitates ipſæ expoſtulant; cum limites egredi neceſsitatum nõ liceat ut dictum ante habemus num. 194. Idque ex Socin. demonſtratur in conſi. 295. nu. 6. in ſecundo dubio. maxime ut ſic. tertio quia donatio. lib. 2. ubi cum propter merita donatio fit, in ſpecie ea declaranda aut enarranda ideo ait, quòd cum ultra merita donare non liceat, & ſimplex in exceſſu habeatur, de uiribus eius conſtare aliter non poterit, ad modum ne facta meritorum ſit, quam ſi in ſpecie enarratio meritorum fiat. Conſilio & opinioni Soci. Dec. ſubſcribit in conſi. 366. nume. 10. & ſequen. Rui. in conſi. 173. nume. 2. lib. 1. Pariſ. in conſi. 73. nume. 63. lib. 1. Satis inſpectio hæc ad S. cauſam pertinendam eſt. Id quidem in primis, quod ſi ſumptus litis per acta ſingula percurrimus. numerumque participum Noui, & pecunias ſpectamus, quas fratri

Pa-

patrueli ob ſumptus ipſos acceptas debitor fecit. & alius, quas
ſubditi victi refuderunt, mirum ni ex ſomnijs meris commentũ
hoc excogitatum capitulorum eſt. Conſequens fit, pecunijs etiã
poſthabitis. quas non exiguas ad Claudium ipſum perueniſſe
aliunde conſtat. ex dotibus ſecundæ vxoris, & alienatione bono-
rum, in tuto rei cauſam videri.

Tertio principaliter in capitulis his animaduertendum, ad
rem omnino nec probatione eorum impleta, pertinere. Princi-
387 pio enim monendi ſumus, de iure † hic offerendi certari. Quod
creditori poſteriori contra priorem ita datur, vt in locum eius
debito perſoluto ſuccedat iuxta l. potior. §. ſi paratus. l. creditor.
§. ſi primus. verſi. vnde. ff. qui potior. in pign. ha. l. 5. Ibique Barto.
C. eo. titu. l. 1. §. C. ſi antiq. credi. pign. vendi. Bald. in l. vni. num. 5.
verſi. item ſcias. C. de priuil. dot. & in conſi. 84. præmittendum eſt
ad euidentiam. q quando conſtante matrimonio nume. 4. lib. 3.
Ius hoc offerendi creditori demum hypothecario datur. Credi-
tor planè, cui hypotheca abeſt, fruſtra creditori priori pecuniã
offert, vt in vicem eius reponatur. Etenim ſi hypothecam credi-
388 tor poſterior non habet, quomodo actionem † cum priore cre-
ditore exercebit. realem enim inferre non poteſt, quæ ſine hypo
theca non competit. Perſonalem planè creditor prior pigno-
riſque poſſeſſor ne tum quidem patitur, cũ rei ipſius cauſa obli-
gatio contracta perſonalis eſt, quæ ad creditorem ipſum, eun-
demque ſucceſſorem ſingularem peruenit. l. quædam. §. nihil in-
tereſt. ff. de eden. l. fideicommiſſum. §. tractatum. ff. de iudi. l. fin. §.
fin. ff. de contra. emptio. l. 2. in fin. ff. de hæredi. vel actio. vendi. l. ſi
mulier. §. ex aſſe. ff. de iure dot. l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. l. 1. C.
389 ſi cer. pet. Idque locum habet, quamuis † doli nomine reſcindi
contractus poſsit. Namque ſi alienata res ab emptore ſit, qui do-
lo fecit, in ſucceſſorem ſingularem nihilo magis actio datur. l. do
lus. C. de reſcin. vendi. Ruin. in conſi. 32. numero. 9. lib 1. Atque in
ſpecie, creditori ius offerendi non eſſe, qui hypothecam non ha
bet, ex tex. oſtenditur in l. 1. C. ſi antiq. credi. Idem ex tex. pro-
batur in l. fi. C. de bonis autori. iud. poſsid. Vbi miſsione in poſ-
ſeſsionem in gratiã creditoris facta, niſi creditoris chirographa
rij ius per creditores alios chirographarios non læditur. Aliter
igitur atque, ſi in gratiam hypothecarij creditoris facta miſsio
eſt. Eodem tex. ſpectat in l. nulla. C. de ſolutionibus. Idem ex Bal.
confirmatur in l. Ariſto. circa princip. verſicu. ex lectura antiqua.
ff quæ res pign. obli. poſſ. in conſi. 40. maritus nume. 7. lib. 1. & in
d. conſi. 84. nume. 4. lib. 3. Caſtren. in l. ſi res obligata, numero 6.
Ibique Iaſ. nume. 42. ff. de lega. 1. Quibus in locis habetur, offe-
rendi ius ei non dari, qui hypothecam non habet, quoties ad vti
litatem ſuam offert, vt in locum ipſe creditoris prioris ſucce-
dat, cui oblatio fit. Ad commodum ſolum modo debitoris offe-
rendi ius hypothecam non habenti permitti. hoc eſt vt hypothe
cam prioris diſſoluat, debitoremque liberet, pro eo offerendo
iuxta l. ſoluendo. ff. de nego. geſt. Cæterum liberatione debitoris
in bonis hypothecæ ſuppoſitis iam factu, inſolutum puta a debi
tore vel in iudice datis, locum offerendi iuri non niſi in gratiam
creditoris eſſe, qui hypothecam habet. Idem ex deciſione Nea
politana declaratur. 201. numero 4. poſt princip. verſiculo facit,
nam tea. in nonis capitu. Neguſan. in tracta. de pignor. in tertio
membro quintæ partis colum. 3. in fi. verſic. Secundo principali-
ter limitatur.

His ita prænarratis, offerendi ius contra antiquiorem credi-
torem, cui facta ſolutio eſt, creditori poſteriori non concedi, qui
hypothecam non habet. Conſequens fit, ſine actione vlla ad ius
hoc offerendi S. aduerſarium deſcendiſſe. quatenus feudalia bo
na ſunt in ſolutum D. Hectori data. Quoniam hypothecam in
bonis feudalibus S. ipſe creditor poſterior non habet. Namque
390 & ſi maxime † bona omnia hypothecæ ſuppoſita a debitore
ſunt, ad feudum tamen non trahitur, cuius permiſſa alienatio
non eſt, vti ſcriptum in ſuperioribus habemus, numero 293.
& ſequen.

Hoc amplius, ſi feudi mentio expreſsim facta ſub hypotheca
ſit. Idq; nominatim hypothecæ deſtinatum. clauſula hypothe-
cæ ita concepta, ſub obligatione omnium bonorum etiam feu-
dalium hypothecæ ius in feudo, nihilo magis aduerſario com-
petere. Siquidem firmitatis quicquam hypotheca id genus non
habet domini iniuſſu facta. c. 1. in prin. de prohi. alie. feu. per Fre
der. cum alijs ſupra comparatis d. nu. 293.

Neque mutat, domino inconſulto recte feudum Noni per in-
ueſtituram priorem alienari. Ibi ſine contradictione præfati do-
mini comitis & hæredum ſuorum. Quoniam receſſum ab ea
inueſtitura, eamque in ea parte alteratam & alterari potuiſſe, in-
ueſtituris ſequentibus & ipſis multiplicibus euidenter liquet, &
dilucide etiã demõſtratum in ſuperioribus habemus. Iuſſumq;
aut conſenſum domini in alienationibus neceſſarijs ſemper in-
teruenisse, proculdubio eſt. Vel conſenſus id genus reſeruationẽ
contractus habent, ſaluo & reſeruato beneplacito domini, &c.
391 Secundo reſpondetur, robur † hypotheca aut alienatio eſto
feudi habeat domino imprudente facta, vires tamen in perniciẽ
ſucceſſorum agnatorumve deeſſe, ſcriptum in ſuperioribus ha-
bemus. nu. 21. 204. & nu. 295. Itaque quod ad ius D. Hectoris at-
tinet, hypotheca vlla niti S. aduerſarius nequit. Qua dempta, fru
ſtra ad ius offerendi adſpirat.

Tertio reſpondetur, ad cauſam decreti ex auo poſtea editi
clauſulam illam non pertinere, ſine contradictione præfati do-
mini comitis & hæredum ſuorum. Locum enim clauſula habet,
vbicunque habili alius interueniunt, id eſt, conſenſu agnatorum
adhibito, ſic quomodo ſermone vberrimo teſtatum in ſuperio-
ribus eſt. Cæterum vbi agnatis nolentibus alienatio fieret, hypo-
thecave in feudo induceretur, conſenſum ante domini explorã-
dum, cautum decreto per verba conditionalia eſt. conſenſu no-
ſtro præhabito & interueniente. ex quibus ablatiuis conditio-
nem ſequi non dubitat. l. ab emptione. ff. de pactis. l. cuictis agris.
ff. de vſuris. l. a teſtatore. ff. de condi. & demon. Conditione planè
392 non † impleta, id eſt conſenſu domini non requiſito, locum
decreti permiſsio non habet. verum pro eo res eſt, vt ſi permiſsio
vlla expreſſa in decreto nõ ſit. l. pecuniam. Ibi perinde eſt enim.
Ibique Caſtren. & alij. ff. ſi cer. pet. l. neceſſario. ff. de peri. & com.
rei vendi. cum alijs apud nos collectis in conſi. 62. nume. 1. & in
conſi. 170. nu. 8. Conſequens igitur non ſit, conſenſus domini po-
tendi neceſsitas remiſſa tum eſt, cum damno agnatis alienatio
non cedit, ergo etiam cum incommodum agnatis affert. l. fi. ff. de
calum. l. Pupinianus exuli. ff. de minor.

Quarto reſpondetur. a iure communi feudorum decretũ exor
bitaru, quo ob cauſas neceſſarias feudi permiſſa alienatio eſt, vti
ſcriptum circa initium habemus nu. 30. & fuſius numu. 69. Vnde
cum ſub conditione permiſsio facta alienandi ſit, ſi domini con-
ſenſus acceſſerit, ad eum caſum referri conditionem hanc opor-
tet, quo neceſſarius alias domini conſenſus non erat. ne inertia,
ceſſantiave verba hæc ſiant, cum neceſſarius regulariter conſen-
ſus domini ſit per ea quæ verbis pluribus ſcripta in ſuperioribus
ſunt nume. 46. nu. 312. cumulatius nu. 340. & pluribus ſeq.

Quinto reſpondetur, non aliter decreti beneficium aduerſa-
rio prodeſſe, niſi ſi qualitatibus eius omnibus partium ab eo ſit
per ea, quæ ſatis dicta ſupra habemus nume. 37. vbi in decreto id
obtinere in primis oſtendimus, quod a iure communi abhorret,
quod genus decretum hoc eſt, quo non modo iuri communi feu
dorum, ſed & agnatorum derogatur, quibus ex contractu ipſo
feudi ius competit.

Sexto reſpondetur, clauſulam illam, ſine contradictione præ-
fati domini comitis &c. in fauorem ipſorum inueſtitorum &
ſucceſſorum adſcriptam. vt ſi ipſis volentibus alienatio fieret,
neceſſarius domini conſenſus non eſſet. Ob id rationis non vi-
detur, in necem eam ipſorum agnatorum trahi. vt ad eum ca-
ſum trahatur, quo præter ſucceſſorum voluntatem, diſpendioq;
eorum feudum diſtrahitur. l. nulla. ff. de ll. l. quod fauore. C. eo-
dem titulo.

393 Neque contrarium his eſt, de iure † tertij non opponi. l. loci
corpus. §. competit. ff. ſi ſerui. vendi. l. 1. & 2. ff. ſi ager vectig. l. 1. in
fi. l. 5. ff. vti poſsid. l. 2. ff. de excep. rei iudi. l. cum ſeruum. C. de ſer-
uis fugi. l. ſi quis emptionis. §. ſed hæc ſuper illis. C. de præſcri-
ptio. 30. vel 40. an. Eadem ratione iure tertij actor non vtitur. l. 1.
§. 1. ff. ſi pars hæredi. pet. l. vti frui. in princip. ff. ſi vſufruct. pet. l. ſi
Socer. §. Lucius. ff. ſolu. matrimo. Alexan. in conſilio 65. numu. 37.
verſiculo præterea dato. lib. 6. Et in ſpecie, contemptum hunc do
mini in conſenſu eius omittendo, non opponi, ex Oldra. proba-
tur in conſi. 139. num. 7. in ſexto dubio. Alex. in conſi. 106. nume.
5. circa med. verſiculo nec prædictis obſtat lib. 4. Dec. in conſi.
249. num. 3. & colũ. 4. in fi. verſiculo poſtremo alio fundamento.
Albuin conſi. 67. nu. 6.

Triſariam enim reſpondetur. Principio ob id de conſenſu
394 † domini poſthabito nõ opponi, quoniam excluſio iuris partis
ex omiſsione ipſa conſenſus iure ipſo non ſequitur, cũ a volun-
tate eius excluſio ſequatur. Vnde fieri poteſt, vt ad excluſionem

animus

animus domini non feratur d.l.2.cum glo.ff.ſi ager vectig.Bar.in
d.l.2.num.1.ff.de exceptio.rei iudi.& in conſi.81.num.5.Soci.in
conſi.78.nume.4.lib.4.Deci.in conſi.144.col.penul.in fi.Iaſon
in l.2.in quinto nota.C.de iure emphy.Ripa in rubr.ff.ſol.mar.
numero 29.verſi.non obſtat,quòd dos. Sed enim excluſiua iuris
partis prætermiſsio conſenſus domini omnino & iure ipſo eſt.
Siquidem voluntatis huius declaratio facta in decreto eſt. vt vi-
gorem permiſsio alienandi niſi ex conditione non habeat,ſi do-
mini exquiſitus conſenſus erit.Qua conditione deficiente, ſimi-
liter rem eſſe diximus, atque ſi permiſſa prorſus alienandi fa-
395 cultas non ſit.Atq; in ſpecie, iure ipſo † actum euaneſcere con
ditione non impleta,ex tex. declaratur in l.item quia. §.1. Ibi &
nuptijs non ſecutis,ipſo iure euaneſcit ſtipulatio.ff.de pactis.De
quo tex.memoria habita apud nos in conſil.93.nume.3.Idque
etiam declaratur,quoniam formam conditio inducit.l.prætor.
Ibique Barto.ff.de colla.bon.Bal.in Authen.matri & auiæ nume.
3.in fi.C.quan.mul.tu.offi.fungi.po.Socin.in conſi.32.nume.2.
lib.3.Iaſon in l.2.§.prius.numero 11.ff.de vulga.Deci.in rubri.
de proba.nume.14.circa princ.in c.de appellationibus nume.4.
verſicu.ſecundus caſus in fi.de appella.& in conſi.11.numero 9.
vbi in conditione expreſsim loquitur, quam ablatiui abſoluti
faciunt. Tradit etiam Crot.in rubri.ff.de oper.noui nuncia.nu-
mero 10.Soci.Iun.in conſi.122.nume.19.lib.5.forma planè ne-
glecta,iure ipſo actum perimi,nemo dubitat.De quo dictum,ſa-
tis ante habemus numero 135.& pluribus ſequen.& nume.170.
396 & duobus ſeq.Itaque cum forma decreti impleta † ab aduer-
ſario non ſit,rationi exagitat, decreti eum beneficio frui Signo-
rol.in conſi.249.colum.8.poſt med.verſi.ex quibus omnibus in-
fero.& colum.ſeq.Calca.in conſi.12.nume.25.verſicu.quinim-
mo poſſet dici.

Apparet ex his,a diuerſis penitus argumentum deduci,quod
a conſenſu domini colligitur, quem in feudo alienando ius ex-
397 poſtulat,ad eum,quem decretum exigit.A iure quippe † ratio-
ne præiudicij, domini exquiri conſenſus ſolet, ne in perſonam
minus gratam aut idoneam feudū transferatur. Inde ſit, vt poſt
alienationem factam vtiliter conſenſus domini adhibeatur Iſer.
in c.1.in prin.nu.14.Ibiq; Aluaro,nume.15.verſi.quæro an con-
ſenſus.de prohi.aliena.feu.per Freder.Goradi.in conſi.16.num.
9.Cur.Iun.in conſi.1.num.15.& in tracta.feu.in quarta parte, in
materia aliena.feu.in 5.q.circa ſecundam regulam formata.Soc.
Iun.in conſi.97.num.16.& in conſi.101.nu.2.lib.2.At enim vires
398 † alienatio a conſenſu nō acciperet,qui adhibitus poſt eam ſit,
ſi formæ vice interponi debeat. Immo enim uel actui præuerti,
uel in actu adhiberi ipſo debet.l.obligari.§.tutor.ff.de autori.tu
tor.§.tutor.Inſti.eod.tit.c.auditis.de electio.c.in venditionibus.
27.q.4.Innoc.in c.cum conſuetudinis de conſuetu.Barto.& alij
in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acqui.hæredi.Bald.in l.1.in
fi.C.qui admitti.Abb.in 5.q.Augerio colum.2.circa med.verſic.
tertio probatur.Alex.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore in
princ.ff.ſolu.mat.in conſi.106.nu.3.lib.1.Ea ratione a conſenſu
patris poſtea accedente robur donatio cauſa mortis nō accipit,
quæ patre facta incōſulto eſt.Id quia formæ & autoritatis cauſa
patris exquiri conſenſus ſolet Barto.& alij in l.eam is.§.1.ff.de
dona.cau.mor.Soc.in l.1.§.fuit quæſitum col.4.circa med.verſi.
Sed aduerte.& col.ſeq.in princ.verſi.Secundo videntur deficere.
ff.ad Trebel.Crement.ſing.69. Cauſa alia conſenſus domini eſt,
quem decretum expoſtulat.Alienationi eum enim anteuerti ne-
ceſſe eſt,cum in conditione,atq; ideo poſitus in forma ſit.Idq; vl
tra conditionis effectum,euidenter ex decreto liquet. Ibi conſen
ſu noſtro præhabito.Ita formam nominatim expreſſam eo ipſo
decretum habet,q alienationi eum præuerti oportet. Itaq; cum
ad formam conſenſus pertineat,quem decretum expoſtulat,for
mæq; omiſsione ad irritum iure ipſo actus deducatur, rectiſsi-
me conſenſus defectum opponere contra aduerſarij hypothe-
cam licèt,vbi nominatim in bonis feudalibus conſtituta hypo-
theca eſſet,quod ipſum tamen factum nequaquam eſt.
399 Secundo ad argumentum reſpondetur † quamuis excluſiui
iuris legatoris ius tertij non ſit,rectè tamen ab eo opponi,qui a
tertio ipſo cauſam habet.Dyn.Barto.& Bald.in d.l.2.ff.de excep.
rei iudi Bal.in Authen.qui rem nu.6.C.de ſacroſan.eccl.Pau.de
Caſt.in conſi.369.viſo & examinato diligenter col.2.circa med.
lib.2.Deci.in conſi.247.in fi.Socin.Iun.in conſi.101.nu.29.lib.2.
Sed enim a domino ipſo directo cauſam gener, reuſque habet.
A quo feudum ipſum recognoſcit.Ex qua reſponſione radicitus
conuulſum argumentum apparet.

400 Tertio reſpondetur,ius † tertij rectè opponi,vt ius partis om
nino aut iure ipſo non excludat,quotiens opponenti inter eſt, &
opponenti ius illud prodeſt.l.ſi cui.Ibiq; Caſtren.C.de non nu.
pecu.Abb.in c.cum non liceat.num.15.verſi.Sed contra hoc.de
præſcriptio.Anchar.in conſi.310.Tres domini col.4.Alba in cōſ.
64.num.2.& ſeq.Sed enim generi opponentis intereſt,vires hy-
pothecæ feudi non eſſe,vbi expreſsim cōtracta hypotheca eſſet,
cum ad opponentem ipſum feudum pertineat. Atq; ideo oppo-
nenti ipſi,non tertio oppoſitio proficiat.

Conſequens prædictis ſit,fruſtra hypotheca generali bonorū
aduerſarium ſit.Quandoquidem opem ei latura nec ſpecialis de
feudo ſit,vbi interpoſita eſſet. Id quod factum prorſus non eſt.
Etenim ſi nulla irritaque id genus hypotheca, conſenſu domini
neglecto,apparet,perinde iudicatur,ac ſi adſcripta omnino non
ſit.Quod argumentum ad eum etiam caſum pertinet, quo ob
cauſas initio neceſſarias alienatio facta feudi ſit. Id quod modis
omnibus pernegatur.

A partibus igitur ſatis enumeratis argumentando,iuxta l.pa-
tre furioſo.Ibiq; Iaſ.ff.de his,qui ſunt ſui vel alieni iuris. ad ius
offerendi fruſtra S.recurrit.Namq; aut ob cauſas initio volunta-
rias æs contractum alienum eſt,quod magis eſt dicere.Et in ex-
pedito rem eſſe,cumulatiſsime & ſplendidiſsime demōſtratum
in ſuperioribus habemus nu.32.& ſequentium frequentia.Scite,
& nominatim magis nu.386.verſi.ratione & alia.Aut cauſas ne-
ceſſarias fingimus aut propoſuimus,& nihilomagis offerēdi ius
adminiculat,vtpote hypotheca feudi remota, quod hypothecę
generali non cedit, atq; vbi expreſsim dictum de feudo eſſet, ne
ceſſarius ſaltem conſenſus domini pro forma erat. Qua omiſſa,
firmitatis quicquā hypothecam nō habere declaratum ſatis eſt.

Quarto principaliter ad ineptitudinem capitulorum S.ar-
guendam monendi ſumus.Ad rem debita neceſſaria ex decreto
domini non attinere,niſi ſi numeratio interueniat.Sed enim quę
ipſe inſtrumēta perlegi in actis producta, ex omnibus nequidem
vnum de numeratione fidem facit.Confeſsionem demum de pe
cunia credita habent. Confeſsionis planè rationem hic non ha-
bendam,verbis pluribus monſtratum ſuperius eſt num.28.146.
401 & pluribus ſeq.num.187.& nu.246.Quinetiam ſatis nō † eſſet,
fidem numerationis per inſtrumenta ipſa fieri, niſi ſi fides de nu
meratione etiam eorum fiat,propter quæ æs ipſum alienum cō-
tractum dicitur,per ea,quæ ſcripta ante ſunt nume.188.& pluri-
bus ſequen.ſatis non eſſe, probationem de precij numeratione
in feudo ob cauſam dotis reſtituendæ vendito impleri, niſi ſi nu
meratam dotem appareat.ob quam reſtituendam feudi aliena-
tio permiſſa decreto eſt. Idque non per decretum ſolummodo,
ſed & iure ipſo communi introductum. Aeque ſi debitam a ven-
ditore feudi & ob cauſam eius neceſſariam, ſeu ob feudi defen
ſionem pecuniam dicimus,& eo nomine ſeu pecuniæ illius diſ-
ſoluendæ cauſam pecuniam aliam acceptā mutuam aſſerimus,
neceſſe priùs eſt,debitum ipſum anterius & neceſſarium,nume-
402 rationemve eius conſtare. Quoniam ſi falſa † prima cauſa eſt,
cauſa cōſiſtere poſterior nequit. Et ſi irrita cauſa prima apparet,
non poteſt inanis & poſterior non fieri.l.ſi id quod.ff.de dona.l.
tutor datus.ff.de fideiuſſ.l.ſi filius familias in fi.C.ad Macedo.In-
de dicitur,a primordio tituli euentum poſteriorem formari.l.1.
circa fi.C.de impo.lucra.deſcrip.lib.10.Et abſurdum eſſet,pluris
aliquid in cauſa poſteriore, quàm in priore eſſe.l.peto.§.prædiū.
ff.de lega.2.Ange.in conſi.110.ſanctiſsima numero ſexto poſt
princip.Bald.huc ſpectat in l.ex placito numero ſecundo circà
med.C.de rerum permu.actus conſecutiuos a primis cauſis re-
gulari.Idem Bald.ſcribit in l.poſſa.nume.5.C.de his quibus vt
indig.cauſas omnes inferiores a cauſa prima gubernari. Iā ab-
403 ſurda † res fuerit,ſi cauſa infecta prior ſit,fructum ex ea in cau
ſa poſteriore produci.l.ſi duo.§.idem Iulianus.ff.de iureiuran.l.
nam origo.ff.quod vi aut clam.l.ſi.in fi.C.de nup.l.fina.C.de na-
tu.lib.c.ſicut.de re iud.cap.vulneratus.prima.q.1.Inde etiam ſit,
vt vitioſa ſententia reddatur, quæ fundamento infirmo nititur.l.
1.§.1.ff.quæ ſen.ſine appella.reſcin.Fulgo.in conſi.73.paterfami-
lias nume.4.Deci.Iun.in conſil.475.nume.14.& ſeq.Soci.Iun.in
conſi.41.nume.18.lib.2.Vbi ex cauſa falſa iudicatum eſſe ait. Qua
ratione nulla ſententia ſit,quæ ſuper nullo proceſſu fertur Caſtr.
in conſi.401.viſo proceſſu vna cum ſententia nume.3.lib.1.Vbi ni
hil intereſſe putat,ſine proceſſu,an ex eo inutili ſententia dica-
tur.Idem Guido Papæ ſcribit in conſi.2.circa princip.in conſi.8.
circa prin.in conſi.13.nu.4.& in conſi.84.nu.3.Quid igitur inter-
eſt,vti ſine numeratione omnino æs alienū contractū poſterius
ſit,

ſit,au ex numeratione quidem, verum propter numerationē de-
biti antecedentis poſterior ſequatur.quæ nulla ſit, aut de qua nō
appareat.Cum ius idem non exiſtentis,atq; non apparentis eſſe,
teſtatum ſatis in ſuperioribus habeamus nu.123.143. & nu.151.
Ad ſententiam hanc & ea conducunt, quæ de cauſa prima ſpe-
ctanda,adnotata ſuperius habemus nu.33.& nu.42,

Apparet ex argumento hoc numerationis non demonſtratæ,
fruſtra a neceſsitate alienandi initio ipſo,opem implorari.Qua-
tenus præter neceſsitatem ipſam, numerationem etiam decretū
ea poſtulat.Idq; iure etiam communi inſtitutum, declaratum in
ſuperioribus liquet nu.187.

Quinto principaliter præmiſſorum omnium nihil eſſe fac.ob
cauſas initio neceſſarias eſto ea contractum alienum ſit. hypo-
thecam feudi rite,recteve contractam finge. Ad rem nihiloma-
gis pertinere capitula S.videntur.Namq; offerendi ius hic verti-
tur.Quo bona feudi conſequi S.ipſe conſtituit.Sed n.permiſſum
ius hoc offerendi per decreta non eſt.Immo enim hoc ipſo pro-
hibitum apparet,ꝙ onus feudi diſtrahendi ſucceſſori ipſi in feu
do imperatur,vt ex precio inde diſtracti ſatis creditori faciat.
Atque ideo in arbitrio ſucceſſoris eſt, quæ feudi bona diſtrahat.
404 Vnde cum † bona controuerſa præciſe S.petat,ſi creditū ei non
offertur,ad formam decreti petitio & concluſio eius non accō-
modatur.Atq;ideo inepta petitio eius declaratur.Ex modo enim
concludendi,qui aptus non eſt, ineptitudo petitionis arguitur.
c.cum dilecti.de emp.& vendi.glo.in l.2.§.circa in verſi.ſine cau
ſa.ff.de doli mali excep.glo.Inſti.de obliga.in verſi.ſecundū. Ibi
per cōpetentes actiones.Bal.in l.actori in fi.C.de rebus credi. &
in conſi.383.primo tria.in prin.lib.4.Pau.de Caſt.in conſi.65.vi
ſo quodam libello porrecto per dominam Andriolam col.3.ver.
nunc ergo viſo lib.1.cum alijs apud nos relatis in conſi.7.nu.1.in
conſi.151.nu.1.Quæ ineptitudo poſt ſententiam etiam recte obij-
citur,vt ſcriptum habemus in d.conſi.151.num.3.

Conſequenter his dicendum, cum formæ & qualitati decreti
exorbitāti paritum ab aduerſario non ſit,auxilio eū nequicquā
decreti adniti per ea,quæ ſcripta ſuperius ſunt nu.31.& nu.396.
Hactenus enim concludi in ſucceſſorem feudi poteſt,vt feudum
ipſe diſtrahat,ſatisq; inde creditori faciat.

Sexto principaliter.premiſſa eſto omnia ſileant, quæ vocibus
ſanè q̄ ſonoris vociferantur,ratione & alia offerendi ius non cō-
petit.Quoniam certior S.factus de ceſsione iurium dotalium no
uercæ rei ipſius eſt. Proteſtatioque a reo interpoſita,non modo
hypotheca matris,ſed & nouercæ vti ſe conſtituiſſe.Quod cū ita
ſit,etiam dotes offerri nouercæ oportebat. Qua enim ratione ſi
apud nouercam bona eſſent,pecuniam dotis & donationis pro-
pter nuptias offerre neceſſe S.haberet.Ita & reo ipſi fieri oblatio
nem oportet,qui a nouerca ipſa cauſam & quidem oneroſam nō
405 obſcure habet.ius quippe † incerti non eſt, recte hypothecæ
ius cum prærogatiua temporis cedi,atque ideo cedentis hypo-
theca iuſte, atq; vtiliter ceſsionarium vti.l.dolia.§.1.ff.de contra.
emptio.l.emptori.ff.de hæredi.vel actio. vend. l. ſi prioris. C. de
his,qui in priorum credi.l.ſi.C.de priuil. fiſci. Signorol.in conſi.
259. nu.1.Bal. in conſil.52.obligatio.in princ.lib.3.Atque nemo
dubitat,retinēdi ius propter hypothecam dari.Namq; ſi ad poſ
ſeſsionem auocādam,vſq; dum factum ſatis ſit,hypothecaria accō
modatur.l.rem alienam.ff.de pign.actio.l.ſi fundus. §. in vendi-
tione.Ibique Barto.& Alexā. apud eum.ff.de pigno. lōge magis
retinendi ius permittendum ob hypothecam erit. cum facilius
406 † retinēdi,quàm agēdi ius detur.l.ſi in area in fi.l. ex quibus.ff.
de cōdi.indebi.l.1.in princ.ff. quibus modis pig. vel hypo. ſol.l.
Paulus.ff.de excep.doli.l.per retentionem.C.de vſur.l.2. Ibique
Bal.in tertio nota.C.de fideicom.l.vni.C.etiā ob chirogra. pecu.
Barto.in l.nemo poteſt num.18.ff.de lega.1. Tex. hue ſpectat in
l.inuito.l.cui damus.ff.de reg.iuris. Et quod in poſſeſsione dici-
tur,ſolo eam animo retineri,quamuis ſatis animus ad eam quæ-
rendam non ſit.l.3.§.in amittenda.l.quemadmodū & l.rem quæ
nobis.ff.de acq.poſ.l.licèt.C.eod.tit.Et alia non pauca. Atque no
407 minatim,retinendi † ius ex hypotheca eſſe, text. probat in l.ſi
non inducta a ſenſu cōtrario.C.in quibus cau.pigno.tacite con-
trah. Barto. & alij in l.ſi non ſortē.§.centum.ff. de condi.indebi.
Bart.in l.ſi filio.§.ſi vir.ff.ſolu.matr.Soci.in conſi.99.num.9.lib.1.
& in conſi.90.num.11.lib.4.Non ſolum autem propter debitum
hypothecarium,ſed & propter aliud perſonale retinendi ius ex
hypotheca competit.l.neceſſarias.§.ſi pignori.ff.de pign.acti.d.
l.ſi non ſortem.§.ſi centum.d.l.1.C. etiam ob chirograph. pecu.
Roma.in conſi.244.pro euidentia nu.3.

Inde ſit,vt propter gemmas,veſtes, & ornamēta omnia ma-
tris a patre cōſumpta & diſtracta retinēdi ius filio cōpetat. Quā
uis capitula reiecta a delegato fuerint,quæ ad probationē eorū
ſpectabāt.Quæ poſtea admiſſa a ſenatu excellentiſsimo didici.
408 Vſque adeo porro ius retinendi † ex hypotheca eſt, vt eo vti
vel in executione ſententiæ liceat, vtpote quam non impugnat
Alber.in d.l.1.colū.pen.C.etiam ob chirograph. pecu. vbi & ob
creditum aliud ius hoc retinendi permittit. Sequitur Cap.deciſ.
119.nu.1.& tribus ſeq.Retinendi ius in executione non denega-
ri,tex.probat in l.ꝙ ſi poſſeſſor. ff.de petitio. hæredi. Bart. in l.in
feudo nu.16.ff.de rei vendica.in d.l.Paulus.ff.de excep.doli. Bal.
in l.peremptorias num.12.C.ſenten.reſcin.non poſſe.& in conſi.
309.quæritur vtrum adulta 10 ſi.lib.2.Cor.in conſ.147.colum.pe.
in fi.lib.2.Iaſ.in l.1.nu.16.verſi.ſecundo infero.C.de iuris & facti
ignor.Boer.q.43.num.9.& nu.15. in quo nu.15. de retentione ex
pignore loquitur.

Inde apparet, potiorem generi cauſam & in mobilibus eſſe.
Ad quæ tanto molimine & faſtu S.aggreditur.In qua re monen-
di ſumus,non modo ea hypotheca a nouerca ceſſa,verumetiam
409 matris defunctæ S.generum anteferendum.Neque † mutat, da
tione inſolutum per iudicem facta dotium debitum ſublatum.
l.prout.ff.de ſolutio.l.nulla & l.obſignatione.C.eo.tit. Inſti. qui-
bus modis tolli.obli.in prin Quoniam vigoris quicquam quan-
tum ad feudum datio inſolutum non habet.Namq; cum generi
ipſius ex inueſtitura maiorum eſſet & ſit,quod ſuum erat, ſuum
amplius fieri ex datione inſolutum non potuit.l.3.§.ex pluribus.
ff.de acq.poſ.cum alijs ante relatis nu.322.
410 Secundo inutilem hoc genus dationem † in ſolutum de feu-
do ipſius creditoris factam,neq; ex ea ius crediti eius pro feudi
modo ſublatum,ex eo oſtenditur,quod dici in legato rei legata-
rij ſolet,ineptum id & irritum fieri. quoniam cum legatarij res
ſit,ſua amplius fieri ex legato non poteſt.l.cætera.§.tractari.ff.de
lega.1.l.proprias.C.de lega.§.ſed ſi rem Inſti.de leg.Inde ſit, vt
ex legato aut inſtitutione eiuſmodi inſtitutus filius & iuri dero-
gatum eius non dicatur,quominus vti præteritus nullum teſta-
mentum dicat Signorol.in conſi.107.num.3.Bald.in l.pe.in prin.
nu.10.q.4.C.de inoffi.teſta.& in l.ſuus quoq; in prin.col.2.verſi.
iuxta prædicta.ff.de hæredi.inſti.Alex.in conſi.20.nu 6.verſi. ſe-
cundo præſuppono lib.3.Deci.in conſi.230.nu.3.verſi. tertio nō
videtur obſtare.Fabia.in Authen.nouiſsima nu.147.C. de inoffi.
teſta.& apud nos in conſi.142.nu.10.
411 Eadem ratione firmitatem † in re ſua conductio non habet.
l.ſi rem aliquam.ff.de acq.poſ.l.ei a quo.ff.de vſucapio.l.qui rem
C.loca.Qua de re quæſtionem dominij recte conductor tunc re
fert,neq; ad conductorem rei ſuæ text.pertinet in l.quis condu-
ctionis.C.eo.titu.vtpote.ibi Cy. Bald.& Sali.notant.Curt.Sen. in
conſi.70.ſuper controuerſia.Ripa in d.l.ſi rem aliquam in fi.Quā
to facilius & æquius controuerſiam de feudo ſuo contra S.face-
re genero licebit qui ab S.ipſo cauſam non ducit.
412 In eadem ſententia tex.eſt in † l.neque pignus. ff.de reg.iur.in
re ſua pignus non conſiſtere. Atque rei ſuæ recipi precarium nō
ſolet. neque roganti id nocet.l.3.§.item ſi rem meam. ff.de pre-
car.Sed proprius rem eſt,quod in emptione dici rei ſuæ aſſolet,
viribus eam deficere.l.ſuæ rei.ff.de cōtrah.emp. Inde Bal. ſcribit
in conſi.486.quidam dominus Braſianus nu.3.in fi.verſi. nec pu-
to ꝙ emptor lib.1.quæſtionem dominij ab emptore rei ſuæ iure
413 venditori fieri.Ratio eadem † creditoris eſt,qui rem ſuam in ſo-
lutum accepit, ne damno ei datio in ſolutum cedat. ſed creditū
perinde repetat, vt ſi ſolutio vlla facta prorſus non ſit. Cauſa
quippe eadem dationis in ſolutum,atque venditionis eſt Alberi.
in l.ſi prædium.C.de euictio.Areti.in conſi.32.nume.2.in fi. cum
alijs apud Decium relatis in conſi.160.colum.2.& in conſi. 586.
nume.7.Loquacius Boer.in conſuetu.Biturigum in titu.de retra-
ctu.§.3.fol.86.& ſeq.Et quanquam vacua res a controuerſia non
eſt,vbicunq; ſpecies vertitur iuri communi contraria.per ea,quæ
Deci.ſcribit ſui diſsimilia in conſi.18.colum. 2. poſt med. Iaſ.in
conſi.150.col.2.lib.4.Attamen vbi a iure communi ſcriptura nō
abhorret,dubitari apud doc. non ſolet. Sed enim momenti nul-
lius rei ſuæ emptionem intelligi,iuri id aſſentitur,ob id quod ius
conſtitutum in emptione eſt, ad in ſolutum recte dationem
trahetur.
414 Sed quorſum generalibus † occupari, ab eiſq; colligere, in
ſpecie & nominatim, roboris quicquam in datione in ſolutū nō
eſſe de re creditoris facta,neq; creditoris ea ea ius lædi, quomi-
nus quod debitū ſibi eſt,ſeruet & recuperet,ea tex.declaratū in ſ.

vni

vni.C.ſi ſeruus extero.Ibiq; Bal.in ſexto nota.ait.qui ſoluit quod
meum eſt ſoluere nihil dici. In qua re obſeruandũ, locum id & in
creditore maiore habere. Quid in genero dicendũ ex ephœbis
tunc vix excedẽte, & qui ipſe dationem in ſolutum non admiſit,
at curator pro eo.
415 Rurſus cauſa facti † huius, ideſt acceptationis inſolutum de
feudo creditoris ſpectanda, quam ob rem in ſolutum captũ feu
dũ ſit.Siquidem cauſam facti ſcrutari, magis quàm factũ ipſum
oportet,tametſi aliud innuere verba videantur, vti ſcriptum ſu-
pra habemus nu.191.tex.huc pertinet in l.quid ergo.§.ſi.l.Lucius
ff.de infamibus.l.qui exceptionem.ff.de condi.indebi.l.ſi filiusfa
milias conſtituerit.ff.de in rem verſo.l.qui id quod.§.1. ff.de do-
natio.l.tutor.ff.de fideinſ.l.& ſi non ſint.§. peruenìamus.ff.de au
ro & arg.leg.Tradit Signorol.in conſi.119.nu.3,Bald. in Authen.
ex teſtamento nu.6.C.de ſecund.nup.Dec.in conſi.48.col.pen.in
ſi.verſi.ſexto & vltimo.Et quod in martyre dijudicanda dicitur,
cauſam martyri aut cruciatus indagandam, Chriſti ne effectu
cruciatum pertulerit.Quid enim ſi ſceleris pœnam luit glo. in c.
importuna in verſi.martyrium de pœniten. di. 1.& alia infinita.
Cauſa planè id genus inſolutũ dationem de feudo accipiendi,ad
creditores ſpectat, qui ad feudum venire per decreta permittun
tur. Qualis nouerca in dotibus & donatione propter nuptias
erat.In quibus neceſsitatis cauſa initio vertitur. Ab ea enim cu-
rator generi metuens, ne optimum & vectigalis vberioris feu-
dum eligeret, in eo minori prius conſulendum duxit. Cæterum
quod ad S.& creditores alios attinet,quibus iuris quicquam cõ-
petere in feudo nequit, opus inſolutum datio de feudo non erat,
neque ſecuta propter eos eſt.
Conſequens his ſit, cum niſi ob cauſam nouercæ facta datio
inſolutum nõ ſit, a qua moleſtiam pati feudi ſucceſſor poterat, ad
eã reſtringi datio ipſa in ſolutũ debeat. Ita vt niſi quoad eam ſuc
416 ceſſori ipſi in feudo non noceat. Siquidem † ad cauſam ſuam re
ſtringi diſpoſitionem oportet.l.at ſi quis.§.pleriq;.ff.de religioſ.
l.ſi.verſi.quare & ſi in ea cauſa.ff.de exercitor.l.3.§.1.iuncta.l.ita
autem in prin.ff.de admini.tutor.l.5.ff.de his quæ in teſta. delen.
l. eum pater. §. dulciſsimis.ff.de lega.2.l.Seio in princ.ff.de ann.
lega.l.cũ tale.§.falſam.ff.de cõdi.& dem.l.in agris.ff de acq.rerũ
domi.c.ſi.de verbo.ſign.lib.6.Bal.in l.neq; mater. C.de iure dot.
Anch.in conſi.161.verum eſt quod comicus col.3.poſt med.verſ.
hoc præmiſſo, dico indubitanter.Aeque cũ ob perſonas diſpoſi-
417 tio † qua inducitur,egredi eas non debet.d.l.5.ff.de his, quæ in
teſta.delen.vbi cancellatio teſtamenti hæredis vnius cauſa facta
ad alios non porrigitur. Eodem tex.pertinet in l.ſi vnus. §. ante
omnia.ff.de pactis. Et quod in renũciatione dicit perſonæ vnius,
fratris puta a ſorore facta,ad fratres eam alios non trahi.Ang.in
l.auus in ſi.ff.de pactis.Caſtr.& Ripa.in l.1. §.deniq;. ff. ad Treb.
quem tex.vna ſimul cũ §. inde Neracius interpretatus Caſtren.
eſt.Et idem Caſtren.in l.planè.1.§.ſi duobus.ff.de lega.1.l.pactũ
quod dotali col.ſi.C.de collatio.Alex.in cõſi.149.nu.5.in ſi.lib.7.
Aret.in l.qui ſuperſtitis.col.3.circa med.verſi.circa tertiam limi-
tationem.ff.de acq.hæredi.Soci.in conſi.34.col. 2. lib. 4. Deci.in
conſi.31.col.1.poſt med.& col.ſi.Ruin.in cõſi.13.nu.8.ver.quinim
mo vbi filia lib.3.Et quod Alex.ſcribit in conſi.1.nu.44.lib. 5. pa-
tientiam circa perſonam vnam ad aliam non porrigi. Huc & ea
applicantur,quæ ſcripta infra ſunt.nu.450.
Secundo ad perſonas,in quibus decretum de feudo ob cauſas
neceſſarias alienãdo,obtinet,donationem inſolutum reſtringen
418 dã,quæ facta de feudo eſt,aliter etiam † demonſtratur. ꝙ non
modo propter rationem expreſſam,verũ tacitã etiam ad limites
rationis ipſius tacitæ,diſpoſitio reſtringi generalis ſolet. l. mili-
tes agrum in prin.ff.de re mili.gl.& Bal.in l.quãuis.C.de fideicõ.
Bal.in l.fin.num.6.in ſi.C.de lib.præteri.Roma.in conſi.100.& in
cõſi.104.Abb.in c.ſi.num.12.in ſi.de iureiuran.& in c.ſecundo re-
quiris.in 1.nota.de appella.Deci.in c. ſuggeſtũ in ſecundo nota.
eo.tit.in conſi.64.colum.4.in ſi.verſi.& ſic manifeſte infertur.in
conſi.333.num.7.& in ſi.conſi.Iaſ.in l.nõ dubium nu.36.C.de.ll.
Ratio porro feudi inſolutũ accipiẽdi,quod creditoris eſſet, alia
eſſe nõ potuit, niſi vt creditores alij a bonis in ſolutum acceptis
excluderẽtur, qui ad feudum alias adſpirare per decreta pote-
rant.Et quibus ſi inſolutum prius data bona ipſa fuerant, ab eis
ſubmoueri amplius non poterant. Quoniam & ſi maxime ante-
rior generi hypotheca eſſet, attamen niſi diſcuſſione bonorum
facta,cum tertijs experiri poſſeſſoribus non poterat. Atq; bona
alia feudi accipere cogebatur,tenuis in quibus prouentus eſſet,
Itaq; cum nouercæ cauſa, inſolutum acceptum feudum ſit, ad
eam reſtringi inſolutum dationem oportet, vt niſi quantum ad
eam priuigno non noceat.
Rationem porro feudi inſolutum accipiendi, non aliam fuiſ-
ſe,quàm quæ ex nouercæ aut id genus creditorum iure deſcẽdit
quibus decretorum ius competit,iuris præſumptione confirma-
tur.ꝙ creditum dotium maternarum pecuniæ minime exiguæ
creditoribus alijs remiſiſſe aut donaſſe gener alias præſumitur,
quod ſuum feudum eſt,in ſolutum accipiendo.Ita vt ad bona pa
ganica qualia mobilia dicuntur, aggredi creditoribus alijs li-
419 ceat. At enim præſumptioni † huic donandi modis omnibus
iure reſiſtit.l.contra ius.§.ſi filius.ff.de pactis. l. eleganter. §. qui
reprobos.ff.de pign. actio. l. cum de indebito.§. 1.ff.de proba.l.
Campanus.ff.de oper.liber.l.ſi cum aurum.ff.de ſolutio.c. ſuper
hoc.de renũc.Captioſam.n.liberalitatem interpretatio pruden-
tum fregit.l.cum Aquiliana.ff.de tranſactio. Quin etiam per er-
rorem id genus datio admiſſa in ſolutũ exiſtimãda,potius quàm
donatio præſumatur glo.in l.generaliter in verſic. cauſam. C.de
non numera.pecun.Bald.in conſi.189.creditor in ſi.lib.2.Dec.in
conſi.195.col.3.poſt med.verſic. & iſta concluſio. Idque locum
& in facto proprio habet,vt error in eo,potius q̃ donatio præſu-
matur.l.Sed & ſi me putem in prin.ff.de cond.inde.Alex.& Aret.
in l.a Titio.ff.de verb.obli.Curti.poſterior in conſi.56.nu.5.Iuris
item errorem potiuſquam donationem præſumi,ex tex.oſtendi-
tur in l.ſi is cum quo.l.ſi is.§.1.l.ſi fideiuſſor.ff.de condi.inde.l.iu-
ris ignorantia & l.error in ſi.ff.de iuris & facti ignor.d.l. cum de
indebito.Ibiq; gl.in ver.ignorantiæ.gl.& doct.in l.1.ff. de condi.
indebi.& in l.cuius per errorem.ff.de reg.iuris. Cuma.in conſil.
57.quidam legauit in ſi.Alex.in conſ.80.circa primum in vltimis
verbis lib.3.Ruin.in conſi.15.nu.21.lib.1.Curti. minor in d.cõſi.
56.nu.5.Quòd ſi in maiore iuris errorem & in facto etiam pro-
prio,potiusquam donandi animum præſumimus, quid in gene-
ro minore dicendum,& qui non ipſe, at curator eius dationem
eiuſmodi in ſolutum admiſit. Hoc amplius ſatuitatem aut veſa-
niam lex præſumit,potiuſquàm donatio inducatur Bal.in d.l.ge
neraliter in 4.oppoſi.C.de non numera. pecu. poſteriores in l.cũ
quid.ff.ſi cer.pet.Iaſ.in l.iuris gentium. §.ſi cum nulla nume. 28.
ff.de pactis,quid hic dicendum, vbi cauſa iuſtiſsima dationem
hoc genus agnoſcendi interceſsit, propter nouercam videlicet,
420 & ſi qui ſimiles creditores eſſent.Hoc amplius † inutilem actũ
fieri tolerabilius lex ducit, quàm vt donatio inducatur.l.ſi non
ſortem.§.ſi quis falſo.Ibique Barto.& Iaſ.ff.de condit.indebi.l.2.
§.circa.ff.de excep.doti.Areti.in d.l.a Titio colum.pen.in ſi. ff.de
verb.oblig.Soci.in conſi.73.circa primum num.15.verſi. poſtre-
mo.libi.Iaſ.in l.1.ff.de tranſac.in l.ſi procuratori falſo nu. 4. ff.de
condi.ob cau.in l.1.§.denique nume.14.ff.ad Trebellia.in conſi.
193.col.2.lib.2.& in conſi.160.colum.2.lib.4.Quid hic dicendũ,
vbi effectum datio inſolutum citra donationem, contra nouer-
cam & creditores alios conſimiles habet, Et in renunciatione,
actus vitium aut nullitatem admitti,potiuſquam renunciatio præ
ſumatur,ex Iaſ.oſtenditur in d.l.1.ff.de tranſac.Ruin.in conſ.67.
nume.9.verſicu.tertio idem comprobatur.lib.5.Diſcuſsionem ta
men dictum hoc poſcit,ne ſimpliciter admiſſum quis putet. Iam
coniecturam quamuis vel leuem ad præſumptionem donatio-
nis eluendam prodeſſe,Bald.ſcribit in l.1.nu.3.C.ad Trebell.per
tex.in l.diſpenſatorem.ff.de ſolutio. Quod dictum pro egregio
Iaſ prædicat in d.conſi.193.colũ.2.lib.2. Sed ſcitum magis, vltra
Iaſ.Baldi dictum huc applicatur in l.ſi.nume.22.in ſi.C. de dotis
promiſ. quibus caſibus præſumptio admitti donationis ſolet,
leui eam coniectura refelli De quo etiam inferius, nume.451.
Quid hic dicendum,vbi ſpecies non contingit, in qua præſumi
donatio ſoleat,cum inter alienos & incognitos res vertatur.Atq;
vbi validiſsima donationis excludendæ coniectura non deeſt.
Quo nouercæ ſcilicet priuignus anteuerteret. Eamque cauſam
id genus donationis in ſolutum admittendæ fuiſſe,de generi pa-
truo & curatore eius ante didici, quàm litis huius cum S.cer-
tior fierem. In renunciatione etiam, præſumendam eam non
eſſe, quotiens coniectura capi alia poteſt, ex Anto.de Butr.pro-
batur in c.accedentibus nume.8. verſicul. per prædicta conclu-
de.de priuileg.Alexan. in conſi.27,nume.2. & ſequen.lib.3.& in
conſi.33.lib. 5. Quod dictum pro memorabili Deci. refert in d.
l.cuius per errorem ante fin.ff.de reg.iuris.in c.gratum colum.3.
in quarta limitatione.de offic.delega.in conſi.308.nume.11. Ia-
ſon in l.fin.nume.39.verſicu.ſecundo limita.ff.de conſti.princip.
Ripa.lib. 2. reſponſ.de reſcrip.c.2. nume. 8. vnde expreſsionem
in renunciatione, vt fieri expreſſum debeat, Cardin. expoſtulat
in

in conſi.30 colum.penul.poſt med.Deci.in l.ſi quis iniquum.§.ſi
is pro quo.nume.2.in fi.ff.quod quiſque iuris.in l.1.num.19.in fi.
C.de pactis.in conſi.352.colum.pen.in conſi.402.num.3.in cõſi.
460.num.6.in conſi.495.num.59.in conſi.625.nu.6.ho.[illegible],quo-
tiens citra renunciationem intelligi actus poteſt. Donationé pla
nè & renunciationem in fauorem aduerſarij & creditorum id
genus induci,ſi nouiam genero dationem in ſolutum dicimus,
quatenus feudum habet,in aperto eſt.Quoniam cùm ſuum feu-
dum ante iam ex inueſtituris maiorum eſſet,ſolutio in eo admit
tenda quantum ad creditores non erat.qui extra ius decretorum
ſunt.Quocirca in bonis ei paganicis,mobilibusq; fieri ſatis de-
bebat.At enim ſi creditum eius dotium maternarum,per datio-
nem extinctum in ſolutum dicimus,quatenus ſacta de feudo eſt,
perinde res appareret,atq; ſi ceſſum donatumq; ius extraneis ſit,
quod iu bonis ipſis paganicis,mobilibusve hypothecæ anterio-
ris nomine,genero competebat.

Quid ita vero in præſumptione donationis aut renunciatio-
nis excludenda occupamur.Quatenus ne quidem expreſsim ſa-
421 cta vires haberet.Qua enim ratione bona † ſtabilia nec ea de-
creto donare minor permittitur toto tit.ff.de rebus eorum.& C.
de prædijs minor.l.fi.§.cum autem donationes.C.ſi maior fac.
alie.ra.hab.Ruin.in conſi.214.nu.5.lib.1.Ita nec actionem cede-
re aut remittere permittitur,quæ ob bona ipſa ſtabilia compent,
ſic quomodo monſtratum in ſuperioribus eſt nume.198.Conſe,
quens item argumẽto huic ſit,cum prohibita donatio appareat
præſumi eam omnino non poſſe.l.qui ad certũ.ff.loca.Et in ſpe-
cie donationis prohibitæ,eam non præſumi,vbi locum alias præ
ſumptio haberet,ea glo.oſtenditur in l.ſi vxor in glo.fi.ff.de do-
na.inter virum & vxor.Signorol.in conſi.49.colum.2.ante med.
ver.in oppoſitum videtur.Corn.in conſi.145.colũ.pen.lib.2.& in
conſi.164.lib.3 Dec.in conſi 471.nu.5.

Si dixeris,abſurdam rem videri,eandem inſolutum dationem
iure diuerſo cenſeri,vt vigorem cõtra nouercam habeat,vigoris
expers a creditoribus alijs fiat,quibus decretorum Yolant &
Blanchæ beneficia non præſtantur. Reſpondetur. Immo iuri id
422 propter diuerſitatem † perſonarum,in quibus ratio diuerſa ver
titur,cõuenire.l.Papinianus.§.ſed nec impuberis.ff.de inoff.teſt,
vbi eadem,pupillariſque ſubſtitutio iure diuerſo ob perſonas
diuerſas,quæ diuerſam rationem habent,iudicatur,vt modo pa
tris,filij mox teſtamentum æſtimetur.Tradit Barto.in l.Thais.§.
Titius.ff.de fideicom.liber.Signorol.in cõſi.188.nu.11.verſi.item
non obſtat,quia eadem res,Tex.huc pertinet in l.ſi arrogator.Ibiq;
Bald.ff.de adoptio.Quem tex.in ſententiam hanc Soci.vocat in
conſi.288.col.1.& ſeq.& in conſi.292.nu.2.poſt prin.lib.2.vnde
robur datio inſolutum in feudo,quantum ad nouercam & alios
habet.qui decretorum beneficium in feudo habent,vt pro extin
cto generi ius ea datione hac inſolutum quoad eos habeatur.Ita
vt ex feudo ſatis eis fieri reliquo debeat.Infirma planè ab aduer
ſario & alijs datio in ſolutum erit,quibus priuilegium decreto-
rum non datur.

423 Secundo ad arg.reſpondetur.Succeſſoris † in feudo,feudum
ipſum in perniciem creditorum non eſſe,quibus in feudo ius per
decreta datur.Atq; ideo quantum ad eos regulam iuris non mo
uere,nullam rei ſuæ emptionem,dationemve inſolutum eſſe.Lo
cum quippe regula non habet,vbicunque ab emptore,aut cre-
ditore auelli res poteſt.Quo caſu in re ſua etiam pignus conſi-
ſtit.l.debitor.in princip.ff.ad Trebel.l.ex ſextante.§.Latinus.ff.de
exceptio.rei iudi.l.in bello.§.ſi quis ſeruum.ff.de captiuis.Ca-
ſtren.& Alex.in l.huiuſmodi.§.qui ſeruum.ff.de lega.1.Alex.in l.
qui Romæ.§.duo fratres col.18.verſic.item in quantum Bald.ff.
de verbo.obliga.recentiores in d.l.neq; pignus.ff.de regu.iuris.
non conuenit,quam emptoribus alijs factam aſſerunt. Anch. in
conſi.2.in fi.vbi ad ea trahenda approbationem generalem non
putat,quæ caſſata in ſpecie ſunt.Atque cum virum probum eum
quiſpiam confitetur,ſcripturã cuius ante improbauit,ad ſcriptu
ram in ſpecie impugnatam referri probitatis confeſsionem non
decet Ancha.in conſi.265.ꝙ donatio circa fi.Quo cum Alex.ſen
tit in conſi 84.col.fi. lib. 7. Quod argumentum ratione fortiore
biſariamq; in ſpecie controuerſa mouet.Principio, ꝙ inter eaſ-
dem perſonas Anch.cum Alex.loquuntur.ad ea approbationem
non trahi,quæ reprobata ſunt ad perſonas hic diuerſas appro-
bationis extenſi paratur.Secundo generalis in caſu Anch.& Ale.
approbatio interceſsit.Specialis hic facta,id eſt cum emptoribus
alijs & quantum ad bona ab alijs empta aſſeritur.

Neque mutat generaliter confeſsionem in aſſerta approbatio
ne factam.pati ſe hæredem eſſe.Quoniam inuentarij iure ſaluo,
intelligi confeſsionem oportet.Similiter, vt Falcidiæ iure inco-
lumi, promiſsionem hæredis de legatis accipiendam ſoluendis
diximus nume.451.

Secundo reſpondetur inuentarij etiam renunciatione admiſ-
ſa,quam non agnoſcimus, ad actum tamen confeſsionem & re-
nunciationem id genus reſtringendam,ſuper quo interpoſita le-
gitur,cum diuiduitatem inuentarij ius recipiat,vt effectum con-
tra aliquos non habeat,vtile ab alijs fiat.Sic quomodo dictũ ſu-
perius habemus numero 452.

465 Tertiò reſpondetur, verba † generalia, vniuerſaliaq; reſtrin-
genda ,vt quo prolata reſpectu ſunt intelligantur. l. inteſtato.ff.
de legiti.tuto. §. quod aũt.Inſtit. de legi.agna. tut.vbi inteſtatus
quantum ad tutelam, vt locus legitimæ ſit,is etiam dicitur, qui
teſtamentum quidem fecit,verũ tutores in eo nõ ſcripſit.Namq;
cum tutelæ reſpectu de inteſtato mentio fiat,ad tutelam reſtrin-
gi verbum illud oportet,ut inteſtatus ita deceſsiſſe intelligatur,
qui tutores in teſtamento nõ nocauit. Sed validius pro argumẽ-
to hoc tex.certat in §.fi.Inſtit. de codicil. ubi uerba illa nullã in
codicillis ſolennitatem exquiri,quamuis vniuerſalia & negati-
ua ſint,reſtrictionem tñ admittunt,vt ad ſolennitatem teſtamen-
tariam reſtringantur,neceſſariam eam in codicillis non eſſe. Id
quia ſolennitatis ipſius teſtamentariæ expreſſæ reſpectu ſunt. Ali
ter quippe ſi ad codicillos ſimpliciter relatio fit, falſum eſſe ſo-
lennitatem nullam in codicillis deſiderari.l.fi.C.de codi.De quo
dictũ ſuperius etiã eſt nu.189. & nu. 356. idẽ in verbis negatiuis
ex tex.oſtendit in l.pignus.ff. quæ in frau.credi.iuncta l.1.ff.de li-
bera.lega.Quos duos tex.vnà ſimul coniunctos in ſententiã hãc
Criſpus vocat & inducit in rub.ff.de leg. 1. nu.108.quamuis nõ
ita explicatim aut enucleate loquatur.Si reſtrictionem verba vni
uerſalia negatiua nõ reſpuũt,vt quo enunciata reſpectu ſunt, in-
telligantur.Quid in verbis cõfeſsionis aut renũciationis dicendũ
ſimplicibus & affirmatiuis erit. quæ debiliora negatiuis eſſe, in
ſuperioribus oſtẽdimus nu.79.Vnde facto confeſsionis & renun
ciationis præſuppoſito.Verum erit, hæredem patris filium eſſe
& beneficio ab eo inuentarij renunciari, eorum videlicet cauſa,
propter quos eiuſmodi facta ſcriptura prætenditur.cũ aliter ra-
ta haberi emptio non poſsit.Cæterum ad perſonas,reſq; alias &
diuerſas extendi ſcripturã non conuenit,reſpectu quarũ facta nõ
ſit.Cum reſtrictionẽ natura ſua renunciatio patiatur.Sic quomo-
do ſatis ſuperque dictum antea eſt.num.451.& pluribus ſeq. Iis
idem cõfeſsionis eſſe,vt reſtringi & ipſam oporteat, Bellamera
probat in conſi. 10.col.16.in fi.p no.in c.cõ dilecti.de accuſatio.
466 Quarto reſpondetur,ex confeſsione † obligationem nouam
non induci,ad probationem tantummodo valere.l. Publia.in fi.
Ibiq; Barto.nu.2.& in notulis eius.ff. depoſi. l. in cõtractibus.§.
1.C.de non nume.pecu.l.pecuniæ.C.de ſolutio.Bart.in l.triticum
nu.4.ff.de verb.obliga.& in l.cum falſa.nu. 8. C. de iuris & facti
ignor.Alex.in conſi.123.in fi.lib. 6. Vnde cum ex inuentario adi-
tam hæreditatem eſſe appareat, vlterius produci confeſsionem
non oportet,quàm vere contracta obligatio ſit.

Quinto pro reſponſione ſciendum,per magni referre, vtrum
ſimpliciter initio ipſo,& ante actum aliquem, hæredem quiſpiã
ſe confiteatur,an poſt actum aliquem, qui ad hæreditatem ſpe-
ctat.Priore caſu cum ſimpliciter quis hæredem ſe affirmat, gene
raliter & quantum ad omnes confeſsio nocet. etiam ſi cum vno
ſolummodo facta confeſsio ſit.Id quia ratio vlla confeſsionem
reſtringendi non ſubeſt,cur magis quantum ad vnum,quàm ad
alium aditio inducatur.Cauſa alia poſterioris caſus eſt, cũ poſt
actum circa aditionem interpoſitum,& per quem aditio limita-
tur,hæredem quis in fauorem vllius ſimpliciter ſe ait. Ibi enim
ad eum limitari aſſertionem & confeſsionem ſimplicem opor-
tet.ne ab actu & limitatione præcedente diſcedere videatur. Cũ
citra contradictionem aut correctionem voluntatis quantum ad
alios,intelligi confeſsio generalis poſsit per ea, quæ de contra-
rietate & correctione voluntatis excludenda, verbis pluribus
ſcripta in ſuperioribus habemus nume.305.vſque ad nume.311.
Idq; in ſpecie aditionis ex Barto. declaratur, in l.fi.ff. de inter.ro.
actio.vbi cum hæredẽ quiſpiam ſimpliciter ſe confitetur, ſiqui-
dem capiendi ius habet,neq; hæreditatem ante omiſit, generali
ter quoad omnes confeſsio officit.Ius aliud ſeruandum,ſi repu-
diata ab eo hæreditas ſit.Ibi enim niſi quantum ad eum confeſ-
ſio non obeſt,quo facta interrogante eſt.Diuerſitatis cuius ratio
afferri alia nequit.quàm ne cõtrarietas aut correctio voluntatis
circa repudiationem factam,quantum ad alios,inducatur.Cum
nihil prohibeat hæredem quem in ſui perniciẽ vnius gratia exi-
ſtere,vt onera in eo hæreditaria agnoſcat. Et incolumis ab alijs
repudiatio fiat.Itaq; cum limitata aditio facta primum ſit,id eſt
ex inuentario quamuis hæredem aliquorum nomine ſimpliciter
filius ſe dixerit,Ad eos reſtringi confeſsionem hanc conuenit, vt
niſi quantum ad eos inuentarij ius non proſit. Non etiam ad vti
litatem aliorũ protendi cõfeſsionem oportet, vt inuentarij ius
remiſſum eis etiam cenſeatur.Quatenus citra renunciationẽ in-
uentarij.quoad alios intelligi cõfeſsio hæc poteſt per ea,quæ de
renunciatione non admittenda ſcripta ſuperius ſunt num.419.&
ſeq.Vnde qui ex confeſsione generali,ꝙ hæres quis eſt, quando
actus alius limitatus non antecedit,ex quo aditio reſtringitur,ad
confeſsionem argumentantur, quam aditio limitata anteuertit,
& cui derogatum intelligi quantum ad alios non debet,ex diuer
467 ſis † atque ex ſeparatis penitus colligunt. In quibus ratio cui-
dens diuerſitatis apparet contra l. interpoſitas. C. de tranſactio.
c.celebritatem.in fi.de conſecr.diſt.3.Neq; ad rem ſcripturæ cõ-

nexio attinet, vbicunque ratio diuerſa ſubeſt.l. Gallus. §.ſ., de li-
ber.& poſthu.l. hæredes.§.fi.ad Trebel.l.fi.C.de ſent.Signorol.in
conſi.155.nume.12. Effectumque diuerſum a ratione diuerſa gi-
gni.Bald.ſcribit In l.filia legatorum in vltimis verbis. C.de lega.
Alexand.in conſi. 7. in fi.libr.6.Hue & illud accedit, generalem
468 † ſcripturam reſtringendam, vbicunque reſtrictionem facien-
dam ratio adhortatur.l.2.ff.de offi.aſſeſſor.l.quæſitum ſcio.ff.de
teſtibus.c.cū in cunctis.§.clerici.de electio.iuncto c.ſi compro-
promiſſarius eo.titu.lib.6.Ex quibus tex.ſimul coniuctis ita Abb
ſcribit in d.§.clerici.in 1.nota.& in c.ad aduentitiam in princ.de.
decim. In quam ſententiam Ioan.etiam Andr. nominat in regu.
odia lib.6.Idem Imola.tradit cōſi.121.in fi.primi dubij. Et iſtud
vero eſt,quod dictitant,generaliter ſermonem intelligendum ge
neralem non eſſe,quotiens ratio par omnium non eſt, quæ con-
tineri ſub eo poſſunt,uti ſcriptum habemus io conſi.3.nu. 26. &
in conſi.70.nu.27.Enimuero qui reſtrictioni in ſpecie hac contra
dicunt,& hæredem patris citra inuentarij beneficium,ſimplici-
ter filium faciunt,non tam ſenſu communi carere,quàm præditi
469 immanitate videntur,Iuri enim id diuino † refragatur,quo alie
num æs ſuo quemquam diſpendio ſoluere non conuenit, pro-
pheta autore.Pſal.68. Quæ rapui, tunc exoluebam. & C.ne fil.
pro patre.Iuri etiam naturali & humano contrarium id eſſe, te-
ſtatum ſatis ante eſt nu.91.& ſeq.& nu.266.Inde ſupra vires hæ-
reditarias iure digeſtor.& C.ante Iuſtinianum hæres non adſtrin
gebatur.l.1.§.ſi is qui quadrigenta.Ibique Alex.in ſecundo nota.
ff.ad Trebellia.l.ſi vniuerſæ.C.de lega.Pau.de Caſt.in l.in ratione
s.§.quod vulgo.colum. 2. poſt med.ff.ad leg. Falcid. Ea ratione
præter vires hæreditarias in ſoro animæ nihil quicquam hæres
præſtat Barto.in l.1.nu.45.C.de ſacroſan.eccl.Bald.in l.ſcimus.in
nu.9. C.de iure deliber. Quo etiam fit,vt niſi pro facultatibus hæ
reditarijs eccleſia non conueniatur,a qua omiſſum inuentarium
ſit.Barto. in d.l.1.num.46.Bald.in d.l.Scimus in princip.nume.8.
Abb.in conſi.34.colum. 3. circa med. verſicu. aut monaſterium
non confecit inuentariū. lib.1.Fely. in c.eccleſia.S.Mariæ nu.66.
in fi.de conſtit.Conſequens his fit,inhumaniter plus ſatis aduo
catorum turbam in generum ruere,quòd de feudo ſuo credito-
res patris non admitti. A.quos creditores, nimirum quos acta &
inſtrumenta docent.Neque illud animaduertunt,quam filio inu-
rere notam parant,vitio ipſis eam verti. Quis enim criminis datu
rus cuipiam erit, ſi id non præſtat, quod impune non facere di-
uino,naturali,digeſtorum, & codicis iure licet. Et quod iniquū
præſtari ab eccleſia ſit.Quid ſi illud accedit, vt ſatis patris hære-
ditas ad bona reſtituenda materna non ſit. Sed ex feudo ſatis fie
ri nouercæ oportuit. Tantum quippe feudi abeſſe filio apparet,
quantam ex vxoris dote pecuniam nouercæ dedit,per ea quæ ſu
pra leguntur nume.424. Quòd ſi accuratius, animique affecti-
bus poſitis,rem,vt eſt,meditari libet, ſi hominum ingenia con-
templamur,mirum ni ius,phaſque omne cum filio faciant ad-
uerſariosque condemnent.De æquitate hæc,quæ filio ſubſcribit,
dictum etiam in ſuperioribus eſt nu.171.& nu.285.

Sexto reſpondetur.vbi ambigui hærere quicquam poſſit,cum
470 perſpicua omnia luceant,Declarationi † cōfitentis iore dubta
ſtandum,quomodo confeſſionem ſuam accipiat.l.ſi quis inten-
tione ambigua.ff.de iudi.l.certum.§.1.ff.de confeſſ.Bar.in l.inter
ſtipulantem.§.1.nume.8.ff.de verbo.obliga.& In l.is qui reus.co
lum.penult.verſicu.ſin autem iudex.ff.de publi. iudi. Alexand.in
conſi.183.colum.2.circa med.verſi. tamen ad tollendum omne
dubium.lib.5.Dec.in conſi.278.nume.6.Abb.in conſi.17.nu.15.
Idque ex Barto.ratione validiore iuuatur in l.naturaliter.§.nihil
commune nu. 8. nu.12.& ſeq.ff.de acquir.poſſeſ. Cum petitorio
quiſpiam vtitur,poſſeſſorio renunciatum non aliter intelligi,niſi
contradictio incurrat.ꝙ ob eandem poſſeſſionem quam habet,
rem ipſam vendicet.In dubio planè,cum ſimpliciter petitorium
exercet,declaratoni eius ſtandum, ob quam poſſeſſionem rem
petat.Quocirca ſi ob detentionem aduerſarij, rei a ſe propoſi-
tam vendicationem aſſerit, cum ciuiliter ipſe poſſideat, amiſ-
ſam ciuilem non intelligi. Si declarationi actoris ſtandum
Bartol.ait. Quid in reo dicendum reſpectu S.erit.reg. fauora-
biliores. Rurſus ſi declarationi actoris ſtandum tum Bartol.
putat, cum niſi poſſeſſionis iactura non ſit. Quid hic dicen-
dum, vbi feudi totius excidium vertitur. Id quod confeſſionis
facto,citra præiudicium admiſſo, dicitur.Quæ res ad partes ip-
ſas ſpectat.

471 Septimo reſpondetur errorem iuris in minore præſumi vti
ſcriptum ante habemus nu.228.Ibique in lucro etiam id expreſ-
ſum.Atque ideo inuentarij vim ignoraſſe minor præſumitur, ꝙ
niſi ad vires hæreditarias non teneretur. Errore planè vel iuris
admiſſo,conſenſus vllus intelligi nec in maiore poteſt.l.ſi.§. idē
quæſijt.Ibiq; Caſtren.ff.de cond.indebi.l. antepe. Ibique Barto.
& alij.ff.de acquir.hæred. l.ſi ſoror.Ibique Dec. in 2.nota. C.de
colla.Oldr.in conſi.214.factū tale eſt,in inſtrumento.in fi. Atque
in renunciatione per errorem iuris interpoſita, vigoris quicquā
nō ineſſe, Imola probat in l.Meuius.§.duobus nu.9.verſi.& ideo
ſi poſt dictū tempus.ff.de leg. 2.cum ad ea ... ſere,quæ ... ſunt
in d.l.antepe.ff.de acquir.hæred.ſequitur Alex.... conſi.13. col.fi.
lib.6.Tradit idem Alexan.in l.1.C. de repudian. bon.poſ.Ruin.in
conſi.127.lib.5.Et in ſpecie ratihabitionis ſeu Approbationis, vi
ribus vacuam ob iuris eam errorem fieri. Bald.no. in conſi. 322.
vidua petijt nu.1.verſi.prætera quod magis pungit.lib.2.Ex quo
Bal.dicto extra controuerſiam prorſus res ponitur.

Octauo reſpondetur non modo iuris,ſed & facti errorē in ra-
ti aſſerta habitione interueniſſe. Namque cum niſi ex inuentario
hæres non eſſet,ſi hæredem ſimpliciter ſe dixit,erronea id genus
472 aſſertio apparet.Eo ipſo enim † error denudatur, ꝙ rem aliter
habere oſtēditur.Id quidem imprimis,cum damni exclusio ver-
titur Bart.in l.ſed & ſi me putē in prin.ff.de condi.indebi.Alex.in
conſi.89.num. 13.verſi.& eo ipſo ꝙ apparet lib.2.& in conſi.69.
num.11 lib.5. Soci.in conſi. 263.nu.11.lib.2.Curt. Senior. in conſi.
69.nu.8.Hoc amplius probationem hāc erroris in facto proprio
cum aliter veritatem habere demonſtratur, ſimpliciter & citra
diſtinctionem damni vitandi,lucriue omittendi, Cald. admittit
in conſi.1.de confeſ. Abb. in conſi. vltimo ante fi.lib. 2. & apud
nos in conſi.157. nu. 8. Sed admirationi maiori tribuendū quod
apud Curtiū ſcriptum poſteriorē eſt in conſi.82.nu.11.citra pro-
bationem vllam,damni cauendi nomine,in facto proprio erro-
rem præſumi.Quod dictū nō ægre in minore hic agnouerim, vt
473 non † ab re in maiore dubitetur. a quo & iuris etiam præſtari
ꝓbationē oportet.Bar.& Aug.in l.Sed & ſi lege.§ ſcire.ff. de pet.
hær.Idē Bar.in l.2.nu.12.ff.de confeſſ.Bal.in l.2.C.ſi quis igno.rē
minor.Alex.in conſi.73.nu.11.lib.2.in conſi.121.viſo themate an
te fi.lib.4.& in conſi.100.in fi.lib.7.Soc.in conſi.47.nu.10.ver.ſed
reſpondetur lib.1.& in conſi.59.nu.17.lib.3.Quid hic dicēdum,
vbi error vterq; in minore interuenit iuxta a facto,atq; iure.

Apparet ex his,Inaniter aduerſarios de aſſerta ſcriptura tan-
topere exultare,dieſque feſtos in ea agere.Cæterum quia in iudi
cio,quod a S.gener patitur,atq; in mortuis, quæ vocant,vix abla
tis,atq; ſine delectu, ex tot aduocatorum ſcriptis loquacioribus
detractis,in dubitationem inuentarij firmitas in genere vocatur,
Declaratione vlla non facta, ex qua parte vitij accuſetur. operæ
precium facturum me duxi,inuentarij ipſius robur demonſtra-
re.Et primum quidem mirari ſatis non poſſum,in genere moti-
uum obiectum,ſolenne inuentarium non videri. Qua enim ra-
tione certam eſſe ſententiam oportet.§.curare.Inſti.de actio. Ita
& certas proponi dubitationes conuenit, ex quarum diſſolutio-
ne ad ſententiam peruenitur.l.Oratio.ff.de ſponſa.l.vnde cum ad
eum modum dubia commouentur, Quid dubitationis res ha-
beat,non ſatis liquere, argumentum non obſcurum præſtatur.
474 Quo fit. † vt nec reſponſione digna propoſitio hoc genus in-
certa videatur.l.de ętate.§.nihil.ff.de interrogatio.actio.l.aut qui
aliter.§.ſi quis denunciauerit.ff.quod vi aut clam. Barto.in l.vbi-
cunque no.13. ante med.ff. de interrogatio. actio. Sed enim quo
perſpicua res magis eniteat,reſponſionibus ſequentibus confu-
tandum argumentum duxi,quod ex motiuo elicitur.

475 Principio igitur reſpondetur. † cum interna inuentarij ſolen-
nitas ſit,eam præſumi.l.ab ea parte in fi.Ibiq; glo.fina.ff.de pro-
batio.l.ſciendum cum ibi not.ff.de verbo.obliga.Freder.a Senis.
in conſi.103.parrochianus col.1. poſt med.& circa fi.conſi.Rota
deciſ.3.de proba.in antiq Bartholo.a Bononia inter conſi.Card.
in conſi.139.nu.15.Ea ratione aduerſariorum eſt,negatiuam do-
cere,ſolennitatibus ſuis inuentarium deficere.l.ſi.in prin.ff.quod
metus,cau.cum alijs ſuperius accumulatis num.115. Id quidem
præcipue,decreto interpoſito, vt in ſpecie inuentarij Bald. ſcri-
bit in conſi.147.inuentarium nu.2.lib.4.

476 Secundo reſpondetur, vſu receptas † ſolennitates inuentarij
non eſſe,dum fraus tamen abſit,vt ex magiſtro notariorum Bal.
teſtatur in conſi.64.in confectione inuentarij lib.3.& in d. conſ.
147.inuentarium hæredis nume.3.lib.4. Id quia, ad veritatem &
ſimplicitatem,non nimiam aut ſcrupuloſam ſubtilitatem reſpi-
ciendū,laqueosque id genus ſolennitatibus iniici Bald.ait Do-
ctori plane tam illuſtri conſuetudinem,deſuetudinemve aſſeu-
rantem

ſanti præſumptione tenus credendum, quæ probandi onus in ad
uerſarium transferat, crebriori doct. ſententiæ placere, ſcriptum
apud nos legitur in conſi.166.nu.9. Quibus collegium doc. Ferra
rienſiũ accedit in reſponſo poſt Card. conſilia nu.16. Afflic. in c.1.
nu.35. de feudi cognitio. & in c.1.nu.12. de natu. ſucceſ. feudi. Pa
riſ. in conſi.13.nu.32.lib.1. Goza. in conſi.59.nu.18. Curt. minor in
conſi.60.nu.5. Soc. iun. in conſi.136.nu.40. in fi.li.1. in conſi.60.nu.
30. & in conſi.131.num.1.lib.2. Scurſus in conſi.139. num.3. inter.
feud. fol.151. Natta in conſi.218.num.4. Rolan. a valle in conſi.71.
num.21. & ſeq. Quibus in locis frequẽtiorem opi. hanc recẽtiores
aſſerunt. Idq; locũ haud dubie habet, vbicũque doc. plures de cõ
ſuetudine aut deſuetudine teſtimoniũ dicunt, vt Curt. Sen. tradit
in conſi.73. Super memorata nu.14. ver. vlt. vltra præmiſſa. Pariſ.
in d. conſi.13.nu.35.lib.1. Natta in d. conſi.218.nu.4. Rolan. in d. cõ
ſil.71.nu.53. & apud nos in conſi.315.col.1. in fi. At enim & Magi
ſtri ſententiarũ & Bal. teſtimonia hic deſuetudinis huius dantur.
Ideſt in deſuetudinem ſolennitates has inuentarij abijſſe. Et in
deſuetudine, doctoris eam aſſertione probari. Caſtr. ait in conſi.
458. viſo caſu in fi. lib.2. Soc. in conſi.175.nu.4. lib.2. Barba. in con
ſil.55.nu.26. & ſeq. lib.4. inter Alex. conſilia.

477 Tertio reſpondetur, nihil † ſolennitates inuentarij in terris.
Pedemontium faciendas, vbi ſola facti veritate inſpecta proce-
dendum ſcitis, decretisve domini expreſſum iuxta prioribus ac
poſterioribus eſt. Ius quippe gentium tantummodo, iuris ciuilis
ſolennitate poſthabita, ob clauſulã hanc ſpectandum Bal. ſcribit
in l. & ſi inutiliter in ſecunda nota. C. de fideicom. & in c.1.§.1. an
te fi. de noua forma fideli. Rom. in conſi.10.nu.3. Alex. in conſi.6.
col.1.lib.3. & in conſi.175. circa fi.lib.5. Deci. in c. dilecti. col.2.
circa fin. de iud. in c. quoniam contra col.2. in fi. de probat. & in
conſi.449.nu.21. Iaſ. in l. certi cõdictio. §. ſi nummos. num.33. ff. ſi
cer. pet. & in conſi.105. col. fi. lib.1. Inde fit. vt ratio ineptitudinis
haberi libelli non debeat, vbicunque ſola facti veritate inſpecta
proceditur Sigonoro in conſi.185.nu.5. verſi. nunc ad tertium. Iaſ.
in conſi.2. col. pen. in fi. lib.3. Ripa. in l. naturaliter. §. nihil cõmu-
ne. nu.181. ff. de acquir. poſſ. Et proprius ſpeciem hanc Bald. con-
fert in d. conſi.147. num.2. in fi. lib.4. locum ſolennitatibus his in-
478 uentarij in ſolo præcipue eccleſiæ non eſſe. Ratio eadem † in
li Pedemontiũ videtur, in quo ſola facti veritate inſpecta, procedi
tur. Quo caſu perinde vt a Deo iudicandũ, Bal. ait in d. l. ſcimus
ante fi. prin. C. de iure delib. in d. c.1.§.1. ante fi. de noua forma fi
del. Quod dictum magni Iaſ. facit in d. conſi.105. col. fin. lib.1. Et
quidem ita apud ſenatũ excellentisſimum pronũtiatum in cauſa
controuerſiæ longe maioris inter capitaneum Michaelem mura
toris a Sauiliano, & a fratre eius relictam legi. In qua inde inuen
tarium oppugnabatur, ꝙ bona pretij non exigui, expreſſa ſub
inuentario a prudẽte non eſſent. Quo magis admiret, hoc genus
emitti dubitationem potuiſſe, quæ niſi in genere vitij inuentariũ
non arguit. fraudis planè, quæ ad bona ſuppreſſa attinet, ne ver-
bum quidem factum.

479 Et quia circa tempus † oppugnatum inuentarium dicitur,
monendi ſumus, ante inuẽtarij tempus conficiendi non cedere,
quàm agnita aut adita hæreditas ſit. l. fi. §. ſi vero poſtquam. C. de
iure delib. Glo. in eadem l. §. ſinautem dubius. in verſi. delatam
Cuma. in conſi.119. vtrum inuentarium. & in conſi.73.nu.3. Ca-
ſtren. in conſi.292. circa primum dubiũ col.3. in tertio dubio lib.
2. Guido Papæ q.571. col.2. verſi. ſed a quo tempore. Dec. in conſi.
633.nu.2. in ſecundo dubio. Vnde qui a tempore inuentarium cę
pit, tempus probare neceſſe habet, cum adita hæreditas eſt. Ne-
que ad rem attinet, intra tempus cœptum inuentarium non eſſe,
dum intra menſes modo alios peractũ duns ſit Bal. in conſi.383.
quæritur an ſignum num.7.lib.1. & in conſi.48. factum ſic propo
nitur lib.5. Guido Papæ dicta. quæſt. 571.

Prædictis etiam tacentibus, extra controuerſiam per ſententiã
præfectus res ponitur. Qua vtile & ſolenne inuentarium hoc ipſo
& in antecedens neceſſarium pronunciaml, quòd diſcuſſionem
in bonis allodialibus faciendam iuſſit. Quæ neſſaria diſcuſſio,
480 inuentario † vitioſo aut inutili, non erat. Siquidem ſatis ab hæ-
rede vel ſupra vires fieri hæreditarias oportet. d. l. fina. §. & ſi præ
factã. C. de iure delibera. §. ſcimus. & §. ſi vero abſunt. in Authen.
de hæredi. & Falc. Bal. in d. conſil.63. lib.3. ſententiam planè ad
id protendi, quod in antecedens aut conſequens neceſſarium
venit, dubitandum non eſt. l.1. C. de ordi. iudi. l.1. C. de ordi. co-
gnitio. Barto. in l. & ex diuerſo. §.1. num.2. ff. de rei vẽdic. Pau. de
Caſtr. in conſi.131. in cauſa, quæ vertitur Piſis colu.1. in fin. libr.1.
Aret. in c. licẽt cauſam nu.62. de probatio. in l. is cui bonis, poſt
Imolam ibi. ff. de verbo. oblig. in conſi.155. diligenter viſis. nu.6.
verſic. ergo datur intelligi. Aufrer. in deciſ. Toloſa. q.362. in fi. So-
ci. Iun. in conſi.105. nume.6. lib.2.

481 Hoc amplius ſuperuacuum † inuentarium quantum ad feu-
dum antiquum eſſe, Corn. putat in conſi.196. col.18. in 2. dubio.
lib.2. Iaſ. in conſi.56. col.6. lib.3. Soc. Iun. in conſi.72. nu.28. & tri-
bus ſeq. & nu.68. ver. & ſi dicatur ꝙ prædicta lib.2. Expreſſius in
conſi.74. nu.29. verſ. ſed ſecundo loco dico & nu. ſequ. eod. lib.2.
Quid in feudo hic tam antiquiſſimo dicendum. Dictum tamen
hoc affirmandum hic ſimpliciter non cenſui, cum neceſſaria di-
ſceptatio non ſit, inuentario ipſo rite, recteve peracto. Diſtinctio-
ne tamen dictum hoc forte iuuarem, vbi res poſceret.

Vtile planè inuentarium vel in feudo eſſe, quod hæreditarium
ſimpliciter aut abſolutè non eſt. hoc eſt, quod ad extraneos non
ambulat, maxime doc. parti placet, vt ex Alex. liquet in cõſi. 124.
nu.7. lib.4. Dec. in conſi.185. nu.5. in l. debitori. nu.19. C. de pact.
vbi ad conſi. memoratum quæſtionem reijcit. Cui conſi. Afflict. ac
adſcribit in c.1. nu.11. an agn. vel fil. Idem Iaſ. probat in d. conſil.
56. colum.6. uerſ. quarto reſpondetur. lib.3. Ruin. in conſi.38. nu.
18.20. & ſeq. lib.2. & in conſi.68. col. pe. poſt med. lib. Pariſ. in cõ
ſilio.10. nu.6. & ſeq. & in conſi.13. nu.101. lib.1. Rubeus Alexã. in
conſi.84. nu.7. cir. med. & in conſi.164. no.14. in fi. verſic. imò for
tius dico. Soc. Iun. in conſi.11. nu.13. & ſeq. lib.1. Pernus in conſ.
7. nu.2. in fi. & nu.4. in fi. inter feud. vt mirũ ſatisfacere nequeam,
in controuerſiam id vocatum in motiuis eſſe. Poſtremo cum mi-
nore q̃ nimis vigintiquinque generum eſſe, acta teſtentur, reſtitu
tionis in integrum ope haud dubie, iuuaretur.

Cum iuris ſcribendis occuparentur, delatum eſt, interlocutio
nem à Senatu excellentiſſimo dictum. qua facultas genero da-
tur, in quibus rebus uelit, matris, nouercæ dotes acceptas feren
di. In qua re mirum, ni tanta, tamque terrifica, inſolensve partis
diuerſæ recenſa iactantia ſit. A iure quippe offerendi interlocutio
hæc haud dubie excludit, ſi quidem rem ipſam ſedulo obſerua-
mus. Præterquam ſi ob bona pagamica integram dotium pecu-
niam offerendam pars ducat. Voto cuius obtemperaturus non
grauate gener erit. feudum plane cum filij agnative iure, nõ qua-
ſi creditor gener habeat. Rurſus hypothecæ quicquam parti in
feudo non ſit, Quomodo ius in eo exercere offerendi valeat, aſſe
qui ſatis nequeo. Quòd ſi ad iudicium aliud adorti nouum con-
ſtituit, ſumptibus litis reſtitutis, Quod gener defendat, nõ deerit.

Quod vero S. nomine obiectatum e regione eſt, alienabile ge-
neri feudum hoc ipſo factum, ꝙ venale expoſitum ſemel eſt. l. pa
ter. §. quindecim. ff. de lega.3. Diſſolutum ex ſuperioribus liquet.
venum enim expoſitio facta, vt ſatis ex eo ob doces matris gene-
ro fieret. Vnde ſicut vigoris quicquam dationem in ſolutũ defen
do creditoris generi non habere, & ante demonſtratum, & ſentẽ
tia deinde patefactum Senatus excellentiſſimi eſt, ita ſubhaſtatio
nes omnes cum expoſitione ipſa venali irritatæ penitus ſunt per
ea, quæ verbis pluribus ſcripta ante ſunt. nu.403.

482 Secundo medij & finis † idem iudicium æſtimatur. l. Oratio
ff. de ſponſal. l. auis. §. Titia. Ibique Bald. ff. de condi. & demonſtr.
l. annua. §. Titia. ff. de annuis leg. Iaſ. in l.2. in prin. nu.24. & in l. cẽ
turio. nu.40. ff. de vulg. Bal. huc ſpectat in conſi.105. verba dicunt
ante fi. lib.1. Quæ ad finem aliquem ordinantur, ſecundum finem
ipſum regulari, idem Soci. ait in conſi.278. ante fi. lib.2. Quare fi-
ne ſubhaſtationum, ideſt datione ipſa in ſolutum diſſoluta, quæ
in re conſiſtere creditoris non ſolet, non poſſunt ſubhaſtationes
& media omnia non reſolui, per quæ ad dationem ipſam in ſo-
lutum peruenitur. Vitio igitur ſubhaſtationũ admiſſo, nihil eſt,
quòd alienabile ex actibus nullis factum feudum dicamus, per
ea, quæ plenius ſcripta in ſuperioribus ſunt numer.529. & nume.
483 250. Et quidem † quomodo fieri poteſt, ut ex actibus conſuetu-
do introducatur, qui perducti ad effectum non ſunt, vtpote reuo
cari reg. non præſtat impedimentum. Old. huc pertinet in conſi.
313. nu.3. ex actibus præuentionem iuriſdictionis non induci, quę
effectum non habuerunt. Et quod de citatione inutili dicimus,
nullum ex ea effectum ſequi Brun. in conſi.10. nu.15. per tex. in l.
eũ quem temere gloſſ. fina. ff. de iudi. & in l. ſi accuſatoribus. C.
de accuſa. & alis, de quibus apud eum. Anto. huc de Butr. ſpe-
ctat in conſilio 55. in primo dubio. inteſtatum deceſſiſſe, a quo
teſtamentum æditum vitioſe eſt. vt aliud in eadem facti ſpecie
viſum Roma. in conſi.199. præſens ſtatuti particula. In qua tamẽ
re diſtinctio Decij placet in c. cum acceſſiſſent colum.10. verſic.
quarto declaratur. de conſtitutio. vt referat, verum effectum actus
nullus habeat, quia de facto obſeruetur, Quo caſu ex actibus nul

ſtra.poſſeſ.& fruc,Caſtren.in conſ.vltimo pro pleniori examine. circa prin.li.j. Alex.in conſi.37.nu.13.li.2.& in conſi. 62.col.3.ver. quinimmo puto.li.3 Pariſ.in conſil.99.nu.36.li.3.In qua re obſeruandum, in caſu dubitationis maioris hoc eſt grauioris præiudicij docto.loqui, vt ob ſuſpicionem hanc debitor capiatur.Ea ratione facilius ſuſpicio hæc agnoſcenda ob ſequeſtrationem erit, in qua dedecus non perinde ut in captura uerſatur.

492 Neq; ad rem attinet,† aliena cauſa æs ipſum alienum conflatum.Immo enim grauior ob id ſuſpicio creſcit. Quatenus ad bonorum effuſionem fideiusſio ſpectat. Inde locus repetitioni dotis matrimonio conſtante contra maritum fit, qui fidem ſuá pro alijs interponit ut Ang.& poſteriores docent in l.in perſonam.§. qui pecuniam.ff.de pact.Quem tex.una ſimul cum l.contra.interpretatus Iaſ.eſt.Tradit idem Iaſ.in l.ſi conſtante.in princ.nu.138. ff.ſol.mat.Rurſus ſuſpicio eo maior, quo debitor potentior principalis eſt.l.2.in prin.Ibiq; glo.& doc.ff.qui ſat.cog.

Nihili item faciendum, in tutorem quantum ad æs alienum eſſe, Cum factum per debitorem ſit, ut negocio omni creditorum fideiuſſor leuetur. Quoniá tandiu ſuſpicio durat quandiu æs ipſum

493 extinctum alienum ſit.Qua enim † ratione cauſa tacente effectus ſilet. L.adigera. §.quamuis. ff.de iure patro.Ita ea diuerſo cauſa conſtante, effectum quoque perſiſtere eius conuenit, ut eadem ſit contrariorum diſciplina. l.j.ff.de his qui ſunt ſui uel alie. iuris. Et in ſpecie euſq; effectum manere donec extincta cauſa ſit, tex.docet in l.ſi cui.§.j.ff.ex quib.cau.maior.in l.2.§.omnes. ff. de iud.& in l.qui nominibus.ff.de admin.tut.cum alijs apud Signo rol.relatis in conſi.135.num.6.

Secundò reſpondetur. Siquidem extra territorium modus is conſtitutus in creditoribus dimittendis eſt, minimi ea res facienda.

494 Quatenus † nec bona debitoris immobilia ſuſpicioné eluût ſi in territorio ipſo nun poſſidentur.Bal.in d.l.ſciendum. in prin. nu.2.in fi.uer.extra gl.quæro aliqua.ff.qui ſat.cog.in l.ſi fideicommiſſum.§.tractatum.nu.2.ff.de iudi.& in conſil.312.in cauſa Baptiſtæ.num.4.li.5.per glo.in l.fi.in uer.ordinatoriæ. C.de princip. agen.in rebus.li.12.Anch.in conſ.85.ex theoricis. col.j.circa me. Alex.in conſi.91.num.5.li.7.Iaſ.in d.l.ſciendum.§.poſſeſſor circá prin.Pariſ.in conſi.80.nu.43.lib.j.& in d.conſi.89.nu.38.lib.3.Et quamquam in ſpecie excuſſionis extra territorium uicinum in perniciem tertij poſſeſſoris, a dubitatione uacuam ſententiam hanc non putem, In ſequeſtratione tamen, in qua tertij incommodum non incurrit, non poſſum in ſententiam hanç non conſentire. Tametſi extra ambiguitatem res poſita ob locorum et á & territoriorum interualla ſit. Itaque ſi poſſeſſio bonorum ſoli, extra territorium ad ſuſpicionem detergendam non confert, lóge minus profutura prouiſio erit, quæ circa creditores facta dimittendos aſſeritur.

Tertiò reſpondetur. æs alienum eſto ſublatum iam ſolidum fac, a ſuſpicione immunis nihilo magis.P.uidetur.Siquem pecuniam non tenuem ob fructus perceptos debet. Quibus reſtituendis adſtrictum eum ſuperius oſtendimus.num.287.& ſeq.Rurſus dotium uxoris haberi rationem oportet, quæ executionem in bonis mariti ex d.l.ſi conſtante.& l.ubi adhuc. C.de iure dot.impediret.Conſequenter his dicendum,quod ad ſuſpicionem attinet, ab ea aduerſarium non abeſſe.

Dubitationis alterius explicatio ſponte ſua ex priore emanat

495 Suſpicione † enim patefacta, ſoluendo reum neque fructibus parem reſtituendis eſſe non obſcure apparet. Quo caſu ſequeſtrationi vel ſub inſtantia priore locum dilapidationis etiam metu amoto Abb.ſcribit in ca.fi.nu.7.& 9.de ſequeſtra.poſ.& fructuũ. Curti.in d.l.vnica.nu.11.C.de ſequeſtra. prohi. in 7.volu.repetitio.Quę opinio ratione validiore iuuatur, Namq; ſi ad capturam debitoris ſuſpicio valet, quæ a defectu aut pauperie bonorum ſoli exiſtet, ſic quomodo monſtratum ante habemus.Quanto facilius ſequeſtratio permittenda fructuum erit, in quibus probro quis non ſimiliter vt perſona capta afficitur Ange.Are.in §.j.col. 5.circa med.ver.ego autem ſemper.Inſtit.de actio.Cor.in conſil. 295.col.2.li.3.Dec.in conſi.73.col.j.Cur.in d.l.vni. nu 43 in fi.C. de prohi.ſequeſtra.

Ad euentum tandem labores noſtri inexhauſti, atque id ærati quàm grauisſimi, ſuperis ipſis iuuantibus, peruenerunt. Extremum illud erit, vt numero nonnulla recolligamus. quæ ex reſpóſo hoc emicant.Primum omnium indefenſum generum minoré in cauſa poſſeſſoria fuiſſe.Quam defenſionibus præſtitis, obtinẽdam ab eo fuiſſe, teſtatũ ſatis in ſuperioribus eſt. nu.214.aduſque. nu.221.Inde facere coniecturam licet, quid iacturæ factum a minore ſit. Secundo ſi redemptio villæ facta ea parte fuerat, commodo fructuum temporis excurſi potius minor eſſet, in quibus quantum pretij ſit, nihil eſt quod in eo perſuadendo labor capiatur. Tertio ſi ex fida bona rem, vt acta eſt, intuemur, tam in aureis 400.ob pannos ſericos, atque in alijs non paucis, ſi illud explorare libet, quos ſumptus quam grauisſimos. P.virio ante etiam venditor pertulit, quàm bona diſtraheret, ſic quomodo de viris non leuibus accepimus, Mirum, in ius omne iuxta diuinum, naturale ac humanum cum minore faciat. ſed enim fecerunt ſuperi, quibus in aperto intima quæque mortalium ſunt, vt vitijs tam plurimis, tamq; manifeſtisſimis contractus hæreat. Eaq; ratione ęquę in petitorio atque in poſſeſſorio victorem minorem a iudicio diſcedere rectum, æquumve ſit. Quod ad S.ſpectat inuideri minori non debet, ſi quod reliquum feudum eſt, iure non irreligioſo tuæri ſtudet. An non ſatis ab eo diſpendij ex contractibus alijs acceptum. Quem & nouercæ dotes numerare ex dote alia vxoris oportuit.Quid ſi ad incommoda hæc, veſtium etiam & ornamentorum, mundiq; matris muliebris, pretij haud exigui, detrimentum accedit.Gratioſum denique, ſi dijs & legibus placet, litis redemptæ, ius & contractuum, quibus S.nititur ingenium oculis æquioribus intueamur.Quid aliud quàm ex ſinu toga. Quapropter ſi ponderibus, moduliſq; ſuis in iudicijs his, id quod futurum non dubitamus, ratio vtetur, nihil eſt, quod a radice tam languida timeatur.Sed ſuperis omnia, iudicum ve conſtantię, ſtudio exacto, & religioni committenda.Laus Deo, virgini, Diuoq; meo tutelari Ioanni Euangeliſtæ, & cœleſtibus cunctis. In Moure Regali die 22.iunij.1564.

F I N I S.

Summarium ordine alphabetico digeſtum.

De littera A.

ABlatinis abſolutis conditionem induci nu.89.
Abſurdi declarandi nomine ſermonem vulnerari nu.29.ver.Quinetiam & in verſ.Improprie.
Abſurdi excludendi cauſa ſermonem generalem reſtringendum nu.29.Et in verſi.generalitatem. reſtrictionem vniuerſalia.
Abſurdum vt caueatur, interpretationem admittendam quamuis ad literam,vt iacent,verba accipi ſcripturæ debeant nu.Et in ver. Interpretationem.
Agnationem per diuitias conſeruari publice vtile eſſe num.63.Et in ver.vtilitas publica.
Alienandi prohibitionem ad alienationem illicitam reſtringi numero 84.
Amor furorem habet nu.7.
Amoris cauſa pœnam leniorem ſtatui nu.7.in fi.

B

BAldi locus in conſi.20.lib.5.nu.44.enarratur.
Bonus quis in perniciem alienam,nec ſi princeps ſit, præſumitur nu.34.

C

CAſum omiſſum iuri communi relinquendum num.95.
Cauſa. Ad cauſam ſuam diſpoſitionem reſtringendam nu.65. Et in ver.reſtringi.
Cauſam iuſtam in ſpecie enarrandam,neque ſatis probationes eius eſſe,quotiens niſi ob eam cauſam facere non conceditur remiſsiue nu.10.109.
Cauſatiuum.De neceſsitate cauſatiua nu.4.
Clam Quæ niſi clam non fiunt,per teſtes nõ idoneos probari n.108. ver.Io cauſa eadem.Et in ver.coniurationem ſocius criminis.
Conditione deficiente,locum diſpoſitioni non eſſe num.90.
Confesſio probationum antiſtes nu.81.
Confesſioni in ſpecie prohibitoria fidem non haberi nu.82.
Confesſio.Cum pecuniam accepiſſe quiſpiam confitetur,De tẽpore confesſionis numeratam eam intelligi nu.80.
Coniurationem.Socius criminis prodit nu.108.ver. in cauſa eadem Et in ver.clam.Socius criminis.
Conſeruatio bonorum vtilitati publicę fauet nu.62.verſi.ad vtilitatem.Et in ver.vtilitatem publicam.
Conſuetudo obſeruatiove ab eo probanda,a quo allegatur nu.103.
Conſuetudinis probationem in ſpecie implẽdam, Ideſt ita ſpecialiter & per omnia obſeruatum vt caſus cõtrouerſus habet nu.104.
Conſuetudinem ad caſus perſonasve reſtringendam, In quibus recepta eſt nu.205.
Conſuetudinem a iure alienam nec ad ſimiles caſus produci n.105. ver.hoc amplius.
Correctorium ius caſus ſuos non egredi num.48.
Correctorium ius nec ex ratione maiore extendi,niſi ſi expreſſa ſit, vel pro expreſſa habeatur nume.93.Et in ver.Extenſionem.Ratio maior.
Contrarietates aduocationis partis nu.40.41.77.
Culpa dedecoris rationem non haberi , quod volens quis ſubit nu. 74.& in ver.volens.
Culpa opem ei non ferri, qui culpa ſua indigens ſit nu.28. vberius nu.39.& pluribus ſeq.& nu.102.& in ver.neceſsitas.
Culpam flocci fieri,quæ ordinatam ad caſum non eſt nu.56.Ibique limitationes,declarationesve ſubijciuntur.

D

DEbitum id intelligi,quod ab inuito exigitur nu.14.
Debitum proprie non cenſeri, quod in diem aut ſub conditione debetur nu.26.
Declaratio noui quicquam non habet neque aliud in declaratione, atque granorum excusſione ineſſe nu.12.
Decretum Yolant ducis, ad debita etiã neceſſaria pertinere nu.67.
Decretum Philiberti Ducis nu.76.explanatur ver. In Philiberti etiã decreto &c.
Decreti Caroli ducis explicatio nu.97.
Deliberate quid actum ea repetitione præſumi nu.19.
Denominatio a cauſa proxima aut immediata facienda nu. 2. Et in ver.immediatum.
Derogatum præcedentibus per ſequentia ratione contradictionis intelligi,cum vna ſimul conſiſtere nequeunt nu.66.
Diſtinctionem hominis repudiari, vbi facta a lege non eſt nu.24.
Dolum re ipſa,dolo parem conſilio eſſe num.36.
Domeſtici teſtimonium in his non ſperni,quæ domi fiunt nu.108.
Dubium . In re dubia interpretationem præferendã vnde tertij ius minus læditur nu.36. Et in ver.Interpretatio Tertius . Illuſorium interpretationem eliminãdam,vnde Illuſorius actus fieri aut circumueniri poteſt nu.35.

E

ENunciatiua verba ad probationem valere ab eiſq; recte argumentum deduci,ſi geminata ſunt num.20.
Enunciatiuis verbis iuxta diſpoſitionem atque probationem induci quotiens propter ſe principaliter , non ob aliud exprimuntur num.21.
Equitatem in ſtatuto odioſo non intelligi nu.99.
Equitatem non ſcriptam iuri ſcripto contrario cedere nu.100.
Equitatem ad equitatem non trahi nu.101.ver.Glo.huc accedit.
Equitati conſentaneum non eſſe,commodo alieno pauperi ſuccurri,qui merito ſuo in pauperiem incidit nu.43.
Equitatis cauſa introductum non extendi num.101.& in ver.extenſionem.
Exemplis rem declarari,non reſtringi, haud illepide nu.22.
Expresſione facta,tacitum ſilere nu.45.& in ver.tacite.
Expreſſum id intelligi , quod iuris rationibus , præſumptionibusve colligitur nu.37.& in ver.præſumptio.
Expreſſum id cenſeri,quod ex mente venit nu.37.verſi.Rurſus. Et in ver.mens.
Extenſionem in correctoris ob rationem nequidem maiorem recipi,præterquam ſi expreſſa ſit, vel pro expreſſa habeatur nu.39.Et in ver.correctorium.Ratio maior.
Extenſionem in eo non recipi, quod conſtitutum ob eſt,æquitatem nu.101.& in ver. ęquitatis.

F

FEndi contractum nominatum eſſe nu.46.
Feudi ſucceſſorem ære defuncti alieno diſſoluendo non adſtringi nu.87. Ibiq; ampliatur quamuis defuncti hæres per inuentarium tamen,ſucceſſor vaſallus ſit.
Fraudis nomine contractum oneroſum non aliter reſcindi , niſi ſi fraudem ipſam contrahens vterque participet num.107.

G

GEneralitatem abſurdi vitandi nomine perſtringendam nu. 28. Et in ver.abſurdi.Reſtrictionem vniuerſalia.
Generalem ſcripturam ad ea non trahi ratio in quibus diuerſa vertitur nu.32.& in verſi Reſtrictionem.
Generalem ſermonem ad ea non porrigi, ratio in quibus minor cõtingit nu.33.
Generalem ſcripturam ad ea non trahi,prouiſio in quibus facta ſpecialis legitur nu.52.Et in verſ.repetitio.

I

IMmediatum . A cauſa immediata & proxima denominationem faciendam nu.2.Et in verſi.Denominatio.
Impoſsibile æſtimari,quod ex ſalutis diſcrimine ſit nu.8.verſi.quomodo fieri &c.
Impoſsibile id haberi,quod ſine perfici turpitudine nequit nu.8.
Improprie verba intelligẽda,ne abſurdum agnoſcatur nu.29.verſi. Quinetiam.Et in verſi.Abſurdi.
Inducta vt amplient,reſtrictionem non conciliare nu.11.Limitatur nu.13.
Infeudationem facilius quàm alienationem permitti nu.61.
Interpretatio in dubio potior . In qua tertij ius minus tangitur nu. 96.Et in ver.dubium.Tertius.
Interpretationem vnde abſurdum remouetur , abiecta ſtatuto non cenſeri , quo ad literã vt iacet intelligi ſcripturam oportet nu.30. Et in ver.Abſurdum.
Interpretationem latam ob vtilitatem publicam recipiendam nu. 62.& in verſ.vtilitatis.
Inutilis prouiſio non recipienda nu.47.verſi.quorſum.

M

MAtrimonium ſacramentum primum , in ſtatu innocentiæ conſtitutum. Idq; ex ara Deorum Philoſopho authore venire nu.9.
Mens.Quod ex mente percipitur pro expreſſo haberi num.37.verſ. Rurſus.

Mixtum

Miatum a potentiori denominari & dijudicari nu.3. Et in verſi. potentius.

N

NEceſſariam ſatiſdationem non aliam æſtimari niſi quæ per legem immediate, circa vllum hominis conſenſum, factumve præſtatur nu.42.
Neceſſitas. Abſurdam rem videri, vt ei ſuccurratur qui vitio culpa ſua, delatus in eam eſt. nu. 28.39. Et pluribus ſeq. Et nu.102. Et in verſi. Culpa.
Neceſſitatem eam demum iudicari, quam deuitare nō licet nu.27.
Neceſſitatem euidentem eſſe oportere, vbicunque niſi ob neceſſitatem fieri quid nequit nu.46.
Neceſſitatis diſtinctio triplex ſciſſime explanatur nu.1.
Neceſſitatis rationem non haberi, quæ a facto mere voluntario oritur nu.5. Vbi non ineleganter id percipitur. Et nu.28.39. & pluribus ſeq. Et nu.8. verſi. inepte quoque.
Neceſſitatis vtilitatisve probationem ab eo præſtādam, qui ob cauſam neceſſariam vtilemve factam alienationem aſſerit. nu.85. Et in ver. Probandi.
Neceſſitatum initio ipſo, exempla non infrequentia nu.53.

O

ODioſam ſcriptura æſtimari, Vnde iuri derogatur aut alienum ius læditur nu.55.59.64.
Odioſam ſcripturam intelligi, vnde iuris alieni minuendi perimendive occaſio præſtatur nu.60.71.
Offerendi ius, quod poſteriori creditori datur, ſine hypotheca non conſiſtere nu.51.
Offerendi ius. Et alienandi rationem diuerſam in feudo habere nume.94.
Operari. Ita verba exaudienda, vt aliquid operentur nume.47. Et in ver. ſuperfluum.
Operari ſatis verba dicuntur, quæ dubitationem mouent nu.49.

P

PAtre. A patre liberis theſauros paraodos nu.78.
Pater contra ſtimulos naturæ facit, Curę cui filiorum cauſa non eſt nu.79.
Patrem mentis morbo laborare, Qui in perniciem liberorum aut inofficioſe quid agit nu.79. ver. vnde mentis,
Patris priuilegio inter liberos teſtandi non frui qui paternū ad eos animum non præſtitit nu.79. ver. inde fit.
Periculum maius declinandum. Atque ideo interpretatio potior, vnde leuius famæ periculum exiſtit nu.76.
Plenitudinem poteſtatis ad turpia aut illicita non pertinere nu.8. ver. vnde ad ea. Et in ver. impoſſibile.
Plenius ſtatutum haberi, quod plenius eſt nu 68.
Potentius. A potentiori denominationem eſſe faciēdam nu.3. Et in ver. miatum.
Præſumptio. Pro expreſſo æſtimari, quod iuris præſumptione colligitur nu.37.
Præſuppoſitum. De caſibus præſuppoſitis cōſtare ante omnia oportere. nu.91.
Primogenituram a iure diuino eſſe nu.40.
Princeps. In principe cauſam iuſtam non præſumi, Vbicunque ſine cauſa iuſta quid facere non permittitur nu.18.
Principem iuſtitiæ plenum præſumi, Iuriſque cum eo præſumptionem facere nu.34.
Principi ius minus in bonis alienis, quàm domino aut teſtatori eſſe num.50.
Probandi onus eum ſequi, qui ob cauſam neceſſitatis aut vtilitatis factam alienationem aſſerit. Quotiens niſi ob cauſam neceſſariā aut vtilem alienare non conceditur nu.85. Et in ver. neceſſitatis.
Probationem, quæ præſtari poſſit in re probatu difficili admittendam, quomodo intelligatur nu.108.
Proprie tale non intelligi, quod ſecundum quid, non ſimpliciter tale eſt nu.25. & in ver. ſimpliciter.

Q

QValitatem neceſſarijs ſecundum verbi tempus accipiendam nume.38. Ibique limitationibus tribus regula explicatur.

R

RAro ad caſum, qui niſi raro non accidit, interpretationem nō accommodari nu.15. Ibique exeruatur.
Ratio in omnibus inquirenda, quapropter ita factum quid ſit nu.16.
Ratio maior ad ius correctorium non aliter valet, quàm ſi expreſſa ſit, vel pro expreſſa habeatur nu.93. Et in verſi. correctorium. Extenſionem.
Ratio diuerſa generalitatem coarctat nu.32. Et in verſi. Generalem reſtrictionem.
Ratione ſpeciali dictum generale reſtringi nu.72. Vberius num.98. Vbi & in ratione tacita ampliatur.
Ratione generali diſpoſitionem extendendam, quæ niſi in caſu facta ſpeciali non ſit nu.17.70. Limitatur nu.73.
Relatio. Referens ex relato reſtringendum nu 88.
Rem ſuam pro arbitrio quiſque diſponit num.55. Ibiq; declaratur.
Repetitio conditionis admitti in diſpoſitione non ſolet. In qua conditio alia expreſſa in ſpecie legitur nu.52. verſ. & illud ſpectat.
Replicationi eundem atque exceptioni fauorem pręſtari nu.75. ver. cauſa eandem.
Reſtrictionē in verbis vniuerſalibus nedū generalibus agnoſci, abſurdi declinādi cauſa num.29. & in verſ. Abſurdi. Generalitatem vniuerſalia.
Reſtrictionem ſermonis generalis, vniuerſaliſq; ex cauſis pluribus admitti. De quibus nu.31. remiſſiue.
Reſtrictionem in ſcriptura generali ob rationem diuerſam agnoſcēdam num.32. & in ver. generalem. Ratio.
Reſtringi diſpoſitionem ob cauſam ſuam oportere nu. 65. & in ver. cauſa.

S

SEntentiæ vercellis latæ exaggeratio nu.106.
Simpliciter. Quod tale ſimpliciter non eſt, at ſecundum quid, tale proprie non dici nu.25. Et in ver. proprie.
Socius criminis coniurationem detegit nu.108. verſ. in cauſa eadem clam.
Subiecta talia eſſe, qualia prædicata demonſtrant nu.13.
Succeſſorē feudi ad æs alienum ſoluendi defuncti non cogi nu. 87. Ibique ampliatur quamuis defuncti hæres ex inuentario tamen ſucceſſor ſit. Et in verſ. feudi.
Superfluum. Ita verba accipienda, ne ſuperuacua fiant nu.47. Et in verſ. operari.
Suppoſitum partum per criminis Socios reuelari nu.108. verſi. rationem eandem.

T

TAcite ſub alio non contineri, quod expreſſum ſit num.45. Et in ver. expreſſione.
Tertius. In ambiguo interpretationem admittendam per quam tertij ius leuius tangitur num.96. & in ver. Dubium.
Tertij iuris lædendi occaſionem tribui abſurdum & alterum.
Tex. declaratio in c.1. §. ſi autem diſſentiente. quali. olim feudū poterat alie. nu.58.61.
Turpitudinem ſuam, nedum defuncti excipiendo replicandoq; aperit nu.75.

V

VErba vbi non conueniunt, diſpoſitionem ſilere nu.92.
Vltimo decreto ſtandum nu.69.
Vniuerſalia verba reſtringenda, ne abſurdum conſequatur nu.29. Et in ver. Abſurdi. Generalitatem reſtrictionem.
Vniuerſitatis factum per teſtes probari, qui ex ea ſunt nu. 108. verſi. eiuſdem generis.
Volens. Dedecus fruſtra quis quæritur quo volens afficitur nu.74. Et in verſ. Culpa.
Voluntaria ſatiſdatio debitave quæ dicantur nu.42. Huc & illud ſpectat, quod ſcriptum legitur nu.83.
Vtilitas publica. Bona in agnatione familiave conſeruari vtilitas publica exigit nu.63. & in ver. Agnationem.
Vtilitatem publicam in bonis priuatorum conſeruandis conſiſtere nu.62. verſ. Ad vtilitatem.
Vtilitatis publicę cauſa interpretationem latam admitti num.62. & in ver. Interpretationem.
Vtilitati publicæ tertij incommodo non ſubſcribi. Atque ideo reſtrictiuuęm in ſcriptura agnoſcendam vtilitatis publicę cauſa facta ne damnum ex ea ad tertium redeat nu.62. & nu.64.

FINIS.

De eadem materia Corollarium, ſiue

CONSILIVM SECVNDVM.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Verbis
conſequi nequeam, quàm iucundū mihi ſue
rit, tela cognita habuiſſe, quibus ex occulto
generi ius lædebatur. Molliora.n.ea eſſe oſtē
demus, quam vt ad damni quicquā inferen-
dum valeant. Cęterū quo manifeſta magis
imbecillitas eorū fiat, ſignificātius planiuſ-
que quod explicandam difficultatem duxi,
quæ in debitis neceſſarijs exponendis verſantr. Rei cuius indagā
3 dæ cauſa ſciēdum, Tripliciter diſtingui neceſſitatem poſſe. vnā
large & generaliter quomodocunq; aut vndecunq; neceſſitas de
ſcēdat, ex facto neceſſario aut voluntario. Alteram, quæ ex facto
quidem voluntario, verum a lege ipſa mox, & cōtra hominis vo-
luntatem cōſenſumve, inducitur. Tertiam quæ ſine vllo facto ho-
minis voluntario a lege ipſa naturali ciuilive inducitur.

Prima neceſſitas ea dicitur, quæ a facto hominis volūtario &
ex conſenſu voluntate quæ eius conciliatur. Veluti cum quis cui
quid ſponte promittit obligatio enim & neceſſitas voluntaria ex
promiſſione hac naſcitur. l. in commodato. §. ſicut. ff. commoda.
l. ſicut. C. de act. & obli.

Altera neceſſitas, quæ ſine promiſſione conſenſuve hominis a
ſerta,ad volūtaria ēt debita cōpetere. Probro quippe atq; dede-
cori nō minus vertitur,cū voluntarijs atq; neceſſarijs ſatis debi-
74 tis nō fit.Qm̄ dedecoris huius†haberi rōnē nō oportet,quod vo
luntarie quis aut ob cauſas voluntarias ſubit.l.quamuis. ff.de in
ius voc.l.non videtur fraudare.ff.de reg.iur.l.cum donationis.C.
de tranſac.l.venditor.C.de reſc.vend.reg.damnum.lib.6.
75 Secūdo reſpōdetur dedecus†vel ſuū nedū defuncti, excipien-
do detegi Bal.in l.poſt mortē circa fi.ff.de adoptio. Aret.in conſ.
65.in præſenti.in 3.dub.Cauſa eadem replicandi eſt. Idē quippe
replicationi atq; exceptioni fauor præſtatur. l.pen.§.fin.ff.ad leg.
Fal.l.fi.Ibiq; doc.C.de edē.Alex.in conſi.535.nu.9.li.6.Dec.in cō
ſi.14.circa fi.Et in ſpecie turpitudinis allegandæ, Bar.not. in l.iuſ
iurandum quod ex conuentione.§.procuratore. nu.5. ff.de iure-
iur.Excipiendo igitur contra ſenauſium, & replicando contra P.
recte defuncti turpitudinem allegare conceditur.
Tertiò reſpōdetur,arg.remittēdo. Namq; ſi interpretationem
admittimus, vt ob debita ēt volūtaria feudū alienare concedať,
dedecoris grauioris occaſio vtiq; præbebitur. Siquidē via latior
faciliorq; ad feudū corrumpendū aperitur.Quo deperdito,cum
profuſor ipſe, tum ſucceſſores ēt in ludibrio & ſordibus vitā de-
gant.Quod nō ſimiliter fiet,alienādi arbitrio coanguſtato.Proin
76 de†interpretatio potior habēda vnde leuius famæ, exiſtimatio-
niſq; periculū exiſtit.l.j.§.totiēs.ver.ſed incertum. ff.de ventre in
poſ.mitten.l.ſed ſi is.§.an aūt. ff.de carbo.edic.l.2. Ibiq; Deci.&
Iaſ.in fi.C.eo.tit.l.quotiens nihil. ff.de reg.iur.c.veniens.qui cle-
ri.vel vouen.c.deniq;.4.di.c.duo mala.& c.nerui.11.di.c. conſide
ra.22.q.j.c.hi qui.26.q.2.c.ſi quod verius.33.q.2.
Aliter ēt dedecus pars obſeruat,ꝙ turpe videatur , cōtra factū
patris filiū obſtrepere.Et qua ratione ſi inter homines,atq; in car
cere ob debita aut vitia pater eſſet, liberationem eius cutæ filius
haberet,Ita eo ſublato notā maculamve hanc a filio abolēdā.In
77 ſpectionem hanc mirum,ni pars ſuſferat . Et principio † quidem
flagitio huic eripi aduocatio diuerſa nequit.Cui ecōtrario in cau
ſa viſum rationis aut turpitudinis longe maioris eſt,Cercenaſe hi
videlicet vbi a filio natu minore primogenituram oppugnādam
duxit ob familiæ totius ornamentum ſplendoremve inſtitutam.
Et qua conſtante alimenta pro conditione & dignitate de futura
eius non erant . Quanto honeſtius aduerſus alienationes hypo-
thecasve filius veniet in familiæ totius contemptum hominum-
que obſcuriorum gratia factas.An non opinionem,verecūdiam-
que partis contradictio tanta tanq; euidens onerat.
Secundo hoc genus arg. ſublatum in reſponſo prædicto legi-
tur.nu.92.ratione fortiore argumentando. Demonſtratum enim

ibi habemus, Contra patris factum nullo dedecore vel tum filiũ
reclamare, cum de bonis ſuis inhumaniter aut inofficioſe quid
agit, toto tit. ff. & C. de inoffi. teſta. Quid in bonis feudalibus dicẽ
dum, quæ aduentitia & ad filium omnino peruentura patre ip-
ſo extincto, ſunt. Et in quibus diſponendi ius non ſimiliter vt in
profectitijs patri eſt.

Tertiò reſpõdetur, notam & turpitudinem omnem in patrem
78 † referendam, a quo cum theſaurus parandus liberis foret. 2. ad
Corinth. c. 12. & c. prædicator. 16. q. 1. Pau. de Ca. in conſi. 305. no
tandum eſt. col. 2. circa med. li. 2. Tex. huc ſpectat in l. nihil, & l. ta
le pactum. §. fi. ff. de pac. in l. ſeripto. ff. vnde lib. §. facilior. Ibi cum
omnia, quæ noſtra ſunt, liberis noſtris ex voto paremus. ff. de bo-
nis lib. l. cum auus, ff. de condi. & demõ. l. cum acutiſſimi. in fi. C.
de fideicom. l. vni. in fi. C. de his, qui ante aper. tabul. l. de emanci
patis. §. cũ enim. C. de legi. hęre. Non modo rem liberis nõ fecit,
verũ factam attriuit. Bona quippe matris ex parte bona profuſa,
feudũ ex parte nõ exigua in dotibus nouercæ diminutum, cuius
ſeruandi cauſa, pecuniam ab vxore filij acceptam, in partẽ nume
rari nouercæ oportuit. Vnde tanto minus habere ex feudo credi
tur, ſic quomodo in reſponſo declaratum priori eſt num. 424. Ob
id in patrem ipſum, non in filium acclamatio patris concionato
ria vertenda. Contra ſtimulos † enim naturales a patre actum cu-
ræ cui liberorum calamitas non fuit. l. amiciſſimos in fi. ff. de ex-
79 cu. tuto. Vnde mentis morbo affectum eum, cum ita cõtraheret,
credibile eſt l. 2. & l. Titia. in fi. ff. de inoffi. teſta. l. patronus. §. fi. ff.
de legat. 3. Inde fit, vt patris priuilegio inter liberos teſtandi, non
fruatur, qui patris affectum ad liberos non exhibuit. glo. in l. ſi fi-
lius qui in poteſtate. Ibiq; Iaſ. col. 5. in fi. ver. pro iſta communi ſo
lutione. ff. de lib. & po. Bal. in conſi. 196. licet regulariter. li. 5.

Quarto ex diuerſis penitus argu. deducitur. Patris curam ſi in
carcere teneretur, veriſimiliter filius haberet, Ergo tantundẽ cre
ditoris extranei gratia, patre ipſo defuncto, præſtandum. Dij bo-
ni, Quid extenſionis aut ſimilitudinis hic audio, de patre ad ex-
traneum. vt parem ad extraneum, atq; patrem animum filius ex-
hibeat. l. fi. ff. de calumnia. & alia infinita.

Quinto in partem ipſam rationeq; fortiore arg. regeritur. Ete-
nim ſi patri carcerato pietatẽ deberi ait, Ergo carceris cauſa ta-
cente, pietatis hoc ſilere ius cõuenit, tametſi in viuis pater ſit. l.
adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. c. cum ceſſante. de appel.

Arg. quoq; nõ mouet, quod ex Card. deſumitur in conſ. 41. in j.
dub. Ex quo colligi pars ſentit, vt non modo poſt debita contra-
cta, ſed tum quoque neceſſitas ea faciendi præſumatur, cum de-
80 bita ipſa fiunt. ſimiliter vt tempore † confeſſionis numerata pecu
nia intelligitur Glo. & doc. in l. ſi ex cautione. C. de non nu. pecu.
Bar. in l. poſt dotem. nu. 21. ff. ſol. mat. Et alia non pauca. Digna ſa-
ne aduocato inſpectio, vt neceſſitas pecunię accipiẽdę pręſuma
tur cum debitum initur, Atque ideo vt factum neceſſitatis pręſu
matur contra quam ſcriptum eſt, facta non pręſumi. Atq; in ſpe-
cie neceſſitatis, textibus & doct. confirmatum id ne parce quidẽ
in reſponſo prędicto habemus. nu. 119. & pluribus ſequentibus.

Neque mutat, tempore inſtrumenti factum quid pręſumi vt in
d. l. ſi ex cautione not. Quoniam negatur, facti pręſumptionem
81 interuenire. Immo enim de facto ipſo numerationis per † confeſ-
ſionem apparet, Quam optimam probationem eſſe ſcriptũ apud
nos legitur in conſi. 61. nu. 3. & in conſil. 171. nu. 4. Vnde ſubſtãtia
ipſa facti per confeſſionem liquet. In tempore demum contro-
uerſia contingit, quo tempore facta numeratio cenſeatur. Quo
caſu niſi aliud doceatur, de tempore facta confeſſionis creditur.
At enim ad factum ipſum aut facti ſubſtantiam pręſumendã ar-
gumentari non licet, Vt factum ipſum neceſſitatis de tempore in
ſtrumenti pręſumatur. Quatenus de facto ipſo non conſtat.

Secundo ad arg. reſpondetur, illud retorquendo. In caſu. n. gl.
& doc. in d. l. ſi ex cautione. factum ipſum confeſſione probatur.
Sed enim circa factum neceſſitatis, & ob quam cauſam debita
inirentur, confeſſio, expreſſio ve vlla non inuenitur. Quam tamẽ
neceſſariam expreſſionem fuiſſe, neq; ſatis probationẽ haberi, &
ſuperius dictũ. nu. 10. & in memorato confirmatum reſponſo eſt.

Tertio reſpondetur. Ex diuerſis penitus argu. colligi. Ideſt ab
eo, quod fieri poteſt, ad impoſſibile. In ſpecie enim gl. & doct. in
d. l. ſi ex cautione. Bart. in d. l. poſt dotem. a voluntate & poteſtate
confitentis res pendet. Cui & donandi ius eſt. l. 10 re mandata. C.
manda. Cauſa longe alia ſpeciei cõtrouerſiæ. In qua vaſalli arbi-
trio feudi alienatio non pendet, quatenus niſi ex cauſis permitti
82 neceſſarijs nõ ſolet. Eam ob rem nec ſi neceſſitatis facta † expreſ-
ſio ſit, fidem ei citra probationem haberi conuenit. l. qui teſtamẽ
tum. ff. de proba. cũ alijs in d. reſponſo accumulatis. nu. 187. Quid
hic probandum, vbi neceſſitatis facta commemoratio non eſt.

Inepte quoq; & incõſultę plus ſatis pro parte Silua. vocatur in
conſil. 56. nu. 17. Qui parti & ipſe contradicit. Bona. n. teſtatoris,
quorum alienationem vetuit, niſi ob debita teſtatoris ipſius diſ-
ſoluenda alienari non putat. Propter hęredis plane debita alienã
di ius non eſſe. l. peto. §. prędium. ff. de lega. 2. Ratio eadem facit,
ne ob debita alienare feudum cõcedatur, quę ab ipſo contracta
alienatore ſunt. Itaq; ab eo contractum eſſe debitũ oportet, cui
integrum diſponere de feudo ſit. Ideſt quotiens ob eam cauſam
factum nomen debitoris eſt, propter quam feudi permitti aliena
tio ſolet. Ex tex. igitur in d. §. prędium. controuerſia explicari pię
ſens videtur neceſſitatis ratione in tertij diſpẽdium non haberi,
quam volũtarie quis atq; immediate ex facto ſuo primũ ſubijt.
83 Si dixeris, ex aditione † hæredis volũtaria bona alienari, in qui
bus alienandi prohibitio contingit. Reſpondetur, per legem im-
mediate obligationem induci, quamuis propter aditionem. Ipſe
plane hæres nihil promiſit, neq; ex promiſſione ſua conuenitur.
Vnde non ex contractu, ſed quaſi teneri dicitur, quem lex intro-
duxit. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de act. & obli. §. hæres quoq; In-
ſti. de oblig. quæ ex quaſi contrac. na.

Secundo reſpõdetur. Idcirco ob debita id genus teſtatoris bo
na alienari, in quibus alienãdi prohibitio inuenitur. quoniam ex
facto ipſo prohibentis debita exiſtunt. In arbitrio cuius alienãdi
ius erat. De quo genere feudum nõ eſſe, nemo dubitat. Itaque cũ
ex bonis hæreditarijs & paganicis ex d. §. & conſi. Silua. argumẽ
tum pars colligit, ex ſeparatis penitus argumentum deducitur.

Tertio ex diuerſis arg. deſumi, aliter etiam oſtenditur. q ab a-
ctu neceſſario ad voluntarium pars colligit. Ideo. n. ob debita de
functi bona alienantur, In quibus prohibitio alienandi vertitur,
q prohibitio alia quam ipſius teſtatoris prohibentis nõ præſup
ponitur. Prohibitio plane a teſtatore ipſo recens in præiudicium
ſubijci creditorum non potuit. l. debitorum & l. ſeq. C. de pac. Vn
de cum in dominio pleno teſtatoris bona ſint, atq; ideo ſatis ex
eis fieri creditoribus oporteat. Mirum facere nõ debemus, ſi qua
ratione bonorum alienationem in præiudicium creditorum in-
terdicere teſtator non poterat, Ex bonis ipſis creditores ab hære
de dimitti teſtatoris oportet, ne deterior creditorum conditio ex
perſonis hæredum fiat. l. 1. §. ex his. ff. de verb. obli. Cauſa & ratio
longe alia vaſalli eſt. In dominio cuius pleno feudum non eſt. At-
que ideo non ſimiliter ob debita eius voluntaria feudum ab eo
ſucceſſore ve eius diſtrahi, atq; bona paganica teſtatori aliena-
re, hæredi ve eius licet.
84 Abb. opẽ etiam pars implorat † in c. ut ſuper. nu. 15. de rebus ec
cleſ. non alie. Alienandi prohibitionẽ ad alienationes demum il-
licitas pertinere. Alienationem plane, quæ ex cauſa etiam uolũta
ria ſit, permiſſam licitam ve intelligi. Quid mẽtis parti ſit, cum id
genus teſtimonijs utitur, aſſequi ſatis uõ valeo. Contrarius quip-
pe aduerſario Abb. nõ obſcure eſt. Siquidem nõ aliter licita alie-
natio rei eccleſiaſticæ eſt, in qua Abb. loquitur, niſi aut neceſſaria
utilis euidẽter eccleſiæ ſit. c. j. de reb. eccl. alie. li. 6. Itaq; cum neq;
neceſſitas neq; utilitas aliqua in debitis contrahẽdis doceatur,
nõ poteſt Abb. teſtimonium parti non obeſſe. Neceſſitatis plane
85 † aut utilitatis probationem ex diuerſo præſtandam, neq; fidem
aſſertioni alienatoris de eis haberi, reſpõſum prius docet. nu. 25.
& tribus ſeq. nu. 146. & pluribus ſeq. nu. 187. & nu. 246. Quid hic
admittẽdũ, ubi aſſertio ulla neceſſitatis facta aut utilitatis nõ eſt.

Secundo Abb. dictum reijcitur. Teſtatum. n. ex ſuperioribus, &
in reſpõſo ipſo eſt, Decretorum permiſſionem ad alienationem
non trahi, quæ ob cauſas uoluntarias ſit. Quod cum ita ſit, caſus
is, cum ex cauſa uolũtaria feudum alienatur, ſub iure cõi feudo-
rum relinquitur. l. ſi extraneus. ff. de condit. ob cau. l. ſi cum dotẽ.
in prin. ff. ſolu. mat. Iure plane feudorũ prohibitam alienationem
86 eſſe non dubitatur. Itaque non poteſt illicita † alienatio non eſſe,
quę cõtra quam prohibitũ eſt, exercetur. l. teſtamẽto centurio. §. fi.
ff. de manu. teſta. Iaſ. in l. ſi procurator. nu. 5. ff. de condi. indeb.

In Philiberti etiã decreto ſpem aduerſarius locat ſub rubri-
ca, q pro ſoluẽdis ſeu cõſtituendis dotibus. &c. Ibi, Ita q cenſeã-
tur tales ſucceſſores habere ipſa bona feudalia cũ onere & obli-
gatione præmiſſis. Et teneãtur ad id perſoluẽdũ, ad quod potuiſ
ſet ille, cui agnati ipſi ſuccedẽt. Vnde ſicut uaſallus defunctus de
bitis ſoluendis adſtringebatur, etiam quæ contracta uoluntarie
ſunt. Ita obligatione hac teneri ſucceſſores uidentur.

Sed. n. adminiculi quicquam a decreto hoc pars non accipit.
Monendi enim primum ſumus, aditionem in decreto hoc Phili

berti

berti ad caſus cõtineri, mentio quorum in decretis ſuperioribus
ſit yolant & blanchæ. Additio plane Philiberti id demum habet,
vt quod permisſionis aut voluntatis, in decreto yolãt circa dotes
ſoluẽdas aut cõſtituendas in vaſallis defunctis erat, ad neceſſita-
tem tam in vaſallis quàm ſucceſſoribus eorũ trahatur. Decreto
quippe yolãt permiſſio ſolummodo cõtinetur, vt posſint & va-
leãt vaſalli, & cuilibet licitũ eorũ ſit, & dotes conſtituere &c. Ob
id inuiti compellẽdi ad dotes conſtituẽdas nõ videbantur. l. non
quicquid. ff. de iud. Rurſus quia niſi vaſallis ipſi ſuperſtitibus, per
miſſio ea fauebat, ad ſucceſſores trahenda eorũ non videbatur.
87 Vtpote ratio in quibus diuerſa cõtingit. Quatenus † debitis vaſal-
li exoluendis ſucceſſor nõ obligatur, qui hæres defuncti non ſit.
c. j. an agna. vel fil. Et apud nos in cõſ. 197. in princ. Idq; locũ & in
hærede vaſalli ex inuẽtario, habere, Iſer. & Aluar. ibi ſcribũt. Ale.
in cõſi. 19. nu. 4. li. 5. Soc. Iun. in conſ. 42. nu. 3. li. 3. Quocirca viſum
Philiberto fuit, yolãt decretum in duplici hoc capite ampliare,
vt ad neceſſitatem permiſſio, & ad ſucceſſorem pertineat.

Neq; dixeris extenſionẽ hãc circa neceſſitatem & ſucceſſores
per blanchæ iam decretum factum. Quoniam niſi in dotibus id
cautum reſtituendis non eſt. In dotibus plane conſtituẽdis & de
bitis neceſſarijs perſoluẽdis expreſſum id non læditur. Quam ob
cauſam neceſſaria declaratio aut ampliatio hæc viſa Philiberto
fuit, Vt in dotibus etiam conſtituẽdis & debitis neceſſarijs per-
ſoluendis locum neceſſitas aut compulſio tam contra vaſallos ſu
perſtites, quàm ſucceſſores eorum habeat. Ita noui aut amplia-
tionis quicquam præter neceſſitatem & coactionem in vaſallis
& ſucceſſoribus Philiberti decretum non habet. Atq; ideo extẽ-
ſio per Philibertum facta circa debita non eſt, Vt ob debita volũ
taria etiam, alienari feudum oporteat.

Secundo ad caſus Philiberti decretum reſtringẽdum, qui ſub
decretis permiſſi anterioribus ſunt yolant & blanchæ. Ex verbis
ipſis Philiberti dilucide oſtenditur. Ibi in caſibus, de quibus in
88 ipſis ſtatutis. Itaq; cum † ad caſus ipſos ſtatutorum antecedentiũ
relatio fiat, ad eos & naturam eorum reſtringi referens Philiber
ti decretum oportet. Ita vt excluſa omnia intelligantur, mentio
quorum in relato non ſit. c. veniens. de præſcrip. c. cũ venerabilis.
§. quia vero. de excep. c. fin. de vſu pallij. Quos text. in ſententiam
hanc Gemi. vocat in conſil. 55. nu. 3. circa fi. Idem Alex. ſcribit in
conſ. 154. nu. 5. in ver. tertio reſpondeo. li. 2. At enim niſi ad debi-
ta neceſſaria decreta yolant & blanchæ nõ pertinere, quàm fuſiſ
ſime monſtratum & ſuperius & in reſponſo prædicto habemus.

Tertio reſtrictionem hanc ad caſus faciendam, qui in decretis
comprehenſi yolant & blanchæ ſunt, verba ipſa Philiberti ducis
tam in rubrica quàm in nigro aut textu perſpicue docent. Ibi ſe-
cundum quantitatem tamen patrimonij & qualitatem domus &
perſonarũ. Quæ verba non ab re & in rubro inſerta, & repetita in
nigro ſunt. Vt niſi debita neceſſaria non comprehendant.

Declaratione hac reſtrictionis ita obfirmata, Argumentũ non
obſtat ex diuerſo obiectum, hoc eſt æque ſucceſſores feudi ad id
perſoluendum adſtringi, ad quod compelli defunctus poterat. Ex
his. n. confutatum arg. liquet, quæ ſcripta ante ſunt, hoc eſt vt niſi
in caſibus locum compulſio circa feudi alienationẽ non habeat,
qui expreſſi aut comprehenſi in decretis ipſis ſunt yolant & blã
chæ, ob dotes videlicet donationes propter nuptias, & debita ne
ceſſaria. Extra quos caſus protendi verba Philiberti ad eos limi-
tata & reſtricta non conuenit. l. in agris. ff. de acq. rer. domi. l. age.
Ibiq; poſteriores. C. de tranſact.

Secundo ex verbis ipſis decreti arg. diluitur, Ibi, & teneantur
ad id perſoluendum, ad quod potuiſſet ille, cui ſuccedent ipſi a-
gnati, ſtatutorum præmiſſorum diſpoſitione ſeruata. Qui ablati-
89 ui † abſoluti ſeruata diſpoſitione &c. conditionem habent. l. ab
emptione. ff. de pac. l. cunctis agris. ff. de vſur. l. a teſtatore. ff. de cõ
di. & demõ. Late poſteriores in rub. ff. ſol. mat. vnde ſenſum hunc
verba illa habent, ſtatutorum diſpoſitione ſeruata, vt non aliter
ſucceſſores teneantur, aut alienare feudum liceat, niſi ſi caſus oc
currerint, de quibus in ſtatutis yolant & blanchæ. Cæterum ſi ex
tra caſus illos feudum alienare conceditur, vtiq; diſpoſitio ſtatu-
tutorum obſeruata yolant & blanchæ non erit. Itaque cum ad de
bita neceſſaria decreta ipſa yolant & blanchæ reſtringãtur, ſi ob
90 voluntaria alienatio ſit, vtiq; conditione † defecta verba ipſa de-
cretorum inueniuntur. Atq; ideo locum diſpoſitio obtinere eo-
rum non poterit. l. pecuniam Ibi perinde eſt enim &c. ff. ſi cer. pe
ta. l. neceſſario. ff. de peri. & commo. rei vendi. Et alia infinita. Rur
ſus cum in cõditione diſpoſitio poſita Philiberti ſit, caſus neceſſa
rio præſupponuntur, mentio quorum in ſtatutis ſit, ad quos ca-
91 ſus verba ipſa conditionis ſpectant. Proinde † caſus ipſos cõſtare
ita præſuppoſitos oportet. Glo. Bar. Sal. & Fulgo. in l. mancipia in
ver. aduocandum. C. de ſeruis fugi. Rom. ſing. 489. ſtatutum pu-
niens Alex in rub. ff. de ſol. mat. nu. 22. Soc. in l. j. §. ſi is qui 400. nu.
3. ff. ad Trebel. Dec. in c. conſtitutus. col. 2. ante med. de reſcrip. Et
alia non pauca.

Tertio in partem ipſam decretum regeritur, etiam ſi ad volun
taria id trahi debita dicimus, Quod modis omnibus pernega-
mus, formam. n. ſtatutorum yolant & blanchæ adimpleri Phili-
bertus iubet. Atqui & domini directi conſenſum, & pecuniæ nu-
merationem yolãt cum blãcha exigũt. Quod neutrum hic inter-
ueniſſe reſpõſo mõſtratum prædicto habemus. Et quidẽ in nume
ratione, ſermone id teſtatũ prolixo habemus. nu. 18. & plenius.
nu. 401. De cõſenſu. nu. 390. ver, neq; mutat, & nu. pluribus ſeq.

Quarto vbi forma decretorum ſeruata circa cõſenſum domi
ni & numerationem pecuniæ eſſet, In alio tamen adimpleta non
eſt, neq; implementum contingit. Ideſt circa oblationem agna-
tis faciendam. Quæ oblatio inepta in iure offerendi controuerſo
apparet. In hoc enim oblationẽ agnatis fieri decreta præcipiunt,
vt potiores ipſi habeantur, ſi emere bona malint. Quæ inepta &
inſulſa prorſus oblatio hic fuerit, ſi iure offerendi vti agnati ve-
lint, Cum creditum vllum non antecedat, propter quod ipſi offe
92 rant. Itaq; cum ad ius † hoc offerendi decretorum verba non qua
drent, locus diſpoſitioni eſſe eorum nõ poteſt. l. ſi quis ſeruum. ff.
ſi quis cautio. l. cum hic ſtatus. §. ſi ſponſus. ff. de dona. inter vir. &
vxo. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. mat. l. ita aũt. in priu. ff. de adm. tut. l.
ſi ſeruum. §. non dicit prætor. ff. de acq. hære. l. adigere. §. quãuis.
ff. de iure patr. l. 4. §. totiẽs. ff. de dam. infe. l. j. §. loquitur. ff. de aqua
quot. & æſti. l. fi. C. de præd. minor. l. furioſi. C. de nup. c. quoniam.
de vi. & hon. cler. c. maiores. §. cæterũ. de Baptiſ. c. in noſtra. de in-
iur. c. indemnitatibus. §. ſed cũ eas. de elect. li. 6. c. pe. de cõceſ. præ
ben. eo. lib. In quam ſententiam tex. & alios Soc. nominat in con
ſi. 30. nu. 30. in fi. ver. item patet ex verbis ſtatuti. li. j. Tradit Gem.
in conſi. 35. nu. 6. in fi. & in conſi. 65. col. j. prolixius Feli. in c. non-
nulli. nu. 34. ver. vbi verba de reſcri. Qui ad deciſiones nõ paucas
infert. Ad quas ſi ſpectemus, mirum, ni a controuerſia omni res
hæc vacet.

Quinto correctoria iuris communis feudorum, decreta hæc
yolant, blanchæ, Philiberti, & Caroli ducum eſſe non dubitatur.
Quatenus nec ob cauſas neceſſarias iure ipſo feudorũ alienatio
eorum permittitur, vt in reſpõſo teſtatũ prædicto legitur. nu. 30.
& nu. 69. Idq; & iure recipi canonico ſolet. ca. quæ in eccleſiarũ.
Ibiq; Dec. in 6. not. nu. 10. de cõſtit. Riminal. in conſi. 81. num. 16.
ver. & prædicta procedunt. li. j. Itaq; cum in obligatione & alie-
natione feudi decreta ſolẽt, ad caſum iuris offerendi trahi phas
93 nõ eſt. Siquidem extra caſus † ſuos ius trahi correctorium non ſo
let, neq; extenſionem vel ob rationem eandem admittit, vti in d.
notatũ reſpõſo apparet. nu. 85. Sed nec ex ratione maiore exten-
ſio recipi in correctorijs ſolet, niſi ſi expreſſa ratio eſt, vel pro ex-
preſſa habetur, quia nõ pluſquam reddi vna posſit. Imo. in l. ſi ve
ro. §. de viro. nu. 14. in fi. ver. potes dicere. ff. ſol. mat. Are. in conſil.
27. proponitur. nu. 2. in fi. ver, non obſtat ꝙ melior videtur eſſe ra
94 tio. Soc. in conſi. 28. nu. 25. li. 4. Quid dicendum hic erit, vbi † ratio
diuerſa inter alienationem & ius offerẽdi cõſtat. In alienatione.
n. vt eam ob debita feudatarius patiatur, impedimẽtum niſi vnũ
non inuenitur. Ideſt, quia in feudo ius habet, quod per ius com-
mune alienare feudorum non licet. In iure plane offerendi impe
diendi ratio duplex vertitur, ſeu ius duplex vaſalli contingit, feu-
di videlicet & debiti, cũ creditor vaſallus & ipſe anterior ſit. Ius
plane duplex fortius ſimplici eſſe, non dubitatur. l. cum in ado-
ptiuis. in prin. Ibiq; Bal. C. de adop. cum alijs in d. reſpõſo adſcri
ptis. nu. 315. ver. & ſi præſumptio & nu. 335.
95 Conſequẽter his dicendum, Caſum hunc † iuris offerendi in de
cretis yolant, blanchæ, Philiberti, & Caroli ducũ prætermiſſum
iuri feudorum cõi relinquendum. d. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. mat.
l. commodiſſime. ff. de lib. & po. l. ſi ita quis. & l. pater filium. ff. de
vulg. l. quod conſtitutum. ff. de mili. teſta. l. quicquid adſtringẽdæ.
ff. de verb. obl. l. illam. Ibiq; Are. in 2. no. C. de colla. l. ſancimus. C.
de teſta. l. præcipimus. in fi. C. de appel. c. 2. de tranſla. epi. ca. 5. de
ſen. excom. li. 6. clem. ne Romani. de elec. c. 2. Ibiq; gl. fi. de pœni.
di. 1. Et alia id genus.

Sexto ad Philiberti decretum reſpondetur. In ambiguo eſto
ſenſus eius ſit, quem tam pellucidiſſimum ante monſtrauimus,
96 Potiorem tamen in re † dubia interpretationem habẽdam, vnde
agnatorum ius ex inueſtituris & contractu quæſitum minus lædi

tur per ea, quæ in d. ſcripta reſponſo habemus. nu. 5 2. verſ. Et qua
ratione. Et in locis alijs eiuſdem reſponſi, permultis quæ index
eius oſtendit in ver. tertius.

97 Caroli deniq; decretũ parti † ipſi obſtat nedum auxiliare eſt.
Pietatem quippe, æquitatem, præſeruationem, tranquillitatem &
incrementum ſubditorum obſeruat. Quæ omnia alienationi re-
clamant, quæ ob cauſam voluntariã fit. Atq; ideo ad feudum di-
lapidandum & ſucceſſorum ius feudandum latum iter aperitur.
Vnde ad egeſtatẽ agnati impelluntur, quo libidini & profuſioni
alienantium, debitave pro arbitrio contrahentium indulgeatur.
Quinetiam eſuriem paſſurus alienator ipſe erit, ſi ſuo res tradita
arbitrio ſit. Itaq; cum niſi ad debita neceſſaria Caroli verba non
competant, non ad ea reſtringenda non erunt.

Secundo ad debita neceſſaria Caroli decretum reſtringendũ,
qui dilucide magis nitere, atq; ex verbis illis pōt, Quibus præſer
uationem, & incrementũ in ſtatuto yolant cõtemplatur. An non
cõſumptio atq; diminutio vaſallorũ tam alienantiũ, quàm ſucceſ
ſorum euidẽter cõſequitur, ſi ob cauſas voluntarias alienare con
ceditur. Itaq; ex ratione a Carolo expreſſa, quæ ad neceſſarias de
mum cauſas ſpectat, ad debita ipſa neceſſaria reſtringi decretũ
oportet, vel ſi verbis id conceptum amplioribus ſit. Iure quippe
98 certiſſimo vtimur, ex ratione † ſpeciali diſpoſitionem generalem
reſtringendã. l. credendum. in princ. ff. qui pet. tutor. l. cũ pater. §.
dulciſſimis. ff. de lega. 2. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patro. l. mi-
lites agrũ. in princ. ff. de re mili. Abb. in conſ. Baſil. col. 9. in 2. dub.
Ang. in conſi. 190. viſa dicta quitatione. Chaſſen. in conſi. vltimo.
col. 2. circa med. Idq; locũ & in ratione tacita habere, Tex. oſten
ditur in d. l. milites agrũ. Gl. & Bal. in l. quãuis. C. de fideic. Bal. in
l. fi. nu. 6. in fi. C. de lib. præter. Roma. in conſi. 100. & in conſi. 104.
Dec. in c. ſuggeſtum in 2. not. de appell. in conſ. 64. col. 4. in fi. verſ.
& ſic manifeſte infertur. Iaſ. in l. non dubium. nu. 36. C. de ll. Ca-
ſſodor. in regul. cancel decif. 3 1. nu. 4. fol. 47. Quid hic dicendum,
cauſa aut ratione a Carolo duce enarrata.

Aequitas plane, qua tantopere pars nititur, aduerſaria eidem
99 haud obſcure eſt. Quid. n. † æquitatis ſpectari in decreto poteſt,
quod odioſum eſſe, & ſupra, & in reſpõſo monſtratum anteriori
eſt, cũ & agnatorum in iure ex contractu & inueſtituris quæſito
læſionem, & iuris communis feudorum, derogationem decretũ
habeat. In odioſo ſtatuto vero quomodo æquitatem pars intuea
tur, non facile aſpicio. Secum quippe inuicem certant æquitas &
odium, l. cum quidam. ff. de lib. & po. reg. odia. li. 6.

Secũdo æquitatem adeſſe parti fac, eius tamen habenda ratio
100 nõ videtur. Quatenus ius † ipſum ſcriptũ inuenitur æquitati con
trarium, Ideſt feudi ius alienandi nõ eſſe. Quo caſu potius æqui-
tate ius ſcriptũ eſſe, quamuis durius, proculdubio eſt. In ſubſidiũ
quippe æquitatẽ amplectitur, cũ præſto ius ſcriptum nõ eſt l. pro
ſpexit. ff. qui & a quibus. ca. fi. Ibiq; Imol. & Abb. de tranſac. Glo.
in c. ſuper his. in ver. arbitriũ de accuſ. Glo. & doc. in l. placuit. C.
de iudi. Neq; ex capite hominis æquitatem fingendam, verum iu
ris tramites ſectandos, Bal. ſcribit in l. ædem. C. loca. De quo Cur.
Sen. meminit in conſ. vlt. col. 3. poſt med. ver. & ideo cum habea-
mus. Idem ex Sal. probatur in l. bona fides per illum tex. ff. depoſi.
Quem Iaſ. ſequitur & commendat in l. 2. § item ſi in facto. nu. 17.
ver. 2. & fortius. ff. de verb. obli.

Tertio aut prohibitã feudi alienationẽ ob cauſas voluntarias
dicimus, Id quod magis eſt admittere. Quo caſu nihil prorſus
contra prohibitionem ſcriptã æquitas pendenda. d. l. bona fides.
& d. c. ſi cũ alijs mox relatis. Aut permiſſam propter cauſas volũ
tarias expreſſim alienationẽ contendimus, Et falſum id euiden-
ter eſt, neceſſitatum & debitorum neceſſariorum mentione to-
tiens facta, Aut in obſcuro ſeu in ambiguo rem eſſe aſſerimus, in
re plane dubia ſenſum agnoſcẽdum, vnde correctionis iuris, Læ
ſionis tertij, abſurdi & occaſionis feudi perimendi excluſo ſequi
tur cum ſuperioribus, tum reſponſo ſatis monſtratum anteriori
eſt. Quarto reſponſiones eſto prænarratę non moueant, quæ ſa-
ne quàm fortiter vrgent, ad caſum iuris offerẽdi in decretis omiſ
ſum æquitatem trahi nihilo magis conuenit, quamuis rationem
ſimilem aut eandem caſus omiſſus habeat. In eo quippe admit-
101 ti extenſio non ſolet, quod introductum per æquitatem eſt. l. pę
nales. §. Iulianus. ff. ad l. Falc. Vbi cautio, de qua ibi æquitatis cau
ſa a prætore inuenta ad perſonas, res ve alias non porrigitur. Idẽ
tex. probat in c. ſuſceptum. de reſcript. lib. 6. Quem in ſententiam
hanc Crot. vocat in l. omnes populi. nu. 214. verſ. quinta cõcluſio.
ff. de iuſti. & iure. Glo. huc accedit in l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum in
verbo pars. ff. de ſeru. vrb. præd. cum ad equitium trahendã æqui
tatem non putat. Quæ verba quid aliud ſonant, niſi extenſioni lo
cum in æquitate non eſſe. Quæ locum ſententia haud dubie ha-
bet, vbicunq; in caſu quo ſpeciali rigori æquitas ante ponitur, ſi-
militer vt in ſpecie controuerſa. In qua contra quam iure prohi-
bitum feudorum eſt, alienatio eius in caſibus permiſſa quibuſdã
legitur, quæ ea decretis ſunt. Dotis videlicet, donationis propter
nuptias, & ſi qui neceſſarij alij ſunt. In quibus æquitatis ratio cõ
tingit, vt ei ſuccurratur, qui nullo ſuo vitio pertractus in neceſſi-
tatem eſt. In qua re meminiſſe oportet, ſi ad caſum æquitas non
extenditur, qui rationis eiuſdem, ſimilisve eſt. Quanto minus, vbi
102 ratio diuerſa in caſu omiſſo inuenitur. Sed enim † rationem lon
ge diuerſam cauſæ neceſſariæ, atq; voluntariæ eſſe, vt non perin-
de facile ei ius patrocinentur, qui culpa ſua, atq; ei, qui nullo ſuo
merito in neceſſitatem deuenit, Text. oſtendit in d. l. ſi fideiuſſor.
§. ſi neceſſaria. ff. qui ſat. cog. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mino.
l. ſed & ſi per prætorem. in fi. ff. ex quib. cau. maior. l. cum poſtulaſ
ſem in fi. ff. de dam. infec. Cur. Sen. in conſ. vltimo. nu. 4. ver. & po-
tiſſime in caſu. Inde mirũ ſatisfacere nequeo, æquitatis cauſam,
quæ niſi in debitis neceſſarijs non vertitur, ad voluntaria etiam
debita porrigi. Quo caſu feudi in perniciem alienam abligurien
di occaſionem, facultatemq; præſtari, demonſtratum nec ſemel
eſt. Rationem & aliam diuerſitatis inter alienandi & offerẽdi fa-
cultatem explicatam ſupra habemus. nu. 94.

Adminiculis prædictis vbi ſe deſtitutum aduerſarius vidit, ad
illud confugit, ex obſeruatione inſecuta ambiguitatem omnem
declarari. Vſu quippe receptum & moribus aſſerit, vt ad debita
quæuis vel voluntaria decreta trahantur, ob eaq; feudi ius alie-
103 nandi competere. Sed enim † qui conſuetudinem aut obſerua-
tionem aſſerit, probationem eis implere neceſſe habet, cum a fa
cto pendeat. l. præſcriptione. Ibiq; Bar. nu. 11. & ſeq. C. ſi cõtra ius
vel vtil. pub. l. j. Ibiq; gl. 2. & Bal. in j. not. C. quæ ſit longa conſuet.
c. j. de præſcri. li. 6. Bar. in l. omnes populi. nu. 67. ff. de iuſti. & iure.
& in l. de quibus. nu. 7. ff. de ll. in j. lect. & in poſteriore lectu. num.
21. in 4. q. prin. Vbi modum probandi docet. At. n. non modo con
ſuetudinis huius fides non fit, verum ne fieri quidẽ poterit. Siqui-
dem non niſi ob cauſas pluſquam neceſſarias alienationes perfi-
ci feudi ſolent. Atque ob dotes fere. Idque vſus ipſe docet. Quæ
pellucida magis res fiet, ſi alienationum inſtrumenta aduerſa-
rius proferat.

Secundo monendi ſumus, domino directo inconſulto, Cauſa
vlla debitorum contrahendorum non expreſſa, feudalium bono
rum verbo non facto. Pecuniæ numeratione non patefacta, obla-
tione aut denuntiatione agnatis non facta, contractus peractos
quibus hypothecæ feudum ſuppoſitum aduerſarius contendit,
contra quam & iure communi feudorum prohibitum, atque de-
cretis ipſis eſt. Atque ideo non immerito aduerſus contractus id
genus a filio feudi ſucceſſore reclamatum, & actori contradictũ.
104 Ea propter vbi probatio † qua obſeruationis præſtari in debitis
voluntarijs poſſet, ſatis non eſſet, ob cauſas etiam volũtarias feu
dum diſtractum, ſimpliciter aut generaliter educere. Verum pro
batio præſtanda in ſpecie cõtrouerſa eſſet, Ideſt ijs etiam caſibus
propter debita voluntaria feudum alienatum, quibus domini di
recti conſenſus non interuenit, cauſa vlla expreſſa in debitis con-
trahendis, feudi facta mentio non eſt. Pecuniæ numeratio nõ de-
monſtrata. Et agnati ſeu ſucceſſoris contradictio interuenit per
ea, quæ in d. notata reſponſo ſunt. nu. 48 7. Quibus Rolan. accedit
in conſi. 80. nu. 11. & ſeq. Quid dicturi hic erimus, vbi non modo
probatio in ſpecie, ſed nec in genere de conſuetudine hac præſta
tur. Immo enim quod ad probationem in ſpecie attinet, nequidẽ
in ſpecie controuerſa allegatio facta cõſuetudinis eſt. Cõſequẽs
igitur non ſit, conſuetudo aut obſeruatio ita alienãdi in genere al
legatur, ẽt ſi probationis vicem allegatio ſuſtineret, Quod falſiſ-
ſimum euidẽter eſt. Ergo quibus caſibus factæ alienationes ſunt,
caſui ſimiles controuerſo erant. Atq; ideo dubia & incerta alle-
gatio probatiove reperitur, quam irritam eſſe conſtat. l. duo ſunt
Titij. ff. de teſt. tu. Et alia non pauca.

105 Tertio ad perſonas conſuetudo † obſeruatioq; reſtringenda,
Inter quas ſecuta eſt. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pac. l. j. §. Iulia-
nus. Ibique Bar. ff. de itin. actuque priua. Bal. in c. j. in fi. de feu. co-
gni. Ruin. in conſi. 19. nu. 17. li. j. Hoc amplius quia iuri contraria
hoc genus conſuetudo eſt, nec ad caſus eam ſimiles extendi con
uenit Floria. in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. com. prædior. Afflic. in d.
cap. in prin. in vltimis verbis. de feudi cogni. Socin. Iun. in conſil.
101. numer. 13. libr. 2. Conſequens igitur non ſit, agnati aliqui re-
rum ſuarum non ſatagentes feudum illicite paſſi alienari ſunt,

Ergo

ergo ad iniuriam id rediturum aliorum erit.

Quarto ſi ob debita voluntaria permiſſam alienationem dicimus, Cur donationem propter nuptias ita fieri decretũ nõ ſinit, vt perpetuo apud mulierẽ, hæredesve eius maneat cũ fraudẽ nõ habet, at fide bona perficitur, quo ad nuptias aſpirari optatus poſſit. veluti ſi virginẽ aut adoleſcẽtulam in matrimonium beneficiarius expetit, qui plenior annis eſt, & qui ad cõiunctionem aliter peruenire ea ſpectatisſimã nequit. Id quidem in primis, ꝙ cauſam initio neceſſariã hoc genus donatio habet. Itaq; ſi cauſa neceſſitatis ceſſante, hoc eſt mulieris interitu matrimonio direpto ad irritum donatio per decretũ deducitur, quanto magis ob debita initio voluntaria feudi impedienda alienatio erit. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Et alia ſexcenta. Quod ſatis ſuperq; ad verboſa partis interpretamenta abijcienda argumentum valet. pellucidum quippe decretorum ſenſum obſcurare aduerſarius certat.

106 Quinto ex ſententia arg. proteritur † Vercellis lata die. 16. Iunij. 1557. Per quam alienatio id genus infirmata feudi eſt nulla pretij reſtitutione facta. Sed & fructus reſtituere emptor iuſſus. Quæ ſententia ratione validiore hic obſtat, ꝙ inter agnatos emptor erat, quamuis gradu propiore actor eſſet. Cum alienis hic iam a gente vaſalli, quàm a patria, contractus interpoſiti. Quo caſu grauior haud dubie prohibitio iuris interuenit. Siquidem iniuſſu dñi in agnatos, vel remotiores alienationem feudi impune permitti, in prædicto teſtatum reſponſo legitur. nu. 488. Quod aliter in alienis aut extraneis ſeruari titu. docet de prohibi. alie. feu. per Lotha. & per Fed. c. quæ in eccleſiarum. de conſti. Quod cum ita ſit, alium decretorũ ſenſum eſſe obſeruatio ipſa declarat, quæ a ſententia ſenatus deſumitur.

Neque partis reſponſio mouet, ob id feudi alienationem diſſo
107 lutam, ꝙ in † fraudem facta proximiorum eſſet, vt feudi pretiũ in filias, quas ſolas habebat, venditor erogaret, quo locupletiores dotes haberent. fraudis planè rationem hic ſilere. eum filium clariſſimum contrahens haberet, In promptu enim reſponſio eſt, fraus in feudo eſto vendendo interuenit, rationẽ eius tamen non aliter haberi, atque ſi & emptor ipſe fraudẽ particeps. l. j. in princi. Ibiq; Glo. in verſi. non ignorauerit. ff. quæ in frau. credi. Glo. & doct. in §. item ſi quis in fraudem. Inſtit. de act. Vnde cum fraudis emptoris allegatio non interueniat, Tantum abeſt, vt probatio facta eius dicatur, nihil eſt, ꝙ fraudi nomine ſententiam Vercellis dictam pars afferat.

Secundo fraudis reſponſionem aduerſarius ſuſtinet. Namq; ſi filiarum rationem, quo dotes opimas magis haberent, Et in quibus neceſſitas maior vertitur, ſenatus nõ habuit, pretijq; & fructuum iacturam emptor agnatus fecit. Longe minus extranei & in cauſis aut debitis voluntarijs haberi rationem conuenit.

Quarto eo reſponſio pertinet, vt dolũ in caſu controuerſæ præſumi contra patrem contrahentem non oporteat. l. merito. ff. pro ſoci. At. n. locum præſumptioni huic bonitatis ad incommodum tertij non eſſe quotiens damnum quiſpiam ſubire a præſumptione hac poteſt, in d. monſtratum reſponſo eſt, nu. 62. & ſupra. nu. 34. Diſpendium plane ſucceſſoris maniſeſtiſſimum liquet.

Quinto arg. partis perfringitur, Dolus aut fraus eſto conſilio abſit, Re ipſa tamen dolum filius, feudiq; ſucceſſor ſentit. Qui ex læſione enormi dolus apparet, Sic quõ dictũ in ſuperioribus eſt. Dolum planè re ipſa uirtutis eiuſdẽ atq; cõſilio ſeu ex propoſito, ut aiunt, æſtimari. Teſtatum etiam ſuperius habemus. nu. 36.

Sexto probationes cauſarum in lite Vercellis dijudicata factas audio, acta enim non legimus propter quas alienatio facta feudi dicitur, quæ non meritoriæ aut leues videntur. Itaq; ſi cauſis ibi demonſtratis, ſentẽtiam nihilominus paſſus feudi emptor idemq; agnatus tam perniciialem in pretij & fructuum perditione eſt, Quid in extero hic admittendum a quo cauſarum præſtita probatio non eſt.

Ad probationes poſtremum pars addit, Ideſt ob cauſas initio neceſſarias contractus peractos. In qua re ſermonem opus prolixiorem non arbitror. Quandoquidem probationibus cauſam ſuam deficere hoc ipſo pars admittit, ꝙ niſi argumentis quibuſdam leuiſſimis ſe inuoluit. Quibus cum debitoris defuncti cõditio, reſq; ipſa tum rei conuenti teſtimonia non molliter reſiſtũt.

108 Iure enim † illo incogitate vtitur. In ſpecie probatur difficili, vel cum inopia probationũ laboratur, In probationibus ius acquieſcere, quæ cõtingere poſſunt. At. n. ad eum id caſum demum pertinet, quo ex facti, ſeu negocij, aut rei natura probandi difficultas exiſtit. Qualia ſunt, quæ domi fiunt. l. cõſenſu. C. de repud. Alex. in conſ. 64. nu. 5. li. j. Et in locis alibi permultis doc. Eiuſdem generis ſunt quæ per vniuerſitatem geruntur, Ad quam intromitti extranei non aſſolent. c. 3. loco. de proba. c. veniens. 2. in fi. de teſtib. Alex. in d. conſi. 64. nu. 5. In cauſa eadem inueniũtur, quę niſi clam non fiunt, Cuiuſmodi coniuratio eſt, Quam criminis ſocij propterea indicant. c. fi. de teſtib. cogen. Rationem eandem partus ſuppoſiti eſſe, Dec. ſcribit in conſil. 342. nu. 3. Ius aliud probãdum, ſi ea facti, negotij, aut rei natura legitima præſtari probatio poteſt. Ibi. n. locum probatio non habet, quæ idonea non ſit. Verum patri imputatur, cur probationem parandam nõ curauit, quam lex exquirit, vt poſt gl. in d. c. tertio loco. Ant. de But. docet nu. 14. Ibiq; Fel. nu. 3. Dec. in 2. nõ. Alex. in d. conſi. 64. nu. 6. li. 1. in conſi. 148. nu. 3. in conſi. 152. nu. 11. & maxime. ver. item poſito. li. 5. Dec. in conſi. 133. col. fi. verſic. vlt. non obſtat ſi dicatur. in conſi. 389. nu. 10. Iaſ. in l. fi. circa fi. C. de his quibus vt indig. Quibus in locis ita probationem non idoneam doct. recipiunt, ſi habitu aut potentia, & actu ſeu re probandi difficultas incurrit. Non idem admittendum, ſi actu tantummodo aut caſu difficultas contingit, habitu vero aut potentia idonea parari probatio poterat. Ibi enim in culpa eum eſſe, qui idoneam ſibi probationem non adhibuit. Idq; locum & in ſpecie fauorabili obtinere, veluti cum matrimonij probatio occurrit, ne probationes minus legitimas admittat, Quatenus idoneas præparandi facultas erat, in dictis conſi. 148. & 152. Alex. ſcribit. Dec. in conſi. 310. poſt princi. Quid in re hic dicendum, quam odioſam eſſe, cum ſupra, tum in reſponſo demonſtratum prædicto eſt.

109 Secũdo probationes † neceſſitatum impletas pleniſſimas fac; Ad rem tamen inutiles eas haberi, expreſſione earum in ſpecie non facta, & ſuperius declaratum. nu. 10. & in reſponſo antedicto cumulatiſſime eſt. nũ. 196. Locupletius & ſignificantius. nu. 386. ver. hoc ita admiſſo, vt niſi ea cauſa. &c. Sed & notula id non ſpernenda apud reſponſi indicem ampliatum & confirmatum in verbo cauſa. ver. cauſam in ſpecies Demonſtratum enim & textibus, & gl. & doct. teſtimonijs haud leuibus habemus, vſque adeo cauſas ipſas neceſſitatum nominatim enarrandas, propter quas feudi aut obligatio aut alienatio fieret, vt ſatis earum probatio non ſit, quæ poſtea accederet.

Apparere ea his non ægre poteſt, partis diuerſæ armis nõ modo generi cauſam iuſtiſſimam non oppugnari, ſed iuuari potius Eiſdemq; ipſis aduerſarios referiri.

Iam in re liquida controuerſia ſit. In debitis quippe quæſtio cuncta vertitur. In quibus clariſſima Decreti Blanchæ poſterioris verba ſunt, vt neceſſaria ea eſſe oporteat, Idq; quartum repetitum. fruſtra igitur in debitis contra ſignificantiſſima decreti verba contendimus. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. l. ancillæ. C. de furt.

Laus Deo, Virgini, Diuoq; meo tutelari, Atq; vniuerſæ cœleſtium ordini. Sauiliani. 20. Octobris. 1564.

F I N I S.

Summarium ordine literario digeſtum.

De litera A.

ACTVS ad cauſas aliquas limitatus ex alijs noo ſuſtinetur.nu.43.ver.idq; in vniuerſum.

Alimentorum fauore ſucceſſoris ius deterius oon fieri.nu.46.& in ver.victus.

Altare vnnm detegendum alterius tegendi cauſa nõ eſſe.nu.47.

Alij factum vnius non prodeſſe, ſicut nec officit.nu.23.ibiq; ampliatur.

Alius. Pactionem aut ratihabitionem cum vno interpoſitam alij nõ prodeſſe.nu.9.& iu ver.prodeſſe.

Approbari contractum teſtamentumve ab eo intelligi, qui quid ex eo petit.nu.24.ver.immo enim.

De litera B.

BOnorum minoris alienationem in ijs faciendam, quæ diſpendio leuiori minorem afficiunt.nu.47.verſi.ſecundu vbi.ibiq; idem in feudo, quod alienare per decreta conceditur.

Bonum quempiam in perniciem alienam non præſumi. nu.53.verſ. ex qua Caſtrenſis traditione.

De litera C.

CAncellationis facto facilius quàm verbis teſtamentum reuocari.nu.63.ver.quibus & illud adſuitur.& in ver.reuocationẽ.

Capitula niſi ob cauſas admittenda in eis expreſſas non eſſe, nume.56.

Cauſam facti potius quàm factum ſpectãdum, vt aliud innuere verba videantur.ou.10.

Cauſam iuſtam ab intereſſe noo liberare, quod promiſſum aut iure debitum actionis ſit.nu.19.

Cauſam iuſtam ab eo non præſtari, quod ſecutum poſtea eſt, quam fieri quid deberet.nu.21.

Cauſas alienandi in ſpecie & oominatim exprimendas, quotiens ſine eis prohibita alienatio eſt.nu.36.& ſeq.

Cauſas alias ſubeſſe ſatis nõ eſt, niſi tanquam ex eis acta res ſit.nu.43.& in ver.actus tanquam.

Cauſæ falſitas, quæ in aureis quadringentis ad venditionem narratur.nu.44.

Cautio conditione pendente a debitore præſtanda.nu.29.

Certa relinquenda propter incerta non eſſe.nu.30.& in verbo incertum.

Clauſula executoria quæ dicatur.nu.63.& in ver.executoria.

Confeſſio teſtibus, inſtrumentis præſumptioneq; iuris etiam & de iure potior. nu.42.Ibiq; & in ficta aut tacita præſumptione ampliatur.

Confeſſioni authoris ſucceſſorem nec ſingularem cõtrauenire. ou.65.& in ver.ſucceſſorem.

Confirmatio in dubio potius quàm actus nouus prẹſumenda.num.16.& in ver.ratihabitio.

Confirmationem cum qualitatibus omnibus factam actus confirmati intelligi nu.14.& in ver.ratihabitionem.

Confirmationis naturam eſſe, vt firmum actum non maiorem efficiat, vel noui quicquam inducat.nu.13.& in ver.ratihabitione.

Contrarietate ſententiam nullam fieri. nu.26.ibiq; ampliatur & in ver.nullum.

Contrauenire cootractui eum non dici, qui facultate vtitur in contractu ipſo permiſſa.nu.15.& in ver.exceptione.

Culpa eſt, a ſuperiore non flagitare, quod concedi mos eſt.nu.j.

Culpæ emptori feudi dandum, qui ante laudimia ſoluit, quam venditori denunciauit, cui reuendendum feudum erat.nu.j.verſ.quanto magis. Ibiq; & culpam & dolum ex denunciatione non facta argui.& io ver.denunciationis omiſſionem.

De litera D.

DEcipiendum quempiam principe, legeve authore nõ eſſe. oo.60.ver.& cuius maximopere intereſt.

Denunciationis omiſſionem culpa & dolo non vacare. nu.1.verſi.quanto magis.& in ver.culpæ.

Depoſiti controuerſi robur.nu.57.verſ.ſecũdo vtile depoſitum eſſe.

Depoſiti faciendi in ſpecie controuerſa cauſa.nu.61.

Derogandum verbo aut nutu vno ei non eſſe, quod laboribus vigilijsq; paratum multa eſt.nu.57.& in ver.laboribus.

Doli præſumptione cum laborare qui promiſſa non exequitur neq; id præſtat quod præſtandũ ab eo eſt.nu.18.& in verbo malã fidẽ.

Dolus. Ex dolo ſuo commodum quempiam auferre non licere. n.4.

Dubium. In dubio interpretatio potior, vnde actus confirmatus aut ratus habitus, non recens quid inductum creditur.nume.16.& in ver.confirmatio & in ver.ratihabitio.

Duplex impedimentum, ſimplici potentius.ou.24.

De litera E.

ELuſorium. Interpretatio abijcienda, vnde in poteſtate cuius ſit eluſorium actum aut ius alterius efficere.nu.55.

Exceptio in ſpecie opponenda, vt certa claraque appareat.nu.37.

Exceptionis opponendæ prohibitionem ad eam nõ pertingere, quæ ex capite eiuſdem contractus aut ſtatuti deſcendit.num.51.& in ver.contrauenire.

Exceptionem ineptam & ridiculam intelligi, quæ ſub verbis incluſa regulæ non ſit, idque exceptioni inſitum, vt regulam declaret, quibus intelligi caſibus debeat.nu.24.ver.quod ſi ad bona etiam paganica.

Executoria clauſula quæ intelligatur.nu.63.& in ver.clauſula.

De litera F.

FActum probandum.nu.2.

Factum verbis validius.nu.64.ver.factum plane.

Feudi alienationem vitioſe factam a filio etiam ſucceſſore citra pretij reſtitutionem reuocari.nu.25.

Feudi alienationem nec ob cauſas neceſſarias concedi, atque ideo difficilius id quam minorum bona diſtrahi.nu.48.

Feudi alienatio ex decretis promiſſa in bonis minus pernicioſis facienda.nu.47.ver.ſecundo vbi.

Feudum ex regiſtro præſumi, vt feudalia bona præſumantur, quę relata in regiſtro non ſunt.nu.62.& in ver.regiſtrum.

Feudum facto ipſo probari, quod onera quis paganica propter bona qua non trahit.nu.64.

Fructus etiam percipiendos, io contractibus bonæ fidei poſt morã deberi.nu.17.

De litera G.

GRauatum reſtituere quod reſiduum tempore mortis eius inuentum erit, niſi ob cauſas neceſſarias & viri boni arbitrio non alienare.nu.53.

De litera I.

IMpertinentia capitula vbi palam ſunt, reijcienda, tametſi ſtatuto cautum ſit, capitula omnia per clauſulam ſaluo iure impertinentium admittenda.nu.34.

Incertum. In re incerta ſententiam certam dari graue.nu.27.

Incertũ admittendũ non eſſe, vt quod certũ eſt relinquatur.nu.50.

Inconuenienti vno admiſſo, plura ſequi.nu.3.

Inferiorem contra factũ ſuperioris ne quidẽ vitioſum venire. o.59.

Intellectus.c.j.su agna.vel fil.nu.25.

Intereſſe fauorabilius pęna, atq; ideo difficilius eius, quod intereſt, quam pœnæ excuſationem tribui.nu.20.

Intereſſe appellatione fructus contineri.nu.22.

Interlocutoriã, a qua appellatũ eſt, ex nouis probationibus facti nõ iuſtificari, etiam quod deductũ in prima inſtantia ſit. Dũ tamen probatio eius repudiata a iudice a quo, non inueniatur.num.35.

Interpretationem in re clara ſilere.num.40.& in verſi.præſumptionem.

De litera L.

LAboribus grauibus introductum noo facile reſcindendum.nu.57.& in ver.derogandum.

Librum rationum in ſpecie conficiendum, ſeu in ſpecie non in genere, aut ſumma accepta expenſaq; in eo referenda.nu.38.

Limitatio. Actus ad cauſam aut rem vnam limitatus egredi eam nõ debet.nu.43.

De litera M.

MAlam fidem in eo præſumi, a quo promiſſa non fiunt. nu.18.& in ver.doli.

Minori hæredi in eo reſtitutionem non cõcedi quod cum defuncto actum maiore eſt.nu.11 & in verſi.reſtitutionem.

Moræ purgationem poſt temporis interuallum longum nõ admitti.nu.6.

Morę purgationi iuramentũ obſtare.nu.5.verſi. id quidẽ in primis.

Moram purgare vbi conceditur, quod intereſt præſtandum. nu.6.ver.iam vbi moræ &c.

De

De litera N.

NEceſſariam cauſam ita itelligi ſi initio ipſo neceſsitas ſubeſt. Aliter atq; cauſã neceſsitati voluntas tribuit. nu. 54.

Neceſsitatum limites egredi non licere vbicunq; niſi ob cauſas neceſarias alienare non conceditur nu. 52.

Negatiuam, bona plura allodialia non eſſe, ex regiſtro probari, in quo deſcripta niſi aliqua non ſunt. nu. 62.

Nullitatia prohibitionem aut remotionem ad eam non trahi, quæ a contrarietate deſcendit. nu. 26.

Nullam ſentẽtiã contrarietat efficit. nu. 26. & in ver. contrarietate.

Numerationem per decreta eaquiſitam probandam. nu. 51.

De litera O.

OBligatio facti quod intereſt poſt moram habet. nu. 5.

Ordinarius ad cauſam delegatam iniuſſu ſuperioris nec delegatione ipſa perempta, accedit. nu. 60.

De litera P.

PLura bona à quopiam poſſideri aſſerens, quam dictum ſit probare neceſſe habet. nu. 30. & in ver. probandi onus.

Præiudicialem quæſtionem anteuertendam. nu. 32.

Præſumptiones ad caſus tacitos non etiam expreſſos pertinere, ex circunſtantiis q. eas colligi. nu. 39.

Princeps mutuam pecuniam vtilitatis publicæ cauſa recte exigit, ſi aliter mederi neceſsitati nequit. nu. 58.

Probandi onus eum ſequi, qui bona plura aſſerit, quàm dictum ab aduerſario ſit nu. 30. & in ver. plura.

Probatione deficiente pro non facta rem haberi. nu. 45.

Probationem in ſpecie generali ante ſtare. nu. 41.

Prodeſſe alii non debet quod geſtum inter alios eſt. nu. 9. nu. 23. & in verſi. alius.

Proteſtationẽ a facto cõtrario perimi. n. 28. & in uer. reſeruationẽ.

De litera Q.

Qualitatum probatio neceſſaria, quas decreta copoſtulant. nu. 51.

De litera R.

RAtihabitio potius quàm actus noui confectio præſumenda. nu. 16. & in ver. confirmatio. Dubium.

Ratihabitionem actum confirmati, non ampliari aut noui quicquam ab ea induci. nu. 13. & in uerbo confirmationis naturam.

Ratihabitionem ex qualitatibus omnibus factam cenſeri, quæcunque in actu inſunt, qui ratus habetur. nume 14. & in ver. confirmationem.

Rationem in teſtibus potiuſquam teſtimonia obſeruandã. nu. 10. & in uer. teſtimonia.

Regiſtrum ad feudi præſumptionem valere, vt quæ expreſſa in eo bona non ſunt, feudalia cenſeantur. nu. 62. & in ver. feudum.

Renunciationem non prȩſumi ſcite & ampliando. nu. 7.

Renunciationem ex actu contrario non induci, quotiens coniectura qua percipi alia poteſt nu. 8.

Reſeruationẽ a facto cõtrario extingui. n. 28. & in ver. proteſtationẽ.

Reſtitutionem in integrum hæredi minori ob id non dari, quod cũ defuncto geſtũ maiore eſt nu. 11. & in ver. minori.

Reuocationem teſtamenti potiorem eſſe, quæ facto cancellationis, quàm quæ verbis inducitur. nu. 64. ver. quibus & illud adſuitur & in ver. cancellationis.

De litera S.

SEqueſtrationi fructuum locum & ſub inſtantia prima eſſe, cum ſoluendo reus non eſt. nu. 31.

Specialẽ expreſsionem in cauſis alienandi exquiri ſine quibus permitti alienatio non ſolet. nu. 26. & ſeq. & in verſi. cauſas.

Succeſſorem ne quidem ſingularem cõfeſsioni & facto autoris obſtrepere. nu. 56. & in uer. confeſsioni.

Superuenientibus probationibus decretum nullum non conualeſcere. nu. 33. Ampliatur. nu. 35.

Subtilitatis pernicioſæ interpretationem abiiciendam. nume. 34. ver. quare ſubtilitatis.

De litera T.

TAnquam. Cauſas alias quàm expreſſa ſubeſſe non ſufficit, niſi tanquam ex eis actus fiat nu. 43. & in verſicu. actus & in uerſi. cauſas.

Teſtimonia a ratione mala diſſolui. numero 50. verſi. quo circa.

De litera V.

VAlorem prædii maiorem ob vicinitatem intelligi. nu. 49.

Victus cauſa in perniciem ſucceſſoris, alienationem nõ permitti. nu. 66. & in ver. alimentorum.

Victum ad quæſitum & redditus moderandum. nu. 46.

De eadem materia appendix, ſiue

CONSILIVM III.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Iuri
& ęquitati interlocutionem non conuenire
aduerſus Generũ dictã, ſequentia declarãt.
Principio errorem triplicẽ in facto habet.
prior in aureis nummis contingit ex depo-
ſito numeratis, qui pro aureis habiti mone
tæ ſunt, quos albos vulgo dictitant. Et q flo
reno vno minoris ſinguli, q̃ q ex auro ſunt.
Depoſitum.n.ex aureis nummis factum ꝑ dimidiato pretio ad-
uerſario expediendum interlocutio iubet. Atqui eũ niſi aureos
mille albos dimidia pretij pars non habeat. Amplius haud pau
lo q̃ dimidia pretij parte ĩ pecunia obſignata aduerſarius auſer
ret. Florenos nimirum centum ſupra mille. Alter facti error, au-
reorum etiam monetę æqualitate admiſſa, ut non plus in nume-
ro ex auro q̃ in moneta ſit, aureis tamen centum pluris depoſitũ
q̃ precium dimidiatum eſt. Quod ſolidum aureos bis mille non
excedit. Quam ſummam aureis centum pecunia depoſita ſupe-
rat. Neque mutat, laudimiorum pecuniam deberi. Quoniam
fidem exactis factam laudimiorum non legi. Rurſus hdc ẽt fa-
cta, numerationem eorum fieri ante non oportuit, quàm certior
rei eius factus venditor fuerãt. Qui vel debita ea non eſſe oſten-
derat, uel ad minorem ea modum præſtanda non ægre impetraſ
1 ſet. Siquidem nec eis, qui minore quàm venditor cõditione ſũt,
id genus, denegari beneficium ſolet. Quare ſi in culpa † dicitur,
qui apud ſuperiorem non petit, quod concedi alii ſolet, ſic quo
modo in reſponſo mõſtratum pro Genero habemus. num. 272.
Ibique ampliatum id legitur, etiam cum exitum aut impetratio
nem difficilem res habet. Quanto magis reus culpæ ęſtiman-
dus aduerſarius erit, a quo denunciatio omiſſa laudimiorũ eſt,
quæ priuato, cuius intererat, faciẽda non ſuperiori erat. Et in
qua difficultatis quicquã non inerat. Culpam plauè ex denũcia-
tione neglecta argui, reſponſum ſatis memoratũ docet. nu. 274.
Quibus tex. accedit in l. 1. §. ſi mulier iuncta glo. in verſi. ei qui. ff.
de lib. agno. vbi culpæ mulier tenetur, quæ intra 30. dies, q̃ diuer-
tit prægnantem ſe eſſe marito non dixit. Quocirca repetitionem
alimentorum non habet, quę filio præſtitit. Ea Bal. etiam id inua
tur in l. 1. num. 12. C. de vſur. & fruct. lega. in culpa actorem in-
telligi, a quo iurium ſuorum certior factus reus non eſt.

Hoc amplius, in dolo eum intelligi, improbumque & fraudu
lentum eum æſtimari, qui ubi cõmode poteſt, certiorem alium
non facit, Caſtren. ſcribit in conſi. 338. quia exceptiones in prin.
lib. 1. per tex. in l. creditor hypothecas. C. de diſtractio. pign. Idẽ
ea Bal. probatur in c. 1. nu. 1. de controuer. inter vaſal. & alium.
Vbi ex tex. id confirmat in d. l. creditor. Pro qua ſententia text.
etiam uidetur in l. ſi fundo. §. ſi. ff. de euictio. Quem Soci. refert in
l. 2. §. voluntatem. col. pen. in prin. ff. ſolu. ma. tex. huc præter Bal.
Caſtren. & Soci. adiungitur in l. ſi vina. 2. ff. de peri. & commo.
rei vendi. l. 1. §. venditor. Ibiq; Bar. in fi. ſecundi not. ff. de actio.
empt. in l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edic. l. ſi. Ibique Bal.
col. 1. verſi. nota quod creditor. C. de litigio. Idem Barto. admit-
tit in l. quæro. ff. de act. emp. Rom. ſing. 283. nunquid ſi ſum ma
gnus mercator. Corn. in conſi. 12. col. ſi. & in conſi. 81. lib. 3. Et
apud nos in conſi. 83. nume. 3. & in conſi. 142. nume. 20. in conſi.
172. nu. 5. & in conſi. 193. nume. 4. Arte plane denunciationẽ præ
termiſſam difficilis coniectura non eſt. In eo enim curia ſtudiũ-
que omne erat, ut grauis onероſaque modis omnibus villę con
trouerſæ recuperandę facultas fieret.

Error facti tertius perſpicuus fit, quod pro numeratia aureis
bis mille habiti precij totius ſunt. Atqui aureos quingentos ex
dicta pecunia in villam alteram ex parte dimidia redimendam
erogandos lectio ipſa inſtrumenti venditionis teſtatur. Et quos
inſumptos in eam cauſam non eſſe, tam rei confeſsione, q̃ actus
2 & iuris etiam prȩſumptione liquet. Probationẽ quippe † factum
deſiderat, neque præſumi iure ſolet. l. denique. ff. ex quibus cau.
maior. l. quæcunque. §. qui a pupillo. ff. de publica. l. qui a quoli-
bet. ff. de contra. emptio. l. in bello. §. factæ. ff. de captiu. l. 1. C. de
manda. prin. l. 1. & l. ſiue poſſidetis. C. de proba. l. aſſeueratio. C.
de non numera. pecun. l. ſi emancipati. Ibi, neque emancipatum
eſſe

eſſe probaueris.C.de collatio.c.cum in iure. de offi.delega.cap.
ſ.de procura.c.in præſentia de proba.c. Raynucius & ca. Ray-
naldus de teſta. Et in ſpecie ſolutionis, probandam eam fore,
ea tea.oſtenditur in l.quinquaginta.ff.de proba.in l.1.C. eod. tit.
& in l.fi.C.de ſolutio.gloſſ.& doct. in l.2. in gloſſ. magna. verſi.
item quis probabit. C.de iure emphy. Bald.in conſi. 508. tenor.
nu. 2.lib.5. Signorol.in conſi. 182.nume.3.poſt prin.verſi.& quã
do non apparet.

In quo tertio facti errore videndum. Namque robore contra
ctus admiſſo, quem vitiis vndique ſi carere, reſponſum ipſum
pro Genero indicat, quod intereſt ob villam non redemptam
a reo præſtandum non dubie atque ex æquitate liquet, de qua
in l.curabit.C.de actio.emp.Enimuero pro æquitate hac, quæ a
fonte ipſo rationis naturalis neimini non emanat.Iniuriam mini
me obſcuram Gener accepit, ut precium etiam non acceptum
aduerſario refunderet. De quo ſummam illam detrahi aureorũ
quingentorum oportuit, quos ſolutos non eſſe clariſſime con-
3 ſtat.Inde aliud † ex alio malum, & ꝙ aiunt, inconuenienter nõ
admiſſo, plura conſequi.l.& ea diuerſo.§.1.ff.de rei uendica.l.a
teſtatore.ff.de condi. & demon.l.ratas.C.de reſcin. uendi.§.co-
gitati.in Authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.Namque cum dam-
no ob uillam non redemptam mulctandus reus eſſet, In actorẽ
ipſum detrimenti omnis cauſa verſa, ut precium non oblatum re-
ſtitueret.Ita & precium & commoda omnia bonæfidei ille oc-
cupator haberet. Au nou iuri omni † iuxta humano atque diui-
4 no exagitat, Dolum ſuum quæſtui cuipiam eſſe.l.ne ex dolo.ff.
de dolo.l.ſiue hæreditaria. ff. de neg.geſt.l. ſed & ſi hæreditas.§.
fe.ff.ad exhiben.l.ab hoſtibus.§. ſi vir.ff.ſolu.matr. l. cum ita in
priu. ff.de leg.2.l.nome.§.filio.ff.de leg.3.l.1.§.2.ff.de excep.do.l.
itaque Fullo.ff.de furtis.l.non fraudatur.§.nemo.ff.de reg.iuris.
c.ex tenore.Ibiq; Deci. In quarto nota.c.ſuper literis de reſcrip.
cap.& ſi neceſſe.de dote poſt diuor. reſti. c.ſicut tuis literis.de ſi
monia.c.auaritiæ de elect.lib.6.c.cum qui de præben.eo.lib. c.le
gi.16. q.1.tradit Bar. in l. Titio.ff. ad mancip. Signoror. in con-
ſi.110.nu.12.

Neque ad facti errores hos diluendos afferta ratihabitio va-
let.Quoniã confutata ſatis ſuperque in reſponſo memorato ap
paret.nu. 447.verſi.apparet ex his, aduſque nu. 473. & ſcriptis
aliis poſterioribus. Atq; præter iã ſcripta. Bono cui aduerſario
5 eam non eſſe, liquidiſſime oſtenditur.Mouendi † enim ſumus fa
cti hic idest villæ in partem redimendę obligationem verſari. In
qua termino ea acto & mora commiſſa, in id, quod intereſt, obli-
gatio contrahitur.l.ſi quis ab alio.§.fi.ff.de re iud. cũ aliis apud
nos adſcriptis in d.reſponſo.pro Genero, nu. 280. Ita ius in eo,
quod intereſt actori quæſitum tum erat, cum rati facta habitio
narratur. Id quidem in primis, quod moræ pugnãdæ locus am
plius non erat, cum propter iuramentum.l. ſi quis maior. C. de
tranſactio. Bar. in l.inſulã.nu.20.ff.de verb.obl.Bal. in l.& ſi poſt
tres ante fi.ff.ſi quis cautio.in 1. lectu.in l. ſi pacto quo pœnam
in fi.C.de pactis.Alea.in conſi.158.nume.5.lib.2.Dec.in conſilio
452.nu.13. & nu.19. Cor.in conſi.121.col.pen.lib. 1. & in conſi.
6 40.col.fi.lib.4.Rurſus locum moræ † purgatio poſt interuallum
tam longum non habet.d.l.& ſi poſt tres. Ibique doc. Et fruſtra
moræ purgatio tractatur, Quatenus ne nunc quidem purgatio
offertur. Iam vbi moræ admitti purgatio ſolet, quod intereſt ta-
men præſtandum.l.ſi cum dies.§.fi.ibique glo.ff.de arbitr.l.ſi ita
quis. §.Seia.ff.de verbo.obli. Bar. in conſi.161.proponitur quod
ſyndicus.nu.4.Cor.in conſi.208.co.pen.lib.4.& in conſi. 37.in fi.
lib.2.Hoc ita admiſſo, ut quod intereſt inferendum a reo eſſet,
cum ratus habitus contractus dicitur, conſequens non ſit, ratũ
contractum emptoribus villæ actor habuit, ergo quod intereſſe
debitum a reo ipſo erat, remiſſum creditur.cum præſumi renun
ciatio non ſoleat. Primum quod in facto eſt ꝙ probationem po-
ſcit, vti cumulate ſcriptũ ſupra habemus. Deinde ꝗa donationẽ
7 habet.In qua inducenda iuris etiã † præſumptio ſilet.l. elegan-
ter.§. qui reprobos. ff. de pigno.actio. l.cum de indebito. ff. de
probat.& alia infinita.& in renunciatione, ex tex.probatur in l.
ſicut.§.non videtur.ff.quib.mo. pig.vel hypo. ſol. ca. ſuper hoc
& c.ſanè.de renunciatio.Bald.in l.1.in vltimo no.C.de edic. di-
ui Adria.tollen.Imo.in conſi.49. in caſu præmiſſo in fi.Deci. in
l.1.nu.19. in fi.C.de pactis.in conſi.452.nume. 22. in conſi. 460.
nume.6.Natta in conſi.78.col.fi.vſque adeo porro non præſumi
tur, vt expreſſionem expoſtulet, neque ea actu proximo indu-
catur.Card.in conſi. 30.col.pe.poſt med.Dec.in l.ſi quis iniquũ.
§.ſi is pro quo.nume.12.in fi.ff.quod quiſque iuris in d.l.1.num.
19.in fi.C.de pactis in conſi.402.nu.3.in conſi.495. numero 19.
& in conſi.625.numero 6.& apud nos conſi.257.nume. 4. Alea.
huc aliiq́ue accedunt in l.ſuum circa prin.C. de iure deliber. ex
actibus tacitis renunciationem non colligi.Idq́ue & Alba pro-
bat in conſi.25.nu.17.ſi inter eaſdem perſonas expreſſionem re
nunciatio exigit, quanto magis ut tertio renunciatio proſit.De
quo nequidem cogitatum eſt.

8 Secundo per actum etiam † contrarium iuri ſuo renunciare
quiſquam non intelligitur, vbicunque coniectura capi qua alia
poteſt Ant.de Bu. in c.accedentibus.nu.8.ver.per prædicta con-
clude.de priuil.Alex.in conſi.27.nu.2.& ſeq.lib.3.in conſi. 33.li.
5.Idq́ue pro memorabili Deci.refert in l.cuius per errorem an-
te fi.ff.de reg.iuris.in c.gratum.col.3.in 4. limitatione. de offic.
deleg.in conſi. 308.nume.55.Iaſ.in l.fi. nume 29.ver. ſecundo li
mit.ff.de conſtitu.prin. Natta in conſi.1.nu.5.in fi. & ſeq. ſi in-
ter eaſdem perſonas locum id habet, quid inter alias vbi actus
ullus contrarius non inuenitur, Quid enim repugnat, de mole-
ſtia in re nõ inferenda cum uno pactum fieri, iure eius, quod in-
tereſt, contra alium incolumi.immo enim ita de re non petenda
paciſci adduci quis poteſt, quod ſaluum in id, quod intereſt,
aliunde ius videt d.l. ſicut.§.non uidetur.ff.quib. mod. pign. vel
hypot.ſol.

Tertio hoc amplius dicendum, & ſi maximè res eadem debi-
ta ab utriſque fuerat, id eſt ab emptoribus villæ & ab aduerſario
9 Ad vtilitatem † tamen eius pactio aut ratihabitio trahi nihilo ma
gis poterit quandoquidem emptorem non intereſt, aduerſario
vulem ratihabitionem fieri, ut pote qui cauſam ab eis non ha-
bet, neque actionem habiturus cum eis erit, ſi quod itereſt, præ
ſtare compulſus ſit. l. & hæredi.§.fi.& ll.quatuor ſeque.ff. de pa
ctis.Idq́ue in reſponſo ampliatum pro Genero habemus.nume.
450.etiam ſi ius conneaum omnium ſit. Quid hic probandum
ubi communionis quicquam cauſa rei cum emptoribus non ha
bet Actionibus enim diuerſis & ob diuerſas cauſas tenentur.
Quod intereſt reus, rem ipſam emptores debent.

Quarto ſi quid ſenſa vera & æquitati conſentanea tenere li-
bet, miũ ſatisfacere nequeo, fundamenti quicquam in rati aſ-
ſerta habitatione poni. Quam ad rem prorſus non attinere, ra-
tione inuicta naturalique monſtratur. Rei cuius facilius exponẽ
10 dæ cauſa, ſciendum, rationem aut † cauſam factam priuſquã
factum obſeruandum, etiam ſi aliud innuere verba videantur l.
dotem.ff.ſolu.matrim.c.peruenit de cenſibus cum aliis in d.re-
ſponſo pro Genero congeſtis, nu. 192.Idq́ue & in teſtibus vide-
mus, In quibus cauſam magis & rationem teſtimoniorum, quã
teſtimonia ipſa ſcrutamur.l.3.ibique docto.C.de teſti. Quo cir-
ca a ratione inepta teſtimonium totum permittitur Barto. in l.
qui interrogatus.ff.de petit. hæredi. Bald.in l. conuenticula. nu
me.4.& nu.5.in fi.C.de epiſco.& cleri.Abb. in conſi. 105. nu. 1.
lib.1.Geminia.in conſi.142.nu.6.poſt med.Soc.in conſi. 42. nu.
51.lib.1.& alia non pauca.Inde etiam fit, ut ex cauſa aut ratio-
ne ampliatio reſtrictiove ſcripturæ fiat. Quoniam ſi ſpecialis ra-
tio inuenitur, reſtrictionẽ ad limites eius ſcriptura generalis ad-
mittit, ut in d.expreſſum reſponſo eſt nu. 406.ibique nu. 418. in
cauſa aut ratione tacita ampliatum id legitur.quod idem & co
rollariũ reſponſo docet.nume.72.& vberius.nu. 98.viceque con
traria quod ſpeciale dictum eſt per rationem generalem amplia
ri, corollarium ipſum oſtendit.nume.17.& num.70. cauſam pla
nè ratihabitionis tantopere expetendæ indagemus, Mirum, ni
alia prorſus ſit, quàm quæ fundamento ratihabitionis præſup-
ponitur in qua ius redimendi ceſſum, extinctumve inuenitur.
At enim nihil minus, quam quòd ad rem cogitatum hanc ſit. Si-
quidem a facultate redimendi emptores non timebant. Im-
mo enim & modo eos villam reuendituros aduerſarius prædi-
cat. Tametſi aureos. 500. ob redemptionem non offerat. & qui
dem ſi pecuniam promiſſam iudicio pendente reus obtulerat,
quod ad emptores attinet, moram reuenditioni facturos fuiſſe
non credam.Inde bonam aduerſarii agnoſcere fidem licet, cau-
ſa igitur ratihabitionis exigendæ multo alia eſt. quòd feudi iu-
ra vlla empta cenſetur, Quod in necem filii ſine cauſa diſtrahi
legitima non potuit.vnde eandem atque reus moleſtiam formi-
dantes, ad ratihabitionis auxilium cogitarunt ita niſi ad vitium
ſeu nullitatem contractus, quod ad filium ſucceſſorem in feu-
do attinet, ratihabitio non ſpector. ne quaſi filius & ſucceſſor
feudum gratis vendicet, & precii iacturam emptores faciãt, Cæ
terum ob pactum aut facultatem redimendi nequidem cogita-
tum ad ratihabitionem eſt. Quatenus nec cogitandi cauſa ſub
erat,

erat, vtpote redimendi tempore finito, & cum pactio redimen-
di interpoſita a patre maiore eſſet, nihil erat, quod a minore fi-
11 lii ętate emptores metuerent. Siquidem ob id minori † reſtitu-
tio in integrum non permittitur, quod cum patre eius geſtū ma
iore eſt l. Emilius ibique Barto. ff. de minor. l. 2. C. aduer. vend.
gno. l. pen. C. de reſtit. milit. Fulgo. in conſi. vltimo. in fi. Cur. Sen.
in conſi. 58. nume. 4. circa fin. verſicu. quarto principaliter. Ita-
12 que cum limitata ratihabendi † cauſa ad feudi ius ſit, Cauſam ip
ſam egredi feudi non debet. l. de quibus in fi. ff. de ll. l. ita autem
in prin. ff. de admini. tuto. l. ſi is ad quem. ff. de acqui. hære. Et a-
lia in reſpon. prædicto accumulata. nume. 460. Proinde ad cau
ſam redimendi & eius quod intereſt, redemptione non facta ra
ti trahi habitionem non conuenit.
13 Quinto id inſitum ratihabitio † habet, ut firmum actum effi
ciat, non etiam ut ampliet aut extendat aut noui quicquam indu
cat. l. quædam circa fi. ff. de iure codic. l. Aurelius. §. teſtamento.
ff. de libera. leg. c. inter dilectos. §. porro. de fide inſtru. Oldr. in
conſi. 164. uiſo priuilegio in fi. Bald. in l. 3. in fi. C. ſi aduer. rem
iudi. in l. nominationes in fi. C. de appellatio. in c. 1. in princi. nu
mero 2. per quos fiat inneſt. Et alia a nobis adiecta in conſi. 257.
nu. 4. Quibus Veronenſis aſſuitur in conſi. 6. Rui. in conſi. 12. nu
me. 16. lib. 3. Crot. in rubr. ff. ſolut. matr. nume. 58. Enimuero am
pliationem, extenſionem & ius nouum ratihabitio induceret, ſi
ad cauſam pacti de redimendo trahitur. Ita ut ius ipſum redi-
mendi per ipſam lęſum aut extinctum ratihabitionem dicatur.
contra quam ex contractu permiſſum ipſo eſt. Quem per ipſam
ratihabitionem confirmatam pars aſſerit.
Sexto id confirmationi & ratihabitioni inſitum, ut ex qualita
14 tibus ſuis † omnibus facta intelligatur Oldra. in conſi. 243. factū
tale eſt, rectores. nu. 1. in fi. arg. l. Titius. ff. ad treb. d. c. inter dile-
ctos. de fide inſtr. c. cum dilecta. de confir. vtil. uel inutili c. quia
intentionis de priuil. Idque præter Oldra. iuuatur, ꝙ qualitatib.
actus confirmati a confirmatione detractus, nonus, non idem a-
ctus diceretur. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure. l. 1. §. ſi quis ſimpli. i
ter. ff. de verbo. obligatio. Itaque cum niſi ratihabitione actus
non nitatur, & facultas redimendi ex actu confirmato compe-
tat, Quo pacto neceſsitatem redimendi ex ratihabitione ſubla-
tam quiſpiam defendat, aſſequi ſatis nequeo.
15 Septimo cum ex contractu ipſo † confirmato facultas hæc redi-
mendi competat, ſublatam eam ne tum quidem intelligi, cum
aduerſus contractum ipſum non venire neque exceptionem vl-
lam aduerſus eum opponere promiſſum ab actore inueniatur.
Ad exceptionem enim id genus promiſsio nō attinet, quę ex cō
tractu ipſo competit. Siquidem aduerſus contractum nō uenit,
qui facultate in eo permiſſa vtitur. l. j. §. & parui. Ibique Barto. ff.
quod vi aut clam. Alex. in conſi. 77. viſis dubitationibus. nume.
13. ver. poſtremo non obſtat prouiſio lib. 3. Deci. in c. ex parte.
2. nume. 5. tertio fallit de offi. deleg. in conſi. 27. nu. 1. in conſ. 44.
nume. 1. in fi. in conſi. 195. col. 3. ver. & ad hoc facit quod no. Bar-
to in conſi. 239. nu. 9. & in conſi. 251. nu. 3. circa fi. ver. non obſtat,
quod ſupra dicebatur. conſequens argumentis bis fit 13. 14. & 15.
vt ſi quidem redimendi tempus largiatur nec aduerſus empto-
res, quibus rati facta habitio aſſeritur, redimendi peremptam
facultatem cenſeri. Tātum abeſt, vt ipſo ratihabitionis iure frui
reus poſsit, qui in ratihabitione ipſa non interfuit, & ad com-
modum cuius trahi eam non poſſe, ſatis ſuperq; & ſuperius &
in dicto declaratū reſponſo apparet. Interpretationem hanc tan
tę æquitatis & rationis, quid Senatui perſuadere laboremus,
Quatenus & iudicis vel infirmi mentem extimularet.
16 His amplius dicendum, vbi ratihabitionem pars † non alle
garet, in dubioq; res diceretur, rati ne habitione an actum no-
uum ſcriptura habeat, confirmatio aut rati in dubio habitio ad
mittenda, unde noui ſequi quicquam non ſolet, Innocen. in c. du
dum. de decimis. Bal. in l. bonorum. 2. in ſecūdo nota. C. qui ad-
mitti, Soci. in l. 2. col. 1. ff. de vulg. Itaq; & verba hic & mens ad
ad ratihabitionem reſtringuntur. Ea propter nihil eſt, quod ad
ius aliud nouum eam protendere reus certet, vt redimendi ne-
ceſsitas dempta, uel eius, quod intereſt, abolita obligatio ſit.
Quatenus & hodie redimendi facultas, ſi quidem tempus pa-
tiatur, conſtaret. cui, impedimento vlli eſſe ratihabitionem non
poſſe liquidiſſe ſuperiora docent.
Proinde quod redemptio non ſequatur, ex ratihabitione non
ſit, verum aut ex temporis exitu, quod excurſum eſt, uel aduerſa
rij mora, qui ne nunc quidem purgare eam ſtudet, vbi locum
purgatio haberet. Quia tamen purgatione admiſſa, damnum
omne ſarciendum, quodcūque ex mora actor pertulit patiturq;
teſtatum ante habemus. Quod ſi integra per ratihabitionem o-
bligato principalis ad redimendum manet. Quid ita eam in eo,
quod intereſt, diſſolutam, redemptione ipſa non impleta, tanto
molimine pars contendit.
Eò hæc ſcripta non ſunt, ꝙ ad fundamentum redemptionis
actor adhęreat. Siquidem firmitatem contractus ea præſuppo-
nit. verum quo manifeſtariam interlocutionis iniuriam aperiat.
per quam precii etiam aureorum 500. non ſoluti, in gratiam ad
uerſarij habita eſt ratio, cum ſummam ipſam detrahi, vigore ēt
contractus admiſſo, neceſſe ſit. Atque vltra ſortis ſummam eius,
quod intereſt, damnorumque omnium facienda detractio erat.
ne ex mora ſua perpetua & in diem hodiernum obdurata quæ-
ſtum reus grauiſsimo actoris diſpendio faciat. Re quippe & pre
cio actor caret. Contra & rem & precium reus habet. Reſq; fru
ctibus, potius ad diem hanc eſt. Quam rem quo magis animo
circūſpicio, eo magis interlocutionis memoratæ admiratio ani
mum capit & ſollicitat. vel planè Crauetta aberrat, rationis om
nis & iuris immunis.
Summa in argumento hoc ratihabitionis diluendo hæc erit
ſicut damno ea actori eſſe circa ipſum redimendi ius non po-
teſt. Ita actionem in id, quod intereſt, quæſitam per ipſam rati-
habitionem non tolli. Ad quam ſententiam argumentum & il-
lud quadrat, quod ratione deduci fortiore ſolet. Difficilius quęſi
tum quàm quærendum ius amitti vulg. l. patre furioſo. ff. de his
qui ſunt ſui vel alie. iuris. Itaque ſi tempore redimēdi adhuc, ma
nente, facultas id faciendi adempta per ratihabitionem nō eſt,
ſic quo monſtratum ante habemus, longè minus tempore redi-
mendi excurſo, actionem, ad id, quod intereſt, ante iam acquiſi-
tam ad interitum ratihabitio deducit.
17 Apparet ex his, fructuum nomine † reum teneri, non modo
qui ex uilla percepti redimenda pro rata ſunt, ſed & qui percipi
ob fidem eius malam & moram tamdiu obduratam potuerunt,
cum bonæfidei contractus lęſus deſertusque ſit. l. apud Iulianū.
§. 1. ff. de leg. 1. l. ſi nauis in fi. ff. de rei vendica. l. domum. C. eo. ti-
tu. glo. in l. videamus. §. ex cauſa in verſi. cōmunicandi. ff. de vſu.
Soc. in conſi. 233 nu. 11. lib. 2. Ruin. in conſi. 136. nume. 13. libr. 4.
18 † Mala fides porrò & dolus hoc ipſo oſtenditur, quod promiſ-
ſam Villæ redemptionem executus reus non eſt. l. ſi cum mihi,
ibique Bald. ff. dolo. l. Iulianus. §. Marcellus ſcribit. ver. dolus au
tem. ff. ad exhiben. l. dolus. ff. manda. l. 1. §. eſt autem apud. ff. de-
poſi. l. vendicantem. ff. de euictio. Bar. in l. tutor qui repertorium
in prin. nume. 7. 15. & 20. ff. de adminiſtr. tutor. Alex. in conſi. 52.
col. 1. & in conſi. 84. ante fi. ver. pręterea dicti locatores. lib. 6. De
cius. in c. ſi autem. nu. 3. de reſcri. & doli tenetur, qui id omittit,
quod fieri ab eo debet, & qui fidem datam non præſtat, longè
magis in fide mala dicetur. facilius quippe fidem malam, quàm
dolum præſumi, Caſtr. ſcribit in l. Celſus in 2. notab. ibique Bal
bus in tertio notab. ff. de vſucapio. Soci. Iun. in conſi. 144. num.
48. & ſequen. lib. 1.
Quinetiam fide mala remota, quæ ipſa perſpicua eſt, pręſta-
19 tioni eius quod intereſt, ob cauſam quam iuſtam aduerſarius e-
ripi nihilo magis poterit. Quandoquidem iure actionis † quod
intereſt, debetur, ut pote promiſsione eius ſub inſtrumento fa-
cta, quod caſu fruſtrà a cauſa iuſta excuſatio petitur. gl. in l. non
ſolum. ff. de rei vendica. & in l. 4. §. ſi rem. ff. de leg. 3. Iaſ. in l. pro
perandum. §. ſi autem alterutra. nume. 4. C. de iudic. neque igno
rantiam cauſati quiſpiam permittitur, vbi iure quid debetur le.
tenetur in principio. Ibique glo. ff. de actio. emptio. Natta in cō
ſi. 108. nu. 9. & quamuis alteratio circa pœnam apud Doc. inue-
niatur, vtrum ob cauſam iuſtam commiſsio impediri eius ſo-
leat, de intereſſe tamen diſceptatio non ſit, ad eius remiſsionem
cauſam iuſtam non prodeſſe, ubicunque per actionem aut pro
20 miſsionem debetur. Siquidem † ratio par intereſſe atque pœ-
næ non eſt, idque ex eo declaratur, quod ſcriptam apud nos eſt
in conſi. 192. nume. 17. & in conſilio 246. vbi facilius in id, quod
intereſt, quàm ad pœnam committi obligationem oſtendimus.
fauorabilius quippe quàm pœna nec paulò intereſſe æſti-
matur.
Fruſtra tamen de cauſa qua iuſta uerba fiunt, cum nulla
interueniat. Neque ratihabitionem excuſari ſeu pro excuſatio-
ne iuſta adferri, monſtratum ante habemus. Atque pręter iam
ſcripta cauſam ullam iuſtam in ratihabitione non intelligi, inde
21 etiam demonſtratur, quòd poſtea † ratihabitio acceſsit, quàm
redimendi facultas competeret, ſeu quam tempus tranſactum
redimen-

redimendi eſt. Quo caſu dici nõ poteſt, ratihabitionis cauſa reũ
impulſum, quominus redimeret. Ita cauſam iuſtam Alex. refel-
lit in cõſi. 103. nume. 20. verſicu. & dato ꝙ comes lib. 1. Ibiq; adij
cit, neceſſe eſſe, vt cognita allegãti aut excuſanti cauſa illa eſſet.
Qua ſentẽtia Cur. Sen. vtitur in cõſi. 55. ſuper proceſſu numero
12. Deciſ. in conſilio 452. numero 11. verſicu. nõ obſtat, quod ſal
tem videatur. at enim quomodo cognita eſſe ratihabitio, aut per
eam omitti redemptio intra tempus potuit, ſi nondum facta ra-
tihabitio erat.

Diſpiciat modo iudicantis religio, ſi contractus aut alienatio
nis feudi robore etiam admiſſo, ſummæ illius aureorum. 500.
rationem in gratiam haberi rei oportuit. Quem in id, quod in-
tereſt, cõdemnari ob aureos ipſos 500. in redemptionem villæ
non erogatos, ius omne præcipiebat. & cũ debitum intereſſe tã
per legem, quàm ex promiſſione ſit, dubitãdũ nõ eſt quin ad ra-
tam fructuũ id metiri non debeamus, qui ea villa redimẽda per
cepti ea ea & qui percipi potuerunt. Siquidem † appellationi in-
22 tereſſe & fructus cedunt Ang. & Floria. in l. loci corpus. §. in cõ
feſſoria per illum tex. ff. ſi ſerui. uendi. Dec. in rub. C. de ſenten.
quæ pro eo, quod intereſt. ante ſi.

Itaque aureorum. 500 & eius quod intereſt, detractione fa-
cta, mirum in precii ſors bona exhauſta ex parte ſit tãtũ abeſt,
ut aureos centum ſupra mile depoſitos ob dimidiatum pretiũ
reo offerre iuberi actor potuerit. Quàm hic uelim reſpõſione,
uel tantula argumenta hic refelli. Manus enim tum dabimus at-
que inſcitiam noſtram æquanimiter agnoſcemus.

Sed dicturus aliquis erit, ad ſenſum memoratum circa redi-
mendi cauſam ratihabitione aduerſarium uti. id eſt ut contra-
ctus ipſe comprobatus de feudo æſtimetur. Reſpondetur, ſenſu
hoc nihil ineptius aut abſurdius inueniri, ut feudi diuerſi uendi
23 tione pluribus facta, ſi quod alienatum uni eſt, ſucceſſor † agno-
ſcit & ad alterum remve aliam agnitio approbatiove trahatur.
l. ſi unus. §. ante omnia. ff. de pactis. cum aliis in dicto reſpõ. pro
Genero cõpoſitis. nu. 417. & nu. 453. & pluribus ſequen. & qua
rõne ad incommodum alterius pactũ non producitur cum alio
interpoſitum. l. 3. de tranſactio. ca. per tuas. de arbit. & alia in di
cto reſponſo cõparata. nume. 91. & ſequen. nume. 266. & nume.
469. & dicto nume. 92. ampliatum id legitur, ut nec patris factũ
principale filio ſit. ampliationem & alium tex. docet in l. neque
infantes. ff. de fideicom. liber. ibique iniquum eſt, facto tutoris,
qui forte ſoluendo non ſit, pupillum damno affici. de quo text.
Iaſ. meminit in l. 4. in prin. nu. 18. ff. de re iudic. ſicut inquam, one
roſum alij factum alterius non eſt, ita nec utile eſſe conuenit. l. ſi
ex duobus. ff. de nego. geſt. l. 3. §. penul. ff. de iureiuran. l. 1. in prin
cip. ff. ſi mulier uen. nom. & alia in d. reſpon. collecta. num. 453.
ubi ampliatum id inuenitur & id quidem iniquitati ſummæ dan
dum, ratihabitionem unius gratia factam ad perſonam, remve
aliam contra quam uerba & animi contrahentium ferant, extẽ-
di. l. ſi quis nec cauſam. l. non omnis in prin. ff. ſi cer. peta. l. ſi quia
ita. §. penulti. ff. de teſta. tutela. capitu. ſecundo de ordi. cogn. &
alia infinita. Atque in ſpecie feudi & nominatim, pactum cum
vno interpoſitum ad alium non produci, ex tex. oſtenditur in c.
primo. §. fin. ſi de feudo fuerit contentio inter dom. & agna. Qui
tex. ratione ualidiore ad ſpeciem controuerſam quadrat. Quo-
niam de feudo aut re eadem feudali pactum cõuentum cũ vno
fuerat, quod ad alium ſeu commodum alterius non porrigi, tex.
iſte ait. Quid hic probandum, ubi ratio duplex extenſionem im
pedit, ꝙ inter alias perſonas & de re diuerſa pactio aut ratiha-
24 bitio interceſſit. Ita impedimentum duplex † extenſioni obſtat,
quod impedimento ſimplici fortius haud dubie eſt. l. uim paſsã.
§. præſcriptione. ff. de adul. l. 1. C. de raptu uirgi. §. affinitatis. In-
ſtitu. de nupt. c. ex tuarũ. de autori. & uſu pallij. glo. in c. licet in
glo. ſi. de iureiuran. lib. 6. & alia in dicto reſponſo adſcripta. nu
me. 315. uerſi. & ſi præſumptio & nu. 335.

Sed his præſcriptis, accepi, nouo ſe telo & per acta non mon
ſtrato aduerſarium ſe tueri. Hoc eſt bonis paganicis, quorum
diſponendi arbitrium uenditori erat, accepto aureos 500. ferẽ
doa. Ea de re ſi venditoris iuſſu aliis eos dedit, tutum ſe eſſe. At
.n. aciei uirtutiſve quicquã in telo hoc nõ ineſſe, perſpicue oſteo
ditur. Et primo quidem, cum uitio contractus actor nitatur, pa-
ctum ipſum de redimendo quieſcit, neque ad rem prorſus atti
net. Neque enim iudicio hoc nullitatis, ut bona redimantur, aut
quod intereſt, præſtetur, actor poſtulat. uerum ut ob uitium con
tractus feudum dimittat, fructusq; fide mala ablatos reſtituat.
uillæ plane alterius redimendæ aut quod intereſt præſtãdi obli-
gatio niſi contractu firmo ratoque non contingit. Contrariua
que ipſi ſibi non obſcurè actor deprehenderetur, ſi cum nullſi
contractum defendit, ex eo niteretur, & ex pacto de redimen-
do in eo adſcripto actionem inferret. Immo enim contractũ
ipſum totum, ea eo quid petendo, approbaret. l. ſi pars. §. illud.
l. nihil intereſt. in fin. pri. l. Papinianus. §. ſi conditioni. l. penul.
§. fina. & l. fina. ff. de inofficio teſtam. l. ſi eum ſeruum. ff. ſi cer.
peta. l. 3. cum ibi not. C. de rei vendica. gloſſ. & docto. in l. alia.
C. de his quibus ut indig. Barto. in l. poſt legatum in prin. ff. eod.
titu. Imola in l. filio præterito. nume. 9. ff. de iniu. teſtam. Alex. cõ
ſi. 56. nume. 3. in fi. lib. 6.

Secundo uitioſus contractus eſto non diceretur, locum defen
ſioni, huic rei non eſſe, dilucide etiam neceſſariaque & coacta
ratione declaratur. Monendi enim ſumus, filii agnatorumque
conſenſum in feudo alienando, feudi ipſius ſolummodo, non
etiam bonorum paganicorum cauſa accommodatum. In quib.
ocioſus prorſus apparet. unde cum ea lege conſenſus interpo-
nitur, ut in uillam alteram feudalem anteque diſtractam ex par
te redimendam aurei quingenti inſumantur, de conſenſu ipſo
aurei ipſi excipiuntur, quos agnatorum ipſorum commodo ſal
uos manere conſentientes ſtudent. Ita ut loco feudi diſtrahen-
di villa redempta, pro rata ſuccederet. & pro eo res eſt, atque
ſi de bonis feudalibus venundandis aliqua in conſenſu exciperẽ
tur, ſubrogationis natura perſpecta. l. ſi cũ. §. qui iniuriarum. ff.
ſi quis cautio. Quod cum ita ſit, ſummam illam aureorum 500.
quæ de conſenſu excipitur, bonis ipſis feudalibus acceptam fer
ri totam oportet. Ita ut ad regulam cõſenſus exceptio pertineat,
& ſub uerbis conſenſus includatur. Quod ſi ad bona etiam pa-
ganica exceptionem illam referimus, inepta & ridicula prorſus
inuenitur. Siquidem excluſa a cõſenſu ipſo ſine exceptione aut
reſeruatione alia, bona ipſa paganica erant. In quibus momen-
ti & neceſsitatis vllius conſenſus non eſſet, non minus atque ſi
de propoſitione illa omnis homo currit, aſinum quis excipiat.
Qui ſatis per ſe exceptus ex termino homo erat. & iſtud eſt, qđ
vero dicimus, per exceptionem regulam declarari, in qua ſpe-
cie loquatur, intelligive debeat. Hoc eſt in caſu, quo exceptio
ſit, regulam accipiendam, utpote ſub qua caſus comprehendi
exceptus ſolet, ſi facta exceptio non ſit. l. nam quod liquide. §.
fin. ff. de penul. lega. l. ſi. §. cui dulcia ff. de triti. vino, oleoque
lega. l. quæſitum. §. denique. ff. de fundo inſtru. l. Lucius. §. pluri-
bus. ff. ad Trebel. Glo. in c. 1. in gl. 3. de appella. lib. 6. in rubri. de
regulis iuris poſt prin. eod. lib. Barto. in l. in his. ff. de ll. in l. 1. Ibi
que Deci. nume. 29. ff. de regu. iur. Scire Bald. in l. actione. nu-
me. 4. C. de tranſactio. & alia infinita. Proinde toto cœlo, tota-
que terra ab his offenditur, Qui ſummam hanc aureorum 500.
ab agnatis exceptam, boni acceptam allodialibus ferendam,
vel ea tantulo putant.

Tertio ſi bonis ruſticanis aureos 500. vel ex minimo compula
mus, in uerba & mentem contrahentium non obſcurè offendi
mus, fraudemque agnati ipſi ſentirent. Quid ſaluum feudi alie
nandi ius in feudo alio redimendo ſumma illa aureorum 500. te
nus per ſubrogationẽ eſſe conſtituerunt, at enim ſaluum ius ad
eam ſummam non fieret, ſi ad bona eam paganica pro rata tra
himus. Itaque ſi mentis tuendæ cauſa uerba lædere ipſa cõcedi-
tur. l. benignius. ff. de legib. l. non dubium. C. eod. titu. cum aliis
in reſponſo ipſo pro Genero collectis. nume. 110. Quid hic pro-
bandum, ubi & uerba & mens interpretationem hãc adſciſcũt,
aliamque non ferunt. Quare ſubtilitatis pernicioſæ notam in-
terpretamentum hoc non immerito patitur, de qua in l. ſi ſeru-
um. §. 1. ff. de uerbo. oblig. l. antepenult. ff. de nego. geſt. l. ſi ti-
bi pecuniam. ff. ſi certum peta. l. ſicut §. ſi debitori. ff. quibus mo-
dis pign. uel hypo. ſol. l. ſi. C. de ll. l. 1. C. ut actio ab hæred. & cõ
tra hære. l. penul. C. ad Trebel. cap. 1. de dolo & contu. & alia nõ
pauca.

Satis hæc ad facti quæſtionem erunt, ad iuris mõ tractatũ ag-
grediendum, in quo iniuria etiam Generum affectũ multifariã
oſtendamus & primum omniũ contradictionem non obſcurã
interlocutoria habet. Namq; cũ prouiſionis vice pecunia depoſi
ta aduerſario ſolida ob uillam dimidiatam adiudicatur, contra
25 ctus firmitas neceſſario præſumitur, vtpote † quo vitioſo, nulla
precij reſtitutione, feudũ ſucceſſor euincit, ſic quomodo reſpon
ſo ipſo pro Genero declarat nu. 21. 204. 291. in quo nu. 21. ad fi-
lii vaſſalli cõmodum ius hoc in primis ſpectare, teſtatum eſt.

Neque tex. mouet in cap. 1. an agna. vel fi. ſine hæreditate pa-
tris feudũ non admitti, atque ideo contra factum aut alienatio-

nem patris filium hæredem non venire. Quoniam ad ſendum
hæreditarium rex. illum reſtringendũ vulgatior doct. ſententia
probat. Neque ad feudũ pertinet, quod ad filium quaſi filium
ſpectat, & quòd in eius alienare perniciem non licet, vt Bald. ibi
aliiq; ſcribunt. nu. 8. Idem Bald. in c. 1. io princi. num. 5. de ſuc-
ceſſ. feudi. expreſsius in d. c. 1. §. hoc quoque. nu. 4. & nnm. 14. Cũ
opi. hac neceſſario docto. omnes faciunt, quibus viſum eſt, a fi
lio citra pretii reſtitutionẽ, feudum alienatum reuocari, de qui-
bus memoria habita in d. reſpon. eſt nu. 21. ver. & quod dicitur.
Reuocandi quippe facultatem filius non haberet, ſi patris adire
hæreditatem cogitur. l. ex qua perſona. ff. de regu. iur. l. cũ a ma-
tre. C. de rei vendica. Ad feudum hæreditarium rea. reſtringen-
dum in d. c. 1. an agna. v. l fil. Barto. etiam ſentit in l. 3. nu. 4. ver.
ſi vero propter delictum. ff. de interdict. & releg. ubi noaum fi-
lio in feudo nnn hæreditario patris factum non putat. At enim
nnaium haud dnbie eſſet, ſi niſi uti hæres feudum non conſequi
tur. atque ideo inepta Barto. differentia inter feudum hæredita-
riũ & ea pacto & prouidentia eſſet, & in ſpecie ad reſtrictionem
d. c. 1. an agna. uel fi. ita Bartolum Riminal. obſeruat in conſilio
303. nu. 14. & nume. 17. lib. 2. in eadem ſententia Caſtren. eſt. In
l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui oume. 4. ff. de leg. 2. in l. 1. nu.
5. C. de bonis liber. in conſi. 311. circa id, quod primo quæritur.
col. 2. in fi. in conſi. 461. viſis & diligenter examinatis priuilegiis.
col. 4. ante med. verſi. item hoc caſu fortè lib. 1. in conſi. 207. di-
co dictum Bartholomæum circa med. & in conſi. 217. præmit
tendum eſt, quod cum dicta venditio col. 2. poſt med. ver. ſed ad
primum reſpondetur. lib. 2. Sali. in l. 2. nume. 5. in fi. C. de liber. &
eorum lib. Imola in c. 2. col. 7. poſt med. verſic. nec obſtat etiam
prædictis de feudis. Aleaan. in conſi. 19. nume. 5. lib. 5. Cor. in cõ
ſi. 309. col. penul. ante med. verſicu. & ſi hoc in emphyteuſi li. j.
Afflict. in deciſione 111. nume. 3. Petrus Gerardi. ſingu. 89. Deci.
in conſi. 445. nu. 51. Cur. poſterior in conſi. 78. nume. 4. Rubeus
Alexandri. in conſi. 85. nume. 6. Soci. Inu. in conſi. 77. num. 135. &
duobus ſequen. lib. 1. Natta in conſi. 129. nume. 2. in conſi. 130. nu.
me. 9. in conſi. 159. nume. 1. Ab opi. hac do. etiam ſtant, qui Bar
to. differentiam amplectuntur in l. 3. ff. de interdict. & relega.
quos prælongum commemorare foret. Et de quibus mentio a
nobis facta in ſpecie quadam grauiſsima eſt. Ex quibus rece-
ptam ſenentiam hanc eſſe non pubitatur.

Conſequenter his dicendum eo ipſo alienationem feudi vtilẽ
& firmam ex interlocutoria habitam, ꝙ precium emptori reſti
tuere filius actor iubetur. At enim contrarietatem in ea parte ſen
tenoa ipſa habet. In qua vioi ſeu nullitatis ius indiffinitiua fi-
lio reſeruatur. Per quam reuerſationem alienationia vitium in
conditione ponitur. Ita incertum indicantibus de firmitare con
tractus ita reſeruando erat. Si de vigore contractua liquere niſi
in exitu ipſo iudicii non puterat. Quomodo in re incerta cer-
tum conſtitui indicium potuit, vt precium depoſitum emptor
ita haberet, perinde quaſi in manifeſto cõtractus robur eſſet. Ita
incerta contractus uis reſeruando, & certa precium emptori
adiudicando apparet. Quę res Vitio eripi repugnantiæ non po-
26 teſt. Atque ideo irritam † ſenteoo am efficit. l. ubi repugnãti a. ff.
de regu. iur. Et in ſententia, vioosam eam cõtrarietate fieri. Ol-
dra. tradit in conſi. 234. factum tale eſt quidã m miles. nu. 2. in fi.
verſi. ne ergo daoo. Alex. in conſi. 124. in fi. lib. 2. Idque obtinet,
quamuis exceptionẽ omnia nullitatia lea aut ſtatutum reiiciat.
Ea quippe remota non creditur, quæ a contrarietate deſcendit.
Ang. in l. tale pactũ. §. qui prouocauit. nu. 16. ff. de pactia. Peru-
ſi. in cap. dilecto. quæſt. 52. de appella. Deci. in cap. ea parte. 2.
nume. 6. in fi. in noua fallentia, de offi. delega. in c. paſtoralis. nu.
53. verſi. qnãdo autem teus. de ea ceptio. in cõſi. 8. col. fi. & in lo-
cis alibi non paucis.

Secundo ſi de firmitate vel infirmitate contractus ita reſeruã-
27 do, non liquebat, Quomodo in re tam † incerta certum iudiciũ
dari in precio reſtituendo potuit. c. graue 11. q. 3. Abſolutum itẽ
in re dubia iudicium tex. damnat in c. fi. 33. diſt.

Neque diaeris, pronunciatione de vitio aut nullitate contra-
ctus facta, grauamini huic allatam medicinã iri. Qm̃ abſolutũ,
& ſimplca precij reſtituendo pręceptũ fuit. ob id ab eo vti a fa
28 cto † contrario reſeruatio illa nullitatis euertitur, l. cum in plu-
res. §. locator horrei. ff. locati. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff.
de leg. 3. l. reprehendenda. C. de inſtitu. & ſubſti. cap. cum M. de
conſtitu. c. ſollicitudinẽ de appel. Quicquid enim proteſtatio cã
tet, factum male ruſpat Bald. in conſi. 9. factum tale eſt anno do-
mini, nume. 1. in fi. lib. 1. Quod repetitum eſt in cõſi. 188. lib. 3.

Rurſus mentem ipſam ſententiæ intueri, quæ ex præcepto precii
offerendi percipitur, non verba reſeruationis oportet. l. ſcire le
ges. ff. de legibus. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de eacu. tutor. c. in-
telligentia. de verb. ſign. Quo argumentandi ghc io proteſtaoo
ne, cui factũ repugnat, Anch. votur in conſ. 33. p ſtatutũ in prin.

Secundo in pecunia ipſa deponenda, non aliter expedioone
eius actor conſenſit, niſi ſi præſtita cautio ſit, Reſtitutum eã iri
vbicunque contractuavitio patefacto, ita declaratum per iudi-
cem fuerit. vnde eum in cõditione vionm contractus poſitũ per
29 ſenteno am ſit, cõditione ipſa † pendente, cantionem de reſti-
tuendo præſtare compellẽdus reus erat. l. iu omnibus. ff. de iu-
di. Barto. in l. quòd ſi in diem: in prin. ff. de petitio. hæredi. itaque
cũ ſimplex & abſolutum precij depoſiti relaxandi præceptum
fuerit ſine iniuria id fieri actoris nõ potuit id quidem in primis,
30 quòd bona † alia pręter controuerſa aduerſario eſſe actor nega-
uit. Quo caſu paupertatis probatio impletur, niſi ſi & bona alia
à ſe poſsideri pars doceat. l. ſi is qui. Ibiq; Bal. & Imola. ff. de te-
ſtam. vbi qui plus quàm dictũ ſit, ordinaturũ teſtatorem fuiſſe aſ
ſerit, probare neceſſe id habeat, eadem rõne qui bona plura quã
dictũ ab actore ſit, poſsidere ſe ait, docere id debebit Atq; ita in
bonis pluribus ea tex. oſtendioir in l. fi. §. licẽtia, ibique Bart. &
alii. C. de iur. deliber. gl. vulgata & recepta in l. cum de lege. ff.
de proba. Bar. in l. ſi conſtante. in prin. nu. 11. Ibiq; Iaſ. nu. 104. ff. ſo
lu. mat. Idem Bar. in l. conficiuntur. §. codicilli nu. 4. ff. de iure co
dicil. in rub. ff. de oper. nou. nunciatio. Ibique Aleaand. receptũ
id ait, tradit idem Barto. in l. decem. nume. 3. ff. de verbo. obli-
gatio. Bald. cõſi. 60. generalitas. nume 3. in fi. lib. 4. Fulgo. in cõſi.
19 colum. 1. in fi. & in conſi. 180. viſo proceſſu colum. 3. in fi. Gemi
nia. in cõſil. 62. nume. 5. Roma. in conſilio 222. dubitatur in fi. &
in cõſilio 276. uiſis in fi. Caſtren. in cõſilio 177. niſo ſupraſcri-
pto puncto, primo veniam. colum. j. in conſilio 212. ſupradicta
omnia quæſita. 2. dubio lib. j. & in conſilio 8. in cauſa quæ verti
tur coram Dom. vicario colum. 2. verſicu. quarto renunciauit. li.
2. Alexan. in conſi. 41. in fi. lib. 3. in conſilio 71. colum. fi. lib. 4. &
in conſi. 16. colum. fi. lib. 5. Guido Papæ q. 142. Cur. Sen. in conſil.
27. nume. 17. Iaſ. in l. cũ ea cauſa. ff. de re iudica. in conſi. 34. col.
3. in fi. lib. 1. Rimin. in conſi. 209. nume. 24. in cõſilio. 221. in fin. li.
2. Ruin. in conſilio 30. nume. 7. in conſi. 50. col. 7. circa med. in cõ
ſi. 139. nume. 5. in cõſilio. 157. nume. 17. in cõſi. 187. nume. 4. & ſe-
quen. lib. 1. in cõſi. 116. nume. 8. lib. 2. in conſil. 91. nume. 3. lib. 5.
Cur. iun. in conſi. 150. nume. 10. Gnaad. in conſi. 94. nume. 32.
Soc. iun. in conſi. 77. nume. 153. verſi. & poſito etiam lib. 1. Gra-
uamina vnum atque alterum in iure, ea his aperiuntur. Primũ,
quod in cõtrarietate ponitur. vnde uerbũ potius de precio faciẽ
dum reſtituendo nõ erat. Alterum, quòd cautionis onus in iun-
gẽdum reo fuerat. reſtioitum precium iri, quotiens ita conſtitu-
tum per ſententiam aliam eſſet, uitio contractus denudato,
quod patena alioquin emicat. Grauamen tertium ſpõte ſua ab
his ſequitur, quę dicta moa de paupertate præſumpta aũt. Hoc
enim præſuppoſito, vt bona quàm cõtrouerſa habere reus non
31 præſumatur cõſequens ſit, ſequeſtrationi † fructuum petitæ locũ
fuiſſe per tex. io cap. fina. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. quem ad in-
ſtantiam primam pertinere, cum ſoluendo reus non eſt, Abba.
ibi probat. numero 7. & 9. cum aliis in reſponſo prædicto colla-
tis oume. vltimo. quo magis admirer, admirationem pleriſque
ſequeſtraoonis peotionem cõciliaſſe, ſed faciunt locorum in-
terualla & anni, ne meotem meam exploratam habent, qui me
nõ audito ſcriptis meis obſtrepũt. enimuero ſi dubitandi ratio-
nibus imparturer, vel eas diſſoluerem, vel errore meo comper-
to, cura, turbatioq; oĩs quieſceret. Grauamẽ quartum ſuccedit.
Namq; cum incertum de vi cõtractus iudicãti eſſet, irritus an
nõ æſtimetur. A firmitate iuiou faciendũ eius nõ erat, verũ præ
32 uerti id oportuit, in quo præiudicium inerat. A cauſa † enim in-
choandum præiudiciali eſſe nõ dubitatur. l. 2. C. de ordi. iudi. c.
tuam. de ordi. cogni. c. exhibita. de iudi. cap. lator. qui filii ſint
legiti Bar. in l. ſi quæramus. ff. de teſta. Cardi. in cõſi. 120. in prin-
ci. Geminia. in conſi. 102. colu. fi. Cor. in conſil. 332. circa fi. lib.
1. Cauſam plane vitij aut nullitatis contractus præiudicialem eſ
ſe quis dubitet ut pote quo uitio admiſſo, locum precii reſtitu-
tio nõ hẽt. Infructuoſa capitulorũ rei probatio apparet. Quate-
33 nus ea probationibus, quę poſtea fiũt, uitium purgari † cõtra-
ctus non ſolet, neq; ab eis firmitatẽ decretum recipit, Quod irri-
tũ prorſus nõ obſcure inuenitur, vt in d. monſtratum reſp. habe-
mus. nu. 156. & nume. id ſequenti ampliatũ. Bald. huc accedit in
conſi. 57. ad hoc in fi. lib. 4. decretum probationum defectu nul-

lum

lū a probatinnibus ſecutis non counaleſcere. Rurſus cum for-
mę vice probatio neceſſaria qualitatum ſit quas in feudo alienā
dn decreta dnmini expoſtulant, neceſſitas videlicet alienandi,
& numeratio pecuniç aut traditin rei debitæ, prnpter quam alie
natin ſit. Neque qualitatum prnbatio ipſarum interuenerit, iuſtū
decretū, iuſtave alienatin fieri ex prnbationibus nequit, quæ po
ſtea ſequūtur. Id quia vitiū ſemp cōtractus durat, qui ordine aut
forma illa omiſſa factus eſt, vt Caſtr. docet in cōſi. r r a. ſuper pri
mo videtur dicendum dictam ſententiā in a. dubio. lib. a.

Hnc amplius dicendum, etiam ſi ſniæ diffinitiuæ queſtio con
tingeret, quę iuris ſolennitate non defficeret, & quam ex prnba
tionibus reſormare nnnis licet, iuxta illud, non deductum dedu
cam &c. l. per banc. C. de temp. appe. Reſnrmatinni locus nihi-
lo magis ſnret. Id quia qnalitatis prnbatin ne quidem oblata le-
gitur, quæ ad numeratinnem ſpectat, verbum quippe de nume-
ratinne pecuniarum ſactum in capitulis rei nō eſt, propter quas
alienatum feudum legitur. Cum inſtrumētis ipſis debitorum oi
ſi per cnnfeſſionem venditoris ſeudi debita nnn conſteot.

Rurſus inter cauſas feudi alienandi debitum aut eorum 4no.
narratur, quos ex mutun & pannis ſericis ſibi debitos emptor aſ
ſeruit. At. n. neque mutui numeratio neque pannorū traditio ne-
que neceſſitas vlla circa eā pecuniam in capitulis narratur. Eā
ob rem etiam ſi in cauſis aliis alienandi & neceſſitatis & nome-
rationis probatio interueniret inutile, id ad rem eſſet, quatenus
in ſumma nnn exigua aureorum 4nn. non modn probatione, ſed
& allegatione ipſarum qualitatum capitula deficiunt, quorum
admiſſin facta ad probandum eſt, & eū vitium vel tantulum ſa-
tis ad decretum cunctum & alienationem totam perimendam
eſſe, in eodem mnnſtratum reſpnnſo habeamus. nu. 251.

Conſequenter his dicendum, nec ſententię definitiuæ locū ex
probationibus nnuis eſſe. Quatenus ad oīa ſeu qualitates om-
nes propter quas alienare feudū licet, probationes nouæ ne qui
dem apparantur. Ideſt in numeratinne aliqua, neque in neceſſi-
tate, qnnd ad ſummā aureorum 400. attinet. Inde mirari nō ſa
tis poſſum, qua rōne impelli quiſquā potuerit, vt id genua capi-
34 tula nō reiiceret, quę impertinentiſſima † euidentiſſima appa-
rent. Quo caſu excuſationis quicquam peti a clauſula ſaluo iure
impertinentium &c. & a cōſtitutionibus recentibus nequit. Quę
ad eum caſum non pertinēt, quo in manifeſto capitulorum ine-
ptitudo conſtat. Autentes In. And. Ancha. & Dnmini. in c. a. de cō
fel. lib. 6. Iaſ. in l. ſi duo. §. idem Iulianus. nu. 33. & ſeq. ff. de iure
iuran. Pariſ. in cōſi. 97. nu. 131. & nu. 136. lib. 1. Natta in cnnſi. 20,
nu. 5. Sed plena & ampla capitula fac, quæ pecuniarū omniū nu
meratione neceſſitateſve & panni ſerici traditinnē cōplectētur,
impertinentiſſima nihilominus capitula ipſa arguūtur. Id quia
vti dictum nec ſemel eſt, interlncutnriæ vicem decretum ſuſti-
net, qund iuſtum ex nouis fieri probationis nequit. Neque dixe-
35 ris, † locum id tum deniq; habere, ſi & ex facto nouo, & ex pro
batione nnua decreti iuſtitiam confirmare quis ſtudet. Cauſam
aliam videri, ſi factum iam propoſitum nnua demū probatione
planum quis faciat. Quoniam textibus id & doc. teſtimoniis exa
gitat, quibus expreſſum eſt, initio ipſo cauſarum cognitionem &
probationem adhibendam, cum decretum interponitur. Ita vt
ſatis nō ſit, cauſas ipſas enarrari, propter quas alienatio ſit, niſi ſi
& probatio earum initio etiam præſtetur, vt in d. teſtatum re-
ſpnnſo habemus. nu. 146. & pluribus ſequ. & nu. 158.

Secundn ad ar. reſpondetur. Decretum hoc, quod in alienatin
nibus interponitur, interlocutnriç dnc. comparatur. Quam ex no
uis probationibus iuſtam fieri lex non petit, vt in locis memora-
tis bī. interlocutoria planè nec ex probationibus eorū iuſta ſit,
quæ deducta aut propoſita ante ſunt, pręterquā ſi probatio eorū
oblata & non admiſſa per iudicem ſit. Reiectione planè proba-
tinnis amota, nec ex facti ante deducti probatione iuſtificare in-
terlocutoriā licet, vt Imo. docet in Clemen. appellanti ante fin.
de appel. Gnzad. in conſi. 22. nu. 15. Natta in conſi. 153. nu. 7. ver.
allegat etiam vbi ne quidem per inſtrumentū probationē nouā
facti antiqui agnoſcit. idem Rota ſentit deciſio. 13. in nouis in 1.
additinne. vbi niſi de prnbatione nō loquitur nō probatum pro
bare ad interlocutoriam iuſtificandam non licere.

Tertiò reſpondetur, probationi locum nnuæ fac, reo id admi
36 niculari nihilo magis poterit. qui niſi in † genere & in ſumma
cās neceſſitatū in capitulis non retulit, hoc eſt aureorum circi-
ter quinq; millia in lites inſumpta, quam expreſſionē admitten-
dum in gñe non eſſe, cōmodè ſatis in dicto explicatū rñſo inue
nitur. nu. 196. vberius & ſignificantius. nu. 386. ver. hoc ita admiſ
ſo. vt niſi ex eā &c. & in nottula apud indicē in verbo cām in ſpe
cie. In quo loci eo additum corollarium illud eſt qđ rñſn id adii
cere iā excuſo non liceret. Idq; factitatū & in partibus aliis indi
cis liquet. Atq; vltra apud rñſum & indicem ſcripta, ſatis id ge-
nus expreſſionē ſimplicē aut generalē cauſarū nnn eſſe, propter
quas alienatin permitti alias prohibita ſnlet, ex text. declaratur
in l. 1. ibiq; Bar. in no. ſemel atque iterum. C. de prædiis curiali.
lib. 10. vbi duo coniunctim exquirit narratinnem cauſarū in ſpe
cie & nominatim, & probationē. Idem per illum tex. Bal. ſcribit
in conſi. 221. primn quæritur no. 1. lib. 2. ad quā rē præceptionem
gñalem Bal. idē tradit in l. ſed & ſi quis. §. quæſitū. en l. 2. in prin.
10 1. fallentia. ff. ſi quis cautio. vbi ſpecialē in bis expreſſionē po
ſcit, quæ a iure cōi exnrbitant. vbi alias generalis locum expreſ-
ſin habet. Qnid hic dicendum, vbi nnn modo à regulis iuris feu
dorū alienādi permiſſio exorbitat, ſed & ſpecies probatoria cō
tingit. in qua momenti vllius probatin haberi generalis non ſo-
let vt pote incerta & obſcura, vt in dicto monſtratū reſpon. ha-
bemus. nu. 349. ver. atque expreſſim magis & nu. ſequen. nu. 351.
nu. 386. col. 11. ver. inde non ab re & nu. 428. & in conſil. 262. nu.
37 3. & in † exceptione rei, in ſpecie eā prnponendam, ita vt clara
& certa appareat, neq; ſatis ſit, in gñe eā opponi, ex tex. declara
tur in l. Titiæ textores. Ibiq; no. ff. de leg. 1. § Laben. ff. de flumi.
Bar. in l. 1. nu. 7. ff. de exceptio. Alc. in conſi. 29. nu. 28. lib. 7. Socin.
in conſi. 109. nu. 5. li. 3. Deci. in l. agi, no. 7. C. de tranſactin. Natta
in conſi. 120. nu. 11. ver. nec facit ꝙ aliquando in conſi. 113. num.
6. & nu. 13. Bal. bis adſuitur in l. præſcriptinne. q. 5. C. ſi cōtra ius
vel vtil. pub. exceptionem in genere reſpuendam, quæ ad illud
ſe habere & aliud poteſt. ex dicto memnrabili Inno. in c. ſuper
co. de appel. ſed. n. aureos quinquies mille & in vſus alios reſve
alias vertiſſe venditor feudi potuit, vox hæc honeſtius ſuppreſſa,
quàm expreſſa tam turpiſſimè breuiq; iudicio fuit.

Sed vltra in reſponſo, nottula eius & ante hic ſcripta. Scite ma
38 gis hoc genus † reiicienda capitula fuiſſe. ex Bart. confirmatur
in conſi. 250. cum prædicta examinarem in ſi. in li. rationum tu-
toris, vel curatoris ſingulatim nia reſercoda, neque ſatis eſſe in
ſumma quid poni, verbi gratia pecuniam tantā ex reditibus pu-
pilli, vel adulti redactā, tantā in alimēta expoſitā, verū in ſpecie
& ſingulatim tm̄ a tali, colono acceptū tm̄ a tali tantū in te ero
gatum, tm̄ in tali. aliter quippe veritas aut falſitas doceri libri nō
poterit, ſi in gñe aut ſumma deſcribi res poſſit. Idē in conſi. quo
dā non impreſſo Anch. admittit de quo & Bartho. Soci. memi-
nit in conſi. 46. nu. 6. in conſi. 73. nu. eo. lib. 1. in cōſi. 159. nu. 4. lib.
2. Deci. in cnnſi. 274. nu. 6. in fi. Quo circa expreſſio neceſſaria in
ſpecie & nominatim erat, Pecunia tanta in advocatos, tanta in
procuratores tales & tales, videlicet tāta ob allegationes tales,
ob ſchedulas ob diſceptationē cauſæ tāta in notarios actorum,
in ſportulas & deinceps alia. Quod in genere atq; in ſumma ex-
ceptiones id genus agnoſcimus, an non defendendi & cōtra pro
bandi facultatē ſubtrahimus. Quā rationē Bar. Anch. & Soci. in
locis memnratis obſeruant eaq; ante & ipſi vſi in reſponſo ipſo
ſumus, quàm obuij mihi Bar. cum Ancha. & Soc. fierent.

Quarto indigentē actoris patrē nnn mō ſummæ in capitulis
expreſſæ, ſed & maioris fac. Opem tñ a neceſſitate tanta fruſtra
reus petit idq; rōne inuicta oſtēditur. Rei cuius enarrandæ cauſa
ſciendū, onu niſi pręſumptione iuris, partis exceptionē niti,
vt qua rōne impenſam tantā lis alimentaq; poſcebat. Ita in ne-
ceſſitates ipſas ſubleuādas ad villā cōtrouerſam vendēdā neceſ
ſe fuerit accedere, inde ob cās ipſas initio neceſſarias feudi fa-
ctā diſtractionē intelligi, nāq; cū expreſſum nō ſit, quas ob cās
æs illud cōflatū alienū ſit, de quo inſtrā ꝓducta loquunt, in caſu
39 nō † expreſſo non poſ præſumptionibus nnn agi, quæ niſi ad ta-
cita nō ptineot, ex circūſtātiis quæ colligūtur c. ex ſtudijs. & qua
ſi per totū. de præſumpti. inde vt circunſtantię ipſæ impellūt, ita
iudicis animos ducitur, variatur, fortior, debiliorve ſit, Calde. in
repeti. c. veſtra. de cohabi. cleri. & mulie. de quo Alex. meminit in
conſi. 89. nu. 11. li. 3. at. n. cauſę hic apparent expreſſæq; ſunt, pro
pter quas facta alienatio eſt. In quibus genus triplex neceſſita-
tis effertur. videlicet aureorū 500. ob villam aliā ante iā venditā
ex parte redimendā. Deinde ob aureos. 4on. emptori ipſi ex mu-
tuo & pannis ſericis, ut aſſertum eſt debitos. Simul etiam pro-
pter nomina debitorum exoluenda, de quibus ſub inſtrumentis
prædictis memoria habetur. Itaque cum cauſæ ipſæ pateant,
propter quas facta alienatio eſt, mirari quis deſinat, ad neceſ-
ſitatis præſumptas rei patronos aduiſſe, in capitula proba-
toria neceſſitates ipſas referendo, Sed maior non paulo

animum

animum admitatio cœpit,id genus capitula admiſſa. Qui enim
fieri poteſt , vt ob neceſsitates tacitas & præſumptas feudi facta
alienatio ſit.Quod ea quibus cauſis alienaretur , declaratum ex-
40 preſsim eſt.An non in re clara † côiecturas ſilere & præſumptio-
nes oportet.l.quotiens.§.ſi duo.ff.de hære.inſti.l.iam hoc iure.§.
fi.Ibiq; Bart.ff.de vulg.l.quod conſtitutum. Ibique etiam Barto.
ff.de mili.teſta.l.non aliter.ff.de leg.3.l.ſi alij.ff.de vſufr.leg.l.pe-
diculis.§.argento.ff.de auro & arg.leg.l.in his. Ibiq; Caſtren. &
Soc.ff.de condi.& demon.l.continuus.§.cum ita.ff. de verb.obl.
l.fi.C.de indi.vidui.tollen.c.2.de reg.iur.Vnde dici poteſt,locum
Gluſæ non eſſe,vbi tex.non deeſt. Oldra.in conſi.258. Innocen-
tius nu.4. Bal.in conſi.343.examinanda ſunt nu.4.poſt prin.lib.1.
Rurſus cum ſeipſos contrahentes gloſauerint, cauſas neceſsita-
tum & vendendi exprimẽdo,fruſtra ad legis gloſam aditur,quid
lex præſumat. Siquidem interpretationis egẽs expreſſum nõ eſt,
at tacitum ſolummodo Bald.in auth.niſi rogati nu.9.C.ad Treb.
De quo Iaſ.meminit in conſi.43.col.3.lib.3.Tex.huc ſpectat,ſile-
re tacitũ expreſsione facta.Vnde non immerito ſenſus imbecilli-
tati vertitur.indicia quærere,vbi certitudo inuenitur.Bald.in d.l.
continuus.§.cum ita.Iaſ.in conſi.3.col.1.& in conſi.5.col.8.lib.3.
Sed & cauillationibus aduocatorum interpretationes & præ-
ſumptiones in re aperta Bald. tribuit in conſi. 164. caſus eſt talis
quoddam feudũ ſn fi.lib.2.Calumnioſam itẽ in re clara interpre
tationẽ.Curt.Sen.ait in conſ.26.nu.7.De quo ẽt apud nos in cõſ.
51.nu 6.& in conſi.47.nu.2. Qua ratione igitur capitula admitti
id genus potuerint,tamq; apertiſsime calũnioſa,non aiaduerto.
Rurſus cũ in ſpecie cauſæ feudi alienandi ſub inſtrumento ip
ſo declaratæ venditionis ſint.Quomodo in genere recipi capitu
la potuerunt declarationi contrahentiũ contraria,& quibus capi
tulis niſi in genere & in ſumma neceſsitates non exprimũtur,au
41 rei quinquies mille in litium diſpendia . An non potior † in ſpe-
cie & per inſtrumẽtum atq; cõtrahentiũ confeſsionẽ probatio?
Inn.& alij in c.auditis de præſcriptio.cũ alijs in d.reſpon.pro Ge
nero congeſtis.nu.349.in fi.& nu.duobus ſeq. vbi ampliatum id
legitur.
Iam à veritate alieniſsima capitula ipſa eſſe facto ipſo & con-
feſsione manifeſtaria contrahentium demonſtratur.Venditor.n.
preces maieſtati regiæ obtulit,quibus cauſas alienandi narrauit
quæ in creditoribus dimittendis erant alienandi facultatem exo
raret.Deinde permiſsione vendendi ex clauſula illa facta ſi pre-
ces veritate nitantur & forma decretorum ad unguem obſerua-
ta.Cauſæ ipſæ neceſsitatum in contractu perficiendo commemo
ratæ.De quibus dictum ante eſt. In qua re cauſas alias neceſsita-
tum non fuiſſe,perſpicuè oſtenditur.Siquidem non ob ullam re
dimendã facta venditio fuerat, ſi neceſsitates & aliæ ſupererant
uerum & bonorum aliorum diſtractio facienda . Rurſus qui ne-
ceſsitates alias ultra expreſſas fuiſſe tũc aſſerit, ꝓbare id cogitur
dic.l.final.§.licentia.ibique Bar.& alij.C.de iure delib. cum alijs
non parcè ſupra adſcriptis.Iam non pluſquam aureos 200.Pari-
ſijs ob lites ſumptas inſtrumento teſtatum publico eſt. Cõfeſ-
ſione igitur contrahentium capitulis partis refragante, flocci ea
42 facienda.Quatenus confeſsioni † ipſi ſuccumbere & teſtes & in
ſtrumenta oportet,ut reſpon.memoratum docet.nu. 11. quinetiã
præſumptione iuris & de iure fortior cõfeſsio eſt.gl.in l.in cõtra
ctibus,in prin.in verbo nullo modo.C.de non nu.pecu.in §.aliud
quoq;.in Auth.de æquali.do.Bart.& alij in auth.ſed iam neceſſe.
C.de dona.ante nup.Roma.in conſ.350.nu.19.Caſtren.in l.ratio-
ne.1.§.quod vulgo.in fi.ff.ad l.fale. Idque locũ & in confeſsione
tacita fictave habere,Bart.ſcribit in l.abſentem ante fi. verſic.qñ
conſtat.ff.de pœnis.vbi in pœna loquit̃. Quod dictũ pro ſing. Iaſ.
agnoſcit in l.ſi prius num.39.ff. de operis noui nunciat. Ruin. in
conſi.74.nu.7.lib.4.Pulchrũ etiã & ſignandũ in Iaſ.idem ait in l.a
diuo Pio.§.ſi pignora nu.6.ff.de re iudica.quid hic dicendũ , vbi
expreſſa magis quàm tacita aut præſumpta confeſsio videtur.
43 Conſequenter his dicendũ neceſsitates † alias,ſi quæ fuerant
in bonorum diſtractione ſubleuatas aliorũ eſſe, cæterũ neceſsi-
tates & alias fuiſſe nunc fac.Ad rẽ tñ hoc eſt ad alienationẽ con-
trouerſam roborandã nihil id attinet . quæ ea cauſis facta alijs
non eſt , q̃ quæ relatæ in ea ſunt . vnde cauſarũ rationem haberi
aliarũ non oportet,propter quas facta alienatio non eſt , ſic quo
in ſpecie & cumulatæ in reſponſo ſcriptũ prædictũ habemus nu.
175.tex.huc accedit in l.1.ff.de condi.& dem.& in l. cum ſeruus
& vtrobiq; Bart.ff.de verb. oblig. ſatis implementũ non eſſe,niſi
ex cauſa fiat ob quã implementũ erat eodẽ Alex.ſpectat in conſ.
528.lib.5.alienationem rei emphyteoticæ a domino directo fa-
ctã niſi ex cauſa expreſſa non confirmari.Quare ſi ſuſtineri ex ea
nequit,ea alia non cõſiſtere,ex qua facta non eſt,ſequitur Ruinus
in conſi.162.nu.18.& ſequen. lib.1. Idq; in vniuerſum obtinet.ut
quotiens ad aliquam cauſam actus limitatur,quæ uitioſa eſt, ſu-
ſtineri ex alia nequeat,quæ apta ſit.l.1.§.1.ff.de conſtit.pecu.l.nõ
codicillum. C.de teſta. Bal.in conſi.470. ſtatuto cauetur,quod ſi
ultima dies lib.1.in rub.C.de conſti.pecu.num.15. Soc.in l.2.§. ſi
quis ita nu.8.Ibique Galiau.num. 21.uer. & breuiter. docto. ff.de
uerb.obl.Iaſ.in §.in perſonam nu. 25. Inſti.de actio. Cor.in conſ.
202.col.2.circa med.lib.4.Dec.in c.cũ ſuper col.fi.de offi.deleg.
& apud nos in rubri.ff.de lega.1.nu.24.Hoc amplius non tam ca
lumnioſa capitula hæc perſpicuè uidentur quàm ridicula.Com-
modum enim emptor conſequi ex neceſsitatibus alijs ſtudet,in
quibus ſedandis nihil quicquam erogatum ab eo eſt.unde niſi
de neceſsitatibus uidendum non eſt. in quas pretium eius eroga
tum apparet,hoc eſt ex quibus facta uenditio legitur.Itaque ſi in
neceſsitates alias grauiores & in capitulis ſummæ tam egregie
narratas pretium ipſum verſum non eſſe, ex inſtrumento ipſo li-
quidiſsimè conſtat,quorſum probationem earum ſpectare.
Ad extremũ & ob neceſsitates alias nõ expreſſas alienatio fa-
cta eſſe fuerit.Nihilo magis reo id proderit.Qm̃ ſi & in cãs taci-
tas factã alienationẽ ꝓtẽdit.inficias certè ire nõ licet , quin & ob
cauſas alienatũ feudũ ſit,q̃ in ipſa expreſſæ alienatione ſunt.Quo
admiſſo,ꝯſequẽs ſit,ut ob cauſas plures coniũctimq; facta aliena
tio dicatur. At enim cauſarũ ueritatẽ omniũ exquiri , atq; ió ob
cauſam aliquã falſam ex toto decretũ euaneſcere, in reſpon.mõ
ſtratum iam dicto habemus nu.200.& expreſsius nu.252.
44 Quocirca illud uidẽdum ueræ ne & neceſſariæ cauſæ ſint † in
alienatione & decreto expreſſæ,& quidem falſam & a neceſsita-
te omni uacuã eã eſſe,quæ in aureis 400.conſiſtit, demõſtratum
ſatis in reſponſo eſt.nu.178.uer.ſeato prædictorũ omniũ,& num.
352.& quidẽ quæ neceſsitas in debito,de quo, ubi neceſſariũ ini
tum eſſet, non apparet fidei quicquã libro rationũ non faciente.l.
inſtrumenta.l.rationes.& l.exẽplo.C.de probat.c 2.de fi.inſt.Bar.
in l.admonendi.nu.24.& pluribus ſeq.ff.de iureiu.idq; locum &
in ſcriptura habet, cui ſolennia omnia inſtrumenti non deſunt,ſi
de ea tamen rogatus notarius non eſt.Soc.in conſi 33.nu.5.li.3.id
quidẽ in primis , quod tam ſæpe rogatus reus ut librũ ipſum ede
ret,facere id renuit . Quo caſu ſuſpectiſsimum eum in d.reſpon.
oſtendimus.nu.179.Itaq; cũ debitum ipſum aureorum 400.om-
45 nino non appareat,perinde † res eſt, ut ſi factum prorſus non ſit.
l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tut.l.cum res.uer.item ſi res aliq.ff.de
leg.3.l.cũ ita legatur.§.ſpecies.ff.de leg.2.& alia in d.reſpõ. colla
ta.nu.123.143.& nu. 151.Neq; dixeris , uenditoris confeſsione de-
bitum illud approbari aureorum 400.Qm̃ fidei quicquam cõfeſ
ſioni id genus in ſpecie non haberi , quæ a poteſtate confitentis
non pendet,de quo genere ſpecies controuerſa eſt,reſponſum ip
ſum docet. nu.187.& quidem ſi ad æquitatẽ ipſam ſpectare libet,
ſerici tantũ indigentem uenditorem non fuiſſe , palã eſt, utpote
cui filiæ & ſorores non eſſent, neq; ex eo quicquam in ornamen-
tũ uerſum uxoris allegatur, nedũ probatio ſit . Atque ubi filiæ &
46 ſorores fuiſſent,pro quæſtu † & redditibus impenſam metiendã,
dictum in reſpon.habemus.num.127.Quibus non inepte Bar.re-
ſpondet in conſi.231.dñs Ioannes monachus. in fi.ubi cũ benefi-
cium redditus tenuis quis habet,ut ad uictum non ſuppetat, ab-
ſurdam rem putat,facultatem ei dari,in annos plures uitę ſuſten
tandę cauſa, fructus ipſos beneficij in ſucceſſoris perniciem uen
dendi.Si ob uitam tuendam ne quidem fructus uendere in ſuc-
ceſſoris diſpendium non conceditur. Quid in pannis ſericis pro
bandum , quibus uita & honore etiam incolumi carere nobilis
poteſt , Cui res ampla non eſt . Rurſus ſi uenditioni fructuum in
annos plures ad ſucceſſoris incommodũ lex reſiſtit Quid ubi ad
proprietatis interitum res accedit.
Apparet ex his in capite hoc aureorum 400. neq; neceſsitatis,
neq; numerationis aut traditionis fidei quicquam factum. Atque
ideo ea cauſa falſa prorſus alienationem feudi in ea parte factã
De ſumma modo aureorum 500.uidendum,qui in uillam collo-
candi redimendã erant.in qua re tantundem,atq; in aureis 400.
ſtatuendum. Nulla quippe neceſsitas,ut ob ullam unam recupe-
randam alterius alienatio fiat,Quæ res ad uerſuram pertinet.Ne
47 que altare denudari † unũ oportet,vt alterũ obtegatur. l.ſi finita.
§.ſinaſit.ff.de dam.inf.l.ſi autẽ.§.3.ff.de aqua plu.arcẽ.l.fi.§.acce-
pus.C.qui pot.in pig.hab.gl.in §. ſed neq; effuſas in Auth. quom.
opor.epi.Alex.in conſi.34.num.6.li.5.
Secundo ubi uillæ redimendæ facta alienatio non fuiſſet, &
alteru-

alterutrius neceſſariam diſtractionem dicamus, altera potius ve
nundanda vtpote ab arce. Non longinqua magis prouetus non
tâm atq; vêditori ipſi onerosa minus.l.1.§.1.l.magis puto. §.non
paſsim.ff.de rebus eorum.Imo.in conſi.98.nu.5.Roma. in conſi.
311.circa prin.& quâuis in bonis minorû,tex.cum doc.loquan-
tur.Rationem tñ eandem, immo & maiorê feodi alienatio ha-
48 bet,quæ prohibita magis atq; † bonorum pupillariû eſt.Ob cau
ſam quippe neceſſariâ bonorû diſtractionê minores patiûtur d.
l.magis puto.& per totum titulum & C.de præd.mino.Quod al
ter in feudo eſſe reſponſum ipſum indicat nu.30.vberius nu.69.
Idq; receptû & iure canonico eſt.ca. quæ in eccleſiarum.Ibique
Dec.nu.10.in leato no.de conſtitutio.Riminal.in conſi.81.nu.16.
verſi.& prædicta procedunt.lib.1. Et licèt ob cauſas neceſſarias
per decreta feudû alienetur, attamen q̃ minimo ſucceſſorum id
fieri incommodo conuenit,vt quominus poſsit,ſucceſſorum ius
lædatur per ea quæ in d.ſcripta reſponſo ſunt nu.51.ſeq. verſi. &
49 qua ratione.Hicq; obſeruâdum,æqualitate † villarum a cæteris
admiſſa.Precioſiorem côtrouerſam intelligi, vtpote arci nô pro
ximum,via publica duntaxat intermedia.noſtra quippe intereſt,
fundos vicinos precio etiam lôge maiori habere.l. ſi cui fundus
ff.de leg.2.Iaſ.in l.1.nu.77.ff.de leg.1.

Tertio in dño venditoris & ab eo poſſeſſa villa controuerſa
50 erat,ob id quod certum erat,retinendû,non incerti habendi gra
tia id eſt villa alterius diſtractæ redimendæ, dimittendum.l.non
quemadmodû.ff.de iudi.l.quotiens.§.hæredes.ff.de hæredi.inſt.
l.quia ratio.Ibiq; gl.ff.de condi.inſti.l.cum Titio.ff.ad l.Falci.l.ſi
ſtipulatus,in prin.ff.de fideiuſ.c.niſi.de renuocia.c.illud.de cler.
ægro.c.deus omnipotês. 2.q.1.c.iudicantem.30.q.5.c.nullus.de
pœni. diſ.6.c.ſi quis poſitus.in fi.de pœni.di.7.Ad hæc nouû lau
dimij onus opus nô erat,venditione poſteriore non attentata.

Apparet ex his,cum ex cauſis tribus principaliter alienatio fa
cta feudi ſit.Id eſt propter aureos illos 400. deinde 500. alios in
villam redimendâ diſpenſandos,& ob creditores inſtrumenta-
rios.Quod ad cauſas priores attinet.In quibus dimidiatû ferme
precium conſiſtit,neceſsitatis & numerationis quicquâ nô inue
niri.Vnde ſi indiuidua alienatio habetur, & diuiduitatem decre
tum non recipit,atq; ex vitio vel tantulo deficit irritumve fit. Sic
quo modo ex reſponſo declaratû ante habemus. Quid hic ſta-
tuendum,vbi ex dimidia fere pretij parte vitiû côſiſtit.Côſequê-
ter his dicendû,non modo neceſsitatê vllâ in cauſis his duabus
non interuenire,verum neceſsitati id genus legem reſiſtere.

Ad cauſam tertiam alienationis deſcendendum,quę in credi-
toribus inſtrumentarijs dimittendis vertitur. Quam cauſam ni-
hilo cæteris potiorê exiſtimo.Principio,ꝙ cauſa nulla æris alieni
tâti côtrahendi in ſpecie expreſſa & nominatim non eſt per ea,
quæ locupletiſsime & in rñſo atq; indice notata & ſuperius ſunt,
Neq; momêti quicquâ afferre ꝓbationes poſſunt quatenus niſi
in genere & in ſumma neceſsitates non exprimûtur,ex Bar. in d.
conſi.150.in fi.Anch.Soc.& Decio ſuperius relatis.Secundo quia
numeratio pecuniarum ob quas venditum feudum dicitur, ne
quidê allegata in capitulis rei eſt, tñ abeſt vt fides eius fiat. De
51 qua numeratione probâda † verbis pluribus ſcriptum in reſpô.
eſt nu.186.& pluribus ſeq.& nu. 401. Quo circa ſatis non fuerit,
æs ipſum alienum vere fuiſſe,niſi & formæ partiû decretorû ſit,
ideſt probatio qualitatis præſtita, quæ in numeratione verſatur.
per ea,quæ in d.notata reſpô ſunt nu. 31.125.140.396. & inutilê
veritatê ſine obſeruatione formæ eſſe,rñſum idê declarat nu.160.

52 Hic etiam obſeruandû,cû fines aut limites neceſsitatis † egre
di feudi alienatio nequeat, Quæ ob cauſas permiſſa neceſſarias
eſt,ſic quô in eodê teſtatû reſpon.legitur.nu.194.Quibus Bal.ac
cedit in conſi.75.quidâ tutor.nu.3.lib.1.& in conſi. 20. quid im-
portêt.in fi.lib.2.Deci.in l.ſi donatione nu.17.C.de collatio.& in
conſ.303.nu.18.Iaſ.in l.creditor.num.3.in tertia limitatione.ff.ſi
cert.pet.Quo limitationis & modi huius haberi rô poterit,cau-
ſis ipſis neceſsitatis in ſpecie & ſingulatim non enarratis.

53 Vnû etiâ in cauſis obſeruandû neceſſarijs duxi, quod † apud
Caſtren.legi in l.Titius.poſt prin.per illum tex.ff.ad Trebel. cum
id reſtituere hæres rogatur,quod reliquû ex hæreditate tpe reſti
tutionis erit,quâuis facultatê alienandi rogatus habeat.Attamê
quia arbitrio boni viri intelligi facultatem oportet,ne fideicom-
miſsi profundendi occaſio præbeatur,Ad cauſas neceſſarias fa-
cultatem ipſam alienandi reſtringêdam. Sed quæri apud Caſtrê.
quid ſi in dubio de cauſa alienâdi res eſt ob cauſam neceſſariam
an voluntariâ facta alienatio ſit. Quid tum in cauſa ſtatuendum
aut pſumendû.Reſpondet Caſtren.ex tex. illo, ob cauſam fidei-
commiſsi euertendi fideicommiſſa bona alienata in dubio cen
ſeri,Idq; & Natta probat in côſi.115.nu.8.Ex qua Caſtren.tradi-
tione plura deſumuntur ad ſpeciem controuerſam accomoda-
tiſsima.Primum,cófutatio argumêti,quo patronus rei vtebatur,
Bonum venditorem feudi in dubio præſumi. Atq; ideo dilapidâ
di cauſa alienatum id non credi.Quod argu.profligatû in reſpô.
prædicto eſt nu. 62.& ſeq. Ad perniciê tertij præſumptionê hâc
non recipi.Quæ reſponſio in ſpecie eſt tex.d.l.Titius. & Caſtren.
ibi confirmatur.vbi dolus in dubio côtra rogatû alienantem præ
ſumitur ꝙ fideicommiſsi euertendi cauſa alienauerit. vnde cau-
ſas probare neceſsitatis cogitur. Atq; vbi doli præſumptio tace-
ret,ſatis eſt,neceſsitatum probationem præſtandâ.cû nihil impe
diat,ob cauſam voluntariâ dolo tñ amoto,alienationê fieri. Se-
cundo ex tex.prædicto & Caſtren.ibi côfirmatio eius colligitur,
quod ſcriptum & in reſpon.& in corollario eſt.Cauſam neceſſa
54 riam tum † deniq; intelligi, ſi initio neceſsitas inſtat. non idem,
ſi a voluntate neceſsitas deſcêdit.Hæc enim interpretatio ex tex.
memorato ratione fortiore iuuatur. Etenim ſi vbi alienandi fa-
cultas hæredi grauato hoc ipſo datur,ꝙ id demum,quod ſupere
rit,reſtituere iubetur Arbitrio tñ viri boni hoc eſt ob cauſas ne-
ceſſarias tantûmodo,permiſſa alienatio creditur.Quid dicendû
hic erit,vbi niſi ob cauſas neceſſarias expreſsim feudû alienare
55 per decreta non licet.& ſi niſi arbitrio † boni viri alienare nô cô
ceditur,viri ne boni arbitriû in alienatione erit, quæ ob cauſam
voluntariâ fit. Ad quê modû feudi totius ſubuertêdi vel malignis
vel negligentibus prodigisve præſtita occaſio erit.Quam agno-
ſcendâ interpretationem non eſſe,in dicto monſtratu reſpon.ha
bemus nu.61.& nu.77.in conſi. 118.nu.24.& in conſi.175.nu.3.

Apparet ex prædictis, cum ob cauſas tres præcipuas alienatû
feudum legatur, ideſt ob creditores inſtrumentarios, ob villam
redimêdam,& ob aureos 400.quos ſibi debitos emptor aſſeruit.
Nullam omniû, qualitatibus ſuis per decreta exquiſitis adiuua
ri. Atq; id perſpicuam vndique capitulorû ineptitudinê côſtare.

Neque dixeris, ob cauſam alienationis vitioſæ confirmandæ
56 † admiſſa capitula non eſſe, verum vt ſi quid erogatum ab em-
ptore probatum erit,Ratio eius haberetur. Quoniam ſi ea mête
facta admiſsio eſt. Grauior iniuria creſcit.Siquidem nihil aliud
quàm neceſsitatum cauſas,ex quibus æs conflatum alienum eſt,
capitula nô habent.Neq; vſui cui alij eſſe probatio eorum pote-
rat.quàm vt recte riteque venditum feudum appareret.Quocir-
ca non tâ iniuria ex mente aut cauſa hac velari, quàm neglectus
in capitulis argui non animaduerſis videtur.

Planiſsimum ex his grauamen factum quartum eſt, quod in
præiudicialitate conſiſtit. Qñ cum in manifeſto vitiû côtractus
eſſet,neque facti probationes poſceret.vtpote ex ſola eius lectio-
ne & literis regijs patens. Ab eo initiû exordiendum, vel de eo
pronunciandum, non firmitas eius præſupponenda in depoſito
ſimpliciter dimittendo erat. Tolerabilius certe non paulo fuerat,
verbum de depoſito & villa ex parte tradenda non facere.

Quintum in iure grauamen ſubijcitur, quod in vitio depoſiti
ſignificando deprehenditur.Pro inutili quippe habitum eo ipſo
demonſtratur,ꝙ niſi re aut actualiter, vt aiunt,reo expediretur.
Villæ is tradendæ non adſtringitur,Ita depoſiti periculum depo
nentis eſſe declaratur. Quod vtique non fieret, robore eius ad-
miſſo per ea,quæ in reſponſo ſcripta ipſo ſunt num.266.& num.
57 duobus ſeq. vbi ampliatum id inuenitur. Ita quod † laboribus
moleſtijs,negotijs quæ tam grauiſsimis & prope fatalibus rectû
æquûve demonſtratû & in ea deniq; Senatus ſupremi tale decla-
ratû depoſitum eſt,nutu vnico ab inferiore perimitur,Quo quid
durius.l.ſi qñ in prin.C.de inoffi.teſt.c.eccleſia.2.ante fi. de elec.

Secundo vtile depoſitû eſſe, reſpôſum ipſum perſpicue docet
nu.507.nu.555.nu.270.tenus.Atq; præter ibi ſcripta, aliter etiam
vigor & iuſtitia eius demonſtratur, ꝙ principis iuſſu ita apud
præfectum montis Regalis pecuniam obſignatam apparet,vt ea
in oppida quatuor minura recuperâda princeps vteretur. Nam-
que cum dotis pecuniam eſſet, & pecunias mutuas ſummis tum
ſtudijs ob recuperationê memoratam princeps quæreret. Neq;
qui pecuniâ ipſam dotis proderent, defuiſſent. Cauſareturque
Gener vel Socer pro eo,ad depoſitum contra reum faciendû pe-
cuniam ipſam reſiduam deſtinatam.Reſpôdit,iuſsitq; princeps
depoſitum ipſum apud Theſauri,vel ciuitatis iâ dictæ præfectos
faciendum.Vnde pro eo res eſt, atq; ſi depoſitam ante pecuniâ
in cauſam prædictam recuperationis princeps acceperat.Immo
enim vere vti depoſitam,& poſt depoſitum ipſum impletû eam
58 accepit.Ius planè † principi eſſe,ſubditos ad pecunias ob vtili-

tatem

tatem publicam credendas compellendi,non dubitatur,vt Ang.
docet in conſi.206.inter ordinamenta in princip. Caſtren. in l.ſi
quis nec cauſam.in vltimis verbis.ff.ſi cer.pet.Alex.in l.1.nu.45.
in fi.verſi.ex his patet. Ibiq; Ripa nu.118.ff.ſolu.mar.Hoc ita ſi
neceſsitatibus publicia conſuli de propria pecunia nequit.Itaq;
iuſtum depoſitum hoc ex cauſa euidentiſsima & non improbata
apud principem ipſum vel ab eo electos conſtat.Quod ad ſolen
nitates iuris attinet,& ipſis id munitum,cum reſponſum ipſum,
tum Senatus ſupremi ſententia teſtatur.

Tertio iniquum, irritum,iuriſq; ſolẽnibus defectum eſto de-
poſitum ſit,pro vtili tamen apud inferiorem habendũ. Qui ge-
59 ſta ſuperioris † non recuſat,non retractat,non iudicat,non cor-
rigit vel emendat.l.fi.C.de leg.c.cũ inferior de maiori. & obedi.
c.inferior.21.di.c.ſancta.11.q.8.Freder.de Sen.in conſi.115.caſus
talis eſt,quid ſi delegatus in prin.Locumq; id vel tunc quoq; ha-
bere,cum infirmum aut nullũ factũ ſuperioris eſt,notatum apud
nos legitur in conſi.137.nu.8.& in conſi.148.nu.3.Bal. huc com-
60 petit † in l.ſi vt proponis nu.12.C.quomo.& quan.iud.Delegatio
ne conſumpta aut finita,licentiam ordinario nõ eſſe, ad cauſam
ſe ſuperioris iniuſſu ingerendi,quæ delegata ſemel eſt. Sequitur
Iaſ.in l.more.circa fin.ff.de iuriſdi.om.iud.Quid hic dicendum,
vt ſuperioris mãdato apud ipſum ſeu ab eo nominatum factum
depoſitũ eſt,& adhuc durat.& cuius maximopere intereſt, vtile
id & firmum manere.ne eo autore fraudem ſentiant,quos iuſsi-
bus parere ſuis oportuit.l.ſi prætor.ff.de iudi.l.Paulus.ff.de præ-
tor.ſtipula.l.1.in fi.C.de his qui veniam æta.impe.gl. huc accedit
in l. exigẽdi. in gl.pe.in fi.C.de proc.ſub legis autoritate circũue
niendũ quẽquã nõ fore. Itaq; ſi vigore depoſitũ caſſum inferior
credidit, ꝰ quã Senatui viſum ſupremo ẽ,adeũdus ſuperior erat.

In qua re mirari ſatis nequeo,artis aut cautelæ ſuſpectum non
nullis depoſitum id viſum,contra actiuris omnis præſumptio ſe-
61 rat.l.merito.ff. pro ſocio. Rurſus † cum factum non ideo ſit,ꝙ
apud rem id manſurum actor putaret. Verum vt lite de nullita
te pendente,bonis actor frueretur, Quã ob cauſam factum ſub
conditione eſt,& proteſtatione adiecta,vt non aliter reo expedia
tur,niſi cautione ab eo de reſtituendo præſtita,ſententia de nulli
tate pro actore lata.Qũo artis aut cautelæ cuius ſuſpicio animũ
inuadere cuiuſquam potuit,vt ad artem ſibi perniciialem quiſpiẽ
cogitauerit.l.cũ de indebito.ff.de probation.Proinde & ſi maxi-
me crimine immunis nemo omni inueniatur, neq; vllum a men
dacio vacuum inueniri, Propheta teſtet Pſal. 115. attamen ꝙ ad
artem aut cautelam hanc attinet, vitij ne tantulum quidem vel
cogitatione tenus,ſuperis ipſis teſtibus,incurrit.

Fruſtra iñ in depoſito hoc occupamur, qm̃ vt dictum habe-
mus,factũ eo non eſt,quod apud partem manſurum actor crede
ret.vnde cũ ad terminũ definitionis iudiciũ ipſum nullitatis per-
uenerit,ſibi non reo id reſtituendũ actor ſperat. Iudiciũ ad defi-
niendũ inſtructũ interruptũ a reo didici,magnoq; eſi nixu certa-
re vt paganica bona oſtendat,luminaq; eius vſq; adeo obſcura-
ta,vt regiſtrũ.Noni ediderit,quod fatale ei eſſe non dubitatur.Si
quidẽ nõ pluſquam iugera decem allodialia & oneribus ruſtica
nis obnoxia liber ille docet. Vnde negatiuæ id genus probandæ
62 † rationem optimam,in regiſtro eiuſmodi Bart.animaduertit in
l.decem nu.3.ff.de ver.obli.Atq; ideo regiſtro ipſo ad feudi pro-
bationẽ in reſponſo nos vſi prædicto ſumus nu.433.aduſq; num.
446.feudiq; probationem per caſuum ſeptem diſtinctionem in
reſponſo eodem ſignificantiſsimẽ oſtendimus nu.425.

Et ad inueſtiturã.1291.die 28.Ianuari conſcriptam, quæ;pro-
ducta ab aduerſario eſt præter fidei defectũ,quod productũ niſi
exemplũ non eſt,cõfutata ſatis in reſponſo prædicto legitur nu.
391.verſi.poſtquam hæc non fœliciter,& nu. ſequentiũ agmine,
63 & quia † nu.348.inter alias reſponſiones illa adſcribitur,quæ ab
infirmitate clauſulæ executoriç aut acceſſoriç petitur. viſum eſt,
efficaciorẽ confutationẽ hanc pręſtare.In qua re præſtanda me-
miniſſe,oportet,executoriã eã clauſulã intelligi,quæ verbis ipſis
executiuis adſtruitur, quale verbũ eſt habeant, veluti cũ dicitur,
quæ quidẽ bona habeant.vel ad habendũ, tenendũ &c. Natta in
conſi.211.nu.2.in fin.verſi.pro reſolutione. ſed enim clauſula di-
ctæ inueſtituræ,qua aduerſarius nititur, poſt verbum poſsideant
adijcitur,quod ad executionem contractus pertinet.feudi enim
aut inueſtituræ & contractus omnis executio in rei ipſius poſſeſ
ſione,ea quæ poſsidenda conſiſtit.

Secũdo executoria clauſula æſtimatur,quæ in parte ſubſtãtia-
li cõtractus non ponitur Deci.in l.fi.nu.21.C.de pactis, vbi clau-
ſulam de donatione cauſa mortis non reuocanda,in parte ſubſtã
tiali poſitã ita ait,ſi ita donatio mortis cauſa fit, vt reuocare eam
non liceat.Sed enim pars ſubſtantialis feudi in natura eius demõ
ſtrãda,ex verbis illis cõſiſtit in nobile,antiquũ, rectũ & paternũ.

Tertio & expreſsius clauſulã executoriã eã demũ accipiendã,
quæ in eadẽ clauſula principali & eodẽ inſtãti inſeritur, Deci.tra
dit in conſi.305.nu.7.Quocũ Curt.Iun.ſentit in conſi.56.nu.2.&
ſeq.Natta in conſi.123.nu.7.Sed.n.poſtq̃ de feudi expreſſim facta
natura eſt,quale intelligeretur,Ideſt rectũ,antiquũ,nobile & pa-
ternũ,de facultate diſponendi mẽtio in clauſula alia ſeparata &
poſt verbũ poſsideãt executiuũ fit.Quare inter clauſulas genera
les notariorũ relata clauſula hæc videtur,& faciant &c. Quo ca
executoriã eam intelligi Natta ait in conſi.104.nu.8.in fi.

Obſeruandum etiam,vltra genera & argumenta alia feudi No
64 ni † recti probandi,de quibus in reſponſo prædicto, quo feuda-
libus bona contrauerſa a reo facto ipſo poſsideri quod onera nõ
agnoſcit, quæ ob bona agnoſci paganica ſolent. & cauſam ex-
primere compellatur, quamobrem muneribus non fungatur.
mirum ni verbis eius contrariũ factum deprehendatur. feuda-
lia bona non admitto, Atqui proinde vt pro feudalibus immu-
nitate fruor.factum planẽ verbis potentius proculdubio eſt. l. ſi
tamen.§.ei qui.ff.de ædil.edic.cum alis in d.reſpon.accumulatis
num. 176.verſi.inde dicimus.Quibus & illud adſuitur potentio
rem reuocationẽ eſſe,quæ facto,q̃ quę verbis fit. Namq; ſi facto
teſtamentũ reuocatur, illud cancellando, ſolennitas neceſſaria
alia non eſt.Quod contra in reuocatione contingit, quæ verbis
fit Bald.in conſi.127.licẽt regula in conſil.209. licẽt conſulentes
lib.4.& in cõſi.254.ad euidentiã præmittendũ eſt,ꝙ primũ teſta
mentũ lib.5.eodẽ.& illud ſpectat,a facto contrario proteſtatio-
nẽ diſſolui c.cũ M. de cõſti. eſi alijs ſuperius relatis.lã paganica
millies eſto bona fuiſſent,feudalia tñ facta a ſucceſſoribus maxi
65 mẽ a vẽditore eſſe generi patre, neq; facto & † confeſsioni au-
thoris reũ cõtrauenire,ſatis ſuperq; reſponſum docet num.313.
329.& nu.429.Idq; & Cephal.admittit in conſi 9n:nu.43.

Laus Deo, Virgini,Diuoq; meo tutelari Ioãni Euãgeliſtę & vni
uerſæ cœleſtium Curiæ.Quibus præſentibus,ſplẽdidum tãdem,
ſincerumque de viris grauiſsimis iudicium expectatur. Apud
Montem Regalem quarto nonas Ianuarij. 1566.

Naſo niſi leui non ſapit.

F I N I S.

R E G I S T R V M.

BIBLIOTECA N.C. ROMA VITTORIO EMANUELE

A B C D E F.

Omnes ſunt Quaterniones,præter F, qui eſt Quinternio.